А
1
375

24

1
з-136

# F. IOAN. DVNS SCOTI,

## ORDINIS MINORVM,

### THEOLOGORVM OMNIVM EMINENTISSIMI,

*Atque Academiæ ſubtilium Anteſignani,*

Quæſtiones Quatuor Voluminum ſcripti Oxonienſis Super Sententias.

*A R. P. Saluatore Bartolucio Aſſiſiate, eiuſdem inſtituti, artium, ac ſacræ Theologiæ Doctore, doctrinæq; Scoticæ Illuſtratore, fideliſſime recognitæ, collationeq; multorum codicum, emendatiores, caſtigatioresq; nunc redditæ; Nec non variarum lectionum, atque animaduerſionum dote auctę, locupletatę, & exornatæ.*

Superadditæ ſunt Reſolutiones Doct. à R. P. Melchiore Flauio illuſtratę.

*Cum Syllabo copioſiſſimo in libello ſeorſum edito, & Apologia, contra ſcotomaſtigas.*




VENETIIS, *Apud Hæ[...]s. Melchioris Seſſæ.*

M D L X X V.

# R.MO AC AMPLISS.MO PATRI MAGISTRO PETRO ANTONIO Camillo de Nuceria, TOTIVS ORDINIS MINORVM CONVENTVALIVM GENERALI VIGILANTISSIMO.

## F. Saluator Bart. Aſſiſias S. D.

AFFERO *tibi, ampliſſime pater, Quæſtiones exactiſſimas ſcripti Oxonienſis ſuper ſententias, Ioannis Duns Scoti, Theologorum omnium principis, Academiæq; noſtræ ſigniferi; ſummo ſtudio, ac labore recognitas; quamplurimis erroribus expurgatas; ſuo natiuo candori propemodum reſtitutas; multis animaduerſionibus auctas: recentioribus, ijſq; præſtantioribus typis excuſas: haud ſcio, an etiã illuſtratas dicere debeam. plurima verò ſunt, quæ me, vt id efficiam, impellunt: ſed*

illud præcipuum eſt, vt ſummam obſeruantiam, qua me tibi, multis, & maximis tuis beneficijs, perpetuo obſtrinxiſti, vniuerſæ religioni noſtræ, ne dicam toti orbi terrarum, apertiſſime præmeferam. Etenim cupio omnibus exploratiſſimum eſſe, me maxime tibi debere, neminemq; eſſe Bartolucio deuinctiorem. Quodquidem iamdiu facere animo conſtitueram, ſed fortuna meis optatis minime reſpondit. placuit autem ſcriptum hoc Oxonienſe præſertim ad te afferre, quia ſtudioſis doctrinæ Scoticę, me gratum facturum exiſtimaui. Cum enim proſpiciet, tua protectione munitum, tuiq; nominis præſidio fultum; certo ſcio, quod non mediocri perfundentur voluptate, lætitia exultabunt, atque gaudio triumphabunt. Quandoquidem cum omnes ex te vno pendeat, te vnũ habent ſuorum ſtudiorum fautorem: te vnum honoris amplificatorem: te vnum ſuarũ laudum certiſſimũ, tutiſſimumq; præſidium. Iccirco ingentes, ac immortales præpotẽti Deo, omniũ bonorũ auctori, gratias agunt, quod te prouidentiſſimũ paſtorem, acerrimumq; omniũ ſtudioſorum defenſorem, ac patronum, nacti fuerint. ſub cuius ſplendidiſſimo patrocinio, eas artes, ac ſcientias excolerent, quibus ab ineunte ætate diligenter operam nauare cœperunt. copioſiores namque fructus, ſolidioremque laudem ex ſuis laboribus colligere videntur. Quis enim eſt, qui, aut prouidentia in rebus diſponendis, aut prudentia in rebus agendis, tecũ conferri poſſit? præclara quidem, ac veriſſima vox eſt illa, quam à prudentiſſimis, atq; omni laude digniſſimis patribus ſæpius audiui, te huic religioni diuinitus datum, qui calamitoſis, ac difficillimis temporibus, illi opem ferres, & (quod maxime ab omnibus optabatur) tot perditis moribus remedium adhiberes, hoc eſt, ad rectam viuendi rationem, ad meliorem, tranquilliorem q; ſtatum redigeres, nec non in antiquam puritatem, integritatem, ſplendorem, ac nitorem, (vt feciſti) reſtitueres. Nam, quis præter te vnum inpro-

*in probis fouendis munificentior? in noxijs plectendis iuſtior? in erroribus corrigendis mitior? in moribus reſarciendis ſtudioſior? in captioſis dignoſcendis artificioſior? in decretis ſanciendis prudentior? in augendis eruditorum virorum commodis paratior? in conſeruanda religionis libertate acrior? plura hoc loco commemorarem, ni per ſe maniſeſtiſſima eſſent, atque omnibus notiſſima. Verum inter tot egregias, ac ſingulares virtutes, quæ in te elucent, vnam illam cæteris omnibus longe ſublimiorem, ſilentio prætere, nullo modo poſſum; maximam. ſ. pietatem tuam, ac largitatem, quibus Honori, Decori, atque emolumento, & quidem maximo Reip. tuæ ſemper fuiſti. teſtatur hoc Nuceriæ conuentus noſter, quem deformem exornaſti, ædificijs magnifice inſtauraſti, & multis prouentibus liberaliſſime auxiſti. teſtatur templum, quod ruinæ proximum reconcinnaſti, tuoque ſumptu, inſtrumentis, dulciſſimum, ſuauiſſimumque ſonum, ac concentum fundentibus, ad maiorem Dei Opt. Max. gloriam, decoraſti. teſtatur ſacrarium, quod cum eſſet omnibus ornamentis ſpoliatum, præclariſſima inſtruxiſti ſupellectili; ornaſti libris, ad faciendum rem ſacrã, neceſſarijs: Donaſti vaſis, auro, argentoque cælatis, pulchris ac pretioſis veſtibus: & cæteris id genus ad ſplendorem Diuini cultus ſpectantibus. teſtatur altare ſacroſanctum, quod tua opera, venerabilibus ſanctorum reliquijs eſt refertiſſimum, quodque tuis precibus à Gregorio. xiij. Pont. Max. multis gratijs eſt locupletatum, honorificentiſſimiſque priuilegijs honeſtatum. teſtatur Aſſiſij auguſtiſſima ſuperior Diui Franciſci Baſilica, pulcherrimo organo, magna pecuniæ profuſione, affabre conſtructo, (ad augendũ in Deum, ſanctos, & ſanctas, deuotionis feruorem) ſummopere nobilitata: & diuino cultu maxime illuſtrata. Hæc ſunt, Ampliſſ. pater, pręclare geſta, quæ de te paſſim prędicãtur, omni laude, literis, & monumentis celebranda:*

*branda: Hæc ſunt pulcherrima, & perfectiſſima ſapientiſſimæ gubernationis exemplaria, quæ cæteris, vt imitari debeant, propoſuiſti. Non mirum igitur, ſi omnes te obſeruant, admirantur, venerantur, ac ſumma colunt obſeruãtia. Deus modo tua illuſtria facta, ac rectiſſimas quaſq; actiones, ita fortunet, vt perpetuo religioni, & viris, doctrina, & ſanctitate, in ea florentibus, prodeſſe poſſis. De me vero ſic habeto, opt. pater. Ego, cũ me comitate paterna, quaſi filium ſemper complexus fueris, omnia, quæ à gratiſſimo proficiſci animo poſſunt obſequia, me tibi debere confiteor, & ſi tua in me merita re explere non poſſum, ſaltem grata hac animi beneuolentia aſſequar, & quantum voce, & lingua potero, tantum me, ad tui ampliſſimi nominis prædicationem perpetuam, polliceor collaturum. Vale Franciſcanorum Decus ſplendidiſſimum, bonorumq; omnium præſidium, columeq. firmiſſimũ. Venetijs, Idibus menſis Auguſti. M D LXXX.*

ADMODVM

# REVER. AC DOCTISS. PATRI M. SALVATORI BARTOLVCIO ASSISIATI.

*F. DIONYSIVS A RAGVSIO Ord. min. obſeruantium, & in almo Diui Franciſci à Vinea Gymnaſio, Lector generalis Sacræ Theologiæ. S. P. D.*

TANTA eſt, vel animi tui magnitudo, vel ingenij præſtantia (diſertiſſime Bartoluci,) tanta in omni doctrinarum genere eruditio, quod omnes, præter cæteros, te cunctis virtutibus cumulatiſſimum, ad perpetuum, & illuſtre Decus, Franciſcanæ Religioni non humanitus, ſed diuinitus datum, pleno ore prædicare, ac paſſim teſtari non deſiſtunt. Ego quidem, cum tuam beneuolentiam iniui, ac propius mihi conciliaui, ſuſtuli manus in cœlum. Id quod, cum diligentius mecum repeto, animoque tracto, tanto maiores in dies mihi ad te amandum

colen-

colendumque ardores excitat. Etenim vbi primum ſplendor virtutis tuæ meis oculis illuxit, tuamque ſingularem morum probitatem, eximiamque doctrinam paululum deguſtaui in lectionibus, ac diſputationibus & publice, & priuatim, in ampliſſima vrbe veneta, ſæpius habitis, præſertim in Academia illuſtriſſimi viri D. FRANCISCI VENERII, Patritij Veneti, optimi Senatoris, ac ſummi Philoſophi, atque nunc in Ioannem Duns Scotum eminentiſſimum Doctorem, acutiſſimum ſcriptorem, noſtræque Academiæ vexillarium, & præclarum Chriſtianæ Reipublicæ ornamentum, lucubrationes tuę clariſſime affulſerunt, quem penè ex cimmerijs (vt aiunt) tenebris in lucem eduxiſti, atque in Doctorum hominum conſpectum, tanta ſum lætitia affectus, tanta voluptate, tanta diuinæ prope doctrinæ exquiſitiſſimæ admiratione, vt quem Doctorem, vel ſcriptorem magis vel amem, vel admirer, habeam neminem. Hiſce rationibus effectum eſt, vt virtutis, ſcientiæ, pietatis, vel nolens tibi palmam concedere cogar, quod tamen in amore, ac beneuolentia, nō etiam aſſequeris. Cum igitur ſcotica diſciplina, quæ vetuſtate obſcurata, ac poſterorum reticentia erat quaſi ſepulta, tua virtute reuixerit, gratum me tibi facturum exiſtimaui, ſi librum Reſolutionum Ioannis Scoti (quē ex comitijs generalibus lutetiæ Pariſiorum celebratis, in Italiam rediens mecum deportaueram) à R. P. Melchiore Flauio, quondam maioris conuentus noſtri Tholoſani præfecto, ac Chriſtianiſſimi Regis Galliarum Henrici. II. concionatore, illuſtratum & authoritatibus noui, & veteris teſtamēti orthodoxorumque patrum ſententijs comprobatum, Traderem, vt cum ipſius Scoti voluminibus ad omnium ſtudioſorum maximam vtilitatem, excuderetur, atque eis annęcteretur. Idque gaudenti, ac libenti animo feci, & tanto libentius, quanto vehementius, nonnulli doctrinæ Scoticæ addicti, mecum agebant, ſummisque precibus contendebant, te Rogarem, vt id efficeres, perſuaſum enim habebant, ſi id efficeretur, ſe vberrimos copioſiſſimoſq; fructus percepturos. Sciebant enim te multos annos, Doctrinam Scoticam, & Bononiæ, & Patauij, & Peruſiæ, & Venetijs, vbi optimarum artium ſtudia maxime vigent, magna tui nominis celebritate, profeſſum fuiſſe; acerrimeque in omnibus diſputationibus hunc Doctorem, coram frequentiſſimo Clariſſimorum Virorum cœtu, & Mediolani, & Florentiæ, & Romæ, & Camerini, & Aſſiſij, & vbique locorum, habitis, à voculis maleuolorum vindicaſſe, atque omnes Scotomaſtigas ſuperaſſe. Cum ergo mihi & alijs qui id à me

à me obnixe petebant ſatisfeceris, & quod maxime optabam ex animi ſententia ſucceſſerit, gratias, quas poſſum, nunc ago, referam inde pleniori manu, ſi nactus occaſionem, potero. Deus Opt. Max. vota tua fortunet, reſque omnes tuas ita ſecundet, vt in maiori ocio bonarum artium ſtudioſis prodeſſe poſſis. Vale Franciſcanæ religionis lumen, & animi tui virtutum ſplendore oblectare, meque, vt amas, amare perge. Venetijs, ex ædibus Diui Franciſci à Vinea, pridie idus Menſis Auguſti. M D LXXX.

# VITA IOANNIS DVNS SCOTI

***DOCTORIS SVBTILIS EX probatiſſimis hiſtoricis per Saluatorem Bart. de Aſſiſio Theologum Franciſcanum diligentiſſime collecta.***

IOANNES, cognomento Duns, ordinis minorum, natus in vlteriori Britānia ad Caledoniam ſyluam, Gulielmi Varronis Anglici, eiuſdem instituti, Pariſijs, quondā auditor, & diſcipulus, floruit anno Dñi. 1300. Hic à patria Scoti nomen in ſcholis obtinuit, & in diuinis ſcripturis, ac in philoſophia Ariſtotelica, adeo præſtitit, tantoque fuit ingenij acumine, tāta iudicij ui, & doctrinæ cognitione præditus, vt à nemine in diſputationibus vinci poſſet, cæteriſq; palmā præriperet, atque ob id Doctor ſubtilis ab omnibus iure fuit appellatus, Coriphæuſq; ſubtilium habitus. Hic primū in Anglia, Oxoniæ, ſententias legit. Deinde in ſchola Pariſienſi clariſſimus euaſit, & ſupra omnes primum locū aſſecutus fuit, ſcholāque illam, tanquam lucidiſſima ſtella, illuſtrauit. Hic Theologiā ſcholaſticam, multis ſubtilitatibus exquiſitis, feliciſſime auxit, & mirum immodum amplificauit: in quibus, quod multa, quæ in obſcuro latebant, e tenebris, pro acerrima ingenij ſui perſpicientia, eruerit; inde effectum eſt, vt qui eius viam, ac doctrinam, auidius conſectantur; & qui quæſtionis alicuius ad intimam rationem, & ad viuum penetrant, ac ſubtlius perſcrutantur, Scotiſtæ, cum ſumma tanti ingenij laude, vocentur: quaſi nihil ſit, aut tanta difficultate interſeptum, aut tam denſa caligine inuolutum, quod Scoti ingenium non potuerit penitus inſpicere, ac lucide aperire. Hunc, quaſi dulciſſimo ſuæ ſapientiæ lacte, complures enutriſſe diſcipulos, memoriæ proditum eſt, Sed qui in eius doctrina, magnos fecerunt progreſſus maximeque inter alios excelluerūt, hos fuiſſe tra-

ſe tradunt, Franciſcum Maronium, Antonium Andreæ Aragonium, Gulielmum OcKam Anglicum, Aluarũ Pelagium natione Hiſpanum, & Ioannem Canonicũ; quorũ ingenijs, quantum Theologia, ac Philoſophia fuerit locupletata, eorũ præclara ſcripta omnibus apertiſſime demõſtrant. Qui huic Doctori primã Dionyſij Areopagitę librorum (qui de ſacra inſcribuntur Hierarchia) è Græco conuerſionem, aſcribunt; profecto falluntur: quia alteri cuidam Ioãni Scoto Monacho, qui multis iſtum ſeculis anteceſſit, & Athęnis græcè didicit accepta referri debent. floruit.n. ille Anno Domini. 877. & iuſſu, atque rogatu Caroli Calui, Francorũ Regis, libros illos latinitate donauit, & fuit diſcipulus Venerabilis Bedæ presbyteri, & collega Alcuini, ſiue Albini, & vnus ex quatuor fundatoribus ſtudij Pariſienſis: qui poſtmodum ab Alfredo Rege è Gallijs (vbi Carolus eũ Caluus fouebat) reuocatus in Angliam, in ſchola Oxonienſi, quæ ab ipſo Alfredo fuerat inſtituta, legit. Sed cum Religioni S. Benedicti ſe addixiſſet, diſcipuli, quos (vt fit) erudiendos ſuſceperat, apud Monaſterium Malmesberienſe, contra ipſum conſpirarunt, graphijsq; aſſumptis transfixerunt, atque illum ſæuiſſime interemerunt, & martyr Chriſti ęſtimatus eſt. Conſcripſit aũt Ioãnes Duns noſter quamplurima volumina, ad vtilitatem ſtudioſorum ſacræ Theologiæ, doctrinæque peripateticę cultorum, quibus nominis ſui celebritatem ad poſteros tranſmiſit, quæ ſunt adeo recondita, abſtruſa, & profunda, vt à paucis penetrari poſſint, & vt ſumma ingenij illius præſtantia clarius eluceat, ſubnectenda neceſſario exiſtimaui.

| | | |
|---|---|---|
| Scriptum Oxoniẽſe ſup ſen. | lib. 4. | circa prolo. huius 1. lib. |
| Scriptũ Pariſienſe, in ſen. | lib. 4. | Vtrum Deus ſub rõne. |
| Quolibeta. | lib. 1. | cunctæ res difficiles. |
| Collationes Pariſienſes. | lib. 1. | Vtrum tantum ſit &c. |
| De primo omn. rer. princ. | lib. 1. | Primũ rerũ principiũ. |
| Theoremata. | lib. 1. | Intellect. intelligib. |
| De cognitione Dei. | lib. 1. | Quia ſumma nobis. |
| Tetragrammata quędam. | lib. 1. | |
| Sermones de tempore | lib. 1. | Erunt ſigna. |
| Sermones de Sanctis | lib. 1. | |

Commentarios ſuper quatuor euangeliſtas.

Cõmentarios ſuper epiſtolas Pauli: circa epiſt. Pauli ad Ro.

| | | |
|---|---|---|
| Lecturã ſup Geneſ. ad literã | lib. 1. | |
| Quæſt. ſuper vlia Porph. | lib. 1. | circa logicalia, &c. |
| Quæſtiones ſuper prædicam. | lib. 1. | Quęrit vtrũ lib. pręd. |
| Quæſt. ſuper lib. Periher. | lib. 2. | circa ſub. huius libri. |
| Quæſtiones ſuper lib. Prior. | lib. 2. | Quęrit circa lib. Prior. |
| Quæſtiones ſuper lib. Poſt. | lib. 2. | Scire autem opinamur. |
| Quæſt. ſuper lib. Elench. | lib. 1. | Quęritur vtrũ logica. |
| Quęſt. ſuper lib. de Anima. | lib. 1. | Quæritur vtrũ ſenſus. |
| Quæſt. ſuper Metaphyſ. | lib. 12. | Oẽs homines natura. |
| Expoſitionem Metaphyſicę | lib. 12. | Iuxta cõſuetudinem. |
| Collection. cõcluſionũ Meta. | lib. 12. | Cõcluſiones Met. Ari. |
| Super Phyſi. Ariſtotelis | lib. 8. | |
| Super Cathegorias eiuſd. | lib. 1. | |

Feruntque ſcripſiſſe ſuper cęteros libros, varioſque alios compoſuiſſe tractatus, quos ego non vidi.

Denique Apoplexia correptus ex hac luce migrauit, temporibus Alberti Imperatoris die viij. Nouemb. M. CCCVIII. indictione ſexta, Coloniæ Agrippinæ ſepultus in conuentu fratrum minorum. Quamuis à pleriſque exiſtimetur viuus eſſe ſepultus: ferunt enim diem totum, & amplius, immobilem interdum ſedere ſolitum, ſenſibus ſopitis, mente nimirum rapta in altiſſimarum rerum contemplationem, atque ita demum ab hominibus eius rei inſcijs, feſtinato funere, pro mortuo elatum.

# IVLII ROSCII HORTINI

## EPIGRAMMA.

### Scotus loquitur.

*Excitus tumulo reddor vitalibus auris;*
*Non ſunt iam cuiquā funera flenda mea.*
*Vidi equidē premeret cū nox caput inuida:*
*Cū plena caderent fila reſecta colo. (uidi*
*Et mortem vidi trepidus, labentiaque ora,*
*Dum uiuus duro marmore clauſus eram.*
*Deficientē animū vox hæc uel ſola leuabat.*
*Viuitur ingenio; cætera mortis erunt.*
*Attamē igenij obruerat monumēta uetuſtas,*
*Omnia quæ ſcripſi noctis & inſtar erant.*
*A te Saluator ſurdi de mole ſepulchri*
*Ereptus, nitido ſole, dieq. fruor. (ror,*
*Quod ſi me obſcuro ſub marmore terruit hor*
*Nunc tua lætitiæ lux mihi cauſa nouæ.*
*Per te parta ſalus, per te mihi reddita uita.*
*O Saluatoris quàm bene nomen habes.*



# IOANNIS DVNS SCOTI,

## DOCTORIS SVBTILIS ORDINIS MINORVM, Theologorum omnium Principis,

### *Super Primum Sententiarum Quæſtiones exactiſſimæ.*

CIRCA Prologū huius primi libri ſententiarū quęrūtur quinque. Primum de neceſſitate huius doctrinę, & ſpectat ad genus cauſæ efficientis. Et eſt quæſtio. Vtrum neceſſariū ſit homini pro ſtatu iſto, aliquam doctrinam, ſpecialē, ſuper naturaliter inſpirari. Secundum ſpectat ad genus cauſæ formalis. Et eſt quæſtio. Vtrū cognitio ſup naturalis neceſſaria viatori tradita ſit ſufficiēter in ſacra ſcriptura. Tertium ſpectat ad genus cauſæ materialis. Et eſt quæſtio. Vtrū theologia ſit de Deo tanq̄ de ſubiecto primo. Quartū & quintum pertinent ad genus cauſæ finalis. Et eſt quarta quæſtio. Vtrū theologia ſit practica. Quinta vero qō. Vtrū ex ordine ad praxim vt ad finem dicatur per ſe ſciētia practica.

### QVAESTIO I.

PRIMO quęritur. Vtrū homini, pro ſtatu iſto, ſit neceſſariū, aliquā doctrinam ſpecialē, ſupernaturaliter inſpirari, ad quā videlicet non poſſit attingere, lumine naturali intellectus. Et videtur ꝙ non, ſic. Omnis potētia habens aliquod cōmune pro primo obiecto naturali pōt in quodlibet contentū ſub illo, ſicut in per ſe obiectū natu-

naturale. Hoc patet per exẽplũ de primo obiecto viſus, & alijs contentis ſub illo. Et ita inductiue in alijs obiectis primis & potentijs. Patet ẽt per rationẽ, quia primũ obiectũ dicitur qđ eſt adęquatum potentiæ, ſed ſi in aliquo eſſet ratio eius, circa quod non poſſet potentia habere actũ naturaliter, non eſſet potentiæ adęquatũ ſed excederet potentiã. patet ergo maior. Sed primũ obiectũ intellectus noſtri naturale eſt ens inquãtum ens. ergo intellectus noſter põt naturaliter habere actum circa quodcũq; ens, & ſic circa quodcunque intelligibile, etiam circa non ens, quia negatio cognoſcitur ꝑ affirmationẽ ergo &c. probatio minoris. Auic. 1. Metaphy. c. 5. Ens & res prima impreſſione imprimuntur in animam, nec poſſunt manifeſtari ex alijs. Si autem eſſet aliquid aliud ab iſtis primũ obiectũ: iſta poſſent manifeſtari per rationem illius, ſed hoc eſt impoſſibile. ergo. Pręterea ſenſus non indiget aliqua cognitione ſuper naturali pro iſto ſtatu. ergo nec intellectus, antecedens patet. probatio conſequentiæ. Natura non deficit in neceſſarijs 3. de Anima. & ſi ĩ imperfectis nõ deficit multo magis nec in perfectis. ergo ſi non deficit in potentijs inferioribus quantum ad neceſſaria eis, propter actus ſuos habendos, & finem earum conſequendum, multo magis non deficit in neceſſariis potentiæ ſuperiori ad actum ſuum, & finem conſequendũ. ergo &c. Pręterea ſi aliqua talis doctrina ſit neceſſaria, hoc eſt, quia potentia in puris naturalibus eſt improportionata obiecto, vt ſic cognoſcibili. ergo oportet ꝙ per aliquid aliud a ſe fiat ei ꝓportionata. illud aliud, aut eſt naturale, aut ſupernaturale. ſi eſt naturale, ergo totum eſt improportionatum obiecto primo. ſi ſupernaturale, ergo potentia eſt improportionata illi. & ita ſequitur ꝙ per aliud oportet ei proportionari, & ſic in infinitum, cum ergo non ſit procedere in infinitũ 2. Metaphy. oportet ſtare in primo, dicendo ꝙ potentia intellectiua ſit ex ſe proportionata omni cognoſcibili, & ſecundum omnẽ modũ cognoſcibilis, quare &c.

*4. Metaphy. t. c. 2. & 16. & 2. Periermenias ad finem.*

*T. c. 45.*

*T. c. 5. inde.*

AD OPPOSITVM 2. Thimo. 3. in fine. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docẽdũ, ad arguendũ &c. Pręterea Baruch. 3. de Sapiẽtia dicitur. Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, ſed qui ſcit vniuerſa nouit eã. ergo nullus alius põt habere eam niſi a ſciente vniuerſa. hoc quantum ad neceſſitatem. de facto ſubdit, Tradidit eam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. hoc quantum aduentus teſtamentum, & ſequitur. Poſt hęc in terris viſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt. ſ. quando tradidit eã, quo ad nouum teſtamentum.

IN ISTA quæſtione videtur eſſe controuerſia inter Phyloſophos & Theologos. Tenẽt enim phyloſophi perfectionẽ naturæ, & negant perfectionẽ ſupernaturalem. Theologi vero cognoſcũt defectum naturæ, & neceſſitatem gratiæ, & perfectionũ ſupernaturalium. Diceret ergo philoſophus ꝙ nulla eſt cognitio ſupernaturalis homini neceſſaria pro iſto ſtatu: ſed ꝙ omnem notitiam ſibi neceſſariã poſſet acqrere ex actione cauſarum naturalium. Ad hoc adducitur ſimul auctoritas & ratio philoſophi ex diuerſis locis. Primo per illud 3. de Anima. vbi dicit, ꝙ intellectus agẽs eſt quo eſt oĩa facere. & intellectus poſſibilis eſt quo eſt omnia fieri. Ex hoc arguitur ſic. Actiuo naturali & paſſiuo debite approximatis & non impeditis neceſſario ſequitur actio: quia non dependet eſſentialiter, niſi ab eis tãquàm a cauſis prioribus. Actiuum aũt reſpectu omnium intelligibiliũ eſt intellectus agens, & paſſiuum eſt intellectus poſſibilis, & hęc ſunt naturaliter in anima, nec ſunt impedita. patet, ergo virtute naturali iſtorũ poteſt ſequi actus intelligendi reſpectu cuiuſcunque intelligibilis. Confirmatur ratio omni potentiæ paſſiuæ naturali correſpondet aliquod actiuum naturale. alioquin videretur potentia paſſiua eſſe fruſtra in natura ſi per nihil in natura poſſet reduci ad actum, ſed intellectus poſſibilis eſt potentia paſſiua & naturalis reſpectu quorũcunque intelligibilium. ergo correſpõdet ſibi aliqua potentia actiua naturalis. ſequitur ergo propoſitum. minor patet, quia intellectus poſſibilis naturaliter appetit cognitionem cuiuſcunq; cognoſcibilis. Naturaliter etiam perficitur per quãcunq; cognitionem. ergo eſt naturaliter receptiuus cuiuſcũq; intellectionis. Pręterea 6. Metaphy. diuiditur ſcientia ſpeculatiua in Metaphyſicam & Phyſicã ſiue naturalem & Mathematicam. Et ex probatione huius ibidẽ, non videtur poſſibile plures habitus eſſe ſpeculatiuos: quia in iſtis conſideratur de toto ente & in ſe, & quo ad omnes partes eius, ſicut autẽ non poſſet eſſe aliqua alia ſcientia ſpeculatiua ab iſtis. ſic nec practica aliqua alia a practicis acquiſitis actiuis & factiuis. ergo ſcientię practicæ acquiſitę ſufficiunt ad perficiendum intellectum practicum, & ſpeculatiuę acquiſitę ſufficiunt ad perficiendum intellectum ſpeculatiuum. Pręterea potens naturaliter intelligere principium, põt naturaliter cognoſcere & intelligere cõcluſiones incluſas in principio. Hanc probo: quia ſcientia concluſionum dependet niſi ex intellectu principij & ex deductione concluſionum ex principio. ſicut patet ex definitione ſcire primo Poſteriorum, ſed deductio eſt ex ſe manifeſta, ſicut patet ex diffinitione ſyllogiſmi perfecti. 1. Priorũ, quia nullius eſt indigens vt appareat euidenter neceſſarius. ergo ſi principia intelliguntur & deductio manifeſta eſt ex ſe, habentur omnia quæ ſunt neceſſaria ad ſciẽtiam concluſionis. patet ergo maior. Sed naturaliter intelligimus principia prima in quibus virtualiter includuntur oẽs concluſiones ſcibiles. ergo naturaliter poſſumus ſcire omnes concluſiones iſtas ſcibiles. Probatio primę partis minoris, qa termini primorum principiorũ ſunt cõmuniſſimi. ergo iſtos poſſumus naturaliter intelligere, qa ex 1. Phyſicorũ cõiſſima a nobis primo intelliguntur. principia aũt cognoſcimus inquãtũ terminos cognoſcimus. 1. Poſterio. ergo principia prima poſſumus naturaliter cognoſcere

*Opin. Ariſt. ſequacium.*

*T. c. 18.*

*. Meta. c. 10. & ide.*

*decæ. m. contra Pla. 3. de Anima. t. c. 18.*

*T. c. 2.*

*T. c. 1.*

*T. c. 5.*

*T. c. 2. & 4.*

*T. c. 6.*



gno-

gnoſcere. Probatio ſecundę partis minoris, q̄a termini primū principiorū ſunt cōmuniſſimi. ergo quando diſtribuuntur, diſtribuuntur pro omnibus conceptibus inferioribus. accipiuntur aūt tales termini vniuerſaliter in primis principijs, & ita extendunt ſe ad omnes conceptus particulares, & per conſequens ad extrema omnium ſpecialiū concluſionū. quare &c. Nota ꝙ nullum ſupernaturale pōt rōne naturali oſtēdi ineſſe viatori vel neceſſario req̄ri ad perfectionem eius. nec etiā habens poteſt cognoſcere illud ſibi ineſſe. igitur impoſſibile eſt hoc probare cōtra philoſophū ratione naturali. Si autem arguitur ex creditis non eſt via contra philoſophum quia præmiſſam creditam non concederet. Vnde rationes hic factæ contra cum alteram præmiſſarum habēt creditam vel probaram ex creditis. Et ideo non ſunt ſibi niſi perſuaſiones Theologicæ ex creditis ad creditum.

CONTRA iſtam poſitionem pōt argui tripliciter. Primo ſic. omni agenti per cognitionem neceſſaria eſt diſtincta cognitio ſui finis. hanc probo, quia omne agens propter finē agit ex appetitu finis, & omne per ſe agens agit propter finē. (b 2. Phy. t. c. 40. 61. & 75.) ergo omne per ſe agēs ſuo modo appetit finem. ergo ſicut agenti naturali eſt neceſſarius appetitus finis propter quem debet agere. ita agenti per cognitionem (quod etiam eſt per ſe agens ex 2. Phyſi.) (T. c. 50.) neceſſarius eſt appetitus ſui finis propter quem debet agere q̄ ſequitur cognitionē. patet ergo maior. Sed homo non poteſt ſcire ex naturalibus finē ſuū diſtincte. ergo neceſſaria eſt ſibi de hoc tradi aliqua cognitio ſupernaturalis, minor probat̄ primo quia philoſophus ſequens naturalē rōnem, aut ponit fēlicitatē eſſe perfectā in cognitione ſubſtantiarum ſeparatarum acquiſita. ſicut videt̄ dicere 1. Ethyc. & 10. aut ſi nō determinate aſſerit iſtam eſſe ſupremam nobis poſſibilem. aliā tamē ratione naturali non concludit, ita ꝙ ſoli rationi naturali innitendo vel errabit circa finē in particulari vel dubius remanebit. (c. 13. c. 10.) vnde 1. Ethy. c. 13. dubitando ait. Siquidē igitur & aliud aliquod deorū eſt donū hominibus, rationabile eſt fēlicitatem Dei datum eſſe & maxime humanorum quanto optimū. Secundo probatur eadem minor per rationem, quia nullius ſubſtantiæ finis proprius cognoſcitur a nobis niſi ex actibus eius nobis manifeſtis, ex q̄bus oſtenditur ꝙ talis finis ſit conueniēs tali naturę. nullos aūt actus experimur, nec cognoſcimus ineſſe naturæ noſtrę in ſtatu iſto, ex quibus cognoſcamus viſionem ſubſtantiarū ſeparatarū eſſe cōuenientē nobis. ergo nō poſſumus naturaliter cognoſcere diſtincte ꝙ iſte finis ſit conueniēs naturæ noſtræ. Hoc ſaltem certum eſt ꝙ quædā cōditiones finis propter quas eſt appetibilior & feruentius inquirendus non poſſunt determinate cōcludi ratione naturali. Etſi enim daretur ꝙ ratio naturalis ſufficeret ad probādum ꝙ viſio nuda & fruitio Dei eſt finis hominis. Tamen non concluderetur ꝙ illa perpetuo cōuenit homini ꝑfecto in corpore & anima. ſicut



(Vide ibid. diſt. 49.) ſicut dicetur in 4. diſt. 43. Et tamē perpetuitas huius boni eſt conditio reddens finem appetibiliorem quàm ſi eſſet tranſitorium. Conſequi etiam hoc bonum in natura perfecta appetibilius eſt quàm in anima ſeparata. ſicut patet per Aug. 12. ſuper Geneſim. Iſtas ergo & ſimiles conditiones finis neceſſariū eſt noſcere ad efficaciter inquirendum finem, & tamen ad eas non ſufficit ratio naturalis. ergo requiritur doctrina ſupernaturaliter tradita. Secundo ſic. omni cognoſcenti agenti propter finē neceſſaria eſt triplex cognitio. Primo quomodo & qualiter finis acquiratur. Secūdo cognitio omnium quæ ſunt neceſſaria ad finem. Tertio eſt neceſſarium cognoſcere ꝙ omnia iſta ſufficiant ad talem finem. Primum patet. quia ſi neſciat quomodo finis acquirat̄, neſciet qualiter ad conſecutionem illius ſe diſponat: ſecūdū probatur, quia ſi neſciat omnia neceſſaria ad ipſum finem propter ignorantiam alicuius neceſſarij poterit a fine deficere. Et etiam quantum ad tertium ſi neſciat iſta neceſſaria ſufficere dubitando ſe ignorare aliq̄d neceſſarium, nō efficaciter proſequetur illud quod eſt neceſſarium. Sed hęc tria non poteſt viator ratione naturali cognoſcere. probatio primi, quia beatitudo confertur tanquam prēmium pro meritis eius, quem Deus acceptat tanquā dignum tali prēmio. Et per conſequens nulla naturali neceſſitate ſequitur ad actus noſtros qualeſcunque, ſed contingenter datur a Deo actus aliquos in ordine ad ipſam tanquàm meritorios acceptante. hoc autem non eſt naturaliter ſcibile vt videtur, quia in hoc errabant philoſophi ponentes omnia quæ ſunt a Deo immediate eſſe ab eo neceſſario. ſaltem alia duo membra ſunt immanifeſta. Non. n. pōt ſciri naturaliter acceptatio voluntatis diuinę vt puta tanquā contingenter acceptantis talia vel talia digna vita æterna. Et ꝙ etiam illa ſufficiant, depēdet mere ex voluntate diuina circa ea, ad quæ contingenter ſe habet. ergo &c.

C

CONTRA iſtas duas rationes inſtatur. & primo contra primam ſic. Omnis natura creata eſſentialiter dependet a qualibet per ſe cauſa. Et propter talem dependentiam ex cauſato cognito poteſt demonſtratione quia, quælibet eius per ſe cauſa cognoſci. ergo cū natura hominis ſit homini naturaliter cognoſcibilis, quia non eſt potentiæ cognitiuę improportionalis. ſequitur ꝙ ex iſta natura cognita poſſit naturaliter cognoſci finis illius naturæ. Confirmatur ratio, quia ſi ex natura inferiori cognita cognoſcitur eius finis nō minus hoc eſt poſſibile in propoſito, quia nec minor dependentia eſt finiti in ꝓpoſito ad ſuum finem quàm in alijs. Ex hac etiam ratione videtur ꝙ falſa ſit iſta propoſitio. finis ſubſtantiæ non cognoſcitur niſi ex actibus eius. quæ aſſumebatur in probatione minoris, quia ex cognitione naturę in ſe pōt finis eius cognoſci demonſtratione q̄a. Si autē dicatur ꝙ ratio concludit hominem naturaliter poſſe cognoſcere ſuū finem naturalem, non autem ſupernaturalem. Contra Aug. primo

mo de prædeſtinatione ſancto-
rum cap.4. Proinde inquit poſ-
ſe habere fidem ,ſicut poſſe ha-
bere charitatem naturæ eſt ho-
minum.habere aũt fidẽ quem-
admodum habere charitatem
gratiæ eſt fidelium. Si igitur na
tura hominis eſt naturaliter co
gnoſcibilis homini, naturaliter
etiam erit cognoſcibilis iſta po
tentia, vt eſt talis naturæ.& per
conſequens ordinabilitas talis
naturæ ad finem ad quẽ fides
& charitas diſponit. Item ho-
mo naturaliter appetit finem
iſtum quem dicit ſupernatura-
lem.igitur ad iſtum naturaliter
ordinatur. ergo ex tali ordine
poteſt concludi iſtæ finis ex co
gnitione naturæ ordinate ad ip
ſum. Item naturaliter cogno-
ſcibile eſt primum obiectũ in-
tellectus eſſe ens ſecũdũ Auic.
Et naturaliter eſt cognoſcibile
in Deo per fectiſſime ſaluari ra
tionem entis. finis autẽ cuiuſ-
cunque potentię eſt optimum
eorum quę cõtinentur ſub eius
obiecto primo, quia in illo ſo-
lo eſt perfecta quietatio & dele
ctatio. ex 10. Ethy. igitur natu-
raliter cognoſcibile eſt hominẽ
ordinari ſecundum intellectũ
ad Deum tanquàm ad finem.
Cap. 4. Confirmatur ratio, quia cui na
turaliter eſt cognoſcibilis potẽ
tia aliqua ſibi naturaliter eſt co
gnoſcibile quid ſit eius obiectũ
primum. Et vlterius poteſt co-
gnoſcere in quo ſaluatur ratio
illius primi obiecti. & in quo
perfectiſſime. tale autem eſt fi-
nis potentiæ, mens autem no-
ta eſt ſibi ſecũdum Auguſt. 14.
de Trini. cap.4. vel 15. igitur no
tũ eſt ſibi quid ſit eius primũ
obiectum. Et nouit Deum non
excedere rationem illius primi
obiecti, quia tunc nullo modo
eſſet ab ipſa mente intelligibi-
lis, ergo nouit Deum eſſe opti-
mum in quo ſaluatur ratio ſui
primi obiecti Et ita nouit ip-
ſum eſſe finem potentiæ. Con-
tra ſecundã rõnẽ arguitur ſic.
Si p̄ vnũ extremũ cognoſcitur
aliud extremũ. ergo & mediũ,
ſed neceſſaria ad conſequendũ
finem ſunt media inter naturã
& finem ſuum conſequendũ.
igitur cum ex cognitione natu
ræ poſſit cognoſci finis naturæ
ſecundum prius probata. vide-
tur ꝙ ſimiliter poſſint cognoſci
media neceſſaria ad finẽ. Con-
firmatur ratio. ita enim in pro-
poſito entium ad finẽ videtur
eſſe neceſſaria connexio ad ip-
ſum finem ſicut in alijs. ſed ꝓ
pter talem connexionẽ in aliis
ex fine cognoſcuntur illa quæ
ſunt ad finem neceſſaria. ſicut
per rationem ſanitatis conclu-
ditur talia & talia requiri ad
ſanitatem. ergo &c.

AD PRIMVM licet pro-
cedat de fine qui eſt cauſa fina-
lis, non de fine attingendo per
operationem, quorum finium
diſtinctio dicetur infra. Poteſt
tamen ad iſtud & ad ſequens
de Aug. Et ad tertium de poten
tia & primo obiecto dici vnica
reſponſione, ꝙ omnia accipiũt
noſtram naturam vel potentiã
intellectiuam eſſe a nobis co-
gnoſcibilem naturaliter, quod
falſum eſt ſub illa ratione pro-
pria & ſpāli ſub qua ad talem
finem ordinatur. & ſub qua ca
pax eſt gratię conſumatę & ſub
qua habet Deum pro perfectiſ-
ſimo obiecto. Nõ enim cogno
ſcitur anima a nobis nec natu-
ra noſtra pro ſtatu iſto niſi ſub
ratione aliqua generali abſtra-
hibili

*q.de ſub... cto & q... de prax... & diſt... q.2 & ... 4. diſt. 48. q. ... & 49. ... 8. & ... theorema tibus.*



hibili a ſenſibilibus. ſicut pate
*q.1.& 3.* bit infra diſt.3. Et ſecundũ ta-
lem rationem generalem non
conuenit ſibi ordinari ad talẽ
finem, nec poſſe capere gratiã,
nec habere ſic Deũ pro obiecto
p̄fectiſſimo. Tunc ad formã ar-
gumẽti cũ dr̃ ꝙ ex ente ad finẽ
põt cognoſci finis demõſtratio
ne q̄a. dicẽdũ ꝙ nõ eſt verũ niſi
cognito illo ente ad finem ſub
illa propria ratione ſub qua ha
bet finem iſtum. Et tũc minor
eſt falſa. Et cum probatur per
proportionalitatẽ . dico quòd
licet mens ſit eadem ſibi, nõ ta
men pro ſtatu iſto eſt propor-
tionalis ſibi tanquàm obiectũ
niſi ſecundum rationes genera-
les quę poſſunt abſtrahi ab ima
ginabilibus. Ad confirmatio-
nem dico, ꝙ nec aliarum ſub-
ſtantiarum fines proprij cogno
ſcuntur qui. ſ. ſunt earum ſecũ-
dum rationes proprias niſi ali-
qui ſint actus manifeſti ex qui-
bus cõcludatur ordo earum ad
talem finem. Et ex hoc patet
ad illud quod adducitur cõtra
probationẽ minoris ꝙ iſta pro
poſitio non eſt falſa. Non co-
gnoſcitur a nobis finis ꝓprius
ſubſtantiæ niſi per actus eius
nobis manifeſtos. Nõ enim ac-
cipit propoſitio illa ꝙ nõ poſ-
ſit aliter cognoſci finis. Bene. n.
eſt verum ꝙ ſi ſubſtantia ſub
propria ratione cognoſceretur
ex natura ſic cognita poſſet eiꝰ
cauſa per ſe cognoſci demon-
ſtratione quia, ſed non ſic co-
gnoſcitur a nobis aliqua ſubſtã
tia nunc. ideo nullum finẽ poſ-
ſumus nunc concludere ꝓpriũ
ſubſtantiæ niſi per actum eui-
dentem de illa ſubſtãtia vt no-
ta in vniuerſali & confuſe. In
propoſito autem deficit vtraq;
via, Sed probatio minoris teti-
git vnã viã de ignorantia actus
ſupponendo aliam de ignoran
tia naturæ in ſe. Ad ſecundũ
de Auguſtino dico. ꝙ illa potẽ-
tia habendi charitatem vt ipſa
eſt diſpoſitio reſpectu Dei in ſe
ſub propria ratione amandi cõ
uenit naturæ Hominis ſecũdũ
rationem ſpecialem non com-
munẽ ſibi & ſenſibus. & ideo
non eſt illa potentialitas natu-
raliter cognoſcibilis de homi-
ne. ſicut nec homo cognoſcitur
ſub illa rõne ſub qua eſt eius
hæc potentia. Et ita reſpõdeo
ad illud inquantum poteſt ad-
duci cõtra cõcluſionẽ principa
lem. ſ. oppoſitã minori primæ
rationis. Sed inquantum addu
citur contra illam reſponſionẽ
de fine naturali & ſupernatura
li. concedo Deum eſſe finẽ na-
turalem hominis. licet non na
turaliter adipiſcendum, ſed ſu-
pernaturaliter. & hoc probat ra
tio ſequens de deſiderio natu-
rali quam concedo. Ad aliud
negandum eſt illud quod aſſu-
mitur. ſ. ꝙ naturaliter cognoſci
mus ens eſſe primum obiectũ
intellectus noſtri. & hoc ſecun
dum totam indifferentiã entis
ad ſenſibilia & inſenſibilia. Et
ſic quod dicit Auic. non cõclu-
dit ꝙ ſit naturaliter notũ. Mi- *Commeta*
ſcuit enim ſectam ſuam quæ *tor 4. Me*
fuit ſecta Machometi philoſo- *taphy.c.1.*
phicis. Et quædam dixit vt phi
loſophica & ratione probata.
alia vt conſona ſuę ſectæ. Vnde
ipſe expreſſe ponit 9. Metaphy. *Cap. 7. &*
ſuæ animam ſeparatam cogno *ſupra.*
ſcere ſubſtantiam immateria-
lem in ſe. Et ideo ſub obiecto
primo intellectus habet pone-
re ſubſtantiam immaterialem
contineri. Non ſic Ariſto. ſed

ſecundum ipſum videtur eſſe primum obiectum intellectus noſtri quiditas rei ſenſibilis. & hoc vel in ſe ſenſibilis vel in ſuo inferiori hoc eſt quiditas abſtrahibilis a ſenſibilibus.

ARGVITVR contra hoc ſic, quia ſi quiditas rei materialis ſit obiectum adequatum intellectus. tunc intellectus non poterit intelligere aliquid de ſubſtantijs ſeparatis, quia obiectum adequatum vel formaliter vel virtualiter continet omne illud in quod potētia poteſt ferri, ſed quiditas materialis nec formaliter nec virtualiter continet ſubſtantias ſeparatas. ergo &c. Reſpondeo. aſſumptū non eſſe verum, quia quinque communia ſenſibilia. ſ. numerus, figura, motus, magnitudo, & quies, ſentiuntur a viſu per ſe, & tamen neutro modo continētur ſub luce vel colore. ſufficit enim aliqua conuenientia vel concomitantia vnius ad alterum. Quod autē additur de Auguſtino in confirmatione illius rationis. Reſpondeo & dico, ꝙ dictum Auguſtini debet intelligi de actu primo ſufficiēte ex ſe ad actum ſuum ſecundum, ſed tamen nunc impeditur, propter quod impedimentum actus ſecundus non elicitur a primo. de hoc autem amplius dicetur infra. Si vero obijciatur contra iſta. homo in ſtatu naturæ inſtitutæ potuit cognoſcere naturam ſuam. igitur finem naturę ex deductione primæ rationis. igitur iſta cognitio non eſt ſupernaturalis. Itē contra reſpōſionem ad vltimā rationem. ſi ideo non cognoſcitur quid ſit obiectum primum intellectus, quia non cognoſcitur intellectus ſub ratione propria ſub qua reſpicit tale obiectum. ergo non poteſt cognoſci de quocunque ꝙ ipſum ſit intelligibile, quia non cognoſcitur potētia ſub illa ratione ſub qua reſpicit quodcū; vt obiectum intelligibile. Reſpōdeo ad primum requireretur dici qualis fuerit cognitio hominis inſtituti, quod vſque alias differatur, ſaltem reſpectu viatoris pro ſtatu iſto eſt dicta cognitio ſupernaturalis, quia facultatē eius naturalem excedens. naturalem dico ſecundum ſtatū naturæ lapſæ. Ad ſecundum concedo ꝙ non habetur modo cognitio de anima vel de aliqua eius potentia ita diſtincta ꝙ ex ipſa poſſit cognoſci ꝙ aliquod obiectum tale ſibi correſpondeat ſed ex ipſo actu quem experimur concludimus potentiam & naturā cuius iſte actus eſt illud reſpicere pro obiecto quod percipimus attingi per actum. ita ꝙ obiectum potētiæ non concluditur ex cognitione potentiæ, ſed ex cognitione actus quem experimur. Sed de obiecto ſupernaturali neutrā cognitionem poſſumus habere. ideo ibi, deficit vtraq; via cognoſcendi finem propriū illius naturæ.

*Dist. 3. q. 3. & 3. dist. 2. q. 8. & quar 14. q.*

AD ARGVMENTVM contra ſecundam rationem patet, quia ſupponit quoddam iā negatum. Ad confirmationem illius rationis dico ꝙ quādo finis ſequitur naturaliter ea quę ſunt ad finē & naturaliter prę exigit illa. tunc ex fine poſſunt concludi ea quæ ſunt ad finē. hic autem non eſt conſecutio naturalis, ſed tantum acceptatio diuinæ voluntatis compenſantis

*Vide in ii dist. 3. q. 9. & dist. 21. q. 3. & in 3. dist. 14. q. 3. & in 4. dist. 10. q. 5. et sup. lib. de anima q. 15. optime*



ſantis iſta merita tanquàm digna tali fine.

*T. c. 2.*

TERTIO arguitur principaliter contra opi. philoſophorum 6. Metaphy. cognitio ſubſtātiarū ſeparatarū eſt nobiliſſima, quia eſt circa nobiliſſimū genus. ergo cognitio eorū quæ ſunt propria eis eſt maxime nobilis & neceſſaria. nam illa propria eis ſunt nobiliora & perfectiora cognoſcibilia quàm illa in quibus conueniunt cum ſenſibilibus. Sed illa ꝓpria nō poſſumus cognoſcere ex puris naturalibus, probo: quia ſi in aliqua ſciētia naturaliter poſſibili traderentur hæc propria. hoc eſſet in metaphyſica, ſed ipſa non eſt poſſibilis naturaliter a nobis haberi de proprijs paſſionibus iſtarū ſubſtantiarum ſeparatarum, vt patet dupliciter. & primo ſic, quia illa non includuntur virtualiter in primo ſubiecto metaphyſicæ. ſ. in ente. Hoc etiam eſt qđ dicit philoſophus 1. Metaphy. ꝙ oportet ſapientem omnia cognoſcere aliqualiter. ſ. in vniuerſali & nō in particulari. Et ſubdit. Qui enim nouit vniuerſalia nouit aliqualiter oīa ſubiecta. Sapientē aūt vocat metaphyſicū ſicut metaphyſicam probat ibi eſſe ſapientiam. Secundo probo ratione, quia non cognoſcūtur talia cognitione ꝓpter qđ. niſi cognoſcātur propria ſubiecta quæ ſubiecta includunt talia propter quid. Sed propria ſubiecta eorum non ſunt a nobis naturaliter cognoſcibilia, ergo &c. Nec cognoſcuntur illa propria eorum demonſtratione quia. videlicet ex effectibus, quod probatur. nam effectus, vel relinquunt intellectum dubium quo ad iſta vel adducunt in errorem quod apparet ex ꝓprietatibus primæ ſubſtantiæ immaterialis in ſe. proprietas enim naturæ eius eſt ꝙ ſit cōicabilis tribus, ſed effectus non oſtendunt iſtā proprietatem: quia non ſunt ab ipſo inquantum trinus. Et ſi ab effectibus arguatur ad cauſam magis ducunt in oppoſitū, & in errorē, q̄a in nullo effectu inuenit̃ vna natura. Numero niſi ī vno ſuppoſito. proprietas etiam iſtius naturæ ad extra eſt cauſare contingenter & ad oppoſitū huius magis deducunt effectus in errorem ſicut patet per opiniones philoſophorum ponentiū primum neceſſario cauſare. De proprietatibus etiam aliarum ſubſtā tiarum patet hoc idem, quia effectus magis ducunt in ſempiternitatem & æternitatē & neceſſitatem earum q̄ incontingentiam & nouitatem. Similiter videntur philoſophi ex motibus cōcludere ꝙ numerus iſtarum ſubſtantiarum ſeparatarum ſit ſecūdum numerum motuum celeſtium. Similiter ꝙ illę ſubſtantię ſunt naturaliter beatę & impeccabiles ſicut philoſophi poſuerunt, quę omnia abſurdiſſima ſunt.

*12. Metaphy. t. c. 42.*

CONTRA iſtam rationē arguo & probo ꝙ quæcūq; neceſſaria de ſubſtantijs ſeparatis cognoſcuntur a nobis nunc per fidem ſiue [illegible] communem reuelationem poſſunt cognoſci cognitione naturali. Et hoc ſic. Quorūcunque neceſſariorū reuelatorum terminos naturaliter cognoſcimus & illa poſſumus naturaliter comprehendere. ſed omnium neceſſario rum reuelatorum terminos naturaliter

*Henricus in sum. sua.*

liter cognoſcimus. ergo &c. Probatio maioris. Illa neceſſaria aut ſunt mediata aut immediata. Si immediata. ergo cognoſcũtur cognitis terminis. 1. Poſteriorũ. Si mediata. ergo nõ poſſumus cognoſcere extrema, poſſumus concipere mediũ inter ea. & tunc coniungendo illud medium cũ vtroque extremo aut habentur pręmiſſę mediate, aut immediate. Si immediate idẽ quod prius. Si mediate procedemus concipiendo mediũ inter extrema & coniungendo cũ extremis quouſque veniamus ad immediata. igitur tandem veniemus ad neceſſaria immediata quæ intelligemus ex terminis ex quibus ſequũtur omnia neceſſaria mediata. ergo iſta mediata per immediata ſcire poterimus naturaliter Probatio minoris principalis, quia habens fidem & non habens fidẽ contradicentes ſibi inuicem nõ contẽdunt de nominibus tantum, ſed de conceptibus. ſicut cum philoſophus & theologus contradicunt de iſta. Deus eſt trinus. vbi non tantum idẽ nomen, ſed eundem conceptum vnus negat & alius affirmat. ergo omnem conceptum ſimplicem quem iſte habet & ille habet. Ad iſtud reſpondeo de ſubſtãtijs ſeparatis ſunt aliquę veritates immediate accipio tunc aliquam veritatem talem primam & immediatam & ſit a. in iſta includuntur multę veritates mediate, puta omnes quę particulariter enunciant cõmunia ad prædicatum de communibus ad ſubiectum, dicantur b.c. iſta vera mediata nõ habẽt euidentiam niſi ex illa immediata. ergo non ſunt nata ſciri niſi ex iſta immediata intellecta. Si igitur aliquis intellectus poſſit intelligere terminos. b.c. & componere eos adinuicẽ, nõ aũt poſſet intelligere terminos a nec per cõſequẽs ipſum a.b. ſed tũc erit intellectui ſuo ꝓpoſitio neutra. Ita eſt de nobis q̃a cõceptus quoſdã cõmunes habemus de ſubſtantiis immaterialibꝰ & materialibus, & iſtos poſſumus adinuicem cõponere. Sed iſtę cõplexiones non habent euidentiam niſi ex veris immediatis quæ ſunt de illis quiditatibus ſub ratione ꝓpria & ſpeciali ſub qua ratione non concipimus iſtas quidditates. & ideo nec ſcimus illas veritates generales de conceptibus generalibus. Exemplum, ſi impoſſibile eſt alicui concipere triangulum ſub propria ſpecie, poteſt tamẽ abſtrahere rõnẽ figuræ a quadrangulo & eam concipere, impoſſibile eſt etiam ſibi concipere primitatem vt eſt ꝓpria paſſio triãguli, quia ſic nõ concipitur niſi vt abſtrahitur a triangulo, tamẽ poteſt primitatem abſtrahere ab alijs primitatibus, puta in numeris. iſte intellectus licet poſſet formare hãc complexionem, aliqua figura eſt prima, quia terminos eius poteſt apprehendere, tamẽ illa compoſitio formata erit ſibi neutra, quia iſta eſt mediata incluſa in iſta immediata. triãgulus eſt, ſic primus, & hãc immediatam non põt intelligere, quia nec terminos eius. ideo mediatam nõ poteſt ſcire quæ ex hac immediata tantũ habet euidẽtiam. Per hoc ad argumẽtum: nego maiorem. ad probationem dico ꝙ illa neceſſaria ſunt mediata. Et cum dicis igitur



tur cum poſſumus cognoſcere extrema poſſumus concipere mediũ inter extrema. nego cõſequentiam, quia medium inter extrema quandoque eſt eſſentialiter ordinatum, puta q̃d q̃d eſt alterius extremi, vel paſſio prior reſpectu poſterioris paſſionis. & tale eſt mediũ ad concludendũ vniuerſaliter extremum de extremo. Concedo igitur ꝙ quicunque poteſt intelligere extrema poteſt intelligere tale mediũ inter talia extrema, quia intellectus eius includitur in altero extremo, ſi eſt paſſio, vel eſt idem alteri, ſi eſt quod quid eſt alterius extremi. Si autem medium ſit particulare cõtentum ſub altero extremo, & non eſſentialiter ordinatum inter extrema, tunc non oportet ꝙ potens concipere extrema generalia poſſit concipere medium particulare ad illa extrema generalia. ita eſt hic. nam iſta quiditas ſub ratione propria & particulari habens paſſionem aliquam ſibi immediate inhęrentem eſt medium inferius ad conceptum ſibi cõmunem, de quo dicitur illa paſſio in comuni accepta. & ideo non eſt medinm vniuerſaliter inferens paſſionem de communi, ſed tantum particulariter. hoc patet in exẽplo illo, q̃a nõ oportet ꝙ potẽs cõcipere figurã ĩ cõi & primitatẽ in cõi poſſit concipere triangulũ in particulari, quia triangulus eſt medium cõtentum ſub figura. medium inquàm ad concludendum primitatem particulariter de figura. Hæc ratio tertia potiſſime concludit de prima ſubſtantia immateriali, quia eius tanquàm obiecti beatifici potiſſimum eſt cognitio neceſſaria. Et tunc reſponſio iſta ad obiectionem contra ipſam ſupponit ꝙ nunc naturaliter non concipimus Deum niſi in conceptu generali cõmuni ſibi & ſenſibilibus, q̃d inferius diſt. 3. q. 1 exponetur. ſi etiam negetur illud ſuppoſitum adhuc oportet dicere conceptum qui põt fieri de Deo virtute creaturę eſſe imperfectum, qui autem fieret virtute ipſius eſſentię eſſe ꝑfectum. ſicut ergo dictum eſt de conceptu generali & ſpeciali, ita dicatur ſecundum aliã viã de imperfecto & perfecto conceptu.

CONTRA concluſionem principalẽ hoc aũt poſset ſic argui. pono ꝙ ſit aliquis adultus nõ baptizatus. & ꝙ nõ hẽat aliquẽ docẽtẽ, hẽat tñ bonos motus: quales poteſt habere, cõformes .ſ. rationi rectę naturali, & caueat ea quæ naturalis ratio oſtendit ſibi eſſe mala, licet Deus de communi lege talem viſitaret. docendo per hominẽ. ſicut Cornelium viſitauit. pono tamen ꝙ non doceatur ab aliquo, ille ſaluabitur. Similiter licet poſtea doceatur tamẽ prius eſt iuſtus, & ita tunc dignus vita ęterna quia per bona velle præcedentia doctrinã meretur gratiam quia eſt iuſtus, non tamen habet theologiam etiam quantum ad prima credibilia, ſed tantum cognitionẽ naturalem ergo nihil theologiæ eſt ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem. Poſſet dici ꝙ iſte per bona velle ex genere de cõgruo meretur iuſtificari ab originali. & Deus non ſubtrahit liberalitatis ſuæ munus ab eo, ſed dat ſibi primam gratiam ſine

ne ſacramento, quia non eſt alligatus ſacramentis, & tunc gratia non datur ſine habitu fidei theologiæ, ita ꝙ habet habitũ theologiæ, licet non poſſit exire in actum ſicut nec baptizatus niſi inſtruatur, & licet non ſit contradictio gratiam dare ſine fide cum ſint habitus diſtincti & in diuerſis potentijs, tamen ſicut in baptiſmo ponit̃ ſimultas in infuſione, ita in propoſito poteſt poni ſimultas in caſu iſto, non enim minus gratioſus eſt Deus illi quem propter meritum de congruo iuſtificat ſine ſacramento quàm illi quem ſine omni merito proprio iuſtificat in ſuſceptione ſacramenti ſed poſſibile eſt Deo de potentia abſoluta quemlibet ſaluare & etiã facere ꝙ mereatur gloriam ſine fide infuſa, ſi ſine illa det gratiam, quam habens bene vtatur ea quantum ad velle quod poteſt habere ſecundũ naturalem cognitionem & fidem acquiſitam vel ſine omni fide acquiſita ſi doctor deſit, ſed de potentia ordinata non tenetur ſine fidei habitu præcedente, quia ſine illa non ponitur gratia infundi, non tamen propter indigentiam quaſi ſine illa nõ ſufficeret, ſed propter liberalitatem diuinam quæ totum reformat intus hominem, minus etiã perfecte eſſet homo diſpoſitus quantum ad aſſenſum quorundam verorum ſine fide infuſa. & ſicut in hoc, ita proportionabiliter de habitu theologiæ qui perfectus exiſtens includit fidem infuſam & acquiſitã articulorum & alirum reuelatorũ a Deo in ſcriptura, ita ꝙ nõ eſt tantum hic infuſa nec acquiſita tantum, ſed ſimul ambæ. Eſt igitur theologia neceſſaria loquendo de potẽtia ordinata & loquendo de principali habitu ſiue priori pertinente ad theologiam quæ eſt fides infuſa, & hoc generaliter quãtum ad oẽs non ſic autem quãtum ad ſecũdum habitum quẽ includit qui eſt fides acquiſita, ſed forte de potẽtia ordinata eſt neceſſaria in adulto potente habere doctorem & eum intelligere, & hoc quantum ad aliquorum generalium fidem acquiſitam.

*Tho. 1. parte ſũ. q. 1. ar. 1. in ſolutione prin.*

QVARTO principaliter arguitur ſic. Ordinatum ad aliquem finem ad quem eſt ex ſe indiſpoſitum, neceſſe eſt paulatim promoueri ad diſpoſitionẽ reſpectu illius finis, ſed homo ordinatur ad finem ſupernaturalem ad quem ex ſe eſt indiſpoſitus, ergo indiget paulatim diſponi ad habendum illum finem. hoc autem fit per cognitionem aliquam ſupernaturalem. ergo &c. Si inſtetur ꝙ agẽs perfectum poteſt ſtatim remouere imperfectionem & ſtatim agere. Reſpõdetur ꝙ ſi poſſet de potentia abſoluta, tamen perfectius eſt communicare homini aliquam actiuitatem reſpectu ſuę perfectionis conſequendę quàm non communicare. põt aũt homo habere actiuitatem aliquam reſpectu ſuę perfectionis finalis. ergo perfectius eſt ꝙ hoc ſibi communicetur quod non poteſt fieri ſine aliqua cognitione imperfecta præcedente iſtam perfectam ad quam ordinatur finaliter.

*Henr. in ſum. ſua. & Guil. Varro. lib. 1. q. 2.*

QVINTO arguit̃ ſic. Omne agens vtens inſtrumento in agendo non poteſt per illud inſtrumentum in aliquam actionem quæ excedit naturam illius

lius



lius inſtrumenti. lumen autem intellectus agentis eſt inſtrumẽtum quo anima nunc vtitur in intelligendo naturaliter. ergo non poteſt per illud lumen in aliquam actionẽ quæ excedat illud lumen, ſed illud de ſe eſt limitatum ad cognitionem habitam per viam ſenſuum. ergo anima non poteſt in aliquam actionem quæ non poteſt haberi per viam ſenſus, ſed multorum aliorũ cognitio eſt neceſſaria pro ſtatu iſto. igitur &c, Hęc ratio videtur concludere cõtra eum qui fecit eam. ſecundum enim deductionẽ iſtam lux increata nõ poterit vti intellectu agente vt inſtrumẽto ad cognitionem alicuius ſincerę veritatis, quia talis ſecundum eũ nõ põt haberi via ſenſuũ ſine ſpeciali illuſtratione. Et ita ſequitur ꝙ ĩ cognitione veritatis ſincerę lumen intellectus agentis nullo modo habeat aliquam actionem, quod videtur inconueniens, quia iſta actio perfectior eſt communi intellectione. & per conſequens illud qđ perfectius eſt in anima inquãtum intellectiua oportet concurrere aliquo modo ad iſtam actionem. Iſtę duę rationes non videntur plurimum efficaces. prima enim eſſet efficax ſi eſſet probatũ ꝙ homo ordinatur finaliter ad cognitionem ſupernaturalem. cuius probatio pertinet ad quæſtiones de beatitudine. Et ſi cum hoc oſtẽderetur cognitionem naturalẽ nõ ſufficienter diſponere pro ſtatu iſto ad cognitionem ſupernaturalẽ conſequendam. Secunda ratio petit duo. ſ. aliquorum cognitionem eſſe neceſſariã quę non poſſunt cognoſci per viam ſenſuum. Et ꝙ lumen intellectus agentis eſt ad talia cognoſcibilia limitatũ. Tres ergo primæ rationes ꝓbabiliores apparẽt.

*a. l. omni.*

AD QVAESTIONEM igitur reſpondeo diſtinguendo primo qualiter aliquid dicitur ſupernaturale. potẽtia enim receptiua comparatur ad actum quẽ recipit. vel ad agens a quo recipit. Primo modo ipſa eſt potentia naturalis vel violẽta vel neutra. naturalis ſi naturaliter inclinetur, violenta, ſi ſit contra inclinationem naturalem. neutra, ſi neque inclinatur ad iſtam formam neque ad oppoſitam. In hac autem cõparatione nulla eſt ſupernaturalitas. Sed comparando receptiuum ad agens a quo recipit formam eſt naturalitas quando receptiuum cõparatur ad tale agens, quod natum eſt naturaliter imprimere talem formam in tali paſſo. Supernaturalitas autem quando comparatur ad tale agẽs, quod non eſt naturaliter impreſſiuũ illius formæ in illud paſſum.

ANTEQVAM Hæc diſtinctio ad propoſitum applicetur. Cõtra iſtud arguitur multipliciter, tam ꝙ diſtinctio naturalis & violenti ſumatur ex cõparatione paſſi ad agens, non tantum ex comparatione eius ad formam, quàm ꝙ diſtinctio naturalis & ſupernaturalis ſumatur ex cõparatione paſſi ad formam, non tãtum ex comparatione eius ad agens, quæ argumenta non ponuntur hic. Solutio rationis apparet, quia illud eſt precise cauſa alterius quo poſito circumſcripto vel variato quocunque alio ſequitur effectus, nunc autem licet forma contra quam inclinatur receptiuum

ptiuum

ptiuum, non inducatur niſi per agens violentans paſſum, nec agens ſupernaturale ſupernaturaliter agat niſi inducendo formam, tñ per ſe ratio violẽti eſt ex habitudine paſſi ad formã. & nõ ad agẽs, & ꝑ ſe rõ ſupernaturalis eſt ex habitudine paſſi ad agens, & nõ ad formã ꝓbat̃ quia paſſo & forma manẽtibꝰ ĩ ſua ratione, puta ꝙ forma ſit receptibilis, contra tñ inclinationẽ paſſi, qũocũque varietur agens paſſum violenter recipit, ſimiliter paſſo & agente ſic ſe habentibus ꝙ ſolum agens nõ naturaliter, ſed ſupernaturaliter actiuum, tranſmutat paſſũ ſolum inquam, ita ꝙ agens naturale non diſponat, quãcunq; formam inducet erit ſupernaturalis reſpectu paſſi. Hoc probatur ſecundo, quia non tantũ in induci, ſed in permanere aliqua forma violenter permanet in paſſo ſine actione extrinſeca, licet non diu, aliqua naturaliter etiam diu. aliqua ſupernaturaliter propter agens tantũ, ita ꝙ circunſcribendo agens a quo fit non poſſet dici ſupernaturalis. poteſt autem dici naturalis, quia perficit naturaliter comparando formam ad receptiuum tantum. Ad propoſitũ dico. ꝙ comparando intellectũ poſſibilem ad notitiam actualẽ in ſe. nulla eſt ſibi cognitio ſupernaturalis, quia intellectus poſſibilis quacunque cognitione naturaliter perficitur & ad quancunque naturaliter inclinatur, ſed ſecundo modo loquẽdo ſic eſt ſupernaturalis, quæ generatur ab aliquo agente, qđ non eſt natum mouere intellectum poſſibilem ad talem cognitionem naturaliter. pro ſtatu autem iſto ſecundum philoſophum intellectus poſſibilis natus eſt moueri ad cognitionẽ ab intellectu agente & fantaſmate. igitur ſola illa cognitio naturalis eſt quæ ab iſtis agentibus poteſt imprimi, virtute autem iſtorũ poteſt haberi omnis cognitio incõplexa quæ ſecundum legem communẽ habeĩ a viatore. ſicut patet in inſtantia cõtra tertiam rationem principalem. & ideo licet Deus poſſit per reuelationem ſpecialem cognitionem alicuius incõplexi cauſare, ſicut in raptu, nõ tamen talis cognitio ſupernaturalis eſt neceſſaria de cõmuni lege. De complexis autem veritatibus ſecus eſt, q̃a ſicut oſtẽſum eſt per tres rõnes primas contra primam opinionem adductas, poſita tota actione intellectus agentis & fantaſmatũ multæ complexiones remanebunt ignotæ & nobis neutrę, quarum cognitio eſt nobis neceſſaria. iſtarum igitur notitiã eſt neceſſe nobis ſupernaturaliter tradi, quia nullus earũ notitiam potuit naturaliter inuenire, & eam alijs docendo tradere, quia ſicut vni ita cuilibet ex naturalibus erunt neutrę. Vtrum autem poſt primam traditionem doctrinæ de talibus poſſit aliquis aſſentire naturaliter doctrinę traditę. de hoc in 3. lib. diſt. 23. Hęc autem prima traditio talis doctrinę dicitur reuelatio quæ ideo eſt ſupernaturalis, quia eſt ab agẽte quod non eſt naturaliter motiuũ intellectus noſtri pro ſtatu iſto. Aliter etiam poſſet dici ſupernaturalis, quia eſt ab agẽte ſupplente vicem obiecti ſupernaturalis. Nam obiectum natum cau-



ſare notitiam huius. Deus eſt trinus & vnus. vel ſimiliũ, eſt eſſentia ſub propria ratione cognita. ipſa autem ſub tali rõne cognoſcibilis, eſt obiectum nobis ſupernaturale. Quodcũque igitur agens cauſat notitiã aliquarum veritatum, quæ per tale obiectum ſic cognitum natę ſunt eſſe euidẽtes, illud agẽs in hoc ſupplet vicẽ illius obiecti, ꝙ ſi ipſum agens cauſaret notitiam perfectam iſtarũ veritatum, qualem ipſum obiectũ in ſe cognitum cauſaret. tunc perfecte ſuppleret vicem obiecti, ſed ſi agens non ita perfectã notitiam cauſat ſicut obiectũ in ſe cauſaret, tunc imperfecte ſupplet vicem obiecti, pro quãto. ſ. imperfecta notitia, quã facit virtualiter continetur in illa perfecta. cuius obiectum in ſe cognitum eſſet cauſa. Ita in propoſito. nam reuelans hanc. Deus eſt trinus. cauſat in mente aliqualẽ notitiam huius veritatis, licet obſcuram, quia cauſat de obiecto non ſub propria ratione cognito, quod obiectũ ſi cognitum eſſet natũ eſſet cauſare notitiã perfectam & clarã veritatis illius. pro quanto igitur hæc notitia obſcura in illa clara includitur eminẽter ſicut imperfectũ in perfecto, pro tanto reuelans hanc obſcuram & cauſans ſupplet vicem obiecti illius clare notitiæ cauſatiui, præcipue cum non poſſit notitiam alicuius veritatis cauſare niſi vt ſupplens vicem alicuius obiecti, nec veritatum taliũ de illo obiecto notitiam cauſare poſſet vt ſupplens vicem obiecti alicuius inferioris naturaliter motiui intellectus noſtri, quia nullũ tale virtualiter includit aliquam notitiam iſtarũ veritatum etiam nec obſcurã. igitur oportet ꝙ in cauſando ẽt iſtam obſcurã aliqualiter ſuppleat vicem obiecti ſupernaturalis. Differẽtia iſtorũ duorum modorum ponendi ſupernaturalitatem notitię, reuelatæ patet ſeparando vnum ab alio, puta ſi agens ſupernaturale cauſaret notitiam obiecti naturalis, vt ſi infunderet geometriã alicui illa eſſet ſupernaturalis primo modo, & non ſecundo modo. ſi autem infunderet notitiam huius. Deus eſt trinus. vel ſimilium, hæc ſupernaturalis eſſet vtroque modo, quia ſecundus infert primũ, licet non econuerſo. vbi autẽ eſt primus tantum ibi nõ eſt neceſſe ꝙ ſit ſic ſupernaturalis quin naturaliter poſſit haberi. vbi vero eſt ſecundus modus eſt neceſſitas, vt ſupernaturaliter habeatur, quia naturaliter haberi nõ põt.

TRES rationes primę quibus innititur iſta ſolutio confirmãtur per auctoritates. Primo per auctoritatem Aug. de ciui. dei lib. 18. c. 41. Philoſophi inquit neſcientes ad quem finem referenda iſta eſſent inter falſa quæ locuti ſunt verum videre potuerunt. Secunda ratio confirmatur per Aug. 2. de ciui. c. 2. Quid prodeſt noſſe quo eundũ ſit, ſi ignoratur via qua eundũ ſit? in hoc enim errabant philoſophi, quia & ſi aliqua de virtutibus vera tradiderunt. tamen falſa miſcuerunt ſecũdũ auctoritatem præcedentem Aug. & patet ex eorum libris. Improbat enim Ariſt. politias diſpoſitas a multis alijs 2. Politicorũ, ſed nec illa Ariſt. eſt irreprehẽſibilis. 7. Polit. vbi docet Deos eſſe

*c.7. uel 5. c.10. uel 15.*

eſſe honorandos. Decet inquit cultum exhibere dijs. Et ibidē. Lex nullum orbatum tradit nutriri. Et in eodem lib & c.15. dicit ꝙ oportet fieri aborſum in caſu. Tertia ratio confirmatur per Aug. 11. de ciui. c.3. Quæ remota ſunt a ſenſibus noſtris, quoniam teſtimonio noſtro ſcire non poſſumus, de his alios teſtes requirimus. Et hoc confirmat totam ſolutionem principalem. quia enim complexiones illę de quibus argutum eſt nobis, ex ſe ſunt neutrę, nullus poteſt ſuo teſtimonio credere de ipſis, ſed oportet teſtimoniū ſupernaturale requirere alicuius ſuperioris tota ſpecie humanę. Qualiter autem prima reuelatio ſiue traditio talis doctrinę fieri potuerit & facta ſit. eſt dubium an .ſ. locutione interiore, an exteriore, an cum aliquibus ſignis adhibitis ſufficientibus ad cauſandum aſſenſum. ad propoſitum ſufficit ꝙ vtroque modo potuit ſupernaturaliter reuelari talis doctrina, ſed neutro modo potuit ab homine ſine errore primo tradi.

*Quare. i. reportatio num. q.2. prolo. et in 2. diſt. 2. & 11.*

CONTRA iſtas tres rationes inſtatur ſimul ꝙ ſeipſas deſtruant, quia quod oſtēditur eſſe neceſſarium cognoſcendum hoc oſtēditur eſſe verum, quia nihil ſcitur niſi verū. ergo quicquid iſtę rationes oſtendunt eſſe neceſſarium cognoſci. (puta ꝙ fruitio Dei in ſe eſt finis hominis, quo ad primā rationē. Quòd via deueniēdi ad ipſam eſt per merita quæ Deus acceptat vt digna tali pręmio, quo ad ſecūdam. Quòd Deus eſt trinus & contingenter cauſans. & huius, quo ad tertiam) totū illud oſtenditur eſſe verū, vel ergo illę rationes nō ſunt niſi ex fide vel ex ipſis concluditur oppoſitum eius quod probant. Rñdeo naturali ratione oſtēditur, neceſſarium eſſe ſcire alteram partē determinate huius contradictionis. fruitio eſt finis. fruitio non eſt finis. hoc eſt ꝙ intellectus non ſit mere dubius vel neuter in hoc problemate. an fruitio ſit finis, quia talis dubitatio vel ignorantia impediret inquiſitionem finis, non autem oſtenditur ratione naturali ꝙ hæc pars ſit neceſſario cognoſcenda. Et hoc modo rationes prædictę vt ſunt naturales cōcludūt de altera parte cōtradictionis hac vel illa, nō determinate, de hac niſi ex creditis tm̄.

*. Poſt er. & alibi ſæpe.*

AD ARGVMENTA pro opi. Ariſt. Ad primū dico ꝙ cognitio depēdet ab aīa cognoſcēte & obiecto cognito: quia cd̄m Aug. 9. de Tri. c. vlt. a cognoſcēte & cognito paritr̄ notitia. licet ergo aīa hēat ſufficiēs actiuū & paſſiuum intra ſe pro quāto actio reſpectu cognitionis cōuenit aīę, nō tñ hēt intra ſe ſufficiens actiuum pro quāto actio conuenit obiecto, quia ſic eſt vt tabula nuda vt dicitur 3. de Anima. eſt igitur intellectus agens quo eſt omnia facere. verum eſt inquantum actio competit animæ reſpectu cognitionis & nō inquantū obiectū eſt actiuum. Ad confirmationē rationis dico ad maiorem ꝙ nam quandoque accipitur pro principio intrinſeco motus vel quietis, ꝓut deſcribitur 2. Phiſ. qñque pro principio actiuo naturaliter, prout natura diſtinguitr̄ contra artem ſiue propoſitum propter oppoſitum modū principiandi. Primo modo non eſt vera

*T.c.14.*

*T.c.6. 2. Phyſ. alibi.*



vera maior, quia nō correſpōdet omni paſſiuo naturaliter principium actiuū ꝙ ſic ſit natura, quia multa ſunt naturaliter receptiua alicuius perfectionis, cuius non habēt principiū intrinſecum actiuum. Secundo modo etiam propoſitio maior eſt falſa in quibuſdam, quādo ſcilicet natura ꝓpter ſui excellentiam ordinatur naturaliter ad recipiendum perfectionem ita eminentē ꝙ non poſſit ſubeſſe cauſalitatis agentis naturalis ſecundo modo dicti. & ita eſt in propoſito. Cū probatur maior. dico ꝙ potentia paſſiua nō eſt fruſtra in natura, qa licet ꝑ agens naturale nō poſſit principaliter, reduci ad actū, tamen poteſt per tale agens diſpoſitio ad ipſum induci, & poteſt per aliqd̄ aliud agēs in natura. i. in tota coordinatione entium, puta per agens ſuper naturale cōplete reduci ad actum. Si autē obiiciatur ꝙ illud vilificat naturam ꝙ ipſa non poſſit conſequi perfectionem ſuam ex naturalibus, cū natura minus deficiat in nobilioribus, ex ſecūdo cęli & mundi. Reſpōdeo ſi felicitas noſtra conſiſteret in ſpeculatione illa ſuprema ad qualem poſſumus nunc naturaliter attingere, non diceret philoſophus naturā deficere in neceſſarijs. nunc autem concedo illam poſſe naturaliter haberi, & vltra hoc dico aliam eminētiorem poſſe naturaliter recipi. ergo in hoc magis dignificatur natura quám ſi ſuprema ſibi poſſibilis poneretur ſolum eſſe iſta naturalis. Nec ēt eſt mirū ꝙ ad maiorē perfectionē ſit capacitas paſſiua in aliqua natura quàm eius cauſalitas actiua ſe extendat. Illud autem quod additur de ſecundo cœli & mūdi non eſt ad propoſitum, quia philoſophus loquitur ibidē de organis correſpondentibus potentiæ motiuæ ſi ineſſet, ſtellis ꝙ natura dediſſet eis organa. & concedo vniuerſaliter ꝙ cui datur potentia quæ nata eſt eſſe organica, ei datur a natura organum, in nō orbatis, dico, ſed in propoſito dico ꝙ data eſt potentia ſed non organica, non tamen ſunt naturaliter data omnia alia præter potentiam concurrentia ad actum. a philoſopho igitur ibi haberi poteſt ꝙ naturaliter ordinabile ad aliquem actum vel obiectum naturaliter habet potētiam ad illud & organum ſi potentia eſt organica, ſed non ſic eſt de poſterioribus requiſitis ad actum. Aliter tamen poſſet dici ad maiorem ꝙ ipſa eſt vera loquēdo de potentia paſſiua naturali, vt paſſiua comparatur ad actiuā, non autem vt paſſiua comparatur ad actum receptum. differētia membrorum patet in principio ſolutionis quaſtionis. minor vero eſt vera ſecundo modo, nō primo. Poſſet aūt tertio modo facilius dici ad minorē. negando ꝙ licet abſolute intellectus poſſibilis ſit naturaliter receptiuus talis intellectionis, non tamen pro ſtatu iſto. cauſa cuius dicetur inferius diſtinctione tertia.

*T.c.50. & 59.*

*n.l. ita.*

AD SECVNDVM dicitr̄ ꝙ diuerſa ratio ſcibilis diuerſitatem ſciētiarum inducit. eandem enim cōcluſionem demōſtrat aſtrologus & naturalis, puta ꝙ terra eſt rotunda, ſed aſtrologus per medium mathematicum. i. a materia abſtractū. na-

*q.1. & 9. Tho. 1. parte ſum. q. 1. ar. 1.*

turalis autem per medium cir-
ca materiam conſideratū. vnde
nihil prohibet de eiſdē rebus,
de quibus philoſophicæ ſcien-
tiæ tractant ſecundum ꝙ ſunt
cognoſcibilia lumine natura-
lis rationis, etiam aliam ſcien-
tiam tractare ſecundū ꝙ cogno
ſcuntur lumine diuine reuela-
tionis. Contra hoc. ſi de cogno-
ſcibilibus in theologia eſt poſſi
bilis tradi cognitio in aliis ſciē
tijs, licet in alio lumine. ergo
non eſt de eis neceſſaria cogni
tio theologica. conſequētia pa-
tet in exemplo eius, quia ꝑ me-
dium phyſicum cognoſcens ter
ram eſſe rotundam nō indiget
cognitione eius per mediū ma-
thematicum tanquàm ſimpli-
citer neceſſarium. Dicta autē
*Tho. prima parte 2. q. 54. ar. 2. maxime ſol. ar. 2.*
reſponſio ad ſecundum exponi
tur ſic. habitus & eſt habitus &
eſt forma. inquantum eſt habi-
tus habet diſtinctionē ab obie-
cto. inquantum eſt forma pōt
diſtingui a principio actiuo. re
*Godfre. quol. 14. q. 4. ſeu ca. 9.*
ſpectu autem habitus ſcientifi-
ci principia ſunt cauſæ effecti-
uę. licet igitur vbi eſt idem ſci-
bile, puta quòd terra eſt rotun
da, non ſit diſtinctio per obie-
cta, tamen eſt ibi diſtinctio per
principia quibus mathemati-
cus & phyſicus hoc oſtendunt,
& ita eſt diſtinctio habituum
inquantum ſunt formæ. Cōtra
*6. principiorum in prin.*
iſtud. forma eſt communis ad
habitum, quia omnis habitus
eſt forma. & nō econuerſo. im-
poſſibile eſt autem aliqua eſſe
diſtincta in ratione ſuperioris,
& non eſſe diſtincta in ratione
inferioris. ergo impoſſibile eſt
aliqua eſſe diſtincta in ratione
formæ. & tamen eſſe indiſtin-
cta in ratione habituum. hoc
enim eſſet ac ſi aliqua eſſēt di-
ſtincta in ratione animalis &
indiſtincta in ratione hominis.
Pręterea ſupponit quòd princi
pia ſunt diſtinctiua habitus cō
cluſionis in alio genere cauſæ
q̃. vt principia effectiua, qđ fal-
ſum eſt, quia ſi aliquam ratio-
nem cauſæ diſtinctiuę habent
ad habitus iſtos non habent ni
ſi rationem cauſę effectiue. Prę
terea ſemper ſtat ratio, qa quā-
tūcunque poſſent poni habi-
tus cognoſcitiui diſtincti, nō ta
men ſaluatur neceſſitas vnius
habitus, quaſi alias cognitio ſit
impoſſibilis ponēdo poſſibilita
tem alterius habitus vndecūq;
diſtincti. Ideo ad argumentum
reſpondeo ꝙ in illis ſciētijs ſpe
culatiuis etſi tractetur de omni
bus ſpeculabilibus, non tamen
quantum ad omnia cognoſcibi
lia de eis, quia non quantū ad
propria eorum cognoſcibilia.
ſicut patuit prius in tertia ratio
ne principali contra opi. phi-
loſophorum.

*Henri. Gan. ſum.*
AD TERTIVM reſpon-
detur ſic. ꝙ prima principia nō
poſſunt applicari ad concluſio-
nes aliquas niſi ſenſibiles, tum
qa termini eorum ſunt abſtra-
cti a ſenſibilibus, & ita ſapiunt
naturam eorum. tum quia in-
tellectus agens per quem debet
fieri applicatio limitatᷓ ad ſen-
ſibilia. Cōtra. certum eſt intel-
lectui ꝙ illa principia prima
ſunt vera non tantum in ſenſi-
bilibus ſed in inſenſibilibus.
nō enim magis dubitatur ꝙ cō
tradictoria nō ſunt ſimul vera
de eodem immateriali q̃. mate
*a.l. Et qui dicitur Præpoſi nus pa*
riali, quare reſponſio nulla. Et
ideo aliter dicitur ꝙ terminus
primi principij. eſt ens quod
diuiditur in decem genera, &
illud non extendit ſe ad obie-
ctum



*prima rū. Guil. Var. lib. 1. q. 5. ſoluēdo 5. ar.*
ctum theologicum. Hoc nihil
valet, quia non magis dubita-
mus ꝙ contradictoria nō ſunt
ſimul vera de Deo. quàm de al-
tero. vt ꝙ Deus eſt beatus & nō
beatus. Alia datur reſponſio ꝙ
ex maioribus ſolum nō ſequū-
tur concluſiones, ſed cum mi-
noribus adiunctis. nunc autem
minores non ſunt naturaliter
manifeſtę quæ debēt illis adiū
gi. Contra. minores ſumendæ
ſub primis principijs prædicāt
de ſumptis ſub terminos ſubie
ctos primorum principiorum,
ſed notū eſt terminos primorū
principiorū dici de quolibet,
quia ſunt communiſſimi. ergo
Ideo reſpondeo ꝙ ſecūda pars
minoris eſt falſa. hęc. ſ. ꝙ in pri
mis principijs includuntur vir
tualiter omnes cōcluſiones ſci
biles. Ad probationem dico ꝙ
ſicut termini ſubiecti ſunt cō-
munes, ita & termini prædica-
ti, quando igitur termini ſubie
cti ſic diſtributi accipiūtur pro
omnibus, non accipiuntur niſi
reſpectu terminorum prędica-
torum qui ſunt cōmuniſſimi.
& per conſequens virtute taliū
principiorum non ſciuntur de
inferioribus niſi prædicata cō-
muniſſima. Hoc patet ratione,
quia mediū nō poteſt eſſe pro-
ꝑter qd reſpectu paſſionis niſi
quæ includitur virtualiter in ra
tione illius medij. ī ratione au
tem ſubiecti principij commu
niſſimi non includitur propter
quid aliqua paſſio particula-
ris, ſed tātum communiſſima.
ergo illud ſubiectum nō poteſt
eſſe ratio cognoſcendi aliquas
paſſiones niſi communiſſimas.
Sed præter paſſiones commu-
niſſimas ſunt multæ alię paſſio
nes ſcibiles ad quas non poſ-
ſunt rationes primorum princi
piorum eſſe media, quia nō in-
cludunt illas. ergo ſunt multæ
veritates ſcibiles quæ nō inclu
dūtur in primis principiis. Hoc
patet ex hoc exēplo, quia iſtud,
omne totum eſt maius ſua par
te. & ſi includat iſtam, quater-
narius eſt maior binario. & a-
lias ſimiles de eodem prædica-
to, non tamen includit iſtas. ſ.
quaternarius eſt duplus ad bi-
narium. & trinarius ſe habet in
ꝓportione ſexquialtera ad dua
litatem. nam ad iſta prædicata
oportet habere media ſpecia-
lia concludentia ipſa. Secunda *a.l. probatio.*
ratio logica eſt. quia licet con-
tingat deſcendere ſub ſubiecto
vniuerſalis affirmatiuę, non ta
men ſub prædicato, multa aūt
prædicata contenta ſub prædi-
catis primorum principiorum
ſunt ſcibilia de inferioribus ad
ſubiecta illorum. igitur illa prę
dicata per prima principia nō
ſciuntur de illis ſubiectis. Con
tra illud obiicitur. de quolibet
affirmatio vel negatio eſt de ne
ceſſitate vera. ſequitur ergo de
neceſſitate hoc eſſe album vel
nō album, ita ꝙ licet ibi deſcē
dere ſub prędicato & ſub ſubie
cto. Reſpondeo illud principiū.
de quolibet affirmatio vel ne-
gatio &c. valet iſtam. de quoli-
bet cuiuſlibet cōtradictionis al
tera pars eſt vera, altera falſa.
vbi duplex eſt diſtributio ex par
te ſubiecti. ſ. de quolibet & cu-
iuſlibet. & ſub vtroque diſtri-
buto licet deſcendere. igitur de
hoc huius contradictionis alte-
ra pars eſt vera altera falſa. Sed
ſub prædicato ſtante cōfuſe tā-
tum non licet deſcendere, quia
non ſequitur. de quolibet cu-
iuſlibet altera pars &c. ergo

hæc pars & ita in alijs principijs ſemper prædicatum vniuerſalis affirmatiuę ſtat confuſe tantum, ſiue ſint ibi duæ diſtributiones in ſubiecto, ſiue vna. & in propoſito exemplo adhuc patet propoſitum, quia de homine verum eſt quòd ſit riſibilis. nunquàm tamen per hoc principiũ. de quolibet &c. poteſt plus inferri, niſi, ergo de homine riſibile vel non riſibile altera igitur pars prædicati diſiuncti nunquàm ſcietur de ſubiecto per hoc principiũ cõe ſed requiritur aliquod principium ſpeciale tanq̃ mediũ determinatum, & ratio ſciendi riſibile de homine.

*Guil. Var. li. 1. q. 2. ſol. 1. arg. a l. diſtinguitur.*

AD ARGVMENTA principalia. Ad primum diſtinguo de obiecto naturali, quod põt accipi vel pro eo ad quod naturaliter ſiue ex actione cauſarum naturaliter actiuarũ poteſt potentia attingere. vel pro illo ad quod potentia naturaliter inclinatur. ſiue poſſit illud naturaliter attingere ſiue non poſſet ergo maior negari intelligendo naturale primo modo, quia obiectũ primum eſt adequatum potẽtię, & ideo abſtractũ ab omnibus illis circa quæ poteſt potentia operari, non autem oportet, ſi intellectus poſſit naturaliter intelligere tale commune, quòd poſſit intelligere quodcunque contentũ ſub illo, quia intellectio alicuius contenti multo excellentior eſt intellectione confuſa talis cõmunis. Et ſic conceſſa minore in vtroque ſenſu concluſio intenta non habetur, ſcilicet de naturaliter attingibili, quia ſic maior fuit falſa. Cõtra hanc reſponſionẽ arguo, qa deſtruit ſe ipſam. primũ. n. obiectũ eſt adęquatũ potẽtię. hoc eſt ꝙ nihil reſpicit potentia ꝓ obiecto niſi in quo eſt rõ illius primi, & in quocũque eſt ratio illius primi illud reſpicit potẽtia pro obiecto. ergo impoſſibile eſt aliqd eſſe obiectũ primũ naturaliter, quin quodlibet cõtentũ ſub illo ſit ꝑ ſe obiectũ naturaliter. da enim oppoſitũ. & tũc nõ eſt adequatũ naturaliter, ſed excedẽs, & aliqd eo inferius eſt adęquatũ. & ita primũ. Rõ autem quę adducitur pro reſponſione fallit ſecundũ fallaciã figurę dictionis. licet n. ens (vt eſt quoddam intelligibile vno actu ſicut hõ eſt intelligibilis vna intellectione) ſit naturaliter attingibile. illa enim vnica intellectio entis (vt vnius obiecti) eſt naturalis, non tñ ens vt primũ obiectum. i. adequatum poteſt poni naturaliter attingibile, niſi quodlibet ſub eo contentum ſit naturaliter attingibile, quia eſt primum obiectum vt includitur in omnibus per ſe obiectis. Cõmutatur igitur hoc aliquid in quale quid cum arguit, ens eſt naturaliter attingibile. ergo ens vt primum obiectum hoc ẽ adequatũ eſt naturaliter attingibile falsũ eſt, qa añcedẽs eſt verũ, vt ens eſt vnũ intelligibile ſingulare, ſicut albũ, ſed cõſequẽs cõcludit de ente vt includitur in omni intelligibili nõ vt ſeorſum ab illis intellectũ. Ad argumentũ igitur eſt alia reſponſio realis ꝙ minor eſt falſa de obidcto naturali. i. naturaliter attingibili. vera alio modo de obiecto ad qd̓ naturaliter inclinat̃ potẽtia. & ita dẽt intelligi auctoritas Auic. Quid aũt ſit ponẽdũ obiectũ primum naturaliter attingibile de hoc infra diſt. 3. Cõfirmat̃ rñſio ꝑ Anſel. de li. ar. c. 2. Nullam inquit vt puto habemus poteſtatem quæ ſola ſufficiat ad actum, poteſtatem autem vocat, quod nos cõmuniter dicimus potentiam, ſicut patet per exemplum eius de ſenſu viſus. Non eſt igitur inconueniens potentiam eſſe naturaliter ordinatam ad obiectum ad quod non poteſt naturaliter attingere, ſicut quælibet ex ſe ſola ordinatur ad actum, & tamen non poteſt ex ſe ſola attingere. Ad ſecnndum argumentum nego conſequentiam. Ad probationẽ patet ex dictis in reſponſione ad confirmationem primi argumẽti pro opi. philoſophi, ꝙ ſuperiora ordinãtur ad perfectionem maiorem paſſiue recipiendam, quàm ipſa poſſint actiue producere. & per conſequens iſtorum perfectio non poteſt produci niſi ab aliquo agente ſupernaturali, non ſic eſt de perfectione inferiorum, quorum perfectio vltima poteſt ſubeſſe actioni agentium inferiorum.

*1. J. Ex dictis in reſponſione ad primũ ar.*

Et ideo natura non deficit in neceſſarijs in potentiis ſuperioribus, quia perfectiones ad quas ordinantur ex cauſis naturalibus non poſſunt habere, quia non poſſunt ſubeſſe alicui cauſalitati agentis naturalis, quia vero perfectiones inferiorum entium tali cauſalitati ſubſunt deficeret natura ſi nõ daret vnde poſſent.

Ad tertium dico. quòd veritati complexe alicui firmiter tenẽdæ intellectus poſſibilis eſt improportionatus. hoc eſt non eſt proportionaliter mobile reſpectu talium agentium quæ ex fantaſmatibus & ex lumine naturali intellectus agentis, non poſſunt cognoſci. Cum autem arguis igitur ſit proportionatus per aliquid aliud, concedo, & per aliud in ratione mouentis, quia per mouens ſupernaturale reuelans aſſentit illi veritati, & per aliud in ratione formæ, quia per iſtum aſſenſum factum in ipſo, qui eſt quaſi quædam inclinatio in intellectu ad illud obiectum proportionans illud iſti. Cum vltra de illo alio quæris an ſit naturale vel ſupernaturale. dico quòd ſupernaturale ſiue intelligas de agente ſiue de forma. Cum infers ergo intellectus eſt improportionatus ad illud & per aliud proportionatur, dico quòd ex ſe eſt in potentia obedientiali ad agens, & ita ſufficienter proportionatur illi ad hoc, vt ab ipſo moueatur. Similiter ex ſe eſt capax illius aſſenſus cauſati a tali agente, ẽt eſt naturaliter capax. non oportet ergo ipſum per aliud proportionari illi aſſenſui in recipiendo. Statur igitur in ſecundo nõ in primo. quia veritas iſta reuelata non eſt ſufficienter inclinatiua intellectus ad aſſentiendum ſibi, & ita eſt improportionale agẽs & paſſum ſibi improportionale. Sed agens ſupernaturale eſt ſufficienter inclinatiuum intellectus ad iſtam veritatem, cauſando in ipſo aſſenſum, quo proportionatur huic veritati, ita quòd non oportet intellectũ per aliud proportionari tali agenti nec formę ab ipſo impreſſæ, ſicut oportet ipſum proportionari tali obiecto per aliud duplici modo prædicto.

## QVAESTIO II.

VTrvm cognitio ſit petnaturalis neceſſaria viatori ſit ſufficienter tradita in ſacra ſcriptura. Quòd non. quia cognitio neceſſaria nunquàm defuit generi humano, ſed ſacra ſcriptura nõ erat in lege naturæ, q̃a Moyſes primo ſcripſit pẽthateucũ, nec tota erat in lege moſayca, ſed tantum vetus teſtamentũ. ergo &c. Item quicunque auctor ſcientiarum humanarum quanto acutior intellectu, tanto plus vitat ſuperfluitatem in tradendo. ſed in ſacra ſcriptura videntur contineri ſuperflua vt cerimoniæ & hiſtoriæ multæ, quarum cognitio non videtur neceſſaria ad ſalutem. ergo &c. Item multa ſunt de quibus nõ cognoſcitur certitudinaliter ex ſacra ſcriptura, vtrum ſint peccata mortalia vel non, quorum tamẽ cognitio eſt neceſſaria ad ſalutem, quia neſciẽs illud eſſe peccatum mortale non ſufficiẽter vitabit illud. ergo &c.

CONTRA Aug. 2. de ciuitate. c. 3. loquens de ſcriptura canonica ait. Cui fidem habemus de his rebus quas ignorare non expedit, nec per noſipſos noſſe idonei ſumus.

IN ISTA quæſtione ſunt hæreſes innumerę damnantes ſacram ſcripturam vel partem eius, ſicut patet in libris Damaſceni & Auguſtini de hæreſibus. Quidam vero hæretici nihil de ſcriptura recipiunt. Quidam non vetus teſtamentum vt manichęi, ſicut in lib. Aug. de vtilitate credendi patet. dicentes vetus teſtamentum eſſe a malo principio. Quidam vero tantum teſtamentum vetus accipiunt vt iudæi. Quidam autem aliquid vtriuſque vt ſarraceni quibus Machometus immundus alias immunditias innumeras immiſcuit. Quidã aliquid dictum in nouo teſtamẽto puta, hæretici diuerſi qui diuerſas ſententias ſcripturarum male intellectas habentes pro fundamento alias neglexerũt. verbi gratia ad Ro. 14. Qui infirmus eſt olera manducet. Item Iaco. 5. Confitemini alterutrũ peccata veſtra. Ex hoc errarunt circa ſacramentum penitentię quidam dicendo illud poſſe diſpenſari a quocunque non ſacerdote vel alijs huius auctoritatibus innitendo male intellectis.

CONTRA omnes iſtos in communi octo ſunt vię eos rationabiliter conuincẽdi, quæ ſunt pronunciatio prophetica, ſcripturarum concordia, auctoritas ſcribentium, diligentia recipientium, rationabilitas contentorum, irrationabilitas ſingulorum errorum, eccleſiæ ſtabilitas, miraculorum claritas.

DE PRIMO patet, quia ſolus Deus põt naturaliter non ab alio futura contingentia certitudinaliter præuidere. ergo ſolus ille vel ab illo inſtructus poteſt ea certitudinaliter prędicere. talia autem multa prænũciata id ſcriptura impleta ſunt, vt patet cõſideranti libros prophetales, ex quibus non eſt dubiũ quin ſequantur pauca quæ reſtant ſecundum Gregorium in homelia de aduentu. Iſtam viam tangit Auguſt. 12. de ciui. cap. 10. vbi ait. Vera ſe narraſſe prætęrita ex his quæ futura prę nunnunciauit cum tanta veritate implentur oſtendit.

Prima minita



DE SECVNDO ſ. ſcripturarum concordia ſic. In non euidentibus ex terminis nec ex principijs euidentiam habentibus non conſonant firmiter & infallibiliter multi diuerſimode diſpoſiti niſi a cauſa ſuperiore ipſorum intellectus inclinẽtur ad aſſenſum, ſed ſcriptores ſacri canonis varię diſpoſiti & diuerſis temporibus exiſtentes in talibus non euidentibus omnino conſonabant. Hanc viam pertractat Aug. 18. de ciui. c. 41. Auctores noſtri ſane pauci eſſe debuerunt, ne multitudine vileſceret quod earum religione eſſe oporteret, nec tamẽ ita pauci vt eorum non miranda ſit cõſenſio. Neque enim in multitudine philoſophorum, qui labore etiam literario monumenta ſuorum dogmatum reliquerũt, facile quis inuenerit ꝙ inter cũcta quæ ſenſere conueniant. & hoc Aug. probat in exẽplis ibi. maior etiam aſſumpta non tantum probatur per exemplũ de philoſophis. vt videtur probare Aug. ſed etiam per rationem, quia cum intellectus quantum ad aſſenſũ ſit natus moueri ab obiecto euidẽte in ſe vel ĩ alio, nihil aliud ab obiecto videtur talem aſſenſum poſſe cauſare, niſi virtualiter includat euidẽtiam obiecti. nam ſi nihil tale moueat intellectũ, remanebit ſibi theologia neutra. nihil autem eſt tale de non euidẽtibus ex terminis niſi intellectus ſuperior noſtro. nihil autem intelligens ſuperius homine põt hominem effectiue docere niſi Deus. Si autem dicatur hic ꝙ poſteriores licet aliter diſpoſiti quàm priores, & alijs temporibus exiſtentes, tamẽ habuerũt doctrinas precedentium in ſcripturis, & acquieuerunt credendo. ſicut diſcipuli doctrinę magiſtrorum, & ita nihil ſcripſerunt diſſonum a prioribus licet Deus non doceret hos & illos. Contra hoc videtur Aug obijcere vbi prius dicens de philoſophis. qui labore literario monumenta ſuorum dogmatũ reliquerunt &c. quæ diſcipuli legentes licet in aliquibus eſſent aſſentientes prioribus vt diſcipuli. aliqua tamen improbauerunt, vt patet ibidẽ de Ariſtippo & Antiſtone qui ambo ſocratici, tamen in quibuſdã ſibi contradixerunt. Et quandoque diſcipuli magiſtro, vt Ariſt. Platoni, quomodo igitur non contradixiſſent poſteriores noſtri prioribus in aliquibus ſi nõ habuiſſent doctorem communẽ eorum intellectus inclinantem ad eadem non euidentia? Reſpondeo quia non euidẽtia tradiderũt priores, ideo poſteriores non potuerunt eos per rationes improbare, & noluerũt eis diſcredere, niſi poſſent rationẽ cogentem pro ſe habere reuerẽtes eos vt magiſtros veraces, ſed philoſophi diſcipuli per rationẽ potuerunt magiſtros improbare, q̃a materia circa quã altercabantur potuit habere rationes ſumptas ex terminis. Exemplum non ita contradicit diſcipulus hiſtoriographus magiſtro hiſtoriographo, ſicut philoſophus philoſopho, quia hiſtoriæ de præterito non poſſunt eſſe euidentes vt auertant diſcipulũ a magiſtro, ſicut poſſunt eſſe philoſophicæ rationes. Contra illud. ſaltem Ezechiel

chiel prophetans in Babylone eo tempore quo Hieręmias in iudęa prophetauit cum non ſolum illa dicerent quæ a Moyſe quaſi communi eorum magiſtro habuerunt, ſed & alia multa in illis potuiſſent diſcordare aut diſſentire, cum non eſſent euidentia ex terminis niſi habuiſſent aliquem communem doctorem ſupra intellectũ humanum.

DE TERTIO, ſ. auctoritate ſcribentiũ ſic. Aut libri ſcripturę ſunt iſtorum auctorum, quorum eſſe dicuntur, aut non. ſi ſic. cum damnent mendacium p̃cipue in fide & moribus, quomodo eſt veriſimile eos fuiſſe mentitos. dicendo hæc dicit dominus, ſi dominus non fuiſſet locutus; Aut ſi dicas eos fuiſſe deceptos non mentitos vel propter lucrũ mentiri voluiſſe. Primum improbatur ex dicto Pauli 2. Corin. 12. Scio hominem in Chriſto &c. & ſubdit ibi. verba archana audiſſe quæ non licet homini loqui. quæ aſſertiones non vidẽtur fuiſſe ſine mẽdacio, ſi aſſerens nõ fuit certus, quia aſſerere dubiũ vel eſt mendacium vel non longe eſt a mẽdacio. Ex iſta reuelatione Pauli & multis alijs reuelationibus factis diuerſis ſanctis concluditur ꝙ intellectus eorum non potuerunt induci ad aſſentiendum ita firmiter illis quorum notitiam non potuerunt habere ex naturalibus ſicut aſſenſerunt niſi ab agente ſupernaturali. Secundum improbatur. ſ. ꝙ non fuerunt propter lucrum mentiti. quia pro illis ad quæ voluerunt homines inducere ad credendum tribulationes maximas ſuſtinuerunt. Si autem libri non ſunt illorum, ſed aliorum hoc videtur inconueniẽs dicere, quia ita negabit quicunque liber eſſe illius auctoris cuius dicitur eſſe. quare ergo ſoli iſti falſo aſcripti sũt auctoribus quorum non erant; Præterea. aut illi qui aſcripſerũt libros iſtos eis fuerunt chriſtiani, aut non. Si non, non videtur ꝙ voluerunt tales libros conſcribere & alijs aſcribere, & ex hoc magnificare ſectam cuius contrarium tenuerũt. Si fuerũt chriſtiani quomodo illi chriſtiani mẽdaciter tales eis aſcripſerunt, cũ lex eorũ dãnet mẽdacium ſicut prius; & propter idem quo modo aſſererent Deũ locutum eſſe multa quę ibi narrantur, & hoc perſonis quibus libri intitulantur, ſi talia non acciderunt illis perſonis. quomodo etiam libri iſti fuiſſent ita auctentici & diuulgati eſſe talium auctorum, niſi fuiſſent eorum, & ipſi auctores eorum auctentici fuiſſent; de quo Ricar. primo de tri. cap. 2. Certe a ſumme ſantitatis viris sũt nobis tradita. de hoc etiam Aug. 2. de ciui. dei cap. 2. loquens de Chriſto. dicit ſic. Hic inquit prius per prophetas. deinde per ſeipſum. poſtea per apoſtolos quantum ſatis eſſe iudicauit locutus ſcripturam condidit quæ canonica nominatur eminentiſſime auctoritatis &c. Et Aug. in epiſtola ad Hieronymum Et habetur in canone diſt. 9. Si ad ſacras ſcripturas admiſſa fuerint vel officioſa mẽdacia: quid in eis remanebit auctoritatis; *Prima.* Et idem ad eundem in eadem epiſtola. Solis eis ſcripturarum libris &c. *Octaua.*

QVARTVM ſ. recipientium diligentia ſic patet. Aut nulli credis de contingenti qđ non vidiſti. & ita non credes mundum fuiſſe ante te. nec locum eſſe in mundo vbi nõ fueris. nec iſtum eſſe patrem tuum & illam eſſe matrem tuam, & talis ĩcredulitas deſtrueret omnem vitam politicam. Si igitur vis alicui credere de contingenti qđ tibi nõ eſt nec fuit euidẽs maxime credendum eſt communitati ſiue illis quæ tota cõmunitas approbat, & maxime quæ communitas famoſa, & honeſta cum maxima diligentia approbata recipit. talis eſt canon diuinæ ſcripturæ. tanta enim apud iudęos ſollicitudo fuit de libris habendis in canone, & tanta apud chriſtianos de libris recipiendis tanquàm auctenticis quòd de nulla alia ſcriptura habenda pro auctentica tanta ſollicitudo fuit inuenta, præcipue cum tam ſolẽnes communitates de ſcripturis iſtis curauerunt tanquàm de continentibus neceſſaria ad ſalutem. de hoc Augu. de ciui. dei. 18. ca. 38. Quo modo ſcriptura Enoch. de qua Iudas in epiſtola ſua facit mentionem non recipit in canone, & multæ aliæ ſcripturæ, de quibus fit mentio in lib. Regum. vbi innuit quòd ſola illa recepta ſunt in canone quæ auctores non ſicut homines, ſed ſicut prophetæ diuina inſpiratione ſcripſerunt. Et ibidem cap. 41. Illi Iſraelitę, quibus tradita ſunt eloquia dei, nullo modo pſeudo prophetas cum veris prophetis parilitate licentiæ confunderunt, ſed cõcordes inter ſe, atque in nullo diſſentientes, ſacrarum literarum veraces ab eis agnoſcebantur & tenebantur auctores.



DE QVINTO, ſ. rationabilitate contentorum patet ſic, quid rationabilius quàm deũ tãquam finem vltimum ſuper omnia diligi. & proximum ſicut ſeipſum? ideſt ad idem ad quod ſe ſecundum Grego. in quibus duobus præceptis vniuerſa lex pendet & prophetę. Matth. 22. Item Matth. 7. Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis. ex iſtis quaſi ex principijs practicis alia practica conſequuntur in ſcriptura tradita honeſta & rationi conſona, ſicut de eorum rationabilitate patere poteſt ſingillatim cuilibet pertractanti de præceptis conſilijs & ſacris, quia in omnibus videtur eſſe quaſi quædã explicatio legis naturæ quæ ſecundum apoſtolum ad Romã. 2. ſcripta eſt in cordibus noſtris. hoc de moribus. & de hoc Aug. de ci. dei. lib. 2. 28. cap. Nihil turpe ac flagitioſum ſpectãdum imitandũque proponitur vbi veri dei. aut præcepta inſinuantur aut miracula narrantur aut dona laudantur aut beneficia poſtulantur. De credibilibus patet. quia nihil credimus de deo, quod aliquam imperfectionem importet, imo quicquid credimus verum eſſe magis atteſtatur perfectioni diuinę quàm eius oppoſitũ. patet de trinitate perſonarũ & incarnatione verbi & hmõi. nihil. n. credimus incredibile, quia tũc incredibile eſſet mundum ea credere, ſicut deducit Auguſt. de ciui. dei. 22. c. 5. mundum tñ ea credere non eſt incredibile, quia hoc videmus. de hac autẽ lege

lege & honeſtate chriſtianorũ patet per Auguſtinum de vtilitate credendi.lib.6.c.8. Vulgus marium & fœminarum &c.

DE SEXTO ſcilicet de irrationabilitate ſingulorum errorum patet ſic. Quid pagani pro idolatria ſua adducent colẽtes opera manuum ſuarum, in quibus nihil eſt numinis ſicut ſatis oſtẽdũt philoſophi. Quid ſarraceni viliſſimi porci Machometi diſcipuli pro ſuis ſcripturis allegabunt expectantes pro beatitudine quod porcis cõuenit. ſ. gulam & coitum, quã promiſſionem deſpiciens philoſophus qui fuit quaſi illius ſectę Aui. 9. Meta c. 7. alium finem quaſi perfectiorem & homini magis congruentem aſſerit dicens. Lex noſtra quã dedit Mahometh oſtendit diſpoſitionem felicitatis & miſeriæ quæ ſunt ſecundũ corpus, & eſt alia promiſſio quæ apprehenditur intellectu. & ſequitur ibi. Sapiẽtibus vero theologis multo maior cupiditas fuit ad conſequendum hãc felicitatem quã corporũ, quæ quamuis daretur eis, non tamen attenderunt eã, nec appreciati ſunt eam cõparatione felicitatis quæ eſt coniunctio primæ veritati. Quid iudæi qui nouum teſtamentum damnant quod in ſuo veteri ꝓmittitur. vt oſtendit apoſtolus ad Heb. etiam quàm inſipide ſunt eorũ cerimoniæ ſine Chriſto Chriſtum etiam aduenisse, & ita nouum teſtamentum ab eo principaliter promulgatum ſicut auctenticum fore recipiẽdum prophetiæ eorum oſtendunt. Non auferetur ait Iacob Gen. 49. ſceptrum de Iuda, nec dux de fęmore eius &c. & ſimiliter illud Daniel 9. Cum venerit ſanctus ſanctorum. Quid aſini manichęi fabulantur primũ malum cũ ipſi, & ſi non primi, tamen valde mali eſſent. nõne vident omne ens inquantũ ens bonum eſſe? nõne etiam in nouo teſtamento potuerunt videre eſse vetus auctenticum & approbatum? Quid ſinguli alij hęretici qui vnũ verbum ſcripturę male intellexerunt ſecundũ Aug. in lib. 83. quæſtionũ. q. 69. Non poteſt inquit error oriri palliatus nomine chriſtiano niſi de ſcripturis non intellectis. & hoc ideo quia præcedentia & ſequentia non contulerunt. vnde ibidem infra. Solet circũſtantia ſcripturarum illuminare ſentẽtiam, nec etiam alia loca ſcripturarum contulerunt, vnde hęreſes ortę ſunt per ſe legendo, quæ conferendo repulſæ ſunt, quia conferentes diuerſas ſententias adduxerunt, quę ex ſe inuicem mutuo videri poterant quomodo & qualiter eſſent intelligendę. Contra iſtos eſt illud verbũ Aug. contra epiſtolam fundamenti. Non crederem inquit euangelio niſi quia eccleſiæ catholicę credo. igitur irrationabile eſt aliquid canonis recipere & aliquid non, cũ eccleſia catholica, cui credendo canonem recipio, recipiat totũ æqualiter. Item doctrinę philoſophorum aliquid continet irrationale prout de politijs diuerſis ordinatis a diuerſis philoſophis probat Ariſt. 2. Polit. ſed & ſua in quibuſdam eſt irrationabilis. ſicut patuit ex ſolutione quæſtionis præcedẽtis.

*Hier. 31. 6. cap.*

DE SEPTIMO ſ. de eccleſiæ ſtabilitate patet quo ad caput per illud Aug. de vtilitate credendi quaſi in fine.



Cum igitur tantum auxiliũ tantum profectum fructumq; videamus.

Dubitamus nos eius eccleſię credere gremio, quæ vſque ad conſumationem generis humani ab apoſtolica ſede per ſucceſſiones epiſcoporum fruſtra hæreticis circunlatrantibus.

Et partim ipſius iudicio plebis, partim conſiliorum grauitate. partim etiam miraculorum maieſtate damnantis. Culmen auctoritatis obtinuit. & parum poſt. Quid eſt aliud quod tam ingratum poteſt eſse opi. atq; auxilio diuino quàm tanto labore prædictę auctoritati uelle reſiſtere? vnde Gamaliel Actuum 5. Si eſt ex hominibus conſilium hoc opus diſſoluetur. Si vero ex Deo eſt nõ poteritis diſſoluere, ne forte & Deo videamini repugnare. Et Lucæ. 22. ait Dominus Petro. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Firmitas enim eccleſię in membris patet per illud Aug. de vtilitate credendi. c. 8. Vulgus marium & fœminarũ &c. Similem ſententiam dicit contra epiſtolam fundamẽti. Quis enim tãtam multitudinem ad peccata pronam ad legem contrariam carni & ſanguini ſeruandam induceret niſi Deus? Et confirmatur, quia ſecta iudæorum non manet in vigore ſicut contra eos obijcit Aug. in primo ſermone de aduẽtu. Vos inquam conuenio ò iudęi. Si obijcitur de permanẽtia ſectę Machometi. Reſpon. illa incępit plus q̃ ſexcentum annis poſt legem Chriſti & in breui Deo cooperante finiet̃ quę multum debilitata eſt anno Chriſti. 1300. & eius cultores multi mortui & plurimi ſunt fugati & prophetia dicitur eſse apud eos ꝙ cito finiẽda eſt ſecta illa.

*Dominica. 4.*

*Haymo tuus frater regis Armeniæ ad Philippum regẽ Frãciæ Calixtus in uiagio ſancti Iacobi.*

DE OCTAVO, ſ. de miraculorum claritate ſic patet. Nõ põt eſse teſtis falſus Deus, ſed Deus inuocatus a prædicante ſcripturam vt oſtenderet doctrinam eius eſse veram fecit aliquod opus ſibi proprium vtpote miracula, ac per hoc teſtificatus eſt illud eſse verũ quod iſte prædicauit. Confirmatur hoc per Ricar. 1. de Trini. ca. 2. vbi ſupra. Domine ſi eſt error a te decepti ſumus. nam tantis ſignis confirmata ſunt quæ non niſi per te fieri poſsent. Quòd ſi dicatur miracula uon fuiſse facta, aut etiam quòd ipſa non teſtãtur veritatem, quia antichriſtus faciet miracula. Contra primum dici poteſt illa ſententia Aug. de ciui. lib. 22. c. 5. Si iſta miracula facta eſse nõ credũt, hoc nobis vnum grande miraculum ſufficit ꝙ iam terrarum orbis ſine vllis miraculis credidit. Nota valde illud capitulũ, quia ſi quicquid quod credimus dicatur incredibile eſse, non minus eſt incredibile homines inquit ignobiles infimos, pauciſſimos, imperitos, rem tam incredibilem tam efficaciter, mundo & in illo etiam doctis pſuadere potuiſse vt mũdus illud credat ſicut iam credidiſse videtur niſi per illos aliqua miracula fierent per quæ mundus ad credendum induceretur. vnde ſubdit. Qui propterea exiguo numero ignobiliũ infimorum imperitorum hominũ credidit. quia in tam cõtem-

tēmptibilibus teſtibus multo mirabilius diuinitas ſeipſa per ſua ſit. Quid enim īcredibilius quam vt ad legem contrariam carni & ſanguini doctores pauci & rudes & pauperes poſsent plurimos potentes ac ſapiētes conuertere: quod ſpecialiter patet de multis ſapiētibus primo fidei rebellibus poſtea conuerſis, vt de Paulo prius perſecutore poſtea gentium doctore. & de Auguſtino prius per manichæos ſeducto poſtea doctore catholico. De Dionyſio prius philoſopho poſtea Pauli diſcipulo. Et de Cypriano prius mago poſtea chriſtianiſſimo epiſcopo, & de innumeris alijs cōuerſis. Contra idem ſecundo dici poteſt illud Aug. de ciui dei. lib. 10. cap. 18. An dicet aliquis iſta falſa eſse miracula nec fuiſſe facta ſed mēdaciter ſcripta. quiſquis hoc dicit ſi de his rebus negat omnino vllis literis eſse credendum. poteſt etiam dicere nec deos vllos curare mortalia &c. & ibidem de eodem. Si libris magicis ſiue (qđ honeſtius, putant) theurgicis, credunt, quid cauſæ eſt cur illis literis nolunt credere iſta facta eſse. Contra idē tertio, quia quædam facta non niſi a nimis proteruientibus negari poſſunt vt ſunt miracula facta a Silueſtro coram Conſtantino tam in curatione lepræ eius quam in diſputatione eius contra iudęos quæ facta tanquam celeberrima mundum non latuerunt. Contra ſecundum dici poteſt quòd ſiquis inuocatus in teſtem ſignum conſuetum teſtificationis permittat adduci, & præſens non contradicat, talis taciturnitas non ſtat cum veritate perfecta. miraculum autem eſt tale ſignum dei vt teſtis. igitur ſi permittat miracula fieri a dęmonibus non contradicens, enuncians ſcilicet illa non eſse teſtimonia ſua, non videt eſse perfecte verax, quod eſt impoſſibile. & per hoc dicitur ad illud de antichriſto quòd prædixit illa miracula facienda non eſſe teſtimonia veritatis, ſicut patet Matth 24. & 2. ad Theſſalo. 2. Item contra idem eſt differentia miraculorum quæ fiunt a deo & quæ fiunt a diabolo de qua differentia tractat Aug de vtilitate credendi prope finem. Miraculum inquit voco quicquid arduum aut inſolitum ſupra ſpem vel facultatem mirantis apparet quædam ſolum faciunt admirationem quędam magnam gratiam bene volentiamque conciliant qualia fuerunt Chriſti miracula vt pertractat ibi diffuſe. Item contra vtrūque poteſt dici quòd ſunt aliqua miracula facta in lege chriſtiana in quibus nō poteſt eſſe deceptio quin ſint facta nec quin ſint teſtimonia veritatis. quia a deo facta ſcilicet raptus Pauli & reuelatio contingentium futurorum. Primum patet. quia impoſſibile eſt aliquem decipi credendo circa ſe videre eſsentiam dei. ergo impoſſibile fuit Paulum ſe credere illam videre niſi eā videre, ſed hoc aſserit de ſe ad Cor. 2. c. 12. ſecundum expoſitionem ſanctorum. Illud igitur fuit vere factum & non tantum apparenter. probatio primi antecedentis. quia nullus poteſt decipi circa aliquod principum primum credendo ſe intel-



telligat tale principium, quia tunc non conſtaret ex terminis apprehenſis qđ eſſet principium & quod non. ergo multo magis non poteſt decipi circa deum viſum. conſequentia iſta patet. quia plus diſtat viſio dei ab intellectione cuiuslibet obiecti etiam quantū ad perceptionem intellectus iudicantis quā diſtet intellectio principij conplexi ab intellectione cuiuſcūque non principij. Item qualiter ītellectus crederet ſe quietari, ſi non quietaretur, nonne poterit cognoſcere inclinationem ſuam ad verum quod non videt. Si crederet ſe videre Deum. crederet ſe quietari in deo. ſi non videt, nō quietatur. Stultius ait Auguſtinus nihil dici poteſt q̃ ꝙ falſa opinione anima ſit beata. 2. de ciui. c. 4. Secundum ſcilicet ꝙ a ſolo deo fieri potuit eſt manifeſtum. qa nulla creatura poteſt animam beatificare nec ſimpliciter nec ad tempus. Secundum patet ex multis prophetis in vtroque teſtamento. vnde contra falſa miracula Antichriſti poſſet ſibi obijci ſaltem de iſtis duobus hoc modo. Si tu es Deus fac me videre eſſentiam diuinam nude, & poſt viſionem memoriā certam habere viſionis & certitudinem quòd illa fuit viſio eſſentiæ diuinæ, & tunc credam tibi. Item ſi tu es Deus dic mihi quid faciam vel quid cogitabo vel appetā pro tali hora. & hmōi viæ efficaciam ex miraculis innuit Saluator. Io. 5. Opera quæ ego facio ipſa teſtimonium perhibent de me. ſi mihi non vultis credere operibus ſaltem credite.

**NONO** quoque loco poteſt adduci teſtimonium eorū qui foris ſunt Ioſephus in lib. 18. antiquitatum pulcherrimum teſtimonium ponit de Chriſto vbi inter alia de Ieſu ait. Chriſtus hic erat. vbi eius veram doctrinam & reſurrectionem ex mortuis confitetur. Item de prophetia Sybille nota illud de ciuita. 18. ca. 23. Ieſus Chriſtus dei filius Saluator. Item contra epiſtolam fundamēti nota quomodo ſinguli hæretici de catholicis inquiſiti non ad ſuos mittunt ſed ad veros catholicos quaſi etiam illi ſoli ab omnibus etiā hæreticis catholici nominentur.

DECIMO & vltimo poteſt adduci quòd deus non deeſt quærentibus toto corde ſalutem. multi autem diligentiſſime inquirentes ſalutem ad hanc ſectam conuerſi ſunt. & quanto feruentiores facti ſunt in inquirendo tanto in hac ſecta amplius confirmati, ſubitoque in ea pęnitentes de malitia ad bonam vitam mutati ſunt, tormenta quoque pro ea plures in magna exultatione ſpiritus perpeſſi ſunt. quæ non videntur probabilia niſi deus hanc ſectam ſacrę ſcripturę innitentem irrefragabiliter approbaret & ordinaret ad ſalutem.

HABITO igitur contra hæreticos quòd doctrina canonis. eſt vera videndū eſt ſcđo an ſit neceſſaria & ſufficiens viatori ad conſequendum finem ſuum. Dico igitur quòd iſta tradit qd ſit finis hominis in particulari quia viſio & fruitio dei & hoc quantum ad circumſtantias eius appetibiles puta ꝙ ip-

ꝙ ipſa habetur poſt' reſurrectionem ab homine immortali & in corpore & in anima ſimul ſine fine. Ipſa etiam determinat quę ſunt neceſſaria ad finem. & ꝙ illa ſufficiant, quia decem mandata Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mādata. de quibus habeť in Exo. 20.& 23 Horum etiā explicatio & quantum ad credenda & quantum ad ſperanda & quātum ad operanda explicatur ex diuerſis locis ſcripturæ. Proprietates quoque ſubſtantiarum immaterialium in ea tradūtur quantum poſſibile eſt & vtile viatori noſſe. Iſta ergo conferendo ad tres rationes quibus innititur ſolutio. q. præcedentis patet quòd ſacra ſcriptura ſufficienter continet doctrinam neceſſariam viatori.

AD PRIMVM argumentūm principale ad minorem reſpondeo. ꝙ lex naturæ paucioribus fuit contenta quæ memoriter ad filios per patres deuenerunt. illi etiam homines magis erant præditi in naturalibus, & ideo modica doctrina inſpirata potuit eis ſufficere. Vel aliter ad illud & ad aliud de lege Moyſi poteſt dici quòd ordinatus proceſſus ſcripturæ oſtendit eius doctorem ſecundum Aug. 83. quæſtionū. q. 53. Ad ſecundum dico. ꝙ dulcius capitur quod latet ſub aliqua ſententia literali quàm ſi eſſet expreſſe dictum. & ideo ad deuotionem cōferūt illa quæ expreſſa ſunt in nouo teſtamēto ſub figura velata fuiſſe inueteri. hæc quo ad cerimonias. ſed quo ad hiſtorias in quibus exēpla ſunt legis declaratiua. ſimiliter ex toto proceſſu ſcripturæ patet ordinata Dei gubernatio reſpectu hominis & totius creaturæ. Ad tertium Origenes in homilia de archa Noe dicit. Nulla ſcientia omnia ſcienda explicauit, ſed illa ex quibus poſſunt alia ſufficienter elici vnde multę veritates neceſſariæ non exprimūtur in ſcriptura & ſi ibi virtualiter contineātur ſicut concluſiones in principijs circa quarum inueſtigationem vtilis fuit labor expoſitorum & doctorum. Et ſi obijcias multa in actibus humanis ſunt dubia. Vtrum ſint peccata mortalia etiā ſuppoſitis omnibus doctrinis doctorū & expoſitorum. Reſpondeo. non eſt dubia via ſalutis ſimpliciter, quia a talibus tanquam a periculoſis debet homo ſibi cauere & cuſtodire ſe ne homo dum ſe exponit periculo incidat in peccatum. quod ſi noluerit quęrere ſalutem, ſed non curando exponat ſe periculo vbi forte de genere actus non eſt peccatum mortale, tamen peccabit mortaliter ſe tali periculo exponendo.

## QVAESTIO III.

VTRVM theologia ſit de Deo tanquā de ſubiecto primo. Quòd non arguitur duab⁹ vijs. Prima eſt oſtendere iſtam negatiuam in ſe, quæ probatur primo per auctoritatē Boetij primo de Tri. Cap. 3. Forma inquit ſimplex ſubiectum eſſe non pōt. Item ſecundo materia non coincidit cum aliis cauſis neque in idem numero neque in idē T. c. 11. ſpecie ex 2. Phyſ. Deus autem eſt



eſt finis huius ſcientiæ & efficiens. non igitur materia. Item T. c. 43. tertio ex primo Poſteriorū ſubiectum ſcientiæ habet partes principia & paſſiones. Deus autem non habet partes integrales, cum ſit ſimplex. neque partes ſubiectiuas, cum ſit ſingulare ex ſe, neq; habet principia, cum ſit primum principiū, neque paſſiones, quia paſſio ineſt ſubiecto ita ꝙ eſt extra eius eſſentiam, nihil autem ſic ineſt Deo. Secunda via eſt oſtendere ꝙ aliud eſt hic ſubiectū. non ergo iſtud. antecedens probatur multipliciter. primo ꝑ Auguſtinum de doctrina chriſtiana 1. lib. cap. 1. Omnis doctrina vel rerum eſt vel ſignorum. igitur res vel ſigna ſunt ſubiectum. Item ſecundo ſcriptura habet quatuor ſenſus. ſ. anagogicum, tropologicum, allegoricum, & literalem. ſed cuilibet ſenſui correſpondet aliqđ ſubiectum primum ſicut alij ſciētiæ habenti vnum ſenſum correſpondet ſubiectum ſecundū illum ſenſum. igitur hic ſunt quatuor ſubiecta. Item tertio, ꝙ homo ſit ſubiectum probatur auctoritate commentatoris *Euſtrachij ſ. quē doc. vbique allegat in moralibus* 1. Ethyc. in prologo. quia ſecundum eum ſcientia moralis eſt de homine quo ad animā. medicinalis eſt de homine quo ad corpus. ex hoc ergo accipiť iſta propoſitio ꝙ omnis ſciētia practica habet pro ſubiecto primo illud cui acquiritur finis practicæ & nō ipſum finem. finis aūt iſtius ſcientiæ acquiritur homini & non Deo. ergo &c. Itē aliter, & quaſi in idem redit. finis ſcientię eſt per actum ſuū attingere obiectum primum inducendo in ipſum formam principaliter intentam a ſcientia. puta in ſpeculatiua inducere in illud eſſe cognitum, quia cognitio ibi intenditur, & in practica inducere formam ad quā ordinatur eius praxis. finis aūt hic intentus eſt bonitas moralis quæ non intenditur induci in Deo ſed in homine. igitur homo eſt obiectū primū eius. Contra Aug. 8. de ciui. dei c. 1. Theologia eſt ſermo vel ratio de Deo.

### *Quæſtio prima lateralis.*

VTRVM theologia ſit de Deo ſub aliqua ratione ſpeciali. Quòd ſic. arguitur Hugo de ſacramētis in principio vult ꝙ opera reſtaurationis ſint hic ſubiectū. ergo ſi Deus eſt hic ſubiectum hoc erit ſub ſpeciali ratione. ſ. inquantum reſtaurator. Item Caſſiodorus ſuper pſalmiſtam. vult ꝙ Chriſtus caput cū membris eſt hic ſubiectū. igitur ſpecialiter vt incarnatus & caput eccleſiæ erit hic ſubiectum. Itē Deus abſolute eſt ſubiectū Metaphyſicæ. igitur ſi hic eſt ſubiectum, hoc erit ſub aliqua rōne ſpeciali. conſequentia probatur, quia non ſub eadem ratione omnino hic & ibi eſt ſubiectum. antecedens probatur per philoſophum 6. Metaphy. Honorabiliſſimam ſcientiā oportet eſſe circa nobiliſſimum genus. illa ſecundum ipſum eſt T. c. 2. hmōi. Hoc etiam confirmatur, quia ibi vocat Metaphyſicam Theologiam. Item cōmentator primo Phyſicorum commento vltimo dicit ꝙ Auic. multum peccauit ponendo Metaphyſicam probare primam cauſam eſſe

eſſe cum genus ſubſtantiarum ſeparatarum ſit ibi ſubiectum & nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum eſſe, ratio autem nō ualeret niſi intelligeret ꝙ ipſa eſſet ibi primum ſubiectum. ergo &c. Item iſta ſcientia eſt honorabiliſſima ergo eſt de honorabiliſſimo ſubiecto ſub ratiōe honorabiliſſima. hmōi autem ratio eſt ratio finis & boni. de fine autē probatur per Auic. 6. Metaphy. dicentem. Si ſcientia eſſet de omnibus cauſis illa quæ eſſet de fine eſſet nobiliſſima. Ex hoc cōcluditur de bono quia ſecundum philoſophum 2. Metaphy. qui ponit infinitatem in finibus deſtruit naturam boni: quia deſtruit naturam finis, ex hoc ergo accipiť quod ratio boni eſt ratio finis. Contra. cognitio contracta præſupponit cognitionē abſolutā, & abſoluta eſt certior ex 1. Metaphy. ſi ergo iſta eſt de deo ſub aliquā ratione ſpeciali alia eſt prior & certior de deo abſolutę. talis non ponitur ergo &c.

*Cap. vlt.*

*T.C.8,*

*In prolooo. Idē. 1. poſt t.C.42.*

*Quæſtio ſecunda lateralis.*

VTRVM iſta ſciētia de omnibꝰ ex attributione ipſorū ad primū eius ſubiectum. Quod ſic. 4. Metaphy. Eadem eſt ſciētia de aliquo & de attributis ad ipſū & exēplificat ibi de ſano: ſed omnia alia attribuuntur eſſentialiter ad ſubiectum primum huius. ergo &c. Contra Augu. 14. de Trini. cap. 1. Neq; huic ſcientiæ tribuendum eſt &c.

CIRCA ſolutionē iſtarum quæſtionum ſic procedo. primo diſtinguo de theologia in ſe & de theologia in nobis, ſecundo aſſignabo rationem primi ſubiecti. Tertio diſtinguā de theologiam quantum ad partes eius

DE PRIMO dico. quod cognitio quælibet ī ſe eſt illa quę nata eſt haberi de obiecto eius ſecundum quod natum eſt manifeſtare ſe intellectui proportionato. Cognitio aūt eadē in nobis eſt illa q̄ nata eſt haberi in intellectu nr̄o de obiecto illo intellecto. Theologia ergo in ſe talis eſt cognitio qualē natū eſt facere obiectum theologicum in ītellectu ſibi proportionato Theologia vero in nobis talis eſt cognitio qualem intellectus noſter natus eſt habere de illo obiecto. Exemplum ſi aliquis intellectus non poſſit intelligere geometricalia poſſet autem alicui credere de geometricalibus geometria eēt ſibi fides nō ſcientia. eſſet tamen in ſe ſcientia. quia obiectum geometriæ natum eſt facere de ſe ſcientiā in intellectu proportionato.

DE SECVNDO dico. qđ rō primi ſubiecti eſt continere in ſe primo virtualiter oēs veritates illius habitus cuius eſt. Quod probo primo ſic. quia obiectum primum continet propoſitiones immediatas: quia ſubiectum iſtarum continet prædicatum, & ita euidentiā totius propoſitionis, propoſitiones autem immediatę continēt concluſiones ergo ſubiectum propoſitionum immediatarum cōtinet omnes veritates illius habitus. Probo idē ſecundo quia primitas hic accipitur ex primo Poſteriorum, ex diffinitione uniuerſalis ſecūdum quod dicit adęquationem, obiectum autē ſe habet ad habitū ſicut cauſa ad effectū. non eſt enim cauſa adæquata

*T.C. 14 & 15.*



adęquata niſi contineat primo virtualiter totum effectum. ergo &c. Expono qđ dixi (primo virtualiter) qa ſicut illud eſt primū ens qđ nō dependet ab alio ſed alia ab illo. ita ergo primo continere eſt ab alijs non depēdere in continendo ſed alia ab ipſo, hoc eſt quod ꝑ impoſſibile circumſcripto omni alio manēte intellectu eius adhuc cōtineret, & nihil aliud continet niſi per rationem eius. Nota quod quęlibet eſſentia cognita habitualiter cōtinet virtualiter primo notitiam omnium veritatū illius habitus: & habitus ille q dicitur ſcientia eſt ſpecies intelligibilis primi obiecti. & ille reſpicit. Primo veritates īmediatas & mediatas non formaliter ſed ex conſequenti & ſuū obiectum adęquatum formaliter eſt qdditas cuius eſt ſpecies. Quid igitur mirum ſi primum obiectum vt cognitum cōtinet notitiam illorum ad quę conſiderāda ſua ſpecies ītelligibilis licet mediate mouet. immo idem eſt ſpēm. a. continere primo virtualiter notitiam. b. & ipſum. a. vt cognitum habitualiter cōtinere b. quod eſt ſpeciem intelligibilem ipſius. a. in memoria poſſe generare notitiam. b in intelligentia. Secundum hoc igiť idē eſt obiectum primum intellectus & ſcientiæ. & tunc primū obiectū non diſtinguit illa: ſed proximū quod eſt uerum immediatum & verum mediatum & illud primum obiectum vtriuſque ordinem quodam ſe hēt ad obiecta ꝓxima & habitus ipſorum ſecūdū hoc impoſſibile eſt vti habitu ſciē niſi prius natura & ſimul tēpore, vtēdo habitu intellectus, quia nūquam ſpeculor ſciēdo niſi cōſiderādo hoc ut verū euidēs mihi ꝓpter aliud verū. Vel igiť ſunt idē habitꝰ & prius vtor illo circa illud obiectū ad qđ prius inclinat immo ſcđm Hēricū quolibeto 9. Ambo ſunt idē illi habitui que eſt qditatis primi obiecti ſimplicis quem habitum intendit uocari ſcientiam apud Ariſt. In diuiſione ſcientiarum vel ſunt multi ibi. immo qđlibet verū habet proprium habitū & principaliter pręter hoc eſt habitus qditatis vel quiditatiuus primi obiecti quem dicit ſpeciem inteligibilē. Et ille īcludit oēs veritates virtualiter. Et tūc vtēte poſteriori ſemper oportet ſimul vti oībus prioribus. Nūqd igitur ad multos actus vel vnū cōparans habet ꝓprium actū circa vtrūque cōparatū & ꝑter hoc actum cōparandi. Et ad illū maxime diſcurendo ponatur ꝓprius habitus quo inclinor demonſtrare & inferre hoc ex hoc ad quæ extrema hēo duos habitus, quære quolibeto. 6. prima. q Henr. Si ꝓponereť pluritas paucitas eēt præeligenda.

CONTRA iſtud arguiť dupliciter. primo ſic. Sicut ſe hēt obiectum primū potētiæ ad potentiam ita obiectum primum habitus ſe habet ad habitū. ſed obiectum primū potentiæ eſt aliquod cōe ad omnia per ſe obiecta illius potentiæ ergo primum obiectum habitus eſt aliquid commune ad omna per ſe obiecta eius & non aliquid virtualiter continens alia. Item ſecundo. quia in ſcientijs aſſignatur communiter pro ſubiecto primo aliquid quod eſt commune ad omnia illa, quæ cōſiderātur in illa ſcientia ſicut

in geometria linea, in arithmetica, numerus, in metaphyſica ens. Ad primum reſpondeo. ꝙ proportio obiecti ad potentiã eſt proportio motiui ad mobile vel actiui ad paſſiuum. proportio ſubiecti ad habitum eſt ſicut proportio cauſæ ad effectum. Quandocunque autẽ aliquod agens agit in aliquod paſſum poteſt quodlibet agẽs eiuſdem rationis in quodlibet paſſum eiuſdem rationis agere. ergo prima extrema proportionis actiui ad paſſiuum ſunt communia ad omnia per ſe extrema illius proportionis. nam inter illa communiſſima eſt adequatio, quia in quocunque eſt rõ vnius illud illius reſpicit qđ libet in quo eſt ratio alterius, ſed prima extrema proportionis cauſæ ad effectum nõ ſunt communiſſima, quia inter illa non eſt adequatio, non enim ſequitur ſi commune poteſt cauſare habitum, ꝙ ſpeciale poſſit & econuerſo. non enim quodlibet contentum ſub illo communi reſpicit habitum illũ vt effectum eius ſed tantum aliquod primum obiectum contẽtiuum quod virtualiter continet omnia ad quæ habitus ſe extendit. Ad ſecundum dico, ꝙ multorũ habituum ſpecie differentium poteſt eſſe aliquod obiectum commune ſicut ab obiectis eorum poteſt abſtrahi obiectũ commune, & hoc modo in ſcientijs aſſignatur obiectum commune a quo non eſt habitus vnus ſecũdum ſpeciẽ, ſed tantum ſecundum genus.

DE TERTIO, dico, qđ theologia eſſentialiter non tãtum cõtinet neceſſaria ſed etiã contingentia, quod patet quia omnes veritates de deo ſiue vt trino ſiue de aliqua perſona diuina, vt comparatur ad intra ſunt neceſſariæ, vt ꝙ deus eſt trinus, & ꝙ filius dicit̃ generari a patre & hmõi. illa vero in quibus cõparatur ad extra ſunt contingẽtes, vt ꝙ deus creat, & ꝙ fili⁹ eſt incarnatus & huiuſmodi, omnes autem veritates de deo vt trinus ſiue de perſona determinata ſunt theologicæ. Similiter veritates contingẽtes, quia ad nullam cognitionẽ naturalẽ ſpectant ita ꝙ primæ partes ĩtegrales theologię ſunt duæ. ſ. veritates neceſſarie & veritates contingentes.

EX DICTIS patet reſpõſio ad primã. q. Et primo loquẽdo de theologia in ſe quãtũ ad veritates neceſſarias ipſius. Dico ꝙ primũ ſubiectum theologię in ſe nõ põt eſſe niſi Deus, quod probo ꝑ tres rationes. Prima accipitur ex ratione primi obiecti. & arguo ſic. Primum obiectũ cõtinet virtualiter omnes veritates illius habitus cui⁹ eſt primũ obiectum, ſed nihil continet virtualiter omnes veritates theologicas niſi Deus ergo &c. ꝓbatio mi. nihil aliud continet eas vt cauſa ſiue vt illud ad quod habeãt attributionẽ niſi Deus, quia Deus nulli attribuitur, nec aliquid continet eas vt effectus demonſtratione quia, nã nullus effectus demonſtrat Deũ trinum quæ eſt potiſſima veritas theologica & ſimilia. Secundo ſic. Thelogia eſt de his quæ ſunt ſoli intellectui diuino naturaliter cognita ergo eſt de aliquo ſoli Deo naturaliter noto. ſed ſolus Deus eſt ſibi ſoli naturaliter notus. ergo &c. probatio primi. ſ. antecedẽtis ſi iſta



iſta ſciã eſt de aliquibus alicui alij ĩtellectu inaturaliter notis. ergo, ꝓter iſta, aliqua alia ſũt cognoſcibilia naturaliter ſoli ĩtellectui diuino, qa infinitus eſt. & iõ plurimũ cognoſcitiuus q̃ intellectus finitus. igitur adhuc alia ſciẽtia eſt ſuperior (q̃ iſta) quæ erit de naturaliter notis intellectui creato. probatio minoris. quia oĩs eſſentia creata alicui intellectui creato poteſt eſſe naturaliter nota. Tertio ſic. In nulla ſciẽtia traditur ita diſtincta cognitio de aliqdo alio qđ non eſt ſubiectũ eius primũ ſicut traditur in illa q̃ eſſet de illo, vt de ſubiecto eius primo. quia in nulla ſciẽtia tradit̃ ita diſtincta cognitio de non per ſe ſubiecto ſicut de per ſe eius ſubiecto. tunc enim non eſſet ratio quare illud ſubiectum eſſet magis ſubiectũ eius q̃ aliud. igitur ſi Deus nõ ſit hic ſubiectũ tũc nõ traditur ita diſtincta cognitio de Deo ſicut traderet̃ de eo in aliqua alia in qua poſſet eſſe ſubiectũ. ſed põt eſſe ſubiectũ in alia ſciẽtia. igitur illa põt eſſe prior iſta. Præter autẽ iſtas tres rationes ſunt aliquæ perſuaſiones. Prima talis eſt. theologia ſcđm Aug. 13. de trini. c. 19. ꝑ aliqua parte ſui eſt ſapiẽtia, pro aliqua parte ſui eſt ſciẽtia. ſi autẽ eſſet tãtũ de aliquo nõ ęterno formaliter de illo eſſet formaliter ſciẽtia & nõ ſapientia aliquo mõ. quia nec ex primo ſubiecto nec ex attributione, quia æterna nõ attribuũtur tẽporalibus. Secunda ꝑſuaſio, quia ſuperior portio rõnis hẽt aliq̃ perfectionẽ ꝓpriã ſibi correſpõdentẽ. iſta aũt ſi eſt de ſubiecto non ęterno vt de primo ſubiecto. cũ æternũ nõ attribuat̃ ad nõ æternũ, ſequitur ꝙ nullo mõ eſt de æternis, & ita nullo mõ perficit portionẽ ſuperiorẽ rationis, & ita eſſet aliquis habitus intellectus omnino nobilior iſto ꝑficiẽs iſtã portionẽ, qđ eſt inconueniẽs. Tertia ꝑſuaſio eſt, quia ſcđm beatũ Aug. 14. de tri. cap. j. & 4. iſta ſciẽtia eſt de illis q̃bus fides gignit̃ defenditur & roborat̃. ergo eſt de illo eodẽ ſubiecto qđ eſt primũ ſubiectũ fidei. ſed ſides eſt de veritate prima. ergo. Quarta ꝑſuaſio eſt, quia nobiliſſima ſcientia eſt circa nobiliſſimũ genus. ex 6. Metaphyſicę & primo de aĩa. hæc aũt cõcedit̃ nobiliſſima. ergo oportet ꝙ ſit de Deo vt de ſubiecto.

EX HIS DICTIS reſpondeo ad ſecundam. q. ad intellectũ cuius pono exemplũ. *T. c. 2.* *T. c. 1.* homo intelligitur vt animal rationale, vt ſubiecta, vt manſuetum natura, vt nobiliſſimũ animalium. in primo intellectu intelligitur ſecundum rationem quiditatiuã propriam. in ſecũdo in communi. in tertio per accidẽs. i. in propria paſſione, in quarto in reſpectu ad aliud. Sed perfectiſſima notitia de homine non poteſt eſſet in reſpectu ad aliud, quia iſta præſupponit notitiam abſoluti, nec de homine ſub ratione paſſionis quia notitia paſſionis præſupponit notitiam ſubiecti nec de homine in vniuerſali quia illa eſt confuſa ergo nobiliſſima cognitio de homine eſt ſecundum rationem quiditatiuam. Ita etiam poſſet poni aliqua ſcientia de Deo ſub ratione reſpectus ad extra vt aliqui ponunt ſub ratione reparatoris vel gubernatoris vel capi

*Egi. de Ro. quo lib. 3. q. 2.*

*Guiel. Vera, li. 1. in prolo. q. 6. Henri. in summa.*

tis ecclesiæ. Vel poſſet poni de
Deo ſub aliqua ratione attribu
tali, quę eſt quaſi paſſio ſicut ali
qui ponunt de Deo hanc ſcien-
tiam eſſe ſub ratione boni. Vel
poſſet poni de Deo ſub ratione
cõmuni & vniuerſali, vt entis
vel entis infiniti vel neceſſe eſ-
ſe vel alicuius talis.

CONTRA iſtas omnes
poſitiones arguitur, & primo ar
guitur contra iſtam de ratione
communi nullus conceptus co
munis de Deo continet virtua-
liter oẽs veritates proprie theo
logicas pertinentes ad plurali-
tatem perſonarum. nã ſi ſic cũ
illi conceptus communes natu
raliter concipiantur a nobis. er
go propoſitiones immediate de
illis conceptibus poſſent a no-
bis naturaliter cõcipi, vel intel
ligi. Et per illas propoſitiones
immediatas poſſemus ſcire cõ-
cluſiones, & ita totã theologiã
naturaliter ac quærere. Secũdo
quia ex quo cõceptus cõmunes
non ſunt ſoli Deo naturaliter
noti. ergo nec veritates incluſę
in illis cõinibus conceptus de
quibus eſt theologia. ergo ſi eſ-
ſet de Deo ſub ratione tali com
muni nõ eſſet ſoli Deo naturali
ter nota. Cuius oppoſitũ oſten
ſum eſt in prima queſtione. Cõ
tra aliã poſitionem de ratione
attributali poſſet argui per eaſ-
dẽ rationes. Sed adhuc arguo p
alias ſpeciales primo quia co-
gnitio eius quod quid eſt perfe
ctiſſima, vt dicit philoſophus.
7. Metaphy. ergo cognitio illius
eſſentiæ eſt perfectior cogni-
tio q̃ cognitio proprietatis attri
butalis quæ ſe habet, quaſi paſ-
ſio huius naturæ ſecũdũ Dam.
li. 1. c. 5. Secundo, quia ſi illę ꝓ
prietates realiter different ab
eſſentia, eſsẽtia eſſet realiter cã
ipſarum. ergo ſicut differunt ra
tione ita eſſentia de ſua ratio-
ne habet rationẽ incauſati, illę
autẽ licet per idẽtitate cũ eſſen
tia ſint incauſate, nõ tamẽ ſe-
cundũ ſuã rationẽ formalẽ pri-
mo includũt incauſationẽ ſui.
Tertio quia illud ſecundũ ſuã
propriã rationẽ videt̃ eſſe actua
lius in ſe cui magis repugnat
cõicabilitas ad plura ad extra,
ſed eſſentiæ repugnat commu-
nicabilitas ad plura ad extra &
nulli ꝓprietati attributali niſi
quatenus eſt illius eſſentiæ vel
idẽ illi eſſentię in quãtũ infini
te. Si vero dicat̃ ꝙ quęlibet pro
prietas eſt infinita. & ideo incõ
municabilis propter infinitatẽ.
Contra. infinitas iſta eſt in eis
propter identitatẽ earum cũ eſ-
ſentia ſicut ex radice & funda-
mento omnis ꝑfectionis intrin
ſecę. Contra viam etiã de reſpe
ctibus ad extra põt argui ſicut
contra alias duas vias. Sed fa-
cio rationes ſpirituales. primo
quia reſpectus ad extra eſt re-
ſpectus rationis, ſed ſciẽtia non
cõſiderans ſubiectũ ſuũ ſub ra-
tione reali non eſt realis, ſicut
nec logica eſt realis licet conſi-
deret de rebus vt eis attribuun
tur intentiones ſecundę. ergo
theologia non eſſet realis. Secũ
do quia abſolutũ & reſpectiuũ
non faciunt aliquẽ vnũ conce-
ptũ per ſe ergo conceptus aggre
gãs illa duo in ſe eſt conceptus
vnus per accidens, nulla autẽ
ſcientia prima eſt de conceptu
vno per accidens, quia talis prę
ſupponit ſcientiam de vtraque
parte, & ideo ſi ſciẽtia ſubalter
nata ſit de aliquo vno per acci-
dens præſupponit duas tractã-
tes partibus illius totius ſepara-
tim.

*T. c. 4. in ae.*



tim. Si igitur theologia eſſet de
tali vno per accidens poſſet eſſe
alia prior ea, q̃ eſſet de cõceptu
vno per ſe. Tertio nullus reſpe-
ctus ad extra videtur Deo neceſ
ſario cõuenire. ergo nihil theo-
logicum neceſſario conueniret
Deo vt eſt ſubiectũ theologię.
ꝓbatio cõſequẽtiæ. qđ cõuenit
alicui ſub rõne, non ſibi neceſ-
ſario inhęrentis nõ cõuenit illi
neceſſario, ſed reſpectus ad ex-
tra eſt huiuſmodi. ergo &c. &
ita nulla veritas theologica ne-
ceſſaria eſſet. Et hæc cõcluſio ꝓ-
batur ꝑ primã & ſecundã ratio
nes poſitas ad primã quæſtio-
nem. ſ. de rõne primi obiecti &
de notis ſoli Deo naturaliter.
Concedo igitur quartũ mẽbrũ.
ſ. ꝙ theologia eſt de Deo ſub ra
tione qua eſt hæc eſſentia ſicut
perfectiſſima ſcientia eſſet de
homine ſi ẽ eſſet ſecundum ꝙ
homo, non autem ſub aliqua
ratione vniuerſali vel acciden-
tali.

AD PRIMAM quæſtio-
nem de theologia noſtra dico
ꝙ quando habitus eſt in aliquo
intellectu habens euidentiam
ex obiecto, tunc primum obie-
ctum illius habitus vt eſt illius
non tantum continet virtuali-
ter illum habitum, ſed vt notũ
illi intellectui continet ipſum
habitum ita quòd notitia obie
cti in illo intellectu cõtinet eui
dentiam habitus vt in illo intel
lectu, quia intellectus cogno-
ſcens tale obiectum poteſt eli-
cere omnem concluſionem hu
ius habitus. In habitu vero non
habente euidentiam ex obie-
cto ſed cauſatã aliunde quam
ab obiecto noto, non oportet da
re primum obiectum eius ha-
bens duas dictas conditiones,
immo neutram oportet dare,
q̃a ꝓinde eſt habitui vt in hoc,
ac ſi eſſet de cõtingẽtibus quæ
neutro mõ habent obiectũ pri-
mũ. tali ergo habitui nõ euidẽ-
ti ex obiecto dat̃ ſubiectũ pri-
mum de quo primo noto. i. ꝑfe
ctiſſimo primo. i. immediate co
gnoſcũtur primę veritates habi
tus illius. theologia aũt noſtra
eſt habitus nõ habẽs euidentiã
ex obiecto. etiã illa q̃ eſt in no-
bis de theologicis neceſſarijs
nõ magis, vt in nobis habet eui
dentiam ex obiecto cognitio q̃
illa quæ eſt de contingentibus.
ergo theologię noſtrę vt noſtra
eſt non oportet dari obiectũ pri
mũ niſi primũ notũ, de quo no
to ĩmediate cognoſcant̃ primæ
veritates. illud primũ notum eſt
ens infinitũ, q̃a iſte eſt conce-
ptus ꝑfectiſſimus quẽ poſſum̃
habere de illo qđ eſt in ſe pri-
mũ ſubiectũ, qđ tamẽ neutram
p̃dictarũ cõditionũ habet, quia
nõ cõtinet habitũ noſtrum vir-
tualiter in ſe nec multo magis
vt nobis notum cõtinet ipſum
habitũ, tamẽ q̃a theologia no-
ſtra de neceſſarijs eſt de eiſdẽ
de q̃bus eſt theologia in ſe, ideo
ſibi aſſignat̃ ſubiectũ primum
quo ad hoc ꝙ eſt veritates cõti
nere in ſe, & hoc idẽ eſt ſubie-
ctũ theologię noſtrę qđ eſt pri-
mum ſubiectum theologię ĩ ſe,
ſed quia illud non eſt nobis
euidens, ideo nõ continet iſtas
vt nobis notum, immo non
eſt nobis notum. Si arguis er-
go non eſt primum obiectum
noſtri habitus. Reſpondeo ve-
rum eſt non eſt primum ſubie-
ctum dans euidentiam, ſed ſu-
biectũ primum continens om-
nes vritates natũ dare, euidẽtiã
ſi ipſum cognoſceretur. & hec

dicta ſunt ad duas queſtiones de
theologia neceſſariorum.

NVNC AVTEM viden
dū eſt de veritatibus cōting?ti-
bus theologicis q̃d ſit primum
ſubiectū theologiæ. Et quo ad
iſtas dico ꝙ nullū ſubiectū vir-
tualiter cōtinet veritates niſi ne
ceſſarias de ipſo, quia ad cōtin-
gentes de ipſo æqualiter ſe hēt
ex ſe & ad oppoſitas. Tamē cō-
tingentiū eſt ordo, quia aliqua
eſt prima vera contingens. &
ita ſubiectū primū multarū ve
ritatū cōtingentiū pōt poni il-
lud de quo primo. i. immediate
dr̄ prędicatū primæ cōtingētis,
quæ eſt quaſi primū principiū
in ordine cōtingentiū vel prędi
cata pluriū primarū contingen
tium ſi plures ſunt primæ. Dici
tur aūt primū ſubiectū primæ
veritatis contingentis, quod vi
ſum vt tale natū eſt primo vide
ri coniungi cū prædicato illo,
quia primū notū in contingen
tibus nō eſt niſi per intuitionē
extremorū ergo primū intuibi-
le cui inſit primū prædicatum
primæ veritatis cōtingentis eſt
primū ſubiectū omniū veritatū
cōtingentiū ordinatarū. Ex his
ad propoſitū dico ꝙ eſſentia di-
uina eſt primū ſubiectum theo
logiæ cōtingentis, & hoc modo
ſumpta quo prædictū eſt ipſam
eſſe ſubiectū primū theologiæ
neceſſariæ, & hoc tā huius theo
logiæ contingētis in ſe q̃ vt eſt
in intellectu diuino & beatorū.
Totius igitur theologię in ſe &
Dei & beatorū primū ſubiectū
eſt eſſentia diuina, vt hæc. Cu-
ius viſio a beatis eſt ſicut in me
taphyſica cognitio entis. & iō
beata viſio nō eſt theologia, ſed
eſt quaſi perfecta incomplexa
apprehenſio ſubiecti præcedēs
naturaliter ſcientiā theologię;
ſubiectum vero theologiæ nr̄æ
cōtingentis vr̄ idē ſubiectū pri
mū quod & neceſſariæ. & hoc
modo ſupra expoſito, quia non
vt continēs virtualiter in ſe ha-
bitū. etiam ſi intuitiuæ videret,
ſed vt cognoſcibile a nobis pro
ximū illi cui intuitiuæ noto na
tū eſſet prædicatū primæ con-
tingētis euidēter ineſſe. Cōtra.
vī ꝙ verbū ſit ſubiectū adæqua
tum theologiæ cōtingentiū tā
illis cōtingētis in ſe q̃ vt eſt in
ītellectu diuino, q̃o ē primū ſu
biectū omniū articulorū repara
tionis noſtræ. R̄ndeo aliqd̄ con
tingēs pōt primo dici de verbo,
& aliqd̄ de ſpiritu ſancto, & ali
quod de Deo trino, vt creare.
erunt igitur perſonæ quaſi par-
tes ſubiecti, ſicut etiam aliqua
neceſſaria ſunt primo vera de
diuerſis perſonis.

EX PRAEDICTIS ap-
paret improbatio illius opinio
nis quæ ponit Chriſtū eſſe pri
mū ſubiectū, quia tūc veritates
neceſſariæ de patre & Spiritu
ſancto nō eſſent theologicę, pu-
ta pr̄ generat, ſpiritus ſanctus
procedit, nec veritates contingē
tes de eis. puta pater creat per
filium. ſpiritus ſanctus tempo-
raliter miſſus eſt viſibiliter, &
inuiſibiliter, nec veritates ne-
ceſſariæ de Deo trino, vt ꝙ eſt
oīpotēs, immēſus, nec cōtingē
tes vt Deus creat. gubernat mū-
dū. remittit peccata. punit. præ-
miat, & huiuſmodi cōſequētiæ
omnes probātur, quia ad nullā
ſciētiā p̄ ſe pertinet aliqua veri
tas, niſi ſit de ſubiecto primo
vel de eius parte ſubiectiua vel
ītegrali, vel eſſentiali, vel de ali
quo eſſentialiter ad ſubiectū at
tributo, ſed patet ꝙ pr̄ vel ſpiri
tus

*Bona. prologi. q. 1.*



tus ſanctus, vel trinitas non eſt
Chriſtus nec pars aliqua aliquo
dictorum modorū, nec attribu
tū ad Chriſtū eſſentialiter. Tū
quia Chriſtus cū dicat duas na-
turas & hoc inquantum eſt ſu-
biectū, ſcd̄m ponētes illud, ſe-
quitur, ꝙ vt habēs naturā crea-
tam erit eſſentialiter prior pr̄e
vel ſpiritu ſancto vel trinitate,
quia eſſentialis attributio non
eſt niſi ad eſſentialiter prius.
Tum quia Chriſtus ſecundū di
uinitatē, ēt nō hēt aliquā talē
prioritatē ſcd̄m quā poſſet pr̄
vel trinitas ad Chriſtū attribui.
Cōtra iſtā ēt opi. ſunt duæ rō-
nes vltimæ poſitæ ſupra in ſolu
tione ſecūdę q. cōtra opi. de re-
ſpectu ad extra. Contra idem
eſt prima ratio poſita ad ſolu-
tionē primæ q. quia veritates
neceſſarię de patre & de ſpiritu
ſancto, & de trinitate impoſſibi
le eſt cōtineri virtualiter primo
in Chriſto, quia ſi verbū incar-
natū nō fuiſſet, illæ veritates ne
ceſſariæ nihil minus fuiſſent.
Tertia ēt ibidē valet ad hoc, q̃a
non eſſet tradenda hic aliqua
notitia de Deo, niſi vt includi-
tur in Chriſto, hoc eſt vt de ver
bo tm̄, & ita nō eſſet diſtinctiſ-
ſima notitia de Deo, quæ tradi
poſſet. igitur eſſet alia prior re-
quirenda: Ad hoc etiam faciūt
aliquæ perſuaſiones ibi poſitæ,
quia iſta vnitas quæ eſt Chriſti
(vt eſt ſuppoſitū vnum in dua
bus naturis) non eſt vnitas æter
na, iſtā aūt oportet ponere for-
malem vnitatem primi ſubie-
cti. ergo primum ſubiectum, vt
primū, non eſt aliquid æternū.
Illa ēt perſuaſio de fide videtur
concludere. non enim eſt credi-
tū vel verū theologicū, hūc ho-
minē eſſe crucifixū, nō implicā
do verbum in ſubiecto, q̃a hūc
hoīem in cruce potuerūt iudęi
naturaliter videre. Sed creditū
eſt, & verū theologicū verbū eē
hoīem de virgine natū, verbū
eſſe hoīem crucifixū, verbū eſſe
hoīem reſurgētē, & ſic de alijs
articulis p̄tinētib⁹ ad humani-
tatē. pertinentes aūt ad diuini-
tatem patet ꝙ nō conueniunt
primo Chriſto, vt Chriſtus eſt,
ſed aliqui alijs perſonis, ali-
qui trinitati, ergo obiectū adę-
quatū theologię nō eſt Chriſt⁹
ſed aliquid quaſi cōe verbo de
quo primo tradunt̄ articuli p̄ti
nentes ad reparationē & pr̄i &
ſpiritui ſancto. ſ. de quib⁹ ſunt
aliquæ theologicę veritates. Vr̄
igitur dicendū, ꝙ ſicut ſi in me
dicina corpus humanū ſit pri-
mū ſubiectū de quo conſiderat̄
ibi paſſio, vt ſanitas & infirmi
tas ſi ſ̃pēs corporis humani eſ-
ſent corpus ſic mixtū & ſic, pu-
ta corpus ſanguineū, & corpus
flegmaticū &c. hoc totū, corpus
ſanguineū ſanū, nō eſſet primū
ſubiectū. Tū quia nimis particu
lare. Tū q̃a includit paſſionē cō
ſiderandā de ſubiecto, quæ non
pōt eē rō ſubiecti, q̃a ſubiectū
vt ſubiectū eſt prius natura paſ
ſione. & ita paſſio eſſet prior ſe-
ipſa. & breuiter q̃cquid diceret̄
de aliqua medicina tradita. ſ.
ꝙ eſſet de tali particulari, vt de
ente p̄ accn̄s, ſaltē impoſſibile
eſſet primā ſciētiam de corpore
hoīs eſſe de corpore hoīs ſan-
guineo ſano, immo ſi qua eſſet
de ipſo alia poſſet eſſe prior, ſi-
ue de corpore hominis in cōi,
q̃a ipſum in cōi habet aliquas
paſſiones cognoſcibiles de ipſo
per rōnem cōem, vt eſt prior,
inferiorib⁹, ſiue de corpore ſan-
guineo, cuius ratio eſt naturali-

ter prior corpore ſanguineo ſa-
no.& iſta rō prior continet vir-
tualiter aliquas paſſiones đ cor
pore hoīs ſanguineo ſano, qa &
eiꝰ rō p̄cedit corpus ſanguineū
ſanū. Ita in ꝓpoſito Chriſtus di
cit verbū hoīem ſcđm Damaſ.
li.3. Ante igiĩ notitiā quæ eſſet
de Chriſto, vt de primo ſubie- *Cap. 2. & 6.*
cto nata eſſet alia eſſe prior de
verbo ſi qua inſit per rōnē qua
verbū, & ante iſtā alia de Deo
quātū ad illa q̄ inſunt ꝑ rōnem
Dei, vt eſt cōis tribus ꝑſonis. Si
igiĩ theologiā tenemus ſcđm ſe
eſſe primā notitiā, ipſa non erit
primo de Chriſto, & ſi æque eſt
de veritatibus cōibus & ꝓprijs
tribus ꝑſonis, ipſa nō erit de ali
qua ꝑſona, vt de ſubiecto adæ-
quato, ſed de Deo, vt eſt cōis tri
bus ꝑſonis. Et tūc ſaluabitur ꝙ
oīs veritas theologica vel eſt de
primo ſubiecto, puta quę ineſt
Deo per rōnē Dei, vel quaſi de
ꝑte ſubiectiua primi ſubiecti.
puta q̄ eſt ꝓpria alicui ꝑſonæ,
aut de aliquo qđ attribuiĩ ad ſu
biectū primū vel quaſi ꝑtē ſu-
biecti, vtputa de creatura quātū
ad reſpectū quē hēt ad Deum
vt Deus, & de natura aſſumpta
quantum ad reſpectum, quē ha
bet ad verbum ſubſtentificans.

ALITER tamen ponitur
Chriſtū eſſe ſubiectū primū ſe-
cūdum Linco. in exameron &
hoc vt Chriſtus eſt vnum tripli
ci vnitate. quarum prima eſt ad
patrē & ad ſpiritū ſanctū. Secū
da verbi ad naturam aſſumptā.
Tertia Chriſti capitis ad mem-
bra. Et pro iſta opi. de Chriſto
vĩ eſſe prima ratio poſita ad pri
mā.q. & penultima, quia ſeptē
articulos fidei ꝑtinētes ad hu-
manitatē non cōtinet Deus, vt
ſubiectū, quia per naturam di-
uinitatis non conueniunt Deo.
illud autē ſubiectū primo con-
tinet paſſionem per cuius for-
mā paſſio ſibi ineſt. Chriſtus au
tem & iſtos continet, quia ſecū
dum humanitatē ſibi inſunt,
& præter hoc Chriſtus cōtinet
realiter alios pertinentes ad dei
tatē, quia ſecundum diuinitatē
illa dicuntur ineſſe ſibi. Itē ſu-
biecta partium doctrinæ debēt
contineri ſub ſubiecto totius,
vel vt partes ſubiectiuæ, vel vt
quaſi integrales, non autem cō
tinenĩ ſub Deo ſic ſubiecta par
tium ſacræ ſcripturæ. Quod ꝓ-
batur per gloſas multas in prin
cipijs librorum aſſignantes cau
ſas materiales aliquas quæ non
ſunt aliquid Dei. vñ ſuper Oſeā
dicit gloſa ꝙ materia libri Oſeę
eſt decem tribus. Preterea in ali
quo libro ſcripturæ nihil pro-
priū de Deo narratur, quia nul
lū factū ibi narratur vbi requi-
ratur ex parte Dei aliquid, niſi
influentia tm̄ generalis. ergo ta
lis liber nō eſt de Deo. Ad pri-
mū dico ꝙ veritates enunciatę
contingenter de Chriſto in nul
lo ſubiecto continentur virtua-
liter ſicut ſubiectum dicitur cō
tinere paſſionē, qa tūc ineſſent
neceſſario, tñ hēnt aliqđ ſubie-
ctū, de quo īmediate enūciātur
& primo, illud eſt verbū. nā ve-
ritates theologicæ de incarna-
tione, paſſione, natiuitate, &c.
ſunt iſtæ verbū eſt factū homo.
verbū eſt hō natus, verbū eſt hō
paſſus &c. Cū dicis. paſſio inhę
ret ſecundum naturam huma-
nitatis. Rñdeo humanitas non
eſt ratio primi ſubiecti ad qđ
ſtet reſolutio, ſed eſt quaſi paſ-
ſio prior medians inter primū
ſubiectum iſtarum veritatum
quod eſt verbum, & alias poſte
riores



riores paſſiones, vt natus &c. pa
tet enim ꝙ humanitas non po
teſt eſſe ratio ſubiecti reſpectu
paſſionis primæ, quæ eſt eſſe in-
carnatum, quia illud dicitur de
verbo nō preintellecta humani
tate in ipſo vt ī ſubiecto. Ad ſe
cundum dico ꝙ ſufficit ſciētiæ
ſubiectorum partialium attri-
butio ad primum ſubiectum,
qualis attributio ad Deum po-
teſt ſaluari cuiuſcunq; materię
aſſignatæ per gloſas adductas.
Aliter tamen poteſt dici, ꝙ ma
teria cuiuſlibet libri eſt Deus,
de quo ibi narratur, quomodo
genus humanū gubernauerit,
ſed gēs, vel perſona gubernata,
eſt materia remota, & ita intel
ligēdæ ſunt gloſę tales. Per hoc
patet ad tertiū, quia licet eſſet
aliquis liber nullum Dei mira-
culū continens, tamē quilibet
continet prouidentiā & guber-
nationē Dei circa hominem in
cōmuni vel determinatā gentē
vel perſonam intantū ꝙ ſi ean-
dē hiſtoriam de Pharaone ſcri-
bat Moyſes in Exodo. & aliquis
Egyptius in cronicis egyptiorū,
ſubiectum hiſtoriæ Moyſi eſt
Deus, de quo traditur ibi guber
natio hominum miſericordi-
ter liberando iudęos oppreſſos,
iuſte, puniēdo egyptios oppreſ-
ſores ſapienter ordinando for-
mam liberandi congruam ad
hoc vt populus liberatus legem
gratanter acciperet, potenter
tot ſibi propria ſigna faciēdo. ſu
biectum vero hiſtoriæ hiſtorio
graphi eſſet regnum vel rex vel
populus ægyptiacus, cuius actio
nes & caſus circa ipſos contin-
gentes ipſe intendit ſcribere,
ita ꝙ incidēs eſt ſibi quid Deus
fecerat, ſed principale quid gēs
ſua fecerit, vel paſſa ſit. princi-
pale autē eſt Moyſi quid Deus
egerit, vel permiſerit, ſed quaſi
incidens eſt ſibi circa quam ma
teriam hoc contigerit. Et da-
to quòd alicubi nullum mira-
culum enarretur, tamen quid
Deus permiſerit aſſiſtendo ſe-
cundum communem influen-
tiam, & non impediendo, hoc
principaliter intenditur in li-
bro illo inquātum eſt pars ſcri-
pturæ, & qualiter illud con-
uenienter ordinatum ſit ad bo-
num aliorum ſi fuit ordinabi-
le vel iuſte punitum ſi fuit ma-
lum. hoc frequenter additur
in libro eodem vel alio, aut
ſi permiſſum fuit, nec hic puni
tū non tacet ſcriptura alibi de
illo in generali, quod alibi pu-
nietur.

AD PRIMVM argumen
tum primę quæſtionis, ad Boe-
tium dico ꝙ loquitur ibi de ſu-
biecto accidentis & non de ſu-
biecto cōſiderationis. Ad aliud
de ſecundo phy. dico quòd in-
telligit de materia ex qua non
in qua vel circa quam. Vel me-
lius ꝙ ſubiectum ſcientiæ ſecū
dum veritatem non pertinet ad
genus cauſæ materialis, ſed ad
genus cauſę efficientis. dĩ tamē
ſubiectum ſcientię materia per
quandam ſimilitudinē ad fa-
ctionem, vbi ſimul cōcurrūt ra
tio obiecti circa quod & ratio
materiæ ſuſceptiuæ, quia factio
eſt actus tranſiens extra, non ſic
eſt de actu proprio ſcientiæ, ta-
men intelligitur tranſire, quia
non terminaĩ in ſe, ſed ad aliud
circa quod eſt, licet non recipia
tur in illo circa quod eſt, ſed ma
net in ſciente. Et propter hanc
proprietatem materiæ, ſ. eſſe cir
ca quod ſubiectum dĩ materia
reſpectu ſcientiæ & actus eius.

Ad

Ad illud de primo poſteriorum,
dico ꝙ ſubiectũ cuiuſlibet ſcien
tiæ naturaliter inuentę eſt ali-
quod vniuerſale, ideo ſubiectũ
talis ſcientiæ, oportet ꝙ habeat
partes ſubiectiuas. iſtius autẽ
ſciẽtiæ ſubiectum eſt eſſentia
hæc, vt ſingularis, quia imper-
fectionis eſt in natura creata
vniuerſali, ꝙ in multis ſingu-
laribus diuidatur. iſta igitur im
perfectione ablata remanet ꝙ
iſta eſſentia eſt ſcibilis ſine di-
uiſibilitate eius in partes ſubie
ctiuas. Tamen poſſet dici ꝙ per
ſonę diuinæ ſunt quaſi partes
ſubiectiuæ ipſius eſſentiæ di-
uinæ, ſed eſſentia in eis nõ nu-
meratur. Quod autẽ additur de
paſſionibus dicunt aliqui, ꝙ at-
tributa ſunt quaſi paſſiones hu
ius eſſentiæ. Sed hoc non valet,
quia conſideratio attributorũ
naturaliter a nobis intelligibi-
lium, eſt conſideratio metaphy-
ſica, niſi ſint aliqua attributa
per ſe tantũ conuenientia huic
eſſentiæ, vt hæc, & non vt a no-
bis nunc naturaliter intelligi-
tur confuſe. Quod autem acci-
pitur, ꝙ paſſio eſt extra eſſentia
ſubiecti, hæc eſt vera vbi paſſio
eſt realiter cauſata ſubiecto, ſed
in diuinis illud quod habet ra-
tionem paſſionis non eſt cauſa-
tum quia per identitatem tran
ſit in eſſentiam. tamen quantũ
ad ſcibilitatem ſcitur per eſ-
ſentiæ rationem ac ſi eſſet reali
ter diſtincta ab eſſentia. Quod
3. dicitur de principio ſubiecti.
dico ꝙ nõ oportet principia ſci
bilis eſſet principia in ſe ipſius
ſubiecti, quia entis inquantum
ens, quod ponitur ſubiectũ me-
taphyſicæ. nulla ſunt principia,
quia tunc eſſent cuiuſlibet en-
tis. ſed oportet cuiuſlibet ſubie

*Guil. var. ib. 1. diſt. 2. ar. 1. & 2.*

cti eſſe principia ꝑ quæ demon-
ſtrentur eius paſſiones de eo ex
quibus principijs tanquàm ex
medijs demonſtrationis formã
tur principia complexa, ſicut
propoſitiones per ſe notæ, hoc
modo cuiuſlibet ſubiecti poſ-
ſunt eſſe principia quantũcun-
que in principiati reſpectu ſua
rũ paſſionũ. Ad alia ſecũdę vię.
ad primum dico ꝙ illa auctori
tas exprimit materiam huius
ſcientiæ in communi, non ſu-
biectum primum formale. Ad
aliud dico, ꝙ quicunque ſenſus
in vna parte ſcripturæ non eſt
literalis in alia parte eſt litera
lis. & ideo licet aliqua pars ſcri
pturę hẽat diuerſos ſenſus. tñ
tota ſcriptura habet omnes ſen
ſus iſtos pro ſenſu literali. Ad
tertium dico, ꝙ argumẽtum &
ad oppoſitum dupliciter. pri-
mo quia homo ponitur ſubie-
ctum moralis ſcientiæ, vel me-
dicinæ pro eo ꝙ cõtinet virtua
liter omnes veritates illius ſciẽ
tiæ. nam corpus humanum
continet virtualiter rationem
ſanitatis. ideo enim ſanitas ho
minis eſt talis, quia corpus hu-
manum eſt ſic complexionatũ.
Similiter anima hominis con-
tinet virtualiter rationem feli-
citatis naturalis, ſicut patet ex
primo Ethi. vbi ex ratione ani-
mę concluditur ratio felicitatis
naturalis hominis non ſic ho-
mo continet rationem finis hu
ius ſcientiæ, quia finis ſuperna
turalis, vel obiectum, eius non
includitur in ratione hominis,
& ideo nõ poteſt eſſe ſubiectũ
huius ſcientiæ primum. Secun
do ſic. homo eſt finis vltimus
iſtarum ſcientiarum, ad quẽ tã
ſanitas, quàm felicitas natura-
lis ordinat. probatio. quia om-
nis



nis amor concupiſcentiæ præ-
ſupponit amorem amicitiæ. ſa
nitas autem vel felicitas ama-
tur amore concupiſcentiæ. ideo
illud quod amatur amore ami-
citiæ eſt vlterior finis, quàm ali
qđ illorum. ſed iſtud eſt corpus
ex vna parte, & anima ex alia.
igitur ſi homo ſecundum cor-
pus, vel animam, eſt ſubiectum
huius ſcientiæ ſequitur ꝙ finis
eſt ſubiectũ huius ſcientiæ. Ad
quartum dico, ꝙ prima propoſi
tio eſt falſa, quia nihil aliud eſt
finis ſcientiæ quã attingere per
actum proprium obiectum il-
lius ſcientiæ, non ꝙ inducat ali
quam formam per actum ſuũ
in obiectum, quia ſcientia non
eſt aliqua qualitas factiua.

AD PRIMVM argumen
tum ſecundæ quæſtionis, quan
do arguitur per Hugonẽ & Caſ
ſiodorum, dicitur ꝙ loquuntur
hic, nõ de formali ſubiecto, ſed
de materia proxima, de qua dif
fuſius tractatur in ſcriptura pro
pter ordinem immediatiorem
quem habet ad finem. Ad ſe-
cundum dico, ꝙ metaphyſica
non eſt de deo tanquàm de pri
mo ſubiecto, qđ probatur, quia
pręter ſcientias ſpeciales opor-
tet eſſe aliquã communem in
qua probentur in cõmuni om
nia, quæ ſunt communia illis
ſpecialibus. igitur præter ſcien-
tias ſpeciales oportet eſſe aliã
communem de ente, in qua tra
datur cognitio paſſionũ de en-
te, quæ ſupponitur in alijs ſciẽ-
tijs ſpecialibus, ſi igitur aliqua
eſt naturaliter de Deo præter
iſtam eſt alia de ente naturali-
ter ſcientia inquatum ens. Cũ
vero probatur quòd eſt ſciẽtia
de Deo per philoſo. 6. Meta-
phy. text. com. 2. dico ꝙ ratio

eius ſic concludit. nobiliſſima
ſcientia eſt circa nobiliſſimum
genus vel, vt primum obiectũ,
vel vt conſideratum in illa ſci-
entia perfectiſſimo modo, quo
poteſt cõſiderari in aliqua ſciẽ-
tia naturaliter acquiſita, Deus
vero, & ſi non eſt ſubiectum pri
mum in Metaphyſica. eſt tamẽ
conſideratum in illa ſciẽtia no-
biliſſimo modo quo põt in ali
qua ſcientia conſiderari natura
liter acquiſita.

Quia paſſiones entis conuer-
tibiles cognoſcũtur in ſummo
de aliquo ente. & paſſionũ en-
tis diſiunctarum nobilius di-
uidens eidem cõpetere in ſum
mo eſt cognitio nobiliſſima na
turaliter poſſibilis de Deo. hęc
autem eſt cognitio metaphyſi-
ca, quia cuius eſt conſiderare
paſſionem in communi de ſu-
biecto in communi vniuerſali-
ter, eiuſdem eſt cognoſcere ean
dem paſſionẽ in ſummo de eo-
dem ſubiecto particulariter. Ad
commẽtatorem primo Phyſi.
dico ꝙ Auicen. cui contradixit
bene dixit, & cõmẽtator male.
quod probatur primo, quia ſi
aliquas ſubſtantias ſeparatas eſ
ſe eſſet ſuppoſitum in ſcientia
Metaphyſicę, & concluſum in
naturali ſcientia. ergo ſcientia
naturalis eſſet ſimpliciter prior
tota Metaphyſica, quia philoſo
pia naturalis oſtenderet de ſu-
biecto Metaphy. ſi eſt, quod ſup
ponitur. toti cognitioni ſciẽtiæ
Metaphyſi. Scđo quia per om-
nem conditionem effectus po-
teſt demonſtrari de cauſa quia
eſt, quam impoſſibile eſt in eſſe
effectui niſi cauſa ſit, ſed multę
paſſiones conſiderantur in me-
taphyſica, quas impoſſibile eſt
ineſſe, niſi ab aliqua cauſa pri-
ma

ma talium entium. ergo ex illis
paſſionib⁹ metaphyſicis poteſt
demonſtrari aliquam primam
cauſam iſtorũ entium eſſe, mi-
Hen. quo. 3. q. 9. nor probatur, quia multitudo
entiũ dependentia, & compo
ſitio & hmõi quæ ſunt paſſio-
nes Metaphyſicæ oſtendunt ali
quod eſſe actu ſimplex indepen
dens, & neceſſe eſſe, multo etiã
perfectius oſtẽditur primã cau-
ſam eſſe ex paſſionibus cauſato
rũ conſideratis in Metaphyſica,
quã ex paſſionibus naturalibus
vbi oſtẽdit̃ primũ mouens eſſe.
Perfectior enim cognitio & im
mediatior eſt de primo ente co
gnoſcere ipſum, vt primum ens
vel vt neceſſe eſſe quam cogno-
ſcere ipſum vt primum mouẽs.
Ad aliud dico ꝙ ratio finis non
eſt ratio nobiliſſima cognitio-
nis, ſed illud quod eſt finis ſicut
ratio fundamentalis illius re-
ſpectus, deitas autem eſt ratio
fundamẽtalis reſpectu finis vt
finis ad creaturas. igit̃ deus eſt
primum obiectum quod cõce-
do. & ita argumentum eſt in op
poſitum. Cum autem oſtendi-
tur de bonitate ex 2. Metaphy-
ſicæ, dico ꝙ ſi per aliquam ap-
propriationem bonitas ſit fun-
damentũ finis, tñ diuinitas eſt
radicale & primũ fundamentũ
ipſius. bene autẽ ſequitur ſi nõ
eſt finis vltimus, ꝙ non eſt bo-
num, quia & ſi nullum eſt per-
fectum bonum, nullum eſt bo-
num, nullum autem bonũ eſt
ſimpliciter perfectũ qđ ordinat̃
ad aliud (quia qđ eſt tale hẽt bo
nitatem diminutã. Si ergo qđli
bet ordinat̃ ad aliud nihil ẽ bo
nũ) nõ oportet autẽ bonitatẽ eſ
ſe propriã rationẽ finis, ſed eſsẽ
tia magis erit propria & funda-
mentalis ratio. & per hęc patet
ad dictũ Aui. 6. Metaphy. ꝙ nõ
debet intelligi de ſine ſed de rõ
ne fundamentali ipſius finis.

AD TERTIAM quæſtio
nem videt̃ probabiliter poſſe di
ci ꝙ theologia nõ eſt de oĩbus
ſcibilib⁹. quia quiditates diſtin
ctę ab eſſentia diuina, vt eſt hęc
eſſentia ſingularis cõtinent pri
mo multas veritates de ſe, quod
probatur, quia per impoſſibile
circumſcripto omni alio ſi illæ
quiditates eẽnt increatę adhuc
cõtinerent tales veritates, ſicut
patet de linea & de numero q̃-
tum ad propoſitiones immedia
tas de eis, & ſcđm hoc poſſet po
ni ꝙ ĩ intellectu diuino eẽnt ha
bitus diſtincti ſcientiales ſecun
dũ rationẽ, vtpote theologia eſ
ſet quã cauſaret eſſentia diuina
vt hic in intellectu eius, geome
tria autẽ in intellectu eius eſſet
quæ virtute linee eſſet in intel-
lectu eius, & ſic de arithmetica
virtute numeri, & ſic de alijs.

CONTRA illud arguitur
tripliciter. primo quia vileſce-
ret intellectus diuinus pro eo ꝙ
pateretur ab aliquo alio ab eſ-
ſentia ſua. nam in illo inſtanti
naturę in quo intelligit lineam
adhuc eſſet quaſi in potẽtia ad
veritates cognoſcẽdas exñtes in
linea & virtute illi⁹ quiditatis
cognoſceret eas. ergo linea qua
ſi effectiue imprimeret cogni-
tionẽ iſtarũ veritatũ ĩ ĩtellectu
diuino. & ita linea eſſet moti-
ua intellectus diuini. Secundo
ſic. omnis potentia actuabilis
a diuerſis obiectis per ſe virtute
propria eorũ primũ obiectum
eſt aliquod commune eis. ſed ſi
linea virture ſui cauſaret verita
tem in intellectu diuino, pari
ratione & alię res cauſabũt veri
tatem in intellectu eius. & ita
primum



primum obiectũ intellectus di-
uini eſſet cõe eis, & nõ eſſentia
diuina ſingularis, nec obſtat ꝙ
obiecta alia attribuuntur ad eſ
ſentiam ſuã, ita enim alia en-
tia attribuuntur ad ſubſtantiã,
& tamẽ obiectũ intellectus no-
ſtri eſt ens. Tertio quia ſi eſſen
tia ſua eſt primum obiectũ pa-
tet ꝙ non communitate prædi-
cationis. ergo eſt primũ ſecun-
dum virtutẽ, non autẽ eſſet pri-
mum obiectũ virtualiter, ſi qđ-
libet aliud virtute propria im-
mutaret intellectũ ei⁹. Iõ dico
aliter, ꝙ diuina theologia eſt de
oĩbus cognoſcibilib⁹, quia obie
ctũ primum theologię ſuæ facit
oĩa alia actu cognita in intelle-
ctu ſuo, ita ꝙ in primo ſigno na
turæ eſt eſſentia ſua primo co-
gnita in intellectu ſuo. & in ſe-
cundo ſigno naturæ quiditates
virtualiter cõtinentes veritates
proprias. in tertio aũt ſigno sũt
iſtę veritates virtualiter cõtentę
in illis quiditatibus ſibi notę &
nõ eſt ordo ſcđi ad tertiũ ſcđũ
cauſalitatem quaſi illæ, quidi-
tates cauſent aliquid in intelle
ctu ei⁹. ſed eſt tm̃ ordo effectuũ
eſſentialiter ordinatorũ reſpe-
ctu eiuſdem cauſę, puta ꝙ eſſen
tia ſua quaſi prius natura cau-
ſat illas quiditates ſibi notas
quàm veritates de eis fiant no-
tæ. Exemplum ſi ſol illumina-
ret aliquam partẽ propinquã
ſibi, & alia pars remotior nõ eſ
ſet illuminabilis, niſi a ſole pro
pter eius opacitatẽ. ſol illumi-
naret partẽ aliã remotã non au
tem pars illuminata primo eẽt
cã illuminationis ſcđæ, eſſet tñ
ordo inter partẽ propinquã &
remotã, ſicut ordo effectuũ eiuſ
dem cãę, & tñ non eẽt ordo cau
ſæ, ad effectum, quia pars illu-
minata, nihil agit in partẽ opa
cam remotã. Ita in ꝓpoſito hęc
eſſentia dei in intellectu ſuo fa
cit alias quiditates actu notas,
& quaſi poſterius naturaliter fa
cit veritates illas in iſtis contẽ-
tas notas intellectui illi. tñ illæ
quiditates finitę nullã virtutẽ
hñt reſpectu intellectus diui-
ni immutandi, quia intellectus
diuinus nõ eſt nat⁹ perfici ab il
lis q̃ditatibus, quia ille eſt infi
nitus, & illę quiditates finitę. &
infinitũ a finito nullo mõ per-
ficit̃. ita ꝙ ſi ĩ tertio inſtãti natu
ræ diuina natura non moueret
ad vlteriorẽ notitiã veritatũ, nũ
quã intellectus intelligeret eas
quia a nullo alio motiuo illam
notitiam poſſet habere. Sic er-
go deus de omnibus cognoſci-
bilibus ſolũ habet cognitionẽ
theologicã, quia tm̃ virtute pri
mi obiecti theologici actuantis
intellectũ eius, ita ꝙ theologia
dei non eſt tm̃ de oĩbus, ſed eſt
etiã oĩs cognitio poſſibilis hẽri
a deo de eis, & abſolute ipſa eſt
de quocunq; oĩs cognitio nõ in
cludens aliquã imperfectionẽ
ex ſe, quia ipſa ſola de quocun
que cognoſcibili non includit
limitationẽ, quælibet aũt alia,
q̃a eſt a cã limitata includit ne
ceſſario limitationẽ. Sed de in
tellectib⁹ creatis beatorũ aliter
eſt, quia intellectus eorũ nati
ſunt ĩmutari a q̃ditatibus crea
tis ad cognitionem veritatum
incluſarũ in eis, & iõ p̃ter iſtã
veritatẽ theologicã q̃ hñt de il-
lis quiditatib⁹, vt oñſis ĩ eẽntia
Dei pñt hr̃e naturalem cognitio
nẽ de eis ex propria motione ea
rum. theologia igitur beatorũ
de quibuſcunque creatis non
eſt omnis cognitio poſſibilis de
ipſis tali intellectui.

SED

SED DVBIVM eſt an ſit de omnibus, licet aliqua alia ſit de quibuſdam cognoſcibilibus, hic diſtinguendum eſt de theologia in ſe, & vt eſt habitus pficiẽs intellectũ creatũ beatũ, primo modo eſt de omnibꝰ ſcibilibus, quia omnia alia nata ſunt ſciri virtute primi obiecti theoligici. Secundo modo dico quod poſſibile eſt eam eſſe de quocunque, immo & de omnibus ſcibilibus, quia ſcibilia nõ ſunt infinita. De facto autẽ non habet limitationem, niſi ex uoluntate dei oſtendentis aliquid in eſsẽtia ſua, & ideo actualiter theologia eorũ, eſt de tot quot uoluntarie deus oſtendit eis in eſſentia ſua. De theologia autẽ noſtra dico, quod ipſa non eſt actualiter omnium ſcibilium pro ſtatu iſto, q̃a ſicut theologica beatorum habet terminum, ita & noſtra ex uoluntate dei reuelãtis. terminus autem præfixuſq; a uoluntate diuina, quantum ad reuelationem generalẽ eſt eorum que ſunt in ſacra ſcriptura, quia ſicut hẽtur in Apoc. ultimo. Qui appoſuerit ad hęc apponet ei deus plagas, quæ apponũtur in lib. iſto. igitur theologia noſtra de facto non eſt niſi de his quę continentur in ſcriptura, & de his quę poſſunt elici ex ipſis. De poſſibilitate theologiæ noſtrę dico, quod nõ poteſt eſſe de omnibus tum pp̄ defectum intellectus noſtri nõ potentis in ſpeciali concipere multas q̄ditates, reuelatio autẽ ſecundum communem legem nõ eſt niſi de his quorũ termini naturaliter poſſunt cõcipi a nobis tũ propter defectũ theologiæ noſtræ, quia non poteſt eſſe cum cognitione euidenti

*cap. 5. & 16.*

de eiſdem cognoſcibilibus ſecũdum aliquos & per conſequens de naturaliter nobis cognitis non poteſt ſtare theologia noſtra reuelata. Tñ omnis theologia ſiue noſtra ſiue beatorum ſiue dei eſt de omnibus entibus quantum ad aliqua de eis cognoſcibilia, ſcilicet quantum ad reſpectus, quos habent ad eſſentiam diuinam, ut eſt hęc eſſentia, quia reſpectus non poteſt cognoſci ſine cognitione amborum extremorum. & ita reſpectus, qui eſt ad hanc eſſentiam, ut hæc nõ poteſt cognoſci ſine cognitione huius eſſentiæ ut hæc. Sic ergo (ut ueredicatur) theologia eſt de omnibꝰ & eſt omnis cognitio non includens imperfectionem. & ideo in intellectu dei qui non poteſt habere aliquam cognitionem imperfectam eſt omnis cognitio. non tamen eſt omnis cognitio ſimpliciter reſpectu intellectus creati, quia præter eam poteſt haberi alia cognitio de aliqua quiditate ſpeciali mouente intellectum creatum. Ipſa etiã ſola eſt cognitio de oĩbus quãtũ ad aliqua cognoſcibilia ſ. quantum ad reſpectum eorũ ad hanc eſſentiam, ut hæc, ſi tamẽ eſſentia ut hęc terminet reſpectum creaturę, & non ſub ratione alicuius attributi naturaliter a nobis intelligibilis. Et iſta eſt forte ratio vna quare nõ poſſumus ſcire de ĩtellectu creato quod ordinatur ad hunc finem ut hunc, quia non poſſumus cognoſcere reſpectũ fundatum in natura intellactuali ad iſtam eſſentiam tanquã ad finem proprium, quia nec extremum ad quod eſt reſpectus ideo nec rationẽ imaginis reſpectu



illius naturæ in ſe, ſicut ſancti loquuntur de imagine. Ad primum argumentum dico ꝙ concludit de theologia non in ſe ſed prout traditur in ſacra ſcriptura, & de hac loquitur Auguſtinus.

## QVAESTIO IIII. & V.

*laterales.*

IVXTA hoc quæro. vtrũ theologia in ſe ſit ſciẽtia. Et vtrum ad aliquam ſcientiã habeat habitudinem aliquam ſubalternantis, vel ſubalternatę. Ad primum dico, ꝙ quatuor includit ſcientia ſtricte ſumpta. ſ. ꝙ ſit cognitio certa hoc eſt abſq; deceptione & dubitatione, de cognito neceſſario, cauſata a cauſa euidente intellectui, applicata ad cognitum per diſcurſum ſyllogiſticum. hęc apparent ex diffinitione ſcire. 1. Poſteriorum. vltimum. ſ. cauſatio ſcientię per diſcurſum a cauſa ad ſcitum includit imperfectionẽ ex parte ſcientiæ. ſ. ꝙ ſit effectus æquiuocus, & etiam potentialitatem ex parte intellectus recipientis. ergo theologia in ſe nõ eſt ſcientia, quãtum ad vltimã conditionem ſcientiæ, ſed quãtũ ad alias tres conditiones eſt ſciẽtia in ſe, & in intellectu diuino. Vtrum autem ſcientia ſit quantum ad quartam conditionem in intellectu beatorum dubium eſt. Et videtur ꝙ non per Augu. 15. de tri. c. 16. vel. 41. Fortaſſe inquit non erunt ibi volubiles nrę cogitationes ab alijs in alia euntes, atque redeũtes, ſed ſcientiam noſtram vnico intuitu videbimus. ergo intellectus beatorum non diſcurret, & ita non habent ſcientiam quãtum ad iſtam quartam conditionem. Sed oppoſitum videtur, quia quiditas ſubiecti in quocunque lumine videtur, cõtinet virtualiter veritates quas poteſt facere notas intellectui paſſiuo a tali obiecto. Si igitur quiditas lineæ viſa in lumine naturali, poteſt notas facere veritates in ſe incluſas intellectui noſtro pari ratione, & vt viſa in eſſentia diuina, ſed omnis veritas cauſata in intellectu noſtro per aliquid prius naturaliter notũ cauſatur ꝑ diſcurſum, quia diſcurſus non requirit ſucceſſionem temporis, nec ordinem ipſius, ſed ordinẽ naturę. ſ. ꝙ prĩcipiũ diſcurſus ſit naturaliter prius notum, & vt ſic ſit cauſatiuum alterius extremi diſcurſus. hoc poteſt concedi videlicet ꝙ beatus vere poteſt habere ſcientiã theologicam, quantum ad omnes conditiones ſcientiæ quia omnes conditiones ſcientiæ vere cõcurrũt in cognitione beatorum. Auctoritas Aug. non cogit, quia loquitur dubitatiue, & cum forte, nec illud intendit aſſerere ſed ꝙ verbum noſtrum non ſit æquale verbo Dei, quantuncunque verbum noſtrũ ſit perfectũ. Similiter poteſt exponi auctoritas Augu. de viſione beata, quæ reſpicit tãtum eſſentialia in Deo.

SED ALIVD dubiũ eſt in iſta quæſtione, quia ſicut ad theologiam pertinent neceſſaria, ſic & contingentia, quod patet de theologia noſtra, q̃a omnes articuli de incarnatione sũt de contingentibus. In theologia etiam beatorum, patet, quia omnia cognoſcibilia de Deo in reſpectu ad creaturas extra ſunt

UNIVERSITARIA GRANADA

ſunt de contingentibus, de contigentibus aũt non vĩ poſſe eſſe ſciẽtia ex diffinitione ſcientiæ. *Et ex. 7. Metaphy. tex. c. 53* ergo non videtur quod theologia, vt extendit ſe ad omnia iſta contenta, poſſet habere rationẽ ſcientiæ ſiue cũ diſcurſum ſiue non. Hic dico quod in ſcientia perfectionis eſt quod ſit euidẽs & certa. Nam ſcientia eſt habitus neceſſario uerus ita ꝙ idem manens nõ poteſt eſſe quandoque uerus, quandoque falſus, ſicut nec quãdoque ſcientia quãdoque non ſcientia.7. Metphy. ergo neceſſario eſt obiecti neceſſarij, ita quod neceſſitas nõ tantum eſt conditio obiecti immo intrinſeca ipſi habitui. non quidem quod ille non poſſit corrumpi per obliuionem ſed ꝙ non poteſt eſſe uerus, & falſus, ſicut & oratio poteſt eſſe falſa manens eadem, quæ prius fuit uera. igitur abſolute cõtingẽtis non eſt ſcientia, ſed perfectiſſima cognitio eſt, quia determinate ueridica eſt viſio, quia de veritate eſt viſio veridica, quæ non manet obiecto non præſente in ſe, ſicut ſcientia noſtra, vel nr̃a metaphyſica manet nõ pręſente obiecto, qa eſt ꝑ abſtractionem ab exiſtẽtia obiecti, quare patet huius habitus pręeminentia, Dico ergo theologiam eſſe de neceſſaijs. de poſſibili puta quod deus eſt creatiuus, vel ſuſceptiuus naturæ noſtræ, ſic intelligendo quod ut ſumuntur ſecundum potentiam ſic ſunt neceſſaria, quamuis ea poni in effectu non ſit neceſſarium, nõ enim eſt neceſſariũ deũ creare ſed eſt neceſſario creatiuus Similiter de practicis deo eſt credendum de promiſſa expectatione, deus eſt amãdus, deus eſt colẽdus, ſed iſtarum practicarũ neceſſariarum præter tertiam ſunt mere theologicæ conditiones. tertia quodammodo eſt naturaliter nota, ſicut quędam ſpeculabilia neceſſaria ſunt mere theologica, ut deus eſt trinus quædam naturaliter nota, ut deus eſt omni ſciens. quod autẽ ſit de neceſſario obiecto hęc eſt conditio obiecti, non cognitionis, quia quamtuncunque ſciẽtia ſit de neceſſario, ipſa in ſe poteſt eſſe contingens, & per obliuionem deleri. Si igitur aliqua alia cognitio eſt certa & euidẽs & quantum eſt de ſe perpetua ipſa videtur in ſe formaliter ꝑfectior, quam ſcientia quæ requirit neceſſitatẽ obiecti. Sed contingentia ut pertinent ad theologiam nata ſunt habere cognitionem certam & euidentem & quãtum eſt ex parte ſui euidentiam perpetuam, hoc patet quia omnia cõtingẽtia theologica ſunt nata videri in primo obiecto theologico, & in eodẽ nata eſt videri cõiunctio iſtarũ veritatum contingentium, viſio autem extremorum veritatis contingentis, & vnionis eorum neceſſario cauſat euidentem certitudinem de tali veritate euidente, quantum eſt etiam ex parte obiecti theologici oſtendentis talia uera, nata ſunt videri in tali obiecto perpetuo, quantum ex ſe eſt. igitur contĩgentia ut pertinẽt ad theologiã nata ſunt habere perfectiorem cognitionem quam ſcientia de neceſſariis acquſita. Sed nunqd eorum cognitio eſt ſcientia, dico quod ſecundum illam rationem ſcientiæ poſitam in primo poſteriorum, quæ requirit neceſſitatem obiecti non poteſt de





eis eſſe ſcientia, quia cognoſcere contingens ut neceſſariũ nõ eſt, cognoſcere contingens tamen ſecundum quod accipit philoſophus ſcientiam 6. Ethy. *cap. 4. & 7.* ut diuiditur contra opinionem & ſuſpitionem, bene poteſt eſſe ſcientia, quia eſt habitus quo determinate uerũ dicimus. Magis tñ ꝓprie põt dici quod theologia ſcd̃m ſe eſt ſapiẽtia, quia de neceſſarijs cõtẽtis in ea ipſa habet euidẽtiã & neceſſitatẽ & certitudinẽ & obiectum altiſſimũ & perfectiſſimum. Quantũ autem ad cõtingentiam habet euidentiam manifeſtã de contingentibus in obiecto theologico ut in ſe viſis, & non habet euidentiam mendicatam ab aliis prioribus, vnde notitia cõtingentiũ (ut habetur in ea) magis aſſimilat̃ intellectui principiorum q̃ ſcientię concluſionũ.

AD SECVNDAM quęſtionem dico, quod hęc ſcientia nulli ſubalternatur, quia licet ſubiectũ eius poſſit aliquo mõ contineri ſub ſubiecto metaphiſicę, nulla tamen principia accipit metaphyſica, quia nulla paſſio theologica demonſtrabilis eſt in ea per principia entis uel per rationem ſumptam ex ratione entis. Nec ipſa aliã ſibi ſubalternat, quia nulla alia ſcientia accipit principia ab ipſa, nam quęlibet alia in genere cognitionis naturalis habet reſolutionẽ ſuam ultimo ad aliqua principia immediata naturaliter nota. Contra. reſolutio non ſtat in cognoſcibilibus niſi ad perfectiſſimũ cognoſcibile, nec de eodẽ niſi ad ſeipſum ut ꝑfectiſſime cognitũ, linea aũt perfectius cognoſcitur in verbo quã per motionẽ ſuiipſius, ergo reſolutio cõcluſionum de linea non ſtat ad quiditatem lineæ, uel ad prĩcipia de ipſa niſi ut uident̃ ĩ verbo. illa aũt hẽtur per verbum viſum. ergo reſolutio ultima quarumcunque concluſionum & principiorum ſtat ad viſionem verbi. igitur iſta ſubalternat alias notitias, quibus omnibus dat euidentiam. Ad hoc reſpondeo, quod & ſi metaphyſicus cognoſcens diſtincte quiditatem lineæ uel totius ꝑfectius cognoſceret aliquod prĩcipium immediatũ de linea vel de toto quam geometer tãtum confuſe cognoſcens lineam, vel totum tamen geometræ eſt illa propoſitio immediata per ſe nota, nec probatur per iſtam metaphyſici, ſed ex conceptu confuſo terminorum fit cõplexio euidenter vera, ſed tamen metaphyſicus eandem per ſe notam perfectius cognoſcit, & hoc magis eſſet euidẽs, ſi tantũ per diuerſa motiua uel media cognoſceret̃ linea a diuerſis, & æque diſtincte ex parte obiecti, licet non æque clare. Ita in propoſito, principium immediatum de linea poteſt eſſe euidens intellectui moto a linea, & clariꝰ euidẽs ĩtellectui moto a verbo ad notitiã lineę, ſicut linea clarius videtur, tamẽ principiũ vno modo cognitũ, non demonſtrat ſe alio modo notum, ſed utroque modo eſt per ſe notũ, licet clarius ſic vel ſic, ſubalternatio autem requirit quod notitia principiorum ſcientię ſuperioris ſit cauſa notitiæ principiorum inferioris ſcientiæ. hoc de theologia in ſe.

SED QVID de theologia noſtra eſſet ne ſubalterna ſi talis notitia daretur alicui uel ſi

*Tho. 1. par te. ſumma. q. 1. arg. 2.*

eſt data? Ad hoc dicunt quidam
q᷑ eſt ſubalternata, ſubalterna
tur enim ſcientiæ dei & beato-
rum. Cõtra hoc arguitur ſic. iſti
alibi ponunt ꝙ ſcientia nõ po
teſt ſtare cum fide. ſed nunc di-
cũt ꝙ quę eſt ſubalternata ſtat
cum fide. ergo ſtat ſecundũ eos
& non ſtat, igitur contradicunt
ſibi. Præterea ſciẽtia de Deo nõ
põt eſſe niſi vna. igiẽ nulla eſt
ſubalternata. Pręterea ſcientia
ſecundũ rationẽ cauſæ non de-
pendet niſi ab obiecto, vel ſu-
biecto, vel lumine, ſed reſpectu
intellectus viatoris viſio beato
rũ nullã habet rationẽ cauſę. er
go. &c. Præterea ſciẽtia ſubalter
nãs & ſubalternata nõ ſunt pri
mo de eiſdẽ veritatibus vel p̃di
catis ſcitis, hoc patet, quia vbi
ſubalternata incipit ibi ſubal-
ternans deſinit, ſed hęc põt eſſe
de eiſdẽ de q̃bus eſt ſciẽtia bea
torũ. ergo &c. Præterea habens
ſcientiã ſubalternatã põt habe
re ſciẽtiã ſubalternãtẽ & econ-
uerſo, ſed in ꝓpoſito eſt ĩpoſſi
bile vtrũq;. ergo &c. maior pa-
tet quo ad vtrunq; primo, q̃a ha
bẽs principia de cõcluſione põt
ſcire cõcluſionẽ. Similiter pa-
tet ſecũdũ, quia principia ſub-
alternãtis ſunt vniuerſaliora, &
ſic ordine cognitiõis ĩtellectua-
lis prius nota, quia ibi ſecundũ
ꝙ huius nõ ꝓcedit a magis no
tis ſed a ſenſu, minor etiã patet
quo ad vtrunq; mẽbrũ, q̃a ſicut
viator non põt clare videre, ſic
beatus non põt habere fidem.

*In primo reportatio num. q. 2. prolo. et in 3. di. 24. habet hic omnia clarius. 1. 3. et 5. ex 3. o. & 4. ex reprobatio nibus.*

## QVAESTIO IIII.

VTVRM theologia
ſit practica? ꝙ nõ
arguit, Io. 20. Hęc
autẽ ſcripta ſunt
vt credatis. ſed cre
dere eſt ſpeculatiuum, quia ei
ſuccedit viſio. ergo &c. Pręterea
practica ponitur eſſe circa cõtin
gẽs. Tertio de anima. & 1. Ethy.
in procemio, ſed obiectũ huius
ſcientiæ non eſt cõtingens, ſed
neceſſariũ. ergo &c. Itẽ Boetius
de tri. aſſignat tres partes ſpecu
latiuæ, quarũ vna eſt theologia
ſecundum eum, & ꝙ loquatur
de iſta videtur, quia ſubdit ibi
de ſubiecto illius, ꝙ ſubiectum
eius eſt prima ſubſtãtia, de qua
dicit ꝙ ſubſtãtia Dei materia ca
ret. Item omni practica aliqua
ſpeculatiua eſt nobilior, nulla
autẽ eſt nobilior iſta. ergo &c.
probatio primæ, tũ quia ſpecu-
latiua eſt ſui gratia, practica ve
ro gratia vſus, tũ quia ſpeculati
ua eſt certior. primo Metaphyſi
cæ. Item hęc inuenta eſt omni-
bus neceſſarijs exiſtentibus ꝑꝑ
fugã ignorantię, quod apparet,
q̃a ſollicitudo circa neceſſaria
impedit ab inquiſitione huius
doctrinæ, ergo ipſa eſt ſpeculati
ua, ſic enĩ arguit philoſophus
1. Metaphyſicæ, ꝙ metaphyſi.
ẽ ſpeculatiua. Cõtra ad Ro. 13.
Finis legis eſt dilectio. Itẽ Mat-
thę. 22. In his duobus præceptis
tota lex pendet & prophetæ.
Item Aug. de laude charitatis.
Ille tenet quicq̃d latet & quic-
quid patet in diuinis ſermoni-
bus, qui charitatẽ ſeruat in mo
ribus. Hę aũt auctoritates ꝓbãt
ꝙ iſta ſcientia non eſt præciſe
ꝑꝑ ſpeculari, ſpeculatiua aũt vl
tra ſpeculari, nihil requirit ſe-
cũdum Auic. primo Metaphy.

*T. c. 41. 51. 6. eth. 1. c. 2.*

*In primo.*

*In primo.*

*c. 1. a. l.*

SECVNDO quæro, vtrũ
ex ordine ad praxim ad finem
dicatur ꝑ ſe ſciẽtia practica, Ar-
guitur ꝙ ſic. Tertio de anima di
cit philoſophus. Intellectus ex-
tenſione fit practicus, & differt
a ſpe-

*Quint. T. c. 49.*



a ſpeculatiuo fine. Item primo
Metaphyſicæ. Practica eſt min⁹
nobilis, quã ſpeculatiua, quia
eſt gratia vſus, hoc argumentũ
non teneret, niſi vſus eſſet ꝑ ſe
finis illius habitus. Item ſecun
do Metaphy. Finis ſpeculatiuę
veritas, practicæ autem opus.
Contra 6. Metaphyſi diſtinguit
philoſophus practicas a ſpecu-
latiuis penes obiecta, & nõ pe-
nes fines, ſicut patet ibi. diſtin-
guit enim ſcientiã tã actiuã, q̃
factiuam a ſpeculatiua, penes
obiectũ. Itẽ 6. ethi. diſtinguit rõ
cinatiuũ a ſciẽtifico penes obie
ctũ neceſſariũ, & cõtingẽs. Et
tertio de aĩa aſſignat obiectum
practicæ bonũ non quodcunq;,
ſed agibile, & contingens. ergo
ſcientia eſt practica ꝑ ſe ex obie
cto. non igiẽ ex praxi. vt a fine.

*In proœ.*

*T. c. 3.*

*T. c. 2.*

*Ca. 2.*

*T. c. 51.*

ADISTAS q̃ſtiones ſol-
uendas accipio vnũ generale,
quod ab omnibus, cõceditur, ꝙ
habitus practicus aliquo modo
extẽditur ad praxim. In ſpãli
igiẽ primo videndum eſt q̃d ſit
praxis, ad quã dr̃ cognitio pra-
ctica extẽdi, ſcđo qualiter cogni
tio practica extẽdatur ad ipſam
praxim. Tertio a quo cognitio
habet talem extenſionem.

DICO IGITVR primo
ꝙ praxis (ad quã cognitio pra-
ctica extenditur) eſt actus alte-
rius potentię quàm intellectus,
naturaliter poſterior ĩtellectio
ne, natus elici conformiter ra-
tioni rectę, ad hoc vt ſit actus re
ctus. Prima cõditio apparet, q̃a
ſtãdo præciſe in actibus intel-
lectus, nulla eſt praxis, q̃a nul-
la eſt extenſio intellectus, quia
non extra ſe extendit, niſi vt
actus eius reſpicit actum alte-
rius potẽtiæ. Et ſi dicas vnũ a-
ctũ intellectus extendi ad aliũ
directum per illum, nõ propter
hoc ſcđs eſt praxis, vt mõ loqui
mur, nec prim⁹ eſt cognitio pra
ctica, quia tunc logica eſſet pra-
ctica, quia dirigit in actibus di
ſcurrendi. Secunda conditio pa
tet, quia actus non habentes or
dinẽ ad intellectũ, cuiuſmodi
ſunt actus vegetatiui, aut actus
naturaliter p̃cedẽtes intellectio
nẽ, vt actus ſenſitiui, non dicũ-
tur praxes, nec dr̃ ad eos exten-
di notitia practica; vt ſunt prio
res ĩtellectione. Similiter actus
appetitus potentiæ ſenſitiuæ,
quatenus præcedunt actum in-
tellectus non ſunt praxes, hoc
enim mõ cõmunes ſunt nobis
& brutis, nec reſpectu iſtorum
actuum eſt cognitio practica.
niſi vt aliquo modo eſt mode-
ratiua iſtorum actuum, & iſti
actus ſequuntur intellectionẽ
moderatiuam, vt ſunt per ip-
ſam moderati. Ex his duabus
conditionibus ſequitur corro-
larium, ꝙ praxis ad quam extẽ
ditur habitus practicus, non eſt
niſi actus voluntatis elicitus,
vel imperatus. Quod patet. nã
nullus alius actus ab actu volũ
tatis elicito, vel imperato, eſt
eſſentialiter poſterior intelle-
ctione, quia quicunq; alius det
aliquis eiuſdẽ rationis cũ illo
poſſet eſſe prior, ſicut patet di-
ſcurrẽdo per omnes actus alia-
rũ potentiarũ. Hoc patet ſecun-
do ſic. quia praxis eſt actus qui
eſt in poteſtate cognoſcẽtis, q᷑
ꝓbatur ex 6. Ethy. quia artifex
eget virtute. i. arte ad recte agẽ
dum, non autem indiget virtu-
te reſpectu illius, quod non eſt
in poteſtate ſua ergo artifex in
poteſtate ſua habet factionẽ, &
multo magis prudẽs hẽt in po-
teſtate ſua actionẽ, qua eſt for-

 maliter

maliter virtuoſus. Et hoc vltra, ſi omnis praxis eſt in poteſtate cognoſcētis, & nihil eſt in poteſtate eius, niſi actus voluntatis elicitus, vel imperatus. ſequiť propoſitū, vt prius. Contra iſtā concluſionem videtur ſequi, ꝙ tunc aliqua intellectio erit praxis, quia aliqua intellectio poteſt eſſe actus imperatus voluntatis, ſicut actus alterius potentiæ imperatur ab ipſa. Et tunc vltra. ergo prima conditio eſt falſa.ſ.ꝙ praxis eſt operatio alterius potentiæ ab intellectu. Reſpondeo, licet ſpeculatio ſit quædam operatio, & ita praxis ſic extendendo nomen, tñ vt praxis dř ſola operatio, ad quā intellectus poteſt extendi, nulla intellectio eſt praxis. & hoc modo accipitur qñ ad praxim cognitio practica dř extendi. Cū igiť dř intellectio eſt imperata a volūtate, ergo eſt praxis, non ſequiť, ſed ſequiť, ergo ē praxis, vel practica. ipſa enim nata eſt denominari quaſi accidentaliter a praxi, ad quā extenſibilis eſt, non autem eſt terminus talis extēſionis tñ ecōuerſo bene concediť, ꝙ oīs praxis eſt actus elicitus volūtatis, vel imperatus. vnde ex iſta ſecūda cōditione inferre oppoſitū primæ eſt facere fallaciā conſequentis, ponendo conſequēs. Tertia cōditio probať ex dicto philoſophi.6.Eth. ꝙ electio recta neceſſario reqrit rationem rectā, qđ non tm̄ verum eſt de electione ſtricte ſumpta, ſed pari ratione de qualibet volitione recta, qa ipſa reqrit rationem rectam cui conformiter eliciatur. Oīs aūt praxis, vel eſt volitio, vel ſequens volitionem ex corrolario ꝑcedente, ergo omnis praxis (ad hoc, vt ſit recta) nata eſt cōformiter elici rōni recta. Itē ex dicto Aug. 15. de tri.c.7. Intellectus intelligit ſibi, & alijs. ergo ſicut pōt iudicare de actu ſuo, ita poteſt iudicare de actibus aliarum potentiarum, ergo de actu naturaliter poſteriore actu ſuo, pōt iudicare prius naturaliter, anteq̄ actus ille eliciať, & per conſequens ſi recte iudicet, oporter illū actū conformiter elici, ſi debeat eſſe rect⁹. Ex duabus conditionibus vltimis praxis, ſeqtur ꝙ actus imperatus a volūtate non eſt primo praxis, ſed quaſi per accidēs, qa nec primo eſt poſterior intellectione, nec primo natus elici conformiter rationi rectæ, oportet igitur aliquem aliū actū eſſe primo praxim. iſte non eſt, niſi volitio, qa per iſtam hēt actus imperatus dictas cōditiones. ergo prima rō praxis ſaluatur in actu elicito voluntatis. Tūc vltra, qñcunq; aliquid eſt primo tale cōiunctū cū alio poſteriore, ſi pōt ſeparari ab illo, adhuc eſſet tale. ſi igitur actus voluntatis pōt ſeparari ab actu alterius potentiæ ſeparatus ab illo poſteriori, ille eſt praxis, ſeparatur aūt circa quodcunq; obiectū, circa qđ pōt eſſe actus volūtatis, circa qđ nō pōt eſſe actus inferioris potentiæ, cuiuſmodi ſunt omnia inmaterialia. ergo circa oē tale eſt actus volūtatis, & iſte ſolus eſt praxis. Scđo hoc idē probatur ex intentione philoſophi.3. de Anima. vbi inquirens principium motiuū, poſtq̄ cōcluſit duo eſſe motiua, videlicet appetitū & rōnem, ſubdit, Intellectus nō mouet ſine appetitu. voluntas aūt appetitus eſt. Et conſequenter oſtendit, ꝙ appetitus,

Itē.t.11. 7 & 14. tri.c.1.& tertio de anima & 4. topicorum.

Ca.3.

t.c.50.

t.c.52.

t.c.54.



petitus, duo qñque ſunt ſibi cōtrarij. ideo eſt ponere quaſi vnū mouens ſpecie, quia duobus appetitibus communis eſt rō ſpeciei intermediç. videlicet rō appetitus, vult ergo expreſſe quod ſicut appetitus ſenſitiuus habet rationē principij motiui cū ſenſu, & fantaſia, ita volūtas habet rationē principij motiui cū intellectu & rōne. igiť ſicut actus appetitus ſenſitiui ſine quocunque trāſitu ad extra eſt vera praxis, qñ ſequiť actū intellectus, ita & actus volūtatis q ponitur ęque principiū motiuū eſt, vere praxis, qa ſemper ſequiť actū intellectus. Et hoc etiā ſi ſit ſolus ſine actu imperato, immo cum actu, in appetitu ſenſitiuo oppoſito illi quē imperaret (quia ipſa vt habens appetitū ſenſitiuum quandoque contrariū eſt principium motiuum, & operatiuū cuius operatio ſit praxis.)

EX HOC articulo patet ſecundus. nā illa extēſio cōſiſtit ī duplici relatione aptitudinali ſ. cōformitatis & prioritatis naturalis. De prioritate patet ꝑ illud qđ iā adductū eſt in primo articulo de 6. Ethy. De cōformitate autē hř ibidē, vbi dicit, ꝙ veritas cōſiderationis practicæ ē cōfeſſe ſe hñs appetitui recto.

Ca.3.

CONTRA de neceſſiate actus ītellect⁹ prior eſt actu volūtatis actualiter, quē ponis primā praxim. Verū eſt, ſed nō ſequiť neceſſario ad ipſum de neceſſitate actualiter act⁹ volūtatis q eſt praxis. Cōtra. tūc quęlibet cognitio eſſet practica, qa ad q̄cunq; actualiter, apta eſt ſequi volitio recta, ei cōformis in bonitate, quā ponis primam praxim. Præterea aptitudo q̄ cōuenit vni naturæ & repugnat alteri, nō vř niſi pp aliqd intrinſecū in ea. ergo oportet dare aliqd pp quod iſta cōformitas ad praxi cōuenit iſti habitui, & repugnat alteri. Ad primū dicēdū, ꝙ nō eſt verū de volitione cognoſcibilis, ſed cognitionis. & hæc eſt rō praxis. Ad ſcđm dicēdū ꝙ hic eſt tantū ex obiecto.

Dixi aptitudinali, qa neutra relatio reqriť actualis. Qđ aūt praxis actualiter ſequať cōſiderationē, q̄ cōformis ſit ipſi cōſiderationi, hoc oīno eſt accidētale ipſi cōſiderationi, & cōtingēs, ſi igiť ab actuali extēſione diceretť practica, nulla eēt neceſſario practica. ſed eadē qñq; practica, & qñq; ſpeculatiua, qđ nihil eſt. ergo ſufficit duplex aptitudinalis extēſio, ſiue aptitudo ad extenſionē. hoc declarať, qa cōtter cōcediť cognitionē practicā extēdi ad praxim, vt directiuā ad directū, ſiue vt regulatiuā ad regulatū. Cognitionem aūt eſſe priorē naturaliter praxi & cōformē non eſt eſſe conformatā praxi quaſi priori, ſed eſſe conformatiuam praxis quaſi poſterioris, ſiue eſſe cui praxis ſit conformando, quod eſt cognitionem dirigere & regulare in praxim. Verū autem ſic dirigere vel conformare ſibi praxim ſit aliqua efficientia in cognitione reſpectu praxis đ hoc. 25. diſ. ſcđi libri. Ex iſto ſcđo patet. ꝙ practicum & ſpeculatiuū non ſunt differentię eſſentiales ſcientiæ vel notitię in cōi q̄ eſt quoddā abſolutū, quia practicum dicit duplicem reſpectum notitiæ aptitudinalem ad praxim, vt ad terminum. Speculatiuum autem priuat illum reſpectum duplicem, nec reſpectus, nec priuatio eius eſt de

eſſentia abſoluti, ſed eſt quaſi diuiſio generis p̱ proprias paſſiones ſpecierum, ſicut ſi diuidatur numerus per par & impar, vel linea per rectum & curuum, alicui autem notitiæ cōuenit practicum per ſe. ſecundo modo, ex cauſa intrinſeca prędicati in ſubiecto, alicui ſpeculatiuum.

Confirmatur iſta ratio, quia aliqua practica magis conuenit conueniētia eſſentiali cum ſcientia aliqua ſpeculatiua, q̃ vna ſpeculatiua cum alia, ſicut magis cōuenit ſpeculatiua medicina cum practica medicina, quam muſica cum geometria. Cōtra. diuiſio vel diſtinctio notitiarum ab obiectis eſt eſſentialis. Rn̄deo verum eſt, prima diſtinctio, quæ eſt ſecūdū eſſentialē differentiam, eſt eſſentialis, & ab obiectis, vt a cauſis extrinſecis, ſed ab eiſdem poteſt eſſe aliqua diſtinctio poſterior non eſſentialis.

[*Got. de fontibus quo. 10. q. 11.*]

CIRCA TERTIVM articulum ſunt opi. Vna eſt talis, ꝙ ab alio dicitur intellectus practicus & ab alio habitus, vel actus hic oſtēditur q̱a verū operabile & non operabile ſunt obiecta ſpecialia formaliter diuerſa, ideo per ſe diſtinguūt illa, quæ per ſe reſpiciūt ipſa, puta habitus & actus, qui dicunt̃ practici, quia circa operabile, ſed intellectus, nō dr̃ practicus, niſi ſit operatiuꝰ, qualis nō eſt niſi illud qđ apprehendit ordinet ad opus, qđ non fit niſi motus ex appetitu finis. Ita ꝙ practicus intellectus includit ī ſuo actu (nō formaliter, vt aliq̱d de eſſentia actus, ſed connotando) ordinem neceſſario ad deſiderium finis explicite, & eorum quæ ſunt ad finem implicite. Quapropter cum ſpeculabile ordinari ad opus accidat ſpeculabili, licet non accidat ei ordinabile eſſe. differentia inter intellectum ſpeculatiuum & practicum, inde proueniens, erit accidentalis, & per reſpectum ad aliq̱d extra intellectū, licet differētia habituum & actuum ſit formalis ſecundum differentiã formalem obiecti operabilis, & nō operabilis. vnde in tertio de aĩa dr̃ ꝙ intellectus ſpeculatiuꝰ & practicus dr̄nt fine. & ex 6. Ethy. Bonum intellectus practici eſt verū confeſſe ſe habēs appetitui recto. [*T. c. 41. C 4. 3.*] Exemplū, intellectus ſpeculatiuus apprehendit ſanitatem vt bonū conueniens, appetitus vero appetit illã, & ſequit̃ aliquo modo conſiliū intellectus practici, ꝙ ſanitas eſt acq̱renda. ſtãte itaq; deſiderio finis, ītellectus practicus ex hoc principio (illud p̱ qđ melius poteſt acq̱ri eſt procurãdū), p̱cedit diſcurrendo, & terminat̃ diſcurſus in vltima concluſione conſilij. Et totus ille diſcurſus ſicut ſumit principiū ex app̄hēſione finis deſiderati, q̱ eſt primū obiectū intellectus practici, ita eſt, vt iſta inuēta ad finem operet̃, & ideo volūtatem finis p̄ſupponit, & ad electionem ſequentem conſilium ordinatur.

CONTRA hãc opi. q̄ vt breuiter dicã in hoc conſiſtit, ꝙ diſtinctionē intellectus practici & ſpeculatiui ponit penes finem q̱ accidit obiecto. Sed habitus ſpeculatiui & practici differūt penes obiectorū ſp̄alium dr̄iam formalē, arguit̃. Quia de habitibꝰ dr̃ ſc̄dō Metaphy. [*T. c. 3.*] Finis ſpeculatiuę eſt veritas, practicæ aūt opꝰ. Similiter tūc habitus practicus



practicꝰ erit in ītellectu ſpeculatiuo, nec ītellectus illo habitu dicet̃ practicus, qđ vr̃ incōueniēs, quia oī habitu denominat̃ hn̄s ſc̄dm naturã habitus. [*Gotfre. ubi ſupra.*] Rn̄det ad primū qđ ſcīæ praticæ finis eſt opus in potentia & aptitudine, inquantum eius obiectum eſt operabile p̱ ſe, ſed obiectū operabile cōſideratur ſecundū illū habitū in uniuerſali, q̄ cōſideratio nō ſufficit ad hoc ꝙ ſubiiciatur operationi in actu & in p̱ticulari, & quia actus eſt meliòr potētia in bonis. [*9. Metaphy. t. c. 19.*] ideo req̱ritur talis cōſideratio p̱ticularis & in actu, iſta aūt eſt per aliū habitū a ſciētia practica, & iſte habitꝰ alius ſolū eſt in ītellectu practico. Ad ſecundū dicitur ꝙ denominatiue poteſt dici practicus non ſimpliciter ſed ſecundum quid. ſ. intelligendo denominationē fieri ab habitu. cōtra. igitur habitus & actꝰ praticus poſſunt eſſe in intellectu ſpeculatiuo, q̱a habitus uel actus ex natura ſua practicus poteſt eſſe in intellectu ſine tali relatione ad actum uoluntatis qualē ponit. Conſequens cōcederet, ſed aliū habitum poneret poſſe haberi in ītellectu practico ex actibus non tãtum practicus, ſed ex actibus intellectus practici gn̄atū. Contra. habitus practicus generatus ex actibus practicis ſufficeret ad ea ad quæ ille habitus generatus ex actibus intellectus practici, dirigeret, q̱a uolūtas īperãs conſiderationi p̱p̱ talē finē, nō dat aliã rōnē cōſiderationi ī dirigēdo, nec p̱ cōſequēs habitui gn̄ato ex cōſiderationibꝰ. Itē tūc multa accidentia eiuſdē ſpēi eſſent in eodē, nō enim p̱p̱ ordinē uolūtatis, & nō ordinē poteſt poni diſtinctio ſpecifica actus huius & illius, ſimiliter nec habitus. Itē tertio cōtra opi. in ſe, ſubiectū magis denominatur a p̱ ſe cōditione ſui accidētis & eſſentiali, quã a cōditione eiuſdē accn̄tali, ergo ſi intellectus pōt dici practicus ex cōditione accidētali ſui habitꝰ, puta ex ordine uolūtatis ordinãtis actū eius ad aliud, multo magis pōt dici practicꝰ ex ordine eſſētiali actus, quo actus dr̃ eſſe eſſentialiter practicꝰ. Iō ab eodē vr̃ intellectus dici practicus a quo habitꝰ, & actus licet nō ita accidētaliter dicat̃ illud de hītu & actu ſicut đ ītellectu reſpectu cuius eſt accidens per accidens. [*Hē. quol. 8. q. 1.*]

ALITER dicitur ꝙ illud a quo habitus & actus dicūtur practici eſt finis & extenſio cognitionis practicæ ad praxim, q̄ eſt extenſio ad finem. Pro hac opin. ſunt auctoritates poſitæ prius. Arguitur etiã per rationes ſic primo, quia aut habitus dicitur practicus ab obiecto aut a fine, [*3. de aĩa t. c. 49.*] quod nō ab obiecto probo, quia intellectus extenſione fit practicus, quod non eſt uerum, niſi de eodem intellectu prius ſpeculatiuo & poſtea practico extenſo ad opus, igitur circa idem obiectum poteſt eſſe cōſideratio practica & ſpeculatiua. Secundo ſic, quia medicina diuiditur in ſpeculatiuã & practicam, & tamen ipſa eſt de aliquo eodem ſubiecto, ut de ſanitate, uel de corpore ſanabili. Itē actus dicitur practicus q̱a bonus uel malus moraliter, bonitas & malitia moris cōpetunt actui ex circūſtantijs, inter circunſtantias autem prima & pręcipua eſt circunſtantia finis.

CONTRA iſtã poſitionē q̄ro an habitus, & actus dicãtur pra-

practici propter extēſionem a-
ctualem ad opus, uel tantū pp
extēſionem aptitudinalem, nō
ꝓpter actualē, ut habetur in 2.
art. & ipſi cōcedūt, qa tūc faber
nō actu opans nō hēret cogni-
tionem practicā, ergo pp exten-
ſionem aptitudinalem, ſed apti
tudo nō cōuenit vni naturę quę
repugnat alteri, niſi pp aliquod
abſolutū ī tali natura, qa enim
hæc natura eſt talis, iō ſibi con
uenit talis aptitudo, igiť prēſup
ponit in iſta cōſideratione ali-
quā cōditionem intrinſecā, per
quam ſibi cōueniat aptitudo ta
lis iſta cōditio cōſiderationis in
ſe eſt ab aliquā cauſa eiꝰ priore
cauſæ autem eius priores ſunt
intellectus, & obiectū. ergo ſibi
conuenit ab aliquo obiecto, uel
intellectu, nō ab ītellectu, quia
tūc omnis cōſideratio eſſet pra-
ctica, cū omnes ſint in intelle-
ctu, & omnium ſit vnus intelle
ctus. Si dicatur ꝙ etiā finis eſt
cauſa prior. īmo prīa inter om
Cap. ult. nes ſecundū Aui. 6. Metaphy. &
ita ab ipſo poteſt eſſe conditio
talis naturę ut ei conueniat ta-
lis aptitudo, Contra. finis non
eſt cauſa niſi inquātū amatus
& deſideratus mouet efficiens
ad efficiendū. ſed aptitudo dicā
conuenit conſiderationi, ſiue ſit
finis amatus, ſiue non, pōt enim
in intellectu eſſe talis cognitio
qualitercūque uoluntas ſe ha-
beat, immo etiam ſi uoluntas
non eſſet coniuncta intellectui
& ita a fine, tanquam a finali
cauſa non cōuenit aptitudo iſta
cognitioni, nihil enim ineſt ab
aliqua cauſa, quod ineſt illa cā
non cauſante. Si dicas finis ap
tus natus eſt amari antequam
4. Topi- aptitudo iſta inſit cognitioni.
corum. Contra. hoc non ſaluat propo-
ſitū, quia effectus nihil habet
ab aliquo cauſante, quia illud
natū eſſet cāre niſi actu cauſet.
ergo cognitio nō hēt aptitudi-
nem, ſiue naturam iſtā, quā cō-
ſequiť talis aptitudo a fine apti
tudinaliť causāte, niſi actu cau-
ſet, nō autem cauſat actu, ut cā
finalis niſi, ut actu amatꝰ, & de-
ſideratꝰ moueat efficiēs ad agē-
dū. Præterea. aut finis ut elici
tus, & habitꝰ extra facit habitū
eſſe practicū, aut finis cōſidera-
tus, aut intētus, non ut illicitus
& habitus extra, quia ſic eſt po-
ſterior habitus, & effectus ali-
quo modo, effectꝰ autē nō diſtī
guit causā. Si ut cognitus, ſic
hēt rationē obiecti, ergo obie-
ctum diſtinguit, ſi aūt ut inten
tus, hoc iā eſt improbatū, quia
naturaliter antequā ītendať eſt
cognitio talis. Pręterea. ſi ſciē
tiam eſſe praticā, & ordinari ad
praxim, ut ad finē cōuertantur
ergo moralis ſcientia nō eſt pra
ctica, cōſequens eſt cōtra phylo
ſophū primo Ethy. & iō cōſe-
quentia arguitur, quia finis eiꝰ
eſt felicitas, quæ ſecundū ipsū
10. Ethy. cōſiſtit ī ſpeculatione Cap. 3.
nō in praxi. Si dicatur ꝙ felici Cap. c. 11.
tas eſt finis remotꝰ, ſed finis ꝓ Cap. c. 10.
pinquꝰ eſt praxis. ſ. dirigere in
actū virtutis propter felicitatē.
Contra ad dirigere nō ordinat
neceſſario niſi aptitudinaliter
neceſſario autē eſt practica, er
go hoc erit (ſecūdū dictā reſpō-
ſionem, quia aptitudinaliter or
dinatur ad dirigere, hoc eſt idē
quod directiuū eſſe, igitur eſt
practica, quia directiua, ſed eſſe
directiuā, & eſſe practicā idem
ſunt ex ſecundo arti. ex dicam
igitur reſponſione ſequitur ꝙ
ipſa eſt practica, quia eſt practi
ca) hoc nihil eſt. Item dirigere
eſt



eſt actus intellectus, quia eius
eſt habitus ſ. prudētia a quo eſt
iſte actꝰ elicitus. nullus aūt actꝰ
Henri. in intellectus eſt praxis ex primo
ſumma. artic. Ideo dř aliter ꝙ finis ſciē
tię moralis, ſicut & prudētię eſt
actus virtutis moralis ad quem
ordinať, & ille actus eſt praxis.
Cōtra nō oīs cognitionis practi
cæ finis eſt praxis, aliqua .n. eſt
intellectio practica reſpectu pra
xis potētię inferioris, puta ap-
petitus ſenſitiui, uel motiuę po
tētiæ, nullus aūt actus potētiæ
inferioris eſt finis actꝰ intelle-
ctus, quia nihil ignobilius eſt
per ſe finis nobilioris, actus in
telligendi eſt nobilior, & pfe-
ctior quocunque actu cuiuſcun
que potentiæ inferioris ſenſi-
tiuę. Dicitur quod licet intel-
lectio ſit nobilior in eſſe na-
turæ, quam operatio potentiæ
inferioris, non tamen in ge-
nere moris, quia melius mora-
liter eſt fortiter agere, quam co
gitare fortiter agere. Cōtra hoc
dupliciter, primo quia falſum
ſupponitur. nam actus poten-
tię inferioris non eſt bonus mo
raliter, niſi quia conformatur
rationi rectæ ut regulæ ſuæ. er-
go rectitudo rationis eſt cauſa
bonitatis talis in actu iſto, &
non econuerſo, ſed actum ratio
nis eſſe ſic regulā, eſt ipſum eſ
ſe bonum moraliter, ſicut intel
lectio poteſt eſſe bona morali-
ter. Confirmatur, quia pru-
dentia eſt ſimpliciter nobilior
virtute morali, ut eſt ī appetitu
ſenſitiuo, igitur, & actus eius ut
eius, eſt melior actu illius, ut il
lius. igitur iſte ut practicus (ſic
poteſt intellectio eſſe practica)
eſt melior illo ut practico ſiue
bono moraliter. Ex hoc pa-
tet quod probatio de cogitare
fortiter agere non ualet, quan
do enim quæritur excellentia
vnius ad alterum, non debet
cōparari optimū ad infimum,
ſed optimum ad optimum, vel 3. Topi.
ſimpliciter ad ſimpliciter, ſicut c. 4.
ergo eſt accipere optimum ibi,
puta fortiter agere, ita eſt acci-
pere in intellectu dictare ſecū-
dum prudentiam fortiter age-
rē. hoc ſecundū eſt melius etiā
moraliter illo etiam formali-
ter, quia vt regula habet boni-
tatem formalem moralem, quę
eſt rectitudo propria, aliud eſt
tantum bonum materialiter,
quia ex ſe non eſt bonū mora-
liter circunſcribendo ordinem
ad regulam iſtam, & ad volun-
tatē imperantē. Secundo rñſio
illa, non vř ad propoſitū, quæri
tur enim vň intellectio ſit pra-
ctica non iā ſupponendo eā eſſe
practicam, potiſſime cum nec
ſupponatur de ipſa prima cir-
cūſtantia quæ eſt finis. ſed in-
quiratur, igitur cum quæriť de
intellectione practica, & prima
circunſtantia a qua foret practi
ca, ipſa tantum accipitur vt eſt
illud qđ eſt in eſſe naturæ. igiť
ſic diſtinguere de ipſa ſecundū
bonitatem moris, & naturę ni-
hil aliud eſt q̃ pſupponere qđ
quæriť, & diſtinguere aliquid
prout conſideratur præciſe ſub
altero mēbro diſtinctionis. Iō
corrigitur iſta opi. ab alijs, & di Ioan. Rodi
ciť ꝙ habitꝰ dř practicus a fine cus in pro
q eſt cōſideratio practica. ꝓpriꝰ logo pri-
enim finis cuiuſcunq; habitus mi. q. 6.
eſt actus eius. Sed contra illud, arti. 2 ſe-
ſi conſideratio illa quæ eſt finis quitur hāc
habitus eſt practica. ergo ipſa correctio-
habet cauſam ex qua dicatur nem.
practica. aut ergo finem illius
conſiderationis, & hoc iam im
probatum eſt, aut obiectum, &
tunc

tunc ſequitur ꝙ ipſum obiectũ eſt prior cauſa, a qua tam habitus dicitur practicus, quam conſideratio ipſa, & tunc habetur propoſitum. ꝙ ab obiecto tã habitus (licet mediate) quã actus dicitur practicus.

CONCEDO ergo ꝙ habitus nõ dicitur primo practicus ab actu proprio, qa ille eſt practicus a cauſa priore, nec cognitio aliqua habitualis vel actualis eſt per ſe practica, quia ordinatur ad praxim, vt ad finẽ, poteſt tamen quandoque habere primam extenſionem. ſ. conformitatẽ ad praxim a fine ipſius praxis, non tamen inquantum eſt finis ſed inquantum eſt primum obiectum. Primũ patet, quandoque enim prima principia practica ſumunt a fine praxis, & ita ille finis vt cauſa prima in genere iſto includit virtualiter totam notitiam, & ita ipſa notitia habet quiditatem ſuam & aptitudinem ab illo fine. ſecundum patet. ideo enim finis praxis dat talem aptitudinem ſiue naturam habẽtem talem aptitudinem, quia vt obiectum primum includit principia, & mediantibus illis concluſiones, & ita totam notitiã practicam, non autem inquantum finis. Tũ quia a fine, vt finis eſt, nulla natura vel aptitudo naturalis habetur, niſi vt amato & deſiderato, & ſic mouente efficiens. prius autem natura quã ametur includit talia principia & concluſiones, veritas enim principij practici neceſſarij non dependet a volũtate magis quã ſpeculatiui, nec cõcluſiones neceſſario illatæ ex tali principio. Tum quia quodcũque aliud includeret virtualiter talem notitiam. eodem modo daret notitię cõformitatem talem, puta ſi ipſa praxis includeret primo in genere iſto talem notitiã vel illud circa qđ eſt talis operatio, ſicut quandoque contingit, ſicut fuit tactũ in reſponſione ad tertium argumentum in qõne prima, de ſubiecto theologiæ. homo enim forte eſt ſubiectũ tam moralis ſcientiæ quam medicinę. non autem felicitas vel ſanitas, quia vtriuſque finis ratio includitur in ratione illius, circa qđ eſt praxis. Si dicatur ꝙ principia prima practica ſemper ſumũtur a fine. ergo ſemper finis primo includit virtualiter notitiam eorum. Si concederetur cõſequens, tamen ſtaret quòd nõ inquantum finis ſed inquantũ eſt obiectum. Et tunc poſſet dici ꝙ homo eſt finis, tam ſanitatis, quã felicitatis naturalis, vt tãgitur in reſpõſione prædicta, ſed taliter non eſt finis ꝓximus praxis. Quòd ſi negaretur conſequens, negandum eſſet añs, virtualiter ſumptum, quod particulariter eſt verum, ubi. ſ. ratio finis non concluditur ex aliquo pertinente ad cognitionem practicam. Vel aliter poſſet exponi añs ſic, prima principia &c verum eſt inter illa quæ ſumũtur ex circumſtantijs moralibus pręſuppoſito actu bono ſecundum genus, quia ſic obiectum nõ eſt circumſtãtia. alio modo accipiẽdo actum nude, & ſic etiã obiectum eſt circumſtãtia. Et ex iſto videtur antecedens improbatũ, a quo enim ſumitur prima circumſtantia actus nude conſiderati, videtur eſſe prius quocunque alio, & ita obiectum a quo ſpecificatur primo actus, vt dicatur bonus ex genere circumſtantionabilis vlterius alijs circumſtãtijs, vt ſit plene moralis, videtur omnino primum in cognitione practica, de hoc non oportet modo proſequi an concludat. vel nõ, quia in tertio libro habet locum Breuiter ergo ad hunc articulum dico, ꝙ ſcientia practica nõ habet primã extenſionem ſibi competentem a fine, inquãtum finis, propter rationes primo adductas.

*a. l. falli*

*in materia de circumſtantionalibus & i. 2. diſt. 9. & 40. & in quoli. q. 18. & infra diſtin. 17. huius. & alibi.*

EX HOC patet ſolutio ſecundæ qõnis propoſitæ, cuius teneo partem negatiuam, ſed primam relationem. ſ. conformitatem habet per ſe ab obiecto, qđ vel eſt rectitudo praxis, vel aliquid virtualiter includens ipſam rectitudinẽ, & ideo cognitioni illi praxis eſt conformabilis, vt ſit recta, quia cognitio eſt talis cogniti. Sed de alia relatione. ſ. de prioritate eſt dubium, vnde conueniat cognitioni, dico quòd praxim neceſſario naturaliter præcedit aliqua cognitio, ſicut patet ex j. arti. & ſecundum hoc praxi conuenit poſterioritas, & cognitioni prioritas, ex ratione potentiarum ordinatarum naturaliter in agendo. ſ. intellectus & voluntatis, ſed non ſemper iſta intellectio prior eſt practica, ſed tantum, quando eſt determinatiua rectitudinis reſpectu ipſius praxis, & hoc vel formaliter, vel virtualiter, quando autem in appræhenſione pręuia nulla eſt determinatio formalis, vel virtualis de rectitudine praxis, licet ibi ſit prioritas, tamen tunc deficit conformitas, quia ipſa non eſt cui debeat praxis cõformari, vt ſit recta, quia nihil determinate oſtẽdit de rectitudine praxis. Quando etiã in apprehenſione præuia eſt determinatio de rectitudine praxis, ſed potẽtia cuius eſt praxis, nõ eſt aliquo mõ determinabiliter aliũde, tunc illa cognitio, licet determinatiua, non eſt cõformatiua praxis, & ideo non habet conformitatem priorem in ratione regulæ dirigentis, nec ſic eſt plene practica. Poteſt igitur dici ꝙ licet abſolute ex natura intellectus & voluntatis ſit cognitio prior, tamen ꝙ cognitio cõformis ſit prior, hoc eſt ſimul ex obiecto, & ordine potentiarum, & ratione potentiæ ſic practicantis, ſcilicet voluntatis quæ ſit aliquo modo regulabilis aliunde, nam ſi obiectum determinat intellectũ ad cognitionẽ rectitudinis prius naturaliter, quàm voluntas velit, & voluntas ſit aliquo modo regulabilis aliunde, non tm̃ appræhenſio præcedit praxim, ſed appręhenſio cõformis, hoc aũt accidit quãdocũque determinata rectitudo praxis eſt cognoſcibile neceſſariũ, ſiue vt principium per intellectũ, ſiue vt concluſio per ſcientiam.

Hæc aũt quæ iam dicta ſunt, de hoc videlicet, vnde duplex relatio. ſ. conformitatis, & prioritatis conueniat notitię practicę, intelligãr generaliter niſi oporteat pro intellectu diuino aliquid addere, videlicet ꝙ potentia practicans cuius praxi notitia cõformis eſt, prior ſit aliquo modo determinabilis aliunde, ſiue alijs tanquam regulæ conformabilis in agendo, quod an requiratur ad talem notitiam vel non, tangetur in reſponſione ad quartam obiectionẽ quæ ſit contra ſolutionem quæſtionis principalem.

Quando autẽ rectitudo determinata

minata contingenter conuenit praxi, tunc nõ eſt obiectum aliquod determinans intellectum ad cognitionem rectitudinis determinatæ antequam voluntas velit, & hoc loquendo de intellectu, & voluntate in communi, nam illud contingens non determinatur ad alteram partem ante omnem actum voluntatis, comparando tamen in ſpeciali ad intellectum hunc, & voluntatem hanc, iſtam praxim poteſt præcedere cognitio conformis, quam præcedit primo cognitio determinatiua rectitudinis & quam non, non. Non poteſt autem pręcedere in omni intelligente, ſed in illo ſolo, cuius voluntas non eſt primo determinans rectitudinem illi praxi. Exemplum prædictorum, rectitudo huius praxis amare Deum, recta eſt, & neceſſaria, & includitur virtualiter in ratione Dei, hanc praxim in quocunque, non tantum nata, eſt præcedere ſimpliciter apprę henſio, ſed etiam conformis apprehenſio, cui, ſcilicet praxis eſt cõformãda, vt ſit recta. Ex obiecto igitur quod eſt primo ex ſe determinatiuum intellectus ad notitiam rectitudinis determinatæ ipſius praxis, & ex ordine intellectus & volũtatis ĩ operãdo, habetur hæc notitia prior praxi & cõformis, & ita in qualibet alia cui conuenit neceſſario rectitudo determinata, ſed rectitudo huius praxis, ſcilicet colere Deum in ſacrificio altaris, eſt contingens, quandoque enim eſt actus rectus, vt modo. quandoque non, vt in veteri teſtamento. ideo non eſt aliquod obiectum determinatiuum intellectus ad notitiam huius rectitudinis ante oẽm actũ volũtatis, & ideo nec iſta præcedit vt conformis, omnem actũ voluntatis, alicuius tamen præcedit, puta illius ſolus, q̃ non primo determinat rectitudinem huic praxi, qualis eſt voluntas humana. hęc .n. rectitudo determinat a volũtate diuina acceptãte nũc talem cultũ, & alias nõ.

*Speculare diligẽter.*

HIS VISIS rñdendũ eſt ad primã qõnẽ, vbi ſunt quinque viæ tenẽtes partẽ negatiuã qõnis. Vna dicit ſic declarãdo, duplex, eſt actus volũtatis, vnus perficiens voluntatẽ alius quæ perficitur a voluntate. Primus act⁹ eſt reſpectu finis, & eſt operatio perfecta, quam intra ſe voluntas elicit, & qua fini vltimo ſe vnit. Secundus actus eſt reſpectu eorum quæ ſunt ad finem, vnde eſt actio bona, qua voluntas extra ſe in aliud tendit, ſicut eſt quælibet actio directiua in finẽ. In primo actu nõ indiget voluntas directiuo, ſed ſola obiecti oſtenſio ſufficit, talis autem actus ad ſcientiã ſimpliciter ſpeculatiuam pertinet, in ipſo enim eſt ſpeculatio ſolũ modo vt voluntati obiectũ ſuæ operationis perfecte oſtendat, vt in ipſum ſtatim perfecta operatione tendat. In alio autẽ actu volũtas indiget directiuo, & hic ad ſcientiã practicam pertinet, q̃a in ipſo eſt ſpeculatio, vt actionẽ dirigat. q̃d eſt ꝓpriũ practicæ, actus autem qui perficitur a voluntate non eſt finis huius ſcientiæ, niſi finis ſub fine, ſed alius qui perficit voluntatem. Et ex hoc habet iſta ſciẽtia ꝙ perfectiſſime ſit ſpeculatiua, quia actus principaliter intentus in iſta ſcientia, eſt actus voluntatis circa finem, in quo non

*Henr. ſum. ar. q. 2. in ſol. ad. 3. ar. & quoli. 8. q. 9.*

*Hic dimiſit doctor ſpacium vacuũ in originali ſuo.*



non indiget directiuo, ſed tantũ oſtenſione obiecti, ergo non eſt practica, ſed ſpeculatiua, cũ in actu ſuo principali nõ indigeat directione. Pro hac via eſt auctoritas Auguſtini in ſermone de Iacob, & Eſau. Oĩa inquit opera nĩa ſunt, vt mũdetur oculus quo videat Deus. Itẽ põt argui ſic non requiritur directiuũ vbi non poteſt eſſe error, ſciẽtia practica eſt directiua, igitur ſciẽtia beatorũ non eſt practica, quia beati errare non poſſunt, ergo nec noſtra eſt practica. quia eſt eadem cum illa beatorũ. Item poteſt argui ſic, ſecundũ intellectum iſtius alibi, quia Deus nõ habet ſcientiam practicam, maxime autem habet iſtam, vel ſolus, ergo &c.

*Vide Aug. de uerbis domini homi. 18. Henri. quoli. 5. q. 9. & quoli. 8. q. 1.*

CONTRA hoc ſic arguit, primo rationẽ poſitionis eorũ duco ad oppoſitum quadrupliciter. primo ſic. Et ſi voluntas non poteſt errare circa finem in vniuerſali oſtenſum, poteſt tñ ſecundũ eos errare circa finem in particulari oſtẽſum. ergo ad hoc, vt recte agat circa finẽ particulariter oſtenſum, requiritur directiua oſtenſio, oſtenſio autem finis theologia eſt finis nõ in vniuerſali, ſed in particulari, quia ad metaphyſicum pertinet illa oſtenſio in vniuerſali. Vnde ſi beati errare non poſſunt circa obiectum theologicum abſolute, in aliquo actu tamen poſſunt, ergo neceſſario habent cognitionem directiuã reſpectu alicuius actus circa obiectum theologicum. Præterea, habitus directiuus non ponitur propter ſubſtantiam actus, ſed propter circunſtantiam, ſicut tẽperantia non ponitur propter ſubſtantiam actus comedendi, vel alterius huiuſmodi, ſed propter circunſtantias, ergo licet voluntas eſſet determinata ad ſubſtantiam actus tendentis in finem in particulari, requireretur tamen directio quãtum ad circunſtantiam illius actus, ad quem non extenditur directio quæ eſt circa ſubſtãtiam actus. Ex iſtis duabus rationibus arguitur, quia vbicunque contingit in praxi errare, & recte agere, ibi eſt notitia practica neceſſaria ad dirigendum in iſta aũt praxi, quæ eſt dilectio finis, vt pertinet ad theologiam contingit errare dupliciter, vt oſtendunt rationes iſtæ, tum ratione obiecti oſtenſi in particulari. tũ ratione circunſtãtiarum actus, ergo &c. Præterea, tertio ſic, cuius dilectio principaliter intẽditur extra genus cognitionis, eius cognitio principaliter intenditur intra genus cognitionis, dilectio vero finis per eos principaliter intenditur extra genus cognitionis. ergo cognitio finis principaliter intẽditur in genere cognitionis, ſed in qualibet ſciẽtia intẽditur principaliter cognitio ſui ſubiecti primi, ergo finis eſt principale ſubiectum iſtius ſcientiæ, a fine autem ſumuntur principia practica, principia practica cõcludunt concluſiones practicas. igitur iſta ſcientia quæ primo intendit dilectionem finis extra genus cognitionis eſt practica. Præterea ad idem genus ſecundum praxim, vel ſpeculationem, pertinent principia, & concluſiones, concluſiones enim practicæ reſoluuntur in principia practica, non ſpeculatiua, ergo cum cognitio finis ſit directiua in actibus

*Henr. quo ſ.4. q 11.*

*Henr. quoli. 13. q. 2.*

bus circa ea, quæ ſunt ad finem, & cognitio eorum quæ ſunt ad finem, ſit quaſi incluſa in cognitione finis quaſi principij. ſi cognitio eorũ quæ ſunt ad finẽ ſit cognitio cõcluſionũ practicarũ, ergo cognitio finis erit cognitio practica, quia de principio practico. Sic patet reſponſio ad rationem eius primam, quia falſum accipit, quaſi volũtas eſſet determinata ex ſe, quod improbànt duæ rationes primæ. Similiter ſi volũtas eſſet determinata, adhuc tamẽ cognitio eſſet practica, ſicut probant vltimæ duæ rationes. Ad auctoritatẽ eorum dico, ꝙ videtur concludere ꝙ viſio Dei eſt finis huius ſciẽtiæ, quod ipſi nõ concedunt. Reſpondeo igitur ꝙ auctoritas loquitur de illis operationibus exterioribus, q̃ ſunt ieiunia, vigiliæ, & orationes, qa actus quicunque exterior natus eſt conformari alicui actui interiori, a quo habet ſuam bonitatem, & etiam ad aliquem interiorem ordinari, & finaliter ad velle. Ad tertium reſpondeo ꝙ ſicut agens per ſe intẽdit inducere formam, nec intẽdit remotionem contrarij niſi per accidens, ita habitus per ſe dirigit, per accidens autem excludit errorẽ. & ſi habitus eſt perfectus non compatitur ſecum errorẽ, immo ſi compatitur eſt imperfectus, beati igitur licet nõ poſſint errare, non ſequitur ꝙ non habeant habitum etiam directiuum, quia eo per impoſſibile circũſcripto, errare poſſent, ſed eo poſito, propter perfectionem eius, excluditur omnis error. Ad quartum dicetur infra poſt ſolutionem huius queſtionis primæ ſoluendo quartam

*Henr. quo. 1. q. 9. et 14.*

obiectionem contra eam.

*Guil. var. li. 1. q. 4.*

SECVNDA Via ponit ꝙ licet dilectio finis recte poſſit elici, & non recte, negat tamen dilectionem finis eſſe praxim, quia non eſt circa obiectũ contingẽs. Dicit aũt cõmẽ. 1. Ethy. ꝙ praxis eſt operatio ſecundũ electionem, electio autem eſt tã tum circa cõtingens ex 3. Ethyco. quia eſt appetitus conſiliatiuus, conſilium vero nõ eſt niſi de contingente. Ex hoc etiã probat deſcriptio praxis poſita in primo arti. queſtionis, eſſe inſufficiens, quia omittit obiectũ præciſum, cõſequẽter dicit hæc via nullam notitiam eſſe practicam, quæ extenditur ad volitionem vltimi finis tantum, quia non eſt verum contingens.

*In principio primi li. c. 5 idẽ 6. Ethy. c. 3.*

CONTRA iſtam viã eſt quarta ratio poſita contra precedentem. Item vera praxis eſt illa operatio ad quam inclinat virtꝰ appetitiua, quia quelibet talis virtus eſt habitus electiuus ex. 2. Ethyco. electio autem eſt praxis, vt oſtendetur contra tertiam viam ſtatim, ſed ad dilectionem finis inclinat non tã tum charitas, ſed amor acquiſitus habitualis, qui eſt virtus appetitiua, quia habitus appetitiuus conſonus rationi rectæ. Motiuum vero huius viæ ſoluetur in ſolutione ſecundæ rationis principalis ad primã qõnẽ.

*Cap. 5.*

TERTIA via ponit quod vel volitio nõ eſt proprie praxis ſed tantum actus ea poſterior, vel ſi ipſa, eſt praxis, hoc nõ eſt niſi in ordine ad actum aliquẽ imperatorum potentiæ inferioris, puta appetitus ſenſitiui, vel potentiæ motiuę, vel hmõi. Pro hac via tertia arguit, quia omnis praxis ſequitur electio-

*Herueus nata. qu li. 1. q. 1. ar. 4. q. huius q.*

nem



nem, quod probatur per philoſophũ. 6. Ethy. Actus principiũ eſt electio, non cuius gratia, ſed vnde motus. ideſt nõ finale, ſed effectiuum, principium autem effectiuum naturaliter pręcedit effectum. ergo &c. Præterea habitus practicus gñatur ex praxibus, ſed habitus practicus generatur ex actibus ſequẽtibus electionem, Igitur illi ſunt praxes. Item cõmentator ſuper primo Ethy. Praxis eſt operatio ſecundum electionem. ergo praxis ſequitur electionem.

*Ca. 3.*

*In prin.*

CONTRA iſtud. ſ. ꝙ non tantũ actus ſequẽs electionem ſit praxis, ꝓbatur. quia. 6. Ethy. dicit philoſophus, ꝙ nõ eſt electio recta ſine ratione recta, & habitu virtutis, ergo virtus per ſe requiritur ed electionem rectam, non requireretur autem ſi eſſet habitus gñatus ex actibus poſterioribus electione. qa tunc inclinaret per ſe niſi actus iſtos poſteriores electione. Præterea, & alia forma arguit idẽ, quia habitus ex eiſdem actibus generatur, ad quos inclinat ex ſecũdo Ethy. ſed virtus moralis per ſe inclinat ad electionem rectam, quia vt apparet per diffinitionem eius ſecũdo Ethy. virtus eſt habitus electiuus &c. igitur ex electionibus per ſe generatur virtus moralis, & per conſequens non tantum actus electionem ſequẽtes ſunt praxes. Præterea non ſolum, falſum eſt negare electionem eſſe praxim, quod arguitur ratione iã facta, ſed ſicut probatũ fuit in primo articulo, actus voluntatis elicitus eſt primo praxis, & imperatus non, niſi propter ipſum, ergo ſi electio ſit ſola ſine ordine ad actũ imperatum, puta propter defectum materiæ actus exterioris, ipſa ſola vere erit praxis, hoc declaratur ſic, nõ habens pecunias, cui tamen in phantaſmate præſentantur pecuniæ, antequã alicuius actus electio ſit principiũ effectiuũ, vel ordinetur ad aliqd imperandũ, ſi eligat illas liberaliter diſtribuere ſi haberet quãtum ad actum, & habitum virtutis, nõ requiritur vlterior proſecutio, quia obiecto præſentato in phãtaſmate, circa quod poteſt eſſe actus liberalitatis completa. habetur electio, ex qua generatur liberalitas, vel quę elicitur ex liberalitate, & non requiritur vlterior proſecutio exterius, nec ordo ad exterius, ſi materia actꝰ exterioris deficiat. Præterea ordo iſte electionis ad actum imperatum, non poteſt eſſe, niſi vt cauſæ ad cauſandum effectum, ſed ꝙ cauſa nõ ſit in ſe talis ex ſe (vt prior, effectu eſt) ſed tantum quia actualiter ordinatur ad efficiendum, videtur, inconueniens, cum nihil habeat cauſa ab effectu, nec ex ordine ad ipſum. Tunc ad auctoritatem. 6. Ethyco. dico, quôd ibidem philoſophus ſtatim ſubdit. Electionis autem appetitus & ratio, quæ gratia alicuius. i. practica, ſunt ſupple principium. Ad hoc enim vt electio ſit recta, requiritur virtus in appetitu, vnde ſequitur, Neque ſine habitu morali eſt electio, ſcilicet recta igitur virtus habet actum elicitũ immediatiorem ſibi, quã ſit ille cuius electio eſt principiũ vt imperans, primus enim actus voluntatis elicitus, qui eſt electio, eſt actio bona, q̃ actus exterior ĩperatus ab electione bona, ſit bonus, quod probatur

*Ca. 2.*

*Ca. 2. & 3.*

*Ca. 5.*

per

per phyloſophum, ibi enim ſtatim poſt illud. Neque ſine habitu eſt electio, ſubdit bona actio enim ſine more non eſt, ſed ſi iſta ſit maior ad probandū, qđ prædixit de electione, ſumetur iſta minor ſub, bona electio eſt bona actio. Concedo igitur auctoritatem affirmatiuam, ꝙ electio eſt principium actus vnde motus, quia actus ab ipſa imperatꝰ eſt actus moralis, ſed ex hoc non ſequitur ꝙ ſolus iſte ſit actus ſiue praxis, immo in electio prior praxis, propter quàm etiā iſta eſt bona praxis. Ad ſecundum, ſi maior eſt vera, dico ꝙ habitus practicus generatur ex electionibus, ſicut prædictū eſt de eligente frequenter liberaliter dare, etiam ſine actu imperato, ſi facultas non adſit, poſſet in ipſo generari liberalitas, quia tamen quādo illi actus imperati ſunt impoſſibiles, voluntas non communiter eligit frequēter recte circa materiā iſtorum actuum quia quod nō creditur alicui poſſibile, aut ipſum

*14. de tri. ca. 1.*

non vult, aut tenuiter vult ſecūdum Augu. ideo cōmuniter nō generat̄ habitus practicus, qui eſt virtus ſine praxibus imperatis ſequentibus electionem, nō tamen generatur ex illis ſequētibus, ſed ex electionibus in quibus eſt formaliter bonitas moralis, in praxibus autē imperatis eſt tantum materialiter. Ad tertium de Cōmentatore, oportet ꝙ ly, ſecundum, non ſit ibi nota cauſę efficientis, ſi deſcriptio debet eſſe conuertibilis cū deſcripto, vt probatum eſt per Ariſto. 6. Ethy. ſed debet intelligi ly, ſecūdum, effectiue vel formaliter. Vel electio accipitur ibi pro libertate, ſiue ptāte denominatiua, vel accipitur electio pro electione actus volendi, quæ non eſt electio, vel volitio aliqua, ſed actio de genere actionis, ſecundum iſtam electionem, quaſi ſecundum principium actiuum eſt omnis praxis, ſiue ſit electio, ſiue ſequens electionem, quia actio de genere actionis reducitur ad principium effectiuum.

ISTAE TRES viæ ponūt theologiam eſſe pure ſpeculatiuam, non obſtante ꝙ extendatur ad dilectionem finis. Siue ad illam quaſi voluntas naturaliter determinetur pręcedente oſtenſione. Siue libere & contingenter ad illam ſe habeat, non tamen circa obiectum contingens, & agibile. Siue tertio circa quodcūq; obiectum, quomodocūq; ſe habeat, non tamē operando ſiue in ordine ad actū imperatum, ſed ſiſtendo in proprio actu elicito. Quod autem talis extenſio nō concludat practicam, perſuadetur, quia tunc quælibet notitia eſſet practica, quia quamlibet ſequitur aliqua dilectio vel delectatio. Similiter. 10. Eth. Felix eſt Dei amātiſſimus, & tamen iſtam felicitatē ponit philoſophus ſpeculatiuam, non practicam.

*ca. 14.*

CONTRA hāc concluſionem communē iſtis tribus vijs inſtatur, videt̄ ſequi. ꝙ aliqua operatio eſt in poteſtate hoīs, ita ꝙ vere ſit actus humanus, & tamen nec ſit proprie ſpeculatio, nec praxis, puta amor finis, conſequens videtur inconueniens. Prætcrea, ꝙ cognitio directiua in volitione quacunq; non ſit practica, cum ſit veritas confeſſe ſe habens appetitui recto, videtur inconueniens quia talis



mētis practicę ex. 6. Ethy. Quod additur de delectatione, nihil eſt ad ꝓpoſitum, quia delectatio eſt paſſio conſequens naturaliter operationem perfectā, & ſiue ſit delectatio de ſpeculatione, ſiue de ſpeculato, propter extenſionem ad illam nulla ex iſto ponitur cognitio practica, quia nec iſta eſt praxis proprie

*Ariſt.*

loquendo (hoc tāgetur diſt. 15. tertij lib.) amare autē vel deſiderare obiectum cognitū, & hoc ſic, vel ſic circunſtantionabile eſt vere praxis, nec naturaliter conſequens apprēſionē, ſed libere, recte, vel nō recte elicibilis. Quod aūt additur de felicitate, ꝙ ſit ſpeculatiua, quia felix eſt Dei amantiſſimus, dico ꝙ auctoritas nō cogit, quia loquitur paſſiue, quaſi maxime amatus a Deo, non actiue ſicut patet ibi. Subdit enim. Siquidē cura humanorū a dijs ſit rōnabile, & gaudere ipſos ſupple Deos optimo & cognatiſſimo, hoc aūt eſt intellectus &c. diligētes igitur hoc. i. intellectiuū,

*Dubitatio ſubtiliſſima.*

rōnabile erit Deos rebeneficiare, vt amicos &c. Sed prætermiſſa auctoritate illa, nunquid felix ſpeculatiuus ſecundū Ariſt. amat finē, vt amare diſtinguit̄ contra delectari, ſiue de obiecto ſpeculato, ſiue de ſpeculatione.

*com. 36.*

Reſpondeo. 12. Meta. vult philoſophus ꝙ primū mouens mouet vt amatū. igit̄ intelligentia inferior amat primū, & tñ ipſius felicitatē poneret in ſpeculatione, ſicut patet in 10

*ca. 10.*

Ethy. igit̄ ipſe ſub ſpeculatione cōprehendit, nō tantū delectationē, ſed amare, igit̄ nec ꝑꝑ extenſionē ad illud, erit notitia practica ſcđm ipſum, ſed ſpeculatiua. Sed quare non tenet̄ in hoc, cū rō ſcientiæ practicæ & ſpeculatiuę accipiatur ab ipſo, & ita duæ primæ viæ iſtā negātes ponentes theologiā eſſe ſpeculatiuā, bene ponūt, & ꝑcipue ſcđm philoſophū. Rñdeo, illud amare qđ poneret ī ītelligētia, poneret neceſſitate naturali, volūtati ineſſe, ita ꝙ nō cōtīgeret ibi eā errare, & recte agere, ita ꝙ reſpectu illius notitia eſſet tātūmodo oſtenſiua, non directiua, nec quātum ad obiectū in particulari, nec quātum ad aliquā eius cōditionē, vel aliquā circunſtantiā actus volendi, hoc modo nō dicerent theologi de amare creaturarū intellectualiū, reſpectu Dei in particulari & quātum ad circūſtātias actus, ſicut argutū eſt contra primam viā in primis duabus rōnibus. Si igitur cōueniſſet nobiſcū, ponendo amare reſpectu finis libere recte & non recte poſſe elici, nec recte elici, niſi eliciatur conformiter rationi recte, non tantum oſtendenti obiectum, ſed etiā dictanti, ſic eſſet eliciendū, forte poſuiſſet reſpectu talis notitiam practicā, quia cōfeſſe ſe habentē appetitui recto, igit̄ melius eſt theologo, qui habet ab eo diſcordare in minori, cōſequenter dicēdo diſcordare in concluſione, quàm conuenire cum eo in concluſione, quā ipſe non poneret, ſi minorē cum theologo teneret. Cum igitur dicis ꝙ ab ipſo accipimus rationē ſpeculatiui, & practici, verū eſt, & in maiori conuenimus ꝙ illa eſt ſpeculatiua, quæ licet ad dilectionem extēderetur, vt oſtēdens obiectum, ſi nullo tamen modo eſſet directiua in actu, vt circūſtantionabilis eſt, & vt huius obiecti in particula

*Practica & doctrina atq; reprehenſio, vbiq; notanda vide. 3. diſtin. 2 q. 7. & alibi contra philoſophos fidei repugnantes.*

ri, ſed minorẽ, q̃ ipſe aſſumeret ſub, habemus negare, in propoſito. Sed dato ꝙ talis neceſſitas ponatur in intelligentia ex natura voluntatis amandi Deum, nunquid ita poneret in voluntate hominis ſapientis, quem ipſe non ponit naturaliter felicem, ſi non igitur iſte poteſt dirigi in tali actu. Reſpondeo, practicam a tali, non negaret, niſi quia felicitatem eius dixit eſſe ſpeculatiuam.

*Sce libro. 1. in prologo q. 3. Egi. li. 1. Vide Auguſt. 8. de ci. c. 4. & Aui. 1. meta. in prin. & com. 1. Eth. c. 1. & Ariſt. 11. meta. c. illo Omnis autem ſcientia. Hanc recitat Guili. var. li. 1. q. 4.*

QVARTA via dicit theologiã eſſe affectiuam, quod bene intelligi poteſt ſi affectiua ponatur eſſe quædam practica, ſi autem affectiua ponatur tertium mẽbrum diſtinctũ contra practicum & ſpeculatiuum, ſic eſt contra dicta in primo artic. vbi oſtenſum eſt dilectionẽ eſſe veram praxim, & etiã, contra auctoritates multas, quę ſentiunt præciſe ſcientias diſtingui in ſpeculatiuam, & practicam, & nullum eſſe tertium membrũ.

QVINTA via dicit theologiam eſſe contemplatiuã, pro qua via adducit Augu 12. de tri. c. 14. vbi vult, ꝙ ſapientia eſt reſpectu contemplationis, ſcientia vero reſpectu actionis, cum igitur theologia ſit proprie ſapiẽtia, & non ſciẽtia, ipſa non erit practica, ſed contẽplatiua. R̃ndeo. Augu. 12. de trinit. c. 4. dicit, ꝙ iſtæ duæ portiones animę, ſuperior, & inferior non diſtinguuntur, niſi penes officia, & in vtraque tam in ſuperiori, quàm in inferiori, eſt trinitas, in ſuperiori autem imago trinitatis increatæ, & tamen ſola ſuperior portio eſt contemplatiua, quia reſpicit ęterna, igitur iſta contemplatio de qua loquitur, non determinatur ad ſpeculationem intra genus ſcientiæ, continet enim illud contemplatiuum memoriam, intelligẽtiam, & voluntatẽ, & ita in contemplatiuo illo poteſt eſſe extẽſio extra genus ſciẽtiæ, ſicut poteſt eſſe in actiuo, hoc eſt in portione inferiori, reſpiciẽte temporalia, quæ etiam habet trinitatem. Si igitur iſta eſt contemplatiua, vt loquitur ibi Aug. nõ prohibetur propter hoc eſſe practica, ſi extẽditur ad praxim in portione ſuperiori.

*Goſ. quolibet. 11. q. 1.*

ALIA eſt opinio diſcordãs a pręcedentibus, in concluſione quę dicit ꝙ iſta ſcientia eſt ſpeculatiua, & practica, qđ probatur dupliciter. Vno mõ ſic, ſicut doctrina illa in qua ſcriberentur aliqua de iure, & aliqua de philoſophia eſſet ſpeculatiua practica, ſiue ſcriberentur in diſtinctis libris, ſiue capitulis, ſiue interſcalariter, & commixtim. ita in iſta doctrina ſimul ſpeculatiua, & practica tractatur, non in diuerſis libris, & capitulis, ſed interſcalariter & cõmixtim, ergo ipſa eſt ſpeculatiua, & practica. Secũdo ſic probatur, nulla ſpeculatiua cognitio diſtinctius tractat de operabilibus, quàm eorum cognitio ſit neceſſaria ad ſpeculationem, nec practica diſtinctius tractat de ſpeculabilibus, quam eorũ requiratur cognitio propter praxim, ad quam extenditur. iſta autẽ tractat de operabilibus diſtinctius quam cognitio eorũ requiratur ad ſpeculationem, & diſtinctius de ſpeculabilibus quam cognitio eorum requiratur ad cognitionem practicam, igĩ ipſa eſt ſpeculatiua, & practica. maior probatur, quia ſpeculabilia non conſiderantur in

*al. interſcaliter.*

ſcientia



ſciẽtia practica, niſi propter cõſiderationẽ practicam, nec operabilia in ſpeculatiua, niſi propter conſiderationem ſpeculatiuam, minor patet, quia hic tractaĩ de operabilibus ita diſtincte, ac ſi eſſet de eis præciſe, & etiam de ſpeculabilibus, ac ſi eſſet de eis præciſe.

CONTRA iſtam opinionem arguitur ſic, habitus nõ habens euidentiam ex obiecto, nõ diſtinguitur ſecundum diſtinctionem obiectorũ. tũc ei oporteret ponere duas fides infuſas, iſte autem habitus non habet euidentiam ex obiecto, igitur non diſtinguitur ſecundum diſtinctionem obiectorum, igitur non eſt duo habitus propter diſtinctionem operabiliũ, & ſpeculabilium. Pręterea, illa opinio de duobus habitibus, quãuis poſſit probabilitatẽ aliquã habere de theologia, vt tradita eſt in ſcriptura, tamen de theologia in ſe, cuius ſubiectum primum eſt eſſentia diuina, vt hęc eſſentia, ſicut dictum eſt de ſubiecto theologiæ, non videtur probabilis. Nam de iſto ſubiecto, cum ſit veriſſime vnum cognoſcibile, nata eſt haberi primo aliqua notitia vere vna, ſi vero detur aliqua quæ non ſit de ipſa eſſentia, ſed de aliqua alio primo iſta alia nõ erit theologia in ſe, eſt igitur vnus habitus ſimpliciter, licet forte cũ ipſa poſſit in ſcriptura eſſe aliqua alia notitia, quę ſit de alio ſubiecto. Itẽ patet, quòd ordo ſciẽtiarum ſecundum eminentiam, ſtat ad aliquod vnum tantum, quia non poſſunt duæ eſſe ſcientię ſimpliciter primę. Iſtã vnam eminentiſſimam, & ſolã dico eſſe thelogiã, quæ ſola eſt primo de primo ſubiecto theologiæ. Præterea deduco rationẽ eius ad oppoſitũ, illa cognitio eſt practica in quæ nõ determinatur de ſpeculabilibus magis quam cognitio eorũ pertineat ad praxim, vel ad cognitionem practicam, ſed cognitio iſta nõ tractat de ſpeculabilibus diſtinctius, quã cognitio eorũ requiraĩ ad cognitionẽ practicã, vel praxim dirigẽdã, ergo &c. probatio minoris, quælibet cognitio de conditionibus appetibilitatis finis, & de conditionibus eorum, quæ ſunt ad finẽ quatenus ſunt ad finem, & tertio de cõditionibꝰ quibuſcunq; huius vel illorũ circa quas contingit potẽtiã operatiuã errare, niſi dirigatur, eſt neceſſaria ad practicã cognitionẽ, nulla aũt eſt cognitio hic tradita de fine, nec de his q̃ ſunt ad finẽ, quin ſit talis, ergo &c. vel ſaltẽ circa iſta contingit voluntatẽ ignorãtẽ errare. ſicut diceĩ in ſolutione tertiæ obiectionis cõtra ſolutionẽ q. principalis. Licet enim trinitas perſonarũ non oſtẽdat finẽ appetibiliorẽ, q̃ ſi eſſet non trinus, quia eſt finis inquantũ vnus Deus, nõ inquãtũ trinus, tñ voluntatẽ ignorantẽ trinitatem contingit errare in amãdo vel deſiderãdo finẽ, deſiderãdo frui vna perſona ſola. Similiter ignorantem deũ feciſſe mundũ cõtingit errare, nõ rependendo amorem, qualem gratitudo requireret propter tantam cõicationem bonitatis ſuæ, ad vtilitatem noſtram factã. ita ignorando articulos pertinentes ad noſtrã reparationem, contingit ignorantem errare, etiam nõ rependendo amorem debitũ pro tãto bñficio. & ita, de alijs, theo



logicis,

logicis. Aſſumptum, patet, quia quęcunque conditiones traduntur de fine, magis natę sũt oſtẽdere appetibilitatẽ finis, & conditiones eorum quæ ſunt ad finem magis natæ ſunt oſtendere ea q̃ ſunt ordinata ad finem. Ad argumentum eorum patet, ꝙ minor eſt falſa. Ad probationem dico. ꝙ non poteſt ita diſtincte tractari de fine cognito & de his q̃ ſunt ad finem, quin tota illa cognitio eſſet practica intellectui creato, quia tota illa cognitio nata eſt oſtendere finem ſub ratione appetibilis, & ea quę ſunt ad finem ſub ratione ordinis eorum ad finem, vel circa quæcunq; poſſet voluntas non directa errare.

*Th 1. par te ſum. q. 1 ar. 4 in ſo. prin*

ALIA OPINIO tenet eandem concluſionem. Sed ponit cum hoc theologiã eſſe ſimpliciter vnum habitum.

*Additio.*

Et hoc propter ſubiectũ eius vnum, quod eſt Deus, in quo cõueniunt omnia de quib' in ſciẽtia determinatur, omnia enim cadunt ſub cõſideratione huius ſcientiæ inquantum participãt aliquod diuinum. Et ideo, ſiue conſideret de his per extenſionem ad opus, ſiue non, ſed pure ſpeculatiue ꝓpter vnitatem formalem ſubiecti, tñ. hæc ſcientia eſt vna. Contra iſtã opinionem arguo ſic. Quandocunque aliquod cõe diuidit primo per differentias oppoſitas; impoſſibile eſt vtrãque differentiam inueniri in aliquo vno contento ſub cõmuni, ſed ſcientia in cõmuni diuidit primo in practicam, & ſpeculatiuam. ergo impoſſibile eſt iſtas differentias ſimul inueniri in aliqua ſcientia vna. Maior eſt manifeſta, quia ſi differentiæ condiuidentes aliquod commune poſſent ſe cõpati in aliquo contento ſub cõmuni, tunc idem corpus poſſet eſſe corporeum & incorporeũ. & idẽ animal ſenſibile & inſẽſibile. & idẽ homo rõnalis & irrationalis. quę ſunt abſurda. Minor patet p Aui. 1. met. in principio. & per commentatorem. 5. Ethy. cõ. 1. & per Gondiſaluum de diuiſione ſcientiarũ. Item ſequuntur de eodem duo contradictoria. videlicet extẽdi, & nõ extendi, & multa alia inconuenientia, quare &c.

AD QVAESTIONEM igitur reſpondeo, ꝙ cum actus voluntatis elicitus ſit veriſſime praxis, etiam ſi non concomitetur aliquis actus imperatus (vt patet ex primo articulo.) Et extenſio cognitionis practicæ cõſiſtat in conformitate ad praxim & prioritate aptitudinali (vt habetur ex ſecundo articulo) ſequit̃ ꝙ illa eſt cognitio practica quæ eſt aptitudinaliter conformis volitioni rectæ, & naturaliter prior ipſa, ſed tota theologia neceſſaria in intellectu creato eſt ſic conformis actui voluntatis creatæ, & prior ea, ergo &c. probatio minoris, quia primũ ſubiectũ theologiæ eſt virtualiter cõforme volitioni rectæ, qa a rõne eius ſumuntur principia prima rectitudinis ĩ volitione, ipsũ ẽt determinat intellectum creatum ad notitiã rectitudinis determinatę ipſius praxis, quo ad omnia theologicalia neceſſaria, pri' naturaliter, q̃ aliqua voluntas creata velit (aliàs non eſſet neceſſaria) ergo ex primo ſubiecto ſequitur tam cõformitas, quam prioritas theologiæ ad volitionem, & ita extẽſio ad praxim, a qua extenſione ipſa cognitio



cognitio dicẽda ſit practica. Cõfirmatur ratio iſta, quia cũ primum obiectum theologiæ, ſit vltimus finis, & principia in intellectu creato ſumpta a fine vltimo ſint principia practica, igitur principia theologiæ ſũt practica. ergo & concluſiones ſunt practicæ. Sed obijcitur, quia (ex qõne p̃cedere) Deus non eſt hic primũ ſubiectũ inquantũ finis, ſed vt hæc eſsẽtia, principia autem ſumpta a fine, vt finis eſt, ſunt practica. Item cognitio finis vltimi nõ eſt immediate cõformis, nec nata eſt eſſe conformis, immediate praxi eliciẽdę, ergo nõ eſt propinque practica. Item primũ obiectum includit virtualiter conformitatem ad praxim rectam, non tamen ſolam cognitionem ſic cõformẽ, alioquin non poſſet de ipſo eſſet cognitio ſpeculatiua, quod videtur inconueniens. Qualiter enim eſt iſta veritas practica? Deus eſt trinus vel pr̃ generat filium, ergo primũ obiectũ includit aliquã notitiã ſpeculatiuám igitur ex conformitate illa virtuali primi obiecti ad praxim, non ſequitur theologiã eſſe practicam, cũ multæ veritates quæ ſunt maximæ theologiæ, inquãtum theologia diſtinguit̃ a metaphyſica ſunt ſpeculatiuæ. Itẽ tunc ſcientia Dei eſſet practica q̃ eſt de eodẽ ſubiecto primo, & ẽt videtur ꝙ rõ ſolutionis quæſtionis poſſit applicari ad intellectũ diuinũ, ſicut ad creatũ. Ad primũ dico qđ reſpect' finis nõ eſt illud a quo principia ſumũtur in aliqua ſcientia, ſed illud abſolutũ ĩ quo fundat̃ reſpect', & illud eſt eſſentia hęc. Ad ſecundũ dico ꝙ virtualiter continens cognitionem cõformẽ eſt virtualiter conforme, & ita cognitio eius, eſt practica, quia cõcluſiones practicæ, hñt principia practica, ꝓxima autẽ cognitio illi q̃ eſt de fine, eſt cognitio fruitionis finis, & iſta nata eſt eſſe conformis formaliter praxi fruitionis. Ad tertiũ dico, ꝙ primũ obiectum ſolũmõ includit notitiã cõformẽ volitioni rectę quia virtute eius nihil de ipſo cognoſcitur, qđ non ſit vel rectitudo volitionis alicuius, vel virtualiter includens notitiam talis rectitudinis. Et cõcedo qđ infertur in conſequente, ꝙ de ipſo nulla põt eſſe ſcientia ſpeculatiua, neceſſario enim notitia eius, & cuiuſcũq; intrinſecẽ p ipſum cogniti conformis eſt praxi aptitudinaliter, & priori, ſi cognitum eſt neceſſarium. cũ inſtatur de illis veritatibus, quæ videntur maximæ theologicæ, & nõ meta. vt Deus eſt trinus, & pater generat filium, dico ꝙ iſtæ ſunt practicæ. Prima .n. includit virtualiter notitiã rectitudinis dilectionis, tendentis ĩ tres perſonas, ita ꝙ ſi actus eliceret̃ circa vnã ſolã excludendo alias (ſicut infidelis eliceret) eſſet actus nõ rectus. Secũda includit notitiã rectitudinis, ſecũdum ꝙ actus eſt circa duas perſonas, quarũ vna eſt ſic ab alia.

SI OBIICIATVR contra hoc ſic, quia nihil niſi eſſentiale eſt ratio terminandi actũ illius dilectionis, theologia autem eſt magis proprie de perſonalibus, quàm de eſſentialibus, qa eſſentialia plurima poſſunt a nobis in metaphyſica cognoſci, igitur theologia, vt diſtinguitur a metaphyſica, quantum ad propriiſſima ſibi non eſt practica, prima propoſitio probatur

probat̃, quia alias eſſet aliqua ratio diligibilitatis in vna perſona, quæ non eſſet in alia, q̃d falſum eſt, quia tunc nulla beatificaret̃ in ſeipſa. Reſpondeo, eſſentiale eſt ratio formaliter terminandi actum amandi, vt propter quam. ſed perſonæ terminant, vt quæ amantur, non autem ſufficit ad rectitudinem actus, ꝙ habeat ratione̅ formalem conuenientem in obiecto, ſed etiam requiritur ꝙ, habeat obiectum conueniens, in quo ſit talis ratio formalis, propter igitur iſtam notitiam rectitudinis, quam includit eſſentiale in actu amandi Deum, perſonalia includunt propriam notitiā vlteriorem rectitudinis requiſitæ. Ad quartum poſſet concedi, ꝙ theologia Dei de neceſſarijs ſit practica, quia in intellectu ſuo natum eſt primū obiectum theologicum quaſi gignere notitiam conformem volitioni rectæ, priorem naturaliter ipſa volitione, ꝙ conformē, patet. ꝙ priorē, probatur, quia prius naturaliter intellectus intelligit obiectum primum, quā voluntas velit illud. igit̃ prius naturaliter volitione poteſt habere omnem notitiā ſufficienter virtualiter incluſam in intellectione primi obiecti, talis quæcunque notitia neceſſaria de primo obiecto, conſequentia ſuppoſita patet. Tū quia per impoſſibile, excluſa omni volitione poſſet intellectus habere omnē notitiā ſufficiēter virtualiter incluſam in intellectione primi obiecti, cū illa ītellectio præcedat omnē volitionē. Tum quia intellectus diuinus non diſcurrit, igitur nō prius naturaliter intelligit primū obiectū, q̃ aliquid virtualiter in illo incluſum, quo ad notitiā. ergo ſi pri⁹ intelligit primū obiectū, q̃ voluntas velit aliquid prius intelligi, quodlibet incluſum quo ad notitiā in primo obiecto, q̃ voluntas velit, hæc ſecunda probatio cōſequētiæ minus valet.

SI OBIICIATVR, q tunc voluntas diuina non erit prima regula ſui in actib⁹ ſuis. ſi eius actum præcedat notitia, cui in agendo debet conformari ad hoc vt recte agat. cōſequēs autem videtur inconueniens quia tollit ſummam libertatē voluntatis diuinæ, ſi ab alio determinetur, & non ex ſe primo, quo ad primum actū ſuū, ſi autem præcedit omnē actū ſuū cognitio practica, ab intellectu determinabit̃ ad primū actū, quia non pōt ei diſſentire, tunc enim poſſet peccare. Item ſupra dictum eſt, philoſophū bene dicere, conſequenter ſi intelligētia naturaliter amat Deū viſum, ergo notitia oſtēdens Deū non eſt practica, ſiat autē ſimilis conſequentia de Deo naturaliter amante ſe. Item dirigens aliqua cauſa eſt reſpectu directi, igitur eſt diſtinctio realis inter ipſa. non eſt autem talis diſtinctio intellectionis Dei ad velle. Et cōfirmatur, quia intelligendo iam velle eſſe elicitum intellectus non dirigit, tātum enim dirigit circa actum eliciendum, quaſi prior ipſo, ſed in Deo velle ſuum non ſequit̃ voluntatē ineſſe, igitur nunq̃ eſt ibi quaſi eliciendū, ſed ſemper quaſi elicitum. ergo &cęt. Hic vr̃ conſequēter dictis dicēdū, ꝙ accipiēdo regulā pro rectificāte in praxi prima regula eſt finis vltimus, q̃ virtualiter in-



*Omnis doctrina ſubtiliſſime & diligenter ponderanda.*

includit primo notitiā omnis rectitudinis neceſſariæ cuiuſcūque praxis, ſicut primū ſubiectū ſcientiæ ſpeculatiuæ primo virtualiter includit notitiā omniū veritatū ſpeculabiliū. Hæc aūt prima regula, q̃ eſt finis ordinate rectificat intellectum, & voluntatē, ſicut ipſe potentiæ natę ſunt agere ordinate ita ꝙ quaſi prius gignit notitiā conformē rectæ praxi, q̃ rectificet praxim, & ita potētia practicante alia erit potētia prior, & pri⁹ recta, ita ꝙ primū conſequēs illatū in prima rōne videtur cōcedendū. Cū vero improbatur, poſſet dici. ꝙ ſicut vniuerſaliter libertas ſtat cū apprehenſione præuia, ita ſumma libertas ſtat cū ſumma apprehenſione præuia, apprehēſio autē praxis perfectiſſima includit notitiā conformitatis, quādo ipſa neceſſario conuenit praxi. Cū vlterius addit̃, ꝙ determinata ſit aliūde hoc negādum eſt, loquendo de determinatione, quæ fit per agens ſufficiens, licet.n. nō poſſit diſſentire a notitia rectificatiua praxis, & priori praxi, hoc tñ non eſt, quaſi intellectus per notitiam ſit cauſa ſufficienter actiue determinans ipſam ad actum, ſed ex perfectione volūtatis eſt, q̃d ipſa tantum nata eſt conformiter agere potentiæ priori in agēdo, quādo illa prior prius perfecte agit circa obiectum. hoc eſt tantū nouit prius, quantum poſſet noſſe, quod dico pro contingentibus, quorum intellectus diuinus non habet omnem notitiam ſibi compoſſibilem ante omnem actum volūtatis, ideo circa illa non oportet ꝙ conformiter agat potentiæ priori in agendo, quia ipſa nō prius conformiter nouit tale obiectum, ſed ſemper aliter accidit circa cognoſcibilia neceſſaria ex ſe, quia iſta perfectiſſimam ſui notitiam habēt abſque actu voluntatis.

*Additio aliorū ſed licet D.*

Ad ſecundum poteſt dici, ꝙ non eſt ſimile, quia ibi eſt ſimplex complacentia, hic vero efficax circunſtantiæ nata volitio, ſimiliter nō ſolum intellectus diuinus eſt oſtenſiuus, ſed ęquiualenter ſaltem regulatiuus, q̃d non poſuit philoſophus. vel aliter ꝙ eſt regulatio & determinatio obiectalis, & ſi non potētialis, quod non poſuit philoſophus. Ad tertium dico ꝙ ſi concluderet, ſequeretur ꝙ nec intellectio, nec volitio aliqua eſſet in Deo cum eſſentia diuina ſit obiectum motiuum ad vtrūque, & ita cum parte concurrente potentia vitali, vt concauſa. Dico igitur, ꝙ eſt tantum ordo quaſi effectuum eiuſdem quaſi cauſæ in propoſitio, quæ tamen non diſtinguntur a quaſi effectibus, quia nec proprie cauſantur, nec producuntur, nec principiantur, nec eliciunt̃, ſed ſimpliciter emanāt. Eſt igit̃ metaphorica cauſalitas, ſicut cōmuniter conuenit in diuinis vel aliter ſuſtinēdo intellectū quoquo modo dirigere, negatur aſſumptū proprie loquendo de cauſa. Ad confirmationem, dico ꝙ ſufficit ordo naturæ, quæ ſtat cum ſimultate durationis cognitionis ad praxim, & voluntatis ad velle, & ſic patet ad argumenta ſuſtinendo primam viam.

Licet hæc reſponſio videatur euadere argumentum, & per eam etiam ſequentia argumenta poſſent euadi, tñ aliter poſſet dici, quòd theologia neceſ-

ſaria in intellectu diuino nō eſt practica, quia non eſt prioritas naturalis intellectionis ad volitionem, quaſi cōformatiui ad ipſum conformandum, ſiue directiui ad dirigēdum aliquid, quia poſita notitia quacunque rectitudinis ipſius praxis, q̄uis iſta ex ſe poſſit conformare potentiam conformabilem ſeu rectificabilem aliunde, non tamē voluntatem diuinam reſpectu ſui primi obiecti, quæ ex ſe ſola rectificat̄ reſpectu iſtius obiecti, ita ꝙ vel talis naturaliter tēdit in illud, vel ſi libere, nullo modo eſt de ſe quaſi indifferēs ad rectitudinem, & quaſi aliū de aliquo modo habens eam, ita ꝙ notitia determinatiua rectitudinis non eſt neceſſario prior volitione, quaſi volitio illam requirat, vt recte eliciatur, ſed tantum præexigit oſtenſionem obiecti, & iſtam notitiam ex ſe directiuā nō præexigit vt directiuam, ſed tantum vt oſtēſiuam, ita ꝙ ſi poſſet præcedere volitionem ſola oſtēnſio obiecti, & ſequi notitia rectitudinis neceſſariæ ipſius praxis, ſicut diceretur de praxi circa contingentia, æque recte eliceretur volitio, tunc ſicut nunc, nullo ergo modo intellectio eſt prior, vt conformatiua, ſed regulatiua volitionis. Ad argumentum igitur probans prioritatem rectitudinis ad praxi rectam, reſponderi pōt, ꝙ licet ſit aliqua prioritas intellectionis ad volitionem, nō tamen eſt ſic prior, vt requirat rationē rectā eſſe priorem praxi, quia talis prioritas eſt regulæ ad regulatū, qualis eſſe non pōt, qn̄ voluntas eſt omnimoda regula ſui in agēdo. Sūma huius cōtrouerſię de ſciētia

*Locus dif ficilimus*

Dei reſpectu ſui, an ſit practica in hoc cōſiſtit, ſi notitia quæ de ſe eſſet directiua in praxim, dato ꝙ potentia practicans in ſciente non eſſet dirigibilis in agendo, ſi practica ex hoc ſolo, ꝙ eſſet ſic ex ſe directiua, vel non ſit practica ex hoc ſolo, ſed requitur potentia practicans in ſciente, quæ eſt dirigibilis, quæ alteram partem tenet, dicat cōſequenter

*hactenus quo tot laborauerūt nullū ſenſum literæ ob textus prioris corruptionē, nunc vero eſt ſcientia clariſſima docto, quæ in hac difficili materia ſubtiliſſime diſputando problematice ſe habuit. Tu vero determinate diſcute, ſi potes inſtantias euadendo.*

SECVNDVS articul᾽ q. eſt de theologia contingentiū, an ſit practica, dico ꝙ tantummodo in illo intellectu theologia contingentium practica poteſt eſſe, qui habere poteſt determinatiuā notitiā rectitudinis ipſius praxis ante ipſam praxim elicitam, quia ſolummodo ibi theologia contingentiū poteſt eſſe cōformis praxi, & prior ea, talis eſt tantum intellectus creatus, quia nullus intelligentis creati voluntas primo determinat rectitudinē contingentē cōuenientem praxi In intellectu igitur diuino non pōt eſſe theologia contingentiū practica, tenendo iſta duo. Primū ꝙ cognitio practica & praxis ad quam extenditur, debet eſſe neceſſario reſpectu eiuſdē ſuppoſiti. Scd̄m ꝙ Dei, vt operātis nulla ſit praxis, niſi volitio non ponēdo in ipſo potētiā tertiā aliā ab intellectu, & voluntate, nā nulla cognitio conformis volitioni contingenti recte præcedit ipſam volitionem Dei, quia primo volitione determinatur praxi illi talis rectitudo. Illud primum eſt dubium, & improbatur dupliciter. nam ſi cognitio quæcunq; de praxi alterius eſt practica, ergo cognitio mea de hoc, quod eſt Deum creare mun-



mundum, vel de hoc, quod eſt intelligentiam mouere cęlum, erit practica, quod videtur falſum, ſaltem hoc videtur concludere, ꝙ cognitio practica nō poteſt eſſe intelligentis inferioris operante ſuperiore ſecundū illam praxim, ſi nihil ſecundū eā inferius operatur, pari ratione nec ſuperioris, vel ęqualis, ſi nihil facit ad praxim operantis, ſi autem aliquid facit, iam ſuperior habet praxim propriam, reſpectu cuius ſua cognitio ſit practica. Item ſi cognitio practica habet aliquam cauſalitatem reſpectu praxis, ad quā extenditur, & non eſt nata habere talem cauſalitatem primo, niſi reſpectu praxis, quæ ſit in intelligente, videtur ſequi propoſitum. Contra igitur de eodē vnus intellectus haberet notitiam practicam, alius ſpeculatiuam, ſi praxis eſſet poſſibilis vni intelligenti, & non alij. Ad hoc poteſt dici ꝙ perfecta rectitudo praxis includit circunſtantiam operantis, ſicut & alias circūſtantias, ita ꝙ ſine iſta nō eſt rectitudo. Si. n. accipiatur, Deus eſt amādus, niſi addatur a quo, puta a voluntate, non eſt vere practica complete, quia Deus a bruto non eſt amandus, itaque hoc verum perfectum. Deus eſt amandus a voluntate, etiam in quocunque intellectu eſt practicū, ita & iſtud homini quādoq; eſt ieiunādū non eſt tantū practicum homini cognoſcēti, ſed etiam angelo, & Deo, & etiam homini & Deo eſt hoc practicum, ab angelo cęlum eſt mouendum. & concedo illud, quod prima probatio infert tanquā inconueniens. Et ſi obijciatur ꝙ non ſaluatur prioritas practicæ cognitionis ad praxim, prius enim dilectio Dei reſpectu ſui eſt recta, quam homo, vel Angelus, poſſit intelligere, ꝙ Deus eſt amandus a voluntate. Reſpondeo. iſta prioritas debet eſſe ex obiecto & intellectu, hoc eſt ꝙ obiectū natū ſit determinare intellectū ad notitiam determinatę rectitudinis praxis quantum eſt ex ſe, ante praxim iſtam. ita obiectum hoc natum eſt quēcunque intellectum determinare ad notitiam iſtam, Deus eſt amandus a voluntate, quātum eſt ex ſe ante praxim, licet aliquis intellectus ex imperfectione ſui non prius determinetur, quàm potentia operans ex perfectione ſui operetur. Ad aliam obiectionem dico, ꝙ ſicut voluntas poteſt eſſe cauſa ſuperior reſpectu praxis potentiæ motiuæ, nec quæcunque reſpectu cuiuſcunque puta nō mea reſpectu potētiæ motiuę angeli, ſed quando ſunt in eodem. Ita ſi cognitio practica ſit cauſa reſpectu praxis, hoc eſt in eodē intelligente, & operante nec oportet ꝙ in alio ſit nō practica niſi accipiēdo ſtricte practicum pro immediate applicabili ad opus quantū eſt ex idētitate ſuppoſiti cognoſcētis & operantis. qualē īmediationē denotat infinitiuus ſignificans praxim conſtructus cū ſcire, ſic. n. concedit̄, ꝙ ſolus De᾽ ſcit ſe īfinite diligere, licet angelus ſciat ipſum infinite a ſe diligendū. Qui ſic reſpondit a principio habet cōcedere oēs veritates de praxibus agentium cauſatorum cognoſci a quocunq; intellectu practice, quia oēs iſtæ ſiue ab obiecto, vt neceſſarię, ſiue aliunde, vt contingētes, na-

tæ

tæ ſunt prius eſſe cõformes praxibus ſiue prius determinare rectitudinẽ praxibus, q̃ ipſe praxes eliciantur. Oẽs aũt veritates de volitione diuina neceſſariæ ſunt practicæ, contingentes aũt nõ, quia ante iſtam praxim elicitã, ad quam extenduntur, nõ habent conformitatem, qa nullam determinationem rectitudinis verbi gratia, Deus practice cognoſcit homini eſſe penitendum, & angelo eſſe mouendum cœlũ, ſed non practice cognoſcit ꝙ eſt Deo volendũ hominem ſanctum penitere, vel angelum cœlum mouere.

SI QVAERIS, qualis eſt theologia contingentium in ſe, non comparata huic, vel illi intellectui? Dici põt ꝙ ipſa talis eſt in ſe, qualis eſt ex obiecto, non eſt autem ex obiecto cõformis praxi ante omnem praxim, quia ex obiecto nulla nata eſt haberi notitia determinatæ rectitudinis contingentis, non ex obiecto non eſt practica, igitur ſpeculatiua, ſi ſpeculatiuum, & practicum ſufficienter diuidũt notitiam. Huic congruit, ꝙ in intellectu diuino negatur eſſe practica, talis aũt videtur res eſſe in ſe. qualis eſt in perfecto genere illo non in imperfecto. Si

*Speculatio ſubtiliſſima.*

obijciatur, ꝙ tunc cognitio in ſe ſpeculatiua eſt alicui practica, puta intellectui creato, ergo practicum non repugnat ſpeculatiuo. Reſpondeo, ꝙ ſicut eſſe ex obiecto ſpeculatiuum, eſt eſſe per ſe ſpeculatiuum, ita eſſe practicum ex obiecto ſufficienter determinante intellectum ad notitiam rectitudinis, & ſi ſufficienter, ergo ante omnem volitionem eſt eſſe per ſe practicum, & ſic opponuntur iſta duo practicum, & ſpeculatiuũ, vt iſta, non extenſibile ad praxim, & extenſibile ad praxim. Sed eſſe practicum aliunde, q̃ ex obiecto, puta a cauſa extrinſeca, vt a voluntate determinante intellectum ad notitiam praxis, eſt eſſe accidentaliter practicum. & ita concedo theologiam contingentium eſſe practicam nobilis, licet in ſe ſit ſpeculatiua. Contra hoc, cui conuenit vnum oppoſitorum per ſe, eidem aliud oppoſitum nec per ſe, nec per accidens conuenit. igitur notitia per ſe ſpeculatiua, nec per ſe nec per accidens eſt practica. Reſpondeo, licet antecedens poſſet exponi de per ſe primo modo, vel ſecũdo modo, non autem tertio modo, prout dicit idem quod ſolitarie. Tamen concedo ꝙ nullo modo inhærendi inhæret oppoſitum prædicati huius, ꝙ eſt ꝑ ſe eſſe ſpeculatiuũ, quia theologia contingens per ſe ſecundo modo, eſt per ſe ſpeculatiua, ita ꝙ inhærentia ſit per ſe, & prædicatum determinetur propter ſe. Sed per accidens, eſſe practicum per accidens nõ opponitur illi, ſicut eſſe nigrũ ſimpliciter, & eſſe album ſecundũ quid, non opponuntur. ſecundum quid enim, & ſimpliciter determinant prædicata, vt denominantia. Si arguitur per ſe eſt ſpeculatiua per ſe, ergo per ſe eſt ſpeculatiua, conceditur, nec huic prædicato repugnat hoc prædicatum, per accidens practica. Si vero alterum illorũ duorũ, q̃ tenet iſta rñſio non teneat, tũc põt cõcedi, ꝙ theologia cõtingẽs, licet non in ſe, qa nõ ex obiecto, tñ in oĩ intellectu creato & increato eẽt practica



ꝑ accidẽs, quia vt ipſa eſt in intellectu diuino põt eſſe cõformis praxi prius, q̃ praxis illa eliciat a volũtate creata, prius.n. intellectus Dei nouit peccatorẽ adultũ in noua lege debere conteri, q̃ peccator conterat, & ſic nõ tenẽdo primũ illorũ, cognitio Dei de praxi alterius operantis, eſt practica, nõ tenendo etiã ſcd̃m, puta ponendo agere Dei ad extra, eſſe praxim eius, aliã a volitione formaliter, licet intellectus Dei, nõ prius nouit.a. eſſe creandũ quã voiũtas ſua velit, tñ prius nouit, a. q̃ creet, & ita praxim ad extra precedit notitia cõformis, licet nõ ex obiecto, ſed aliunde conformis. Hoc ſaltẽ teneo, ꝙ theologia cõtingentiũ non eſt per ſe practica, ſiue ex obiecto, põt tñ in intellectu creato eſſe practica per accidẽs, & hæc in illo intellectu, cuius eſt operari ſcd̃m praxim, cui determinat rectitudo a voluntate diuina. An vero intellectui diuino ſit practica? patet tenendo illa duo, vel oppoſita, quid dicendũ eſt cõſequenter. Probabilia tamẽ vñr hæc tria. Primũ, ꝙ practica eſt rectificatiua in praxi cognoſcentis. Secundũ, ꝙ eſt rectificatiua potentiæ practicãtis aliũde, q̃ a ſe rectificabilis Et tertiũ ꝙ in Deo non eſt potẽtia practicans alia, niſi volũtas. Ex primo & tertio ſequitur, ꝙ ſi diuina notitia eſſet practica, ipſa eſſet rectificatiua in volitione diuina, hoc autem falſum eſt ex ſecundo iſtorum, quia voluntas diuina ex ſe primo recte elicit velle, reſpectu primi obiecti, reſpectu aũt illorum quorum eſt contingenter, ex ſe ſola determinatur nõ per aliquã notitiam determinatiuam rectitudinis præcedentẽ.

AD ARGVMENTA principalia primæ qõnis. Ad primũ rñdeo, ꝙ fides nõ eſt habitus ſpeculatiuus, nec credere eſt act⁹ ſpeculatiuus, nec viſio ſequẽs credere eſt viſio ſpeculatiua, ſed practica. nata eſt.n. iſta viſio cõformis eſſe fruitioni, & prius naturaliter haberi ĩ intellectu creato, vt fruitio recta illi cõformiter eliciat. Ad ſcd̃m dico, ꝙ contingẽs circa, ꝙ eſt ſciẽtia practica, eſt finis, vel ens ad finem, in agibilibus aũt actio eſt finis vltimus ſcd̃m philoſophũ 6. Ethy. ergo contingentia actionis ſufficit ad ſcientiã practicã, vel obiectũ, ſcientiæ practicæ. Contra hoc arguit primo, qa ſciẽtia eſt neceſſariorũ. ergo circa cõtingentia non eſt ſcĩa. Añs patet ex diffinitione ſcire 1. Poſtr. Similiter 6. Ethy. ſciẽtificũ diſtinguitur a ratiocinatiuo penes neceſſariũ, & cõtingens. ergo oẽs habitus partis ſcientificæ ſunt circa neceſſariũ, ſcĩa aũt eſt habitus iſtius partis, ergo &c. Præterea ſi theologia eſt circa cõtingens agibile, ergo eſt habitus actiuus, cũ rõne vera. hæc diffinitio eſt prudentiæ, vt dicit 6. Ethy. ergo theologia eſt prudentia, & non ſciẽtia. Ad primũ rñdeo, de cõtingẽtibus ſunt multæ veritates neceſſariæ, qa actus qui cõtingenter elicitur, cõcluditur neceſſario debere eſſe talis ad hoc, vt ſit rectus. De ipſo ergo eſt ſcientia, quantum ad concluſionẽ demonſtratam neceſſario, licet in ſe ſit contingẽs, inquãtũ eliciť a potẽtia ꝓpria. Tũc patet ad auctoritatem 1 Poſte. ſciẽtia eſt neceſſarij dicti de contingẽte, & ita veritates neceſſariæ includũtur in veritate

*Cap. 3. Idem 7. Poli. c. 2. & Meta. tex. tom. 19. T. c. 5. Cap. 2.*

*Cap. 6.*

ritate contingẽtis, vel cõcludũ-
tur de aliquo, qđ eſt cõtingens
per rationẽ alicuius prioris ne-
ceſſarij. Per idem ad auctorita-
tẽ. 6. Ethy. quia habitus partis
rõcinatiuæ eſt circa actũ, inquã
tũ cõtingẽter elicitur, ſed habi-
tus ſciẽtificus, vel ſcĩa eſt circa
idẽ, inquantũ de eo aliqđ neceſ
ſario cõcludit. Si obijcit, ꝙ non
eſt idem obiectũ habitus ſciẽti
fici, & rõcinatiui, de hoc dicet
inferius, qũo idẽ obiectum põt
eſſe pluriũ habituũ, licet nõ idẽ
habitus pluriũ obiectorum. Ad
ſcđm dico, ꝙ eodẽ mõ cõclude-
ret ſciam moralẽ eſſe prudẽtiã,
nã ſcientia moralis eſt habitus
actiuus cũ vera rõne. Ideo dico,
ꝙ diffinitio prudẽtiæ debet in-
telligi de habitu actiuo proxi-
mo, qualis eſt habitus acquiſi-
tus ex actibus, vnde ſicut circa
factibilia ars ſe habet ad habi
tũ experti, ita circa agibilia ſe
hẽt ſcĩa moralis ad habitũ pru
dẽtiæ, qa habitus artis & ſcĩæ
moralis quaſi ſunt remoti ad di
rigendũ, qa vniuerſales, ſed ha-
bitus prudẽtiæ, & experti, qa ge
nerati ſunt ex actib9, ſunt parti
culares, & ꝓpinqui ad dirigen-
dũ. Iſta expoſitio eſt neceſſaria,
alioquin nulla eſſet ſcĩa practi
ca, qa quicũq; eſt habitus acti-
uus vel factiuus cũ rõne vera,
cõcluſio aũt eſt inconueniẽs, &
cõtra philoſophũ 6. Met. & con
tra Auic. 1. Met. c. 1. & cõtra au
ctoritates alias. Ad tertiã rõnẽ
dico, ꝙ Boetius intelligit ꝑ theo
logiã metaphyſicã, & ꝙ dicit de
ſubſtantia Dei, dico ꝙ De9 cõſi
derat̃ in illa ſcĩa, ꝗtũ poſſibile
eſt ipſum cõſiderari in ſciẽtijs
acquiſitis Ad aliud dico, ꝙ no-
bilitatis eſt in inferiori attinge
re ſuum ſuperius ſcđm philoſo-
phũ. 7. Poli. vñ ſẽſitiua hoĩs eſt
nobilior, quia ordinat̃ ad intel-
lectiuã, ꝗ ſenſitiua bruti. Nobi
litatis igit̃ eſt ĩ ſcĩa ordinari ad
actũ nobilioris potẽtiæ, ſed phi
loſophus nõ ponit aliquã ſcien
tiã eſſe cõformẽ praxi volũtatis
circa finẽ, qa nõ ponit volunta
tẽ circa finem hr̃e praxim, ſed
quandã motionẽ ſimplicẽ natu
ralẽ, iõ nullã poſuit poſſe eſſe
nobiliorẽ ꝑ conformitatẽ ad fi-
nẽ. Si tñ poſuiſſet aliquam pra-
xim circa finẽ, non negaſſet (vt
vr̃) ſcĩam practicã reſpectu iſti9
praxis, eſſe nobiliorẽ ſpeculati
ua ſcĩa circa idẽ, puta ſi aliqua
eſſet ſpeculatiua circa illa, circa
quæ eſt ſcĩa moralis, nõ diceret
iſtã ſpeculatiuã eſſe nobiliorẽ
morali ſcĩa. Nos aũt ponimus
eſſe verã praxim circa finẽ, cui
nata eſt eſſe cognitio cõformis,
& iõ ponimus cognitionẽ pra-
cticã circa finẽ nobiliorẽ eẽ oĩ
ſpeculatiua, igitur prima ꝓpoſi
tio rõnis, quæ vr̃ poſſe ſumi ex
1. Met ꝗuis eã expreſſe nõ dicit
philoſophus, negãda eſt. Ad pri
mã ꝓbationẽ eius dico, ꝙ ſcĩa
illa eſt nobilior, quę eſt ſui gr̃a,
ꝗ quæ eſt gr̃a alicuius act9 infe
rioris ſe, ꝗlibet aũt ſcĩa, ꝗ ipſe
poſuit practicã eſt gr̃a alicuius
inferioris ſe, ꝗ ſit conſideratio
ſpeculatiua, qa ſaltẽ circa obie-
ctũ aliqđ inferius, ꝗ ꝙ ponit eẽ
obiectũ ſpeculatiuę, & iõ ꝗlibet
practica, ꝗ ipſe ponit, eſt nobi-
lior aliqua ſpeculatiua. ꝗ aũt ẽ
gr̃a alterius act9 nobilioris ſuo
ꝓprio actu, nõ eſt ignobilior ꝑꝑ
talẽ ordinẽ, tũc. n. ſenſitiua nr̃a
eſſet ignobilior ſẽſitiua bruti.
Ad ſecũdam ꝓbationẽ ꝓpõnis
negatæ, cũ dr̃ de certitudine, di-
có ꝙ ꝗlibet cognitio ſcientifica
reſpectu ſui obiecti, ẽ æque cer
ta

*q præſenti & diſ. 3. & 13. q. quoli. & alibi.*

*Cap. 14. uel 9.*



ta ſcđm ꝓportionẽ, qa vtraque
reſoluit̃ ĩ ſua principia ĩmedia
ta, ſed nõ ęque certa ſcđm ꝗtita
tem, qa hæc ſunt cognoſcibilia
certiora illis, ſicut obiecta de
quibus ponit philoſoph9, ſcĩas
practicas ſunt minus ꝑfectę co
gnoſcibilia ĩ ſe, ꝗ de qb9 ponit
aliquã ſpeculatiuã. ideo aliqua
ſpeculatiua ſcđm philoſophũ
ponit̃ certior oĩ practica ſcđm
quantitatẽ. nos aũt ponim9 co-
gnoſcibile operabile. Hoc eſt at
tingibile ꝑ operationẽ ꝗ eſt ve-
re praxis, in ſe eſſe maxime co-
gnoſcibile, & iõ ponim9 ſcĩam
de ipſo, nec ſcđm quantitatem
certitudinis, ſicut nec ſcđm pro
portionẽ ab aliqua alia excedi.
Ad aliã rõnẽ de neceſſarijs exi-
ſtẽtib9 dico, ꝙ hęc nõ eſt inuen
ta ꝑꝑ neceſſaria extrinſeca. Sed
ꝑꝑ neceſſaria intrinſeca. ſ. mo-
derãtiã paſſionũ, & operationũ,
ſicut moralis ſcĩa (ſi eẽt inuẽta
oĩbus neceſſarijs extrinſecis ha
bitis) nõ minus eſſet practica,
nõ eſt aũt hæc inuenta ad fugã
ignorantiæ, quia multo plura
ſcibilia poſſent poni, vel tradi ĩ
quantitate doctrinæ, quàm hic
tradita ſint. Sed hæc eadẽ repli
cantur frequenter, vt efficatius
inducatur auditor ad operatio-
nẽ eorũ, quæ ibi perſuadentur.

AD ARGVMENTA ſecundæ q. Ad auctoritatem 3.
de anima dico, ꝙ loquitur de fi-
ne vt cognito, nam intellectus
propter aliquid ratiocinans ra-
tiocinatur propter finem cogni
tum, vt eſt principium demon
ſtrationis. Ad ſecundum de pri
mo Metaphy. dico, ꝙ practica
non eſt gratia vſus, vt per ſe fi-
nis, tum aliquam habitudinẽ
habet ad vſum, ſic, quòd vſus
eſt per ſe obiectum eius, vt ali-
quid virtualiter includens v-
ſum, quale philoſophus non
poſuit eſſe aliquod ens, niſi ens
ad finem Et omne tale obie-
ctum eſt ignobilius obiecto ſpe
culabili. Et ideo talis ordo ad
praxim concludit ignobilita-
tem practicæ reſpectu ſpecula-
tiuæ. Ad tertium de ſecundo
Metaphy. dicitur ꝙ ſpeculati-
ua, & practica habent diuerſos
fines loquendo de per ſe fini-
bus infra genus cognitionis,
ſed illi fines non diſtinguunt
primo, ſed prior eſt diſtinctio
ex obiectis (ſicut dictum eſt.)

AD RATIONES pro opinione oppoſita. Cum argui-
tur contra diſtinctionem per
obiecta. Ad primam dico, ꝙ nõ
poteſt eſſe circa idem obiectum
habitus ſpeculatiuus, & pra-
cticus. Cum probatur, quia in-
tellectus extenſione fit practi-
cus, dico ꝙ Ari. nunquam dixit
ꝙ intellectus ſpeculatiuus ex-
tenſione quacunque fit practi-
cus. Sed Ariſt. ponens tres gra-
dus, intellectus, quorum pri-
mus eſt conſiderare ſpeculabi-
lia tantum. Secundus conſide-
rare agibilia, non dictando pro
ſequi, vel fugere. Tertius vt di-
cit. qñ amplius extẽdẽdo ſe iu-
bet ꝓſequi vel fugere, ita ꝙ illa
extẽſio eſt intellectus imperfe-
cte practici ad conſiderationẽ
ꝑfecte practicã, puta ab appræ-
henſione terribiliũ ad dictamẽ
cõpletum de eis præcipiẽdo fu-
gã, vel proſecutionẽ. Conceſſio
tñ, ꝙ intellect9 ſpeculatiuus ex-
tẽſione fiat practicus, nõ eſt ad
ꝓpoſitũ, qa ſpeculatiuũ & pra-
cticum ſunt differẽtiæ acciden-
tales intellectus, licet ſint eſſen
tiales habituũm & actuum, &
iõ act9 & habitus nõ extẽdunt.
Ad

*Henr. quoli.*

*6.q.2. & quo.12 q.22.* Ad illud de medicina dicitur a quodam quod habitus uniuerſalis eſt ſpeculatiuus, ſed quando ex ea acquiritur habitus particularis, tunc fit practicus. Cōtra tunc ex principiis ſpeculatiuis ſequeretur concluſio, practica. Ideo aliter dicendum eſt, ꝙ quando ſunt aliqua duo extrema oppoſita, quanto aliquid recedit ab uno oppoſitorum, tāto accedit ad aliud, modo, actualiſſimam rationem practici habet conſideratio, *5.Phy. tex. com. 52.* quæ nata eſt immediate eſſe conformis formaliter praxi eliciēdę, & quanto aliquid magis recedit ab iſto tanto magis accedit ad ſpeculatiuum, igitur habitus vniuerſalis, qui non eſt immediate natus eſſe conformis praxi eliciende, poteſt dici ſpeculatiuus reſpectu alicuius habitus, qui immediate natus eſt eſſe conformis praxi eliciendæ, Ita poteſt dici ars ſpeculatiua reſpectu habitus experti, quia ars tanquā *in proœmio.* vniuerſalior habitus, non eſt ita immediate directiua, ſicut apparet primo meta. Artifex frequenter errabit, expertus autē nō ita errabit Ita poteſt diſtingui medicina in ſpeculatiuam qua ſcilicet eſt de vniuerſalioribus cauſis & curis, quę cognitio eſt remotior a praxi elicienda, & in practicam quę eſt de particularibus, & propinquioribus praxi, & immediatius conformibus praxi, tamen ſecundū veritatem illam vniuerſalior (quę in comparatione dicitur ſpeculatiua) eſt ſimpliciter practica, qa virtualiter includit illā particularem formaliter conformē praxi. Ad aliud de bonitate, & malitia, dico quod non omnis actus bonus eſt primo bonus a circunſtantia finis, vt finis, immo eſt aliquis bonus a circunſtātia obiecti, puta, vbi finis eſt obiectū, & ibi circūſtātia finis, vt obiecti primo tribuit rectitudinē actui, ille enim actus ex obiecto ſolo eſt ſimpliciter bonꝰ vt amare deum ſine aliis circūſtantiis eſt ſimpliciter bonum falſum eſt igitur quod a fine vt finis eſt, prout ſcilicet diſtinguitur contra obiectum, accipiatur primo bonitas actus moralis. Immo ſecūdo illud eſt falſum, quia actus circa ens ad finem, licet habeat pro vna circunſtantia finem, tamen ab obiecto eſt aliqua bonitas prior, a qua actꝰ dicitur bonus ex genere. *a. l. oppoſitum.* Tertia reſponſio eſt directe ad poſitū, quia, & ſi circunſtantia formaliter circunſtet praxim, vt ſit bona, nō tamen formaliter circunſtat intellectionem practicā non enim intellectus moderate ſiue medio modo dictat actum ita quod dictare circunſtantionetur hac circunſtantia mediocriter, ſed intellectus dictat, ſecundum vltimum ſuę potentiæ, eſt autem illud dictare rectum a principio, & in principium ſumitur a primo obiecto.

CONTRA iſtud arguitur quod nō ſit diſtinctio per obiecta, quia omne formaliter tale eſt tale per aliquid ſibi intrinſecum, ergo ſi habitus eſt formaliter practicus, hoc eſt per aliquid ſibi intrinſecū, & hoc non erit obiectum. ergo &c. Exemplum. ſol non eſt formaliter calidus, licet ſit virtualiter calidus. Preterea, obiectum nō eſt diſtinctiuum habitus, niſi vt cauſa efficiens, cauſę autem *Gl.* efficientes non diſtinguunt effectus ſpecie, quia a cauſatis diuerſis



ſpecie poteſt eſſe idem effectus ſpecie, ſicut calidū idem ſpecie generatur vniuoce, & ęquiuoce ab igne, & a ſole. Ad primum dico, quod eſſe practicum dicit aliquid intrinſecum notitię, ſicut reſpectus aptitudinalis eſt intrinſecus fundamento, & quod notitia aliqua ſic ſit apta nata referri, hoc eſt per naturam intrinſecam notitię. quā naturam habet ab obiecto, vt a cauſa extrinſeca. Dico ergo ꝙ habitus eſt practicus per intrinſecum, vt per cauſam formalē, & per obiectum, vt per cauſam efficientem. Ad ſecundum dico, quod licet a cauſis eſſentialiter ordinatis, quarum vna eſt vniuoca, altera ęquiuoca, poſſet eſſe effectus vnius rationis, ſicut exemplificatur de calore, tamen quando cauſæ efficientes proxime eiuſdem ordinis ad effectum cauſant aliqua, inquātum ipſę cauſæ ſunt diſtinctę, maxime ſi vtraquę ſit vniuoca effectui, ſiue vniuocatione completa, ſiue diminuta, non poteſt a cauſis talibus deſtinctis eſſe effectus vnius rationis. Vniuocationem completam dico, quando eſt ſimilitudo in forma & in modo eſſendi formę, diminutam quando eſt ſimilitudo in forma, licet habeat aliū mo*Tex.c.30. idem. 12 Metha. t. cap.13.*dum eſſendi, quomodo domus extra, eſt a domo īminente unde, & generationem iſtam vocat aliquo modo philoſophus vniuocam. 7. Meta. Quia igitur obiectum eſt cauſa proxima reſpectu notitiæ, & vniuoca, licet diminute, ſequitur quod diſtinctio formalis obiectorū, cū cauſent notitias inquātū ipſa ſunt diſtincta, neceſſario cōcludat diſtinctionem formalē notitiarū.

## DISTIN. I.

CIRCA iſtam primā diſt. in qua magiſter tractat de frui & vti quæruntur. 9. quorum duo ſunt de obiecto fruibili, alia duo de ipſo frui in ſe, & 5. de ipſo fruēte. Primo queritur de obiecto ipſius frui, & eſt queſtio prima. Vtrum per ſe obiectum fruitionis ſit finis vltimus? Et arguitur quod non, quia ſecūdum Aug. 83, quæſtionum, q. 30. Fruendū eſt bonis inuiſibilibus, ſed plura ſunt bona inuiſibilia, ergo non eſt fruendum tantum vltimo fine. Item capacitas fruentis eſt finita, quia natura ſubiecti eſt finita, ergo capacitas illa poteſt ſaciari aliquo obiecto finito. Sed fruendum eſt quocunque ſatiante capacitatem fruentis, ergo &c. Item aliquid eſt maius capacitatę animæ, vt deus, qui ſufficit ſibiipſi, & aliquid eſt minus capacitate eius, vt corpus, ergo aliquid eſt medium ſcilicet ęquale capacitati eius, illud erit minus Deo, ergo &c. Item firmius aſſentit intellectus alij vero, quam primo vero, ergo a ſimili, intenſius poteſt voluntas aſſentire alij bono, quam primo bono. Itē quęcunque forma naturalis ſatiat capacitatem materiæ, igitur quodcunque obiectū ſatiat capacitatem potentię. conſequentia probatur, quia potentia per formam in ipſa receptam reſpicit obiectum, & ita ſi forma vna recepta ſatiat appetitum īntrinſece, ſequitur, quod obiectum, quod reſpicitur a potētia per iſtam formam, etiam ſatiat appetitum extrinſece, ſeu termina-

minatiue, abſens probatur, qa ſi aliqua forma non ſatiaret, ergo ſtante iſta forma materia inclinaretur ad aliã naturaliter, & per conſequens ſub iſta quieſceret violenter, nam quodcunque prohibens aliquod ab illo, ad quod eſt inclinatio naturalis ipſius eſt violentum ſibi, ſicut apparet de quiete grauis extra locum ſuum. Ad oppoſitum eſt Aug. primo, de doc. chriſtiana cap. 1. Res quibus fruendũ eſt ſunt pater, filius, & ſpiritus ſanctus, & hi tres sũt vna res, ergo &c.

AD ISTAM queſtionem, primo diſtinguam de fruitione ordinata, & in comuni ſũpta. Secundo dicam de obiecto fruitionis ordinatæ, Tertio de obiecto fruitionis in cõmuni, Quarto, quomodo ſit intelligendum fruitionem eſſe circa finem, ſiue vere vltimum, vt in ſecundo articulo, ſiue non vere vltimũ, vt in tertio articulo.

DE PRIMO dico, quod fruitio in cõmuni excedit fruitionem ordinatam, quia quandocunque potentia non determinatur ad actum ordinatum ex ſe, actus eius in communi vniuerſalior eſt actu eius ordinato, voluntas autem nõ determinatur ex ſe ad fruitionem ordinatam, quod patet, quia ſumma peruerſitas eſt in fruendo vtendis ſecundum Aug. 83. q. queſtionum .q.30. ergo &c. Eſt autem fruitio ordinata, qualis nata eſt eſſe recta, quando ſcilicet ordinatur ſecundum circũſtantias debitas, fruitio autem in communi eſt, ſiue habeat illas circunſtantias ſiue non.

QVANTVM ad ſecundũ, videtur eſſe opinio Aui. quod ordinata fruitio poteſt eſſe circa aliud a fine vltimo, quod ꝓbatur ex dictis eius. 9. Metaph. cap. 4. vbi vult, quod intelligentia ſuperior per actum ſuũ intelligendi producit inferiorẽ, tunc autem videtur productum eſſe perfectum, quãdo attingit ſuum principium productiuũ, ſecundum illam propoſitionẽ 35. proculi, quod vnum quodque natum eſt conuerti ad illud, a quo procedit. In tali autem reditu videtur eſſe circulus cõpletus, & ita perfectior, ergo intelligentia producta perfecte quietatur in intelligentia producente.

CONTRA iſtud, potẽtia non quietatur, niſi vbi eſt obiectum ſuum perfectiſſime, & in ſummo obiectum potẽtiȩ fruẽtis eſt ens in communi ſecundum Aui. 1 Metaphy. c. 5. ergo non quietatur potentia fruens, niſi vbi eſt perfectiſſimum ens, hoc eſt ſmmum tantum. Item potẽtia, quȩ inclinatur ad multa obiecta per ſe, modo quietatur in aliquo vno perfecte, niſi illud includat omnia per ſe obiecta, quantum poſſunt includi in aliquo vno, ſed potentia fruens inclinatur ad omne ens, ſicut ad per ſe obiectũ, ergo nõ quietatur in aliquo vno ente, niſi illud includat omnia entia, quãtum poſſunt includi in aliquo vno, poſſunt autem tantum perfectiſſime includi in uno ente infinito, ergo potẽtia poteſt tantum quietari ibi in ſummo. Item intelligentia inferior videns ſuperiorem, aut videt eam eſſe finitam, aut credit eam eſſe infinitam, aut nec videt eius finitatem, nec infinitatem. Si credit eam eſſe infinitam,





tam, ergo non beatificat̃ in ea, quia ſtultius nihil poteſt dici, q̃ ꝙ falſa opi. aĩa ſit beata ſecũdũ Aug. 11. de ci. Dei. c. 4. Si autem nec videt eius finitatẽ, nec infinitatẽ, nõ videt eã perfecte, nec ſic eſt beata. Si aũt videt eã eſſe finitã, igit̃ põt ĩtelligere aliquid poſſe eã excedere, ita. n. experimur in nobis, ꝙ poſſumus apprehendere vltra quodcũq; bonum, aliud quod oſtenditur maius bonũ, & ꝑ conſequẽs poteſt appetere vel amare illud maius bonũ, & ita non quietatur in illa intelligẽtia. Item duco rationem eius ad oppoſitũ, quia ſecunda intelligentia ſi cõcedatur ſibi ꝙ cauſat tertiã, nõ cauſat eã in virtute ꝓpria, ſed virtute primȩ, ergo non finit eã virtute propria, ſed in virtute aliena, qđ aũt finit aliquid in virtute alterius finis, vt vltimus finis, nõ quietat illud, ergo &c.

*Bonauentu. in 1. di. 1. arti. 2. q. 3. ratione 3. ante oppoſitum.* Alij arguũt contra iſtã opinionem, quia anima imago Dei eſt, ergo eſt capax eius ſcđm Augu. 14. de tri. ca. 8. vel 15. Eo inquit, imago eius eſt, quo eius capax eſt, eiuſq; particeps eſſe poteſt. ex hoc ſic, quicquid eſt capax Dei ꝑ nihil minus Deo ſatiat̃, ergo &c. Sed iſta ratio nõ ꝓcedit cõtra philoſophos, quia p̃miſſa aſſumpta de imagine, eſt tantũ credita, non naturali ratione cognita, ratio. n. imaginis quã nos concipimus, fundatur in aĩa in reſpectu ad Deũ, vt eſt trinus, & ideo non cognoſcitur naturaliter, qa nec extremũ ad ꝙ eſt cognoſcit̃ a nobis naturaliter.

*Tho, 1. parte ſum. q. 12. ar. 1.* Alij arguũt cõtra rõnẽ eiꝰ, qa aĩa ĩmediate creatur à deo, igit̃ in Deo immediate quietat̃. Sed huiꝰ rõnis ãcedẽs eſt tãtũ creditũ, & negaretur ab eo, quia ipſe ponit eam immediate creari ab vltima intelligentia, & infima. Similiter conſequentia hæc non valet, ſicut nec etiam ſimilis conſequentia facta pro opi. Aui. Accidit. n. ꝙ coniungantur in eodem ratio primi effectiui, & ratio finis, nec quietat inquantum principium effectiuum, ſed inquantũ obiectum perfectiſſimum, alioquin aĩa ſenſitiua noſtra, quæ creatur a Deo (ſecundum vnam opinionem) non poſſet perfecte quietari niſi in Deo. In propoſito igitur idẽ eſt efficiens, & finis, quia in efficiente eſt plenitudo perfectionis obiecti, nõ aũt in ratione efficientis vnde efficiens eſt, includitur ratio finis vel quietatiui. *Vide in 2. diſt. 18.* Teneo igit̃ quãtum ad hunc articulũ hanc concluſionem, ꝙ fruitio ordinata hẽt tm̃ vltimũ finẽ pro obiecto, qa ſicut tm̃ aſſentiẽdũ eſt ꝑ intellectũ primo vero ꝑꝑ ſe, ita tantũ aſſentiendũ eſt primo bono, per voluntatem propter ſe.

DE TERTIO articulo dico, ꝙ obiectum fruitionis in cõmuni eſt finis vltimus vel verus finis, qui. ſ. eſt finis vltimus ex natura rei, vel apparẽs, qui. ſ. oſtenditur a ratione errante, tãquàm finis vltimus, vel finis p̃ſtitus, quem ſcilicet voluntas ex libertate ſua vult, tanq̃ finẽ vltimũ, duo prima mẽbra ſatis patent. Tertiũ probo, quia ſicut in poteſtate voluntatis eſt velle & nõ velle, ita in poteſtate eius eſt modus volendi. ſ. referre, & nõ referre, quia in poteſtate cuiuſcunq; agentis eſt agere, & modus agẽdi, ergo in poteſtate ſua eſt aliqđ bonũ velle ꝓpter ſe; nõ referẽdo ad aliud bonũ, & ita ſibi præſtituendo finem.

DE QVARTO articulo dico quod ratio finis non eſt ꝓpria ratio obiecti fruibilis, nec in fruitione ordinata, neque in fruitione communiter ſumpta. Quod non in ordinata patet. Tum, quia tunc reſpectus includeretur in obiecto beatifico inquantum beatificum. Tũ, quia iſte reſpectus eſt ens rationis tantũ. Tum, quia ſi per impoſſibile eſſet aliud obiectum ſummum bonum, ad quod nõ ordinaret iſta voluntas, ſicut ad finẽ, adhuc illud obiectũ quietaret in quo tamen per poſitũ, non eſſet ratio finis. Reſpectu ergo fruitionis ordinatę ratio finis ſecundũ veritatem cõcomitatur obiectũ fruibile, vel forte in apprehẽſione pręcedit fruitionem, in fruitione inordinata finis apparentis, ratio finis concomitatur apparenter obiectũ fruibile, & forte in apprehenſione preuia, pręcedit frutionẽ eliciendã, quaſi ratio obiecti alliciens. Sed in fruitione finis pręfixi, ratio finis ſequitur actum, quia vel dicit modum actus, vel modũ obiecti, vt talis finis præfixus actu terminat ipſũ actũ, quia voluntas appetendo illud pp ſe, tribuit ſibi rõnem finis.

AD PRIMVM principale argumentũ, dico, ꝙ frui accipitur extenſiue, pro amore honeſti diſtincto cõtra amorẽ vtilis, & delectabilis, vel bona honeſta dicũtur ibi pluraliter, nõ propter pluralitatẽ eſſentiarũ, ſed ꝓpter pluralitatẽ perfectionũ in Deo fruibiliũ. Ad ſcd̃m dico quod relatio aliqua finita, neceſſario ẽ ad terminũ, vel obiectũ infinitũ, quia quod eſt ad finẽ inquantũ tale, eſt finitũ etiam acceptũ, ut eſt omnino ꝓximũ fini, cum omnibus. ſ. quę ſufficiũt ad ĩmediate attingẽdũ finem ultimũ, & tamen relatio finis, ad quem eſt illud, immediate non fundatur, niſi in infinito, & hoc freqũeter accidit in relationibus ꝓportionaliũ, & non ſimiliũ, quia ibi prima extrema ſunt maxime diſſimilia. Ita dico in ꝓpoſito, qđ inter potentiã & obiectũ nõ eſt relatio ſimilitudinis, ſed ꝓportionis, & ideo bene poteſt capacitas in natura eſſe finita, ſicut & natura eſt finita, & tamen eſſe ad obiectũ infinitum, ſicut ad ſuũ correlatiuum. Sicut quodcunq; ens ad finem, quantuncunque ſit infinitum, nunquam tamen ad finem vltimũ refertur, niſi illud ſit infinitũ. Contra obiectum adæquatũ ſatiat. Rñdeo non adæquatum realiter ſatiat. Sed in ratione obiecti, talis adęquatio eſt ſecundũ proportionẽ & correſpondentiã. Vel aliter dicendum ad ſecundũ, & in idẽ redit, quod licet appetitus creaturę, ſit finitus ſubiectiue, non tamen obiectiue, quia eſt ad infinitũ. Et cũ arguĩ de adæquatione, dicendũ quod duplex eſt adæquatio, una in entitate, & hæc requirit ſimilitudinem in natura eorũ q̃ adęquãtur, & de hoc verũ eſt quod arguitur, alia eſt adæquatio in ꝓportione, q̃ neceſſario exigit diuerſitatem extremorũ, & hæc nullo modo põt adęquari. Exẽplũ đ adęquatione inter materiã & formã.

Per idem ad tertiũ dico quod nihil eſt maius, in ratione obiecti obiecto ꝓportionato animę aliquid tamẽ eſt maius, hoc eſt maiori modo attingibile, quã poſſet ab aĩa attingi. ſed iſta maioritas nõ eſt in obiecto, ſed in



in actu, ꝙ declaro in exẽplo Si ponaĩ aliqđ albũ viſibile ſcd̃m decẽ gradus, ponaĩ viſus capiẽs iſtã albedinẽ, vel illud albũ ſecũdũ vnũ gradũ, & aliꝰ viſus ponaĩ perfectior iſto ſecundũ decẽ gradus, iſte viſus perfecte capiet iſtud albũ, quantum ad omnes gradus viſibilitatis eius, ita ꝙ videbit ipſũ quantũ eſt viſibile ex pte obiecti, & tamẽ ſi fuerit tertius viſus acutior iſto ſecũdo perfectius videbitur idẽ album vñ non erit ibi exceſſus ex pte graduũ obiecti, ſed tãtũ ex pte actus vidẽdi. Ad quartũ dico ꝙ non quęcũque forma ſatiat appetitũ materię totaliter extẽſiue, tot.n. ſunt appetitus materię ad formas, quot ſunt formę receptibiles ĩ materia, nulla igitur vna forma põt per ſe ſatiare oẽs appetitus materiæ ad formas, ſed vna ſatiat pfectiſſime, ſ. forma pfectiſſima, illa tñ nõ ſatiat oẽs appetitus materię, niſi in illa vna forma oẽs formæ includerentur. Ad quintũ dico, quod intellectus aſſentit vnicuique vero ſecundũ euidentiam ipſius rei, quã natũ eſt de ſe facere in intellectu, & ideo non eſt in ptãte intellectꝰ firmiꝰ, vel minus firmiter aſſentire vero, ſed tantũ ſecundũ ꝓportionem ipſius veri, mouentis intellectũ, in ptãte aũt voluntatis eſt intẽſius aſſentire bono, vel nõ aſſentire, licet impfectius viſo, ideo cõſequẽtia nõ valet. Ad ꝓpoſitũ dico, ꝙ vnũ obiectũ põt includere omnia obiecta aliquo mõ, & ideo illud ſolũ obiectũ pfecte qetat potentiã, quantum põt quietare, ſicut fuit argutũ in 2. arti. cõtra Auicẽ. nõ tamẽ eſt omnino ſimile de qete, intus, & extra, quia quodcũque receptiuũ quietaĩ intra, aliquo finito recepto, ſed extra, ſiue terminatiue, nõ oportet, ꝙ finito quietetur, quia ad pfectius extra põt ordinari, quã poſſit in ſe recipe formaliter, quia finitũ non recipit formã, niſi finitam, tamen bene habet obiectum infinitum. Tũ ꝓbatur, quia quęlibet forma qetat materiã ſuã, quia aliter ſub quacũque quieſceret violenter, dico, ꝙ quies violenta nũquã eſt, niſi quieſcens determinate inclinetur ad oppoſitũ, ſicut exemplificaĩ de graui reſpectu deorſũ, vel deſcẽſus, & quiete eiꝰ ſuper trabem, materia aũt prima ad nullã formã determinate inclinatur, & ideo ſub quacũque quieſcit, nõ violẽter, ſed naturaliter qeſcit, ꝓpter indeterminatam inclinationem ad quancunque.

QVAESTIO II.

SECVNDO quero. Vtrum vltimus finis habeat tãtum vnam rationẽ fruibilitatis? an in ipſo ſit aliqua diſtinctio ſecundũ quã voluntas poſſit eo frui ſecũdum vnam rationem, & nõ ſecundũ aliam? Et quod ſit in eo talis diſtinctio, probo, quia. 1. Ethy.c.7. Amplius aũt, quia bonũ ęqualiter dicitur enti, &c. Dicit phyloſophus, & cõmentator, ꝙ ſicut ens, & vnũ ſunt in omni genere, ita & bonũ; & ſpecialiter ibi loquitur de relatione, ergo relatio habet propriam bonitatẽ, igitur & propriã fruibilitatem, & pconſequens cum ſit ipſa in Deo alia & alia, erit in Deo alia & alia ratio fruibilitatis. Pręterea, ſicut vnũ cõuertiĩ cũ ente, ita & bonũ, ergo cũ trãsferãtur ad diuina, æqualiter

trãsferent̃, ergo ſicut vnũ eſt ibi eſſentiale, & ꝑſonale, ita bonũ, & bonitas. Sicut igit̃ ĩ Deo sũt tres vnitates, ſic & tres bonitates, & ꝑ conſequẽs hr̃ ꝓpoſitũ. Præterea actus nõ terminat̃ ad obiectum, inquantũ numerat̃, niſi obiectũ, vt eſt formale obiectũ, numeret̃, ſed act⁹ fruẽdi terminat̃ ad tres ꝑſonas, inquãtũ tres. ergo obiectũ fruitionis, inquãtũ obiectũ formale numeratur. ꝓbatio minoris, credimus in Deũ inquantũ trinus, igit̃ videm⁹ Deũ, inquantũ trinus, qa viſio ſuccedit fidei, ſcd̃m totam ei⁹ ꝑfectionẽ, ergo fruemur deo inquantũ trinus. Ad oppoſitũ,

9. Meta. tex. cõ. 8.

in oĩ ordine eſſentiali eſt tantũ vnũ primũ, igit̃ in ordine eſſentiali finiũ eſt tm̃ vn⁹ finis, fruitio autẽ eſt reſpectu finis, ergo &c. Itẽ primo efficiẽti correſpõdet vltim⁹ finis, ſed eſt tm̃ vnũ efficiẽs primũ. & ſub vna rõne, igit̃ tm̃ vnus finis. Itẽ cõfirmat̃ rõ, qa tãta eſt vnitas efficiẽtis, ꝙ nõ põt efficere vna ꝑſona, nõ efficiente alia, igit̃ ſimiliter tãta erit vnitas finis, ꝙ nõ poterit vna ꝑſona finire, alia nõ finiẽte, & ſic ſequit̃ ꝓpoſitũ. Iſta etiã ſcd̃a rõ cõfirmat̃ per Aug. 5. de tri. c. 14. vel 34. Fatẽdũ inqt eſt patrẽ, & filiũ vnum eſſe principiũ ſpũſſancti, ad creaturã vero pr̃, & fili⁹, & ſpũſſanctus, vnum principiũ, ſicut vnus creator, & vn⁹ dñs. Itẽ ſicut ĩ Deo eſt vna maieſtas, ita ẽ vna bonitas, ſed ꝑꝑ vnã eius maieſtatẽ debet̃ ei tm̃ vna adoratio ſcd̃m Dam. li. 1. c. 9. ita ꝙ nõ cõuenit adorare vnã perſonã, nõ adorãdo alias, ergo ẽt nõ contingit frui vna ꝑſona, non fruẽdo alia vel alijs.

ISTA Queſtio poſſet habere quadruplicẽ difficultatẽ ſcd̃m quadruplicẽ diſtinctionem in diuinis. Prima eſt diſtinctio eſſentiæ a perſonis. Secũda diſtinctio ꝑſonæ a ꝑſona. Tertia eſſentiæ ab attributis. Quarta eſſentiæ ab idæis. De tertia & quarta mõ non dicã, quia non eſt oſtenſum, qualis ſit iſta diſtinctio, nec vtrũ iſta diſtinctio pertineat ad fruitionẽ tãtũ, igitur de duabus diſtinctionibus primis, nũc dicendũ eſt. Et quãtum ad iſtas diſtinctiones, vidẽdũ eſt primo de fruitione viatoris, quantũ ad poſſibilitatem eius. Secũdo de fruitione cõprehenſoris, & hoc loquẽdo de potentia Dei abſoluta. Tertio de fruitione, cõprehẽſoris, loquendo de potẽtia creaturę. Quarto de fruitione cõprehenſoris & viatoris, loquendo de facto.

DE PRIMO dico, ꝙ poſſibile eſt viatorem frui eſſentia nõ fruendo ꝑſona, & hoc frui, tione ordinata, qđ probatur, qa ſcd̃m Aug. 7. de tri. c. 1. vel 5. ſi eſſentia, relatiue dicitur, nõ eſt eſſentia, qa omnis eſſentia qua relatiue dicitur, eſt aliquid excepto relatiuo, ex quo concludit 3. c. quapropter ſi pater non ſit aliquid ad ſe, non erit aliquid, qđ ad alterũ dicatur. Eſt igitur eſſentia aliquod obiectum conceptibile, in cuius conceptu nõ includitur relatio, ergo ſic poteſt concipi a viatore. Sed eſſentia ſic concepta, hẽt rõnẽ ſummi boni. igit̃ & ꝑfectã rõnẽ fruibilis, igit̃ contingit ea frui, ẽt ordinate. Et confirmat̃ ratio, quia poſſibile eſt concludi ex puris naturalibus eſſe vnum ſummũ bonũ, & tñ ex illis naturalibus non cognoſcet homo Deum, vt trinus eſt. ergo circa ſummũ bonũ ſic cognitũ poteſt habere aliquem

patet. 11. Meta. t. alibi & quo infra diſt. 1. q. 1.



quẽ actũ volũtatis, & non neceſſario inordinatũ, igitur habebit actũ fruitionis ordinatũ circa eſſentiã, & non circa ꝑſonas, vt nos concipimus perſonas. Econuerſo autem non eſt poſſibile, ꝙ fruatur ordinate perſona, non fruendo eſſentia, quia perſona in ratione ſui includit eſſentiam. Secundo etiam dico, ꝙ viator poteſt frui ordinate vna perſona, non fruendo alia. Quod probo, quia reſpectu trium perſonarum ſunt articuli diſtincti fidei, poteſt ergo concipi vna perſona cui correſpondet vnus articulus, non cõcipiendo aliam perſonam, cui correſpondet alius articulus, & tunc in iſta perſona concipitur ratio ſummi boni, poſſibile eſt ergo frui iſta perſona ſic concepta, non fruendo alia. Si dicas, ꝙ perſona eſt correlatiua. igitur ſi concipitur, & ſuum correlatiuum concipitur. Reſpondeo, ꝙ & ſi cognitio relatiui requirat cognitionẽ correlatiui, nõ tamẽ oportet cognoſcentẽ & fruẽtem vno relatiuo, cognoſcere & frui ſuo correlatiuo, qa poſſibile eſt frui Deo, inquantũ creator, non fruendo creatura, quæ terminat illam relationẽ. Similiter, licet dicatur pater relatiue ad filium, & ideo nõ poſſet intelligi, inquantum pater, ſine filio, non tamen dicitur relatiue ad ſpiritum ſanctum, inquantum pater. ergo poſſibile erit concipere patrẽ, vt patrẽ, & frui eo non concipiendo, neque fruendo ſpiritu ſancto.

Henr. quo li. 2. q. 7. quære cũ alibi & alies.

DE SECVNDO articulo dr̃, ꝙ non eſt poſſibile de potentia Dei abſoluta, ꝙ aliquis comprehẽſor fruatur eſſentia, non fruendo perſona. Et hoc probat̃ primo de viſione, ꝙ. ſ. non ſit poſſibile abſolute aliquem intellectum videre eſſentiã, non videndo perſonã, probatur primo ſic. cognitio confuſa eſt imperfecta, viſio aũt illius eſſentię non poteſt eſſe cognitio imperfecta, igitur non poteſt eſſe cognitio confuſa, ſed ſi eſſet tantum viſio eſſentiæ, & non perſonę, eſſet viſio confuſa, quia eſſet viſio alicuius communis ad perſonas, & non illarũ perſonarũ, quod vr̃ inconueniens. Secundo ſic. viſio eſt exiſtentis, vt exiſtens eſt, & vt præſens eſt videnti ſecundũ exiſtentiam ſuã, & in hoc diſtinguitur viſio ab intellectione abſtractiua, quia poteſt eſſe non exiſtentis, vel exiſtentis, nõ inquantum in ſe præſens. Et eſt in intellectu iſta diſtinctio inter intellectionem intuitiuam, & abſtractiuam, ſicut in parte ſẽſitiua eſt diſtinctio inter actũ viſus, & actum phantaſiæ. illa aũt cognitio eſſentiæ diuinę erit intuitiua, ergo erit exiſtentis, vt per ſe exñs eſt, & in exiſtentia pñtis virtuti cognoſcenti, non exiſtit aũt eſſentia niſi in perſonis, ergo nõ poteſt eſſe viſio eius, niſi in perſona. Itẽ non poteſt aliquid cognoſci cognitione intuitiua, in quo ſunt aliqua plura diſtincta ex natura rei, niſi ẽt illa diſtincte videantur. Exemplum. albedo non videtur diſtincte, niſi videantur omnes partes eius, quæ ſunt in baſi piramidis, quæ partes diſtinguuntur ex natura rei, igitur non diſtincte videtur eſſentia, niſi ẽt videantur perſonæ. Ex his arguitur ad propoſitũ, quãtũ ad ſecundã diſtinctionẽ. ſ. ꝑſonarũ inter ſe, qa ſi non poteſt videri eſſentia niſi

in perſona, & non magis vr̃ in vna ꝑſona, q̃ in alia, quia æque immediate vr̃ ſe habere ad qualibet ꝑſonā, ergo poteſt videri, niſi videatur in qualibet perſona, & ita non videtur in vna ꝑſona, niſi videatur in alia. Vlterius etiā arguitur ad propoſitū, quantū ad frui, quia volūtas nō pōt magis abſtrahere obiectū ſuū, q̃ intellectus oſtendere, igitur ſi intellectus nō pōt diſtincte oſtendere eſſentiā ſine perſona, vel vnā ꝑſonā ſine alia, ergo nec voluntas poterit diſtincte frui. Hoc ēt cōfirmatur ſic quia volūtas non pōt habere actum diſtinctū circa obiectū ex ꝑte obiecti, niſi ponat̃ diſtinctio in obiecto, vel re vel rōne, ſed ſi intellectus apprehēdit indiſtincte eſſentiā, & ꝑſonā, non erit diſtinctio ex parte obiecti, nec rei, nec rōnis, ergo voluntas nō pōt habere ibi actū diſtinctū ex parte diſtinctionis in obiecto primo, ꝙ nō rei patet, ꝙ nec ēt rōnis ꝓbo, quia intellectus nō diſtincte apprehendit hoc, vel illud. igitur nec diſtinguit hoc, & illud. Ex parte fruitionis arguitur ſic. fruitio quietat fruentē, ſed vna perſona nō perfecte qetat ſine alia, nec eſsētia ſine ꝑſona, quia tunc potētia quietata in illa, non poſſet vlterius in aliquo alio quietari, qa vltimate quietatū non eſt vlterius quietabile, & ꝑ cōſequens iſta potētia nō poſſet vlterius quietari in alia perſona, nec frui eā, quod falſum eſt. Itē ſi quietaretur in vna ꝑſona ſola, & patet ꝙ pōt frui alia, vel igitur fruitio iſtius ꝑſonę pōt eſſe cū fruitione alterius, vel erunt incōpoſſibiles, ita ꝙ vna non erit cū alia. Si primo modo, ergo duo actus eiuſdē ſpeciei, erūt in eādē potētia ſimul, quorum vterque æquat̃ capacitati illius potētiæ, quod eſt impoſſibile. Si ſecundo modo, igit̃ neuter actus eſt fruitio, qa neuter actus poterit eſſe perpetuus. Itē mēs eſt imago trinitatis, ergo non pōt quietari niſi in trinitate, ergo nec frui aliquo ordinate, niſi Deo trino

QVANTVM ad iſtū articulū de potentia abſoluta Dei, nō video cōtradōnē qn poſſibile ſit ex parte intellectus & voluntatis, ꝙ vtriuſq; actum terminet eſſentia, & nō perſona, vel vna perſona, & nō alia, puta, ꝙ intellectus videat eſſentiā, non perſonam, vel vnam perſonā, & nō aliā, & ꝙ volūtas fruatur eſſentia, nō ꝑſona, vel vna ꝑſona, & ñ alia. Hoc ꝑſuadet̃ ſic.

Pater prius origine, q̃ generet filiū eſt perfecte beatus, qa nullā ꝑfectionē ſibi intrinſecā habet ꝑſona ꝓducta, beatitudo enim eſt perfectio intrinſeca ꝑſonæ beatæ, ſed ſi in illo priori eſt pater ꝑfecte beatus, igitur in illo priori habet obiectū ꝑfecte beatificans, non vr̃ aūt in illo priori habere eſſentiā cōmunicatā tribus vt obiectū, ſed vt eſſentiā abſolute, vel eſſentiā, vt eſt in vna perſona præciſe, ergo nō eſt de rōne eſſentiæ, vt eſt obiectum beatificū, ꝙ beatificet inquātū eſt cōmunicata tribus, & ita non vr̃ contradictio, ſiue quātū ad fruitionem, ſiue quātū ad viſionem. Reſpondetur, ꝙ pater habet eſſentiā, vt in tribus ꝑſonis pro obiecto, & tñ primo ſcdm originē, quia ex ſe habet illā eſſentiā obiectam ſibi, & hoc eſt eſſe prius origine, nō eſt. n. ibi prioritas aliq̃ ſecun-

*Nota quid doc. in origenali ſu cancellauit totam iſtam litteram ſupra quam vides extra & continuauit ſic hoc perſuadetur ſic Actus omnis habet primum obiectum &c.*



dū quā obijciatur ſibi eſſentia, vt eſt in vna ꝑſona, nō vt in alia, ſicut nec in ipſa in aliquo priori naturæ obijcit̃ vni ꝑſonę, & nō alij, ſed tm̃ vni obijcit̃ ex ſe alij nō ex ſe. Cōtra. quælibet ꝑſona ītelligit formaliter ītellectu, vt eſt in ipſa, nō vt eſt in alia, nec vt eſt in tribus, vt patet Ex. 15. de tri. c. 7. vel 9. quęlibet ꝑſona intelligit ſub ipſi, igitur ita vr̃ ꝙ quęlibet intelligit ꝑfecte ꝑ ſe intelligendo eſſentiā, vt eſt in ſe formaliter, igitur ꝑfecta intellectio, q̃ eſt beatifica non neceſſario ex ſe requirit eſſentiā, vt in tribus ꝓbatio primæ cōſequentiæ, nō minus ad intellectionē requiritur intelligibile, q̃ intellectus. igit̃ in perfecto intelligente ex ſe, non minus requiritur, ꝙ habeat in ſe obiectum, vt formaliter intelligibile, q̃ ꝙ habeat intellectū in ſe, vt quo intelligat. Confirmatur rō, qa ſi pater intelligeret beatifica viſione eſſentiā, vt in filio, igit̃ aliquid quaſi reciperet a filio, vel ab aliquo, vt in filio, conſequentia ꝓbatur, ꝑ argumentū philoſophi. 12. Meta. quo probat Deū non intelligere aliquid aliud a ſe, qa tunc vileſceret eius intellectus, quia ꝑfectionē reciperet ab intelligibili, igit̃ ita hic. immo quod eſt maius inconueniēs, perfectionē ſimpliciter, puta viſionem beatificam, quaſi reciperet pater a tribus ꝑſonis, vt obiectis, vel ab aliquo, vt in tribus. Et tūc videntur ſequi duo abſurda, primū, ꝙ nō oēm ꝑfectionē habet pater a ſe, & ſic non eſſet prius origine. Aliud, ꝙ nō oīs perfectio ſimpliciter, & eſſentialis ſit aliquo modo prior proprietatibus, ſed aliqua quaſi poſterior ipſis ꝑſonis, puta iſta q̃ eſt ab obiecto, vt in tribus &c. Præterea. Si intellectus, vt non in ſe, ſed vt in aliquo ꝓducto, eſſet in principiū beatitudinis patris, pater non eſſet beatus a ſe, ergo ſi eſſentia, vt in producto eſſet per ſe obiectum beatitudinis, pater non eſſet beatus a ſe, conſequentia probatur, qa obiectum vt obiectum nō minus requiritur, ad beatitudinē, quàm intellectus. Reſpondeo, obiectum requiritur, vt pręſens non vt inexiſtens, intellectus requiritur, vt inexiſtens, quia eo formaliter intelligit pater, non ſic obiecto. hoc patet, quia nullus eſt beatus, niſi intellectu in exiſtente, eſt autem aliquis beatus obiecto non inexiſtente, & eſſet naturaliter beatus, ſi naturaliter haberet obiectum præſens, licet non inexiſtens, non ſic autem de intellectu. Contra quandocunque aliquid eſt a ſe tale, erit tale, ſi per impoſſibile quodlibet aliud non eſſet. Item pater non recipit aliquid a filio, vel ab aliquo, vt in filio, ſicut ab obiecto beatitudinis ſuæ, quia quod eſt a ſe, non requirit aliquid neceſſario ad ſui eſſe, quod non eſt a ſe, & hoc tanta neceſſitate, quanta dependens requirit illud a quo depēdet. Hæc ratio bene concludit, quod pater non tantum ex parte intellectus, ſed ex parte obiecti habet a ſe, vnde ſit beatus, & per conſequens eſſentiā, vt eſſentia beatificat, nō tantū vt in tribus, quia ita requiritur obiectum præſens a ſe, ſicut intellectus. ergo breuiter in ſumma a ſe beatus eſt pater vtroq; modo. ſ. intellectu, & eſſentia, quia fiat tale enthymema. a ſe bea-

*3. c. 51.*

beatus eſt pater, ergo hẽt obie-
ctum beatificum, vt beatificũ a
ſe, ergo non habet illud, vt in
tribus pro obiecto, quia tunc,
vt in filio per ſe quaſi ageret ad
beatitudinem patris. Reſpon-
deo cõparando eſſentiam, vt eſ
ſentia eſt, primum obiectũ bea
tificum ad patrẽ, licet ſimul ne
ceſſario beatificetur cũ tribus,
ita etiam neceſſario ſimul cum
tribus intelligit creaturas, non
tamen ab eis filio. ſ. & ſpiritu
ſancto recipit intellectionẽ ea-
rum, ſed ab eſſentia, tanquã ab
obiecto, quã habet à ſe. ita cõ-
parando eſſentiam diuinam ad
intellectũ creatũ, põt eſſe obie-
ctũ primũ ſine ſecũdo obiecto.

Modus ponẽdi eſt iſte. Actus
omnis habens primũ obiectũ,
a quo eſſentialiter dependet, &
obiectum ſecundũ a quo eſſen-
tialiter non dependet, ſed ten-
dit in illud virtute primi obie-
cti, licet non poſſit manere idẽ
actus, niſi habeat habitudinem
ad primũ obiectũ, poteſt tamen
manere idem ſine habitudine
ad ſecundũ obiectũ, quia ab eo
nõ dependet. Exemplũ. idẽ eſt
actus viſionis eſſentiæ diuinæ,
& aliarum rerum in eſſentia,
ſed eſſentia in ſe eſt primũ obie
ctũ, res viſæ, ſecũdariũ obiectũ,
non poſſet autem manere eadẽ
viſio, niſi eſſet eiuſdẽ eſſentiæ,
poſſet aũt manere abſq; hoc, ꝙ
eſſent res viſę in ea. ſicut igitur
Deus abſq; contradictione põt
cooperari ad actum illum, in-
quãtũ tendit in primum obie-
ctum non cooperãdo in ipſum,
inquantũ tendit in ſecundũ, &
tamen eſt actus idẽ, ita ſine con
tradictione põt cooperari ad vi
ſionẽ eſſentiæ, vel fruitionẽ, q̃a
eſſentia hẽt quaſi rõnem primi
obiecti, non cooperãdo eidẽ a-
ctui viſionis, vel fruitionis, inq̃-
tũ tẽdit in pſonã, & ita ĩ vnã, ꝙ
nõ in aliã, quia pſonæ habent
rationẽ obiecti quaſi ſecũdarij.

PER HOC ad argumẽta.
cũ primo dr̃ de viſione confuſa,
dico ꝙ vniuerſale in creaturis
diuidit̃ in ſuis ſingularib⁹, hoc
aũt qđ eſt diuidi, imp̃fectionis
eſt, ideo nõ cõpetit ei, qđ eſt cõ
mune in Deo, immo eſſentia di
uina q̃ de ſe eſt communis per-
ſonis, eſt de ſe hæc, ideo igit̃ eſt
cognitio alicuius vniuerſalis ab
ſtracta a ſingularibus, confuſa,
& imperfecta, q̃a obiectum eſt
confuſum, diuiſum in illis, quę
in ipſo confuſe concipiunt̃. hæc
aũt cognitio eſſentię diuinæ di-
ſtincta eſt, quia eſt obiecti, qđ
eſt de ſe hoc, & tamẽ non opor-
tet ĩ illo diſtincte cõcepto per-
ſonam diſtincte concipi, quia il
lud nõ eſt primus terminus vi-
ſionis, vel fruitionis, vt dictum
eſt. Ad ſcđm cum dr̃ de eſſentia
exiſtẽte &c. dico ꝙ neceſſarium
eſt terminum viſionis eſſe exi-
ſtẽs, inquãtũ exiſtens, nõ tamẽ
oportet, ꝙ ſubſiſtẽntia. i. incõ-
municabilis exiſtentia, ſit de rõ
ne termini viſionis, eſſentia au
tem diuina eſt de ſe hęc, & actu
exiſtens, licet non includat de
ſua rõne incommunicabilem
ſubſiſtentiã, & ideo ipſa, vt hęc,
põt terminare viſionẽ, abſque
hoc ꝙ videant̃ pſonæ. Exẽplũ,
album vr̃ intuitiue, inquãtum
exiſtẽs, & p̃ſens viſui ſcđm exi-
ſtentiã ſuã, non oportet tñ albũ
videri tanq̃ ſubſiſtẽs, vel ĩquã-
tũ hẽt rõnẽ ſuppoſiti, quia non
habet rõnem ſuppoſiti, nec ſup
poſitũ in quo eſt videt̃. Ad for-
mã argumẽti, patet ꝙ licet non
ſit viſio, niſi exiſtẽtis in quãtũ
exi-



exiſtens, & non eſt exiſtens, niſi
in perſona, nõ ſequit̃, igitur eſt
exiſtentis inquãtũ in pſona eſt,
ſed tantum debet inferri, ꝙ eſt
ſubſiſtentis, vel exiſtẽtis in ſub-
ſiſtente. Ad tertiũ dico, ꝙ prima
propoſitio eſt falſa, niſi qñ in il
lis ex natura rei diſtinctis ipsũ
primum viſum diſtinguitur, ſi-
cut patet in exẽplo tuo de baſi
pyramidis, nã albedo, & album
viſum diſtinguitur in partes, in
quibus vr̃, & ideo non diſtincte
videret̃ albũ, niſi illę partes in
quibus diſtinguit̃ albũ viſum,
diſtincte viderẽtur. In ꝓpoſito
aũt etſi perſonæ ex nã rei diſtin
guant̃, tñ eſſentia viſa non di-
ſtinguit̃ in eis, q̃a eſt de ſe hæc,
ideo poteſt diſtincte videri ſine
illis viſis, q̃ ſubſiſtunt in ea. Ad
aliã deductionẽ vlteriorem de
voluntate, etſi non oporteat re-
ſpõdere, quia antecedẽs eſt fal
ſum, & iam negatum, tamẽ q̃a
conſequentia non videtur ne-
neſſaria, poteſt reſponderi. cum
dr̃ ꝙ voluntas non plus abſtra-
hit, q̃ intellectus oſtẽdit. Dico,
ꝙ intellectus poteſt oſtendere
aliquod obiectũ primũ volũta
ti, & in iſto primo obiecto oſtẽ-
dere poteſt aliquod per ſe obie-
ctũ, ſed non primum, & vocat̃
hic obiectũ primũ totũ illud ad
qđ terminat̃ actus, & obiectum
p ſe, quod includitur p ſe vni-
tiue in obiecto terminante pri
mo. Vtraque aũt ratio ibi oſtẽ-
ſa ſufficit ad hoc, ꝙ volũtas ha
beat actũ ſuũ circa illud, nõ. n.
oportet, ꝙ voluntas velit totũ
primũ oſtẽſum, ſed poteſt velle
illud, qđ oſtẽditur in illo oſten
ſo, & ẽt non velle. Exẽplũ ponit̃
tale, in epiſcopatu oſtẽdit̃ ſacer
dotiũ, talis oſtenſio ſufficit ad
hoc ꝙ volũtas habeat velle, vel
nolle circa ſacerdotium, ita ꝙ
ex tali oſtenſione poſſit habe-
re velle circa epiſcopatũ, & nõ
circa ſacerdotium, tñ non eſt
niſi vna oſtẽſio, & oſtenſio vni⁹
obiecti primi, in quo tamen in
cludit̃ aliquid, vt per ſe obie-
ctũ, dico tũc, ꝙ voluntas nõ ab
ſtrahit vniuerſale a particulari,
vel ſingulari, ſed volũtati oſten
duntur plura obiecta per intel-
lectum, qui eſt antiquorũ plu-
rium incluſorũ in primo obie
cto, quorum vtrunq;, vt ſic oſtẽ
ſum poteſt voluntas velle, vel
non velle. Ad confirmationem
cum dr̃ obiectum, aut differt re,
aut ratione, Dico ꝙ differt ra-
tione. Et cum probatur, quòd
non, q̃a intellectus non diſtin-
cte concipit hoc ab iſto. Dico,
quòd non oportet ad diſtinctio
nem rationis, quòd intellectus
habeat illa ſicut obiecta diſtin-
cta, ſed ſufficit quòd in primo
obiecto cõcipiat aliquid. Ad il
lud de quietatione dico, ꝙ pa-
ter ęternus quietat̃ in eſſentia
ſua vt eſt in ſe. non ergo ſequi-
tur, ergo non põt quietari in eſ
ſentia, vt eſt in filio, vel ſpiritu
ſancto, ĩmo quietat̃ in eſſentia
ſua, vt cõicata eſt eis, & hoc ea-
dem quietatione, qua quietat̃
in eſsẽtia, vt eſt in ſe, qđ. n. quie
tatur primo in aliquo obiecto,
quietat̃ in illo in quocũq; eſt
ſcđm illũ modũ, ita hic, ſi bea-
tus pri⁹ fruat̃ eſſentia, poſtea p-
ſona, non quietat̃ vlteriori quiè
tatione, q̃ pri⁹ q̃etabat̃, ſed ea-
dẽ quietatione, ĩquãtũ obiectũ
q̃etãs terminat, vt ĩ aliquo, &
pri⁹ nõ terminabat vt ĩ illo. Per
hoc ad vltimũ argumentũ dico,
ꝙ nõ erũt ibi duo act⁹, q̃a q̃cun
que act⁹ ẽ ibi fruitionis, vel vi-
ſionis ẽ obiecti primi, ſub vna
ratione

ratione formali, ſed iſte actus vnus põt eſſe obiecti p ſe, virtute primi obiecti, vel poteſt eſſe tãtum ipſius obiecti primi, nec ergo erunt duo actus eiuſdem ſpeciei ſimul, nec ſucceſſiue.

Ad illud de imagine, reſponſionem quære. Poteſt dici quòd concludit de facto regulariter, & de potentia ordinata, licet oppoſitum eſſe poſſet de potentia Dei, abſoluta. Vel dicatur ꝙ cõſequentia non valet, quia licet de Deo trino voluntas fruatur, non tamen vt trino, quære infra ſoluendo. 3. principale huius. q. & ſupra contra opi. Aui. q. 1. huius diſt. & alibi vt ſcis, ad illud motiuum de imagine.

QVANTVM ad tertium articulum de potentia creaturę dico, ꝙ intellectus nõ poteſt de potentia ſua naturali videre eſſentiam, nõ videndo perſonas. quia, cũ intellectus de ſe ſit potentia naturalis, & non libera, agente obiecto, intellectus agit quantum poteſt, ergo ſi obiectũ ex parte ſui agit manifeſtando tres perſonas intellectui, non eſt in poteſtate intellectus, vt videat aliquid oſtenſũ, & aliquid non videat. Similiter non eſt in poteſtate voluntatis ordinate frui ſic, non fruendo ſic, quia ſicut non eſt in poteſtate voluntatis ordinate manentis, vt nõ fruatur. ſi enim non frueretur non impedita in hoc peccaret, & mereretur non frui, ita non eſt in poteſtate volũtatis, vt ordinate fruatur aliquo & non fruatur quocunque poteſt frui, & ideo non eſt in poteſtate volũtatis ordinatæ manentis ſub aliqua ratione nõ frui, ſub qua poteſt frui.

*Aliorum.*

Sed de poteſtate abſoluta voluntatis eſt magis dubiũ, tamẽ ibi poteſt dici, ꝙ non eſt in poteſtate voluntatis frui ſic, & nõ frui ſic, quia, licet in poteſtate voluntatis ſit aliquis actus, vt ponat̃ in eſſe, vel non ponatur, tamen nõ eſt in poteſtate eius, vt actus poſitus in eſſe, habeat illam conditionem, vel non habeat, quæ naturaliter competit actui ex ratione obiecti, Exemplum, licet, in poteſtate voluntatis ſit elicere actum peccati, vel non elicere, tamen ſi actus poſitus in eſſe habeat deordinationem ex natura ſui, non eſt in poteſtate volũtatis, vt actus ſic poſitus in eſſe ſit, vel non ſit deordinatus, actus autem fruitionis, quantũ eſt ex natura ſui primi obiecti natus, ẽ vt ſit triũ perſonarũ in eſſentia, quia non ponẽdo aliquod miraculum ex parte obiecti, erit de ſe trium. ergo non videtur eſſe in poteſtate voluntatis, vt actus poſitus in eſſe ſit eſſentiæ vt in tribus, vel non vt in tribus. Si dicas, ꝙ iſta ratio concludit ꝙ nõ eſt in poteſtate Dei, vt actus ſit eſſentiæ, & non triũ perſonarũ. Dico, ꝙ nõ ſequit̃, nã actus alicuius elicitus eſt in poteſtate Dei quantum ad aliquam conditionẽ, quæ naturaliter ſibi cõpeteret ex obiecto, & tñ non eſt in poteſtate creaturæ quantum ad illam cõditionem. Exẽplũ, in poteſtate Dei eſt vt actus elicitus a voluntate peccante referatur ad Deum, quia Deus refert illum actum ad ſe, non tamen eſt in poteſtate voluntatis quando poſitus eſt in eſſe, vt illo vtatur ad Deũ, quia illo actu fruitur creatura, non poteſt autẽ ſimul eodẽ actu vti ad Deũ & frui alio a Deo. Exemplum

iſtud



iſtud non videtur bonum, quia actus iſte peccantis refertur ab vna potentia non ab alia. Dimittatur exemplum illud, & teneatur ratio, quia accidens neceſſario, conſequens actum poſitum poteſt nõ ineſſe manente actu, & hoc ſubeſt voluntati diuinæ non autem voluntati creatæ eliciẽti actũ. Ita dicat̃ de cõdõne, q̃ actus natus eſt habere reſpectu obiecti ſecundarij neceſſario, quantum eſt ex ſe, nõ tñ eſſentialiter, ideo ſubeſt voluntati diuinę, vt illa conditio nõ inſit. Contra qcquid nõ eſt neceſſario concomitatur actũ, eſt in potentia volũtatis elicientis illum. Vel ſic, quæcunque non neceſſario ſimul reſpiciũtur ab actu voluntatis, nec etiã ab ipſa, vt elicit actum. vel ſic, quæcũque ſeparari poſſunt, vt terminent actum voluntatis, poſſunt etiam ſeparari reſpectu potentiæ, vt elicit actum.

QVANTVM ad quartũ articulum de facto. dico ꝙ de facto erit vna fruitio, & vna viſio eſſentiæ in tribus perſonis, hoc dicit Aug. 1. de tri. c. 10. in fine: quia neuter ſine altero oſtendi poteſt, de pr̃e & filio, quod intelligendum eſt de potentia ordinata, de qua locutus eſt Phillippus volens patrem ſibi oſtendi, quaſi potuiſſet de facto vidiſſe filiũ ſine pr̃e, & Aug. tractat ibi de verbis Philippi, & rñſione Xp̃i, hoc etiã vult Aug 15. de tri. c. 16. Omnẽ inquit ſcientiã noſtrã vno ſimiliter conſpectu forte videbimus, & quod dicit forte, non refertur ad obiectum beatificum, ſed ad alia videnda in eo. Similiter dico de viatore, ꝙ de facto fruitio hĩtualis ordinata, neceſſario ſimiliter eſt trium perſonarũ, licet aliquando nõ actualis, nullus enim viator nec cõpræhenſor ordinate, põt frui vna pſona, non fruendo alia, hoc eſt niſi habitualiter fruat̃ alia, hoc eſt, ꝙ ſit in proxima diſpõne fruẽdi alia. ſi diſtincte illa concipiatur ab illo & iõ non ſtat fruitio vnius perſonæ cũ odio alterius perſonæ, quia ſicut dicit ſaluator in Ioã. c. 15. Qui me odit, & patrẽ meũ odit.

AD ARGVMENTA principalia. Ad primũ de primo Ethycorũ dico, ꝙ bonũ vno modo conuertitur cum ente, & iſto mõ bonũ põt poni in quolibet gñe, ſed bonũ, vt ſic, non habet rõnẽ obi fruibilis, & iõ non oportet, ꝙ in quocunq; ſit bonũ, hoc mõ ſumptũ, ꝙ ſit ibi ꝓprie rõ obi fruibilis, rõ enim boni fruibilis nõ eſt rõ boni in cõi, ſed boni pfecti, ꝙ eſt bonũ non habens defectũ, vel ſaltem ſcd̃m apparẽtiã eſt tale, vel ſecundũ p̃fixionẽ volũtatis, qualis non eſt relatio. Ad ſcd̃m dr̃, ꝙ illa q̃ vniformiter reſpiciunt eſſentiã, & pſonã, tm̃ ſunt eſſentialia, ſed q̃ tm̃ conueniunt pſonæ, ſunt p̃ciſe pſonalia, quę aũt ſub alia rõne reſpiciũt eſſentiã, & ſub alia rõne pſonã, ſunt & eſſentialia, & pſonalia, primo mõ ſe hẽt bonũ, ſcd̃o mõ ſe hẽt paternitas, tertio mõ ſe habet vnũ, qa indiuiſio ſub vna ꝓpria rõne ptinet ad eſſentia, & ſub alia propria ratione pertinet ad perſonas. Sed contra iſtius cãm q̃rit argumẽtũ. Arguit enim cũ hæc duo videant̃ eſſe æque conuertibilia cũ ente, & ad diuina transferri, ꝙ æqualiter vtrunq; erit eſſentiale tm̃, vel vtrũq; eſſẽtiale, & pſonale. Ideo eſt alia reſponſio, ꝙ obiectũ fruitionis opor-

*Hẽr. quili. 1. q. 1. Vua. di. præſenti. q 5. ſoluẽdo ſecũdã rationẽ cõtra primã opi habet expreſſe hec.*

*Hic dimiſit doctor in originali ſpatium vacuũ vſque ibi. ſ. Ad tertiũ dico &c.*

oportet quod ſit aliqua bonitas
quiditatiua, & non pfectio ſup
poſiti, quia perfectio ſuppoſiti
vt diſtinguitur contra perfectio
nē quiditatiuā, nec eſt forma-
liter ratio agēdi, nec eſt forma-
liter rō termini alicuius actio-
nis, perfectio autem quiditati-
ua, nō eſt niſi pfectio abſtracta
a ſuppoſito, q̄ de ſe reſpicit oē
ſuppoſitū indifferēter, & iō bo-
nitas, vt terminat actū fruēdi,
oportet ꝙ ſit tm̄ perfectio qdita
tiua, vnitas aūt pōt eſſe & pfe-
ctio qditatiua, & rō ſuppoſiti,
qa nō dicit rōnē de ſe principij
actus, nec rōnē formalē termi-
ni alicuius actus, eſt igr̄ bonum
non quomodocūq; ſumptū, ſed
bonū quiditatiuę ſumptum ter
minus fruitionis, quia eſt per-
fectio quiditatiua, quæ ſcilicet
eſt rō eſſentialis, & non rō ſup-
poſiti, ſed vnitas vno modo eſt
rō eſſentialis, alio modo rō ſup
poſiti, ſcđo modo non eſt ratio
formalis, nec terminus forma-
lis actus fruitionis.

Ideo dico ꝙ ens prima diui-
ſione, diuiditur in ens quidita-
tiue, & in ens habēs quiditatē,
Additio. ꝙ eſt ens ſubſiſtens. Nunc aūt
quicquid eſt perfectio formalis
eſt ens qditatiue, & entitas qdi
tatiua, nā pfectio formalis eſt, q̄
in quolibet ente melius eſt eſ-
ſe, quā non eſſe, ſed nihil eſt ta
le niſi ſit entitas qditatiua, pro
ut abſtrahit a ſubſiſtere. Ens au
tem ſubſiſtēs, hn̄s quiditatem,
eſt contrahens illā perfectionē.
Et non eſt formaliter illa perfe
ctio quiditatiua, Nūc aūt eſt ita
ꝙ vnū ꝙ conuertit̄ cū ente, eſt
tā ens quiditatiue, quā ens ſub
ſiſtens, & iō eſt tā eſſentiale, q̄
notionale, ſed bonū (vt hic loq-
mur de eo) vt dicit formalē ra-
tionē terminandi actū volitio-
nis, eſt entitas qditatiua. Et iō
eſt tantum eſſentiale &c.

Ad tertiū dico ꝙ ly, inquan-
tū, pōt ſolūmō denotare illud,
quod ſequitur, accipi ſcđm ſuā
rationē formalē, vel vltra hoc,
ēt denotare poteſt illud eſſe for
malē rōnē inhærētię p̄dicati ad
ſubiectū, ſcđo mō ſumitur re-
duplicatio ꝓprijſſime, quia re-
duplicatū, ſiue ſumatur pro to-
to ſeipſo primo, ſiue pro aliquo
qđ includitur in intellectu eius
accipiendo reduplicationē for-
maliter, ſemper illud ꝓ quo ac
cipitur, notatur eſſe formalis rō
inherētię prędicati ad ſubiectū.
Ad propoſitū ergo dico, ꝙ ſi re-
duplicatio illa quantū ad vtrū-
que iſtorum accipiat̄ in maiori
ipſa eſt vera, & minor falſa. Si
vero pro primo tātū, & non pro
ſecundo, minor eſt vera, & ma-
ior falſa. Cum probatur minor
ſcđm primū modū accipiendi
eā. dico, ꝙ videbim⁹ tres inquā
tum tres, hoc eſt ratio formalis
trinitatis videbitur. Sed ipſa tri
nitas non erit rō formalis vidē-
di, vel cā inhærentiæ p̄dicati ad
ſubiectum. ſ. fruitionis, vel vi-
ſionis. ſed vnitas eſſentiæ. Cum
probatur vlterius, per credere
Deum trinū, inquantū trinus,
dico ꝙ non eſt ſimile, qa eſſen
tia diuina non cauſat in nobis
immediate actum credendi, ſi
cut cauſabit immediate actum
videndi. & hoc eſt propter im-
perfectionē intellectionis nr̄ę
pro ſtatu iſto, quia intelligimus
pſonas diſtinctas ex creaturis,
& diſtinctis actibus, & ita quā-
tū ad cognitionē noſtrā pōt mō
trinitas eſſe ratio formalis co-
gnoſcendi, tunc autem erit præ
ciſe cognita, & non ratio forma
lis



lis cognoſcendi, quia tunc vide
bitur per rationē eſſentię in ſe,
vt per rationem obiecti.

AD RATIONES in op
poſitum. Ad primā dico, ꝙ eſt
tantū vnus vltimus finis in ſe,
tamen illud habet in ſe diſtin-
ctas rationes aliquas, quæ non
ſunt formaliter rationes vltimi
finis, & ita poſſibile eſt frui eo
ſub ratione vltimi finis forma-
liter, non fruendo illo ſub illis
Artur. 2. ad fi. rationibus. Ad ſecundū dico (ſi
cut dictū eſt in pręcedenti quę
ſtione) ꝙ per accidens eſt, ꝙ in
eodem concurrant ratio efficiē-
tis, & ratio finis. tamē de facto
vna eſt ratio formalis ipſius fi-
nis, ſicut vna eſt ratio formalis
ipſius efficientis, ſed in illa vna
ratione poteſt potentia quieta-
ri, licet non quietet̄ in rationi-
bus perſonalibus quę ſunt in il
lo fine. Ad confirmationē, cum
dr̄, non poteſt vna perſona crea
re, niſi alia creet, dico ꝙ nō ſe-
quitur, ergo vna non poteſt fini
re actum fruitionis, niſi alia fi-
niat, bene enim ſequit̄ ꝙ vna
perſona ex natura rei non eſt fi
nis, niſi alia pſona ſit finis, ſed
non ſequit̄ de fine actus, vt eſt
elicitus a potētia, qa finis actus
vt eliciti, eſt ad quem potentia
eliciēs ordinat actū, & propter
quē elicit ipſum, ſed finis ex na
tura rei eſt bonū ad qđ actus ex
natura ſui nat⁹ eſt ordinari, nō
quidē in ratione obiecti, qđ at
tingit̄ p actū, ſed ſicut oēs natu
ræ creatæ in ſuo gradu ad finē
vltimum ordinantur. Ad aucto
ritatē. 5. de tri. patet ꝙ loquit̄
de facto, & formali rōne eius.
Ad vltimum de adoratione di-
co, ꝙ vna eſt adoratio habitua-
lis trium perſonarū, quia quicū
que adorat vnā, habitualiter ſe
ſubijcit toti trinitati, ſed non
oportet, ꝙ actualiter cogitet de
alia perſona, quādo adorat vnā
perſonam, ſicut patet de orante
vnam perſonam oratione, quæ
nō dirigitur actualiter ad aliā,
ſicut patet de illo hymno. Veni
creator ſpiritus &c. & de mul-
tis orationibus in eccleſia inſti-
tutis, vnde orationes eccleſię fre
quenter dirigūtur pr̄i & in fine
inducit̄ filius ſicut mediator, er-
go dum aliquis refert actualiter
intentionem ſuam ad orandū
patrem, non oportet, ꝙ actuali-
ter tunc cogitet de filio, vel de
ſpiritu ſancto, niſi habitualiter
quouſque poſt inducat filium
in cogitatione ſua tanquam
ſcilicet mediatorem. Et ſicut eſt
eadem adoratio habitualis, nō
tamen actualis, ita eſt eadē frui
tio habitualis, licet non neceſ-
ſario eadem actualis.

QVAESTIO III.

CONSEQVENTER
quęro de frui ī ſe,
& primo ſuppoſi-
to, ꝙ ſit aliquid vo
luntatis præciſe.

Quæro an ſit aliquis actus
elicitus a voluntate, vel paſſio
recepta in voluntate, puta ali-
qua delectatio. Quod ſit delecta
tio probo, quia fructus eſt vlti-
mum quod expectatur de arbo-
re, ergo ſimiliter in ſpirituali-
bus, fructus eſt vltimum quod
expectatur de obiecto. ſed tale cap. 3. & 4.
eſt delectatio, qa delectatio ſe-
quit̄ actū. 10. Ethy. ergo &c. Itē
ad Gal 5. Fruct⁹ ſpūs eſt chari-
tas, gaudiū, pax &c. q̄ numeran
tur ibi, vident̄ paſſiones, vt pa-
tet de gaudio aut ſaltē nō ſunt
act⁹, ſed cōſequētes actū, fructu
aūt fruimur p ſe, ergo frui eſt
aliqd p ſe cōſequēs actū, vt vr̄.
Contra.

Contra. voluntas actu elicito amat Deum, aut igitur ꝓpter aliud, & tunc vtitur, & ita eſt ꝑuerſe, aut propter ſe, & tūc fruitur ex diffinitione de frui, & ſic frui eſt actus.

IN ISTA quæſtione primo videndum eſt de ipſis conceptibus. Secundo de ſignificato nominis.

QVANTVM ad primū, dico, ꝙ ſicut in intellectu ſūt duo actus aſſentiendi alicui vero complexo, vnus quo aſſentitur alicui vero cōplexo propter ſe, ſicut principio, alius vero quo aſſentitur alicui vero non propter ſe, ſed propter aliud verū, ſicut concluſioni propter principium, ita in volūtate ſunt duo actus aſſentiendi bono, vnus quo aſſentitur alicui bono propter ſe, alius quo aſſentitur bono propter aliud bonū, ad quod illud bonum refertur, ſicut concluſioni aſſentitur propter principium. concluſio enim veritatem ſuam habet a principio. Iſta ſimilitudo accipi poteſt a philoſopho 6. Ethy. vbi dicitur, ꝙ in mente eſt affirmatio, & negatio, hoc in appetitu eſt ꝓſecutio, & fuga. & ita vtraq;, ſicut in mente eſt duplex affirmatio propter ſe, & propter aliud, ita in appetitu eſt duplex proſecutio, vel adhæſio propter ſe, & propter aliud. Eſt tamen hic duplex differentia. Prima, quia illi duo aſſenſus intellectus diſtinguuntur ex natura obiectorum. ſunt enim alteri propter euidentiam alteram huius, vel illius veri, & ideo habēt diſtincta obiecta ſibi correſpondētia, & ipſos cauſantia, hic aūt huiuſmodi aſſenſus non ſunt diſtincti ex diſtinctione obiectorum, ſed ex diſtincto actu potētiæ liberæ ſic, vel ſic acceptantis obiectum eius, quia (ſicut dictū eſt prius) in poteſtate eius eſt ſic, vel ſic agere referendo, vel non referendo. & ideo non correſpondent iſtis actibus ꝓpria obiecta diſtincta, ſed quodcunque bonū volibile poteſt volūtas habere obiectum ſecundū hunc actum, vel ſecundū illū. Secunda differentia eſt, quia illi duo aſſenſus intellectus, ſufficienter diuidunt aſſenſum intellectus in cōmuni, nec inter ipſos eſt aliquod medium, quia nulla eſt euidētia media ex parte obiecti, a qua poſſit accipi aliqua alia veritas, q̃ veritas principij, vel concluſionis. Præter aūt iſtos duos aſſenſus voluntatis, eſt aliquis alius aſſenſus medius, quia voluntati pōt oſtendi aliquod obiectum bonum abſolute apprehenſum, nō ſub ratione propter ſe boni, nec ꝓpter aliud bonum. voluntas autem circa tale ſic oſtenſum, poteſt habere aliquem actum, & non neceſſario inordinatum, ergo poteſt habere aliquē actū volendi illud abſolute, abſque relatione ad aliud, aut abſque fruitione propter ſe, & vlterius poteſt imperare intellectui, vt inquirat quale illud bonum ſit, & qualiter volendum, & tunc illi pōt aſſentire ſic, vel ſic. Et tota ratio differentiæ hinc & inde, eſt libertas voluntatis, & neceſſitas naturalis ex parte intellectus. Ex his vltra, actus aſſenſus bono propter ſe eſt actꝰ perfectus, actum aūt perfectum conſequitur delectatio ex 10. Ethy. ergo actum volendi bonū propter ſe conſequitur aliqua delectatio. Habemus igitur ad propoſitum quatuor diſtincta, actum imperfectum volendi bonum propter aliud, quę vocatur vſus, & actum perfectū volendi bonū propter ſe, qui vocatur fruitio, & actum neutrū, & delectationem ſequentem actum.

*Cap. 3.* (margin, beside "philoſopho 6. Ethy.")

*Doctrina ſingularis.* (margin, beside "illi duo aſſenſus intellectus diſtinguuntur")

*q. 1. & 3. huius diſtin.* (margin, beside "eſt prius) in poteſtate eius eſt")



DE SECVNDO principali, cui ſcilicet iſtorū conueniatur iſtud nomen frui, ſicut pōt colligi ex auctoritatibus loquētium de iſto vocabulo frui, planum eſt, ꝙ fruitio non eſt actus neuter, nec actus vſus, ſed tantū eſt altercatio de actu perfecto, & de delectatione conſequente actum perfectum. Et ratio eſt, quia aliquę auctoritates videntur dicere, ꝙ frui eſt actus perfectus tantum, aliquę, ꝙ delectatio tantum, aliquę ꝙ includit vtrunque, & tunc non ſignificat aliqđ ens per ſe vnū, ſed vnū aggregatum ex duobus entibus, vt ens per accidēs, nec hoc eſt inconueniens, ꝙ vnū nomen ſignificet multa, quia yliō (ſecundum philoſophū, 7. Metaphy.) poteſt ſignificare totū bellum troianum.

*al. Reſponſio.* (margin, beside "ratio eſt, quia aliquę auctoritates")

*t. c. 13.* (margin, beside "(ſecundum philoſophū, 7. Metaphy.)")

QVOD TANTVM ſit actus, videtur illa auctoritas Auguſt. dicere. 83. quæſtionum. q. 30. Omnis itaque humana peruerſio eſt, qđ & vitium vocatur, fruendis vti velle, atque vtēdis frui, peruerſio, vel peruerſitas eſt formaliter in actu voluntatis elicito, non in delectatione, quia delectatio non eſt praua, niſi quia actus eſt prauus, nec delectatio eſt in poteſtatę delectantis, niſi quia actus eſt in poteſtate agentis, peccatum autem inquantum peccatū eſt formaliter in poteſtate peccantis. Hoc etiam videtur manifeſte dicere Aug. 1. de doc. chriſtiana cap. 1. Frui eſt enim amore inhærere alicui rei propter ſeipſum. Iſta etiam inheſio videtur eſſe per potentiam motiuam inherentis, ſicut in corporibus, a quibus tranſlatū eſt hoc nomē inhærere, inhæſio ad virtutē inhærentis. Similiter inhæſio alicui propter ſe, non uidetur eſſe per delectationem, quia delectationis cauſa efficiens, & non finalis videtur eſſe obiectū delectabile, & ita non tendit delectans in obiectum propter ſe. Sed iſta ratio non concludit, ꝓcedit enim ac ſi obiectum non poſſit eſſe efficiens, & finis delectationis, & ſolui habet a tenēte in quarto delectationem eſſe de eſſentia beatitudinis.

QVOD AVTEM frui ſit tantum delectatio, videtur dicere illa autoritas Aug. 1. de tri. cap. 10. in fine. hoc eſt enim plenū gaudium noſtrum, quo amplius non eſt frui trinitate. Si non retorqueatur iſta auctoritas ad cauſalitatem, vel ad alium intellectum, quem nō ſonant verba, gaudium eſt formaliter delectatio. Similiter & in 30. quæſtione pręallegata. frui dicimur ea re, de qua capimus voluptatem, ſit locutio per identitatem, vel quaſi definitio, tūc capere voluptatem eſt frui eſſentialiter.

*Vide diſt. 49. q. 7.* (margin, beside "QVOD AVTEM frui ſit tantum delectatio")

*al. in iſta auth. Auguſtini prius allegata.* (margin, beside "liter delectatio. Similiter & in 30. quæſtione")

QVOD AVTEM frui accipiatur pro vtroque, pro actu, ſcilicet & declaratione ſimul, probatur ex diffinitione illa de frui. 10. de tri. c. 10. vel 23. Fruimur enim cognitis, in quibus voluntas ipſis propter ſeipſa delectata conquieſcit, ad actum enim pertinet, cū dicitur fruimur cognitis, quia actui vouta-

tatis preſupponitur actus intellectus in obiectum cognitum, ſed poſt ſubdit. In quibus voluntas &c. quod ſi delectatio acciderit fruitioni, non deberet poni in eius deffinitione. Similiter ſi ponatur ad beatitudinem pertinere eſſentialiter actus, & delectatio, tunc omnes auctoritates quæ dicunt frui eſſe ſummũ premium, vel beatitudinē noſtram, dicunt eam includere vtrunque, & actum, & delectationem, illam minorem dicit illa auctoritas .i. de doctrina chriſtiana quaſi in fine. Hæc ſumma merces eſt, vt ipſo perfruamur. Quod autem ſit magis ꝓprium ſignificatũ vocabuli difficile eſt probare, tamen aliquo modo poteſt conijci ex vſu vocabuli. Iſtud enim vocabulum frui, conſtruitur cum ablatiuo ſignificante obiectum ex vi trãſitionis, qualis conſtructio appropriatur verbis ſignificantibus actum, non autem conſtruitur cum obiecto in ablatiuo ex vi cauſæ, qualis conſtructio debetur paſſionibus ſignificatis per uerba pure paſſiua, non .n. ita dicitur, fruor in Deo, ſicut dicitur delector in Deo, vel Deꝰ delectat me, ſed dicor frui Deo tranſitiue, ſicut dicor amare deum, & iſtud videtur eſſe magis proprium ſignificatũ. Sed de vocabuli ſignificato, non eſt contendēdũ, quia ſecũdũ Aug. 1. retractationum cap. 14. Cum res conſtat, non eſt vis facienda in omnibus, res autem conſtat, quod voluntas habet triplicem actum, & quartum, puta paſſionem conſequentem, & patet ꝙ duobus actibus nullo modo cõuenit hoc nomen frui. Sed pro altero aliorum duorum, & pro ambobus ſimul videntur aliqui vti iſto vocabulo, & tunc erit nomen ęquiuocum, vel ſi eſt vniuocum, oportet auctoritates quaſdam exponere, quod loquuntur cauſaliter vel concomitanter.

*Vocabulis* *5. tr. c. 7. vel. 17.*

AD PRIMVM argumentum dico quod fructus eſt vltimum, quod expectatur de arbore, non vt poſſidendum corporaliter, ſed vt habēdum per actum potentiæ attingentis illud, vt obiectum: pomum enim non eſt fructus, inquantum expectatur vt poſſidendum, ſed inquantum expectatur ut guſtandum, & actu guſtus attingendum, quam guſtationem ſequitur delectatio. Si igitur fructus dicatur, quo fruendum eſt, delectatio non eſt fructus, ſed illud vltimum expectandum, ſed nec delectatio eſt frui, ſed primum, quo attingo expectatum vt expectatum eſt frui, quod videtur probabile, cum fructus ſit expectatum ſub illa ratione ſub qua expectatur, vt a potentia attingendum. Ad ſecundũ dico quod auctoritas eſt in oppoſitum. cum enim dicat auctoritas, non actus eſſe fructus ſed potius paſſiones, ſequitur quod frui nõ eſt delectari, quia fructus eſt obiectum fruitionis paſſio autem non ita eſſe poteſt primũ obiectum ſui, ſicut pōt eſſe primũ obectũ alteriꝰ, ideo frui ſi eſt paſſionis, vt obiecti, vt ſonat auctoritas, non erit paſſio ſed eſt actus aliquis potens habere iſtas paſſiones ꝓ obiectis, quaſi proximis ſuo primo obiecto. Et cum dicitur quod per ſe fructu fruimur, non eſt hoc intelligendum in ratione formalis principij, ſicut ignis calore





calet, ſed in rõne obiecti, ſicut ſi diceret, ꝙ amabili amamus, ſed in ratione cauſæ formalis fruitione fruimur, auctoritas aũt non dicit aliquid cõſequēs actũ eſſe fruitionē, ſed fructum ideſt fruitionis obiectum.

## QVAESTIO IIII.

*al. Secundo quaro circa frui &c. Ca. vlti. circa finē al. Cõiunctio vel perceptio. 9. Metaphyſica tex. c. 10. 8 phyſi. & 7 de motu. animalium.*

QVAERITVR adhuc circa frui, de modo eliciēdi actũ illũ. vtrũ .ſ. fine apprehenſo per intellectũ, neceſſe ſit volontatē frui eo. Quod ſic Aui. 8. Meta. Delectatio eſt apprehēſio cõueniēs cum conuenienti. finis neceſſario conuenit voluntati, ergo ex coniunctione eius cũ voluntate ſequitᷣ delectatio, ergo fruitio. Item finis mouet Metaphyſice, ſicut efficiens mouet proprie, ſed efficiens approximatũ paſſo non impeditũ, de neceſſitate mouet proprie, ergo finis approximatus hoc eſt p̄ſens voluntati, non impeditus neceſſario mouet Metaphyſice. Item omne mobile p̄ſupponit aliqd immobile. ergo actus voluntatis varij & mobiles p̄ſupponũt aliquē actũ immobilē, ſed talis nõ eſt niſi circa finē, ergo ille eſt neceſſario immobilis. Ad oppoſitũ. neceſſitas naturalis nõ ſtat cum libertate, quod probo, q̃a natura, & voluntas ſunt principia actiua habētia oppoſitum modũ principiandi, ergo cũ mõ principiandi volũtatis nõ ſtat modus principiãdi naturæ, ſed volũtas libere vult finē, ergo nõ pōt neceſſitate naturali velle finem; nec per conſequens aliquo modo neceſſario, Aſſumptũ. ſ. ꝙ voluntas libere velit finē, probatur, quia eadē eſt potentia q̄ vult finē, & illud quod eſt ad finē, ergo habet eũdē modũ agēdi, q̃a diuerſi modi operandi arguũt diuerſas potētias, libere autē operatur circa ea q̄ ſunt ad finē, ergo & circa finē. Quod aũt ſit eadē potētia amborũ, patet, q̃a aliàs nulla eſſet potētia entis ad finē volens illud pp finē. oportet .n. illã eſſe vnã habētē actum circa vtrunq; extremum, quia actus vtēdi eſt per ſe vnus, ergo per ſe vnius potētiæ reſpiciētis per ſe vtrunque extremum, ſicut philoſophus arguit de cognitione ſenſus cõis in ſecũdo de aĩa.

ISTA QVAESTIO poteſt intelligi. Vel de fine apprehenſo in vniuerſali, ſicut concipimus beatitudinem in communi. Vel de fine obſcure app̄henſo in particulari, ſicut concipimus beatitudinē in Deo trino. Vel de fine clare viſo, vt in habente uoluntatem ſupernaturaliter eleuatã, ſicut in habēte uoluntatē perfectã per habitũ ſupernaturalē in uoluntate. Vel quarto de fine clare uiſo, in non habente habitũ ſupernaturalē in uoluntate, & hoc poſito ꝙ Deus de potētia abſoluta oſtēderet ſe intellectui, nõ dando habitum aliquem ſupernaturalem uoluntati. *tex. com. 146.*

QVANTVM ad iſtos quatuor articulos dr̃ primo, q̃tũ ad ad primũ. ꝙ uolũtas de neceſſitate fruitᷣ ultimo fine, ſic app̄hēſo obſcure in uniuerſali. qđ tripliciter ꝓbatᷣ. Primo ꝑ illud ſecũdi phy. Sicut ſe hēt principiũ in ſpeculabilibꝰ, ſic finis ĩ opabilibꝰ. ſed ĩtellectꝰ de neceſſitate aſſētit principijs primis ſpeculabilibꝰ, ergo volũtas đ neceſſitate aſſētit ultimo fini ĩ opa- *Henr. quo li. 3. q. 17. & quo li. 4. q. 11.* *T. 40. 89.*

*Tho. 1. 2. q. 10. ar. 1. & 2 Egi. quodli. 5. q. 6. Thom. prima parte ſum. q. 82. arg. 1.*

bilibus. Secundo hoc idē ꝓbaẗ, qa volūtas neceſſario vult illud, cuius participatione vult, quicquid vult, ſed participatione vltimi finis vult quicquid vult, ergo &c. probatio minoris, quia nihil aliud vult, niſi inquātum eſt quoddam bonum. omne autem aliud bonum, videtur eſſe quędam participatio vltimi finis, quod eſt ſummum bonum vt videtur probari per Aug. 8. de tri. cap. 3. vel 8. Tolle bonum hoc, & illud &c. & vide ipſum bonum ſi potes, itaque deum videbis nō alio bono bonum, ſed bonum omnis boni.

Tertio probatur idem ſic, volūtas non poteſt nō velle aliquid niſi in quo eſt aliquis defectus boni, vel aliqua rō mali, in vltimo fine in uniuerſali apprehenſo nō eſt aliquis defectus boni, nec aliqua ratio mali apprehenditur, igitur &c. Item Aug. 13. de tri. cap. 3. dicit, quod quidā mimus dixit ſe ſcire de multis exiſtētibus in theatro quodam, quid oēs vellēt, hoc volens intelligere de beatitudine, ſed nō omnes illi vellent beatitudinē, ſi contingenter eam vellent, ergo neceſſario eā voluerūt. Quātum ad ſecundum articulum dicit, quod fine ſic obſcure apprehenſo in particulari. poteſt voluntas non frui. hoc poteſt probari, quia poteſt frui aliquo, qđ eſt incōpoſſibile tali fini, ſicut patet de peccante mortaliter.

Quantum ad tertium articulū dicitur, quod neceſſario fruitur fine ſic viſo, propter rationem tertiam ad primum articulum adductam, quia nulla ratio mali inuenitur in eo, nullus etiam defectus boni in eo reperitur, & hoc ſi videat iſtū finem viſione practica, quicquid ſit de viſione ſpeculatiua. Additur etiā huic ꝙ eſt tāta neceſſitas in cōnexione iſtorū actuū, intellectus, & voluntatis, reſpectu vltimi finis clare oſtēſi, ꝙ deus de potētia abſoluta, non pōt ſeparare viſionem practicam a fruitione, Quantū ad quartū articulū dicitur, quod impoſſibile eſt uolūtatē charitate non eleuatā frui fine, etiā viſo, quia agere prę ſupponit eē, ergo agere ſupernaturale p̄ſupponit eſſe ſupnaturale. volūtas aūt illa nō habet eſſe ſupernaturale, ergo nō pōt hr̄e actū ſupernaturalem. Item ſi ſic, tūc poſſet talis voluntas eſſe beata ſine charitate, conſequēs falſum, quia tūc charitas non erit neceſſaria ad beatitudinē volūtatis, cōſequētia probatur, quia frui fine in particulari viſo, videtur eſſe beatitudo, vel includere formaliter beatitudinem.

CONTRA primū articulū arguo primo ſic. Auguſt. 1. retractationū. cap. 9. &. 22. dicit quod nihil eſt tam poteſtate volūtatis, quā ipſa voluntas, quod non intelligitur niſi quantū ad actū elicitū. Si igitur actus volūtatis circa finem eſt in ptāte voluntatis, mediante actu alicuius alterius potentiæ, multo fortius eſt in ptāte voluntatis immediate, ſed in poteſtate uoluntatis eſt velle, vel nō velle finem mediāte actu intellectus, ergo hoc eſt in poteſtate eius immediate. minor patet, quia in ptāte uolūtatis eſt auertere intellectū a cōſideratione finis, quo facto volūtas nō volet finē, qa nō pōt hr̄e actū circa ignotū. Ex hoc ſūt duæ cōcluſiones. prima ſic, actus voluntatis magis



gis eſt in poteſtate voluntatis, quam aliquis alius actus.

Secunda concluſio. Act⁹ ille eſt ptāte voluntatis, non tantū mediate ſed immediate. Ex prima vltra ſic, Act⁹ ītellect⁹ circa finē eſt in ptāte volūtatis, ergo & actus volūtatis. Ex ſcđa vltra ſic. Arguiẗ ſic, viſione poſita neceſſario poniẗ fruitio, ipſa non poſita tolliẗ, ergo viſio eſt cā totalis fruitionis, ergo ſimpliciter nobilior ꝓbatio prima conſequētiæ. Alias tolliẗ omnis notitia, ꝙ ſit eius cā, ſine qua non qđlibet aget in ſe. ꝓbatio ſcđæ cōſequentię, qa cauſa ęquiuoca totalis eſt perfectior. Cōfirmaẗ iſta ratio, & pōt eſſe ſecunda rō.

*Vide 3. diſt. huius q.*

✻ Quia quodcūque agens non impeditū, ꝙ neceſſitatur ad agēdū, de neceſſitate remouet oē ꝓhibens actionem, ſi pōt, ergo ſi volūtas non impedita neceſſitetur ex nā ſua ad uolendū vltimū finem, neceſſario remouet omne ꝓhibens illā uolitionē, ſi poteſt remouere, prohibēs aūt hanc uolitionē eſt non cōſideratio finis, & hanc pōt volūtas remouere faciēdo intellectū ſtare in cōſideratione finis, ergo volendo finē, neceſſario facit intellectū ſtare in conſideratione finis, maior patet, quia qđ ex ſe neceſſitatū eſt ad agendū, nunquā ꝓhibeẗ, niſi ꝑ aliquid repugnās vincens virtutē eius actiuā, ſicut patet de graui, prohibeẗ. n. a deſcenſu ꝑꝑ aliquid repugnās, vincens eius inclinationē, & pari neceſſitate remouet impedimentum prohibens, ſi pōt, quo amoto, nō impeditū deſcendit, quia ita neceſſario remouet repugnans effectui, ſicut ponit effectum, cui illud repugnat.

SI TENENDO concluſionē oppoſitā quis reſpōdeat huic rationi, dicendo uoluntatē non neceſſario ſimpliciter, frui fine, ſed neceſſitate cōditionata ſ. ſi oſtēdatur, & maior dicaẗ eſſe uera de ſimpliciter neceſſario agente. Cōtra ratio nō ſoluiẗ, qa impedibilia non ſimpliciter neceſſario agūt, ſed tantū neceſſitate cōdicionata. ſ. ſi non impediant, & in illis eſt maior vera, & ideo in maiori, nō accipiẗ ꝙ quicquid neceſſario agit, neceſſario remouet prohibens, ſi pōt, ſed quicquid nō īpeditur neceſſario agit &c. vbi ſpecificatur ī maiori de neceſſitate cōditionata. Si aūt aliter dicatur ꝙ maior eſt vera de illis quę ſimilē neceſſitatē hn̄t reſpectu principaliter intētı, & reſpectu illorū, quæ ſūt neceſſaria ad illud, cuiuſmodi ſūt agētia mere naturalia, quæ in toto ꝓceſſu vſque ad vltimū intentum agūt mere neceſſitate naturali, volūtas aūt alio modo reſpicit finē in quo bonitas oīs eſt, quia neceſſario, & alio mō entia citra finē, in qbus eſt defectus boni, quia illa reſpicit cōtingēter. Cōtra iſtā reſponſionē arguiẗ ſic, impoſſibile eſt aliquod extremū reſpicere aliud extremum, quacūque neceſſitate, quin tāta neceſſitate reſpiciat quodcūq; mediū neceſſario requiſitū inter illa extrema, alioquin neceſſarium dependeret neceſſario a nō neceſſario, ergo qua neceſſitate voluntas tendit in finē neceſſitate tendit in oſtenſionem finis, ſine qua impoſſibile eſt ipſam tendere in finē Si tertio reſpondeatur ad minorem, quod non cōſideratio finis non proprie prohibet volūtatē fruēdo, poteſt aliter argui, & concludi

cludi ꝙ voluntas tenebit intellectum in conſideratione finis ſic, quicquid neceſſario quieſcit in aliquo ſibi præſente neceſſario tenet illud ſibi præſens, ſi poteſt, voluntas per ſe neceſſario quieſcit in fine ſibi præſente, ergo neceſſario tenet illum ſemel præſentatum, vt ſic ſit ſemper ſibi præſens. probatio maioris inductiue, ſi graue neceſſario quieſcit in centro, neceſſario ſe facit præſens centro, ſi poteſt. & centrum ſibi, & neceſſario tenet illam præſentiam quantum poteſt. Iſtud apparet in appetitu ſenſitiuo, ſi neceſſario. ſ. quieſcit in appetibili ſibi præſente, neceſſario quantũ põt tenet ſenſum in iſto appetibili, vt ſit ſibi præſens ad delectandum, probatur ẽt maior ratione, qa ꝙ aliqd neceſſario quieſcat in aliquo ſibi præſente eſt ꝑꝑ cõuenientiã ꝑfectã huius ad illud, & ꝑꝑ eadẽ cõuenientiam vr̃ neceſſario appetere ſibi coniungi quantũ põt hæc aũt cõiũctio fit in præſentia huius ad illud. Probatur aliter, quia ꝙ neceſſario quieſcit in pręſente neceſſario quantũ eſt ex ſe mouetur ad abiens, vel ſaltẽ aptũ natũ eſt, licet impediatur per aliquid, igitur ſicut ex illa neceſſitate actualiter mouet̃ ſi nõ impedit̃, ita ſi eſt ſuperius mouẽs, mouet quæcũque inferiora, per quę põt ſoluere impedimẽta, tale mobile inferius volũtate eſt hic intellectus mobilis ad cõſiderationẽ finis. Aliter rñdetur ab alijs, & ꝓbabilius dicẽdo ꝙ maior primę rõnis veritatẽ habet de agẽte neceſſario proprie impedito, cuiuſmodi eſt agens, ꝙ prohibet̃ agere propter aliud vincẽs eius virtutem actiuam. in propoſito autem nõ ſic eſt, ſed eſt quoddã aliud agens, cuius actio neceſſario eſt pręuia actioni voluntatis, & ideo illius actionis præuiæ ceſſatio a conſiderãdo, large loquẽdo, dicitur impedire voluntatẽ a volendo, & loquendo de tali impedimento. negatur maior, licet. n. agẽs præſupponens actioni ſuæ actionem alterius poſſit illud alterũ mouere ad agendum, & illo pręuio agente, ipſum neceſſario agat neceſſitate conditionata, ſiue concomitantiæ, non tamen neceſſario mouet illud præuiũ ad agendum, quia non ſimpliciter neceſſario agit, ſicut illud quod dr̃ proprie impeditũ, ſimpliciter neceſſario ageret, quãtum eſt de ſe, ſed iſtud agit tãtũ de neceſſitate conditionata. ſ. poſita actione agentis præuij, ſicut patet in exemplo, licet. n. poſito actu potentiæ contingenter agentis neceſſario generetur habitus neceſſitate concomitãtiæ, tamen potentia contingenter agens non neceſſario ponit actum. Cõtra iſtud arguitur ſic, neceſſitas agendi non ineſt niſi per aliquid intrinſecum principio actiuo principali, ſed actio illa præuia non eſt aliquid intrinſecum actiuo principali. ſ. voluntati. ergo illa circunſcripta eſt neceſſitas agendi, & ita abſoluta, & tunc reducitur ratio, vt prius. Si eſt ſimpliciter neceſſitas ad agendum, ergo ad faciendum illud ſine quo non poteſt agere, ſi tñ illud ſit in poteſtate ei⁹, ſicut eſt hĩc, ergo &c. Confirmatur iſtud ſic. ſi hic nõ eſt neceſſitas actionis ad actionem, quia vna non eſt rõ actiua reſpectu alterius, ergo hæc neceſſitas eſt ꝓpter inclinatio-

nem



nem potentiæ ad actionem, ergo & ad media requiſita erit neceſſario inclinata, quia non eſt neceſſaria cõnexio inter extrema, niſi etiam ſit neceſſaria connexio mediorum omnium neceſſario requiſitorum ad connexionem extremorum. Reſpõdetur ad iſta argumenta, & ad argumentũ principale ſic. hæc eſt neceſſitas conditionata, ſcilicet alio præſuppoſito, & conceditur ꝙ hęc neceſſitas eſt ꝑ intrinſecũ principali agenti, & ꝙ hęc neceſſitas eſt ad media, ſicut extremorum inter ſe, ſed totum eſt conditionatum. ſ. præſuppoſita oſtenſione obiecti. Contra, agens impedibile non ſimpliciter neceſſario agit, ſed conditionaliter. ſ. ſi non ſit impeditum, & tñ neceſſario remouet impedimẽtum, ſi põt, ergo ita eſt in propoſito, & ſic nõ valet reſponſio prima de proprio impedito, voluntas n. nõ eſt ꝓprie impedita per non intelligere. Confirmatur ratio vbicũque eſt neceſſaria cõnexio extremorũ, ẽt eſt neceſſaria cõnexio oĩum mediorum neceſſario requiſitorũ ad vnionem extremorũ, alioquin neceſſariũ depẽderet a cõtingente, ſed ſi voluntas neceſſario fruitur fine oſtenſo, erit neceſſaria cõnexio extremorũ inter ſe, & ex natura ipſorũ extremorũ, igit̃ & omniũ mediorũ, ſed vnũ mediũ neceſſario requiſitũ ad vnionẽ iſtorũ extremorũ eſt oſtenſio finis, igit̃ &c. Probatio minoris, ſi ſit neceſſaria cõnexio volũtatis ad finẽ, eſt ſicut principaliter agentis ad ipſum obiectum circa ꝙ agit, ſed (vt ſupra dictũ) eſt neceſſitas ad agendũ, non põt eſſe in principali agẽte, niſi ꝑ illud, quo formaliter agit, volũtas aũt ſeipſa agit, ergo ĩ ipſamet eſt ipſa neceſſitas ad agẽdũ circa obiectum, patet ergo prima minor. Probatur minor pro ſimili ſic. Agẽs principale principaliter, nullo neceſſario agit, niſi quo principaliter agit, alioqn illo neceſſario ageret, quo ĩpoſſibile ẽ ipm̃ agere, nõ aũt principaliter agit, niſi illo. ꝙ ẽ ſibi rõ formaliter agẽdi. Hęc cõfirmatio vr̃ excludere quãdã rñſionẽ, q̃ daret̃ ad rõnẽ principalẽ de neceſſitate ſimpliciter, & cõdõnata, nã illa probat, ꝙ ſi voluntas ẽt fine oñſo fruit̃ neceſſario, ꝙ hoc eſt ꝑꝑ ꝓprias rõnes iſtorũ extremorũ, q̃ ex ſe hñt cõnexionẽ neceſſariã, ergo illa nõ depẽdet ab aliquo alio ab extremis, & ita ẽ abſoluta, & ſi extremorũ inter ſe, ergo oĩum mediorũ ĩ ſuo ordine erit cõnexio neceſſaria. Rñdet̃, ꝙ minor prima eſt falſa, niſi intelligat̃ de neceſſitate cõditionata, hoc eſt, ꝙ ſuppoſita intellectione, neceſſitas fruẽdi ſequit̃, q̃ eſt neceſſitas ſcđm quid, qa depẽdẽs ab illa oñſione, iſta n. q̃ eſt ex natura extremorũ, ꝙ eſt breuiter dicere extremorum eſt neceſſaria connexio, ſi oñſio p̄cedat. Sed illa minor ꝓbat̃ de neceſſitate abſoluta ex natura extremorum. Ideo ad probationem illius reſpondeo, ad minorẽ dico, ꝙ in agente principali ſimpliciter neceſſario agẽte, nihil eſt quo neceſſario agit, nec etiam requiſitum ad neceſſario agere, niſi tm̃ illud quo principaliter agit, quia in ſimpliciter neceſſario agẽte totã rõ neceſſitatis ẽ ĩ ipſo, ꝑ illud ſcđm qđ ẽ agẽs, ſed in agẽte principaliter neceſſario ſcđm qd, ſiue cõdõnaliter, ñ ẽ illud ſufficiẽs rõ neceſſario

ceſſario agendi , quod. eſt ratio
agendi,ſed requirit aliud a quo
dependet iſta neceſſitas , quia
non eſt a ſola ratione agẽtis,ne
gatur igitur minor ſecunda, ꝗa
nõ per illud ſolũ, quo agẽs prin
cipaliter agit, ꝑ hoc eſt neceſſi-
tas cõditionata in agendo , ſed
ꝑ illud cũ alio prӕſuppoſito. Ad
ꝓbationẽ ſecundӕ minoris di-
co ꝙ in hoc quod eſt neceſſario
agere,duo includũtur,& reſpe-
ctu agere eſt dare vnum,quo.ſ.
rationem formalem agendi in
principali agente , reſpectu aũt
neceſſitatis non eſt illa ſola ra-
tio , ſed cũ hoc aliud p̄ſuppoſi-
tum. Ad formam ergo dico , ꝙ
nõ ẽ cõcedẽdũ, ꝙ aliqđ ſit quo
neceſſario formaliter agit , ſed
ad neceſſitatem illam requiri-
tur , & illud quo agit , & illud
aliud. p̄ſuppoſitũ quo nõ agit,
ſed quia in ꝓpoſito a quo depẽ
det neceſſitas, ab eo depẽdet &
actio,& quo agit,eo agit aliquo
modo agendi neceſſario , vel cõ
tingenter,ideo ad probationem
ſecundæ minoris aliter dici põt
ꝙ illud quo eſt actiuũ,nõ eſt il
lud quo ipſum neceſſario agit,
niſi alio præſuppoſito, & tũc eſt
quo neceſſario agit alio præſup
poſito. Contra iſtã reſponſionẽ
arguitur ſic. in primo inſtan-
ti naturæ eſt actio præuia.in ſe-
cundo eſt actio principalis agẽ-
tis. Quæro tunc in illo ſecundo
inſtãti,qualiter principale agẽs
agit. Si contingenter, habet ꝓ-
poſitum, ſi neceſſario , cum tũc
præciſe per propriam formam
agat, & ꝗa principaliter , & ꝗa
ipſum primum nullo mõ libe-
ro eſt rõ agendi.ſequitur tũc, ꝙ
forma ſua ſit tunc neceſſaria rõ
agendi , ſed hoc non eſt niſi ex
determinatione formæ ad obie
ctum , & actionem in obiectũ.
ergo extrema ex natura ſua ha
bent neceſſariam connexionẽ,
igitur & ad media neceſſaria.
Item nihil facit ad agere illud
qđ ponitur ſub conditione , ꝗa
nec ab illo depẽdet agere , ergo
nec ad neceſſario agere , ergo ſi
iſta neceſſitas eſt ex iſta condi-
tione, erit æque ſimpliciter. Re
ſpõdet ad primũ iſtorũ ꝙ in ſe
cũdo ſigno naturæ principale
agẽs agit neceſſario , nõ ſimpli
citer, ſed ſcđm quid.ſ.alio p̄ſup
poſito. Contra ꝙ quando agẽs
neceſſario agit ſimpliciter, ne-
ceſſario agit, quia contingenter
& neceſſario determinat agere
pro tunc,qñ cã agit , generãs.n.
neceſſario generat,licet p̄ſuppo
nat alterationem, quantum eſt
ex ſua forma actiua, & tunc vl-
tra ſic , ſimpliciter neceſſario
quantum eſt ex ſua forma de-
terminatur ad omne medium
neceſſarium, & in illud neceſſa
rio tendit,quãtum põt,& quã-
do poteſt neceſſario . ergo vult
intellectionem eſſe ſibi præſen
tialiter, vt obiectũ cognitũ. Pro
concluſione negatiua primi ar-
ticuli,arguitur ſic. Omne agens
neceſſario de neceſſitate agit ſe
cundum vltimum ſuæ poten-
tiæ quia ſicut non eſt in pote-
ſtate eius actio,ita nec intentio
eius,ergo nec modus agendi.ſ.
intẽſe, vel non intenſe agere,er
go voluntas de neceſſitate vo-
let finẽ intenſiſſime, & quantũ
põt,cuius oppoſitũ experimur.
Cõceditur cõcluſio,qñ eſt ęqua
lis app̄henſio, & nihil retrahẽs.
Itẽ potẽtia libera ꝑ participa-
tionẽ, nõ magis tendit in obie-
ctũ ꝑfectũ , q̃ in aliud obiectũ,
ergo nec potentia libera ꝑ eſ-
ſentiã,non aũt eſt differẽtia in
ter



ter finẽ volitũ & alia volita,niſi
ex parte perfectionis obiecti,an
tecedẽs patet,ꝗa viſus q eſt po
tentia libera ꝑ participationẽ,
quatenus actus eiꝰ ſubeſt impe
rio voluntatis, nõ neceſſario ma
gis videt pulcherrimum, q̃ mi-
nus pulchrum, ideo ab vtroque
æqualiter auertitur, & vtrunq;
æque cõtingenter videt. Ad iſtã
rationem reſpõdetur. ꝙ maior
eſt vera de potẽtia cognitiua li-
bera ꝑ participationẽ, quia ta-
lis non magis tendit in obiectũ
perfectum quàm in aliud , ſed
non eſt vera de appetitiua ten-
dente in obiectũ apprehenſum
a ſua cognitiua. magis enim ne
ceſſario pulcherrimũ viſum de-
lectat appetitum viſiuum , quã
minus pulchrum & ſi ille ap-
petitus aliquo actu elicito poſ-
ſet ſe in illud viſum ferre , ma-
gis neceſſario ferretur q̃ in mi-
nus pulchrum viſum. Item ad
principale, quæcunq; potentia
circa obiectum perfectiſſimum
pręſentatum neceſſario operat̃,
neceſſario circa idẽ continuat
operationẽ , quantum põt, ſed
voluntas circa finẽ vltimũ ne-
ceſſario operat̃ , qui eſt obiectũ
ꝑfectiſſimũ. ergo neceſſario cõ-
tinuat operationẽ, quantũ põt,
cuius contrariũ experimur, ꝗa
voluntas auertit intellectum a
conſideratione finis vltimi , ſi-
cut aliorum, maior probatur. &
primo ſic. eadẽ eſt ratio neceſ-
ſario operandi & neceſſario cõ
tinuandi operationem , ſi ſim-
pliciter , ſimpliciter. ſi qñ põt,
qñ poteſt. Secundó ſic. in appe-
titu ſenſitiuo hoc videmus. &
in intellectu. in voluntate aũt
vr̃ veriſſima, quia ipſa non ceſ-
ſat ex ſe agere circa aliqđ obie-
ctum , niſi vertẽdo ſe ad aliud,
vel perfectius, vel magis conue
niens , vel ad quod magis deter
minat̃ , vel inclinatur ꝙ impe-
dit illã oꝑari ſimul circa aliud,
ſed finis ultimus eſt obiectũ ꝑ
fectiſſimũ, & cõuenientiſſimũ,
ad ipſum ſolũ neceſſitatur , ad
ipſum ſolũ inclinatur, & in ip
ſo maxime delectat̃ & uolitio
eius ſtat cũ uolitione cuiuſcun
que alterius. ergo &c. Itẽ quic-
quid neceſſario agit poſita ali-
qua actione præuia , neceſſario
determinat ſe ad illã ſi põt. ſed
uoluntas poſita actione intelle
ctus præuia circa ultimũ finẽ,
neceſſario tẽdit in illũ, ergo ne
ceſſario determinat intellectũ,
ſicut ad eius apprehẽſionẽ. Vis
huius rationis eſt, quia eadẽ eſt
neceſſitas ad mediũ, & ad extre
mũ. a. Quicquid non impeditũ
neceſſario agit , neceſſario tol-
lit impedimentum, ſi poteſt. b.
Quicquid neceſſario agit, poſita *Subtiliſſima dictorum reſolutio in notabilibus propoſitionibus.*
aliqua præuia actione, neceſſa-
rio determinat ſed ad illã præ-
uiam. ſi poteſt. c. Agens princi-
pale quocunque poſito ſecun-
dario, neceſſario agẽs ex princi-
pio actiuo principali neceſſita-
tur. d. Quicquid circa obiectũ
præſens neceſſario agit, neceſ-
ſario determinat ſe ad eius præ
ſentiã ſit põt. e. Si potẽtia prin-
cipalis neceſſario operatur cir-
ca obiectũ præſens, in ipſa potẽ
tia eſt rõ quantũ eſt ex ſe ſi po
teſt, uel qñcunq; põt neceſſario
agẽdi circa illud. f. Quicunq; ap *Speculare diligenter hos perhipateticus flores ſubtiliſſime collectos a doctore.*
petitus neceſſario tẽdit in obie-
ctũ cognitũ, neceſſario ſe deter-
minat ad cognitionẽ eius , ſi po
teſt. g. Quicunq; appetitus in ſo
lũ obiectu ſummũ, & perfectiſ
ſimum apprehenſum neceſſa-
rio tẽdit, neceſſario determinat
ſe ad eius apprehẽſionem, ſi po


teſt.

teſt.h. Quæcunq; potentia circa obiectum perſectiſſimũ ſibi præſentatum, & nõ circa aliud neceſſario operatur, neceſſario circa idem cõtinuat operationẽ quãtum põt.i. Quæcunque potentia circa obiectum præſens neceſſario quieſcit, ad illud abſens neceſſario mouetur, quantum eſt de ſe, cauſa.n.vtriuſque eadẽ eſt.K. Si extremi eſt ſimpliciter neceſſitas, vel quãtũ eſt de ſe ad extremũ, ſimilis erit eius neceſſitas ad quodcũq; mediũ ſimpliciter neceſſariũ. Ex c. facta maior ſequit̃.a ſequit̃. b.& d.& f. qualiter põt eſſe maior ad concluſionẽ negatiuã primi articuli. Ex. i. ſequitur.e.g.infert intelligere, & velle iam poſita neceſſario continuari, prima ex.b. ſecunda ex. h.interũt. non poſita. neceſſario eſſe ponenda.h. inter iſtas verior apparet, quia vniuerſaliter videtur eadem ratio neceſſario agendi, vel operandi, & neceſſario continuãdi, Si ſimpliciter, ſimpliciter, Si quãdo põt, qñ poteſt. g. apparet, quia in appetitu ſenſitiuo in ſenſu, & intellectu hoc videmus. tamen in volũtate veriſſima videtur, quia ipſa non ceſſat ex ſe agere circa aliquod obiectum, niſi conuertendo ſe ad aliud, vel magis conueniens, vel perfectius, vel ad quod magis inclinatur, vel determinat̃. qđ impedit operari ſimul. Sed vltimus finis eſt obiectum perfectiſſimũ, cõuenientiſſimũ, ad ipſum ſolũ neceſſitatur, ad ipſum maxime inclinatur, in ipſo maxime quietatur, & in ipſo maxime declarat̃. Volitio illius ſtat cũ volitione cuiuslibet alterius. Pro concluſione negatiua primi articuli dr̃ rationẽ, quæ eſt de neceſſario cõtinuando velle, quãtũ poteſt volũtas. Conceditur concluſio, & dĩ ꝙ nunq̃ ceſſat niſi intellectus, ſaltẽ prius natura ceſſat conſiderare finẽ. Et ſi arguatur, ꝙ voluntas cõtinuabit neceſſario, vel tenebit illud intelligere, quantũ poteſt imperando, dicit̃ ꝙ non ſequit̃, quia nõ neceſſario vult illã intellectionẽ, ſicut vult finẽ. Et ideo põt aliter argui, ꝙ ſaltẽ voluntas, nunq̃ auertet intellectum ab hac intellectione, vel conſideratione, quia voluntas neceſſario continuãs, & ex ſe etiã in illud tendẽs, non deſtruit illud ĩperando, a quo dependet. Dicitur ꝙ dum ſtat cõſideratio finis. ſtat eius velle, ſed cũ offertur aliud confuſe, eius cõderatio imperatur a voluntate, & ſic indirecte auertit intellectum a conſideratione finis, & pro tunc, pro quo auertitur, ceſſat prius natura conſideratio, & poſterius natura volitio. Contra primam reſponſionem, quæ eſt neceſſitas extremi ad extremum, eadem eſt ad medium. Ad hoc dicitur, vt ſupra, ꝙ non eſt ſimilis habitudo voluntatis ad intellectum qualis eſt ad finem. Contra ſecundam reſponſionem arguitur, quia nihil aliud eſt perfectius, nec ad quod æque vel magis neceſſario inclinetur, quàm ad illud, & etiam tunc vltima volitio ꝑfectior, & neceſſaria, & perfectioris, & conuenientioris obiecti magis impedit volitionem obiecti minus talis, q̃ econuerſo. Item ſi obiectum eſt neceſſario volitum. ergo eius velle eſt determinatius volẽdum, q̃ quodcunque aliud velle. igitur & eius intelligere. vtraque conſe-

ſe-



ſequentia probatur, quia voluntas vult velle propter obiectũ, & intelligere propter velle. Itẽ ad quod obiectum voluntas eſt pronior, ad eius intelligere magis impellit, Ideo dicitur ꝙ voluntas nunquàm auertit intellectum, ſed tantum phantaſma occurens, quod non eſt in poteſtate voluntatis, & ideo dicitur ꝙ bene volũtas continuat quãtum poteſt, ſed non poteſt, quãdo occurrit aliud phantaſma, quod non ſubeſt ſibi, nec eius motio. Confirmatur, intellectus ſeparatus ſemper ſtabit in conſideratione finis vltimi, & volitione, licet ſit quandoque alterius obiecti, quia bene ſtant ſimul. Contra experimur, quòd ita libere voluntas auertit intellectum a conſideratione finis ad aliud obiectum, ſicut de alijs obiectis. Item cũ vltimus finis ſit obiectum maxime motiuum, & perfectiuum intellectus, ſemper ſtarent in conſideratione eius, ſi ergo nõ ſtet hoc vĩ propter imperium voluntatis auertentis. Dicitur (& bene in hoc) ꝙ ſi finis eſſet obiectũ in ſe mouens, vel etiam in propria ſpecie, quod verum eſſet, quia maxime moueret, nunc autem ſecundum aliquos mouet tantum in alio, quod magis natum eſt mouere ad ſe in ſe quàm ad alterum. Vel ſecundũ te multa phãtaſmata ſimul mouent ad conceptum deſcriptionis eius ex communibus, ideo minus mouet quàm alia obiecta propter duo. Primum quia difficile eſt ſtare in conſideratione vniuerſalis tranſcendentis, phantaſma enim mouet magis ad ſpeciẽ ſpecialiſſimã, ideo dicit Augu.8. de tri. cũ ce- *Ca.2.vel.3.* peris cogitare quid veritas, ſtatim objicient ſe phantaſmata. Secundum eſt, quia difficilius eſt ſimul vti illis multis communibus ad deſcriptionem, q̃ ſingulis ſeparatis. Contra iſtam reſponſionem arguit̃, quia ſaltem intellectus ſeparatus ſemper conſideraret, ſimiliter iſta reſponſio non valet ſecundum Henr. quæ ponit ꝙ poſſumus habere proprium conceptũ de Deo. Item pro concluſione negatiua primi articuli arguitur ſic. dãnatus apprehendit finem vltimũ ſi neceſſario velit eum, aut igitur amore amicitię, aut concupiſcentiæ, non ſcđo modo q̱a apprehendit eum, vt impoſſibile ſibi, nec primo modo, q̱a talis fruitio eſt ſumme recta. Item ſi diligere neceſſario ponitur poſita intellectione practica, & tamen eſt ibi ſumma ratio recta. & meriti de congruo. quia omnis alius actus voluntatis eſt acceptabilis, ſicut & laudabilis, nõ niſi virtute eius. igitur cum merito quocunque ſtaret, ꝙ voluntas neceſſario ſe quereretur intellectionem practicam, quod eſt contra Anſ. de conceptu vir.c.4. Item in neceſſitato ad agendum ex ſe, ſiue quantum poteſt agere non põt eſſe aliquis habitus, ſic.n. poſſet ineſſe lapidi, qui ſimpliciter neceſſitatur ad deſcendere, quãtum eſt ex ſe. ergo in voluntate reſpectu finis nullus põt eſſe habitus, nec acquiſitus, nec etiam ſupernaturalis. Cõfirmatur de acquiſito quia ille non generaretur niſi ex actu, ſed tũc quando agit eſt neceſſitata ad agendum in ſenſu diuiſionis. Conceditur concluſio de habitu acquiſito, ſed hoc non con-

con-

concordat cum phylosopho, quia sapientia est habitus supremus. probatur etiam de habitu supernaturali, quia ad quem actum necessitatur, respectum eius non est capax alicuius habitus. Dicitur ꝙ non necessitatur nunc ad dilectionem finis in particulari nec etiã clare visi in patria, nisi prius eleuetur, primum improbatur in secũdo articulo. secundũ in tertio. Contra rationem positam instatur quia si ratio valeret nõ poneretur habitus in intellectu. Dico, ꝙ non debet poni habitus inclinans, sed bene requiritur habitus ostendens, qui habitus non potest poni in voluntate, nisi vt tantum inclinans. ideo ratio bona est de voluntate, non de intellectu. Teneo igitur, ꝙ potest voluntas nõ velle finem vltimum quocũque modo apprehensum obscure, siue clare, in vniuersali, siue in particulari.

✤ Contra secundum articulum quem concedo esse verum, videtur ꝙ rationes primi articuli destruant secundum articulum, nam illa ratio de fine, ꝙ in fine vltimo nõ est defectus alicuius boni, nec aliqua malitia, videtur ęque efficaciter concludere de fine in particulari apprehenso, sicut de fine in vniuersali apprehenso, vel efficacius quia in fine vltimo in particulari apprehenditur tota ratio finis in vniuersali, & ita null⁹ defectus boni, nulla etiam malitia. immo videtur ꝙ in solo illo ostenditur posse esse perfectio finis in vniuersali. Similiter illa ratio secunda, pro primo mẽbro de participatione, plus concludit de fine in particulari apprehenso. nã bona creata, etsi sint bona per participationem, verius sunt bona per participationem vltimi finis in particulari quàm per participationẽ eius in vniuersali, non enim participãt illũ ĩ vniuersali, nisi qa participãt ipsum in particulari, cũ participãs hẽat participatũ pro causa, vel mensura, a qua depẽdet essentialiter. & dependentia entitatis realis non est, nisi ad ens reale, & ita ad aliqđ singulare. Contra tertium articulum, quando principium elicitiuum non necessario elicit, habens principium illud, non necessario agit, sed principium elicitiuum eodem modo se habens, quod prius eliciebat contingenter actum, modo non elicit necessario, ergo nec agens hñs illud principiũ necessario aget, voluntas aũt habẽs eandẽ charitatem prius, quam modo habet, prius contingenter eliciebat illum actũ fruendi, modo ergo non necessario elicit actũ illum, cum nulla sit facta mutatio ex parte eius, hoc patet in raptu Pauli, si prius habuit eandem, vel ęqualem charitatem cum ea, quam habuit in raptu illo, nulla esset mutatio ex parte voluntatis, nec principij elicitiui. nulla ergo necessitas eliciẽdi tunc, magis quã nunc, nec ꝑ consequens necessitas agẽdi.

Itẽ cũ saltẽ potuit esse æqualis charitas ante raptũ, & in raptu ergo æqualis libertas. *Additio.*

NEGATIVA istius articuli tertij potest sic confirmari. necessitas agendi non potest esse nisi per aliquod intrinsecum principio actiuo, per hoc autẽ ꝙ intellectus nunc videt obiectum, nihil nouũ est intrinsecũ principio *vel formatur ratio, Necessitas agen.*



principio actiuo ĩ fruitione. ergo nec noua necessitas agendi. maior probatur, alioquin necessitas agendi, si esset per rationẽ principij actiui, & ita per nihil vel per extrinsecum, & si per extrinsecum, per illud esset agere quia per qđ est necessitas agendi, per illud est agere. minor patet, quia si visio (secũdũ eũ) nullam habet rationem principij actiui respectu fruitionis, nec intellectus, nec aliqđ in intellectu. Si etiam (secundum aliã viam) visio habet aliquã rationem principij actiui, non tamẽ principalis, sed secũdarij, & tũc accipiatur maior determinata, sic necessitas agendi non est nisi per aliquid intrinsecum principio actiuo principali, nam secundarium non dat necessitatẽ principali, sicut nec determinat ipsum ad agendum, sed ecõuerso principale agens ex se secundum modum sui vtitur secundario, ita ꝙ si nihil ĩ principali excludat contingentiam, tota actio erit contingens. minor est plana, quia per visionem nihil est intrinsecum principali actiuo. ergo &c. Itẽ a priori sic. omnis potentia vna, sicut habet vnum primũ obiectum. sic vnũ modum respectu primi obiecti. ergo eundem respectu cuiuslibet, in quo per se includit eius primum obiectum. Dicitur ad istud, quòd voluntas habet aliquem modum vnum, qui est ꝑ se, sed modi posteriores sunt varij, qui conueniunt potentiæ in agendo respectu specialium obiectorũ, tales sunt necessario & contingenter, sed per se modus eius est libere. Contra naturaliter, & contingenter non inferũt libere, sicut inferiora suũ superius. ergo non sunt modi speciales contenti sub primo modo, qui est libere. Dicitur ꝙ sic, vt comparantur ad voluntatem, licet simpliciter loquendo se habeant necessario, & libere ✤ sicut excedentia & excessa.

Item aut finis mouet ad actũ istum, aut potentia mouet, si finis, patet ꝙ non est necessitas, quia ille finis ad nullum actũ creatum necessario mouet. Si volũtas, & illa nõ habet differẽtiã ex parte obiecti, nisi approximationẽ maiorem uel minorem, tunc arguo sic. diuersa approximatio passi ad agens non causat necessitatem, sed tantũ intentiorem actionem, sicut patet de calido respectu calefactibilium plus & minus approximatorum. diuersa autem pñtia obiecti cogniti, puta uisi & nõ visi uidetur esse nisi quædã approximatio diuersa eius ad voluntatem, circa quod debet esse actus uoluntatis, ergo istud nõ diuersificat necessitatem, & nõ necessitatẽ, sed tantũ facit intẽsiorẽ, & minus intensum actũ. Item quod dicit in isto articulo ꝙ impossibile est omnino actũ visionis eẽ sine fruitione ĩ tali gente, hoc non videtur verum, quia quęcunque naturæ distinctę absolute sic se hñt, ꝙ prior essentialiter non dependet a posteriori, tale potest esse sine posteriori absque contradictione. act⁹ ãt isti. s. visio & fruitio sũt duæ naturæ absolutæ, ergo sine cõtradictione visio, qa est prior naturaliter, potest esse sine fruitione, q̃ est posterior. Rñdetur ꝙ maior est vera de illis absolutis, quorum neutrum dependet ab altero nec ambo a tertio. in proposito autem ambo dependent

dent a tertio, vt ab obiecto cauſante & mouente. Contra. ſi nō depēdēt a tertio neceſſario cauſante ambo, nec etiam neceſſario cauſante vtrunque, vel vnū licet cauſet alterum. adhuc maior erit vera, quia ſine contradictione poterit eſſe prior ſine poſteriore. Vel ſic arguitur. Quicquid eſt prius eſſentialiter alio poteſt fieri ab alio agēte a quo non ambo producuntur neceſſario, nec neceſſario poſterius, & ſi prius. Iſta autem non depēdent a tertio, neceſſario ſimpliciter cauſante ambo, patet nec neceſſario cauſante poſterius, ſi cauſet prius. Quia quicquid abſolutum poteſt non neceſſario cauſare immediate, poteſt non neceſſario cauſare per cauſam mediam, etiam cauſatam, quia illa cauſa media cauſata non neceſſitat ipſum ad cauſandum effectum illius cauſæ mediæ abſolutum, vt patet de ſole, igitur ſi non cauſat immediate neceſſario abſolutum poſterius, non cāt neceſſario illud poſita cauſa priore, ſi qua ſit cauſa.

Nam, hoc quod dico abſolutum, Excludit hanc inſtantiam. Deus poteſt non cauſare albū, & ita non cauſare ſimile, ergo poteſt cauſare album, & album non cauſando ſimile. Et iſtam poteſt non cauſare corpus, ergo corpus ſine figura, ſi figura tantum dicit multos reſpectus linearum terminantium ſuperficiem, vel ſuperficierum terminantiū corpus, ſicut ſanitas dicit multas proportiones.

Cōtra quartum articulū, qui dicit, ꝙ volūtas nō eleuata per habitum ſupernaturalem, non poteſt frui fine vltimo clare viſo, arguo ſic. illud quo aliquid pōt ſimpliciter agere, eſt potentia ergo ſi voluntas circa finem viſum nullū poteſt habere actū ex naturalibus ſuis, habens autem charitatem poteſt, charitas ergo vel erit ſimpliciter potentia volitiua circa obiectum illud, vel pars potētię volitiuę, quorum vtrunque eſt falſum. Item ſi obiectum volibile, minus ſufficienter approximatum voluntati, ſufficienter poteſt terminare actū voluntatis, multo magis, ſi illud eſt ſufficiēter approximatū, ſiue perfectius pñtatum voluntati, ergo ſi aliquod bonum ſub ratione obſcura apprehenſum poteſt eſſe volitum a voluntate, nō eleuata per habitum ſupernaturalem. multo magis idem obiectū clarius viſum, poteſt eſſe aliquo modo actu volitū a tali voluntate. Concedo igitur concluſiones iſtarū rationum.

QVANTVM igitur ad primum articulum, dico, ꝙ voluntas ſicut non neceſſario fruitur his quæ ſunt ad finē, ſic nec fine obſcure apprehēſio & in vniuerſali. Quantum ad ſecūdum articulum cōcordo cum prima opi. ꝙ non neceſſario fruitur fine apprehenſo in particulari, & obſcure, nec quantū ad concluſionem argui contra illam, ſed quia rationes poſitæ in primo articulo concludunt contra ſecundum, ſi valent, quas tamen non reputo valere, nec ſimpliciter concludere, ſed initens eis in primo art. non video, quomodo ſoluet eaſdem in ſecūdo articu. Quantum ad tertium articulum de fine clare viſo, dico ꝙ voluntas eleuata nō neceſſario fruitur, quantū eſt ex parte ſua. Quantum ad quartum dico, ꝙ voluntas non eleuata ſupernaturaliter poteſt frui illo fine.



AD ARGVMENTA pro opinio. dico ad primum, ꝙ illud ſimile concluderet multa falſa, ſi eſſet vniuerſaliter ſimilitudo, quia concluderet, ꝙ ſicut aſſentimus neceſſario concluſioni propter principia, ſic neceſſario aſſentiremus illis, quæ ſunt ad finem propter finē, quod eſt falſum. ideo dico ꝙ ſimile eſt quo ad duo. ſ. quo ad ordinem iſtorum, & illorū inter ſe, & ēt quo ad ordinem illorū comparādo ad potentias ordinate tendētes in illa, & intelligo ſic, ꝙ ſicut eſt ordo inter illa vera, ſic & inter illa bona, & ſicut illa vera ſunt ſic ordinate cognita, ita & illa bona ſunt ſic ordinate volita, ſed non eſt ſimile quantum ad ordinem neceſſitatis in vno & in alio, comparando ad potētias abſolute, non enim oportet ꝙ voluntas ſeruet illum ordinē in actibus ſuis, qualē nata ſunt volibilia habere ex natura ſua, nec eſt aſſenſus ſimilis hīcinde, quia neceſſitas eſt in intellectu ex euidentia obiecti neceſſario cauſante iſtum aſſenſum in intellectu, non autem bonitas aliqua obiecti cauſat neceſſario aſſenſum voluntatis, ſed voluntas libere aſſentit cuilibet bono, & ita libere aſſentit maiori bono, ſicut minori. Ad ſecūdum cum dicitur de participatione, dico ꝙ maior eſt falſa, quia nihil voluntas neceſſario vult, & ideo non oportet ꝙ neceſſario velit illud, ratione cuius omnia alia vult, ſi quid eſſet tale, minor ēt eſt falſa, quòd ſcilicet virtute, & participatione vltimi finis vult quicquid vult, quia virtute & participatione alicuius voluntatem velle aliqua, poteſt intelligi dupliciter, vel virtute ſeu participatione eius, vt efficientis ſiue cōtinentis virtualiter, vel virtute ſeu participatione eius, vt primi obiecti, propter ꝙ volitū vult alia Si primo modo intelligatur non eſt ad propoſitū minor aſſumpta cum maiori, quia illud cuius virtute vel participatione vt efficientis, eſt aliquid volitum, non oportet eſſe volitum, ſicut illud quod eſt efficiēs alicuius viſi, non oportet eſſe uiſum. non enim oportet ꝙ primo uideam Deum oculo corporali, ſi uideam colorem, quæ eſt quædā participatio Dei, ut cauſæ efficientis. Si intelligatur ſecundo modo de participatione ut primi obiecti uoliti, tunc minor eſt falſa, non enim uirtute Dei uoliti uolo quodcūque uolitū, quia tunc omnis actus uoluntatis eſſet actualis uſus, referendo illud ad primum obiectū uolitum.

Cum probas. ſunt participationem bona. dico ꝙ equiuocatio eſt de participatione. ſ. effectiue, & ſic uerum eſt, uel formaliter, & non eſt uerum.

Ad tertium dicitur uno modo, ꝙ licet non ſit ibi aliquis defectus alicuius boni, uel aliqua malitia, & ideo non poſſet forte uolūtas nolle illud. quia obiectum actus nolendi eſt malum, uel defectiuū, pōt tamen illud bonū perfectū non uelle, quia in ptāte uoluntatis eſt nō tm̄ ſic uel ſic uelle, ſed uelle, uel non uelle, qa libertas eius eſt ad agēdū, uel non agendū, ſi enim pōt alias potentias imperando mouere ad agendum, non tantum ſic, & ſic. ſed ad determinare agendum, vel non agendum, nō videtur

videtur, ꝙ minor ſit libertas
ſui reſpectu ſui, quantum ad
actus determinationem. & hoc
poſſet oſtendi per illud Aug.i.
retractationum, vbi ſupra con
tra primum arti. vbi vult ꝙ ni-
hil eſt tantum in poteſtate vo-
luntatis. quantum eſt ipſa volũ
tas, quod non intelligitur niſi
quantum ad actum eliciendũ.
Ideo dico ꝙ libertas eſt ſui re-
ſpectu ſui ſic, quãtum ad actus
determinationem. Aliter dici-
tur ꝙ non eſt probatum, quin
voluntas poſſit bonum nolle in
quo nulla inuenitur ratio ma-
li, vel defectus boni, ſicut non
eſt probatum, quin poſſit velle
*diſt. 43. 7. & diſt. 6. q. 2.* illud, in quo non inuenitur ali-
qua ratio boni, & hoc vel prius
in re, vel in apprehenſione, quã
illud terminet actum volendi.
De hoc forte alias erit ſermo.

POSSET tamen dici, ꝙ
ipſa per aliquod velle elicitum
imperat actiones potentiæ inſe
*In aliquibus originalibus obiectio & reſpõſio ſequẽtes præcedunt hãc reſponſionem.* riores, vel prohibet actum, non
autem poteſt ſic ſuſpendere om
ne velle, quia tunc ſimul nihil
vellet, & aliquid vellet, ſed qc-
quid ſit de ſuſpenſione omnis
velle, ſaltẽ põt ſuſpendere om-
nem actum circa illud obiectũ,
per aliquod non velle eius eli-
citum. hoc modo, nõ volo nũc
aliquid elicere circa iſtud obie-
ctum, quouſque diſtinctius o-
ſtendatᵣ mihi, & illlud nolle nõ
velle eſſet quidam actus elici-
tus, quaſi reflexus ſuper velle
obiecti, non ꝙ ineſt, vel infuit,
ſed ꝙ poſſet ineſſe, quod & ſi
in ſe non oſtendatur, oſtenditur
tamen in ſua cauſa. ſ. in obiecto
oſtenſo, quod natum eſt eſſe
*Vide 25 diſt. 2.* principium actus in aliquo ge-
nere principij. Contra iſtam re
ſponſionem probo, ꝙ ſi poteſt
non velle, poteſt nolle, quia ſi
non poteſt nolle, hoc eſt, quia
neceſſario in ſe habet aliquid
cui repugnat illud nolle, ſed il-
lud non poteſt eſſe niſi actuale
velle. Probatio, quia nulla in-
clinatio habitualis, vel aptitu-
dinalis ad volendum repugnat
ipſi nolle. Si etiam detur, ꝙ il-
lud ſit non nolle, hoc non eua-
dit, quia negatio nulli poſitiuo
neceſſario conuenit, niſi ꝓpter
aliquam poſitionem neceſſario
conueniẽtem illi poſitiuo, quã
ſequitur illa negatio, & tunc il
la poſitio in propoſito, non põt
eſſe habitualis, vel aptitudina-
lis inclinatio aliqua, quia illam
non ſequitur non nolle, ſicut
nec illi repugnat nolle. ergo il-
lud poſitiuũ neceſſario conue-
niens voluntati propter quod
repugnat ſibi nolle, erit actuale
velle, ergo ſi non poteſt nolle,
neceſſario vult. & iſta ratio ge-
neraliter oſtendit, quòd nulli
ſuſceptiuo contratiorum & me
diorum ſi habeat media, repu-
gnat aliqua forma illius gene-
ris, ſiue ꝙ impoſſibile ſit eam
ineſſe, niſi alia forma illius ge-
neris neceſſario inſit eidem, vel
aliquid aliud, cui virtualiter re-
pugnat illa, quam impoſſibile
eſt ineſſe. tale autem poſitiuũ
virtualiter repugnans ipſi nol-
le, non poteſt in propoſito repe
riri aliud, quàm ipſum velle.
Reſpondeo illud repugnans il-
li nolle eſt voluntas, quia ipſa
non eſt capax niſi velle & nol-
le poſſibilis, nolle finem eſt in-
cludens contradictionem, quia
iſtud non eſt obiectum poſſibi-
le huius actus. Exemplum vide
re ſonum includit cõtradictio-
nem ex ratione actus, & obie-
cti. ideo repugnat viſui, vel vi-





ſus ſibi, & determinat ſibi non
videre hoc, quia viſus eſt ita in
ſe, vel reſpectu huius, nec eſt ĩ-
conueniens negare finem poſſe
eſſe obiectum odij, & beatitu-
dinem fugæ, ſicut nec miſeria
poteſt eſſe obiectum concupi-
ſcentiæ ſecundum Aug. in En-
*Vide 2. diſt. 6. q. 2. & diſt.* chi. c. 73. Miſeri non ſolum eſſe
nolumus, ſed nequaquam vel-
le poſſumus, & ponitur diſ. 25.
ſecundi. & hic diſt. 10.

*43. q. 2. & in 4. diſtin. 49. q. 9.* Ad auctoritatem Aug. dico
ꝙ non intelligit de volitione
actuali, vult enim ꝙ minus il-
le, de quo loquitur ibi, verum
dixiſſet, quid omnes concurren
tes voluere, ſi dixiſſet omnibꝰ.
beati omnes vultis eſſe, nõ om
nes autẽ concurrentes ad illud
ſpectaculum habuerunt tunc
actualiter velle beatitudinis,
quia non actualem cognitionẽ
de hoc. Loquitur ergo de voli-
tione habituali, & aptitudina-
li, qua videlicet ipſa voluntas
prona eſt, vt ſtatim inclinetur
ad actum volendi beatitudinẽ,
ſi actualiter offeratᵣ ſibi ab in-
tellectu. Similiter auctoritas
non eſt ad propoſitum, quia ſi
certum eſt omnes velle beatitu
dinem, hoc non eſt actu amici-
tiæ, volendo ſcilicet actu bea-
tifico illud. ſ. beatificari, ſiue
beatum eſſe, ſed actu concupi-
ſcentiæ volendo illud bonum
ſibi, vt ſufficiens ſibi bonũ, qa
non eſt certum voluntates inor
dinatas habere dilectionem or
dinatã primi obiecti in ſe, ſed
omnes voluntates ſiue ordina-
tæ ſiue inordinatæ habent vo-
luntatem concupiſcentiæ volẽ
do ſibi bonum, actus autẽ con-
cupiſcentiæ nõ poteſt eſſe actus
fruitionis, quia omnis concupi
ſcens concupiſcit alij, quẽ amat
amore amicitiæ, & ita actus cõ-
cupiſcentiæ non eſt actus frui-
tionis, ſed ſolus actus amicitiæ.
Si ergo loquatur Augu. de actu
volendi beatitudinem, non ta-
men de actu amicitię, ſed cõcu
piſciẽtiæ, & ita non de fruitio-
ne, & ita nõ eſt ad propoſitum.
Ad argumentum pro quarto ar
ticulo eorum, cum dicitur de a-
gere & de eſſe, dico quod ille a-
ctus, non eſſet ſupernaturalis,
ſed naturalis, quia actum ali-
quem poteſt voluntas elicere
naturaliter circa obiectum, qua
litercunque ab intelectu oſten-
ſum, & quia ille actus non exce
dit facultatem potentiæ, ideo
nec obiectum, vt terminat actũ
illius potentiæ. Cum dicitur
ſecundo quod voluntas eſſet
beata ſine charitate, dico quod
non ſequitur, quia ſecundum
Aug. de tri. lib. 13. cap. 5. v l
15. Beatus igitur non eſt, niſi
qui & habet omnia quę vult, &
nihil mali vult, ita intelligẽda
eſt hæc diſſinitio, quod beatus
eſt qui habet quicquid ordina-
te poteſt velle, non tamen quic
quid nunc actu vult, tunc enim
aliquis viator poſſet eſſe beatus
pro tunc, quãdo de vno tantum
ordinate habito cogitat. po-
teſt autem voluntas ordinare
velle habere charitatem, quia
poteſt velle non tantum habe-
re ſubſtantiam actus fruendi,
ſed poteſt velle habere fruitio-
nem Deo acceptam, ergo ſi non
habet illud, non habet quic-
quid ordinate poteſt velle.
Qualiter etiam charitas requi-
ratur, non tantum propter gra-
tificationem actus, ſed propter
aliquem gradum perfectionis
intrinſecum actui. de hoc in-
ferius diſt. 17.

AD PRINCIPALIA argumēta reſpondetur. Ad primum dico quod aliquid eſt cōueniens alicui aptitudinaliter, vel actualiter. cōueniēs aptitudinaliter eſt, qđ cōuenit alicui ex ſe, & q̃tum eſt ex natura rei, & tale cōuenit actualiter omni ei, in cuius poteſtate non eſt, quòd ei aliquid actualiter conueniat, vel diſcōueniat. & ideo quicquid conuenit alicui aptitudinaliter appetitu naturali, vel appetitu ſenſitiuo, conuenit & ei actualiter, ſi non ſit defectus ex parte alterius extremi vel actus extra. ſed in poteſtate voluntatis eſt vt aliquid ei actualiter conueniat vel non cōueniat. nihil enim actualiter cōuenit ſibi, niſi quod actu placet, propter hoc nego minorem cum dicitur. finis neceſſario cōuenit voluntati. hoc non eſt verum de conuenientia actuali, ſed aptitudinali. Aliter dico, ꝙ & ſi aptitudinalis ſola ſufficiat ad delectationem, non tamen ad fruitionem, immo in fruitione oportet, quod ſit conueniēs actualiter, ſiue aptitudinaliter conueniat, ſiue non. Si primū ſuppoſitum in hac reſponſione eſt verum, neganda eſt conſequētia, delectatio, ergo fruitio. Ad ſecundum dico, quod alius modus agendi in agere proprie & metaphorice deſtruit ſimilitudinem, quantum ad neceſſitatem. Vel aliter, ſicut aliquod agens proprie naceſſario mouet aliquod contingenter, ſic aliquod agens metaphorice mouet neceſſario aliquod contingenter. ille enim finis, qui mouet neceſſario efficiens, puta agens naturale, mouet neceſſario metaphorice, quia neceſſario amatur, vel appetitur naturaliter, qui autem mouet efficiens contingenter, mouet contingenter metaphorice, hic autem efficiens contingenter efficit, & finis contingenter metaphorice mouet. Ad tertium dico, quod illud immobile non oportet eſſe aliquem actum elicitum, nō enim plures calefactiones variæ, & mobiles preſupponūt aliquam vnam calefactionem immobilem, ſed præſupponunt actum primum, puta caliditatē, quæ ſit principium eliciēdi oēs iſtos actus varios, ita hic, volitiones non preſupponūt aliquā volitionē vnam immobilem, quia tunc voluntas volens aliquid ad finem, eſſet ſemper ſub duobus actibus, aut ſaltem ſub vno actu referente hoc ad illud, ſed preſupponūt actum primū puta voluntatem, quæ eſt principium ſufficiens, vel ratio eliciendi omnes illas varias volitiones.

## QVAESTIO. V.

VLTIMO circa diſtinctionem iſtam primam, queritur de fruente, cuiſcilicet, vt ſubiecto conuenit fruitio. Et primo vtrū Deo conueniat frui? videtur ꝙ non, quia fruitio eſt reſpectu finis, ſed deus non habet finem, ergo non conpetit ſibi frui. Cōtra. Deus amat ſe, & non amat propter aliud, quia tunc vteretur ſe, ergo fruitur ſe, conſequentia eſt plana, quia ſi amat ſe, aut vtendo, aut fruendo.

QVAERO ſecūdo. Vtrum viator fruatur? ꝙ non videtur, quia viator tantum habet actū deſiderii reſpectu boni abſentis,



ſed actus deſiderij non eſt actus fruitionis, cuius probatio eſt, qa deſideriū eſt actus cōcupiſcētiæ, fruitio autem eſt actus amicitiæ, ergo &c. Contra Aug. & habetˀ in litera, frui eſt amore inhærere alicui rei ꝓpter ſe, ſed ſic viator inheret Deo, ergo &c.

QVAERITVR tertio. Vtrū peccator fruatur? & vr̄ ꝙ nō, quia nō innititˀ alicuiˀ bono immobili, ſed mobili, ergo nō quieſcit, & per conſequens nō fruitur. añcedēs oſtēditur, quia innititur creaturæ que eſt mobilis, quia omnis creatura varietati ſubiecta eſt. Item qui vult aliū vti actu ſuo, nō fruitur eo, ſed peccator vult Deū vti actu ſuo. ergo non fruitur eo, maior oſtenditur, quia qui vult alium vti actu ſuo, iam non appreciat illum, vt ſummū bonū, ergo nō fruitur illo. minor oſtenditur, quia peccator vult eſſe actum ſuum, igitur vult ipſum eſſe a Deo, cū nihil poſſit eſſe, niſi a Deo, & ſi hoc, igitur vult Deū vti illo, quia Deus vtitur omni eo, quod eſt ab eo. Contra Aug. 83. quæſtionū. q. 30. Omnis itaque humana peruerſio eſt, qđ vitium vocatur, fruēdis vti velle, atque vtēdis frui. ergo poſſibile eſt peccatorē frui vtendis.

QVAERITVR quarto vtrum bruta fruantur? Et uidetur ꝙ ſic. ꝑ Aug. ubi prius 83. quæſtionum. q 30. frui qualibet corporali uoluptate, nō abſurde eſtimanˀ & beſtiæ. Cōtra frui eſt alicui rei amore inhærere propter ſe, ſed bruta non habent amorem, quia non uoluntatem, nec inhærent alicui rei propter ſe, ſed propter bonum eorum, ergo &c.

*In probæ. 10. tri. ca. 10. 8. phy. et 2. ca. & alibi ſæpe apud philoſophos.*

QVINTO querit̄ utrū omnia fruantur? Quod ſic, qa omnia bonū appetūt amore naturali. 1. Ethy. & aliquod bonū, & non propter aliud. Cōtra fruimur cognoſcentes, ſed non omnia cognoſcunt, &c.

AD SOLVTIONEM iſtarū q̄ſtionū p̄mitto quoddam exēplū, quō uidelicet corporea diuerſimode qetanˀ. ultimus. n. terminus qetis grauiū corporū eſt centrū. huic aūt cētro tanq̄ termino ultimo adheret aliqđ corpus graue ꝑ ſe, & primo puta terra, q̄ nō ꝑ naturā alterius corporis adhæret alicui, a quo participet grauitatē, & iſtā adhæſionē. Aliqđ aūt corpus adheret cētro īmobiliter, & ꝑ ſe, ſed nō primo, qa adheret ꝑ grauitatē, & adhæſionē participatam a terra, ꝑ ſe tñ adheret, quia ꝑ formā intrinſecā, & firmiter, qa ē quaſi intrinſecū terre, quæ primo quieſcit. vtpote lapides & metalla in uiſceribus terre, & talia, licet nō primo, tñ perfecte quieſcūt. quia ꝑfecte cōiuncta ſunt cētro mediāte primo quieſcente, cui ſunt quaſi perfecto unita. Aliquod corpus tertio modo adhæret centro mediante terra, cui unitur, ſed mobiliter, & nō firmiter, ut graue aliquod exiſtens in ſuperficie terræ, & tale licet uere quieſcat ad aliquod tempus, non tamen ita determinatur ad quietem, ſicut corpus quieſcens ſecundo modo. Quarto mō poteſt aliquod corpus adhærere uniformiter corpori proximo, & reſpectu illius quieſcere, & tamen non quieſcere reſpectu uniuerſi, ſi illud cui proximo adhæret non uniformiter adhereat cētro. uerbi gratia, de hoīe iacēte in naui, & ſi ī poteſtate corporis eet

ſeipsũ quietare illud corpus graue, quod ſeipsũ finaliter quietaret in aliquo tali mobili, non autem in centro, nec mediate, nec immediate, inordinate ſe quietaret, quia & ſi quantũ eſt ex ſe quietaret ſe, propter ſuam firmam adhæſionẽ tali corpori mobili, tamẽ non adhæret illi, cui ſecũdũ naturam ſuam adherere deberet, vt quietaretur.

Ad propoſitum applicando corporis ponderi correſpondet voluntas in ſpiritualibus, quia ſicut corpus pondere, ſic animus & voluntas amore fertur, quocunque fertur, vt ait Aug. 11. de ciui. dei c.28. Centrum ergo ꝙ ex natura ſui eſt vltimate quietatiuum, eſt finis vltimus ſecundum veritatem. huic centro voluntas diuina primo & per ſe, quia non participatione alicuius alterius a ſe immobiliter, & neceſſario adhæret, quia ipſa voluntas non per habitum, nec per actum differentem a ſe, nec in uirtute alicuius cauſȩ ſuperioris perfectiſſime amat illud ſummum bonum, & neceſſario. Vñ ait ille ſapiens, ꝙ deus eſt ſphera intellectualis, cuius centrum vbique eſt, & circumferentia nuſquam. In ſecundo gradu eſt voluntas creata beata, quæ non primo, ſed participando a Deo, per ſe tamẽ, quia per formam ſuam intrinſecam adhæret firmiter huic bono, & hoc quia facta eſt quaſi intrinſeca voluntati primo quieſcenti, ꝗa in eius beneplacito ſemper manens. In tertio gradu eſt voluntas iuſti viatoris, quæ licet innitatur diuinæ volũtati, & mediãte illo ſummo bono, in quo quieſcit ipſa voluntas, tamen non firmiter adhæret illi bono, ex beneplacito iſtius voluntatis. vnde nunc adhæret illi, nunc auertitur ab illo bono, ſed hoc eſt quoddam diſſimile in corporibus tertii membri, quia ibi manente forma, qua corpus quieſcit, poteſt ipsũ nõ quieſcere. hic oportet formam qua quieſcit deſtrui ſimul cum auerſione voluntatis a centro ſuo. In quarto gradu eſt peccans mortaliter, qui licet quantum eſt ex parte actus voluntatis ſe quietãtis vehementer inhæreat alicui alij a Deo, ita ꝙ, nec mediante illo, nec immediate inhæret Deo, tamẽ ex parte obiecti non poteſt ſimpliciter quietari, immo ſicut quieſcens reſpectu nauis, & non reſpectu centri, non quieſcit ſimpliciter, quia non quieſcit reſpectu vltimi quietantis in vniuerſo, ita voluntas quietans ſe quantum poteſt in aliquo obiecto alio a Deo, non ſimpliciter quietatur, quia non reſpectu huius, quod vltimate, & perfectiſſime eſt in vniuerſo quietatiuũ voluntatis. Quod etiam patet, quia ibi uoluntas nunquam ſatiatur, quantumcunque firmiter ſe immergat ĩ illud, propter ſe amando illud.

*Hic ſapiens fuit hermes trimegiſ. et empedocles, uel ſecundus philoſoph⁹ ſecundum diuerſos do. uide alanum in maximis.*

EX HIS ad propoſitas quȩſtiones dico, ꝙ frui nihil dicit niſi actum inhærendi obiecto propter ſe, quem concomitatur delectationis quietatio, ſiue qui eſt ipſa ꝗetatio, hoc eſt act⁹ vltimate terminãs potẽtiã in quãtũ potẽtia ſeipſa ꝗetat actu ſuo, ita ꝙ đ rõne fruitiõis, ſi dicit actũ, non uidetur eſſe, ꝙ ipſa quietet potentiam, quantum eſt ex parte obiecti, ſed quantum eſt ex parte potentiæ obiecto propter ſe inhærentis. Vel dicit delectationem, vel actum inhærendi propter ſe obiecto quem cõcomitatur &c. * Dico ergo ꝙ volũtas diuina fruitur ſimpliciter, & neceſſario & ꝑ ſe primo. Voluntas aũt creata beata fruitur ſimpliciter, & ꝑpetuo, & per ſe, ſed non primo. Volũtas vero viatoris iuſti fruitur ſimpliciter, & per ſe, ſed non immobiliter, neque primo. Voluntas aũt peccãtis mortaliter fruiť ſimpliciter quia quantũ eſt ex parte volũtatis quietãtis ſeipsã quietaret, & ſe quietat in obiecto, quod ꝓpter ſe amat, ſed non ſimpliciter quietatur, quantũ eſt ex parte obiecti, nec frui illud reqrit, ſed quia obiectũ non eſt de ſe quietatiuũ, ſicut potentia actu ſuo quietat in ipſo, ideo eſt fruitio inordinata. Sed tũc eſt dubitatio, quo obiecto peccans mortaliter fruitur? an, ſ. actu ſuo, an obiecto ſui actus? Reſpondeo, quòd comuniter fruitur ſeipſo, quia obiectũ actus ſui amat amore concupiſcentiȩ, & per conſequens aliquid aliud amat amore amicitiæ, quia omnem amorẽ cõcupiſcẽtiæ pręcedit amor amicitiȩ, illud aũt aliud eſt ipſemet, cui vt amato amore amicitiæ appetit illud obiectũ, vnde nõ fruiť obiecto ſui actus nec ꝑ cõſequens ipſo actu, ſuper quẽ non oportet primo reflecti, hęc eſt ſententia Augu. de ci. Dei. lib. 14. cap. 28. & ſuper Geñ. li. 11. & cap. 22. vel lib. 2. cap. 8. ꝙ duas ciuitates fecerũt duo amores, ciuitatem diaboli amor ſui vſque ad contemptũ Dei, ciuitatem Dei amor Dei vſq; ad cõſumptũ ſui, ergo prima radix ibi ẽ ꝙ peccãs fruiť ſe.

*Sic in antiquo originali.*

AD QVAESTIONEM penultimã dici põt, ꝙ appetit⁹ ſenſitiu⁹, licet aliqualiter alicui inhæreat ꝑꝑ ſe .i. nõ ꝑꝑ alterũ negatiue, ꝗa nõ eſt eius referre ad aliđ, nõ tñ cõtrarie, quia nõ appreciať obiectũ vt nõ referibile ad aliđ, ideo abuſiue diciť frui ꝑꝑ nõ relationẽ, nõ tñ ꝓprie, ꝗa nõ irreferibiliter inhęret. Similiter nec amore ĩhęret, ꝗa eius ꝓprie nõ eſt amare. Similiter nec ꝓprie inhęret, quia nõ ſe applicat obiecto, ſed quaſi infigiť vi obiecti, ꝗa nõ ducit ſe ſed duciť ſcđm Dama. li. 2. c. 24. Et ĩ ſequẽdo dictã parabolã de quietatione corporũ poſſet dici, ꝙ appetit⁹ ſẽſitiuus aſſimilať ferro, quaſi adamãti infixo vi adamãtis attracto, & ſic nec ĩ cẽtro mediate nec ĩmediate ꝗetať, nec ĩ aliquo alio vi illa, quȩ eſſet ꝗetatiua in cẽtro, vel intrinſeca ꝗetatiua in aliquo quaſi in cẽtro, ſed tm̃ quaſi vi extrinſeci ꝗetãtis, ita hæc vis obiecti ꝗetat nõ aũt illa intrinſeca ꝗetatiua in cẽtro, vel quaſi in cẽtro. Quæ eſt ſola libertas, quæ appetitui ſenſitiuo non conuenit.

*a.l. ſimilitudinem.*

EX HIS patet ad vlti. quæſtionẽ ꝗa ſi ab appetitu ſenſitiuo negeť frui ꝓprie, qui tamen magis conuenit cum voluntate cuius ꝓprie eſt frui, quam appetitus naturalis, quia actus appetitus ſenſitiui ſequiť actũ cognoſcẽdi, ſicut actus volũtatis actũ intelligẽdi, non ſic aũt actus appetitus naturalis, ſiquis ſit actus eius ſequitur, ꝙ habẽti ſolũ appetitũ naturalẽ, nõ cõuenit frui ꝓprie, ĩmo nec ſic abuſiue, ſicut cõpetit appetitui ſenſitiuo.

AD ARGVMENTA ad illud primæ quȩſtionis dico (ſicut dictũ eſt. q. 1. huius diſtinctionis. art. 4.) Quod ratio finis non eſt proprie ratio fruibilis, ſed

ſed rō illius boni abſoluti, cui cōuenit rō finis licet igiť Deus nō ſit finis ſui, tñ reſpectu volūtatis ſuæ eſt illud obiectū abſolutū, cui nata eſt cōpetere rō finis, quia eſt ſummū bonū, non tñ pōt ſibi cōpetere rō finis reſpectu ſui, ſicut nec reſpectu ſui eſt finis, ſed reſpectu omnium finibiliū, qualia ſunt bona ordinabilia ad aliud. Si obijciatur, qūo ergo De⁹ dř agere pp finē, & ēt ꝙ ſuperioris agentis eſt ſuperior finis? Reſpōdeo, reſpectu nullius eſt cā finalis aliqua, niſi reſpectu cuius eſt cā efficiēs, qa cauſalitas cauſæ finalis eſt mouere efficiens ad agēdū, Dei igiť ineffectibilis nihil ē cā finalis, ſed illud primū dictū vulgatū debet intelligi. ꝙ agit pp finē effectus, nō pp finē ſui, qa non eſt agens ſui. Similiter ſcđm dictū dēt intelligi de fine effect⁹, qa agens ſuperius ordinat, non ſe, ſed effectū ſuum ad finem vniuerſaliorem, vel ſuperiorē, & ita ille finis ſuperior eſt agētis, non vt finis eius, ſed ad quē ordinat illud quod agit.

AD ARGVMENTVM ſecundæ. q. dico, ꝙ p̄ter actum deſiderij q eſt reſpectu nō habiti, quo viator iuſt⁹ appetit Deū actu concupiſcentiæ, habet iuſtus aliū actum amicitiæ volendo Deo in ſe bene eſſe, & hic actus amicitiæ eſt fruitio, non aūt ille, qui eſt deſiderij, & iſte ſecundus proprie eſt charitatis, non autē primus, qui eſt deſiderij (ſicut dicetur libro tertio.)

*di. 27. & 28.*

AD PRIMVM arg. 3. q. pōt exponi maior, quia inhęrēs mobili, nō qeſcit ſimpliciter, licet inquātū eſt ex parte ſui ſic quietet ſe in illo, & ita concedenda eſt hæc concluſio, ꝙ peccans mortaliter nō ſimpliciter qetať, licet q̄tū eſt ex pte ipſius ſic actu ſuo ſe qetare volētis, vltimate ſe qetet īmobili. Si addať ꝙ nihil fruiť, niſi ſimpliciter qetetur in illo, negandū eſt, ſed oportet addere, niſi ſimpliciter qeteť, q̄tū eſt ex parte ipſi⁹ actus quo. ſ. inhæret obiecto, & ēt q̄tū ē ex parte obiecti in fruitione ordinata. Nec hic dēt intelligi qetatio ſumma, qa oēm qetationē viæ ſequiť maior patriæ, ſed pp actū irreferibilē, ita acceptantē obiectū. Ad ſcđm p̄t maior negari, qa licet amore ordinato nullus fruať aliquo, niſi quo nō vult aliquē vti, ſed frui, tñ amore innordinato bene p̄t qs frui, quo non vult aliū frui, ſed tm̄ vti, vel illud nullo mō amare, ſicut patet de zelotipia innordinata. Ad ꝓbationē maioris p̄t dici, ꝙ licet fruēs appreciet fruibile, tanq̄ ſummū bonū, nō tñ vult illud ab oībus ſic ap̄p̄ciari, qñ inordinate ſic fruitur, nō igiť ſequitur, vult iſtud eē ſummū bonū, vel amat illud, quaſi ſummū bonū, ergo vult alios ſic amare illud. Aliter pōt rñderi negādo minorē. Ad ꝓbationē cū dř, vult fruibile eē, ergo vult illud eē a Deo, non ſeqtur. Nec ſequitur ēt, vult illud eē a Deo, ergo vult Deū vti illo, & cā defectus vtriuſq; cōſequētiæ eſt, qa non oportet, volentē añcedēs, velle cōſequēs, qñ cōſequēs nō includiť p ſe in antecedente, ſed tm̄ ſequiť p locū extrinſecum, ita eſt in propoſito.

AD AVCTORITATEM Aug. ad quartā qōnem patet, ꝙ exponēda eſt auctoritas eius de fruitione abuſiua, ſiue extēdendo nomē fruitionis, quia appetitus ſenſitiuus nō refert, intelligendo



ligendo negatiue, non contrarie, qa nō inhæret obiecto tanq̄ irreferibili, quia licet irreferibili a ſe hoc eſt rōne impotētię naturalis in ipſo nō rōne bonitatis obiecti vere vel in acceptatione potentiæ, de dr̄ia iſtorum non referri negatiue contrarie, & priuatiue. dicet. 2. lib. di. 41.

*Ad omnē actū nō referibilem, quod aliquo modo pōt conuenire appetitui ſenſitiuo, puta negatiue tantū, non contrarie, ut dictum eſt, quia nō inhæret obiecto, tā quàm irreferibili, quia hoc eſt impoſſibile in ipſo, niſi ratio bonitatis obiecti uere, uel in acceptatione ſit nota potentiæ, licèt irreferibili à ſe, hoc eſt ratione impotentia naturalis in ipſo, non tamen ratione bonitatis obiecti.*

AD ARGVMENTVM quæſtionis vltimæ, patet ꝙ licet appetitus naturalis alicui inhæreat pp ſe negatiue, non tñ contrarie, vt in pluribus, & ſi qñque contrarie, non tñ amore inhæret, ſed nec ēt proprie inhæret, ſed ab ipſo dante naturā, quaſi infigitur illi obiecto, nō quidē per actū elicitū aliū a natura, ſicut eſt in appetitu ēt ſenſitiuo, ſed p inclinationē habitualē naturæ, vnde (ſicut p̄dictū eſt) minus cōuenit ſibi frui, q̄ appetitui ſenſitiuo, qui per actum elicitū quaſi obiecto iā cognito inhæret, licet non libere. appetitus autē naturalis ſine omni cognitione ppetuo inclinatur. Ex dictis de frui & ſpecialiter in q 3. huius diſtinctionis patere pōt de vti, q eſt actus quidā voluntatis imperfectior, ad frui ſicut ad actū perfectiorē eiuſdem potentię ordinatus.

## DISTIN. II.

CIRCA ISTAM ſcđm di. ī qua magiſter agit de eſſentia Dei & eius vnitate & perſonarū pluralitate quæruntur ſeptem. Nā circa primam partem quęruntur tria. duo de eius eſſentia, & vnum de eius vnitate.

PRIMO q̄riť de his q̄ pertinent ad vnitatem Dei. Vtrum in entibus ſit aliquid actu exiſtens infinitum? ꝙ non, ſic arguitur, ſi vnū cōtrariū eēt in natura actu infinitū, nihil ſibi cōtrariū eēt in natura, ergo ſi aliqđ bonū ſit actu infinitū, nihil mali eſſet in vniuerſo. Rñdeť ꝙ maior eſt vera de cōtrarijs formaliter, nullū malū contraria Deo formaliter. Cōtra ſiue formaliter, ſiue virtualiter cōtrarieť (ſi eſt infinitū) nihil patitur cōtrariū ſui effectus, qa pp infinitā virtutē deſtruet oē īcōpoſſibile ſuo effectui, ergo maior ē ita vera de cōtrario virtualiter, ſicut formaliter, & eſt exēplū, ſi ſol eſſet infinite calidus virtualiter, nihil relinqueret frigidū in vniuerſo, ſicut nec ſi eēt infinite calidus formaliter. Itē corpus infinitū nullū aliud corpus ſecū cōpatiť, ergo nec ens infinitū aliud ens cū eo. Probatio cōſequentię. Tū quia ſicut repugnat dimenſio dimenſioni, ita vř actualitas actualitati repugnare. Tū qa, ſicut ſi eēt aliud corpus ab infinito, faceret cū illo aliquid maius infinito, ita ſi eēt ens aliud ab infinito, faceret aliqd maius infinito. Præterea, ꝙ ita eſt hic, ꝙ non alibi, eſt finitū reſpectu vbi, & ꝙ ita eſt nūc, ꝙ non alias, eſt finitum reſpectu qñ, & ita de alijs & qđ ita agit hoc, ꝙ non aliud, eſt finitū ſcđm actionem, ergo ꝙ eſt ita hoc aliquid, ꝙ nō eſt aliud, eſt finitū ſcđm entitatē Deus aūt eſt ſumme hoc, quia ex ſe eſt q̄dā ſingularitas, ergo nō eſt infinitus. Item. 8. Phy. Virtus infinita ſi eſſet, moueret in nō tēpore, nulla virtus poteſt mouere in non tēpore, ergo &c. Cōtra ibidē philoſophus. 8. Phy. ꝓbat primū mouēs eē potētię infinitæ, qa mouet motu infinito,

*Guil. Var. lib. 1. diſt. 2. q. 1.*

to, ſed hæc concluſio non poteſt intelligi tantū de infinitate durationis, quia propter infinitatē potentiæ probat, ꝙ non poſſit eſſe in magnitudine, non repugnat autem magnitudini (ſecundum eum) quòd in ea ſit potentia infinita ſecundum durationem, ſicut ponit in cęlo. Itē, pſalmus, magnus Dominus, & lau.ni. & magnitudinis eius nō eſt finis. Item Dam̄.c.4. Eſt pelagus infinita continens.

## QVAESTIO II.

SECVNDO quæro, an aliquod infinitum eſſe ſiue an Deū eſſe ſit per ſe notū? ꝙ ſic probo Dam̄. lib.j.c.j. & 3. eius, ꝙ eſt Deū eſſe, cognitio omnibus eſt naturaliter inſerta, ſed illud eſt per ſe notum, cuius notitia oībus inſerta eſt, ſicut patet ex 2.Me. ꝙ prima principia (q̄ ſunt quaſi ianua) ſunt per ſe nota, ergo &c. Præterea, illud quo nihil maius cogitari poteſt eſſe eſt per ſe notum, deus autem eſt hmōi ſecundū Anſel. proſol. ſecundo. illud autem non eſt aliquod finitum, ergo infinitum, prima probatur quia oppoſitū prædicati repugnat ſubiecto, ſi enim nō eſt in re, nō eſt quo maius, cogitari nō poteſt, quia ſi eſſet in re, maius eſſet, quam ſi non eſſet in re, ſed tantum in intellectu. Item veritatem eſſe per ſe notū, Deus autem eſt veritas, ergo Deum eſſe eſt per ſe notum. Probatio maioris, quia ſequit̄ ex ſuo oppoſito, ſi enim nulla veritas eſt, ergo verum eſt nullam veritatē eſſe, ergo veritas eſt. Item propoſitiones habētes neceſſitatem ſecundū quid ex terminis habentibus entitatem ſecundum quid, ſunt per ſe notę, ſicut prima prīcipia quæ ſunt ꝑ ſe nota ex terminis habētibus eſſe ī intellectu, ergo multo magis erit illa ꝑ ſe nota, quæ habet neceſſitatem ex terminis ſimpliciter neceſſarijs, qualis eſt iſta, Deus eſt. Aſſumptū patet, q̄a neceſſitas primorū principiorū, & veritas, & noſcibilitas eorū, nō eſt ꝑꝑ exiſtentiā terminorū in re, ſed tantū propter cōnexionē extremorum, vt ſunt in intellectu cōcipiente. Cōtra per ſe notū nō poteſt ab aliquo negari. ſed dixit inſipiens in corde ſuo, nō eſt deus. Item Aui.j. Meta. Deum eſſe, non eſt per ſe notū, nec deſperatum cognoſci.

*T. c.1. & 4.*

*Iōā. 3. 14. & 18.*

*Apoc. 15.*

*Pſal. 13. & 52.*

*T.c.13.*

QVONIAM ſecundum phyloſophū 2. Met. abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiam & modum ſciēdi. iō primo rn̄deo ad ſcd̄am qōnē quæ quærit de mō cognoſcendi iſtā, Deus eſt. Et quātū ad iſtā primo aſſigno rōnem ꝓpoſitionis per ſe notæ. Et dico, ꝙ cū dr̄ propoſitio per ſe nota, ly per ſe, non excludit quālibet cām, quia nō excludit terminos ꝓpoſitionis, nulla em̄ propoſitio ꝑ ſe nota eſt excluſiua notitię terminorū, quia principia prima cognoſcim⁹, inquā tū, terminos cognoſcimus, ſed excluditur quæcūque cā, & rō, quæ eſt extra per ſe cōceptum terminorū ꝓpoſitionis ꝑ ſe notæ. Dicitur igitur propoſitio per ſe nota, quæ ex terminis ꝓprijs qui ſunt aliquid eius, vt ſunt eius habet veritatē. Et non propter aliq̄d aliud, ꝙ ſit extra terminos proprios habet euidentiam, ſed ex ſe tantum, vt omne totum eſt maius ſua parte. Vlterius qui ſunt illi termini pro-

*Quaſtio hæc loguta eſt, & ſubtiliſſime diſcuſſa propoſitionis per ſe notæ, ratione.*

*1. Poſt. tex.c.6.*

*Idem ſenſit Ariſt. 1. Poſter. com.25.*



proprij, ex quibus debet eſſe euidens? dico, ꝙ quo ad hoc, alius termin' eſt diffinitio, alius diffinitum, & hoc ſiue accipiātur termini propoſitionis pro vocibus ſignificātibus, ſiue pro cōceptibus ſignificatis, ꝙ probo ex. j. Poſte. quia quod quid eſt alterius extremi, eſt medium in demonſtratione, ergo altera præmiſſarum non differt a concluſione, niſi ſicut diffinitum a diffinitione, & tamen præmiſſa eſt principium per ſe notū, concluſio autē non eſt per ſe nota, ſed demonſtrata, ergo quantum ad rationē propoſitionis per ſe notę alius terminus eſt diffinitio a diffinito, quia ſi eſſet idē cōceptus diffinitionis & diffiniti, in demonſtratione potiſſima eſſet petitio principij. Item tunc eſſent ibi duo termini tātum qd̄ eſt falſum.

*T. cō. 10. & 20. & expreſſius in 2. habetur t. c. 8.*

*Confutatio op. aduerſariorum groſſi capitis qui nullam ex natura rei ponūt diſtinctionē inter diffinitionem & diffinitum contra philoſophum & Auerroim. 1. Phy. t. & c.28. t. c.5.*

Hoc probatur ſecundo ſic per Ariſto. 1. Phy. ꝙ nomina ſuſtinent ad diffinitionem, hoc qd̄ totum ad partes, in ꝙ nomē eſt prius notum diffinitione.

Ex hoc arguitur, impoſſibile eſt eundē cōceptū eſſe priorem & poſteriorem haberi, & non haberi, de eadem re. Sed idem poteſt prius concipi ſecundum nomen, quā ſecundū diffinitionem. nomē autē cōfuſe importat qd̄ diffinitio diſtincte, quia diffinitio diuidit in ſingularia, ergo conceptus quiditatis prout importat per nomen cōfuſe, eſt prius notus naturaliter, quā cōceptus eius, vt importat̄ diſtincte per diffinitionē, & ita alius cōceptus & aliud extremū. Ex duobus declaratis infero propoſitum ſic cū propoſitio ſit per ſe nota, quæ ex proprijs terminis habet euidentē veritatē, & alij termini ſunt conceptus quiditatis diſtinctę, vt importatur ꝑ diffinitionē, & conceptus quiditatis cōfuſę, vt importatur per nomē. ſequitur ꝙ ꝓpoſitio nō eſt per ſe nota quiditate cōfuſe accepta, quæ nō eſt nota, niſi eadem diſtincte cōcipiatur per diffinitionē. Hæc etiā eadē concluſio probat̄, quia alias quęlibet propoſitio neceſſaria, quę eſt vera per ſe primo modo, vt hō eſt animal, & corpus vſque ad ſubſtantiā, eſſet per ſe nota, qd̄ tn̄ non eſt verū, nam ſi rō vtriuſque extremi aſſignatur ex rōnibus extremorū diſtincte conceptis, apparet manifeſte, ꝙ vnum extremū includit aliud. Similiter alias quęlibet propoſitio eſſet per ſe nota in ſciētijs ſpecialibus, quā metaphyſicus poſſet habere ꝑ ſe notam ex diffinitionibus extremorū, quod non eſt verum, quia geometer nō vtit̄ aliquibus principijs tanquā per ſe notis, niſi quæ hn̄t euidentē veritatē ex terminis cōfuſe cognitis, puta cōcipiendo lineam cōfuſe, euidēs eſt ꝙ linea eſt lōgitudo ſine latitudine, nō cōcipiendo adhuc diſtincte, ad quod genus pertineat linea, ſicut cōſiderat metaphyſicus. Alias autē propoſitiones quas metaphyſicus poſſet cognoſcere, puta ꝙ linea eſt ſpecies quantitatis cōtinuę diſtincta contra ſuperficiē & corpus, & huius tales propoſitiones non habet geometer pro per ſe notis. Patet hoc tertio, q̄a bene ſtat demōſtratio alicuius prædicati de diffinito, cū hoc ꝙ illud p̄dicatū ſit per ſe notū de diffinitione, ſicut habere tres eſt demonſtrabile de triangulo, cū tn̄ notū ſit per ſe de eius diffinitione, ꝙ omnis figura plana &c.

Eſt igitur omnis, & ſola illa propoſitio per ſe nota, quæ ex terminis ſic conceptis, vt ſunt eius termini, nata eſt habere euidentem veritatem complexionis.

*Thom. 1. par. ſum. q. 2. ar. 1. in ſolutione principali.*

Ex hoc patet ꝙ non eſt diſtinguere inter propoſitionem eſſe per ſe notam, & per ſe noſcibilem, quia idem ſunt, nam propoſitio non dicitur per ſe nota, quia ab aliquo intellectu actualiter cognoſcatur per ſe, tunc ei ſi nullus intellectus actu cognoſceret, nulla propoſitio eſſet per ſe nota, ſed dicitur per ſe nota, quia quantum eſt de natura terminorum, nata eſt habere euidentem veritatem contentam in terminis, etiam in quocunq; intellectu cõcipiente terminos, ſi igitur aliquis intellectus non concipiat terminos, & ita non cõcipiat propoſitionem non minus eſt per ſe nota, quãtum eſt de ſe, & ſic loquimur de propoſitione per ſe nota. Ex his etiam patet, ꝙ nulla eſt diſtinctio de per ſe nota in ſe, & in nobis, quia quæcunque eſt in ſe, & per ſe nota, cuicũq; intellectui eſt ꝑ ſe nota, licet non actu cognita, tñ q̃tũ eſt ex terminis eſt euidẽter nota, ſi termini cõcipiant̃.

*Thom ubi ſu. ra. 1. Prior. c. 1. Thom ubi ſupra & infra 2. q. 9. art. 2. & Alex. de Ales. 1. par. q. 3.*

Sicut patet de ſyllogiſmo perfecto, qui nullus indiget vt appareat neceſſarius. Itẽ propter idem nõ valet illa diſtinctio ꝙ aliquid eſt per ſe notũ ſapientibus, vel inſipientibus, quia hoc totum pertinet ad conceptionẽ terminorum, quæ præſupponitur ad intellectum propoſitionis per ſe notæ. Licet ſic diſtinguat Boe. in hæbdomadibus cõmunẽ conceptionẽ. Sed vel non eſt idem propoſitio per ſe nota, & communis animi conceptio, vel ipſe intelligit de concepta, non de conceptibili, vel ratione terminorum diſtincte.

Nec illa diſtinctio valet, ꝙ aliquę ſunt per ſe notæ primi ordinis, aliquę ſecundi, quia quæcũque ſunt per ſe notę propoſitionis, conceptis terminis proprijs ſicut ſunt termini earum, habent euidentem veritatem in ordine ſuo.

*Guil. Var. lib. 1. diſt. 2. q. 8.*

EX HIS ad quæſtionem dico, ꝙ ꝓpoſitio illa eſt per ſe nota, q̃ coniũgit iſta extrema eſſe & eſſentiam diuinã, vt eſt hæc, ſiue Deum, & eſſe ſibi propriũ.

Quomodo Deus videt illam eſſentiam, & eſſe ſub proprijſſima ratione, quæ eſt in Deo hoc eſſe, quo modo nũc a nobis, nec eſſe intelligit̃, nec eſſentia, ſed ab ipſo Deo, & a beatis. Quia illa ꝓpoſitio ex terminis ſuis habet euidentem veritatẽ. intantũ ꝙ illa propoſitio non eſt per ſe ſecundo modo, quaſi prędicatum ſit extra rationem ſubiecti, ſed eſt per ſe primo modo, & immediata, & ex terminis euidens, quia eſt immediatiſſima, ad quã reſoluuntur omnes ꝓpoſitiones enunciantes aliq̃d de Deo qualitercũq; concepto.

*Specula uerba hęc ſubtiliſſima intelligẽter quia multi ſcotiſtarũ turbant.*

Eſt igitur iſta, Deꝰ eſt, vel hęc eſſentia eſt ꝑ ſe nota, quia iſta extrema nata ſunt facere euidentiã de iſta cõplexione cuilibet apprehẽdenti ꝑfecte extrema iſtius cõplexionis, quia eſſe nulli ꝑfectiꝰ cõuenit, quã huic eſſentiæ, ſic ergo intelligẽdo ꝑ nomẽ Dei aliquid, quod nos nõ perfecte cognoſcimus nec concipimus, vt hanc eſſentiam diuinam, ſic hæc eſt per ſe nota, Deꝰ eſt. Sed ſi quęrit̃, an eſſe inſit alicuius cõceptui, quẽ nos cõcipimus de Deo, ita ꝙ ſit propoſitio per ſe nota, in quo enunciatur

ciatur



ciatur eſſe de tali conceptu.

Puta in tali propoſitione, cuius extrema põt a nobis cõcipi, põt enim in intellectu nr̃o eſſe aliquis cõceptus de Deo dictus, nõ cõis ſibi & creaturę, puta neceſſario ens, vel ens infinitũ, vel ſummũ bonum, & de tali cõceptu poſſumus prædicare eſſe eo mõ, quo a nobis concipitur, puta neceſſariũ eſſe. Dico ꝙ nulla talis eſt per ſe nota ꝑꝑ tria. Primo. quia quęlibet talis cõcluſio eſt demõſtrabilis ẽt ꝓpter q̃d, ꝓbatio; quicquid primo & immediate conuenit alicui de quolibet, quod in eo ſiue ſibi ſuperiori ſiue inferiori, vel de paſſione, põt demonſtrari propter quid ꝑ illud cui primo cõuenit tanq̃ ꝑ mediũ. Exemplũ. ſi triãgulus primo habet tres angulos ęquales duobus rectis, de quolibet cõtento in triangulo põt demõſtrari, ꝙ hẽat tres angulos, demõſtratione propter quid, ꝑ mediũ, q̃d eſt triangulus, puta ꝙ aliqua figura habet tres &c. de qualibet etiã ſpecie triãguli, ꝙ hẽat tres licet nõ primo, eſſe aũt, primo cõuenit huic eſſẽtię vt hęc quomodo eſſentia videt̃ a beatis, ergo de quolibet, quod eſt in hac eſſentia, quod põt a nobis concipi ſiue ſit quaſi ſuperius, ſiue quaſi paſſio, poteſt demonſtrari eſſe per hanc eſſentiã, ſicut ꝑ mediũ demonſtratione ꝑꝑ q̃d, ſicut ꝑ hãc, triãgulus habet tres, demõſtrat̃ ꝙ aliqua figura habet tres.

Et ꝑ cõſequẽs nõ eſt ꝑ ſe nota ex terminis, q̃a tunc non demonſtraretur propter quid.

Sc̃do ſic, propoſitio per ſe nota cuilibet intellectui ex terminis cognitis eſt euidẽs, ſed hęc propoſitio ens infinitum eſt, non eſt nota, ſiue euidens nr̃o intellectui ex terminis, probatio, tales enim terminos prius cõcipimus, quã eã credamus, vel per demonſtrationẽ ſciamus, & in iſto priori nõ eſt nobis euidẽs. non enim certitudinaliter eam tenemus ex terminis, niſi ꝑ fidẽ vel demonſtrationẽ. Tertio, quia nihil eſt ꝑ ſe notũ de conceptu nõ ſimpliciter ſimplici, niſi ſit ꝑ ſe notũ partes illius cõceptus vniri, nullus autẽ cõceptus quẽ hẽmus de Deo proprius ſibi, & nõ cõueniẽs creaturę eſt ſimpliciter ſimplex, vel ſaltẽ nullus quẽ nos diſtincte ꝑcipiamꝰ eſſe ꝓpriũ Deo, eſt ſimpliciter ſimplex, nihil eſt ꝑ ſe notũ de tale cõceptu, niſi ꝑ notũ ſit partes illius cõceptus vniri, ſed hoc non eſt ꝑ ſe notũ, q̃a vnio illarũ partiũ demonſtrat̃ ꝑ duas rationes.

Hæc minor pendet ex op. de vniuocatione conceptus communis Deo & creaturę, q̃ opi. mutata, minor talis ſumet̃ hęc, multi conceptus in quibus concipimus Deũ non ſunt ſimpliciter ſimplices, & concluditur cõcluſio particularis nõ vniuerſalis, ſicut patet ꝑ duas primas rõnes. Minor ẽt aliter põt ſumi, nullus cõceptus nr̃ ꝓpriꝰ Deo, vel quẽ concipimus eſſe ꝓpriũ Deo, eſt ſimpliciter ſimplex, q̃a licet cõceptꝰ entis factus ꝑ creaturã ſit ſimpliciter ſimplex, & proprius Deo, ſecundum aliam op. non tamẽ eſt conceptus proprius ꝑceptus, quia ſc̃dm Hẽr. in ſum. artic. 22. q̃õ. 2. vĩ ꝙ in iſto cõceptu propter ſimilitudinem & ſimplicitatem, & propinquitatem non diſtinguimus Deum ab alijs, intellige, non diſtinguimus perceptibiliter, quia licet ſit conceptus diſtinctus,

*Clarius ut de 8. diſt. huius q.*

ctus,

ctus, nõ tamen percipitur a nobis, vt diſtinctus. ergo nihil eſt per ſe notum de tali conceptu niſi per ſe notũ ſit partes illius conceptus vniri, ſed hoc nõ eſt per ſe notum. quia vnio illarũ partium demõſtratur (vt ſupra dictum eſt) per duas rationes.

*T.c.39.*

Maior manifeſta eſt per philoſophum 5. Met. c. de falſo, qa ratio in ſe falſa eſt de oĩ falſa, ergo nulla ratio eſt de aliquo vera, niſi ſit in ſe vera, ergo ad hoc ꝙ cognoſcatur aliquid eſſe verum de aliqua ratione, vel ipſam eſſe veram de aliquo, oportet cognoſcere ipſam eſſe verã in ſe, non eſt autem ratio in ſe vera, niſi partes illius rationis ſint vnitę, & ſicut oportet ſcire quantum ad prædicationes quiditatiuas, ꝙ partes illius rationis poſſint vniri quiditatiue, puta ꝙ altera contrahat alterã formaliter, ita quantum ad veritatem propoſitionis enunciãtis eſſe, oportet cognoſcere partes rationis ſubiecti, vel prædicati vniri actualiter. Exemplũ, quemadmodum iſta, homo irrationalis eſt animal, non eſt ꝑ ſe nota, loquendo de prædicatione quiditatiua, quia ſubiectum in ſe includit falſum, & ita eſt propoſitio includẽs in ſe contradictoria. ita iſta, homo albus eſt, non eſt per ſe nota, niſi per ſe notum ſit hominem, & album actu coniungi, quia ſi non coniunguntur actu, hęc eſt vera nihil eſt homo albus, & ꝑ conſequens ſua conuerſa eſt vera. nullus homo albus eſt aliquid, ergo ſua cõtradictoria falſa, homo albus eſt aliquid, probatio minoris, quęcunque conceptum concipimus, ſiue boni, ſiue veri, ſi nõ contrahitur per aliquid, vt nõ ſit conceptus ſimpliciter ſimplex, vt dicẽdo, ſummum bonum, vel infinitum bonum, vel increatum, vel immẽſum, & ſic de alijs nullus talis proprius Deo. voco autem conceptum ſimpliciter ſimplicem, qui non eſt reſolubilis in aliquos conceptus ſimplices, quorum quilibet poſſit actu ſimplici diſtincte cognoſci. Ex iſta ratione vltima patet reſponſio ad quaſdam inſtantias, cum arguitur, hæc eſt per ſe nota. neceſſe eſſe eſt. probatio. quia oppoſitum prædicati repugnat ſubiecto, ſi enim non eſt, non eſt neceſſe eſſe. hæc etiam eſt ꝑ ſe nota. Deus eſt, quia ſcd̃m cõmunẽ expoſitionẽ quam ponit Dam. lib. j. c. 12. Deus dr̃ ab operatione actuali fouere, vel ardere vel conſiderare, ergo ſcd̃m communem acceptionem, idẽ eſt Deus eſt. ſicut operãs actu eſt, q̃ videtur ꝑ ſe nota, quia vt prius, oppoſitũ prædicati repugnat ſubiecto ſ. ꝙ ſit actu operans, & ꝙ non ſit.

*12. Meta. t.c.39. & inde.*

*Guil. Var. li. 1. diſ. 1.*

Dicitur ꝙ hęc propoſitio operans actu eſt. põt prædicare eſſe tertiũ adiacens vel ſcd̃m, & ita p̃dicari eſſe, vt nunc, vel eſſe habituale. primo mõ, non eſt ꝑ ſe nota, ſecũdo mõ, eſt ꝑ ſe nota. Sed hoc nõ eſt logice dictũ, qa ſcd̃m philoſophũ ſcd̃m Periherme. eſſe nõ prædicat tertiũ, niſi quando tertiũ adiacet ſibi tãq̃ prædicatum, quando aũt nullu adiacet ſibi tertium, prædicat eſſe propriũ, quod eſt prædicari ſcd̃m adiacens, hic nihil adiacet ſibi. igit̃ prædicat p̃ciſe qd̃ in ſe eſt, & ita p̃dicatur eſſe ſecundũ. Ideo aliter rñdeo ad inſtãtias, ꝙ nulla iſtarũ ꝓpoſitionum eſt ꝑ ſe nota, neceſſe eſſe eſt.

*Iuxta principium.*



eſt. vel operans actu eſt, quia nõ eſt per ſe notũ partes, quæ ſunt in ſubiecto vniri actualiter. Cũ dicitur oppoſitum prędicati repugnat ſubiecto, dico ꝙ non ſequitur ex hoc, propoſitionem eſſe per ſe notam, niſi illa repugnantia ſit euidens, & etiã hoc ſit euidens vtrunque extremũ habere conceptum ſimpliciter ſimplicem, vel cõceptus partiũ vniri, ſi nõ ſit conceptus ſimpliciter ſimplex.

Contra iſtud. ſi oppoſitũ prędicati repugnat ſubiecto, vt ſi nõ animal repugnat homini. ſequitur ꝙ ſi homo eſt animal eſt, ergo conſequentia eſt bona, ponẽdo ſubiectũ in aliquo añcedẽte & prædicatũ ĩ aliquo cõſequente, inferendo coſequens ex tali añcedẽte, puta. a. eſt neceſſe eſſe. ergo. a. eſt, quia oppoſitũ cõſequẽtis repugnat añcedẽti. ſed oĩs conſequentia neceſſaria tenet virtute alicuius cathegoricæ neceſſariæ & vere, illa autẽ cathegorica eſt q̃ vnit extrema. rõne quorũ tenet cõſequentia, ergo talis ꝓpoſitio eſt neceſſaria, puta, illa neceſſe eſſe eſt, vel operans actu eſt. Rñdeo, qñ in antecedente includuntur duo oppoſita, & infertur conſequens, nõ infert rõne alicuius totius extremi, quia totũ extremũ nullũ vnum cõceptũ facit, ſed tãtũ rõne alterius partis extremi, puta ſequitur, hõ irrationalis eſt, ergo animal eſt, ratio conſequentiæ nõ eſt homo irrationalis, quia nullũ vnũ conceptum facit, ſed homo in añcedẽte infert, animal in cõſequẽte. & ideo cathegorica per ſe vera dẽt formari ex illis extremis, q̃ erit iſta, hõ eſt aĩal. Ita in ꝓpoſito, ſi propoſitio habeat extremum non ſimpliciter ſimplex, cuius partes non ſunt per ſe notæ vniri, & aliquid infertur rõne talis extremi, nõ ſimpliciter ſimplicis, infertur ratione alterius partis, quæ includit illud quod infertur in conſequente, & ideo tenet in virtute cathegoricæ coniungentis illa duo, alteram. ſ. partem extremi antecedentis, & alteram partem conſequentis. ita eſt hic, eſſe eſt. nõ autem neceſſe eſſe eſt. Per idem patet ad aliud, ſi nõ eſt actu nõ eſt operans. ergo per oppoſitũ, ſi eſt operans eſt ens actu. Reſpondeo in ſubiecto includuntur plura, quorum alterum eſt pręciſe ratio conſequentiæ, nõ autem totum, & ideo nõ eſt ꝓpoſitio neeeſſaria vniendo totũ extremum antecedentis cũ extremo conſequentis.

AD ARGVMENTA principalia. Ad primum. ſ. ad Dam. poteſt exponi de potẽtia cognitiua naturaliter nobis data, per quam ſtatim ex creaturis poſſumus cognoſcere Deum eſſe ſaltem in rationibus generalibus. & ibi ſubdit, qualiter cognoſcitur ex creaturis. Vel de cognitione Dei ſub rationibus communibus conuenientibus ſibi, & creaturis, quæ cognita perfectius, & eminentius ſunt in Deo, q̃ in alijs. Quod autem non loquat̃ de cognitione actuali, & diſtincta Dei patet ꝑ hoc quod dicit ibi. Nemo nouit eũ, niſi quãtum ipſe reuelauit. Ad ſecundum dico ꝙ Anſei. nõ dicit illam propoſitionem eſſe ꝑ ſe notam, quod apparet, quia non poteſt inferri ex deductione eius, ꝙ iſta propoſitio ſit vera, niſi ad minus per duos ſyllogiſmos, quorum alter iſte eſt.

Om-

Omni non ente, ens eſt maius, ſummo nihil eſt maius, ergo nullum ſummum eſt non ens. ex obliquis in ſecundo ſecundæ. Alter vero ſyllogiſmus eſt iſte. quod non eſt non ens, eſt ens. ſummum non eſt non ens. ergo eſt ens. quomodo autem ratio eius valeat. dicetur in ſequenti quæſtione articulo. 6. qđ fiet ad infinitatem probãdam. Ad probationem maioris, dico ꝙ maior nõ eſt per ſe nota. Cũ probatur, quia oppoſitum prædicati repugnat ſubiecto. dico, ꝙ non eſt per ſe euidens oppoſitum prædicati repugnare ſubiecto, nec per ſe euidens eſt ſubiectum habere conceptũ ſimpliciter ſimplicem, vel ꝙ partes illius vniantur in effectu, & ambo iſta requiruntur ad hoc quòd propoſitio iſta eſſet per ſe nota.

Ad tertium dico. ꝙ veritatẽ in communi eſſe, eſt per ſe notum, ergo Deum eſſe, non ſequitur. ſed eſt fallacia conſequẽtis.

Aliter poteſt negari maior. Cum probatur, ſi nulla veritas eſt, ergo nullam veritatem eſſe, eſt verum, conſequentia nõ valet, quia veritas, aut accipitur pro fundamento veritatis in re, aut ꝓ veritate in actu intellectus componentis, aut diuidentis, ſi autem nulla veritas eſt, nec verum eſt aliquam veritatem eſſe, quia nec veritatẽ rei, quia nulla res eſt. nec veritatem intellectus componentis, & diuidẽtis, quia nullus eſt. bene tamen ſequitur. ſi nulla veritas eſt. ergo non eſt verum aliquam veritatẽ eſſe, quia nulla eſt, ſed non ſequitur vltra. ergo verum eſt aliquam veritatem non eſſe. eſt enim fallacia conſequentis a negatiua habẽte duas cauſas veritatis, ad affirmatiuam. quæ eſt vna illarum. Ad vltimum dico. ꝙ propoſitiones non dicuntur per ſe notæ, quia extrema habent maiorem neceſſitatem in ſe, vel maiorem entitatem in re extra intellectum, ſed quia extrema, ſunt extrema talis propoſitionis, oſtendunt euidenter complexionem eſſe conformem rationibus terminorum & habitudini eorum, & hoc qualecunque eſſe termini habeant, ſiue in re, ſiue in intellectu. euidentia enim huius conformitatis eſt euidentia veritatis in propoſitione, quod eſt ꝓpoſitionẽ eſſe per ſe notam, nunc autem iſta ens infinitum eſt, in intellectu noſtro non nata eſt habere euidentiam ex terminis. ſed bene iſta. omne totum eſt maius ſua parte, vel aliqua conſimilis, in quocunque intellectu concipiente terminos nata eſt habere talem euidentiã ex terminis, quia ex terminis eſt euidens, ꝙ iſta complexio eſt conformis habitudini, & rationibus terminorum. qualeſcunque eſſe termini habeant, & ideo licet minor ſit neceſſitas terminorum, nõ ſequitur ꝙ ſit minor euidentia propoſitionum.

AD PRIMAM queſtionem ſic procedo, quia de ente infinito non poteſt demonſtrari eſſe demonſtratione propter quid quantum ad nos. licet ex natura terminorum, propoſitio eſſe, demonſtrabilis propter quid, ſed quantum ad nos propoſitio eſt demonſtrabilis demoſtratione, quia ex creaturis, proprietates, autem infiniti entis relatiuæ ad creaturas immediatius ſe habet ad illa, quę ſunt media in demonſtratione, quia, quàm proprietates abſolutæ, ita quòd de proprietatibus relatiuis immediatius poteſt concludi eſſe, per illa quæ ſunt media in tali demonſtratione, quàm de proprietatibus abſolutis, nam immediate ex eſſe vnius relatiui ſequit eſſe ſui correlatiui, ideo primo declarabo eſſe de proprietatibus relatiuis entis infiniti, Et ſecundo ex his declarabo eſſe de ente infinito, quia iſtæ proprietates relatiuæ ſoli enti infiniti conueniunt, & ita erunt duo articuli principales.



QVANTVM ad primũ articulum dico. quòd proprietates relatiuæ infiniti entis ad creaturas, aut ſunt proprietates cauſalitatis, aut eminentiæ. Cauſalitatis duplicis, aut efficiẽtis aut finis, quod additur de cauſa exemplari, non eſt aliud genus cauſæ ab efficiente, quia tunc eſſent 5. genera cauſarum, vnde cauſa exẽplaris eſt quoddam efficiens, quia agens per intellectum diſtinctum contra agens per naturam. de quo aliàs.

*Ordo ſingula. procedendi.* In primo ergo articulo principali tria principaliter oſtendã. Primo videlicet. ꝙ aliquid eſt in effectu inter entia, quod eſt ſimpliciter primum ſecundum efficientiã, & aliquid eſt ſimpliciter primum ſecundum rationẽ finis, & aliquid eſt ſimpliciter primũ ſecundũ eminẽtiã. Secundo principaliter oſtẽdam, quòd illud quod eſt primum ſecundum vnam rationem primitatis, idem eſt primum ſecundum alias primitates. Tertio oſtendam quòd iſta triplex primitas vni ſoli naturæ conuenit, quòd ita non pluribus naturis differentibus ſpecie, vel quiditatiue, & ita in primo articulo erunt tres articuli minus principales. Primus articulus iſtorum includit tres concluſiones principales ſecundum triplicem primitatem, quælibet autem iſtarum trium cõcluſionum habet tres ex quibus dependet. Prima eſt, quòd eſt aliquod primum ſic. Secunda quòd illud eſt incauſabile. Tertia quòd illud actu exiſtit in entibus.

Itaq; in primo articulo ſunt nouem concluſiones. ſed tres principales.

Prima concluſio iſtarum eſt iſta. quòd aliquod effectiuum ſit primum ſimpliciter, ita ſcilicet ꝙ non ſit effectibile, nec effectiuũ virtute alterius a ſe, quod probo ſic, aliquod ens eſt effectibile, aut igitur a ſe aut a nullo, aut ab aliquo alio non a nullo, quia nullius eſt cauſa, illud quod nihil eſt, nec a ſe, quia nulla res eſt quæ ſeipſam faciat vel gignat. Aug. 1. de tri. c. 1. ergo ab alio effectiuo, illud aliud ſit. a. ſi. a. eſt primum hoc modo expoſito. habeo propoſitum. ſi non eſt primum. ergo eſt poſterius effectiuum, quia effectibile ab alio vel virtute alterius effectiuũ, ſi enim negetur negatio, ponitur affirmatio, detur illud alterũ quod ſit primum & ſit. b. de quo arguitur ſicut de. a. argumentum eſt. & ita aut procederetur in infinitum, quorum quodlibet reſpectu prioris erit ſecundum, aut ſtabitur in aliquo non habente prius, infinitas *2. de anima. 1. cap. 47.*

tas autẽ eſt impoſſibilis, in aſcẽ
dendo. 1. Poſt. 8. Phy. 2. & 12.
Met. & alibi, ergo primitas eſt
neceſſaria, quia non habens
prius nullo priore ſe eſt poſte-
rius. nam circulum in cauſis
eſſe eſt inconueniens. Contra
iſtam rationem inſtatur dupli-
citer. primo quia ſecundũ phi-
loſophantes infinitas eſt poſi-
bilis in aſcendendo, ſicut po-
nunt exemplum de generatio-
nibus infinitis, vbi nullum eſt
primum, ſed quodlibet ſecun-
dum, & tamen hoc ab eis ſine
circulo ponitur. Secũdo videtur
ꝙ illa ratio procedat ex contin-
gentibus, & ita nõ ſit demõſtra
tio. añcedẽs probatur, quia præ
miſſæ aſſumunt eſſe de aliquo
cauſato. omne autem tale con-
tingenter eſt. Ad primam inſtã-
tiam excludendam dico, ꝙ phi
loſophi non poſuerunt infinita
tem poſſibilem in cauſis eſſen-
tialiter ordinatis, ſed tantum-
modo in accidentaliter ordi-
natis, ſicut patet. per Auic. 6.
Met c. 5. vbi loquitur de infini
tate indiuiduorum in ſpecie.
Et ad propoſitum melius oſtẽ-
dendum, eſt ſciendũ, quæ ſunt
cauſæ eſſentialiter ordinatæ, &
ideo accidentaliter ordinatæ.
Vbi notandum ꝙ aliud eſt loq
de cauſis per ſe, & per accidens,
& aliud eſt loq de cauſis eſſen-
tialiter, ſiue accidentaliter ordi
natis, nam in primo tãtum eſt
comparatio vnius ad vnũ, cau-
ſę videlicet ad cauſatũ, & eſt cã
per ſe, quæ ſecundum naturam
propriam, & non ſecũdum ali-
quid ſibi accidens cauſat, & cã
per accidens econuerſo. In ſe-
cundo eſt comparatio duarum
cauſarum inter ſe, inquantum
ab eis eſt aliquid cauſatum. Et

*a l. poſteriore.*

*8. Phyſi. et 2. de gene. t. c. m. 56. 58. & 58.*

*1. Phy. & 5. Meta.*

differunt cauſæ, per ſe, ſiue eſ-
ſentialiter ordinatæ a cauſis ꝑ
accidens, ſiue accidentaliter or-
dinatis in tribus. Prima differẽ
tia eſt, ꝙ in cauſis per ſe ordina
tis cauſa ſecunda, inquantum
cauſat, dependet a prima. in
cauſis vero per accidens non, li-
cet in eſſe, vel in aliquo alio, de
pendeat. Secunda eſt ꝙ in cau-
ſis per ſe, & eſſentialiter ordina
tis, eſt cauſalitas alterius ratio-
nis, & alterius ordinis, quia ſu-
perior eſt perfectior, ideſt acci-
dentaliter autem ordinatis nõ.
hæc ſequitur ex prima. nã nul-
la cauſa a cauſa eiuſdem ratio-
nis depẽdet eſſentialiter in cau
ſando, quia in cauſatione ali-
cuius ſufficit vnum vnius ratio
nis. Tertia eſt. ꝙ omnes cauſæ
per ſe, & eſſentialiter ordinatæ
ſimul neceſſario requirũtur ad
cauſandũ, alioquin aliqua per
ſe cauſalitas deeſſet effectui. in
accidentaliter autem ordinatis
non ſic eſt, quia non requiritur
ſimultas earum in cauſando.
Ex tribus differentijs cauſarũ,
tres rationes eliciuntur, ex pri-
ma vniuerſitas cauſarum depẽ-
det in cauſãdo, ergo ab aliquo,
quod nõ aliquid illius vniuer
ſitatis. Ex ſecũda, in infinitum
ſuperior erit in infinitum per-
fectior. Ex tertia infinita ſimul
actu. Additur quarta, quæ pro-
bat poſſibile, quod nõ includit
imperfectionem oſtẽdere eſſe.
Quod ſi negatur ordo eſſentia-
lis, quia accidentalis ſufficit ad
ſenſum. Cõtra probo, ꝙ cauſa-
tur ab aliquo. natura produci-
bilis in vno ſuppoſito eſt pro-
ducibilis in quolibet, qua ratio
ne igitur nunc in iſto, & prius
in illo, & in illo, nulla autem
ſucceſſio continuatur, niſi vir-
tute

*Commentator. 8. Phy. c. 4*

*In hac additione ponitur ſubtiliſsime ſequentium ſolutio probationum.*



tute alicuius permanentis. Il-
lud vero nihil eſt ſic ſucceſſiui,
ergo præter indiuiduum in ſpe-
cie generãs, erit aliud ſuperius
agens. Ex iſto infero. ꝙ illud
eſt primum eminens, quia cau
ſa æquiuoca actualior, & inde-
pendẽs, & a qua alia dependet
eſt primus finis, quia aliquis
eſt finis primus, propter quem
per ſe agens agit. 2. Phy. aliqđ
aliud effectorum a ſe, quia mi-
nus bon[9]. Similiter nihil aliud
dirigit, maxime naturaliter nec
ratione. Quarto primum exem
plar, quia per ſe agens. Vel igi-
tur propter finem cognitum.
vel inquantum dirigitur a co-
gnoſcente, cognoſcit autem ſen
ſibilia, quia ordinat eam in fi-
nem, & vult propter finem. So-
lutio. q. 2. eſt non eſſe duo emi-
nentia. Item quot coordinatio-
nes, tot ſemper eſſentialia hinc
& inde, & tamen altera ſpecie,
quia nec vnius rationis hic, &
ibi, nec hic aliquod primum,
vbi ſunt duo prima totalia. Ex
his oſtenditur propoſitum, ſci-
licet ꝙ infinitas eſſentialiter or
dinatorũ eſt impoſſibilis, ſimi-
liter ſecunda infinitas acciden-
taliter ordinatorum eſt impoſ-
ſibilis, niſi ponatur ſtatus in eſ-
ſentialiter ordinatis, ergo om-
nimodo eſt impoſſibilis infini-
tas in eſſentialiter ordinatis.
Tertio ſi etiam negetur ordo eſ
ſentialis, adhuc ĩfinitas eſt im-
poſſibilis, ergo omni modo eſt
aliquod ſimpliciter primũ effe-
ctiuum. Iſtarum trium propo-
ſitionum aſſumptarũ propter
breuitatem prima dicatur. a, ſe
cunda. b, tertia. c. Probatio iſta-
rum primo. a, ſcilicet ꝙ infini-
tas eſſentialiter ordinatorũ eſt
impoſſibilis. Tum primo quia

*T. c. 49.*

vniuerſitas cauſatorum eſſen-
tialiter ordinatorum eſt cauſa-
ta, ergo ab aliqua cauſa, quę nõ
eſt aliquid illius vniuerſitatis,
quia tũc eſſet cauſa ſui, tota n.
vniuerſitas dependentium de-
pendet, & a nullo illius vniuer-
ſitatis. Tum ſecundo, quia cau
ſę infinitæ eſſent ſimul in actu,
eſſentialiter ordinatæ ex tertia
differentia, ſed conſequens nul
lus philoſophus ponit. Tũ ter-
tio, quia prius eſt, quod eſt. Pri-
mo propinquius. ex 5. Me. ergo
vbi nullum primũ, nihil eſſen-
tialiter prius. Tum quarto, quia
ſuperior cauſa eſt perfectior in
cauſando, ex ſecunda differen-
tia, ergo in infinitum ſuperior,
eſt in infinitum perfectior, &
ita infinitæ perfectionis in cau
ſando, & per conſequens non
cauſans in virtute alterius, qa
quælibet talis in virtute alte-
rius cauſans eſt imperfecte cau
ſans, quia eſt dependens ab alia
in cauſando. Tum quinto quia
effectiuũ nullam imperfectio-
nem ponit neceſſario. ergo po-
teſt eſſe in aliquo ſine imperfe
ctione, ſed ſi in nullo eſſe effe-
ctiuitas ſine dependentia ad ali
quid prius, in nullo eſt ſine im
perfectione. ergo effectiuitas
independens poteſt ineſſe ali-
cui naturæ, & illa eſt ſimplici-
ter prima, ergo effectiuitas ſim
pliciter prima eſt poſſibilis, &
hoc ſufficit, qa inferius ex hoc
concludetur, ꝙ tale efficiẽs pri-
mum, ſi eſt poſſibile eſt in re, &
ſic patet. a, quinque rõnibus.
B. probatur ſic, ſcilicet ꝙ infini
tas in accidentaliter ordinatis
ſit impoſſibilis, niſi ponatur ſta
tus eſſentialiter ordinatorum,
quia infinitas accidentalis, ſi
ponitur hoc nõ eſt ſimul, patet,
ſed

*T. c. 10.*

ſed ſucceſſiue tantum, vt alterũ poteſt alterum, ita quod ſi ſecũdum fiuat aliquo modo a priore, non tamen dependet ab ipſo in cauſando, poteſt enim cauſare ipſo non exiſtente, ſicut filius ita generat patre mortuo, ſicut ipſo viuo, talis infinitas ſucceſſionis eſt ĩpoſſibilis, niſi continuetur, vel perpetuetur ab aliqua natura infinite durante, a qua tota ſucceſſio, & quodlibet eius dependeat, nulla enim difformitas perpetuatur, niſi in virtute alicuius permanentis, ꝙ nihil eſt illius ſucceſſionis, q̃a omnia ſucceſſiua ſunt eiuſdem rationis, ſed eſt aliquid prius eſſentialiter, q̃a quodlibet ſucceſſionis dependet ab ipſo, & hoc in alio ordine, quam a cauſa proxima, quæ eſt aliquid illius ſucceſſionis, patet ergo. b. Probatur etiam. c. ꝙ ſcilicet ſi negetur ordo eſſentialis, adhuc infinitas eſt impoſſibilis. probatio. quia cum ex prima ratione hæc adducta, ſcilicet ꝙ a nihilo non poteſt eſſe aliquid, ſequitur ꝙ aliqua natura ſit effectiua. ſi negetur ordo eſſentialis actiuorum, igitur illa in nullius alterius virtute cauſat, & licet ipſa in aliquo ſingulari ponatᷣ cauſata, tamen in aliquo erit non cauſata, quod eſt propoſitũ de natura, ſi enim in quolibet ponatur cauſata, ſtatim implicatur contradictio, negãdo ordinem eſſentialem, quia nulla natura poteſt poni in quolibet cauſata, ita ꝙ ſit ordo accidentalis ſub ipſa ſine ordine eſſentiali ad aliam naturam, ſicut patet ex. b.

*8. Phiſ. t. c. 34 & 5. 12. 78. 2. 2. metaphyſ. t. c. 29. & inde & 2. de ge.*

Ad ſecundam inſtantiam ſupra que dicit ꝙ ratio procedit ex contingentibus, & ita non eſt demonſtratio. Reſpondeo ꝙ poſſet ſic argui, aliqua natura eſt effecta, quia aliqᷣ ſubiectũ eſt mutatũ, & ita terminus mutationis incipit eſſe ĩ ſubiecto, & ita ille terminus, vel compoſitum producitur, ſiue efficitur, ergo aliquod eſt efficiens per naturam correlatiuorum, & tũc pręmiſſa eſſet ſecundum veritatem contingens, ſed manifeſta, tamen non ſic arguitur probando prima cõcluſionem, ſed hoc modo aliqua natura eſt effectibilis, ergo aliqua eſt effectiua, antecedens probatur, quia aliquod ſubiectum eſt mutabile, & aliquod entium eſt poſſibile, accipiendo poſſibile vt diuiditur cõtra neceſſariũ, & ſic ꝓcedendo, eſt ex neceſſarijs, & tũc probatio primæ concluſionis ꝓcedit, vel concludit de eſſe quiditatiuo; ſiue de eſſe poſſibili, non autem de exiſtentia actuali, ſed de quo nunc oſtenditur poſſibilitas, vltra in tertia concluſione actualis exiſtentia oſtendetur. Secunda concluſio de primo effectiuo eſt iſta. ꝙ ſimpliciter primum effectiuũ eſt incauſabile, hoc probatur, quia eſt ineffectibile, & indepẽdens effectiuum, & hęc patet prius, quia ſi ſit virtute alterius cauſatiuum, vel ab alio effectibile, ergo vel procedetur in infinitum, vel erit circulus vel ſtatus in aliquo effectibili, & independente effectiuo, illud dico primum, & aliter patet quòd non eſt primum, ex datis tuis. Et vlterius concluditur, ſi illud primum eſt ineffectibile, ergo erit incauſabile, quia non finibile, nec materiabile, nec formabile. probatur prima conſequentia, videlicet ꝙ ſi eſt ineffectibile,





effectibile, ergo nõ eſt finibile, quia cauſa finalis nõ cauſa niſi q̃a metaphorice mouet ipſum efficiens ad efficiendũ, nam nõ alio modo depẽdet ab ipſo eſſentialiter entitas finiti, vt a priore, nihil autẽ eſt cauſa per ſe, niſi vt ab ipſo tanq̃ a priore eſſentialiter dependet cauſatũ, duæ aũt aliæ cõſequentiæ, videlicet, ꝙ ſi eſt ineffectibile, ergo immateriabile, & nõ formabile. ꝓbantur ſimul, q̃a cuius non eſt cauſa extrinſeca, eius nõ eſt cauſa intrinſeca. Quia cauſalitas cauſæ extrinſecę dicit perfectionẽ ſine imperfectione, cauſalitas aũt cauſæ intrinſecæ neceſſario requirit imperfectionẽ annexam, quia cauſa intrinſeca eſt pars cauſati, ergo rõ cauſę extrinſecæ eſt naturaliter prior ratione cauſæ intrinſecæ, negato ergo priore, negatᷣ poſterius. Aliter probantur eædem conſequentiæ. Quia cauſæ intrineſcę ſunt cauſatæ ab extrinſeca, vel ſcđm eſſe earum, vel inquantũ cauſant cõpoſitum, vel vtroque modo, quia cauſæ intrinſecę nõ ſeipſis ſine agẽte cauſant cõpoſitũ, vel cõſtituunt, ex dictis igitur ſecunda cõcluſio propoſita ſatis patet. Tertia concluſio de primo effectiuo eſt iſta, primũ effectiuum eſt in actu exiſtens, & aliqua natura exiſtens actu, ſic eſt effectiua. probatio. cuius rationi repugnat ſimpliciter eſſe ab alio, illud ſi poteſt eſſe, poteſt eſſe a ſe. ſed rationi primi effectiui repugnat ſimpliciter eſſe ab alio, ſicut patet ex ſecũda concluſione, & ipſum poteſt eſſe, ſicut patet ex prima, vbi poſita eſt ratio ad a. quæ videtur minus concludere, tamẽ hoc concludit. Alio autem probationes ipſius a. poſſunt tractari de exiſtentia quam ponit hæc tertia concluſio, & ſunt iſtę probationes, ex cõtingentibus tamen manifeſtis, quæ ſi accipiantur de natura & quiditate, & poſſibilitate ſunt ex neceſſarijs, vt ſupra dictum eſt. Ergo effectiuum ſimpliciter primum poteſt eſſe a ſe, ergo eſt a ſe. q̃a quod non eſt a ſe, non põt eſſe a ſe, quia tunc non ens produceret aliquid adeſſe, ꝙ eſt impoſſibile, & adhuc idem cauſaret ſe, & ita non erit incauſabile omnino. Iſtud vltimum. ſ. de exiſtentia primi effectiui, aliter declaratur, quia inconueniens eſt, vniuerſo deeſſe ſupremum gradũ poſſibile in eſſendo. Iuxta tres concluſiones oſtenſas de primo effectiuo, nota quoddam corrolarium, quod quaſi continet tres concluſiones probatas, quod eſt iſtud. ſ. ꝙ primũ effectiuũ hoc modo nõ tantum eſt prius alijs, ſed aliquid eſſe prius eo includit contradictionẽ ſic, inquãtũ primũ exiſtit, ꝓbatᷣ vt præcedẽs. nã in rõne illius maximę includitur incauſabile, vt probatur ex ſecunda, ergo ſi põt eſſe, quia nõ contradicit entitati, vt probatur ex prima, ſequitur ꝙ põt eſſe a ſe, & ita eſt a ſe.

IVXTA TRES cõcluſiones primas de cauſa effectiua, propono tres ſimiles concluſiones de cauſa finali.

*Quia in æternis nũ differt poſſe ab eſſe 3. Phy. t. c. 32.*

Prima concluſio eſt; aliquod finitiuũ eſt ſimpliciter primũ, hoc non eſt ad aliud ordinabile, nec in virtute alteri⁹ natũ finire alia, & ꝓbatᷣ q̃nq; rõnib⁹ ſimilib⁹ illis, q̃ ponebãt ad primã cõcluſionẽ de primo effectiuo. Secunda concluſio eſt hæc. primũ finitiuũ eſt incãbile, ꝓbatᷣ,

quia eſt infinibile, alias non eſſet primum, & vltra, ergo ineffectibile. *T.c. 49. 61. & 71.* hæc conſequentia probatur, quia omne per ſe agens agit propter finem. ex ſecundo Phy. vbi etiam vult hoc philoſophus de natura, de qua minus viderur, quàm de agente a propoſito, ſed cuius nõ eſt aliquod per ſe efficiens, illud non eſt effectibile, quia in nullo genere poteſt per accidens eſſe primũ, ſicut patet in propoſito, ſpecialiter de cauſis agentibus per accidens, quæ ſunt caſus & fortuna, quæ ſecundum intentionem phyloſophi ſecundo Phy. t. cõ. *2. Phy. t. com. 66.* 66. & 67. reducuntur ad cauſas neceſſario per ſe agentes, vt priores ſcilicet ad naturam, & intellectũ, vel propoſitum, cuius ergo nullum eſt per ſe agẽs eius nullum erit agens, ſed cuius non eſt finis, eius non eſt aliquod per ſe agens, ergo ipſum eſt ineffectibile, & tunc vltra, vt ſupra oſtenſum eſt de cauſa prima effectiua. Tertia concluſio eſt. ꝙ primum finitum eſt actũ exiſtens, & alicui naturæ neceſſario actu exiſtenti conuenit iſta primitas, probatur ſicut tertia concluſio de primo effectiuo in prima via. corrollarium ſequitur ꝙ primum finitiuum eſt ita primũ, ꝙ impoſſibile eſt aliquid eſſe eo prius, & probatur vt corrollarium in uia priore de efficiente.

CONCLVSIONIBVS tribus de vtroque ordine cãlitatis extrinſecæ iã poſitis, ꝓpono tres ſimiles de ordine eminẽtię. Prima concluſio eſt iſta. aliqua natura eminens eſt ſimpliciter prima ſecundũ perfectionẽ, hoc patet, qa in ordine eſſentiali ſecũdũ Ari. formę ſe hñt ſicut numeri 8. Met. in hoc ordine ſtat̃ *T. c. 10.* ꝙ ꝓbatur illis qnquerõnibus, quę de ſtatu in effectiuis ſunt ſuperius adductę. Secunda concluſio eſt iſta. ſuprema natura eſt incauſabilis. probat̃, quia eſt infinibilis, nam finibile excellit̃ a fine in bonitate, & ꝑ conſequens in perfectione & vltra, igit̃ eſt ineffectibilis, & vltra ergo incãbilis, cõſequẽtię vltimę ꝓbatę sũt ĩ 2. cõcluſione de primo effectiuo. Itẽ ꝙ ſuprma natura ſit ineffectibilis ꝓbat̃. nã oẽ effectibile hẽt aliquã cãm eſſentialiter ordinatam. ſicut patet ex probatione ipſius .b. in concluſione prima de primo effectiuo, cauſa aũt eſſẽtialiter ordinata excellit effectũ igitur ſi eſſet effectibilis, nõ eſſet ſuprema. Tertia concluſio, ſuprema natura eſt aliquid actu exiſtẽs, probatur ex pręcedẽtibus, vt tertia de effectiuo. Corrollariũ aliquã eſſe naturã eminẽtiorẽ vel ſuperiorem ipſa prius includit contradictionẽ, quod ꝓbatur vt corrolariũ de efficiẽte, & fine. *Sic in originali lectio absolutiſſima quaſtio* Nota proceſſum huius queſtiones, qui talis eſt, prima concluſio eſt, quod aliquod primum effectiuum eſt, quæ primo probatur confuſe, ſecundo diſtincte, per tres probationes, quarum prima quinque modis probatur, & contra eam duæ inſtantiæ excluduntur. Secunda concluſio eſt, quod illud primum eſt incauſabile. Tertia concluſio, quod eſt primum actu exiſtens, inde tres concluſiones ſimiles de fine primo, inde tres ſimiles de primo eminẽte, inde primum efficiens, eſt duobus aliis modis primum. ſecundæ concluſiones, idem ſic. primum eſt una natura quadruplicite



pliciter oſtenditur. ſ. neceſſe eſſe quia ſummum, quia finis vltimus, quia terminus dependentiæ. Inde ſecundo articulo principali primo probantur preambula. Et ſunt tres concluſiones inde primũ intelligens & volẽs eſt, tres rationes inde intelligere ſe idem eſt eſſentie primi, inde nullum intelligere eſt ſibi accidens quatuor rationes, inde probatur principale intentum ſcilicet infinitas. Primo per efficientiam pertractando rationem Ariſt. 8. Phy. & 12. Meta. Secundo per cognitionẽ actualem infinitorum, & iuxta hoc *1. cap. 41.* ratio intuitiua effectus, tertio per rationem finis, quarto per rationem eminentiæ.

QVANTVM ad ſecundũ articulum, dico quod iſta triplex primitas quæ eſt ſparſim probata, de iſta quiditate competit eidem quiditati, quod oſtenditur duabus concluſionibus ſequentibus. Prima eſt iſta quòd primum efficiens eſt vltimus finis. Secunda eſt quod primum efficiens eſt primum eminentia, ita quod iſte articulus habet duas concluſiones. Prima probatur ſic, quia omne per ſe efficiens agit propter finem, & prius efficiens agit propter finem priorem, ergo pri- *2. phy. it. cap. 49. t. cap. 26.* mum efficiens agit propter vltimum finem, ſed propter nihil aliud a ſe principaliter, & vltimate agit, quia nihil aliud a ſe poteſt eſſe finis eius, ergo agit propter ſe, ſicut propter vltimũ finem. ergo primum efficiens eſt ultimus finis. Secunda concluſio huius articuli probatur ſic. primum efficiens non eſt vniuocum reſpectu illarum naturarum effectarum, ſed æquiuocum, ergo eminentius, & nobilius eis. ergo primum efficiẽs eſt eminentiſſimum.

QVANTVM ad tertium atticulum dico, ꝙ non tantum iſta triplex primitas ſic ineſt eidem naturæ, ꝙ cui vna ineſt inſunt alię, ſed etiam eſt ibi talis identitas, ꝙ primum efficiens eſt tantum vnum ſecundũ quiditatem & naturam. Ad quod oſtendendũ oſtẽdo. Primo quãdam concluſionem pręambulã. Secundo principale. Præambula eſt, ꝙ efficiens quod eſt primum triplici primitate oſtenſa eſt ex ſe neceſſe eſſe, probatio, quia eſt penitus incauſabile, nã contradictionem includit aliquid eſſe prius eo in genere cauſę efficientis, vel finis, & per cõſequens in genere cuiuſcunque cauſę, ergo eſt omnino incauſabile. Ex hoc arguo ſic. nihil põt non eſſe niſi cui aliquid incõpoſſibile poſitiue vel priuatiue põt ineſſe, ſed ei quod eſt a ſe & penitus incauſabile non poteſt aliquid ineſſe, quod ſit ei incompoſſibile poſitiue vel priuatiue. ergo &c. maior patet quia nullum ens põt deſtrui niſi per incõpoſſibile ſibi poſitiue vel priuatiue, minor probatur, quia illud incõpoſſibile aut poteſt eſſe a ſe, aut ab alio. ſi a ſe. ergo eſt a ſe. ergo duo in cõpoſſibilia ſunt ſimul, vel neutrum erit, quia vtrũque deſtruit eſſe alterius. ſi ab alio, cõtra nulla cauſa põt deſtiuere aliquod ens propter repugnantiam ſui effectus ad illud, niſi ſuo effectui det perfectius & intẽſius eſſe, quã ſit eſſe alterius deſtructibilis, nullius aũt entis ab alio eſt nobilius eẽ a ſua cauſa, quã ſit eſſe entis a ſe, qa omne cau-

ſatum habet eſſe depēdens, ſed
quod eſt ex ſe habet eſſe indepē
dens. Ex hoc vltra ad ꝓpoſitū
probatur vnitas naturæ primę,
quod eſt principale intentū in
iſto tertio articulo, & ad hoc ad
duco tres rōnes. Prima eſt talis,
quia ſi duę naturę ſint neceſſe
eſſe, aliꝗbus rationibus ꝓpriis
realibus diſtinguūtur, & dicant
a. & b. iſtę rationes, aut ſunt
rationes formaliter neceſſario
eſſendi, aut nō, ſi ſic. & p̄ter hæc
illa duo, per illud in quo cōue-
niunt, ſunt formaliter neceſſa-
ria, ergo vtrunque duabus ratio
nibus formalibus erit neceſſe
eſſe, quod eſt impoſſibile, quia
cum neutra illarum rationum
per ſe includat aliam, vtralibet
illarum circumſcripta, eſſet ne-
ceſſe eſſe per alteram, & ita eſ-
ſet aliquid neceſſe eſſe per illud
quo circunſcripto non minus eſ
ſet neceſſe eſſe, ſi uero per illas
rationes, ꝗbus formaliter diſtin
guunt̄, neutrū formaliter ſit ne
ceſſe eſſe, ergo illę rationes non
ſunt formaliter rationes neceſ-
ſario eſsēdi, & ita ſeqtur ꝙ neu-
trum includit̄ in neceſſe eſſe, ꝗa
neceſſe eſſe nihil includit ꝙ nō
ſit neceſſe eſſe, vel rō neceſſario
eſſendi, quia quęcūque entitas
quæ nō eſt de ſe neceſſe eſſe, eſt
poſſibilis, ſed nihil poſſibile in
includit̄ in neceſſe eſſe, ergo &c.
Secundo probatur idē, quia duę
naturę eminentiſſimæ non pn̄t
eſſe ī vniuerſo, ergo nec duo pri
ma effectiua, probatio añcedē
tis, ꝗa ſpecies ſe habent ſicut nu
*T. c. 10.* meri ex 8. Meta. & per conſe-
quens ſi duę non poſſunt eſſe in
*12. meta.* eodē ordine, multo magis nec
*t. c. vlti.* duæ poſſunt eſſe primæ, vel duę
eminentiſſimæ. Hoc patet ter-
tio per rationem de ratione fi-
nis, quia duo fines vltimi, ſi eſ-
ſent, haberent duas coordina-
tiones entium ad ſe, ita ꝙ iſta
entia ad illa nullum ordinem
haberēt, quia nec ad finem illo
rum, nam quæ ordinarentur ad
vnū finem vltimū, non poſſunt
ordinari ad aliū, ꝗa eiuſdē cāti
duas eſſe cauſas totales, vel per-
fectas in eodē ordine, eſt impoſ
ſibile, tūc enim eſſet aliquid in
aliquo ordine per ſe cauſa, quo
nō poſito, nihil minus eſſet id ꝑ-
fecte cauſatū, ordinata ergo ad
vnū finē, nullo modo ordinant̄
ad aliū, nec ꝑ cōſequens ad illa
quę ordinat̄ ad aliū, & ita ex his
& illis non fieret vnū vniuersū.
Hoc etiā quarto cōfirmatur in
cōi, quia nulla duo poſſunt eſſe
terminantia totaliter dependē-
tiam alicuius eiuſdē, quia tunc
illud terminaret depēdentiam,
quo ſubtracto nō minus termi-
naret̄ illa dependentia, & ita nō
eſſet depēdentia ad illud, ſed ad
efficiens, & eminens, & ad finē
dependent alia eſſentialiter, er-
go nullæ duę naturę poſſunt eſ-
ſe primo terminātes alia entia
ſecundū iſtā triplicem depēden
tiā preciſe, eſt ergo aliqua vna
natura terminans entia ſecūdū
iſtā triplicem dependentiam, &
ita habens iſtam triplicem pri-
mitatem, ergo &c.

OSTENSO eſſe de ꝓprie
tatibus relatiuis primi entis.
Vlterius ad oſtēdēdū infinitatē
illi⁹ primi, ac ꝑ cōſequēs eſſe de
ente infinito, ꝓcedo ſic. Cum
triplici primitate oſtenſa, quæ
erit triplex mediū ad oſtenden-
dū infinitatē, ſuppoſito quodā
vique ad. 32. diſt. ꝙ erit quartū
mediū, & eſt iſtud. Primo oſten
do quod primū efficiens eſt in-
telligens, & volens, ita ꝙ ſua in
tellectio



tellectio eſt īfinitorū diſtincte,
& ipſa eſt ſua eſsētia, & ꝙ ſua eſ
ſentia eſt repręſentatiua infini
torū diſtincte, & ex hoc ſecūdo
tanquā ex quodam medio, adiū
cto tamen cū alijs mediis, cōclu
detur ſua infinitas. Quod aūt
ſit intelligens, & volens, arguo
ſic. Primū agens eſt ꝑ ſe agens,
quia omni cauſa ꝑ accidēs prior
*T. c. 66.* eſt aliqua cauſa per ſe. 2. Phi.
*T. c. 49. 61* ſed omne agens per ſe agit pro-
*& 75.* pter finē ex. 2. Phy. vbi hoc phi
loſophus vult de natura, de qua
minus videt̄, ergo primū agens
agit ꝓpter finē. Et ex hoc argui
tur dupliciter primo ſic, oē agēs
naturale pręciſe conſideratū ex
neceſſitate, & ęque ageret, ſicut
ſi ad nullū finem ageret, ſicut ſi
eſſet independenter agēs, ſi ergo
nō agit, niſi ꝓpter finē, hoc eſt
quia depēdet ab agēte amante
*12. meta.* finem tale autem a quo depen-
*in ſine.* det tota natura in agendo, non
videtur eſſe, niſi primū efficiēs,
ergo &c. Secundo principaliter
arguitur ſic. ſi primū agens a-
git propter finem, aut ergo finis
ille mouet primū efficiens, vt
amatus actu voluntatis, aut vt
tantum naturaliter amatus, ſi
amatus actu volūtatis, habetur
propoſitū, ſi tantum amatus na
turaliter, hoc eſt falſum, quia
non amat natutaliter alium fi-
nem a ſe, vt graue centrum, &
materia formam, tunc enim eſ-
ſet aliquo modo ad finem, quia
inclinatus ad illum, ſi autem
tantum amat naturaliter finē
qui eſt ipſe, hoc nihil eſt, niſi
ipſum eſſe ipſum, hoc enim nō
videtur ſaluare rationem cauſę
in ipſo. Item arguitur, quaſi
confirmando rationem iam fa-
ctam · primum efficiens dirigit
effectum ſuum ad finem, ergo
vel naturaliter dirigit, vel co-
gnoſcēdo, & amādo illū finem
non naturaliter, quia nō cogno
ſcens nihil dirigit, niſi in virtu
te cognoſcentis, ſapientis enim *in proœmio.*
eſt prīa ordinatio, primo meta.
ſed primū efficiens in nullius
virtute dirigit, ſicut nec cauſat,
tūc enim, non eſſet primum. er
go &c. Item tertio arguitur ſic,
aliquid cauſatur contingenter,
ergo prima cauſa contingenter
cauſat, ergo volens cauſat, pro-
batio primæ conſequentiæ quę
libet cauſa ſecunda cauſat in-
quantum mouetur a prima, er-
go ſi prima neceſſario mouet,
quęlibet alia neceſſario mouet,
& q̄libet neceſſario cauſat, ergo
ſi aliqua ſecūda cā contingēter
mouet, & prima cōtingēter mo
uebit, quia nō cauſat ſecūda cā,
niſi in virtute primæ cauſę in-
quātū mouet̄ ab ipſa, ꝓbatio ſe
cūdę cōſequētię, nullū eſt princi
piū operādi cōtingenter, niſi vo
lūtas, vel aliquid concomitans
volūtatē, quia quodlibet aliud
agit ex neceſſitate naturæ, &
ita non cōtingēter, ergo. Cōtra
iſtā rationem inſtatur, & primo
cōtra primā cōſequentiā argui-
tur ſic, quia noſtrū velle poſſet
adhuc aliquid cōtingenter cau
ſare, & ita non requiritur ꝙ pri
ma cauſa illud cōtingēter cau- *2. & 8.*
ſet. Itē philoſophus antecedēs *phy. 2. de*
cōceſſit. ſ. ꝙ aliquid cōtingēter *gen. 12. me*
cauſat̄, & negauit cōſequens in *ta. & ī lc*
telligēdo d̄ velle Dei. ſ. ꝙ prima *bona for-*
cā cōtingēter cauſet, poſuit em̄ *tuna.*
nō ꝑp cōtingēter deū velle con
tingētiā inferiorib⁹, ſed ex mo-
tu, ꝗ neceſſario cauſat̄ inquātū
vniformis, ſed difformitas ſeq-
tur in partib⁹ eius, & ita cōtingē
tia. Cōtra ſecūdā cō ſequētiā ſi
cauſat cōtingēter, ergo volēs iſta
con-

conſequentia non videtur tenere,quia aliqua naturaliter mota poſſunt impediri,& ita oppoſitum contingenter, & violenter põt euenire. Ad primũ dicendũ eſt, ꝙ Deus eſt primum mouẽs vel efficiens reſpectu voluntatis noſtrę,idẽ ſequitur de ipſa quod de aliijs, quia ſiue immediate neceſſario moueat eam,ſiue aliud ĩmediate, & illud neceſſario motũ neceſſario mouet voluntatẽ, quia mouet ex hoc, ꝙ mouetur,ſequitur tãdẽ ꝙ proximum voluntati neceſſario moueat voluntatẽ ẽt ſi illud proximũ ſit ipſamet volũtas, & erit volens neceſſario,& ita neceſſario volet,& ſequiť vlterius impoſſibile,ꝙ neceſſario cãt quodlibet cauſatũ, & nõ eſt aliquid contingens. Ad ſecundũ dico,ꝙ non voco hic contingenter cauſatũ quodcunque nõ neceſſariũ vel non ſempiternũ, ſed cuius oppoſitum poſſet fieri, quando illud fit, ideo dixi aliquid contingenter cauſatur, & non dixi, aliquid eſt contingens. Nunc dico,ꝙ phyloſophus non poteſt negare cõſequens, ſaluãdo antecedens,per motũ, quia ſi iſte totus motus neceſſario eſt a cauſa ſua, quælibet pars eius neceſſario cauſatur, quando cauſatur & ineuitabiliter,ita ꝙ oppoſitũ nõ poſſet tunc,nec aliter cauſari, & vlterius, qđ cauſatur per quãcunq; partẽ motus,neceſſario cauſať, & ineuitabiliter.vel igitur nihil fit cõtingẽter.i. euitabiliter cauſatur, vel primum ſic cauſat immediate, qđ poſſet ẽt nõ cauſare. Ad tertiũ dico ꝙ ſi aliqua cã põt impedire iſtam, hoc non põt niſi in virtute ſuperioris cauſæ, & iſta ſuperior in virtute ſuperioris, & ſic vſq; ad primam cãm, quę ſi immediatam cauſam ſibi neceſſario mouer, vſq; ad iſtã erit neceſſitas. ergo neceſſario impedit, & per cõſequens nõ põt alia cauſa,nunc cauſare. Sic ergo videť triplici via oſtẽſum,ꝙ primum agens eſt intelligens,& volens. Quarũ prima eſt ꝙ natura agit propter finẽ,& nõ niſi, quia dependens, & directa cognoſcente finem. Secunda eſt, ꝙ ipſum primũ agens agit propter finẽ. Tertia, ꝙ aliquis effectus contingenter fit, quando cauſatur. Nunc vlterius, quo ad cõcluſiones præambulas ad infinitatẽ, probo ſecundo, ꝙ eius intellectus, & volitio, non eſt aliud ab eſſentia eius, & primo de volitione ſuijpſius, vt obiecti ſic cauſalitas, & cauſatio cauſæ finalis eſt ſimpliciter prima ſecundum Aui.6.Met.dicentem, ꝙ ſi de qualibet cauſa eſſet ſciẽtia illa quæ eſſet de cã finali, eſſet nobiliſſima, ipſa.n. quantum ad cauſalitatem præcedit cauſam efficientem, quia mouet eã ad agendũ, & iõ cauſalitas primi finis, & eius cauſatio, eſt penitus incauſabilis ſecundum quãlibet cauſationem in quolibet genere cauſę, cauſalitas autem primi finis, eſt mouere efficiẽs primũ,ſicut amatũ ab ipſo, qđ eſt idem, ꝙ primũ efficiẽs amare primũ finẽ, quia nihil aliud eſt obiectũ amari a volũtate,ꝗ voluntatẽ amare obiectũ,ergo primũ efficiẽs amare primũ finẽ, eſt penitus incauſabile, & ita ex ſe neceſſe eſſe, & ita eſſet idem naturæ primę, & quaſi conuertitur ratio ex oppoſito concluſionis,quia ſi primum,amare eſt aliud a natura prima, ergo eſt cauſabile,& per conſe-

*a l. naturaliter.*

*Reſolutio rationum.*



conſequens effectibile, ergo ab aliquo per ſe efficiente, amãte finẽ, ergo primũ amare ſe,eſſet cauſatũ ab aliquo amore finis, priore iſto cauſato, quod eſt impoſſibile. Hoc oſtendit Ari. 12. Met.de ĩtelligere primi.primo, quia aliter primũ nõ erit optima ſubſtãtia,quia ꝑ intelligere eſt honorabile. Scđo,quia alias eſſet laborioſa eius cõtinuatio, quia ſi nõ eſt idẽ illi,erit in potẽtia cõtradictionis ad illud,ad illã autẽ potentiã,ſequiť labor ſcđm ipſum. Iſtæ rõnes philoſophi pñt declarari. Prima ſic cũ oĩs entis in actu primo, perfectio vltima ſit in actu ſecũdo, quo cõiungitur optimo, maxime ſi ſit actiuũ, & non tm̃ factiuũ,oẽ aũt intellectuale eſt actiuũ, & prima natura eſt intellectualis,ex premiſſa.ſequiť,ꝙ vltima eius ꝑfectio ſit in actu ſecundo, ergo ſi ille actus non ſit eius ſubſtantia, ſubſtantia eius non erit optima, quia aliud eſt ſuum optimũ. Scđa rõ põt declarari ſic,potentia ſolummõ receptiua,eſt potẽtia cõtradictionis,cũ ergo hæc nõ ſit hmõi,ergo &c.ſed ſecũdũ Ariſt. nec iſta eſt rõ demonſtratiua, ſed tantũ probabilis. Aliter oſtẽdiť propoſitũ ex idẽtitate potẽtię,& obiecti in ſe ſic,potentia & obiectũ ſunt idẽ.ergo act⁹ eſt eiſdẽ.Sed cõſequentia nõ valet. Inſtãtia, Angelus ĩtelligit ſe,& amat ſe, & tñ actus angeli amandi,& intelligendi ſe non ſunt idẽ ſubſtãtiæ eius. Hæc cõcluſio ſecunda videlicet, ꝙ eſſentia Dei eadẽ ſit,ꝙ volitio ſuijpſius, ſecunda eſt corrolarijs. Nã ſequiť, Primo ꝙ volũtas eſt idẽ primę naturę,quia velle nõ eſt,niſi volũtatis,ergo illa volũtas,cuius eſt velle in cãbile eſt incauſabilis, ergo &c.ſimiliter velle intelligitur quaſi poſterius voluntate,ſi igiť velle eſt idẽ illi naturę,multo magis voluntas. Secundo ſequitur, ꝙ intelligere ſe eſt idẽ illi naturæ, quia nihil amatur niſi cognitum,ergo ſi amare ſe, eſt ex ſe neceſſe eſſe, ſequitur ꝙ intelligere ſe, eſt ex ſe neceſſe eſſe,& ſimiliter ĩtellectio eſt quaſi propinquior illi naturæ, quã velle. Tertio ſequitur ꝙ intellectus eſt idẽ illi naturę,ſicut prius de voluntate, & velle argutum eſt. Quarto ſequitur, quòd ipſa ratio intelligendi ſe,ſit idem ſibi, quia neceſſe eſt rationem intelligendi eſſe ex ſe neceſſe eſſe, ſi intelligere ſit neceſſe eſſe, ratio enim intelligendi ſe ſe, quaſi præintelligitur ipſi intelligere, Oſtenſo de intelligere ſe, & velle ſe,quòd ſint idem eſſentiæ primi, oſtendo propoſitũ generalius, ſcilicet de omni intelligere, & velle ipſius reſpectu aliorum, quòd ſint eſſentiæ primi idem, & ſit concluſio iſta tertia ad infinitatem præambula. Nullum intelligere poteſt eſſe accidens primę naturæ, probatio, quia de iſta a natura primo oſtenſum eſt, quòd ipſa eſt primum effectum, ergo ex ſe habet, vnde poſſit quodcunque cauſabile cauſare, circunſcripto quocunque alio, ſaltem vt prima cauſa illius cauſabilis,ſed circunſcripta cognitione illius, nõ habet vnde poſſit illud cauſabile cauſare, ergo cognitio cuiuſcũq; alterius, nõ eſt aliud a natura ſua. probatio vltimi aſſumpti, quia nihil poteſt cauſare,niſi ex amore vltimi finis velit illud,quia nõ põt aliter eſſe per ſe agens,quia nec age-

*6.ſi.*

*No. rationem. philoſophi de potentia contradictionis. tã propinqua, quam remota, contra proteruientes.*

*9. me.1.c. 17. Thom. 1. parte. ſumme. quæſt. 14. arti. 4. & 1. ſcripti. di. 35. q. 1. ſoluẽdo. 3. argu. & Egi. de roma. quol. 8. q. 10.*

*12. Me.*

ageret propter finem, ipſi autē
velle alicuius propter finē, præ-
intelligitur intelligere illud, er
go ante primū ſignū, in quo in
telligitur cauſans, ſiue volens.
a. neceſſario præintelligitur in-
telligens a. & ita ſine hoc nō po
teſt ꝑ ſe efficere, & ita de alijs.

*In originali eſt vacat.*

Secundo probatur idem quia
omnes intellectiones eiuſdē in-
tellectus habent ſimilem habi
tudinē ad intellectū ſecūdū idē
titatem eſſentialē, vel accidenta
lem, ſicut patet de omni intelle
ctu cauſato, & eius īntellectioni-
bus, quia videntur perfectiones
eiuſdē generis, iō ſi aliquę hñt
receptiuum, & omnes, & ſi ali-
qua eſt accidēs, & quęlibet, ſed
aliqua non pōt eſſe accidens in
primo, ex præcedēte concluſio-
ne, quia non intellectio ſui ip-
ſius, ergo nulla eſt ſibi accidēs.
Tertio ſic, intelligere ſi pōt eſſe
accidens, reciperetᷣ in intellectu
vt in ſubiecto, ergo & in illo in
telligere, qđ eſt idē intellectui,
& ita ꝑfectius īntelligere erit im
potentia receptiua, reſpectu im
perfectioris, quod eſt abſurdū.

Quarto ſic. idem intelligere
poteſt eſſe pluriū obiectorū or-
dinatorum, ergo quanto perfe-
ctius tanto plurium, ergo perfe-
ctiſſimū, quo īpoſſibile eſt ꝑfe-
ctius intelligi, erit idem oīm in
telligibilium, intelligere primi
ſic eſt perfectiſſimum, ergo idē
eſt omniū intelligibilium, & il
lud quod eſt ſui, eſt idem ſibi ex
propoſitione præcedēte, ergo &
intelligere omnium eſt idē ſi
bi. Quinto poſſet ſic argui. iſte
intellectus nō eſt niſi quoddā
intelligere, ſed iſte intellectus
eſt idem omniū, ita ꝙ non po-
teſt eſſe alius alicuius alterius
obiecti, ergo nec intelligere a-
liud, ergo idem eſt intelligere
omniū. Sophiſma eſt acciden-
tis ex identitate aliquorum in-
ter ſe abſolute, concludere iden
titatē reſpectu tertij, reſpectu
cuiꝰ extraneantᷣ, vt patet a ſimi
li, intelligere eſt idem, ꝙ velle,
ſi ergo intelligere ipſum eſt ali-
cuius ipſum velle, erit eiuſdem
non ſequitur, ſed tantummodo
ſequitur, ꝙ velle eſt aliquid qđ
eſt eiuſdem, quia intelligere eſt
aliqđ eiuſdē, ita qđ diuiſim in-
ferri poteſt, non cōiunctim pro
pter accidens. Item intelllectus
primi habet vnum actum ad-
æquatum ſibi, & coęternū, quia
intelligere ſe, qui actus eſt idē
ſibi igitᷣ non poteſt habere aliū,
ſed conſequentia nō valet. Exē-
plum de beato qui ſimul videt
Deum, & alia, etiam ſi videat
Deum ſecundum vltimum ca-
pacitatis ſuæ, ſicut de aīa Chri-
ſti ponitur, adhuc poteſt videre
aliud. Itē arguitur, intellectus
iſte habet in ſe per identitatem
perfectionem maximam intel-
ligendi, ergo & omnem aliam.
Reſpondetur nō ſequitur, quia
alia quæ minor eſt prima, po-
teſt eſſe cauſabilis, & ideo dif-
ferre ab incauſabili, maxima
autem non poteſt. Quarta con-
cluſio principalis præambula
de intellectu, & voluntate Dei
ad infinitatē probandā ſit iſta.
intelectus primi intelligit ſem-
per, & diſtincto actu, & neceſ-
ſario quodcunque intelligibi-
le prius naturaliter quàm il-
lud ſit in ſe. Prima pars proba-
tur. ſcilicet ꝙ poſſit intelligere
quodcunque intelligibile ſic,
hoc enim eſt perfectionis in
intellectu poſſe diſtincte & a-
ctu cognoſcere quodcunque in
telligibile, immo hoc poſſe eſt
ne-

*Alexā de alexadri alij 1. di. 3. q. 2. ſol uēdo argumētum. 2.*



neceſſarium ad intellectus ra-
tionem, quia omnis intellectus
eſt totius entis cōmuniſſime ſū
pti, vt declarabitur in diſtinctio
ne tertia, nullā aūt intellectio-
nem pōt habere intellectus pri
mi, nō eādē ſibi ex proxima cō-
cluſione, ergo cuiuſlibet intelli
gibilis habet intelligere actua
le & diſtinctum, & hoc idē ſibi
& ita ſemꝑ, & neceſſario. Scđa
pars, videlicet, de prioritate, pro
baƭ ſic, qꝛ qcqđ eſt idē primò,
eſt neceſſe eē, ſicut patuit priꝰ,
ſed eſſe aliorū intelligibiliū nō
eſt neceſſe eſſe, neceſſe aūt eſ-
ſe ex ſe, eſt primus nā oī nō ne
ceſſario. Aliter ꝓbaƭ, quia eſſe
cuiuſlibet alterius a ſe, depen-
det ab ipſo, ſicut a cā, & vt cā
eſt alicuiꝰ cauſabilis neceſſario
includiƭ cognitio eius ex parte
cāę, ergo illa cognitio illiꝰ prius
eſt naturaliter ipſo eē cogniti.

*q. 3.*

Vtraq; etiā pars cōcluſionis
ꝓbaƭ aliter, quia artifex diſtin-
cte cognoſcit oīa agenda, ante
quā ſiāt, aliter nō ꝑfecte opera
retᷣ, quia cognitio eſt menſura,
iuxta quā operaƭ, ergo deus om
niū producibiliū a ſe habet no-
titiam diſtinctā actualē, vel ſal
tem habitualē priorē eis. Cōtra
iſtā inſtaƭ de arte, qꝛ ars vniuer
ſalis ſufficit ad vniuerſalia, vel
ſingularia producēda. ergo &c.
Poteſt dici, ꝙ hoc eſt ꝑꝑ imꝑfe
ctionē cognitionis artificis crea
ti. vide ī theorematibus ꝓpoſi-
tionē. 3. & ſuper. 7. Met. q. 15.

OSTENSIS igiƭ his præ-
ambulis, arguo infinitatem qua
tuor vijs. Primo ꝑ viam efficien
tiæ, vbi probatur propoſitum
dupliciter, primo quia ipſum
eſt primum efficiens omnium.
Secundo, quia eſt ſic efficiens,
puta diſtincte cognoſcens om-
nia factibilia. Tertio oſtenditur
infinitas per viam finis. Quar-
to per viam eminentiæ. Primā
viam ex parte efficiētis, tangit
philoſophus. 8. Phy. & 12. Met.
& arguit ſic primū, mouet mo-
tu infinito, ergo habet poten-
tiam infinitam, hęc ratio colo-
ratur quantum ad antecedens
ſic, quia æque concluditur pro-
poſitū, ſi poſſit moueret per in-
finitū, ſicut ſi moueret per infi
nitum, quia æque oportet ip-
ſum eſſe in actu, ſed illud poſſe
patet de primo, quantum eſt ex
ſe, licet ergo primū nō moueat
motu infinito, ſicut Ariſt. ꝓbat,
tamen ſi accipiatur añcedens
illud ꝙ quantū eſt ex parte ſua
pōt ſic mouere, hēt añcedēs ve-
rum, & æque ſufficiens ad infe
rendū ꝓpoſitū, cōſequētia pro-
baƭ ſic. quia ex ſe, & nō virtute
alterius mouet motu infinito,
ergo non ab alio accipit ſic mo
uere, ſed in virtute ſua actiua
habet totum effectum ſuum ſi
mul, quia independenter, ſed
quod ſimul habet in virtute in
finitū effectū eſt infinitū, ergo.
Aliter ꝓbaƭ prima cōſequentia
ſic. primū mouens ſimul habet
in virtute ſua omnes effectus
poſſibiles produci per motum,
ſed illi ſunt infiniti, ſi poteſt
motus eſſe infinitus, ergo ſi mo
uet in infinitum eſt infinitum.
Contra iſtas declarationes ra-
tionis Ariſt. inſtatur, quicquid
ſit de antecedente conſequen-
tia prima, non videtur bene
probari, nō primo modo, quia
duratio maior nihil perfectio-
nis addit, nam albedo, quæ vno
anno manet, non eſt perfectior
quā ſi tātū vno die maneret, er-
go motus quantæcunque dura-
tionis, non eſt ꝑfectio, ꝙ motus
Vnius

*Ad. A*

*T. c. 78. & vltra. t. c. 41. & 42. Hē. quol. 4. q. 3.*

*ſ. Ariſtotel.*

*1. Ethi. c. 7.*

vnius diei, igiẽ ex hoc ꝙ agens habet in virtute ſua actiua ſimul mouere motu infinito, nõ cõcluditur maior perfectio hic, q̃ ibi, niſi quod agens diutius mouet, & ex ſe, & ita eſſet oſtẽdendum, ꝙ æternitas agentis concluderet eius infinitatem, alias ex infinitate motus, non poſſet concludi eius infinitas. Tunc ad formam illius argumenti. vltima propoſitio illius colorationis negatur, niſi de infinitate durationis.

Inquiratur ergo, quomodo ratio philoſophi prædicta concludit, ſi via efficientiæ eſt potior alijs, patet ſupra vbi comparatur, quia ipſa infert alias, ſi per illam non concluditur infinitas quomodo per alias concluditur. Secunda declaratio conſequentiæ etiã improbatur, quia non maior perfectio intenſiua cõcluditur ex hoc ꝙ agẽs eiuſdem ſpecici quotcunque plura poteſt ꝓducere ſucceſſiue, quãdiu manet, quàm ſi tantũ vnũ, vel duo produceret, quia quod poteſt in tempore vno in vnum tale, poteſt eadẽ virtute in mille talia, ſi in mille temporibus maneat, non eſt autem poſſibilis apud philoſophos infinitas, niſi numeralis effectuum producibilium per motum ſcilicet generabilium, & corruptibilium, quia in ſpeciebus finitatem ponebant, ergo non magis ſequitur infinitas intenſiua in agẽte ex hoc, ꝙ põt in infinita numero ſucceſſiue, q̃ ex hoc ꝙ in duo tantum poſſet, quia eſt poſſibilis infinitas numeralis ſecundum philoſophos. *Si* quis autem alius probet infinitatem ſpecierum poſſibilẽ, probando aliquos motus celeſtes eſſe incommenſurabiles, & ita nunquam poſſe redire ad vniformitatẽ, ẽt ſi in infinitum durarent, & ꝙ infinitæ cõiunctiones ſpecie cauſarent infinita generabilia ſpecie, de hoc quicq̃d ſit in ſe, nihil tñ ad intentionẽ philoſophi, qui infinitatẽ ſpecierum negaret.

Vltima probabilitas q̃ occurrit pro conſequẽtia Ariſto. declarãda eſt iſta, quicquid põt in aliqua multa ſimul ita ꝑfecte, ſicut in quodlibet eorũ ſeorſum, quorũ quodlibet in cã requirit aliquã perfectionẽ ſibi ꝓpriã, illud concluditur eſſe perfectius ex pluralitate taliũ ex hoc, ꝙ p̃t in plura, & per conſequens infinitũ ſi ſimul poteſt in infinita, & vlterius, & ſi natura effectus non permittat ſimultatem eorum, tamen cauſa quantum eſt ex ſe, poſſet ſimul in infinita, adhuc ſequiẽ, ꝙ ſit infinitũ ex infinita pluralitate taliũ, & ita vr̃ de primo agente eſſe concedendũ, ꝙ ſi poſſet cauſare infinita ſimul, ꝙ eẽt virtus eius infinita, & per cõſequens ſi ſimul haberet virtutẽ cauſandi infinita, ita ꝙ quantũ eſt ex ſe poſſet ſimul ꝓducere, licet natura effectus non ꝑmittat, adhuc ſeq̃tur infinitas virtutis eiuſdẽ, hęc conſequentia vltima probaẽ, q̃a ſimul potẽs cauſare albũ & nigrũ, nõ eſt minus perfectũ, ſi nõ põt ea ſimul cauſare, quia iſta nõ ſunt ſimul cauſabilia, quia hæc nõ ſimultas eſt, ex repugnãtia eorũ, & nõ ex defectu agẽtis, quia agens ſimul hẽt virtutẽ reſpectu amborũ, ſi illa ex ſe eẽnt cõpoſſibilia, Sit igitur iſta maior, quodcunque agens hẽt virtutẽ, q̃ quantũ eſt de ſe poſſet in infinita ſimul, licet incõpoſſibilitas effectuũ impediat iſta ſimul poni, tale agens eſt infinitæ virtutis, primũ eſt huiuſmodi, ergo maior eſt declarata iã, quia pluralitas talium concludit maiorem perfectionem in cauſa, quæ quantũ eſt ex ſe põt ſimul ĩ illa, ergo ĩfinitas illorũ in quæ põt, quantũ eſt ex ſe, ſimul concludit infinitã eius virtutẽ. minor probaẽ ſic, ſi primũ haberet omnẽ cauſalitatẽ omnis cauſæ poſſibilis formaliter & ſimul, licet nõ poſſent cauſabilia ſimul poni in eſſe, eſſet infinitũ, quia ſimul quantũ eſt ex ſe, poſſet infinita producere, & poſſet ſimul plura, cõcludit maiorem potentiam intenſiue, ergo ſi habet perfectius, quã ſi haberet omnẽ cãlitatẽ, formaliter magis ſequiẽ infinitas intẽſiua, ſed habet oẽm cãlitatẽ cuiuſcũque rei, ſed totũ q̃d eſt in ipſa & hoc eminẽtius, quã ſi eſſet in ipſo formaliter, ergo eſt ĩfinite potentiæ intẽſiue. Licet aũt omni potẽtiã proprie dictã ſcd̃m intẽtionẽ theologorũ tantummodo creditã eſſe, non naturali rõne, cuidã videretur poſſe probari, ſicut dicetur diſtin. 42. probatur tñ infinita potentia, quæ ſimul. quantũ eſt ex ſe, habet eminentẽ omnẽ cauſalitatẽ qua ſimul poſſet ĩ infinita, ſi ſimul eſſent factibilia. Si obijcitur, primũ non poſſe ex ſe ſimul in infinita, quia licet habeat eminẽtius omnẽ cauſalitatem cauſæ ſcd̃ę. quã ſit in cã ſecunda, tñ nõ põt ex ſe in effectus oĩm cauſarum ſecundarũ, quia nõ eſt probatũ ꝙ ſit totalis cã infinitorũ, quia per illum modũ eminenter habendi non patet, ꝙ poſſit eſſe cauſa totalis, & proxima oĩm effectuum ſine cauſis ſecũdis, & ita non habetur minor. ſ. ꝙ primum ex ſe ſimul põt in infinita. Hoc nihil obſtat, quia ſi cã primo haberet ſimul, vnde eſſet totalis cauſa, hoc eſt vnde eſſet formaliter cauſa, ſicut eſt prima, nihil perfectius eſſet, quàm nunc ſit, quando habet vnde ſit prima cauſa tantum, tùm etiã quia ille ſecundæ cauſæ non requiruntur propter perfectionẽ addendã in cauſando, quia tũc remotius a prima cã eſſet perfectius, quia perfectionẽ requireret cauſam, ſed ſi requirũtur cauſæ ſecundę cum prima ſecũdũ philoſophos, hoc eſt ꝑꝑ imperfectionẽ effectus, vt prima cũ alia cauſa imperfecta poſſit cauſare imperfectum, q̃d ſecũdum ipſos nõ poteſt immediate cauſare, tum etiam, quia totæ perfectiones cauſarũ ſecundarũ eminentius ſunt in primo, quã ſi ipſe formaliter ſibi ineſsẽt, ſi poſſent ineſſe, quod probatur, quia cauſa ſecunda proxima primæ totã perfectionem cauſatiuam habet a ſola prima, ergo totam perfectionẽ illã eminentius habet prima cauſa, quã cã ſecũda habens formaliter ipſam conſequẽtia, patet, prima reſpectu illius cauſæ ſecundæ eſt totaliter cã, & æquiuoca, ſimiliter arguiẽ de tertia cã reſpectu ſcd̃ę, vel reſpectu primæ, ſi reſpectu primę habeẽ propoſitũ, ſi reſpectu ſecundæ, ſequitur ſecundam eminenter continere totalem perfectionem, quæ eſt formaliter in tertia, ſed ſecunda habet a prima, ꝙ ſic continet perfectionem tertiæ ex præoſtenſis, ergo prima eminentius habet continere eminẽter ꝑfectionẽ tertiæ quàm ſecunda habeat, & ſic de omnibus cauſis vſq; ad vltimã, conclu-

*12. Meta. c.41.*

concluditur primã habere eminenter totalem perfectionẽ cauſatiuam omniũ, & perfectius, q̃ ſi haberet cauſalitatem omnium formaliter, ſi eſſet poſſibile, & ſic videt̃ dicto modo poſſe concludere ratio Ariſto. de potentia infinita, quę fuit ſupra in principio huius vię poſita, quæ accipitur ex. 8. phyſico.& 12. Meta.t.c.41.

*T.c.78.& 79.*

*Additio.*

Iuxta dictã probationẽ, qua ex infinitate effectuũ, in quos ſimul poteſt ipſum primũ quãtũ eſt ex ſe, concluditur infinitas virtutis primi, vel virtutem eius eſſe infinitam, poteſt accipi ſimilis de infinitate cauſarum ſecundarum ſic, ꝙ ſi primum haberet in ſe formaliter cauſalitates omnes ſecũdas, cũ cauſalitate prima, eſſet infinitę virtutis aliquo modo, quia quãtum eſt ex ſe poſſet in infinita, ergo multomagis eſt infinita, ſi habet illas cauſalitates ſecundas eminẽtius quam formaliter. Sed ad iſtas duas probationes conſequentiæ Ariſto. poteſt reſponderi. Ad primã concedo, ꝙ vbi quodlibet plurium requirit aliquam perfectionem propriam formaliter, vel virtualiter in cauſa, potens in plura eſt perfectius, quàm potens in pauciora, quia ad minus plures perfectiones formales, quæ forent propriæ illis pluribus, habentur virtualiter in tali & quod plures perfectiones virtualiter habet, eſt ꝑfectius ſimpliciter, & quod infinitas eſt in finitum. Sed ſi, ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiue poſſet cauſa in plura quorum non quodlibet requireret propriam perfectionem formalem, vel virtualem in illa cauſa, non ibi ex pluralitate poſſet cõcludi maior perfectio, ſic diceret philoſophus in ꝓpoſito, quia infinita, in q̃ põt primũ, quãtũ eſt ex ſe, tantũ poneret infinita numeraliter, finita aũt ſecundũ ſpecificas differentias, & naturas. nunc autẽ ſola diſtinctio naturæ ſpecificæ in effectu requirit aliquã ꝑfectionem formalẽ, vel virtualem in cauſa, nõ autẽ diſtinctio numeralis. Per id ad ſecundam probationem, quia cauſæ ſecundæ nõ ſunt infinitæ ſpecie ſecundum Ariſt. ideo habens virtutẽ omnium illarum non concluditur eſſe infinitũ intenſiue. Contra primũ, potẽtius eſt quod poteſt in plura ſimul, q̃ quod in pauciora etiam ſi ſint eiuſdem ſpeciei, ergo quod ſimul põt ex ſe in infinita, eſt infinitæ potẽtiæ. Contra ſecundũ, ſi omnes cauſalitates ſecundæ eſſent formaliter in prima, eſſet in ea aliqua infinitas virtualiter, ſaltẽ extenſiua, ergo ſi ſunt eminentius in ea, erit ibi aliqua infinitas, ſed nõ extenſiua, qa hoc tollitur ꝑ eminentiã ꝑ quã ſunt vnitiue ſine diſtinctione, ergo tunc eſſet alia infinitas, q̃ extenſiua, & ita ĩfinitas intẽſiua. Ad primũ, oportet negare antecedẽs, & ꝙ ſimultas nihil facit ad maioritatẽ potẽtiæ, ſicut ſi circa hũc ignẽ eſſent ſphæricę infinita corpora in debita approximatione, in omnia ſimul ageret, ſicut modo agit in infinitas partes vnius corporis ſphæricæ circũdãtis. Ad ſcdm cõcluderet, ꝙ ſol eſſet infinitus, immo quæcũq; cauſa ꝑpetua, q̃ põt in infinita indiuidua ſucceſſiue, ideo argumentatio, licet videatur ꝓbabilis, neceſſario eſt ſophiſtica. Rñdeo ergo ſic, ꝙ iſta ꝓpoſitio, cui innititur, ratio eſt falſa, quæcunq; poneret in ſe infinitatẽ extẽſiuã, ipſa, vbi habẽtur eminẽtiꝰ, ponũt aliquã infinitatẽ intẽſiuã, falſa eſt ratio, quia eminẽtius poſſunt haberi in cauſa æquiuoca. Hæc iſta poteſt probari ꝑ iſtã, quia vbi ſunt ſine omni infinitate, non ſunt eminẽter reſpectu ſuorũ infinitorũ, hæc enim eſt falſa, quia eminẽtia facit vnitatẽ, & ideo non tollit infinitatẽ numeralẽ. extenſiuam, quæ fuit, nec tñ in cauſa ponit infinitatẽ intẽſiuã formalẽ, quia finita formalitas numeraliter ſufficiẽter, cõtinet eminẽter infinita materialiter, & extenſiue.

*Henr. quolibeto. 4. quæſtio. vltima. & Ric. de Media villa i. 2. di. 1. arti. 41. q. 6.*

Iuxta iſtã viã efficiẽtiæ arguitur, ꝙ primũ habeat potẽtiã infinitã, qa creatiuã, nã inter creationis extrema, infinita eſt diſtantia. Sed hoc antecedẽs ponitur tantũ creditum, vt nõ eſſe quaſi duratione ꝑcedit eſſe, vt tñ quaſi natura ſecundũ viam Aui, nõ eſſe ꝑcedit eſſe, añcedẽs oſtẽditur, quia ſaltẽ prima natura poſt Deũ, eſt ab ipſo, & nõ a ſe, nec accipit eſſe aliquo ſui ꝑſuppoſito, ergo illud creatur, ſed ſic accipiendo prius natura, tam nõ eſſe, q̃ eſſe, non ſunt ibi extrema mutationis, quã cauſet illa virtus, nec illud effici requirit mutari. Sed quicquid ſit de añcedẽte, cõſequentia nõ ꝓbatur, qa qñ inter extrema nulla eſt diſtantia media, ſed ipſa dicunt̃ præciſe diſtare rõne extremorũ inter ſe, tanta eſt diſtãtia, quantũ eſt maius extremũ. Exemplũ, Deus diſtat in infinitũ a creatura, etiã ſuprema poſſibili, ſi qua dareť, non propter aliquã diſtantiã mediã inter extrema, ſed propter infinitatem vnius extremi, ita contradictoria non diſtant per aliqua media, quia cõtradictoria ſunt immediata, ita ꝙ quantuncunque parum recedit aliquid ab vno extremo, ſtatim eſt ſub altero, ſed diſtant propter iſta extrema inter ſe, tanta eſt igitur iſta diſtantia, quãtum eſt illud extremũ, quod eſt ꝑfectius, i. illud eſt finitũ. ergo. Cõfirmatur, qa poſſe totaliter ſuper terminũ poſitiuũ huius diſtantiæ, eſt poſſe ſupra diſtantiã, ſiue ſuper tranſitum ab vno extremo in aliud extremũ, ergo ex poſſe ſup iſtũ tranſitum, non ſequitur infinitas, niſi ſequatur ex poſſe totaliter ſuper terminum eius poſitiuum, talis terminus eſt finitus. ergo. Quod autem dicit̃ cõmuniter, contradictoria diſtare in infinitũ, põt ſic intelligi. i. indeterminate, qa ſicut nulla eſt ita parua diſtantia, quæ nõ ſufficiat ad contradictoria, ita nulla eſt ita magna, etiam ſi eſſet maior maxima poſſibili, quin ad illa cõtradictoria ſe extẽdãt, eſt igitur corr̃. diſtãtia infinita, i. determinata ad quãcunq; magnam, vel paruam. ex tali autẽ infinita diſtantiæ, non ſequitur conſequens de infinita potentia intenſiua, ſicut nec ſequitur ad minimã diſtantiam, in qua ſaluatur ſic infinita diſtantia, quod enim non ſequitur ad antecedens, non ſequitur ad conſequens.

OSTENSO propoſito per viã primę efficiẽtię ꝑ rõne philoſophi, qa illa prima efficiẽtia infert infinitatẽ. Sequit̃ ſecũda via ex hoc, ꝙ eſt itelligẽs diſtinctè omnia factibilia, vel intelligibilia, vbi arguo ſic. intelligibilia ſunt infinita, & hoc actu in

in intellectu omnia intelligēte, ergo intellectus illa ſimul actu intelligens eſt infinitus, talis eſt intellectus diuinus, vt ſupra ꝓbatum eſt in cōcluſionibus de intelligere primi. Huius enthymematis probo antecedens, & conſequentiam, antecedens ſic. quæcunque ſunt infinita in potentia, ita ꝙ accipiendo alterū poſt alterum nullū poſſunt habere finem, illa omnia ſi ſimul ſunt in actu, ſunt infinita actu, intelligibilia ſunt infinita in potētia reſpectu ītellectus creati, ſatis patet, & in intellectu increato ſunt ſimul omnia intellecta actu, quę a creato ſunt ſucceſſiue intelligibilia, ergo ſunt ibi actu infinita ītellecta, huius ſyllogiſmi maiorem ſic probo, licet ſatis euidens videatur, q̄a omnia talia acceptibilia, quādo ſunt ſimul exiſtentia, aut ſunt actu finita aut ſunt actu infinita, ſi actu finita, ergo accipiēdo alterum poſt alterum tandem poſſūt omnia eſſe accepta actu. ergo ſi non poſſunt omnia actu eſſe accepta, ſi actu ſimul ſunt, ſunt actu infinita, conſequentiam primi enthymematis ſic probo, quia vbicunque pluralitas requirit, vel concludit maiorem perfectionem, q̄ paucitas, ibi infinitas numeralis concludit infinitam perfectionē. Exēplum poſſe ferre. 10. maiorem perfectionem requirit virtutis motiuæ, q̄ poſſe ferre 5. ideo poſſe ferre infinita concludit infinitam virtutem motiuam, ergo in propoſito, cum intelligere.a. ſit aliqua perfectio, & intelligere. b. ſit alia perfectio, nūquam idem intelligere erit ipſius. a. & b. æq; diſtincte, vt duo intelligere eſſent, niſi perfectiones duorum intelligere in illo vno eminenter includantur, & ſic de tribus, & ſic vltra de infinitis. Conſimiliter etiam de ipſa ratione intelligēdi arguetur, ſicut de intellectu, & actu argutum eſt, q̄a maior perfectio cōcluditur in ratione intelligendi ex pluralitate illorum, quorum eſt ratio intelligendi diſtincte, quia oportet, ꝙ includat eminenter perfectionis omniū propriarum rationum intelligēdi, quarum quælibet ſecundū propriam rationem aliquam perfectionem ponit, ergo infinitatē concludunt infinita. Secundo, iuxta iſtā viā, de intelligere primi, propoſitum ſic oſtendo, cauſa prima cui ſecundum vltimū ſuę cauſalitatis cauſa ſecunda aliquid ꝑfectionis addit in cauſando, non videtur ſola poſſe ſine ſecunda ita perfectum effectum cauſare, ſicut ipſa cum ſecunda, quia cauſalitas ſola primæ cauſæ diminuta eſt reſpectu cauſalitatis ambarum. ergo ſi illud quod natum eſt eſſe a cauſa ſecunda, & prima ſimul, ſit multo perfectius a ſola prima, cauſa ſecunda nihil ꝑfectionis addit primæ, ſed omne finitum omni finito additū addit aliquam perfectionem, ergo talis prima cauſa eſt infinita. Ad propoſitū, notitia cuiuſcunque obiecti nata eſt gigni ab ipſo ſicut a cauſa proxima, & maxime illa quæ eſt viſio, ſiue intellectio intuitiua, ergo ſi illa alicui ītellectui ineſt ſine actione, quacunque talis obiecti, ſed tantūmodo ex virtute alterius obiecti prioris, quod natum eſt eſſe cauſa ſuperior reſpectu talis cognitionis, ſequitur ꝙ illud obiectum ſuperius eſt



eſt infinitum in cognoſcibilitate, quia inferius nihil ſibi addit in cognoſcibilitate, tale obiectū ſuperius eſt natura prima, quia ex ſola præſentia eius apud intellectū primi nullo alio obiecto cōcauſante eſt notitia cuiuſcunq; obiecti in intellectu eius, ſicut probatur ſupra in concluſionibus de ītelligere primi, igitur nullum aliud intelligibile aliquid ſibi addit in cognoſcibilitate, ergo eſt infinitum, ſic ergo & in entitate, quia vnumquodque ſicut ad eſſe ſe habet, ſic ad cognoſcibilitatem, ex ſecundo Meta.

Ex. co. 4. TERTIA VIA ex parte finis arguitur ſic. voluntas noſtra omni finito aliquid maius poteſt appetere, & amare, ſicut intellectus intelligere, & quod plus etiam, videtur inclinatio naturalis ad ſumme amandum bonum infinitum, nam inde arguitur inclinatio naturalis ad aliquid in voluntate, quia ex ſe ſine habitu prōpte & delectabiliter vult illud voluntas libera, ita videt ꝙ experimur de actu amandi bonum infinitum, immo nō videtur voluntas in alio perfecte quietari, & quomodo illud non naturaliter odiret, ſi eſſet oppoſitum ſui obiecti, ſicut naturaliter odit non eſſe, ſecundum Aug. de lib. ar. c. 2. videtur enim, ꝙ ſi infinitum repugnaret bono, quod nullo modo voluntas quietaretur in bono, ſub ratione infiniti, nec in illud faciliter tēderet, ſicut nec in repugnans ſuo obiecto. Confirmatur iſta ratio in ſequenti uia, per ſimile de intellectu.

QVARTA VIA ex parte eminentiæ, arguo ſic. eminētiſſimo incompoſſibile eſt aliquid eſſe perfectius. ſicut prius patuit, finito autem non eſt incompoſſibile aliquid eſſe perfectius, quare &c. minor probatur, quia infinitas nō repugnat enti, omni finito maius eſt infinitum. quare &c. Aliter arguitur. & eſt idem, cui non repugnat infinitas intenſiue, illud non ſumme perfectum, niſi ſit infinitum, quia ſi eſt finitū poteſt excedi, vel excelli, ſi infinitas ſibi non repugnat, enti autem non repugnat infinitas. ergo perfectiſſimū ens eſt infinitum, minor huius conſequentiæ, quæ etiam in præcedenti argumento accipitur, non videtur a priori poſſe probari, vel oſtendi, quia ſicut contradictoria ex rationibus proprijs contradicūt, nec poteſt per aliquid manifeſtius hoc probari, ita nō repugnantia ex rationibus proprijs non repugnant, nec vidētur poſſe oſtendi, niſi explicando rationes ipſorum, ens autē per nihil notius explicatur. infinitum intelligimus per finitum, & hoc vulgariter ſi expono. infinitum eſt quod aliquod finitum datum ſecundum nullam habitudinem finitam præ- 3. phy. t. c. 63.
ciſe excedit, ſed vltra omnē habitudinem aſſignabilem excedit adhuc. Sic tamen propoſitū ſuadetur, ſicut quodlibet ponēdum eſt poſſibile, cuius non apparet impoſſibilitas, & ita & cōpoſſibile, cuius non apparet incompoſſibilitas. hic nulla apparet incompoſſibilitas, quia de ratione entis non eſt finitas, nec apparet ex ratione entis, ꝙ ſit paſſio conuertibilis cum ente, alterum enim iſtorum requiritur ad repugnantiā prędictam, paſſiones vero primæ entis

tis, & conuertibiles. ſatis videntur ſibi notæ ineſſe. Itē ſic ſuadetur, infinitum ſuo modo non repugnat, q̄titati. i. in accipiendo partē poſt partē, ergo nec īfinitū ſuo modo repugnat entitati. i. in perfectione ſimul eſſendo. Item ſi quantitas virtutis eſt ſimpliciter perfectior, quám quantitas molis, quare erit poſſibilis infinitas in mole, & non ī virtute? ſed ſi eſt poſſibilis, eſt & actu. ſicut patet ex tertia concluſione, vbi ſupra de primitate effectiui. Itē quare intellectus cuius obiectum eſt ens, nullam inuenit repugnantiā intelligendo aliqđ infinitū, immo vr̄ perfectiſſimū intelligibile, mirum eſt, ſi nulli intellectui talis contradictio patens fiat circa eius primū obiectū, cū diſcordia in ſono ita faciliter offendat auditum, ſi enim eſt diſconueniens, ſtatim percipitur, & offendit, cur nullus intellectus ab intelligibili infinito naturaliter refugit, ſicut a nō conueniente, immo ſuum obiectum primum deſtruente?

*3. Thiſ. I. c. 32.*

Summum cogitabile eſt, ſummum cogitabile eſt infinitum, ergo infinitum eſt, maior probatur. Summum cogitabile poteſt cogitari in re eſſe, & nō poteſt cogitari eſſe ab alio, ergo a ſe, ergo intelligendum, ꝙ omni eo, quod tm̄ eſt in intellectu, poteſt cogitari maius, quod eſt in re, non de eodem, ſed quia tātū cogitabile eſt poſſibile, tantum omni poſſibili eſt maius aliqđ neceſſariū ex ſe, aliter ſic. Summum cogitabile eſt intuibile, nō in alio, ergo in ſe. Per illud poteſt colorari illa rō Anſel. de ſummo cogitabili pro ſol. ſecūdo, & intelligenda eſt eius deſcripio ſic. Deus eſt quo cogitato, ſine contradictione, maius cogitari non poteſt ſine contradictione, & ꝙ addendum ſit ſine contradictione, patet, nam in cuius cogitatione includitur contradictio, illud dicitur non cogitabile, quia tunc ſunt duo cogitabilia oppoſita nullo modo faciendo vnum cogitabile, quia neutrum determinat alterum. Summum cogitabile prædictum ſine contradictione eſſe in re, probatur primo de eſſe quiditatiuo, quia in tali cogitabili ſummo, ſumme quieſcit intellectus. ergo in ſummo eſt ratio primi obiecti intellectus, ſcilicet entis, & hoc in ſummo. & arguitur, vltra ꝙ illud ſit, loquendo de eſſe exiſtentiæ, quia ſumme cogitabile non eſt tantum in intellectu cogitāte, quia tunc poſſet eſſe, quia eſt cogitabile poſſibile, & non poſſet eſſe, quia repugnat rationi eius eſſe ab alia cauſa, ſicut patuit prius, in ſecunda concluſione de primo effectiuo, maius igitur cogitabile eſt, quod eſt in re, q̄ quod eſt tantum intellectu. Non eſt autem hoc ſic intelligendū, ꝙ idē ſi cogitetur, per hoc ſit maius cogitabile ſi exiſtat, ſed omni quod eſt in intellectu tantū, maius eſt aliquod cogitabile, quod eſt in re, vel quod exiſtit. Vel aliter, coloratur ſic. maius cogitabile eſt quod exiſtit, ideſt perfectius cognoſcibile, quia viſibile, ſiue intelligibile, intellectione intuitiua, quod aūt non exiſtit nec in ſe, nec in nobiliori, cui nihil addit, non eſt intellectualiter viſibile. viſibile aūt eſt perfectius cognoſcibile, non viſibili, ſed tantum intelligibili abſtractiuę, ergo perfectiſſimum

*q. 3. & 4. & videtur in 2. d ſt. 3. q. 9. & in 3. diſt. 14. q. 3. & in quoli. q. 6.*



mū cognoſcibile exiſtit, de differentia intellectionis intuitiuæ & abſtractiuę, & quomodo intuitiua eſt perfectior, tangetur diſt. 3. & alias quando locū habebit.

*Thom: I. parte ſumme. q. 7. art.*

VLTIMO oſtenditur propoſitum ex negatione cauſę intrinſecę, qa forma finiť ꝑ materiā, ergo quę nō eſt nata eſſe in materia, eſt infinita. Hæc rō nihil valet, quia ſecundum ipſos angelus eſt immaterialis, ergo in natura erit īfinitus. Nec poſſunt dicere, ꝙ eſſe angeli finiret eius eſſentiam, quia (ſecundum eos) eſſe eſt accidens eſſentię, & poſterius naturaliter, & ſic in primo ſigno naturæ eſſentia ſecundum ſe, vt prior vr̄ eſſe intenſiue infinita, & per conſequens in ſecundo ſigno naturę non erit infinibilis per eſſe. Breuiter reſpondeo ad argumentum, ꝙ quodlibet ens habet intrinſecū ſibi gradum ſuę perfectionis, ī quo eſt finitū, ſi eſt finitū, vel infinitum, ſi eſt infinitū, ſi ergo ſit finitum, nō per aliud ens finitatur. Et cum arguitur, ſi forma finitur ad materiā, ergo ſi non eſt ad illā non finitur, fallacia eſt conſequentis, corpus finitur ad corpus, ergo ſi nō eſt ad corpus eſt infinitū, vltimū cęlū, ergo erit infinitum. Sophiſma eſt tertij phyſicorū, qa ſicut prius corpus in ſe finiť, q̄ finiatur ꝑ aliud corpus, ita forma finita in ſe, prius finitur, quia eſt talis natura in entibus quæ finitur, q̄ finiatur per materiam. nam ſecunda finitas præſupponit primam, & non cauſat eam, ergo in primo ſigno naturæ eſt eſſentia angeli finita, ergo non finibilis per eſſe, ergo in ſecūdo ſigno non finitur per eſſe. Breuiter dico, vnam propoſitionem, quòd quæcunque eſſentia, abſolute finita in ſe eſt finita, vt præintelligitur omni comparationi ſui ad aliam eſſentiam.

EX PRAEDICTIS patet ſolutio quæſtionis. nam ex primo articulo habeť ꝙ aliqđ ens eſt ſimpliciter primū tripliciprimitate. ſ. efficiētię finis, & eminētiæ, & ita ſimpliciter qđ ē impoſſibile aliquid eſſe prius, & in hoc ꝓbatū eſt eſſe, de Deo quātū ad ꝓprietates reſpectiuas Dei ad creaturā, vel inquātum terminat reſpectus, & dependentias creaturarum ad ipſum. Ex ſecundo articulo habetur quadruplici via, ꝙ illud primum eſt infinitum primo, videlicet quia primū efficiens. Secūdo, qa primū cognoſcens omnia cognoſcibilia, & propter ſecūdam viam præmittebanť cōcluſiones quatuor de intelligere primi. Tertio quia finis vltimus. Quarto quia eminentiſſimum. Iuxta primam viam, excluſa eſt quędam via inutilis de creatione. Iuxta ſecundam, tangitur alia via de perfectione primi obiecti in intelligibilitate. Iuxta quartam exponiť ratio Anſel. proſologion. 2. quæ ſtat in hac ꝓpoſitione, quo maius cogitari non poteſt, illud eſt. Vltimo, excluditur via inutilis ex immaterialitate inferens infinitatem, itaque iunge concluſiones duorum articulorum principaliū ſic. aliquod ens tripliciter primum in entibus exiſtit in actu. iſtud tripliciter primum in entibus eſt infinitū, ergo aliqđ infinitū ens actu exiſtit, & ī hoc ꝓbatū ē, eē dę Deo quātū ad illud abſolutū

*Reſolutio dictorū notabilis & epilogatio iuxta quæſtionis deciſionem.*

quod eſt primum perfectione
omnium a nobis conceptibiliū
de deo, ſicut dicetur tertia diſt.
& per cōſequens ꝓbatū eſt eſſe
deū, quātū ad cōceptum perfe-
ctiſſimum conceptibilem, vel
poſſibilem a nobis haberi de
Deo.

AD PRIMVM argumen
tū huius queſtionis principale,
dico quod cauſa infinita actiua
ex neceſſitate naturæ non com-
patitur ſibi aliquod cōtrariū, ſi
ue ſit ei cōtrariū formaliter .ſ.
ſecundū aliquod ꝙ conuenit ſi-
bi eſſentialiter, ſiue virtualiter
ſcilicet ſecundū rationē effect⁹
ſui, quē virtualiter includit,
vtroque enim modo impediret
quodlibet incōpoſſibile ſuo ef-
fectui, ſicut argutum eſt prius.
Deus autē eſt libere, & volūta
rie agens reſpectu omniū, quæ
ſunt extra ipſum, & ideo com-
patitur malum. Contra. Nun-
quid philoſophi ponentes deū
agere ex neceſſitate naturæ non
ponebant eſſe aliquod malum
in vniuerſo? Reſpondeo, ſicut
patuit probando deum eſſe a-
gens per cognitionem, non po-
tuerunt ſaluare aliquod ma-
lum poſſe fieri contingenter in
vniuerſo, ſed tantum, quod v-
nus ordo cauſarum produceret
aliquod quod eſſet receptiuum
alicuius perfectionis, alius au-
tē ordo de neceſſitate produce-
ret oppoſitum illius perfectio-
nis, ita quod illa perfectio nō
poſſet tunc induci concurrenti-
bus omnibus cauſis, licet ab-
ſolute productum ab aliqui-
bus, conſideratum ſecundum
rationem ſuæ ſpeciei, eſſet re-
ceptiuum illius prefectionis,
cuius oppoſitum neceſſario eue
nit. quid autem philoſophi poſ
ſunt dicere de libero arbitrio
noſtro, & malitia moris, dicen-
dum eſt aliàs. Ad ſecundum di
co, quod conſequentia non va-
let Ad probationem conſe-
quentiæ dico quod non eſt ſimi
lis incompoſſibilitas dimenſio-
nū in replendo locū, & eſſentia
rum inſimul eſſendo. nō enim
vna entitas ſic replet totam na
turam entitatis, quin cum iſta
alia entitas poſſit ſtare. hoc au-
tē nō debet intelligi de repletio
ne locali, ſed quaſi, cū mēſura-
tione eſſentiali, ſed vna dimen
ſio replet eundē locum ſecundū
vltimū capacitatis ſuę, & ideo
aliquod non poteſt eſſe cum eo
replēs locū, ſed bene poſſet eſſe
cum eo aliud corpus nō replēs
locum, ita ꝙ vna entitas ſimul
poteſt eſſe cum alia ſicut poſſet
reſpectu loci cum corpore re-
plente locum, aliud corpus eſſe
nō replens locū. Similiter alia
cōſequētia nō valet, quia corp⁹
infinitum, ſi eſſet cum alio, fie-
ret totum maius vtroque, ratio
ne dimenſionū, quia dimenſio
nes alterius corporis eſſent alię
a dimenſionibus corporis infini
ti, & eiuſdem rationis cū eis, &
ideo totū maius eſſet propter di
uerſitatem dimenſionū, & to-
tum non maius, quia dimen-
ſio infinita non poteſt excidi,
hic autem tota quātitas infinitę
perfectionis nullam recipit ad-
ditionem, in ratione talis quā-
titatis, ex coexiſtentia alicuius
finiti, ſecundū talē quantitatē.
Ad tertium argumentum dico,
conſequentia non valet niſi il-
lud ꝙ demōſtrat̃ in antecedēte
a quo alia ſeparantur, ſit fini-
tum. Exemplum, ſi eſſet ali-
quod vbi infinitum per impoſ-
ſibile, & corpus infinitum re-
pleret

*quære in collationibus & in quol. q. 7. & vlt. & 1. diſt 1. q. ſi & diſt. 39. et ī 2. di. xiiij & xxv. & xxiiij. & alibi vt ſcis, ſ. in 2 probatione conſiquentiæ. prīcipalis formata.*



pleret illud vbi, non ſequeret̃,
hoc corpus eſt hic, ita ꝙ non
alibi, ergo eſt finitū ſecundum
vbi, quia, li, hic, nō demonſtrat
niſi infinitū, ita ſecundū philo-
ſophū, ſi motus eſſet infinitus
& tempus infinitū, non ſequit̃
iſte motus eſt in hoc tpe, & nō
in alio, ergo eſt finitus ſecundū
tempus. Ita ad ꝓpoſitū oportet
ꝓbare illud quod demōſtratur
ꝑ hoc eſſe finitū, quod ſi aſſuma
tur petit̃ cōcluſio in ꝑmiſſa. Ad
vltimū dico, ꝙ philoſophus in-
fert moueri in non tpe, ex hoc
antecedente, ꝙ potētia infinita
eſt in magnitudine, & intelligit
in cōſequēte moueri proprie,
vt diſtinguit̃ cōtra mutationē,
& hoc modo cōſequēs includit
contradictionem, & etiam ante
cedens ſecundum eum. Quali-
ter autem teneat hæc conſe-
quentia, ſic declaro, ſi eſt infini-
ta potentia, & agit ex neceſſita
te naturę, ergo agit in non tpe,
quia ſi agat in tpe, ſit illud tp̄s
a. & accipiatur alia virtus finita
quę agat in tempore finito, &
ſit illud tempus. b. augmentet̃
aūt uirtus finita ſecundū ꝓpor-
tionē illā que eſt b. ad a puta. ſi
a. eſt centuplū, vel milleculpa,
ad b. accipiatur virtus, quę ſit
centupla, vel millecupla ad il-
lam virtutem finitam datam.
igitur illa virtus ſic augumenta-
ta mouebit in. a. tempore, &
ita illa, & infinita mouebunt in
ęquali tempore, quod eſt im-
poſſibile, ſi virtus infinite mo-
uet ſecundum vltimum poten-
tiæ ſuę, & neceſſario. Ex hoc
igitur, quod virtus illa eſt in-
finita, ſequitur, ꝙ ſi agat ex ne-
ceſſitate naturæ, agit in non tē-
pore, ex hoc autem quod poni-
tur in antecedente, ꝙ eſt in ma
gnitudine, ſequitur, ꝙ ſi agat
circa corpus, ꝙ ꝓprie moueat
illud corpus, q̃a virtutē in ma-
gnitudine vocat philoſophus
virtutem extenſam ꝑ accn̄s, ta-
lis aūt ſi ageret circa corpus ha-
bet partes illius corꝑis, diuerſi-
mode diſtantes reſpectu eius,
puta vnā partem corporis pro-
pinquiorem, & aliam remotio-
rem. habet etiam reſiſtentiā ali
quā ī corpore circa q̄d agit, quę
duæ cauſę. ſ. reſiſtentia, & diuer
ſa approximatio ꝑtiū mobilis
ad ipſum mouens, faciunt ſuc-
ceſſionem eſſe in motu, & cor-
pus proprie moueri, ergo ex
hoc quod in antecedēte illo po-
nitur virtus in magnitudine, ſe
quitur, ꝙ proprie mouebit, &
ita iungendo iſta duo ſimul, ꝙ
eſt infinitum, & in magnitudi-
ne, ſequitur ꝙ proprie mouebit
& in non tpe, ꝙ eſt cōtradictio.
Sed iſtud non ſequit̃ de virtute
infinita, quæ nō eſt in magnitu
dine, ipſa enim licet in nō tem-
pore agat, ſi neceſſario agat, q̃a
hoc ſequitur ad infinitatem, nō
tn̄ proprie mouebit, q̃a non ha-
bebit in paſſo illas duas ratio-
nes ſucceſſionis. nō igitur vult
philoſophus ꝙ infinita potētia
proprie moueat in non tēpore,
ſicut argumentū pretendit, ſed
ꝙ infinita potentia in magni-
tudine proprie moueat, & in
nō tpe, quę ſūt cōtradictoria, &
ex hoc ſequitur, ꝙ antecedens
includit contradictoria .ſ. ꝙ vir
tus infinita ſit in magnitudine.
Sed tunc eſt dubitatio, cum po-
tentiam motiuam primi ponat
infinitam, & naturaliter agen-
tem, videtur ſequi, ꝙ neceſſa-
rio ageret, in non tempore, licet
non moueat in non tempore,
immo tunc nihil mouebit pro-

*Vide. 4. phi. t. c. 73. 8. phyſ. t. cō. 79. & ad finē 7. phyſi.*

*Dubitatio Io. Gra. ſubtiliſſima.*

prie loquendo, & ꝙ hoc ſequat̃ patet. q̃a iſtud prius ꝓbatũ fuit per rationem potentiæ infinitę neceſſario agentis. Reſpondet Commentator. 12. Met. ꝙ prę ter primum mouens, quod eſt infinitæ potentiæ requirit̃ mouens coniunctũ potentię finitæ, ita ꝙ ex primo mouente, ſit in finitas motus, & ex ſecundo, ſit ſucceſſio, quaſi aliter non poſſet eſſę ſucceſſio, niſi concurreret illud mouens finitũ, quia ſi ſolũ ĩfinitũ ageret, ageret in nõ tẽpore. Iſtud improbabit̃. diſt. 8. q. vi. vbi in hoc arguetur cõtra philoſophos, qui ponunt primũ agere ex neceſſitate quodlibet quod immediate agit, ſed chriſtianis nõ eſt argumentum difficile, qui dicunt deũ contingenter agere, ipſi enim poſſunt faciliter reſpondere, quia ſi virtus infinita neceſſario agens agat ſecundum vltimũ ſui, & ita nõ in tpe quicquid immediate agit, non tamen virtus infinita cõtingẽter, & libere agens, ſicut enim in poteſtate eius eſt agere & non agere, ita in poteſtate eius eſt agere in tpe, & agere in non tpe, & ita facile eſt ſaluare primũ ens mouere corpus in tẽpore, licet ſit infinitę potẽtię, q̃a nõ neceſſario agit ſecundũ vltimũ potẽtię ſuæ quantũ ſcilicet poſſet agere, nec in tã breui tpe in quo breuiori nõ poſſet agere.

*Vide ſugam Th. 8. phy. & Auer. 12. me. com. 41.*

## QVAESTIO. III.

*Circa vnitatẽ Dei. quiritur tantum vnum vtrum ſit &c.*

QVAERITVR tertio an ſit tantum vnus Deus? Et ꝙ non arguitur. prima ad Cor. viij. Siquidem ſunt domini multi, & dii multi. Item ſic. Deus eſt. ergo dii ſunt, probatur conſequentia, quia ſingulare, & plurale idem ſignificant, licet differant in modo ſignificandi, ergo includũt idem prędicatum proportionaliter acceptum, ergo ſicut ſingulare includit ſingulare, ita plurale includit plurale. Præterea ſecundo, quia ſicut Deus eſt quo maius cogitari non poteſt, ita dii ſunt, quibus maiora excogitari non poſſint, illa autem quibus maiora cogitari nõ poſſunt ſunt in effectu, q̃a videt̃, ꝙ ſi non eſſent in effectu, maiora poſſunt eis cogitari. Præterea, omne ens per participationem reducitur ad aliquid tale per eſſentiam, ſed indiuidua, in quacũque ſpecie creata ſunt entia per participationem, alioquin non eſſent multa, ergo reducuntur ad aliquid tale ꝑ eſſentiã, ergo eſt aliquis homo ꝑ eſſentiã, & aliquis bos ꝑ eſſentiã, ſed q̃cq̃d eſt per eſſentiã nõ ꝑ participationẽ, eſt Deus, ergo &c. Pręterea plura bona ſunt meliora paucioribus bonis, ſed q̃cũque meliora ſunt ponenda in vniuerſo, ergo &c. Itẽ q̃cquid ſi eſt, eſt neceſſe eſſe, illud ſimpliciter eſt neceſſe eẽ, ſed alius Deus, ſi eſt, eſt neceſſe eſſe, ergo & c. maior probatur: Da oppoſitum prædicati, non eſt neceſſe eſſe ſimpliciter, ſequitur oppoſitũ ſubiecti. ſ. ꝙ ſi eſt, eſt poſſibile eſſe, & ita nõ neceſſe eſſe, reſpondeo debet inferri oppoſitum ſubiecti ſic. Non eſt neceſſe eſſe, ſi eſt vt negetur habitudo, non aũt conſequens affirmãdo cõſequẽtiam.

*Al. probatur. 2. conſequens.*

*Aa. ad eum tele.*

CONTRA Deuter. 6. Audi Iſrael, dominus Deus tuus vnus eſt. Et Iſa. 3. Extra me non eſt Deus.

Arguit̃ ad hoc ꝑ philoſophũ 12. me.



12. me. Si duo, alter haberet materiã. Et ibidem in fine, Nõ bonum pluralitas principãtiũ, vnus ergo prĩceps. Et Dam. c. 5. ponit tres rationes quæ ſunt, iſte Deus caret illo, & ille differt ab iſto. ſecunda neuter vbique tertia male regerent, & hęc concordat cũ ſecunda philoſophi. Item magiſter. Aliter ſuperflueret. Item vnitas eſt principium dualitatis, & omnis multitudinis, propoſitione. 10. Proculus. Item quomodo conuenirent ſimul genere, vel ſpẽ vtroque modo ſequitur compoſitio. Et hęc cõcordat cũ prima ratione philoſophi. In iſta quęſtione ponendo hunc conceptum Dei. Neceſſe eſſe a ſe, vel independens ſecundum eſſe vel ens increatum, vel primum mouens immobile, poterit tractari opinio Ari. de intelligẽtijs, ſi ſic ſunt dii. De quo habetur diſ. 8. q. 5. De quarto conceptu affirmatiuo non demonſtratur, ſi ſecundum Ari. vnus mouet motu diurno, & alius Zodiacum, & vtroque a ſe, Sed hoc ſoluitur ponẽdo hunc conceptũ, vel deſcriptionem Dei. Ens infinitę intellectualitatis, & volũtatis bonitatis, & potentię. Ens neceſſarium a ſe. Vñ añ iſtam quæſtionẽ, ꝓbata ſunt hæc omnia de Deo ſcilicet. Aliquod ens eſſe primũ omnino, triplici primitate oſtenſa quæſtione pręcedẽte, & illud eſſe neceſſe eſſe, & infinitum. Et idem de intellectu & voluntate, & potẽtia ibidẽ, ſic hic non petitur.

*T. c. 49.*

*in fin. 12. Meta.*

IN ISTA quæſtione concluſio eſt certa, ſed differũt aliqui ꝙ hæc concluſio non eſt demonſtrabilis, ſed tantũ accepta per fidem, & ad hoc habetur auctoritas rabi Moyſi lib. 3. c. 6. quòd vnitas Dei accepta eſt a lege. Hoc etiam arguitur per rationem, quia ſi per rationem naturalem poſſet cognoſci Deũ eſſe vnicum, ergo poſſet naturaliter cognoſci Deum ex ſe eſſe ſingularem, ergo poſſet cognoſci naturaliter ſingularitas Dei, & eſſentia Dei, vt ſingularis, quod falſum eſt, & contra prædicta in quæſtione de ſubiecto theologiæ. Videtur tamẽ, quòd iſta vnitas poſſit ratione naturali oſtendi, & hoc ſumendo viam. Primo, ex infinito intellectu. Secundo, ex infinita voluntate. Tertio, ex infinita bonitate. Quarto, ex ratione infinitæ potentiæ. Quinto, ex ratione infiniti abſolute. Sexto, ex ratione neceſſe eſſe. Septimo, ex ratione omnipotentiæ. Prima via ex parte intellectus infiniti, arguitur primo ſic. Intellectus infinitus cognoſcit quodcunque intelligibile perfectiſſime, quantum eſt intelligibile in ſe, quia totum ens. Nam intellectus finitus hoc poteſt, licet non perfectiſſime nec ſimul. ergo ſi ſint duo dij ſint. a. & b. a. ergo cognoſcet. b. perfectime quantum. ſ. b. eſt cognoſcibile, ſed hoc eſt impoſſibile, probatio, quia aut cognoſcit. b. per eſſentiam b. aut nõ. ſi non. & b. eſt cognoſcibile per eſſentiam, ergo. a. non cognoſcit. b. perfectiſſime, quantum ſcilicet. b. eſt cognoſcibile. nihil enim cognoſcibile per eſſentiã perfectiſſime cognoſcitur, niſi cognoſcatur per eſſentiã ſuã, vel ꝑ aliquid perfectius includens eſſentiã ſuã, quam ipſa ſit in ſe, eſſentia aũt. b. in nullo perfectius includit̃, q̃ in. b. quia tũc

*Guil. Va. lib. 1. diſ. 2. q. 1.*

b.non eſſet Deus. Si autem cognoſceret.b.per eſſentiã ipſius, b.ergo actus ipſius.a. eſt poſterior naturaliter eſſentia ipſius. b.& ita.a. non eſt Deus. Quod actus ipſius.a.ſit poſterior ipſo. b.probo, quia oĩs actus cognoſcendi, qui non eſt idẽ obiecto eſt poſterior obiecto, neque eñ prior, neque ſimul natura eſt actus cũ obiecto alio ab actu, quia tunc actus poſſet intelligi ſine obiecto, ſicut econuerſo. Si dicas ꝙ.a.intelligit.b. per eſſentiam ipſius.a. quę ſimillima eſt ipſi. b. aut ꝙ.a.ĩtelligit.b.in ratione ſpeciei cõmunis ipſi.a.& ipſi.b.Cõtra. Neutra reſponſio ſaluat ꝙ.a.intelligat.b.perfectiſſime, & per conſequens non eſt Deus, quia cognitio alicuius in ſimili tantũ, ſiue in vniuerſali, nõ eſt cognitio perfectiſſima, & intuitiua ipſius rei in ſe, & ita non cognoſcit. b intuitiue, & perfectiſſime, quod eſt propoſitum. Secundo ex parte intellectus arguitur ſic. actus aliquis nõ põt habere ſimul dua obiecta, adæquata, a. eſt obiectum adæquatum ſuæ intellectioni & b. eſſet adæquatũ eidẽ, ſi poſſet intelligere ſimul perfecte.a. & b ergo impoſſibile eſt, ꝙ a intelligat vnica intellectione ſimul perfecte, a. & b. Si autem. a.habet duas intellectiones realiter diſtinctas, ergo nõ eſt De⁹. Maior patet. quia alioquin act⁹ adęquaretur alicui obiecto, quo ſubtracto, non minus quietaret potentia. & adæquaretur & ita fruſtra eſſet tale obiectum.

Quantum ad ſecũdam viam arguitur ſic. Voluntas infinita eſt recta, ergo diligit quodlibet diligibile quantũ eſt diligibile, ſi igitur. b. eſt alius Deus, eſt diligibilis in infinitum. cũ ſit bonum infinitum, & infinite a voluntate potente ſic diligere, ergo voluntas. a.diligit.b. infinite, ſed hoc eſt impoſſibile, quia a. naturaliter plus diligit ſe q̃ b. probatio. quodlibet enim naturaliter plus diligit eſſe ſuum quàm eſſe alterius. cuius nihil eſt, vt pars, vel effectus, a.aũt nihil eſt ipſius. b. nec vt pars, nec vt effectus, ergo plus diligit. a. ſe naturaliter, quam ipſum.b. ſed voluntas libera, quando eſt recta, cõformat voluntati naturali; alioquin volũtas naturalis non eſſet ſemper recta, ergo. a. ſi habet voluntatem liberam rectam actu elicito plus diligit ſe quã. b. ergo nõ.b. infinite.

Secũdo ſic. de voluntate. Aut. a.fruitur.b. aut vtitur. ſi vtitur eo. ergo.a. habet voluntatem inordinatã, ſi fruitur. b. & fruit̃ a. ergo a.eſt beatus ĩ duobus obiectis quorũ neutrũ depẽdet ab alio, quia ſicut a. eſt beatus in ſe, ſic & in b. ſed cõſequens eſt impoſſibile, quia nihil poteſt eſſe beatum actu in duobus obiectis beatificantibus totalibus, probatio, quia vtrolibet eorum deſtructo, nihilomin⁹ eſſet beatus, ergo in neutro eſt beat⁹. Videtur etiã rationabile, ꝙ quietatum in vno obiecto adæquato nõ poſſit ĩ obiecto alio quietari. De tertia via. ſ. de rõne infiniti boni arguo ſic, voluntas ordinata põt appetere maius bonũ, & magis amare maius bonum, ſed plura bona infinita, ſi ſint poſſibilia. plus bonitatis ĩcludunt, quàm vnum infinitũ ergo voluntas ordinate poſſet plus amare plura bona infinita quã vnum, & per cõſequens in nullo vno bono infinito quietaretur, ſed hoc eſt contra rationẽ boni, ꝙ ſit infinitũ, & non quietatiuum cuiuſlibet voluntatis.





Quantum ad quartam viã ſcilicet de infinita potentia arguo ſic. non poſſunt eſſe duæ cauſæ totales eiuſdem effectus in eodem ordine cauſæ, ſed infinita potentia eſt cauſa totalis reſpectu cuiuſlibet effectus in ratione primæ cauſę, ergo nulla alia potentia poteſt eſſe cauſa in ratione cauſæ primæ reſpectu alicuius effectus, & ita nulla alia eſt cauſa infinita in potentia, primam propoſitionem probo, quia tunc aliquid eſſe cauſam alicuius, a quo illud non dependeret, ꝓbatio, à nullo aliq̃d dependent eſſentialiter, quo non exiſtente nihilominus eſſet, ſed ſi.c.habet duas cauſas totales. a. & b. & in eodem ordine cauſæ vtrolibet eorũ nõ exiſtente, nihilominus eſſet ipſum. c. ab altero eorum, quia non exiſtente. a.nihilominus erit c. ab ipſo.b.& non exiſtente b. nihilominus erit ipſum.c. quia ab ipſo . a. Iuxta idem arguitur de vnitate cuiuſcunque primi in quacunque primitate prædicta, nihil enim exceſſum exceditur a duobus primo ipſum excedentibus, & nihil finitũ eſſentialiter ordinatur ad duos primos fines, eſſet enim aliquid ad finem, quo non exiſtente nihilominus, eſſet finitum, ( vt prius argutum eſt ) & eſſet aliquid exceſſum eſſentialiter ab aliquo, quo non exiſtente nihilominus haberet eſſentiale excedens, quo menſuraretur eſſentialiter, & a quo acciperet ſuam perfectionẽ eſſentialiter, quod eſt impoſſibile, ergo impoſſibile eſt alicuius finiti duos fines primos, vel eſſe alicuius exceſſi, duo prima eminentia eſſe.

De quinta via dico ꝙ infinitum abſolute non poteſt excedi, & arguo ſic. Quæcunque perfectio poteſt numerari in diuerſis plus perfectionis habet in pluribus, quam in vno. ſicut dicitur. 8 .de tri. cap. 1 .ergo infinitum in pluribus omnino numerari non poteſt. Commutatur extenſio in intenſionem, quot inquantum, diſcretum in continuum.

*Sic in originali doctoris corrigitur.*

De ſexta via primo arguo ſic. Species plurificabilis in indiuiduis non determinatur ex ſe ad certum numerum indiuiduorum, ſed quantum eſt ex ſe compatitur infinitatem indiuiduorum, ſicut patet in ſpeciebus omnibus corruptibilibus. ergo ſi ratio neceſſe eſſe ſit plurificabilis in indiuiduis, non determinat ſe ad certum numerum, ſed compatitur infinitatem, quantum ex ſe eſt, ſed ſi poſſent eſſe infinita neceſſe eſſe, ſunt infinita neceſſe eſſe, conſequens eſt falſum, ergo antecedens, ex quo ſequitur. Secundo arguo ſic. iuxta iſtam viam, ſi ſunt plura neceſſe eſſe, aliquibus perfectionibus realibus diſtinguũtur, ſint perfectiones iſtæ. a. & b. tunc ſic, aut iſta duo diſtincta per a & b. ſunt formaliter neceſſe eſſe per a. & b. aut non. ergo. a. nõ eſt formalis ratio neceſſario eſſendi, nec b. ergo per conſequens, nec includens.a. eſt neceſſe eſſe. probatio, quia includit aliquam entitatem, quæ non eſt neceſſitas formaliter eſſendi, nec neceſſaria ex ſe. Si autem illa ſint formaliter neceſſe

eſſe p a. &. b. & præter hæc vtrũque eſt neceſſe per illud, in quo conuenit vnum cum alio, ergo vtrunque habet in ſe duas rõnes, quarum vtraque formaliter eſt neceſſe eſſe, ſed hoc eſt impoſſibile, quia neutra illarũ includit alterã, vtralibet igitur illarũ circũſcripta, eſſet tale neceſſe eſſe per reliquã, & ita eſſet aliqd formaliter neceſſe eſſe p rõnem aliquã, qua circũſcripta nihilominus eſſet neceſſe eſſe, quod eſt impoſſibile. De ſeptima. ſ. de oĩpotentia vr̃, ꝙ illa non ſit per rõnem naturalẽ demonſtrabilis, quia oĩpotentia, (vt alias patebit) non põt concludi rõne naturali, vt catholici credunt oĩpotentiã, nec concluditur ex rõne infinitæ potẽtiæ, tñ ex oĩpotentia credita, arguitur ſic propoſitum. ſi. a. eſt oĩpotens. ergo poteſt facere circa quodcunque aliud ipſum eſſe, vel non eſſe, & ita poſſet deſtruere. b. & ita fieret. b. nullipotens. ergo. b. non eſt Deus. Iſta rõ non valet, quia. b. nõ eſt obiectum oĩpotentiæ ipſius a, quia omnipotẽtia pro obiecto reſpicit poſſibile, b. autem ponebatur neceſſarium ſicut. a. Ideo ex omnipotentia credita arguitur aliter ſic, declarando rationem Ric. 2. de tri. cap. vlt. Omnipotens ſicut ſuo velle poteſt producere omne poſſibile, ita ſuo nolle poteſt impedire, vel deſtruere oẽ poſſibile, ſi iã habet eſſe, a. ergo oĩa poſſibilia poteſt ſuo velle in eſſe producere, non aũt eſt neceſſe ꝙ. b. velit oĩa illa eſſe, ſed poteſt nolle illa eſſe, quæ. a. vult, quia voluntas. b. ſe hẽt contingenter ad illa, q̄ vult. a. ſicut voluntas. a. ad illa quæ. b. vult ſi eſt Deus, ſi autem b. nolit illa eſſe, ergo nullũ eorum eſt, igitur ſi ſint duo omnipotentes, vterque illorum faceret alterum nullipotentem, nõ deſtruendo illum, ſed faciendo, vel prohibendo per ſuum nolle eſſe volitorum ab alio. Quod ſi dicas, ſomniando, ꝙ concordant in voluntate ſua, quamuis de hoc nulla ſit neceſſitas, ſed quaſi fecerunt pacta. Adhuc probo, ꝙ neuter eorum erit omnipotens, nam ſi. a. eſt omnipotens poteſt producere ſuo velle quodcunque aliud poſſibile volitum a ſe, ex hoc ſequiť ꝙ. b. nullum eorũ poteſt producere ſuo velle, & ita nõ eſt oĩpotẽs. Quod hoc ſequať patet ex quarta via, quia impoſſibile eſt duas cauſas eſſe totales vnius effectus, quia ex quo cãtus eſt ab vna, ĩpoſſibile eſt, ꝙ ſit ab alia. Argumenta quædam aliorũ ad concluſionẽ prædictã, nolo hic adducere, quibus non oportet iniſi, qa ſunt ſolubilia, & eque forſan concludentia vnum eſſe Angelũ in vna ſpecie; ſi Angelus eſt ſimplex in eſſentia ſua, aut ſi concludunt, non tñ ex naturaliter nobis notis, nec oportet illa adducere, vt ſoluenda, quia non ſunt contra concluſionem, quam teneo.

*42. diſt. huius primi & in quoli. q. 7. & in theo. tractatu propoſitionum creditarum.*

*ſ. Damaſce. proculi magiſtri ſententiarũ au. Philo. 8. Phyſi. & 12 Meta. Thomæ et aliorum theologorũ habetur.*

ADILLA Quæ ſunt pro alia opinione reſpondeo ad auctoritatem Rabi Moyſi, & dico quod populus Iudaicus fuit rudis, & pronus ad idolatriã, ideo indiguit inſtrui p leges de vnitate Dei, licet per rationem naturalem poterat demonſtrari. Ira etiam acceptum eſt a lege, quod Deus ſit. Exodi 3. Ego sũ qui ſum. Et Apoſtolos ad Hæbreos, dicit quòd oportet accedentẽ ad Deũ credere, quia eſt,

*11. c.*

& tamen



& tñ nõ negať Deũ eſſe, eſſe demonſtrabile, ergo pari rõne negandũ nõ eſt, poſſe demõſtrari Deũ eſſe vnũ, licet acceptũ ſit a lege. Illa ẽt, quæ poſſunt demõſtrari, vtile eſt cõitati tradi per viam autoritatis, & pp negligẽtiã cõitatis in inquirendo veritatem, & pp impotentiã intellectus, pp errores inquirentiũ per demonſtrationẽ, quia veritatibus ſuis multa falſa permiſcent, vt dicit Aug. 18. de ciui. Dei. & iõ quia ſimplices ſequẽtes tales demonſtrationes, bñ poſſent dubitare, cui eſſet aſſentiendũ, ideo tuta eſt via, & facilis, & communis auctoritas certa, quæ nõ põt fallere, nec falli.

Ad ſecundã rationem de ſingulari dico, ꝙ aliud eſt ſingularitatẽ eſſe conceptam, vt obiectum, vel vt partẽ obiecti, aliud eſt ſingularitatem eſſe præciſe modum concipiendi, ſiue ſub quo concipitur obiectum. Exẽplum, cum dico plurale eſt ſingulare, obiectum conceptũ eſt pluralitas, ſed modus concipiẽdi. i. modus ſub quo concipitur eſt ſingularitas, ita in intentionibus logicis, cum dico ſingnlare eſt vniuerſale, quod concipitur eſt ſingularitas, ſed modus concipiendi, ſub quo concipitur eſt vniuerſalitas, quia quod cõcipiť, vt concipiť, hẽt in differentiã ad plura. Ita dico in propoſito, ꝙ eſſentia diuina poteſt concipi, vt ſingularis, ita ꝙ ſingularitas ſit concepta, vel vt obiectum, vel vt pars obiecti, nec tamen ſequitur, ꝙ eſſentia poſſit cognoſci, vt ſingularis, ita ꝙ ſingularitas ſit modus concipiẽdi, cognoſcere ei ſic aliquid, vt ſingulare, eſt cognoſcere illud, vt hoc. ſicut album videtur, vt hoc, & hoc modo (vt p̄dictum eſt) non cognoſcitur eſſentia diuina ſub ratione ſingularis, & ideo in argumento eſt fallacia figuræ dictionis, commutando rem in modum.

*Nota ex hoc colligitur diſt. vt modus, & vt quia.*

*Al. concipiendi.*

ADRATIONES Principales. Ad primam dico, qnod Apoſtolus loquitur de idolis, & ideo de Dijs nuncupatiue, & ſubditur ibi. Nobis aũt vnus eſt Deus, quia oẽs Dij gentium demonia. Ad ſecundam dico, ꝙ conſequentia nõ valet, quia numerus nõ eſt talis modus ſignificandi grãmaticaliter, quales alij modi grãmaticales, qui præciſe dicunt modũ concipiẽdi rem abſq; aliquo reali correſpondenti tali mõ cõcipiendi, nec dicunt aliquid in re, a quo moueri poſſit intellectus ad talẽ modũ accipiendũ, ſed numerus vere includit rem ſubſtratam, vnde ſequiť, homines currunt, ergo plures homines currunt, ſed nõ eſt ſic de alijs cõſignificatiuis nominis, vel verbi, quia non ſequiť, Deus eſt generis maſculini, ergo Deus eſt maſculus, quia ad maſculinitatẽ ſufficit aliquid in re, a quo iſte modus concipiendi poſſit accipi, puta actiuitas. Dico igitur, qnod illud ſubiectum dij, conceptum ſub modo plurali, includit cõtraditionem, quia modus concipiendi repugnat ei, ꝙ concipitur ſub modo, cum igitur probatur cõſequentia, quia idem includit ſingulare, & plurale. dico quod ſingulare includit illud ſub modo concipiendi, conuenienti ipſi concepto, ſed plurale includit illud ſub modo incompoſſibili illi cõcepto, & ideo illud ſingulare includit rationem, quaſi in ſe veram,

ram, prout includit conceptum, & modum concipiendi, plurale autē prout includit illa, includit rationē, quaſi in ſe falſam, & ideo non ſequitur, ꝙ plurale ſit verū de plurali, ſicut ſingulare de ſingulari, quia de eo cuius rō eſt in ſe falſa, nihil eſt verū.

5. Meta. t.c.34. Per idem patet ad aliā ꝓbationem, quo maius cogitari nō poteſt, quia non ſunt dij cogitabiles ſine contradictione, quia modus repugnat rei conceptæ, & ideo maior eſt gloſanda, ſicut prius in q. præcedenti. Ad veritatem autem propoſitionis, requiritur ꝙ ratio ſubiecti ſit in ſe vera, & non includat contradictionem (ſicut dictum eſt in quæſtione ſecunda huius diſtinctionis.)

Ad tertium dico, ꝙ maior ꝓpoſitio non eſt prima, ſed reducitur ad iſtam, omne imperfectum reducitur ad perfectum, & quia omne ens per participationem eſt imperfectum, & intātum illud ens eſt perfectum, quod eſt ens ꝑ eſſentiam, ideo ſequitur propoſitio illa maior de participatione, hęc autē maior de imperfecto, ſic habet intelligi, aliquid eſt imperfectū, ſecundum perfectionem ſimpliciter, quæ non neceſſario habet imperfectionem concomitantem, quia non includit in ſe limitationem, vt hoc bonū, hoc verum, hoc ens, & huiuſmodi imperfectum reducitur ad perfectum eiuſdem rationis, ſ. bonum, ens, verum, quæ important perfectionem ſimpliciter. aliquid autem eſt perfectum ſecundum perfectionem nō ſimpliciter, ſed ſecūdū perfectionē quæ de ratione ſui includit limitationem, & ideo neceſſario habet imperfectionē annexā, vt hic homo, & ſic aſinus. quod igitur imperfectum eſt primo modo, reducitur ad perfectum ſimpliciter ſecūdū perfectionē illius rationis, quia aliquid ſecundum illam rationem poteſt eſſe ſimpliciter perfectū. Quod autem eſt imperfectum ſecundo modo, non reducitur ad aliquid perfectum ſimpliciter ſecundum perfectionem eiuſdē rationis. ſ. ad rationem ſpecificam, quia enim iſtam imperfectionem includit, ideo ſecundū illam non poteſt eſſe aliquid ꝑfectum ſimpliciter propter limitationem, ſed reducitur ad aliquid perfectum ſimpliciter æquiuocum, eminenter includens illam perfectionem, & ideo bonum imperfectum reducitur ad perfectum bonum, ſed ſic lapis, quia eſt imperfectus, non reducitur ad lapidem ꝑfectū ſimpliciter, ſed ad ſummum ens, & ad ſummum bonum, quæ includūt virtualiter illam perfectionem.

Bon. diſt. præſenti. q.12. vv: vv. eadem diſt. q.2. ſoluendo 3. argu. Ad vltimum dicitur ꝙ plura bona finita ſunt meliora paucioribus bonis finitis, non aūt plura bona infinita. Sed hic nō videtur reſpondere ad argumētum, quia quæcunque, ſi eſſent meliora, videntur ponenda in entibus eſſe, & maxime in ente ſupremo, quod eſt neceſſe eſſe, q̄a ibi quicquid poſſet eſſe, bonum eſt, & neceſſe eſt ibi eſſe, ſed plura bona īfinita, ſi eſſent, eſſent meliora, videtur igitur, ꝙ plura bona infinita ſunt ponenda in natura ſummi boni. Ad iſtud reſpondeo, ꝙ cum dicitur in maiori, illa quæ ſi eſſent, eſſent meliora, ſunt ponenda ibi, dico ꝙ aut per, li, ſi, implicatur



plicatur poſitio poſſibiliū, aut poſitio incompoſſibiliū, eſt primo modo, dico ꝙ maior eſt vera & minor falſa, quia implicatio illa in minori, non eſt poſſibiliū, ſed incōpoſſibilium, ſi autem li, ſi, implicet poſitionē incompoſſibiliū, minor eſt vera, & maior falſa, quæ enim nō eſſent meliora, niſi ex poſitione incompoſſibiliū, non eſſent meliora, nec etiam ſunt bona, ſicut illud, quod nō eſt, niſi ex poſitione incompoſſibiliū, omnino non eſt, ſicut nec illud eſt a quo illud non dependet.

## QVAESTIO IIII.

al. circa ſecundā partem huius diſt. quæritur primo vtrum poſſibile ſit cū vnitate eſſentia diuinæ ſtare pluralitatem perſonam non.

CIRCA ſecundā partem huius diſt. in qua magiſter agit de pluralitate perſonarum & productione earum quæruntur 4. Primum eſt vtrum cum vnitate diuinæ eſſentiæ ſimpliciter ſtet pluralitas perſonarum.

Arguitur quòd nō ſic, quæcūque etc. Arguitur, ꝙ non, ſic, quia quæcunque vni & eidem ſimpliciter, ſunt ſimpliciter eadē, inter ſe ſunt eadem ſimpliciter, & additur, ſimpliciter ad excludendū identitatem ſecundum quid, quia ſi ſunt eadem eidem non ſimpliciter, ſed ſcd̄m quid, vel ſi eadē ſimpliciter ſunt eadē ſolū ſecūdū quid, non oportet illa eſſe ſimpliciter eadē, ſed ꝑſonæ diuinę ſunt ſimpliciter, & omnino idē eſſentię diuinæ q̄ in ſe, & omnino eſt ſimpliciter eadē, ergo &c. maior patet, tunc q̄a ꝑ ea eā tenet omnis forma ſyllogiſmi perfecti, q̄ forma de ſe eſt euidēs, q̄a in p̄miſſis notant̄ extrema in medio cōiungi, & ex hoc ſolū cōcludit̄ idētitas extremorū inter ſe in cōcluſione, tū q̄a oppoſitū p̄dicati deſtruit ſubiectū, q̄a ſi nō ſunt eadē omnino inter ſe, nō ſunt ſimpliciter eadē alicui eidē ſimpliciter,

7. top. c. 32. 1. elēco. c. 4. & ti. phy. li. t.c. 17. & 4. Meta. t. c. 3. & 1. priorū implicite habetur et cōmuniter allegatur.

minor ꝓbat̄, q̄a eſſentia diuina ꝑꝑ ſummā ſimplicitatē eſt q̄cq̄d hēt ſcd̄m magiſtrū diſt. 2. & ſcd̄m Aug. li. 11. de ciui. Dei. c. 10. Similiter alia pars minoris, patet q̄a ipſa eſt in ſe omnino ſimplex, & indiuiſibilis. ergo &c. Scd̄m ſic eſſentiale, & accidētale diuidūt totū ens, quicq̄d ergo ē in aliquo, aūt eſt idē ſibi eſſentialiter, aut accidentaliter, ſed ꝙ diſtinguit ꝑſonas nō ē accidētale eēntiæ, q̄a nihil ſibi accidit, ergo eſt ſibi idē eſſentialiter, ſed qđ eſſentialiter eſt idem eſſentię multiplicato illo, multiplicat̄ eſſentia, ergo ſi ſunt plures ꝑſonę, ſunt plures eſſentię.

Tertio ſic, nihil eſt ponēdū in entibus, & maxime in ſummo bono, quo non poſito nihil ꝑfectionis deficit in vniuerſo, ſed aliqua perſona diuina non exiſtente in diuina eſſentia, nihil perfectionis deeſſet in vniuerſo, ergo pluralitas taliū non eſt ponēda in Deo. ꝓbatio minoris, ſi ſecūda ꝑſona nō eſſet, q̄cquid ꝑfectionis eſſet in ea, eſſet in ꝑſona alia, & ita nihil ꝑfectionis deeſſet in vniuerſo, ſi ipſa nō eſſet, quia q̄cquid perfectionis ſimpliciter eſt ī vna, ē ī alio, ergo ſubtracta vna, & manēte alia, nihil ꝑfectionis tollitur ab vniuerſo. Dicens, ꝙ non ſub omni mō, quicq̄d ꝑfectionis eſt in vna, eſt in alia. Cōtra, iſte modus habēdi, vel eſſendi, aut eſt ꝑfectio, aut nō, ſi ſic, erit in Deo, & ꝑ cōſequens ꝑſona prima nō erit ſimpliciter ꝑfecta, q̄ non habebit illū modū, ſi nō, ergo ſtat argumētū, ꝙ non manen-

manēte ſcđa ꝑſona, manet tota eius ꝑfectio in ꝑſona prima, ergo nihil ꝑfectionis deperdit ab vniuerſo, ammota ꝑſona ſcđa. Itē quarto, ſi ſunt plura neceſſe eſſe, q̄ro q̄bus formaliter diſtinguūtur, ſint a. & b. ſed ꝙ plura ſint neceſſe eſſe, includit cōtradictionē, q̄a aut illæ rōnes quibus diſtinguuntur ſunt neceſſe eſſe, & neceſſitates eſſendi, & tūc erūt duo neceſſe eſſe, q̄ etiā cōueniūt in neceſſe eē, & ꝑ cōſequēs ꝑ neceſſe eſſe, nō diſtinguunt, ſi aūt illæ rationes ſunt poſſibiles, ergo illa q̄ iſtis diſtinguunt, nō ſunt neceſſe eſſe. Ad oppoſitū, illud eſt poſſibile q̄d nō includit cōtradictionē. ſed nō includit cōtradictionē ꝙ ſit vna eſſentia in tribus ꝑſonis, q̄a cōtradictio eſt ſcđm idē, hic autē nō eſt cōtradictio ſcđm idē, q̄a hic eſt vnitas eſſētię, & trinitas ꝑſonarū relatiuarū. ergo &c.

## QVAESTIO. V.

*Alium ordinem harum quæſtionum tenuit in reportationibus vide et pondera.*

IVxta hoc quæro, vtrū ſint tātū tres ꝑſonę in eſſentia diuina. Et arguo ꝙ nō. Primo ſic Relationes oppoſitæ ſunt æqualis dignitatis primi ergo ſi relatio, ꝓducētis tm̄ cōſtituit vnā ꝑſonā, correſpōdebit ſibi alia relatio, tm̄ cōſtituēs ꝑſonā vnā productā, & ita tm̄ erit vna ꝑſona ꝓducta. Pręterea, duab⁹ relationibus productorū, corrñdēt duę producētiū, & ęque diſtinguūt iſta extrema inter ſe, ſicut illa inter ſe, ergo ſi iſtæ duę relationes cōſtituūt duas perſonas, & alię duæ cōſtituēt alias duas, & ita erūt quatuor ꝑſonę diuinę.

Præterea, potētia finita durās in infinitū poteſt habere effectus infinitos, ſicut patet de ſole, ſecūdū viā phiſolophi, ſecundo de generatione, ergo potentia infinita poteſt habere infinita producta ſimul, cōſequentia probatur, q̄a quod potētia finita ſimul, nō pōt in tot, in quot ſucceſſiue, hoc eſt pp finitatē, pp quā pro nūc adæquatur ſibi iſte effectus, ergo potētia infinita in quot poteſt ſucceſſiue, in tot poteſt ſimul. Oppoſitū oſtēditur. Matth. vlti. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. & primę Ioan. quinto. Tres ſunt qui teſtimoniū &c. & Auguſtinus de fide ad Petrum. c. 2. & ponitur in litera.

## QVAESTIO. VI.

*al. & quia pluralitas diuinarū perſonarū declaratur ex productione idcirco quæro de productione in natura diuina, et primo in cauſa Vtrum eſſentia diuina poſſit.*

CIrca ꝓductionē ꝑſonarum diuinarum, declarat̄ pluralitas ipſarū. Quęrūtur duo primū, vtrum in diuinis poſſit eſſe aliqua productio intrinſeca, vel vtrum eſſentia diuina poſſit ſtare in aliquo, & ipſum eſſe productum, arguo ꝙ nō. Primo ſic nullum productum eſt ex ſe neceſſarium, ſed quicquid ſubſiſtit in eſſentia diuina eſt ex ſe neceſſariū ergo &c. ꝓbatio maioris, ꝑ quinq; vias. Prima, quia nihil ſimul eſt ex ſe neceſſariū, & ab alio, ſed q̄d eſt ꝓductū, ſi eſt neceſſariū, eſt neceſſariū ab alio, ergo nō a ſe, maiorē huius ſyllogiſmi ꝓbo, quia ſi eſt neceſſariū ex ſe, ergo eſt neceſſariū circūſcripto omni alio, ſi autē eſt neceſſariū ab alio, nō eſt neceſſariū illo circūſcripto. Secūdo ꝓbat̄ prima maior: q̄a omne ꝓductū poſſibile fuit ꝓduci, alioquin impoſſibile ꝓduci eſſet ꝓductū, ergo oē ꝓductū aliquam



quam poſſibilitatē includit, & oīs poſſibilitas repugnat neceſſario ex ſe, ergo &c. Tertio ſic, terminus productus eſt aliquo modo poſterior producēte, quia nō pōt intelligi productio ſine aliquo ordine priori, & poſteriori in illo priori, in quo ꝓducens intelligitur, nō intelligit̄ productū. q̄a tūc non eſſet prius, ergo intelligitur in illo priori ꝓductū nō eſſe, & in ſigno poſteriori intelligit̄ eſſe, ergo mutatio. Quarto ꝓbat̄, q̄a eſſentia diuina circūſcripta ꝓductione, non habet illud productū, hēt enim illud ꝓductū ꝑ productionē, ergo ꝑ illā fit eſſentia diuina de nō habēte illud habēs illud, & ita mutatio. Quinto q̄a gñatio vr̄ eſſe eſſentialiter mutatio, ſicut ſpecies eſſentialiter includit genus, productio aūt ad eſſe ꝑ modū naturæ, eſt gñatio, igit̄ ille nō pōt intelligi ſine mutatione. Secūdo ad principale ſic. ſi eſt productū, ergo depēdet, cōſequens eſt falſum, ergo antecedēs, ꝓbatio cōſequentię, quia ſi nullo mō depēdet ꝓductū a ꝓducēte, ergo vtrūq; ex æquo haberet naturam, & ex vltra non magis pręexigeret productum ad ſui productionem, & eſſe, ꝙ producens pręhaberet ſuam naturam, q̄ econuerſo, quod eſt cōtra naturam productionis. Tertio principaliter ſic, q̄a alię mutationes, quæ nō ponunt de rōne ſui tātā imperfectionē, quātā ponit generatio, non poſſunt eſſe in diuinis, ergo nec generatio. cōſequētia patet, q̄a remouetur a Deo quicquid eſt imperfectionis, probatio antecedētis, quia latio, & alteratio ſecundū Ariſt. 8. phyſi. nō ponūt tantam imperfectionē, quātā ponit generatio, quia multa entia ꝑfecta poſſunt alterari, vel localiter ferri, quæ nō poſſunt generari, ſed nō conceditur in Deo loci mutatio, vel alteratio, ergo nec generatio. Ad oppoſitū eſt Aug 5. de trinitate. c. 14. pater eſt principiū toti⁹ diuinitatis, nō niſi ꝑ ꝓductionē. ergo &c.

*Vbi probatur motū celi eſſe localem & alibi.*

## QVAESTIO VII.

IVxta hoc quæro in ſpeciali, vtrum ſint ibi tantū duæ productiones intrinſecæ? Quod non arguo ſic, quia vnius naturæ videt̄ eſſe vnus modus cōicādi ſcđm Auer. 8. phyſi. cōmēto. 46. quod probatur per rationes ſuas ibidē. Prima, q̄a. ſ. alterius naturæ eſt altera forma, alioqn nō eſſet forma ꝓpria huius materiæ, & tunc q̄dlibet gñaret̄ ex quolibet, & tūc vltra, materiæ vniuerſaliter eſſent ocioſe, & ſuperfluę, ſed materiæ corrñdētes diuerſis agētibus, & ꝓducētib⁹ ſunt alterius, & alterius rōnis, q̄d patet in gñatione ꝑ ꝓpagationē, & putrefactionē, q̄a ꝓpagatū gñatur ex ſemine, aliud nō, ſed ex alio corpore putrefacto. Secundo arguitur ex oppoſito inferēdo, ꝙ eadē ſpecies, tūc eſſet a natura, & a caſu, ex quo infertur ꝙ hō poſſet gñari a ſemine aſini, & ex infinitis materijs. ꝓbat̄ aūt primū cōſequens, eſſe incōueniens, q̄a q̄d fit a caſu, eſt oppoſitū ei, q̄d fit a natura, & pterea ſcđo nulla ſpēs ē a caſu, q̄a q̄ eueniūt a caſu, ſunt mōſtruoſa hoc totū eſt manifeſtum ꝑ ſe. ſed ſi natura haberet diuerſos modos cōicandi, tūc ſecūdū vnū modū cōicādi poſſet aliqua ſpēs eē a natura, & ſcđm alium

alium modum communican-
di poſſet eſſe a caſu. Præte-
rea arguitur ſic. ex commento
illo. generabile hoc ſi generatur
æquiuoce, & non ex ſemine,
aut ergo de neceſsitate, aut vt in
pluribus, aut vt raro, ſi de neceſ
ſitate æquiuoce generatur, igi-
tur nunquam ex ſemine, quod
eſt falſum. Si autem vt in pluri
bus, æquiuoce de putrefactione
generatur, ergo naturaliter, q̃a
quæcunque vt in pluribus acci
dunt, naturaliter accidunt. ergo
naturaliter generatur æquiuo-
ce, & vlterius ſequitur, quòd vt
*Vide. 4. de generatione animalium.*
raro propagetur ex ſemine, qđ
falſum eſt, ſi autem vt raro ge-
neratur æquiuoce. ſed quæ raro
eueniunt, & caſualiter, & q̃ ca-
ſualia ſunt, monſtruoſa ſunt, &
quæ ſunt huiuſmodi non ſunt
*T.c.31.& inde & ſpälter, T.c.48.& infra.T.c.49.*
eiuſdem ſpeciei, & hoc illud, er-
go natura non eſt communica
bilis, niſi vno modo. Item ar-
guitur pro concluſione commẽ
tatoris, quia diuerſorum mo-
tuum ſpẽ ſunt diuerſi termini
ſpẽ. 5. phyſ. ergo ſi communica-
tiones vel productiones ſunt al
terius rationis, ergo & termini.
Quod non tantum ſint duæ, ꝓ-
bo, quia philoſophus. 2. phiſ. di
ſtinguit naturam, & intelle-
ctum, tanquàm diuerſa prin-
cipia actiua, vtriuſque autem
ratio vere inuenitur in Deo, q̃a
neutrum includit imperfectio-
nem, & ad intra, quia neutrum
eſt productiuum ad extra, ergo
præter productionem volunta-
tis erunt duæ aliæ productio-
nes ad intra. Hoc etiam confir-
*T.c.1.*
matur per philoſophum. 9. me
taph. c. 2. vbi videtur expreſsè
dicere, quòd potentia rationa-
lis, valet ad oppoſita, quia ſci ẽ
tia eſt oppoſitorum, ſed ſi intel
lectus ex natura ſui eſt indeter
minatus ad oppoſita, & natura
eſt determinata ad vnum, ergo
intellectus habebit aliam ratio
nem principij, quàm natura.
Præterea potentia volũtatis eſt
libera, ergo productio eius eſt
libera, ergo non determinatur
ad vnum, ſed ex libertate ſua
poteſt eſſe ad oppoſita, ſed tan-
tum creatura eſt poſſibilis eſſe,
& non eſſe, nõ perſona diuina,
ergo voluntas eſt tantum prin-
cipium producendi creaturam,
non perſonam diuinam. Ad op
poſitum ſi non ſunt tantũ duæ
perſonæ productæ. ergo erunt
plures perſonę, quàm tres, vel
pauciores quàm tres, quod eſt
falſum, illę ergo authoritates,
quæ oſtendunt tantum tres eſſe
perſonas in diuinis, oſtendunt
quòd ſunt tantum duæ perſo-
næ productę.

QVIA ſicut dixi, pluralitas
declaratur ex productione, ideo
primo ĩndeo ad quæſtionem de
productione, quę eſt tertia in or
dine. Et dico, ꝙ in diuinis eſt, &
poteſt eſſe productio, qđ probo
*ſ. in titu. q. 1.*
ſic, quicqd ex rõne ſua forma-
li eſt principium productiuum
ſufficiens, illud in quocunq; eſt
a ſe, & ſine imperfectione, in eo
eſt principium productiuum,
iſtud totum. ſ. intellectus ha-
bẽs obiectum actu intelligibi-
le, ſibi præſens ex ratione ſua
fomali, eſt principium producti
uum notitię genitæ, ergo in quo
cunq; eſt iſtud. ſ. intellectus ha
bens obiectum actu intelligibi
le ſibi præſens, ibi erit princi-
pium productiuum notitiæ ge-
*No. quod iſtam rationem cancellauit doctor in*
nitæ, & hoc ſecundum propor-
tionem ſuæ perfectionis, ſed in
Deo eſt illud ſecundum veram
rationẽ ſui, ergo vere eſt ibi pro
ductio



*lib. ſuo ☞ loco cuius manu ſua ſcripſit extra illam quæ ſequitur ſed aliter poteſt argui et vnitas etc. Sed inſtando arguit contra illam quam cancellauit.*

ductio notitiæ genita.
Aliter põt argui, & melius
ſic. Quicquid de ratione ſua for
mali eſt principium producen-
di illud, in quocunq; eſt a ſe, in
eo eſt principium perfecte pro
ducendi, ſed memoria perfecta
ſiue ꝙ idem eſt explicandum,
intellectus habens obiectũ in-
telligibile ſibi præſens, ex ratio
ne ſua formali eſt principium
productiuum notitiæ genitæ.
Et patet, ꝙ memoria talis eſt in
aliqua perſona diuina, & a ſe,
quia aliqua eſt in producta, er-
go illa perſona poterit per tale
principium perfectum perfecte
producere. Vel ſic poteſt argui,
omne ſuppoſitum habens a ſe
quodcunque ſufficiens princi-
pium producendi, poteſt produ
cere productum adæquatũ, illi
principio aliquod ſuppoſitum
diuinum habet a ſe principium
ſufficiens producendi, quod eſt
memoria perfecta. igitur &c.
maior, & minor declarantur
cõſequẽter. Vlteriꝰ, cõſequẽter
arguo, nulla ꝓductio perfecta ꝑ
memoriã perfectã põt eſſe ꝑfe-
cta, niſi ſit notitię adequate il-
li memorię, ſiue illi intellectui,
reſpectu talis obiecti. Memo-
riæ autem, ſiue intellectui per
ſonæ diuinæ, cũ ſit infinita nul
la notitia adæquatur reſpectu
diuinæ eſſentiæ infinitæ, vt in-
telligibilis, niſi infinita, quia in
tellectus ille eſt comprehẽſiuus
illius obiecti infiniti, igitur ali-
qua perſona diuina per memo-
riam poteſt producere notitiã
infinitam. Sed illa erit in natu-
ra diuina, q̃a nihil aliud eſt in-
finitum, ergo in diuinis per me
moriã poteſt eſſe productio ad
intra. Sed ſi poteſt eſſe, igiẽ eſt,
tũ quia ibi omne poſſibile eſt
neceſſarium, tũ quia illud prin
cipiũ eſt productiuum per mo
dum naturæ, igitur neceſſario
agit. conſequentia patet, quia
non poteſt impediri, nec ab ali
quo alio dependet in agendo.
Omne enim agens ex neceſſita
te naturæ neceſſario agit, niſi
impediatur, vel ab alio depen-
deat in agendo. Maior primi
*Aſsignatio cauſæ ſingularis qualiter habens principiũ agẽdi nõ agit.*
ſyllogiſmi apparet, q̃a qđ prin-
cipio productiuo ex ſe nõ con-
ueniat, qđ in illo ſit ꝓductiuũ,
non poteſt eſſe, niſi propter al-
terum duorum, vel propter im
perfectionem eius in illo, vel
quia, vt in illo acceptũ eſt ꝓ pro
ductionem adæquatã illi prin-
cipio. Sicut eſt de potẽtia gene
ratiua ſi ſit in filio & vi ſpirati
ua, ſi ſit in ſpiritu ſancto. Vtrũ-
que autem iſtorum excluditur,
per hoc, qđ dr̃ in maiori a ſe, q̃a
nihil habet a ſe principium ꝓ-
ductiuũ, niſi habeat illud ſine
imperfectione, & ẽt nõ cõicatũ
per productionẽ adæquatã cõ-
petentem tali principio. Maior
ſecundi ſyllogiſmi, q̃ fuit mi-
nor primi ſyllogiſmi, probatur,
quia omni memorię creatę hoc
competit, non autem vnde crea
ta, ſiue imperfecta, quia imper
fectio nunquã eſt ratio producẽ
di, ſiue communicandi eſſe, q̃a
hoc competit ex perfectione,
non ex imperfectione conclu-
ſio abſolute illata. ſ. ꝙ memo-
ria in prima perſona diuina eſt
principium cõmunicandi ſibi,
concludit propoſitum, quia nõ
eſt principium productiuũ, niſi
per modum naturæ. Talis autẽ
productio non eſt niſi ad intra.
Alio modo concludit magis ꝓ-
poſitum, quia eſt principiũ pro
ductiuum notitiæ genitæ, igi-
tur ad intra. Et tunc debet ma-
ior

ior ſic accipi. Quidquid de ratione ſua formali eſt principiũ productiuum alicuius ſecundũ rationem eius formalem, in quocunque illud eſt a ſe, illud eſt principium productiuum talis. Tertio modo, maxime concludit propoſitum maior ſecundi ſyllogiſmi, quia declaratur ſic. Sicut nõ eſt perfecta memoria reſpectu alicuius intelligibilis, niſi illlud obiectum ſit præſens in ratione actus intelligibilis, quantum poteſt eſſe præſens, vt intelligibille illi. Ita non eſt perfecta proles talis memoriæ, niſit ſi actualis notitia tanta illius obiecti, quanta poteſt competere tali intellectui reſpectu talis obiecti, Et illam voco adęquatam intellectui, reſpectu talis obiecti, igitur in quocunque eſt iſtud, quod eſt intellectus habens obiectum actu intelligibile ſibi præſens. Ibi eſt productiuum notitię genitæ, ſed in Deo eſt iſtud ſecundum veram rationem ſui. igitur illi conuenit productiuum notitiæ genitæ.

Secundus articulus, tandem oportet oſtẽdere rõnes ad iſtam qõnem ſoluendam non eſſe demonſtrationes. *al. tantũ.* *al. per ſe.* Itaque primæ minor eſt immanifeſta, ſecundum rationem naturalem, cum probatur. Reſpõdeo, quòd eſſe principium producendi conuenit memoriæ, non vnde memoria, prout memoria habet vnitatem analogiæ ad finitam, & infinitam. Sed memoriæ finitę tantum, non tamen, ꝙ finitas ſit ratio formalis producendi, ſed natura illa quam ſpecifice circunloquimur per memoriã finitam. Concedo ergo ꝙ imperfectio, non eſt ratio producendi, ſed perfectio, non tamen communis finitæ & infinitæ, ſed perfectio talis, quam neceſſario cõcomitatur imperfectio aliqua. Ratio eſt quia habere habitudinem naturaliter cauſę productiuæ, ſcd̃m rõnem naturalem, competit ſoli tali imperfecto, quia imperfectum nõ eſt producibile immediate naturaliter niſi ab imperfecto, & nõ patet quin tale producibile ſit imperfectum. Itaque prima inſtantia contra gloſam minoris, eſt concedenda, quia non ideo non actiuum, quia non receptiuum. Sed ad ſecundam inſtantiam de agente liberali Reſpondeo hoc principium productiuum, non patet, quin neceſſario ſit imperfectum, & perfectibile a producto, licet perfectibilitas illa non ſit ratio agendi. Ad tertiam inſtantiam videlicet, de producto & inproducto. Reſpondeo, non oportet perfectam memoriam eſſe principiũ producendi. Ad quartam de agere, & facere. *al. ſpeciẽ.* Ad maiorem nõ valet reſponſio per gloſam, qđ intelligitur de principio producendi in quocunque vniuoce, non analogice, quia ratio eſt cõtra hoc, nam vbi eſt analogice magis eſt principium producendi. Exemplum de calore in ſole reſpectu caloris in igne.

Idem poteſt argui de voluntate, quia voluntas habens obiectum actu cognitum, ſibi præſentatum ex ratione ſua eſt productiua amoris perfecti producti. Cõtra iſtã rationem, inſto, vt magis declaretur. & maiorẽ quidem rationis concedo, ſed ad minorem diceretur, ꝙ illud totum non eſt ex ſe principiũ productiuum, ſed tantum, quãdo



do intellectus poteſt habere ex ſe notitiã ꝓductã: hoc aũt eſt, quãdo põt habere notitiã aliã a ſe, qua perficiat: intellectus autẽ diuinus nõ põt habere notitiã diſtĩctã a ſe, qua perficiat, & ideo nõ videt ꝙ ibi debeat poni principiũ ꝓductiuũ. Et cõfirmat iſta reſponſio. Primo, quia notitia genita fruſtra poneretur. Secũdo, quia impoſſibile eſt cã poni Primũ probat ĩ nobis eſt neceſſaria notitia genita, qa per eã intellectus perficitur, qui ſine ea eſſet imperfect9, intellectus aũt infinitus licet habeat obiectũ ſibi pręſens, tñ nõ formaliter ꝑficit ꝑ notitiã genitã, ſed ꝑ notitiã ingenitã, eãdẽ ſibi realiter, qua etiã formaliter intelligit. Secundũ. ſ. impoſſibilitatẽ probo dupliciter. Primo, qa ꝓductiuũ, vel ꝓducẽs habens ꝓductũ adęquatũ nõ põt aliud producere, ergo cũ totũ illud intellect9 habens obiectũ actualiter ſibi pręſens, habeat in intellectu paterno notitiã ingenitã ſibi adæquatam quaſi productã ex ſe, quæ aliquo modo ſecundũ rationẽ intelligẽdi poſterior eſt tali pñtia obiecti, videtur ꝙ nullã virtutẽ vlteriorẽ habeat ad producẽdam notitiam diſtinctam aliam ab iſta. Secundo probatur, quia intellectus eſt potẽtia actiua nõ factiua, vt dicit 9. Metaphy. igit ſi põt ꝓducere productũ, põt producere in ſe illud, & nõ extra ſe, alioquin nõ haberet rationem actiui, *T. c. 16.* vt diſtinguit contra rationẽ factiui: iſte igit intellectus qui non põt producere notitiã in ſe, nõ põt producere aliquam notitiã, vt videtur. Iſtas rationes excludẽdo, confirmo rationem, & ad excludendũ reſponſionẽ, ad minorem in ſe, dico ꝙ intellectus noſter reſpectu genitę notitię hẽt potẽtiã receptiuã, & iſta potẽtialitas eſt imperfectionis, quia eſt potentialitas paſſiua, nihil autem facit hoc per ſe ad rationẽ principii productiui, quia nulla imꝑfectio formaliter eſt d̃ rõne principii ꝓductiui, & maxime quãdo principiũ ꝓductiuũ, põt in ſe eſſe perfectũ. Habet etiam intellectus noſter rationẽ principii ꝓductiui, reſpectu notitiæ genitæ, & hoc eſt ex perfectione eius quatenus actus primus virualiter continet illum actum ſecundum. primum iſtorum, ſcilicet recipere intellectionẽ patet, quòd conuenit intellectui poſſibili. De ſcd̃o non eſt ita certũ an cõueniat poſſibili, vel agenti. de hoc aliàs inquiretur, nũc autem hoc indiſtincte acceptum de intellectu, quod eſt principium productiuum notitiæ genitæ, ſatis puto verum, & declarabitur diſ. 3. parte. 3. q. 2. & intellectus, ſic eſt in Deo *In quoli. q. 15. & 1. reportationum. di 35. & in q. collectionum. q. 7.* quia habet intellectum ſecundum omnem rationem intellectus quæ non ponit imperfectionem, tunc arguo ſic. quandocunque in aliquo concurrunt duo per accidens ſcilicet ratio agendi, & patiendi, vbi illud quod eſt ratio agendi, eſt per ſe, ſi ſeparetur a ratione patiẽdi, & ponatur per ſe, nihil minus eſt ratio agendi, quod patet ex ſecundo Phyſicorum. t. c. 3. & 86. de medico ſanante ſe, ſi ſeparetur medicina ab infirmitate, nihil minus erit ratio ſanandi, igitur ſi ſeparẽtur prædicta duo in intellectu abinuicẽ, remanẽte eo, ꝙ erat per ſe ratio principii productiui, adhuc erit ratio producendi, quantumcunq; nõ

ſit ibi potentialitas paſſiua receptiua. Exemplum huius, patet. quia ſi in intellectu noſtro eſſet concreata vel conſubſtantialis notitia ſui, ſecundū ꝙ quidā intelligũt Auguſtinum de notitia cōdita. 14. de tri. tūc licet intellectus non poſſit habere notitiā genitam, qua cognoſcat ſe formaliter. Tamē in alio intellectu puta angelico, vel humano btō in patria, poſſet gignere notitiā ſui in ratione obiecti, q̄a ſic gignere cōpetit ſibi, vñ eſt ī actu licet nō ſit receptiuus, & etiam ſi poſſet habere aliquod obiectū actu intelligibili ſibi preſens, poſſet aliquā notitiā gignere in paſſo approximato, ſi quod tale ſit, aut per ſe ſtantem, ſi haberet virtutem gignēdi aliquid per ſe ſtans, ergo ab intellectu diuino, circunſcripta ratione receptiui notitiæ, ſi remaneat ratio ꝓductiui notitiæ, & hoc ꝑ ſe ſtantis, poterit talis notitia gigni, licet non recipiatur in intellectu, qui eſt principium gignendi. Ex hoc, patet quod gloſa illius minoris, in ſe nulla eſt. Ad cōfirmationem illius gloſæ, ꝑ fruſtra, dico quod in omni ordine agentium præcipue vbi principium actiuū de ſe nō eſt impfectū, eſt ſtatus ad aliquod prīcipiū actiuū ſimpliciter pfectū. ꝙ .ſ. agēs agit ex plenitudine pfectionis, & dicitur agēs ex liberalitate ſecundū Aui. 6. met. c. vlt. Nullū aūt agēs agit liberaliter pp hoc, ꝙ ex actione ſua expectat pfici, ſicut em̄ in actibus humanis liberalis eſt ille, q̄ agit non expectās redditionē, ita ſimpliciter agēs dicit̄ liberale, eo ꝙ nullo modo perficitur a ꝓductione vel producto. Ex hoc arguitur ſic, in omni gñe principii ꝓductiui nō includētis impfectionē, poſſibile eſt ſtare ad aliqđ primū ſimpliciter perfectū, ſed intellectus eſt tale principiū, & voluntas ſimiliter, ergo in iſto genere pōt ſtari ad aliquod ſimpliciter pfectū, ſed nihil eſt ſimpliciter perfectū agens, quod nō agit liberaliter ſecundū prædictū modū. Ergo hic eſt aliquod agens liberaliter modo prædicto, & per cōſequens in genere principii ꝓductiui eſt aliquod principium tale quod nullo modo perficitur per ſuā productionem, talis eſt intellectus habēs obiectū ſic ſibi præſens, & nullus alius eſt niſi ille, qui nō recipit, nec perficitur per intellectionem, quam gignit, ſiue quæ in virtute eius gignitur, ergo nō oportet intellectum omnem ꝓducere notitiā, vt ea perficiat, ſed oportet eſſe aliquem priorē producentē, non perfectibilem per productū. Et cum dicitur, & tunc erit fruſtra non ſequitur, nam erit ſummū bonū, ſed non eſt productū á producēte, vt ꝓducens per ipſū perficiat, ſed ex plenitudine perfectionis producentis. Cum autem arguitur poſt de impoſſibilitate, duco ad oppoſitum, quia & ſi aliquod obiectum præſens memoriæ patris, habeat ibi aliquam notitiā actualē patris, quaſi productā, non tamen habet notitiā actualē adæquatā in patre ꝓductā, nulli aūt prīcipio ꝓductiuo ex ſe tollitur aliquid producere, vt eſt ī aliquo, niſi intelligat̄ illud principium producere, vel produxiſſe aliqua productione adæquata virtuti talis principii productiui, & ideo quantuncunque memoria, vt in patre habeat quaſi productum, adhuc poteſt producere productū, ſed verū eſt, ꝙ cum habuerit productum adæquatum non poterit aliud producere. Cū arguit̄ vlteri⁹ de actiuo, & factiuo, dico ꝙ iſtæ differentiæ ſunt accidentales potētiæ productiuæ. ſ. actiua, vel factiua, vniuerſaliter. n. omnis potentia ex ſe productiua alicuius receptibilis in aliquo, in quolibet receptiuo proportionato, & approximato ꝓducit, vel poteſt ꝓducere illud producibile, quod ſi producibile non ſit natum in aliquo recipi, potentia productiua producit illud, & non in aliquo, ſed ꝑ ſe ſubſiſtens, ſi tamē ſit potētia productiua ſufficiens ad producendum nullo alio præſuppoſito, ita eſt in propoſito quod pater habet notitiam genitam, nō agendo, ideſt non producendo aliquid in ſe, nec faciendo, id eſt producendo aliquid diſtinctum eſſentialiter extra ſe, ſed quia productum in nullo natum eſt recipi, & intellectus eſt principium productiuum ſufficiens, quia infinitum, ideo producit notitiam genitā in ſe ſubſiſtentem, quæ eſt perſona. Et ita reſponſiones ad inſtantias ſunt declarationes primæ rationis, & per conſequens etiam propoſiti principalis. Inſtantia, quare intellectus meus agens non poteſt in te cauſare ſpeciem intelligibilem, ſaltem in patria. Alia forte reſponſio ad inſtantiam, quod vbi gignitur in eodem intellectu ſecundum eſſentiam, hoc ſufficit ſine identitate ſuppoſiti ad actionem diſtinctā contra factionē exēplū. Si intellectio in nobis eſſet conſubſtantialis, vt ſupra.

*Hen. quoli 9. q. dc. varro li. 1. di. 3. q. 1. c. 7. & c. 12. al abdita.*

*Reſolutio ſubtiliſſima ex vera entium abſtractione.*

*Hoc maxime verum eſt ſecundum theologos non autem philoſophos, vt patet. 11. meta. ſecundū Aui.*



Secundo principaliter ad cōcluſionem principalem arguo ſic. Obiectum [illegible] memoria producit ſeipſum in intelligentia, vel eſt ratio producendi ſeipſum, vt eſt in intelligētia, ꝙ aūt obiectum habeat eſſe vtrobiq; ſecundū quod [illegible] ab eis differens, hoc eſt imperfectionis, quia ſi memoria eſſet perfecta, & intelligentia perfecta, obiectum eſſet ſimpliciter vtrobiq;, idē vtriq;. ergo ablata oī īperfectione, reſeruādo illud qđ eſt pfectionis ſimpliciter. Obiectū idem ſimpliciter memoriæ gignet, vel erit rō gignēdi aliquod in intelligentia, cui eſt ſimpliciter idē, quod eſt propoſitum. Præterea tertio ſic, in qualibet cōditione entis, q̄ nō eſt ex rōne ſua imperfecta, neceſſitas ſi eſt ſimpliciter pfectionis. igit̄ in productiuo, q̄a illud nō dicit ex ſe imperfectionem.

Rñſio. ꝙ nō eſt impfecta, nec dicit reſpectū ad impfectū, q̄a neceſſitas in tali reſpectiuo requirit neceſſitatē in impfecto, ad qđ eſt. Probatio antecedētis, q̄a ſicut neceſſarium eſt conditio perfectionis in ente, inquantū ens, ita ēt eſt pfectionis in quolibet diuidente ens, qđ non eſt ex ſe neceſſario imperfectū, ſiue limitatū, ſicut. n. qñ ens diuidit̄ per oppoſita, alterū diuidentiū eſt perfectionis in ente, alterū impfectionis, ita in quolibet, qđ eſt perfectionis, cuiuſlibet diuiſionis alterū mēbrū eſt poſſibile, qđ eſt imperfectionis. alterū eſt neceſſariū, qđ eſt perfectionis, ſic actualitas in neceſſitate, producēs aūt inquantō tale, nō includit imperfectionē, ergo nō eſt producens perfectū in rōne ꝓducentis, niſi ſit neceſſa-



[BIBLIO]TECA UNIVERSITARIA RA AD

neceſſario producens, producẽs aũt primũ, non poteſt eſſe neceſſario producens aliud a ſe, & ad extra, ſicut dr̃ diſt. 8. q. vlt. ergo ad intra. Similiter arguitur de productione naturali, quia productio naturalis eſt prima ꝓductio, ergo cõpetit primo ꝓducenti, non aũt cõpetit primo producenti ad extra, vt patebit aliàs, ergo ad intra.

*Diſt. 8. q. ult. et di. 30. & 39. huius & alibi ſæpe.*

Negat añs, vt naturalis diſtinguitur cõtra artificialẽ, ſiue natura cõtra propoſitum, nec ſic conceditur a philoſophis. Sed vt naturalis cõcomitatur intellectualem, & voluntariam, ſic ponitur ad extra per eos.

Præterea quarto ſic, relationes oppoſitæ de ſecundo modo relatiuorum, poſſunt cõpetere eidem naturę limitatæ, ſicut eidẽ voluntati competit rõ motiui, & mobilis, quando voluntas mouet ſe, ſed relationes producentis & producti, licet magis repugnent ꝙ̃ relationes mouentis, & moti. tamen ſunt relationes eiuſdem modi, ſecundũ philoſophum. 5. Meta. c. de ad aliquid, ibi enim pro exẽplo ponit calefactiuũ, & calefactibile pro primis, patrem & filiũ, ſiue genitum, & eũ qui genuit ꝓ ſecundis, ergo relationes producentis & producti ſunt compoſſibiles in eadem natura, maxime illimitata. Confirmatur ratio, quia ſicut voluntas eſt quodammodo illimitata, quatenus fundat relationes oppoſitas, ex hoc .ſ. ꝙ virtualiter continet illud, ad quod formaliter habendũ eſt in potẽtia, ita multomagis eſſentia ſimpliciter illimitata, põt ſimpliciter fundare relationes oppoſitas eiuſdẽ modi, licet magis repugnãtes, quales ſunt relationes ꝓducẽtis, & producti. plus. n. excedit infinitas diuinæ eſſentiæ illimitationẽ qualẽcũq; cuiuſcũq; entis creati, ꝙ̃ repugnãtia quarũcunq; relationũ ſecũdi modi excedat repugnantiam quarũcũq; aliarũ relationũ eiuſdem modi. Confirmatur ẽt ratio, quia omnia relatiue oppoſita æqualiter i cludunt cõtradictionẽ, ergo aliqua ſecundi modi non includũt cõtradictionẽ, igĩ nec alia.

*T. c. 20.*

*al. illimitatio.*

*al. ſi tum.*

Arguit aliter quidam doctor ſic, prima perſona conſtituit relationem ad ſecundã, & nõ niſi ꝑ relationẽ originis, ergo oportet ponere ĩ diuinis diuerſa ſuppoſita, quorũ vnũ ſit ab alio. prima ꝓpoſitio ꝓbaẽ, q̃a prima pſona eſt relatiua ad ſcdam, & ſi nõ cõſtitueret ꝑ illam relationẽ, ergo accideret ſibi relatio illa, quia adueniret illi pſonæ cõſtitutæ, qđ eſt incõueniẽs. ſcđo arguit ſic. virtus ſumme actiua ſumme ſe diffundit, ſed nõ diffunderet ſe ſumme, niſi ꝓduceret aliqđ ſummũ, ꝙ nõ ſit, niſi cõicãdo alicui ſummã naturã, ergo &c. Arguũt alij ꝑ rõnẽ boni, q̃a bonũ eſt de ſe cõicatiuũ, ergo ſumme bonũ ſumme cõicatiuũ, nõ niſi ad intra, q̃a nihil aliud põt eẽ ſummũ bonũ. Similiter arguĩt de rõne pfecti, quia perfectũ eſt qđ põt ꝓducere ſibi ſimile ex 1. Met. & 4. Metheororum, ergo primũ agens, qđ eſt perfectiſſimũ, põt ꝓducere ſibi ſimile: ſed pfecti⁹ eſt qđ põt ꝓducere ſibi ſimile vniuoce, ꝙ̃ ęquiuoce, q̃a ꝓductio ęquiuoca eſt imperfecta, ergo &c. Iſtæ rationes non declarant propoſitum per manifeſtius, neque fideli, neque infideli. Prima quãdo accipit, ꝙ prima pſona con-

*Hen. quoli. 6. q. 1.*

*Ric. 1. tri. & Bonauẽ. diſ. præſenti. q. 2. In probe.*

*T. c. 16.*



conſtituitur ꝑ relationẽ, ſi vult pſuadere infideli, accipit min⁹ notũ principali propoſito, minus. n. notũ eſſet tali. ſ. infideli ꝑ ſe ſubſiſtens cõſtitui ꝑ relationẽ, ꝙ̃ productionẽ in diuinis eſſe: ſi ẽt vult pſuadere fideli, adhuc procedit ex minus noto, q̃a ꝙ ꝓductio ſit in diuinis eſt euidens, cũ ſit articulus fidei, non autem eſt ita euidens hoc eſſe articulũ fidei, ꝙ prima perſona cõſtituaẽ ꝑ relationẽ. Et cũ probat q̃a aliter illa relatio adueniret pſonæ cõſtitutę, & ita illa relatio eſſet accidens: probatio nõ videtur valere, quia ſimili modo poſſet argui de ſpiratione actiua, de qua oẽs tenent, quòd non cõſtituit perſonã, nec tamẽ eſt accidens, quia perfecte eſt eadem fundamento, quod eſt eſſentia in perſona.

*Improbatio ſubtiliſsima.*

Et cũ arguitur vltra, ꝙ diſtinctio non eſt ibi, niſi ꝑ relationes originis. hæc nõ eſt ita manifeſta ſtatim ex fide, ſicut concluſio quã intẽdit oſtẽdere, nec etiã eſt neceſſaria ad propoſitũ in cõi, quia, & ſi aliter eſſet ibi diſtinctio, poſſet tñ ſaluari origo. Et cũ ſcđo arguitur, ꝙ ſumme actiuum, eſt ſumme diffuſiuũ ſui. Reſpondeo, ꝙ verũ eſt quantum poſſibile eſt aliquid diffundi. Sed oporteret probare, ꝙ poſſibile eſſet aliquid diffundi ſiue cõicari in vnitate naturæ. Per idem ad tertiũ de rõne boni, quia oporteret probare, ꝙ communicatio eiuſdẽ rei vel naturę eſſet poſſibilis, quia ad impoſſibile includens contradictionẽ non eſt potẽtia, nec cõicatio bonitatis. Similiter ad quartũ perfectũ eſt natũ ꝓducere ſummũ ſibi ſimile, verum eſt ita ſummum ſibi ſimile, ſicut põt ꝓduci, oportet igĩ ꝓbare ꝙ ſumme ſimile, vniuoce. i. in vnitate naturę eſſet producibile.

*at patet 26. diſt.*

TENENDO igĩ quatuor rõnes primas, & præcipue duas primas pro cõcluſione affirmatiua q̃ſtionis, reſpondeo ad argumẽta in oppoſitũ. Ad primũ negando maiorem, cum probatur primo per neceſſariũ ex ſe, & ex alio. dico qđ ſi idẽ genus cauſę importetur ꝑ hęc duo, ex ſe & ex alio, verũ eſt ꝙ nihil ſic eſt neceſſarium ex ſe, & ex alio, ſi autem aliud genus cauſæ importetur puta per illud, ex ſe, cauſa formalis, & per illud ab alio, cauſa effectiua, vel productiua, non eſt inconueniens idẽ eſſe neceſſarium ex ſe vno modo, & ab alio alio modo. cum probatur maior pro ſyllogiſmi, dico, ꝙ neceſſarium ex ſe formaliter non poteſt non eſſe circũſcripto quocunque alio, cuius circunſcriptio non includit incompoſſibilitatem, ponendo illud eſſe, ſed per ſe neceſſarium formaliter ſequiẽ poſſe nõ eſſe circunſcripto quocunque alio per incõpoſſibile, ſicut ex vno incompoſſibili poſito, ſequitur aliud incõpoſſibile, ita de filio. Sed dubium eſt tũc, quæ ſit differentia inter neceſſitatẽ filij, ſecundum theologos. Et creaturę neceſſario productę ſecundum philoſophos.

Rñdeo, philoſophi ponentes creaturas neceſſario ꝓduci habẽt dicere, ꝙ ipſa haberẽt entitatẽ, qua formaliter eſſent neceſſarię, licet in illa entitatẽ depẽderẽt a cã neceſſario ꝓducẽte, filius aũt habet entitatẽ formaliter neceſſariam, & eandem cum producente: creatura

*Doctrina ſingularis & ariſtotelica reſolutio de intelligentiarum depẽ-*

*dentia & productione de qua uide Auerroim 7. Met. c. 31.*

igitur ſi eſſet ex ſe neceſſaria, non poſſet non eſſe circunſcripta omni alio, cuius circunſcriptio non implicat contradictionem. tamen circunſcripta cauſa alia a ſe per incompoſſibile, poſſet non eſſe, filius autem nõ poſſet nõ eſſe circunſcripto quocunque alio ſecundum entitatem a producto, quia non poteſt non eſſe, niſi circunſcripta perſona producente, quæ non eſt aliud, ſecundum entitatem a producto, vnde ſi pater creaturam naturaliter produceret, & neceſſario produceret eam formaliter neceſſariam, tamen non eſſet tunc neceſſaria tanta neceſſitate, quanta eſt nunc filius neceſſarius. Stat ergo de filio, ꝙ ſit a ſe formaliter neceſſarius, & tamen ab alio producente, cum quo habet eandẽ entitatem neceſſariam.

Ad ſecundam probationem maioris, dico ꝙ poſſibile logicum differt a poſſibile reali, ſicut patet per philoſophum 5. Met. cap. de potentia. *T.c.17.* poſſibile logicum eſt modus compoſitionis formatæ ab intellectu illius quidem cuius termini non includunt contradictionem, & ita hoc modo poſſibilis eſt hæc propoſitio, Deum poſſe produci, & Deum eſſe Deum, ſed poſſibile reale eſt, quod accipitur ab aliqua potentia in re, ſicut a potẽtia inhærente alicui, vel terminata ad illud, ſicut ad terminũ, fili⁹ aũt nõ eſt poſſibilis poſſibilitate reali, nec poſſibilitate ĩherente alicui, nec terminata ad ipſum, quia poſſibilitas, ſiue actiua, ſiue paſſiua eſt ad aliud in natura, ſicut patet per diffinitionem potentiæ actiuæ & paſſiuæ 5. & 9. Metaphiſica, *T.c.17. T.c.2.* ꝙ eſt principium tranſmutandi aliud, vel ab alio inquantum aliud, tamen filius eſt terminus potentiæ productiuæ, quæ abſtrahit a ratione potentiæ effectiuæ, & ſi illa potentia dicatur ſimpliciter potentia, terminus illius potentiæ poteſt dici ſimpliciter poſſibile, ſed poſſibilitas illa non repugnat formaliter neceſſario, licet poſſibilitas, de qua philoſophi loquuntur de potentia actiua, & paſſiua proprie repugnat neceſſitati ex ſe. Ad tertiam probationem, cum dicitur ibi eſt ordo. ergo intelligitur prima perſona non intellecta ſecunda. Reſpondeo ꝙ non neceſſario prima intellecta, intelligitur ſecunda perſona cum prima perſona, ſi illa prima perſona eſt abſoluta, ſed non ſequitur ex hoc, ꝙ ſi prima perſona intelligitur eſſe, ſecunda perſona intelligatur non eſſe. ſicut non ſequitur, illud animal quod eſt in homine intelligitur non intellecto rationali. igitur intelligitur non eſſe rationale. Cum autem infers mutationem ex terminis oppoſitis, accipis, ac ſi intelligeretur productum nõ eſſe, quando producens eſt, quod falſum eſt. abſtractionem enim ſine mendacio, quæ eſt nõ conſiderando illud a quo fit abſtractio, commutas in abſtractionem mendacẽ, *2. Phi. t.c. 18.* quæ eſt conſiderando illud nõ eſſe, a quo fit abſtractio. Ad quartam probationem dico, ꝙ illa perſona non eſſet in eſſentia ſine productione. habet. n. eſſentiam per productionem, nõ ſequitur, ergo eſſentia de ſe nõ hẽt pſonã, ergo eſſentia de non habete fit hñs, ſed ſequitur, ergo eſſentia de rõne ſua nõ hẽt illam,



illam vel nõ includit illã perſonam, quod patet ſi perſona eſt relatiua. probatio, quia tunc eſt aliquid excepto relatiuo ſecundũ Aug. 7. de tri. c. 1. vel 6. quia relatio nõ eſt de rõne abſoluti, ipſa aũt in quã eſſentia hẽt illã productionẽ, ſiue ꝑ ꝓductionẽ hẽt perſonã, ĩ qua ſubſiſtit, quę tñ pſona vel productio, non eſt de rõne eſſentiæ, non aũt ſequitur mutatio ex hoc, qa aliquid ineſt alicui, qđ non eſt de rõne eius, ſed mutatio, requirit, ꝙ aliqd inſit alicui cui prius inſuit oppoſitum, ꝙ non hr in propoſito. *De hoc vide clarius 1. diſt. 21 q. 1.* Ad quintã ꝓbõnẽ dico, qđ in gñatione in creaturis cõcurrunt duæ rõnes. ſ. ꝙ ipſa eſt mutatio, & qđ eſt ꝓductio, vt ẽ mutatio eſt forma ſubiecti mutati, & vt eſt ꝓductio, eſt termini ꝓducti, vt via. Iſtę rõnes nõ includũt ſe eſſentialiter, ẽt in creaturis, diuerſa. n. reſpiciũt primo, *abſtractio notabilis,* ergo ſine cõtradictione põt intelligi rõ productionis ſine rõne mutationis, & ita generatio transfertur ad diuina ſub ratione productionis, licet non ſub ratione mutationis. Ad ſecundũ principale dico, qđ non ſequitur, eſt ab alio, ergo dependens. Cum probatur, concedo quòd æque independenter eſt natura in producente, & producto. Cum arguitur ex independentia, quòd non eſt præexigẽtia, nego conſequentiam, quia dependentia ſequitur entitatem formalem dependentis ab illo a quo dependet, quando igitur habet eandem entitatem, non eſt ibi dependentia, poteſt tñ ibi eſſe præexigentia, ſi vnũ ſuppoſitum habeat illud ab altero. Ad vltimum dico, ꝙ mutationes aliæ a gñatione ex rõne ſua formali ſunt imperfectiores generatione, quia termini earum inducti ſunt imperfectiores, & ideo ex rõne terminorũ inductorũ imperfectorũ habent maiores imperfectiones, q̃ termini gñationis, tamẽ alię mutationes, quantũ ad illud qđ præſupponũt, nõ requirunt tantã imperfectionẽ in ſubiecto, quantam requirit generatio, & hoc vt eſt mutatio, qa gñatio requirit in ſubiecto entitatem in potentia, & hoc ad eſſe ſimpliciter. aliæ mutationes non. Ad ꝓpoſitũ applicando, dico ꝙ generatio non transfertur ad diuina ſecundũ illud, qđ præſupponit generatio, puta ſubiectum mutabile, quod eſt imperfectionis, quia vt eſt mutatio, non eſt in diuinis, ſed transfertur ad diuina, inquantum generatio eſt ꝓductio ſub ratione, qua eſt productio termini, quia terminus eius eſt perfectior terminis aliarũ mutationũ. & ſic bene põt ꝑ generationẽ accipi eſſentia tãquam terminus perfectiſſimus in diuinis, licet nõ poſſit per aliquã aliã mutationẽ accipi aliquis alius terminus aliarũ mutationũ, quia hoc cõcluderet cõpoſitionẽ, & imperfectionẽ, qa terminus cuiuslibet alteri⁹ mutationis eſſet accidens componibile cum ſubiecto.

AD QVAESTIONEM quartam de numero productionum, patet veritas ꝙ ſunt tantum duæ productiones. Sed hoc declaratur ab aliquib⁹ ſic, *Hen. quoli. 6. q. 1. & quoli. 2. q. 6. & in ſumma art. 54.* actus notionales fundantur ſuper actus eſſentiales immanentes, ſed tantum ſunt duo actus eſſentiales manẽtes intra, q̃ ſunt intelligere, & velle, ergo tantũ ſũt duo act⁹ notionales fundati

ſuper eoſdem eſſentiales, quæ
ſunt productiui ad intra. Con
firmatur ratio, quia actus no-
tionales fundati ſuper actus eſ-
ſentiales æquantur eis, & ideo
nõ poſſunt plurificari actus no-
tionales fundati ſuper eundem
actũ eſſentialẽ. Et modus poni
tur iſte, & colligiť ex multis di-
ctis opinantis ſparſim in plu-
ribus locis, ꝙ tã intellectus quã
voluntas, quocunq; hñt eſſe, pp
ſeparationẽ illorum a materia,
poſtq̃ habuerint eſſe ĩ actu ſuo
primo ſimplicis intelligentiæ
aut volitionis, ſunt ſupra ſe con
uerſiui, & ſuper actus eorũ ſim
plices, & ſuper obiecta eorum
per actus conuerſiuos intelligẽ
di, & volendi. Intellectus enim
nõ ſolũ intelligit verum ſimpli
ci intelligentia, ſed ẽt intelligẽ
tia conuerſiua, intelligendo ſe
intelligere, & conuertendo ſe
ſuper obiectũ intellectũ, & ſuꝑ
actũ ſimplicẽ intelligẽdi, & ſu
per ſe intelligentẽ ꝑ actũ ſuum
conuerſiuũ, quia intellectus no
titia ſecunda, q̃ eſt in verbo nõ
ſolũ ſcit, & intelligit rẽ, ſed ſic
ſcit, & intelligit eam, vt ſciat ſe
ſcire, & intelligere eã. ſimiliter
voluntas non ſolũ vult bonum
ſimplici volitione, ſed ẽt voli-
tione conuerſiua, volẽdo ſe vel
le, cõuertendo ſe ſuꝑ obiectum
volitũ, & ſuꝑ actũ volẽdi ſim-
plicẽ, & ſuper ſe volentẽ ꝑ actũ
ſuũ conuerſiuũ: ſed iſta conuer
ſio partim vno & eodẽ mõ con
uenit intellectui, & volũtati, &
partim alio, & alio mõ: qđ eñ
ambæ ſe conuertũt, vt ſunt nu-
dæ, puræ, & ſolæ potentię, hoc
vno & eodẽ mõ cõuenit eis, q̃-
tũ eſt ex parte ipſarũ ſe conuer-
tentiũ. ambæ. n. ſe ſolas conuer
tunt ſua vi actiua, q̃ ęqualiter
eis cõuenit, ſed alio & alio mõ,
quãtũ eſt ex parte obiectorum
ad q̃ ſe cõuertũt. intellectus. n.
poſtq̃ eſt cõuerſus ad illa, ad q̃
conuerſus eſt, ſe hẽt vt potẽtia-
le quoddã, & purũ potẽtiale, &
hoc q̱a intellectus nudus, & pu
rus, natus eſt recipere ab illis ſi-
cut propriũ paſſiuũ a ſuo ꝓprio
actiuo naturali, qđ q̱dẽ actiuũ
eſt idẽ intellectus informatus
notitia ſimplici, informationẽ
notitię genitę declaratiue. Vo
lũtas aũt poſtq̃ eſt cõuerſa ad il
la ad q̃ cõuerſa eſt, ſe hẽt vt acti
uũ quoddã, & hoc vt voluntas
nuda & pura nata exprimere ď
illis (ſicut propriũ actiuũ de ꝓ-
prio paſſiuo, cuiuſmodi eſt ea-
dem voluntas informata amo-
re ſimplici) amorẽ quendã incẽ
tiuũ, q eſt ſpiritus ſanctus in di
uinis, q̱ hẽt eſſe a producentib.
ipsũ, non ꝑ informationẽ eius,
de quo eſt quaſi ſubiectiue, nec
ꝑ aliquã impreſſionẽ factã ei-
dẽ ſecũdũ modũ, quo verbũ, ſi-
ue filius procedit a patre ꝑ quã
dã quaſi informationẽ, ſiue im
preſſionẽ factã intellectui pa-
terno conuerſo, vt ſit, ſicut noti
tia declaratiua de notitia ſim-
plici, ſed ꝑ quãdã quaſi excuſ-
ſionem, vel expulſionẽ, aut pro
greſſum, aut magis proprie lo-
quendo, ꝑ quandã expreſſionẽ
producti de eo de quo ſubiecti-
ue produciť. Ex parte ergo in- *Colligit Epilogando.*
tellectus cãtur actus dicendi a
notitia ſimplici in ĩtellectu nu
do, conuerſo ſupra ſe, & ſupra
notitiã ſuã ſimplicem, ita ꝙ in
tellectus ĩformatus notitia ſim
plici, eſt principium actiuũ, &
elicitiuum actus notionalis in-
tellęctus: ipſe aũt nudus intelle
ctus cõuerſus, nõ eſt, niſi quaſi
principiũ paſſiuũ, de quo quaſi
de



de materiali produciť verbum,
quaſi per impreſſionẽ. Ex par-
te aũt voluntatis cauſať actus
notionalis ab ipſa volũtate nu-
da conuerſa ſupra ſe, & ſuper a-
morem ſuum ſimplicem, & ſu-
per ipſam voluntatem informa
tam amore ſimplici, ita ꝙ volũ
tas nuda conuerſa eſt principiũ
actiuũ, & elicitiuum actus no-
tionalis volũtatis, ipſa vero vo-
luntas informata amore ſim-
plici eſt principium, quaſi paſ-
ſiuum, de quo quaſi de materia
li producitur ſpiritus ſanctus ſe
cundum quãdam expreſſionẽ.
Et hinc apparet differentia in-
tellectus vt intellectus, & intel
lectus vt natura, quia intelle-
ctus, vt in patre exiſtẽs in actu
intelligendi ſuã eſſentiã, quem
actũ ipſa eſſentia operať in ip-
ſo intellectu ſuo, vt eſt quaſi in
potentia ad notitiã eſſentialem
ſecundum rõnem intelligendi,
fęcundus eſt fęcunditate natu-
rali ad producendũ de ſeipſo ſi
bi ſimile, ad qđ eſt quaſi in po-
tentia, ꝑ hoc qđ eſt actu ſub il-
la notitia eſſentiali: intellectus
enim vt eſt quædam notitia eſ-
ſentialis ſecundũ actũ, eſt natu
ra, & principiũ actiuũ, quo pa-
ter de eodẽ intellectu, vt eſt in-
tellectus purus, & tñ intelle-
ctus, vt de puro paſſiuo, format
notitiam q̃ eſt verbũ, q̃ ſecundũ
rem eſt eadem notitia cum illa
de qua formať, differens ſolum
ab ea inquantum procedit ab
ea, vt manifeſtatiua, & declara-
tiua ipſius. Et per omnem eun-
dem modum debemus intelli-
gere verbum formari in nobis,
cognitum enim primo ſui ſim-
plicem notitiam imprimit in-
tellectui noſtro, repręſentando
ſe illi, vt pure paſſiuo, & ſub il-
la ratione qua eſt intellectus.
Intellectus autem ſic perfectus
ſimplici notitia per obiectum
cognitum, quod in ſe continet
expreſſiue, factus eſt fęcundus
& principium actiuum, vt na-
tura imprimens in ſeipſum, vt
intellectus tantum, & princi-
pium paſſiuum ad formãdum
in ſe notitiam declaratiuã de
notitia ſimplici, & ſecundum
hoc quando dř verbum forma-
ri per intellectum, & quod in-
tellectus ſit informatione eius
actiuus, hoc intelligitur de in-
tellectu actu informato ſimpli
ci notitia: per hanc enim, vt per
rõnem formalẽ agendi, intelle-
ctus eſt principiũ actiuũ, & ne-
ceſſario prior eſt rõ eius, vt in-
tellectus eſt paſſiuus reſpectu
notitiæ ſimplicis, quam recipit
ab obiecto, q̃ ratio eius ſecun-
dum quã eſt natura, & actiuus
per notitiam ſimplicem inhæ-
rentem, & ideo ordine ratio-
nis prius habet eſſe, vt eſt intel
lectus, quã vt eſt natura, & fun-
dať actus notionalis, quẽ agit,
vt natura ſuper actum eſſentia
lem, quẽ patiť, vt intellectus. ſ.
ſuper notitiam ſimplicẽ obie-
cti, quam recipit, vt eſt nudus.

Modus ponitur iſte, & colli-
gitur ex multis dictis illius Do
ctoris ſparſim in pluribus lo-
cis. Formatur enim verbum
ſecundum eum ſic in nobis, qđ
cognitum primo ſui ſimplicem
notitiam imprimit intellectui
noſtro repræſentando ſe illi, vt
pure paſſiuo, & ſub illa ratio-
ne, qua eſt intellectus. Intelle-
ctus autem ſic perfectus ſim-
plici notitia per obiectum co-
gnitum, quod in ſe continet ex
preſſiue, factus eſt fœcundus &
principium actiuum, vt natura
impri-

*Ad maiorem expreſſionẽ opi. Henr. poniť hæc additio a Doc. licet videatur eadẽ fere priori.*

imprimens in ſeipſum, vt eſt
intellectus tantum,& principiũ
paſſiuum ad formandum in ſe
notitiam declaratiuam de noti
tia ſimplici. Et ſecundum hoc,
quando dicitur verbum forma-
ri per intellectum, & ꝙ intelle-
ctus ſit in formatione eius acti
uus,hoc intelligitur de intelle-
ctu actu informato ſimplici no
titia,per hanc enim, vt per ra-
tionem formalem agendi,intel
lectus eſt principium actiuum,
& neceſſario prior eſt ratio ei⁹,
vt intellectus eſt paſſiuus, ſcili
cet reſpectu notitiæ ſimplicis,
quam recipit ab obiecto,quam
ratio eius ſecundum quam eſt
natura,& actiuus per notitiam
ſimplicem inhærentem . Et iõ
ordine rationis prius habet eſ-
ſe,vt eſt intellectus,quàm vt eſt
natura,& fundatur actus notio
nalis quē agit, vt natura ſuper
actum eſſentialem, quem pati-
tur,vt intellectus.ſ. ſuper noti-
tiam ſimplicem obiecti, quam
recipit vt eſt nudus . Qualiter
autem intellectus, vt natura ſit
principium actiuum reſpectu
intellectus vt puri & nudi ad ꝓ
ducendum,declarat ſic. Quia tã
intellectus quàm voluntas in
quocunque habent eſſe propter
ſeparationem illius a materia,
poſtquàm habuerint eſſe in a-
ctu ſuo primo ſimplicis intelli-
gentiæ,aut volitionis ſunt ſu-
pra ſe conuerſiui, & ſuper actus
eorum ſimplices,& ſuper obie-
cta eorum per actus cõuerſiuos
intelligendi & volendi. Intelle-
ctus enim non ſolum intelligit
verum ſimplici intelligētis, ſed
etiam intelligentia conuerſiua
intelligendo ſe intelligere . Et
conuertēdo ſe ſuper obiectum
intellectũ,& ſuper actum ſim-
plicem intelligendi, & ſuper ſe
intelligentem per actum ſuum
conuerſiuum . Quia intellectus
notitia illa ſecunda, quæ eſt in
verbo non ſolum ſcit, & intelli-
git rem,ſed ſic ſcit, & intelligit
eam, vt ſciat ſe ſcire, & intel-
ligere eam. ſimiliter voluntas,
non ſolum vult bonum ſimpli-
ci volitione, ſed etiam volitio-
ne conuerſiua, volēdo ſe velle,
conuertendo ſe ſuper obiectum
volitum,& ſuper actum volen
di ſimplicem, & ſuper ſe volen
tem per actũ ſuum conuerſiuũ.
Sed iſta conuerſio partim vno
& eodem modo conuenit intel
lectui,& voluntati , & partim
alio & alio modo,ꝙ enim am-
be ſe conuertunt vt ſunt nudæ
puræ,& ſolæ potentiæ, hoc vno
& eodem modo conuenit eis,
quantum eſt ex parte ipſarum
ſe conuertentium . Ambę enim
ſe ſolas conuertunt ſua vi acti-
ua,quæ æqualiter eis conuenit,
ſed alio & alio modo quãtum
eſt ex parte obiectorum ad quæ
ſe conuertunt. Intellectus enim
poſtq̃ eſt conuerſus ad illa, ad
quæ conuerſus eſt, ſe habet, vt
potentiale quoddam & purum
potentiale, & hoc quia intelle-
ctus nudus , & purus natus eſt
recipere ab illis ſicut proprium
paſſiuum a ſuo proprio actiuo
naturali. Quod quidem actiuũ
eſt idem intellectus informatus
notitia ſimplici informatione
notitiæ genitæ. Voluntas autē
poſtquam eſt conuerſa ad illa
ad quæ conuerſa eſt, ſe habet vt
actiuũ quoddam,& hoc vt vo-
luntas nuda,& pura nata eſt ex-
primere de illis ſicut proprium
actiuum de ſuo ꝓprio paſſiuo,
ꝙ eſt eadem voluntas informa
ta amore ſimplici nata eſt ex-
pri-



primere amorem quædam in-
centiuum. Applicando ad pro-
poſitum in diuinis, Intellectus,
vt in patre exiſtēs in actu intel-
ligendi ſuam eſſentiam , quem
actum ipſa eſſentia operatur in
ipſo intellectu ſuo , vt eſt quaſi
in potentia ad notitiã eſſentia-
lē ſecundum rationem intelli-
gendi, fęcundus eſt fęcunditate
naturali ad pruducendum de ſe
ipſo ſibi ſimile,ad qđ eſt , quaſi
in potentia per hoc ꝙ eſt actu
ſub illa notitia eſſentiali. Intel
lectus enim , vt eſt quędam no
titia eſſentialis ſecundum actũ
eſt natura , & principiũ actiuũ,
quo pater de eodem intellectu,
vt eſt intellectus purus , & tan-
tum intellectus vt de principio
paſſiuo format notitiam ,quæ
eſt verbum,quæ ſecundum rem
eſt eadem notitia cum illa , de
qua formatur, differens ſolum
ab ea inquantũ procedit ab ea
vt manifeſtatiua & declarati-
ua ipſius. Ex parte ergo intelle-
ctus, cauſatur actus dicēdi a no
titia ſimplici in intellectu nudo
conuerſo ſupra ſe.& ſupra noti
tiam ſuam ſimplicem Ita ꝙ in-
tellectus informat⁹ notitia ſim
plici eſt, principium actiuũ &
elicitituum actus notionalis in
tellectus. Ipſe autem nudus in-
tellectus conuerſus non eſt niſi
quaſi principium paſſiuum,de
quo quaſi de materiali produ-
citur verbum quaſi per impreſ
ſionem. Ex parte autem volun-
tatis cauſatur actus notionalis
ab ipſa voluntate nuda conuer-
ſa ſupra ſe & ſupra amorē ſuũ
ſimplicem. Et ſupra ipſam vo-
luntatem informatam amore
ſimplici. Ita ꝙ volũtas nuda cõ
uerſa eſt principium actiuum,
& elicitiuum actus notionalis
voluntatis, Ipſa vero voluntas
informata amore ſimplici eſt
principium quaſi paſſiuum,de
quo quaſi de materiali produ-
citur ſpiritus ſanctus non ꝑ in-
formationē eius de quo ē quaſi
ſubiectiue,neque per aliam im
preſſionem factam eidem ſecũ
dũ modum , quo verbũ ſiue fi-
lius procedit a patre per quan-
dam quaſi informationē , ſiue
impreſſionem factam intelle-
ctui paterno conuerſo , vt ſit ſi-
cut notitia declaratiua , de noti
tia ſimplici, ſed ꝑ quandã quaſi
excluſionem, vel expulſionem,
aut progreſſum, aut magis pro-
prie loquendo per quandam ex
preſſionem producti ab eo, de
quo ſubiectiue producitur Sic
itaque patet modus, quo ſecun-
dum iſtam opinionem funda-
tur actus notionalis ſuper actũ
eſſentialē, & quomodo diuerſi
mode in intellectu & volũtate.

ISTA OPINIO ponit tres
articulos, quos non credo eſſe ve
ros. Primus eſt , ꝙ quando in-
tellectus, vt nudus conuerſus ſu
pra intellectum formatum no-
titia ſimplici formatˉ ab eo no-
titia genita. Hoc probo ſic. Qua
tuor ponit articulos, primus eſt
ꝙ verbum diuinum generatur
per impreſſionem. Secundus eſt
ꝙ etiam per impreſſionem in
intellectum , vt conuerſum ſu-
pra ſe. Tertius eſt ꝙ notitia eſ-
ſentialis eſt ratio formalis gi-
gnendi notitiam declaratiuam.
Quartus eſt, ꝙ generatur ꝑ im- *Sic in originali & melior literam continuabis.*
preſſionem in intellectũ vt nu-
dum. Improbationem primi ar
ticuli dimitto vſque ad diſtin.
5. vbi proprie habet locum. Cõ-
tra ſecundum articulum arguo
tripliciter. Primo ꝙ in intelle-
ctum ſic conuerſum non impri
matur

matur verbum. Secundo ꝙ nõ ſit neceſſaria talis conuerſio ad gignitionẽ verbi. Tertio quòd nulla ſit talis conuerſio. Primũ arguo ſic Intellectus &c. Intellectus non conuertitur, niſi vt eſt in aliquo ſuppoſito, quia cõuerſio ponitur actio, & actiones ſunt ſuppoſitorum. Tunc quæro cuius ſuppoſiti, vel cuius perſonæ eſt, vt conuertitur ſup intellectũ formatũ, q̃a ſi vt conuertitur eſt perſonæ filij, & præcedit per te iſta cõuerſio generationẽ verbi, ergo ante generationẽ verbi ſunt duæ ꝑſonę, qđ eſt hæreticũ. Si aũt, vt conuertit̃ ſuper intellectum formatũ, eſt ipſius patris, tũc arguo ſic. cuius eſt, vt conuertitur, eius eſt, vt notitia genita formatur, vt probabo, igitur intellectus, vt eſt patris, formatur notitia genita, ergo notitia genita eſt ipſius perſonæ patris, quia cuius perſonæ eſt intellectus, vt informat̃, eiuſdem eſt notitia, qua formatur. Aſſumptum probandũ probo ſic. cuius eſt, vt conuertitur ſuper intellectum formatum, eius eſt vt habet intellectũ formatum, pro obiecto actu ꝑſente, ergo eius eſt, vt ab illo obiecto formatur, ꝓbatio huius cõſequentiæ, paſſiuũ proportionatum diſpoſitum, & approximatum actiuo ſufficienti proportionato, natum eſt immediate perfici ab illo actiuo per philoſophum. 9. Meta. c. 4. Quoniam autem poſſibile &c. Tunc enim eſt aliquid in potentia proxima quando nihil oportet addi, ſubtrahi vel minui, ad hoc ꝙ actus inſit. Intellectus autem nudus, vt conuerſus, & habens intellectum formatum, vt obiectum præſens, eſt paſſiuum diſpoſitũ, proportionatum, & approximatum intellectui informato, vt obiecto ſufficienter actiuo, ergo intellectus nudus, vt conuerſus nulla facta variatione circa ipſum eſſe ſubſiſtentiæ, vel cuiuſcunque entitatis, vt ſic formatur notitia genita, & ſic probatur prima conſequentia. Hic poſſet poni vna reſpõſio, quòd intellectus nudus, videlicet de quo formatur notitia genita, communicatur filio per actum producendi notitiam genitam, ꝑ hoc ꝙ de ſeipſo actualiter formatur illa notitia, ſiue ex hoc ꝙ eſt quaſi materia informata notitia genita, habet eſſe in ꝑſona genita. Sed contra iſtam reſponſionem ſunt duo argumenta prima, quæ ponunt̃ diſtinctione. 5. q. vltima contra opi. de qua ſi materia, quæ ibi ſpecialiter improbabitur.

*In proœmio Metaphy.*

*t. c. 10. et 11. al Quãdo autem potẽtia eſt vnumquodque.*

Secundum arguo ſic. Intellectus patris habens obiectũ ſibi præſens eſt naturale principiũ non ſolum operatiuum reſpectu intellectionis patris, ſed et̃ productiuum reſpectu notitiæ genitæ, igitur circunſcripta illa reflexione eſſet principium productiuum.

Tertiũ probo ſic, ſi per cõuerſionem nihil intelligitur eſſe in intellectu, quod non intelligeretur ibi eſſe non intellecta cõuerſione, igitur conuerſio nihil eſt ibi. Si autem aliquid intelligitur eſſe in intellectu, ꝙ ſine ipſa nõ intelligeret̃, quæro quid non præſentia obiecti, non perfectio potentiæ, non tãdem determinatio potentiæ ad actum, vel exercitium actus, ſicut aliqui ponunt voluntatem in nobis conuertere intelligentiam ad memoriam, patet ꝙ vo-



voluntas non conuertit ad gignitionem verbi diuini. Item conuerſio iſta non eſt actio, quę eſt operatio, quia non intellectio, nec volitio, nec eſt actio productiua alicuius. Secundus articulus eſt, quòd intellectus informatus notitia actuali eſſentiali, eſt principium actiuum, & elicitiuum notitiæ genitæ.

*al. Tertiꝰ.*

Hoc improbo ſic, verbum nõ gignitur ab intelligentia, ſed a memoria ſecundum Aug. 15. de trini. cap. 7. vel. 15. ergo licet in patre concurrant memoria, intelligentia, & voluntas, pater non gignet verbum formaliter intelligentia, vt quo, ſed memoria, vt autem habet notitiã actualem quaſi elicitam & vt actum ſecundum, eſt in actu intelligentiæ, cuius eſt omne intelligere actuale, ergo, vt ſic, nõ gignet verbũ, ſed vt eſt in actu memoriæ, ideſt vt habet obiectum intelligibile præſens intellectui ſuo, in hoc enim intelligitur actus primus, quaſi pręcedens actum ſecũdum qui eſt actu intelligere.

Secundo ſic. productio magis cõuenit actui primo, vt principio productiuo, quàm actui ſecundo, quia operationes perfectæ de ratione ſui ſunt fines, & non ſunt gratia aliorũ finiũ, ergo intellectio vt eſt operatio patris non eſt ratio formalis productiua alicuius termini, ſed tantum actus primus, cuius virtute elicitur illa operatio, erit principium productiuum.

Tertio ſic ſi intellectio patris actualis eſt ratio formalis producendi verbum, adhuc obiectum, vt præſens intellectui patris, vt habẽti rationem memoriæ, erit principium prius productiuum notitiæ genitæ, quia in nobis apparet quòd illud eſt natum immediatius gignere, quàm actus intelligendi: ergo aliquod verbum prius erit genitum a patre, vt a memoria, q̃ vt ab ipſa intelligentia noſcente. Confirmatur, quia per te eſſentia quaſi operatur actum intelligendi eſſentialem in intellectu paterno.

*9. Met. t. c. 16.*

*Patet à ſimilis in nobis.*

Ipſa igitur, vt pręſens intellectui eſt ſufficiẽs principiũ quo, reſpectu intellectionis actualis. Sed ꝙ non ſit quaſi principium quo, reſpectu eius vt in patre, hoc eſt, quia illa intellectio patris eſt improducibilis, igitur reſpectu notitiæ actualis producibilis eſt ipſa ſimpliciter principiũ quo, & ita ipſum verbum nõ producetur per notitiam actualem, vel intellectionem actualem patris, vt per rationem formalem productiuã, ſed per ipſam memoriam. Præterea omnis intellectio cũ eius eſſe ſit in fieri habet principiũ vel quaſi principium, cuius eſſe non ſit in fieri, quia aliàs eſſet proceſſus in infinitũ. Alicuius igitur intellectionis primæ puta. A. obiecti neceſſe eſt principium, vel quaſi principium eſſe tantum memoriam. Ita quòd non hoc totum intellectus intelligens. Alias iſta non eſſet prima intellectio. Sed omnes intellectiones. A. & in intellectu eiuſdem rationis ſunt eiuſdem rationis: quicquid autem eſt perfectum principium primi in ſpecie, poteſt eſſe principium cuiuſcunque, & immediate. igitur memoria perfecta. poteſt eſſe immediatum principium, vel quaſi principium

cipium

cipiũ omnis intellectionis. A. igitur memoria patris põt eſſe principium immediatum verbi, igitur neceſſario eſt. Cõtra, igitur non ſic ſe habet memoria filij ad intelligentiam filij, ſicut memoria patris ad intelligentiam patris. Præterea verbum eſt illius immediatius verbũ declaratiuum a quo immediatius exprimitur, ergo ſi ratio elicitiua verbi ſit actualis notitia, vt in intellectu patris formato, ſequitur ꝙ verbum ſit immediatius verbum intellectionis patris, q̃ eſſentiæ patris, ꝙ videtur inconueniens, quia tunc eſſet aliud prius verbũ, qđ eſſet declaratiuum eſſentiæ patris immediate. Vel oporteret dicere ꝙ illa eſſentia nõ poſſet declarari immediate ꝑ aliquod verbum, quod videtur inconueniens. c. 10. & 14. Cum ſecundum Aug. 15. de trini. notitia formata ab ea re, quam memoria continemus ſit verbum primum obiectum memoriæ diuinæ eſt eſſentia, vt eſſentia. Præterea, ſi actualis intellectio patris eſſet genita, vel producta, produceretur virtute eſſentiæ non vt iam cognita, ſed vt prior oĩ cognitione, hoc patet tum ſecundum veritatem, quia aliàs eſſet proceſſus in infinitum in actibus intelligendi, quia ſemper erit dare actum intellectus ante actũ intelligendi, tum ſecundũ iſtũ, qui ſupra dixit, ꝙ in patre actũ intelligẽdi eſſentiam operatur ipſa eſſentia in intellctũ ipſius. Ex hoc arguo ſic, actualis notitia eſſentiæ non poteſt eſſe formaliter alterius rationis ꝑ hoc ꝙ eſt ab alio communicata, & non ab alio ſic communicata, quia tunc deitas eſſet formaliter alterius rationis in ꝑſonis, quia illam vna habet a ſe, & nõ alia, ergo & actualis notitia eſſentiæ eſt eiuſdem rationis in patre. & filio, quod igitur natũ eſt eſſe principium quo, reſpectu vni⁹ ſi eſſet prĩcipiabile, idẽ erit principium reſpectu alterius, ſi principiatur. Tertius articulus eſt, ꝙ conuerſio intellectus nudi ſuper ſe formatũ eſt neceſſaria ad hoc, vt intellectus nudus formetur ab intellectu formato. Hoc nõ video, quia intellectus patris habens obiectũ ſibi preſens, eſt naturale principium non ſolum operatiuum reſpectu intellectionis patris, ſed etiam productiuum reſpectu notitiæ genitæ, adhuc ergo circunſcripta illa reflexione eſſet principium productiuum.

De quarto articulo patet manifeſte, ꝙ in hoc videt̃ ſibiipſi cõtradicere, ſic opinans, qđ probatur ſic. Quia quod de intellectu vt nudo formetur verbũ, & tamen non imprimatur intellectui, vt habenti notitiam eſſentialem, non videntur ſimul ſtare, quia ſub qua ratione eſt proximum de quo, & in quo. Sed prius dixit, ꝙ eſt quaſi in potentia ad verbum, per hoc ꝙ eſt in actu ſub notitia eſſentiali.

Secundus etiam articulus eſt falſus in nobis, tum quia notitia confuſa non poteſt eſſe principium elicitiuum notitiæ diſtinctæ, ſicut nec imperfectũ poteſt eſſe principium elicitiuum productionis alicuius perfecti, tum quia illa notitia actualis confuſa eſſet ſimul cum notitia actuali diſtincta, & ita duo actus eliciti ſimul, vel actus cõfuſus quando non eſſet, generaret actum diſtinctum, tũ quia om-



omnis actus intelligendi ſecundus eſt genitus a memoria, vt memoria eſt in actu primo proportionali ſibi, puta perfectus a perfecto, imperfectus ab imperfecto, ſicut diſtin. 3 patebit. *q. 7. & inde, idem diſt. 27. ſ. 26.*

Tertius articulus etiam eſt falſus in nobis, quia verbũ perfectiſſimum erit in patria ſecũdum Aug. 15. de tri. & tamẽ nõ erit illud verbũ genitũ per actũ reflexũ, ſiue conuerſiuũ ſuper actũ primũ, vt iſte dicit, vt per illud ſciat quis ſe ſcire, vel intelligere. Quod aũt non erit notitia reflexa, probatur, quia verbum perfectiſſimum creatum, non hẽt pro obiecto ſuo primo aliquod creatum, ſed increatũ.

DICO TVNC Ad quæſtionem, quod tantum ſunt ibi duæ, productiones diſtinctæ ſecundum rationes formales productionum, & hoc quia ſunt tãtum duo principia productiua, habentia formales rationes ꝑducendi diſtinctas, huius cauſalis probo antecedens, & conſequentiam: *Al. probo ſic.* antecedens ſic Omnis pluralitas reducitur ad vnitatem, vel ad paucitatem tantam, ad quantam reduci poteſt, ergo pluralitas principiorũ actiuorũ, vel productiuorũ reducet ad vnitatẽ, vel ad tãtã paucitatẽ, ad quantã poteſt reduci. ſed non põt reduci ad aliquod principiũ vnũ ꝑductiuũ aliud ab iſtis: probatio, quia principia productiua quæ ſunt natura, & voluntas, habent oppoſitos modos principiandi, quia alterum inclinatur ex ſe ad agendum naturaliter, alterum libere, & in poteſtate ſua hẽt producere, ita quod ad hoc ex ſe naturaliter non inclinatur. ſi autem reduceretur ad aliquod vnum principium productiuũ, illud haberet determinate alterum modum principiandi alterius iſtorum principiorum, vel n. eſſet productiuum ex ſe determinate, & tunc per modum naturæ, vel non ex ſe determinate, ſed libere, & ita per modum voluntatis. Ergo nõ poſſunt reduci ad aliquod vnum principium, quaſi tertium ab iſtis, quod ſcilicet, in producendo neutrius iſtorum habeat rationem, nec vnum iſtorum reducitur ad alterum: quia tunc alterum ſecundum totũ genus ſuum eſſet imperfectum, quod falſum eſt: quia cum ex eadem perfectione conueniat vtrique eſſe principium operatiuum, & productiuum, & neutrum ſit ex ſe imperfectum, inquantũ eſt operatiuum, quia tunc non eſſet formaliter in Deo, ergo nec inquantum eſt productiuum, eſt imperfectum, ergo non poſſunt reduci ad paucitatem maiorem, *Al. minorem.* quam ad dualitatẽ principij, ſcilicet productiui ꝑ modum naturæ, & principij productiui per modum volũtatis: hæc autem duo principia ſecũdum rationes ſuas principiandi debent poni in primo, quia in ipſo eſt omnis ratio principij, quod nõ reducitur ad aliud principium prius. igitur ſunt tantum duo principia productiua alterius rationis in primo productiuo, hęc autẽ ſunt productiua ad intra, probatio. Memoria perfecta eſt productiua ad intra per modũ naturæ, ex ſolutione præcedente, quia intellectus perfectus, ſicut inquantum eſt potentia operatiua, natus eſt intelligere obiectum, quantum eſt ipſum noſcibile,

ſcibile, ita inquantum eſt potētia productiua notitiæ genitæ, natus eſt eſſe principium tantę notitiæ, quanta poteſt eſſe obiecti. Intellectus autem in primo etiam vt eſt principium productiuũ eſt ſimpliciter perfectus. Quod patet, quia non reducitur ad aliud principium prius, & omne imperfectũ reducitur ad perfectum prius ſe. Hoc etiam obiectum primum intellectus eſt infinitum intelligibile, ergo intellectus, vt eſt principium productiuũ, natus eſt eſſe principium producendi notitiam infinitã. Similiter arguitur de voluntate reſpectu amoris obiecti infiniti. Aliter arguitur, & redit quaſi in idem ſic, quia qđlibet principium productiuũ, quod non reducitur ad aliquod principium prius, natum eſt habere productionẽ ſibi adęquatam: igitur principium productiuum, quod eſt voluntas, natum eſt habere productum ſibi adæqdatum, & principium productiuum, quod eſt natura, natum eſt habere ſibi productum adæquatum. hæc principia productiua ſunt infinita, igitur ꝓducta eis adæquata non poſſunt eſſe niſi infinita. Omnipotencia autem in primo non poteſt habere obiectum poſſibile infinitum, quia tunc creatura poſſet eſſe infinita, nihil autẽ infinitum eſt formaliter, niſi Deus, ex quæſtione illa præcedenti, vtrum Deus ſit infinitus, ergo iſta principia ſunt productiua. aliquarum in natura diuina.

*al. conſequẽtia prima cauſalis probatur ſic.*

Vlterius ſequitur ſi non ſunt ibi, niſi duo principia productiua alterius rationis, ergo tantũ ſunt duæ productiones numero. probatio, huius & conſequẽtiæ primæ. Quia vtrunque principium productiuum habet productionem ſibi adæquatam, & coæternam, ergo ſtante illa non poteſt habere aliam.

Memorandum ꝙ tota materia diſt. 23. verſatur circa antecedẽs huius cauſalis. Ideo altercatio circa antecedẽs differatur vſq; illuc, vel hic tota tangatur. ſecũdum melius fiet ſi hic moueatur quæſtio, an productiones pꝛ̄ciſe diſtinguuntur ſecundum diſtinctionem principiorũ formalium producendi. Solutio huius quæſtionis dependet ex his, an eſſentia, vt eſſentia ſit principium formale communicandi eſſentiam. Item, an idem principium formali producendi, poſſit eſſe reſpectu diſtinctarum productionum. Item tertio qualis ſit diſtinctio principiorum producendi, quod pertinet ad quæſtionem de diſtinctione attributorum.

*Ordo doctrinæ in iſta additione ponitur & eſt aliorum.*

Nota pro ſolutione huius quæſtionis, ſit hæc propoſitio. Quicquid rationis eiuſdem exiſtens ad plura eiuſdẽ rationis ſe extendit, nõ determinatur ex ſe, ad quot talia ſe extendit. Probatur. in habitudine naturæ cõis ad ſuppoſita, & cauſæ, & effectus, ex hoc ſequitur, ꝙ nec natura diuina inquantum communis, determinat ſibi numerum ſuppoſitorum, nec inquantum principium producẽdi ſi eſt tale principium, determinabit ſibi numerum principiatorum: igitur ſi eſt certus numerus perſonarum erit, quia principium productiuum diſtinguitur. Sic ſoluitur ad duo prima dubia: Tertium requirit probationem per adæquationem vnicæ productionis principio vnius rationis.

*Diffuſius idem in 2. q. de his*

Quõ in prima ꝓductione eſt duplex principiũ quo. Quõ eſſentia ſola nõ ẽ ſufficiẽs quo, cõicandi ſe. Quomodo aliquid quaſi poſteriꝰ põt eſſe principiũ quo, cõicandi quaſi prius imperfectione. Quõ non eſt æque eſſentia in quolibet quaſi radix omnium, ſed filius eſt prima notitia, & ſpiritus ſanctus primus amor, & quaſi concomitatur eſſentia diſt. 13.



OBIICITVR cõtra iſtã deductionem ſic. natura ex ſe eſt principiũ determinatum ad agẽdum. in diuinis aũt intellectus vñ intellectus, nõ tm̃ videť eſſe principiũ determinatũ ad agendum, ſed etiã natura, vt eſt quodãmodo prior intellectu, quaſi radix, & fundamentum, ſicut eſſentia quælibet videtur eſſe fundamẽtum potentiæ: ergo nõ tantum intellectus, ſed etiã ipſa eſſentia dẽt poni habere rationẽ principij illius, quod eſt natura, vt diſtinguitur cõtra voluntatẽ. Secũdũ dubiũ eſt de iſtis actibus ꝓductiuis, quomodo ſint iſtorũ principiorũ ꝓductiuorũ, quorũ ſunt actus eſſentiales. cũ enim actus diſtinguãt potẽtias. 2. de aĩa. vr̃ ꝙ iſtis potẽtijs, quibus conueniũt actus eſſentiales: nõ cõpetant actus notionales ſiue productiui. Tertio probatio illa nõ vr̃ valere q̃ adduciť ad oſtendẽdũ dualitatẽ in principijs productiuis non poſſe reduci ad vnitatem, nam principiare neceſſario, & principiare contingenter, ſunt oppoſiti modi prĩcipiãdi, & diuerſi: & tamen hæc dualitas reducitur ad vnitatem, & concedo ꝙ illud vnum habet determinate alterum iſtorum duorũ modorum, illũ. ſ. qui eſt perfectior & prior. ita diceret in propoſito ꝙ ad principiũ quod eſt natura, quia illud eſt prius in rõne principiãdi, reduciť volũtas, licet habeat oppoſitum modũ principiãdi. Quarto. Cõtra vltimã propoſitionẽ pꝛ̄dictę deductionis arguo. Quæro. n. vnde ꝓbatur illa propoſitio q̃ dicit ꝙ ſtante vno actu adęquato potentiæ, ipſa nõ põt ſimul habere aliũ: ſi intelligat adæquatũ ſcđm extẽſionem, petitur principiũ: ſi ſcđm intenſionem, vr̃ falſum. nam licet viſio verbi adęqueť potẽtię ĩtellectiuę animę Chriſti: tñ põt noſcere etiã actu elicito aliud intelligibile a ſe, patet ẽt ꝙ Deus nouit ſe notitia adæquata intellectui ſuo ſcđm intẽſionẽ, & tñ nouit alia a ſe. ſi igiť ita eſt de actu adæquato potẽtię operatiuæ ꝙ cõpatiť aliũ, multomagis vr̃ de potẽtia productiua, quia eius productũ vel ꝓductio nõ eſt in potẽtia productiua ſicut operatio eſt in potentia operatiua. Quinto ſic. principium nõ eſt principium inquantũ principiatũ iã intelligitur poſitum eſſe, ſed inquantum eſt prius principiato. vt autem eſt prius principiato, non aliter ſe habet per hoc qđ principiatũ poniť in eſſe: ergo ſi iſto non poſito, poſſet eſſe principiũ alterius, pari rõne vr̃, ꝙ iſto poſito ſimul põt eẽ principiũ alterius, quia iſto poſito, principiũ inquantũ principiũ, hoc eſt inquãtũ prius principiato, nullo mõ aliter ſe hẽt. Solutio iſtarũ duarũ rõnũ vltimarũ, & declaratio rõnis illiꝰ, cõtra q̃ ſiũt, & probatio cõcluſionis ad quã illa rõ adducitur, videlicet ꝙ ſunt tm̃ duę productiones di-

*Quære. i. reportatio num. q. illam. & in quolibeto. q. 2. & in collationibus. & alibi.*

mittantur vſque ad diſt.7.q. illa an poſſent eſſe plures filii in diuinis. Ad primum reſpõdeo ꝙ hoc totũ intellectus habens obiectũ actu intelligibile ſibi preſens,habet rõnẽ memorię ꝑfectę in actu primo, quæ.ſ.eſt ĩmediatũ principiũ act⁹ ſcd̃i & notitiæ genitæ.In hoc aũt prĩcipio,ꝙ eſt memoria concurrunt duo quæ cõſtituũt vnũ principiũ totale, videlicet eſſentia in rõne obiecti,& intellect⁹ vt potẽtia, quorũ vtrũq; ꝑ ſe eſt quaſi ꝑtiale reſpectu prodictionis adęquatæ huic totali principio. Cũ igiť arguiť ꝙ ratio naturæ nõ tantũ competit intellectui: ſed eſſentiæ. Rñdeo, ꝙ totale principiũ includẽs naturã,vt obiectũ, & intellectũ vt potẽtiã habentem obiectũ, ſibi præſẽs eſt principiũ ꝓductiuũ, ꝙ eſt natura, & principiũ cõpletum producendi ꝑ modũ naturæ. Si enim eſſentia vt obiectũ nõ haberet rõnẽ prĩcipii in ꝓductione verbi,quare magis diceretur verbum eſſentiæ quam lapidis ſi ex ſola infinitate intellectus vt principii productiui poſſet ꝓduci verbum infinitum quocũque alio obiecto præſente.

Ad ſecundum dubium, dico ꝙ memoria in patre eſt principium operatiuum patris, quo ſcilicet vt actu primo pater formaliter intelligit, vt in actu ſecundo eſt etiam eadem memoria patri principium productiuum,quo pater exiſtens in actu primo producit, vt in actu ſcd̃o notitiam genitã,& actus prim⁹ prior eſt prioritate originis actu ſcd̃o:non fundatur igitur actus ꝓductiuus ſuper actũ eſſentialẽ qui conſiſtit in actu ſcd̃o, videlicet qui eſt oꝑatio quaſi ſuper rõnẽ formalẽ eliciẽdi illũ actũ ſecũdũ,ſed quodãmõ preexigit illum actũ,quia actus primus, q̃ eſt operatiuus, & ꝓductiuus eſt ratio perficiendi ſuppoſitum in actu ſcd̃o, q̃ eſt operatio ſuppoſiti, in quo eſt quodã ordine prius antequã intelligatur ꝓduci illud quod ꝓducitur: operans enim & producens, per idem principiũ prius eſt operans,quã producens. Exemplum, ſi lucere poneret aliqua operatio ĩ luminoſo, & illuminare poneretur productio luminis a luminoſo, lux in luminoſo eſſet principium quo, & reſpectu operationis quæ eſt lucere, & reſpectu productionis,quę eſt illuminare, nec tamen lucere ꝙ eſt operatio, eſſet ratio formalis illuminationis, quę eſt ꝓductio, ſed eſſet ibi ordo quaſi effectuũ ordinatorũ ad eandem cauſam cõem amborũ,a qua immediatius procedit vnus effectus q̃ alius. Ita in propoſito ad eũdem actum primũ,qui eſt memoria patris ordinem quendam intelligunť habere intelligere ꝙ eſt operatio patris, & dicere ꝙ eſt ꝓducere patris reſpectu notitię genitæ, non talem tñ ordinem ꝙ intelligere patris ſit cauſa,vel principiũ elicitiuũ dicere verbi, ſed quod immediatius ĩtelligere ſit quaſi ꝓductũ a memoria patris,quã dicere,vel quã verbũ ſit productum ab eodem, non igitur eſt ibi talis ordo,qualẽ ponit opinio prior in rõne obiecti præſuppoſiti,vel ratione principii formaliter agẽdi, ſed tñ,ordo prior quaſi ꝓducti ad ꝓductũ, reſpectu eiuſdem principii cõis,ad quaſi productũ,& vere ꝓductũ. Et tũc ad illud ſcd̃i de aĩa ď diſtinctione potẽtiarũ per actus



actus põt dici,ꝙ quaſi ꝓducere, & ꝓducere,sũt actus eiuſdẽ rõnis,ſi.n.illud ꝙ nõ producit ſed quaſi producit, eſſet realiter diſtinctũ a ꝓducẽte, eẽt vere ꝓductũ: igiť ꝙ mõ ſine ꝓductione inſit,tñ virtute principii,ꝙ eſſet productiuũ eius,ſi poſſet diſtingui, & pro tanto dicatur quaſi productum non variat formaliter actum ab alio quo produceretur,ſi eſſet ꝓducibile. Alia reſponſio eſſet de intellectu agẽte,& poſſibili,ſed modo trãſeo, quia non dixi adhuc cui intellectui conuenit producere notitiam, vt principio partiali, hoc dicetur infra,ſed nunc de intellectu indiſtincte locutus ſum.

Ad tertium dico,ꝙ quando duo principia habent modos oppoſitos principiandi, quorum neuter importat aliquam imperfectionem, neuter reducitur ad alterum, vt ad prius natura, licet poſſet ibi eſſe aliqua prioritas,quaſi originis. nunc autem neutrum iſtorũ principiorũ includit aliquam imperfectionẽ, non magis inquantum productiuũ quã inquãtũ oꝑatiuũ.nec ergo vnũ ad alterũ reduceť, vt ad pri⁹ natura, nec ambo ad tertiũ ꝑꝑ idem,quia neutrũ eſt imperfectum, & etiam quia illud tertiũ eſſet prĩcipiũ ſecundũ rõnẽ alterius iſtorũ, q̃a inter iſta nõ eſt medium principiando,& ita ſi ambo reducerentur ad tertiũ,vnum reduceretur ad aliud, & idem ad ſeipſum.

*In aliquibus originalibus iſte quatuor inſtantiæ. ponuntur ſupra ibi tertius articulus & cõtra Hẽ. arguendo.*

CONTRA iſta inſtať, & primo ſic. ĩtelligẽtia eſt in pře ſub ꝓpria rõne ĩtelligẽtię, & ꝓpria ꝑfectio intelligentiæ, vt intelligẽtia eſt verbũ. ergo verbũ eſt in intelligẽtia pr̃is,vt pr̃is eſt,ꝙ eſt negatum. Preterea Aug.15. de tri. ca. 13. verbum eſt viſio de viſione,ergo actualis notitia eſt ratio gignendi verbum.Præterea nõ videť differentia inter memoriam, & intelligentiam in patre, ergo nõ videtur aliud eſſe improbare patrem, vt intelligentiam eſſe principium verbi,& patrem vt memoriam, idem igitur approbas, & improbas. Quarta inſtantia eſt, quare pater iſto actu producit notitiam genitam, & non illo, non videtur ratio. cum vterque ſit actus ſecundus. & principietur virtute eiuſdem actus primi. Ad primum dico, quod pater formaliter eſt memoria, intelligentia,& voluntas. Aug. 15.de tri. cap. 7. ſiue. 15. de paruis. In illa trinitate quis audeat dicere patrem nec ſeipſum, nec filiũ,nec ſpiritũ ſanctũ intelligere, niſi per filium vel diligere, niſi per ſpm̃ ſctm̃,ꝑ ſe autem meminiſſe tantũmodo, vel ſui, vel filii vel ſpiritus ſancti? ſequitur quis hæc in illa trinitate vel opinari, vel affirmare preſumat? ſi enim ſolus ibi filius intelligat, vt intelligentia ſit,& ſibi,& patri,& ſpiritui ſancto,ad illam abſurditatem reditur,quòd pater non ſit ſapiens de ſe, ſed de filio, hæc ille. Intelligit igitur quòd pater formaliter eſt memoria ſibi, intelligentia ſibi, & voluntas ſibi, & in hoc eſt diſſimilitudo inter perſonas,& partes imaginis in nobis, ſecundum ipſum. cum igitur dicitur,pro prius actus intelligentiæ eſt verbũ. nego, immo de ratione verbi eſt ꝙ ſit notitia genita. Dices ſufficit quòd ſit notitia declaratiua. nego. intelligendo per declaratiuum relationem ratio

nis, vt eſt intelligibilis ad intellectum: talis enim relatio eſt notitię declaratiuæ actualis patris qua pater formaliter intelligit, ad notitiam habitualem patris, vt eſt memoria. ita quòd obiectum præſens intellectui patris declaratur æque pfecte per notitiam actualem patris. ſicut per notitiã actualem quę eſt filius. & tamẽ notitia actualis patris nõ eſt verbũ, quia nihil põt eſſe formaliter ĩ patre niſi nõ genitũ. Cũ vero dr̃ de ſecũdo, ꝙ eſt notitia d̄ notitia. Rñdeo, ꝙ ipſemet Aug. exponit ſe 15. de tri. c. 11. ſimillima eſt viſio cogitationis viſioni ſcientię. & eodẽ c. 12. ſiue. 32. de paruis. Tunc enim eſt verbũ ſimilimũ rei notæ, de qua gignitur, & imago eius, quando de viſione ſcientiæ viſio cogitationis exoritur. iſtę conſtructiones ſunt intranſitiuæ, nam ſicut viſio cogitationis nihil aliud eſt, quàm cogitatio. ita viſio ſcientiæ nihil aliud eſt quàm ſcientia. Idẽ eſt igiť dicere de viſione ſciẽtię naſci viſionem cogitationis, ꝙ de ſcientia naſci cogitationem: ſciẽtia aũt eſt forma habitualis perficiens memoriã ſcd̄m eũdẽ. 15. de tri. c. 15. ſiue 38. vbi dr̃. ſi põt eſſe in anima ſciẽtia sẽpiterna, ſempiterna nõ põt eſſe eiuſdẽ ſcientiæ cogitatio. illud sẽpiternũ ſecundũ eũ ptinet ad memoriam, nõ ſempiternũ ad intelligentiam. nihil igitur aliud vult dicere viſionem de viſione, notitiã de notitia, niſi actũ ſecundum, qui eſt viſio, vel cogitatio, in intelligentia naſci de actu primo, qui eſt in memoria, quæ eſt viſio habitualis, vel ſcientia ſecundum eum. Ad tertiam inſtantiam cum dicitur

*Nota hãc ſolutionẽ qua multa tibi loca explicat & ẽt multas authoritates exponit quæ ſunt contra uiam ſcoti.*

de differentia memoriæ, & intelligentiæ, dico ꝙ illi aduerſarii non ponunt differentiam realẽ inter intellectum & voluntatẽ patris, & tamẽ habent cõcedere tantam differentiam, ꝙ alterũ poteſt eſſe principiũ elicitiuum alicuius productionis, cuius alterum non poteſt eſſe principiũ elicitiuum formale: filius enim producitur formaliter per modum naturæ, ſed nõ producitur formaliter per modum voluntatis. igitur licet non differant realiter memoria, & intelligentia patris: eſt tamen tanta differentia inter illa, quod alterum poſſet poni principium elicitiuum alicuius productionis, cuius reliquum non ponatur principium elicitiuum formale, talis differentia patet ſecundum Augu. 15. de tri. cap. 8. & vbi prius. talis eſt enim, ꝙ ſi pater eſſet momorialiter noſcẽs non autem intelligens, non eſſet perfectus ſecundum phyloſophum 12. Metaphyſicæ. non obſtante illa identitate memoriæ ad intelligentiam, ſiue recordationis ad intellectionem.

*Cap. 51.*

Ad quartam inſtantiam dico quòd hęc eſt immediata contingens, calor calefacit, & iſta immediata neceſſaria, calor eſt calefactiuus, quia inter extrema neutrius iſtorum inuenitur aliquod medium, ita dico quod iſta eſt per ſe, operatio inquantum operatio eſt non productiua, quia operationes vt operationes ſunt fines, & perfectiones operantis, productio autem vt productio eſt, non eſt perfectio producentis, ſed habet terminum productum extra eſſentiam producentis, vel ſaltem non includitur formaliter

*9. Met. t. c. 16.*



ter in perſona producẽtis. Quare igiť actus ſecundus, quo pater intelligit, vel operatur formaliter non producit. Reſpondeo, quia illud intelligere ex rõne ſua eſt operari patris, & non eſt producere. productione autem ſiue dictione producit, ſicut aliquid calefactione calefacit formaliter, cuius nõ eſt alia cauſa prior. Quod autem dicis idem eſſe principium iſtorum duorum actuum, non altercando modo de intellectu agente, & poſſibili, poteſt cõcedi, quod ex plenitudine perfectionis poteſt competere alicui, quod operetur & producat aliquid aliud a ſe, magis tamen hoc patebit, quando dicetur ꝙ dicere nõ eſt aliquis actus intelligendi formaliter, eſt tamẽ aliquis actus intellectus, nullus autem actus intelligendi formaliter eſt productiuus, ſed aliquis alius actus formaliter naturaliter pręcedens, vel ſubſequens poteſt eſſe productiuus, qualis eſt actus dicendi.

*Vide clarius infra diſt. 3. 12. & 27. & quolt. qõ. 2. 14. & 15.*

AD PRIMVM Argumẽtũ principale, dico quod Auer. in commento. 46. 8. Phyſicorũ. cuius tex. incipit. vtrum autem vnumquodque, non loquitur expreſſe, niſi de homine, & quo ad hoc contradicit Auicen. ſicut ipſe dicit ibidem: impoſuit autem Auicen. quod poſuerit quòd homo potuerit generari æquiuoce, & tunc concluſio Auer. vera eſt: nihil enim generabile vniuoce poteſt generari æquiuoce, niſi ſit ita imperfectum, quod cauſa æquiuoca ſiue vniuoca ſufficiat ad generationem eius. & ideo imperfecta entia poſſunt generari æquiuoce, & vniuoce: perfecta autẽ

*Quære Auic. 15. de animalibus. & in tra. de diluuijs adhoc.*

non. tamen rationes Auer. videntur concludere non tantum de homine, ſed de quacunque ſpecie naturalium generabiliũ, & ſi hoc intendat, cõcluſio eius eſt falſa, & rationes non concludunt. Quòd concluſio ſua ſit falſa patet per Augu. 3. de trini. c. 4. & 9. & ratio Augu. ibidẽ eſt. quia generatũ per putrefactionem propagat alia iterum propagantia, propagantia autem ſunt vniuoca generatis a ſe, ergo propagata & generata per putrefactionem ſunt vniuoca. quod ſi negat Auerro. aſſumptũ de apibus, & de conſimilibus animalibus, non poteſt negare de plantis, quia ęquiuoce genitæ, hoc eſt, non ex ſemine, poſtea producunt vniuoce ſemen, ex quo generantur plantę alię eiuſdem ſpeciei.

*Al. naturaliter.*

Contradicit etiam ei Augu. in epiſtola ad Deo gratias. Vbi dicit: multa genera animaliũ ſine parentibus ex terra procreãtur, quæ tamen pariunt coeundo ipſa etiam ſibi ſimilia, nec propter diuerſitatem natiuitatis interſit aliud ad naturam eorum, quę procreata ſunt ex terra, & eorum quæ ex illis coeuntibus orta ſunt: ſimiliter enim viuunt, & moriuntť, quamuis diſimiliter nata ſint. Et Ambro. de incarnatione verbi in fi. Sed & ipſemet contradicit ſibi ipſi in alijs locis de hac concluſione, nam de generatione accidentium æquiuoca patet per ipſum ſecundo de cœ. & mun. cõ 42. vbi cõcedit, ꝙ in accidentib. nõ ſemꝑ eſt gñatio ab vniuoco, & ponit exẽplum de calore. patet. n. ꝙ calor gñať ęquiuoce ex motu, & cõcurſu radiorũ, & etiam a calore vniuoce. In

*Scuendel 1. q.*

 ſub-

ſubſtantijs ēt patet, quia ignis generatur ęquiuoce & vniuoce, quod æquiuoce patet. 3. de cę. & mun. & Auer. commen. 56. exigitur ignis a lapide non eſt de capitulo trāſlationis, ſed de capitulo alterationis. hoc eſt non generatur per lationē ſed per alterationem, generatur ēt per motnm localem. ex 12. meta. commen. 18. & primo metheororum de generatione impreſſionum ignitarū. Item patet de animalibus, quod multa generantur æquiuoce. 12. meta. commen. 18. Veſpæ videntur fieri de coporibus equorum mortuorum, & apes de corporibus vaccarum. Quod autē omnia prædicta generata æquoce ſint eiuſdem ſpeciei cum generatis vniuoce. probatur, quia habent operationes eaſdem, & circa eadem obiecta, & ab eiſdem conſeruantur, & ab eiſdem corrumpuntur, eoſdem enim habent motus, ſiue quantum ad ſurſum, ſiue quantum ad deorſum, ſiue quantum ad motum progreſſiuum, & eadem organa motus ꝓgreſſiui, ex vnitate autem motus concludit Ariſt. 1. de cę. & mun. vnitatem naturæ. & Comentatot ibidem commen. 8. Motus vnus non prouenit niſi ex vnitate naturæ, habent etiam hæc, & illa membra eiuſdem ſpeciei, & mēbra leonis non differunt a mēbris cerui, niſi quia anima differr ab anima. primo de anima. & generaliter quæcunque media poſſunt concludere vnitatē ſpecificam, ſiue ſumpta ex accidentibus ſiue ſumpta ex operibus concludunt propoſitū, de vniuocatione generatorum ſic, & ſic. in vnitate ſpecifica. Contradicit etiam ſibi magiſter ſuus. 7. Meta. vbi vult quod ſicut aliqua eadem fiunt ab arte, & a caſu. quando principium eſt ſimile in materia illi, quod eſſet principium morus factionis, ſi idem fieret ab arte, ita vult ꝙ q̄dam naturalia fiunt a natura, & a caſu, & quædam non. & ibidem Auer. & incipit tex. Ergo ſicut dictū eſt. vult ibi quod illa poſſunt generari ſine ſemine æquiuoce, in quorum materia poteſt induci virtute cęleſti aliqua virtus ſimilis virtuti ſeminis in propagatis, patet igitur multipliciter oppoſitū concluſionis Auer. ſi generaliter & vniuerſaliter intelligatur. Rationes etiam ſuæ non concludunt. Ad primam reſpondeo, quod materia ſecundum Philoſophum. 1. Phyſicorum. & 5. Meta. eſt ex qua fit res cū inſit, additur cum inſit, ad differentiā oppoſiti, ex quo tranſmutato & corrupto fit res, non autem ineſt rei factæ. ſi ergo accipit ꝙ forma eiuſdem rōnis eſt materiæ eiuſdem rationis, proprie loquendo de materia, quæ eſt pars rei inexiſtens, concedo, ſed ſi accipiat materiam pro oppoſito, ex quo corrupto generaꝰ oppoſitum, nego. ignis enim eiuſdem ſpeciei generaꝰ ſiue extra corrupta, ſiue ex aere corrupto, in propagatis autē, & putrefactis eſt materia eiuſdē rationis primo modo, ſed non ſecundo modo. Ad ſecundum dico. ꝙ non dr̄ aliquid fieri raro, vel vt in pluribus, quia ipſum in ſe contingat frequenter, vel raro. frequentius enim lapis cadens frangit caput, quā luna eclipſetur, ſed iſta differentia dēt intelligi per comparationem

*Doctrina ſubtiliſſima.*

*T. c. 8.*

*Com. 13.*

*T. c. 22. 23. & 31*

*Com. 31. Quære quemadmodū in ſylogiſmis.*

*T. c. 81. T. com. 2. & 4.*



rationē alicuius effectus ad ſuā cām, & dr̄ ille effectus eueniēs in maiori parte, qui habet cām determinatam ad ſuum euentum, q̄ vt in plurib. producit effectū. Raro dr̄ euenire, qn̄ non habet certā cām determinatā ad ſuum euentū, ſed tm̄ prouenit ex aliqua cā ordinata ad alium effectum, impedita tn̄ ab illo effectu, ad quem ordinaꝰ, & tn̄ ex tali impeditione prouenit iſtud raro, accipiꝰ etiam raro, vel vt in pluribus, prout diſiungit intra oppoſita contradictoria, non prout inter diſparata diſiungit. Cum igitur arguitur. generabile hoc ſi generatur æquiuoce, vel non ex ſemine. aut igitur ex neceſſitate, aut in pluribus, vel raro ex neceſſitate concedo, quod non. aut ergo ſit maiori parte, vel raro. concedo quod in maiori parte comparando ad cauſam determinatā, & etiam vt eſt diſiunctio inter contradictoria cōparando. ſ. effectum ęquiuocū ad cām æquiuocā, ſub diſiunctione ad cōtradictoria, licet rariꝰ eueniat hoc ꝙ gn̄reꝰ non ex ſemine, q̄ ꝙ generet ex ſemine, vt videlicet cōparanꝰ adinuicē duo diſparata. Qđ aūt primo modo eueniat vt in pluribus, probatur. ita enim per ſe eſt ſol cā ordinata ad generandum non ex ſemine. ſicut propagans eſt cauſa ordinata ad generandum illud ex ſemine. Si inſtatur hic. quod ſi ſecūdo modo raro euenit, ergo a caſu, non ſequitur, & tamē ita arguit vlterius de cauſualitate, prout caſualia dicūtur illa quæ eueniunt tantum ex cauſa alterius effectus impedita, & ideo vt dicit caſualia ſunt monſtruoſa, & nō perfecta in aliqua ſpē, quia proprie loquendo caſualia non eueniunt ab aliqua cā ordinata, ſed cā ordinata ad productionē alterius impedita producit caſuale. Cum arguitur tertio de motu & termino. Reſpondeo, ꝙ iſta propoſitio, motuum differētium ſpē ſunt termini ſpē differentes, nō eſt immediata, ſed dependet ex alijs duabus. Prima eſt. motuū differentiū ſpē ſunt, fluxus differētes ſpē, vel formæ ſecūdū quas ſunt fluxus, differunt ſpē. Secūda eſt. forma fluens, vel forma ſecundū q̄ eſt fluxus eſt eiuſdē rōnis cū forma terminātе, vbi aūt altera iſtarū duarū eſt falſa, ꝓpoſitio aſſumpta eſt falſa. ita eſt in propoſito, ꝙ forma inducta per productionē cuiuſmodi eſt eſſentia, non eſt eiuſdem rōnis cū forma, q̄ eſt fluens, vel ſecūdū q̄ eſt fluxus. cuiuſmodi eſt productio.

Qđ aūt ſit falſa, qn̄ alterū illorū eſt falſum, patet, quia idē vbi pōt acquiri ꝑ motū circularē, & rectū, q ēt motus ſunt alterius ſpeciei, & incōparabiles ſecūdū Phi. 7. Phyſi. hoc aūt eſt, quia forma, q̄ eſt terminus fluxus nō hēt diſtinctionē ſpecificā, ſicut illa forma q̄ eſt fluens, vel ſecūdū quā eſt fluxus. Qualitercunq; ſit de exēplo, forſan oportet ibi exponere Phi. & tenere ꝙ vbi fluens ſecundū circulū & lineā rectā ſint eiuſdē rōnis, inquātū vbi fluens. licet rectū & circulare, q̄ accidūt lineæ ſiue magnitudini, ſuꝑ quā mouenꝰ, non ſint eiuſdē rōnis, & iō quo ad illa fit motus incōparabilis, non aūt quo ad vbi, & vbi fluens per ſe, & ideo nec quo ad motus per ſe, ſaltem illud ad quod hoc exēplum adduci-

*Hæc intelligere pro notitia Phi. 2. Phyſico. de caſualibus & fortuitis effectibus. t. c. 4. 5. & inde.*

*Al. diſperata.*

*T. c. 111*

 duci-

ducitur, verum eſt, quod forma fluente exiſtente alterius rationis a forma terminante, non oportet ex diſtinctione motuũ diſtinctionem concludere terminorum: in propoſito autem productio eſt alterius rationis ab eſſentia terminante, vt a termino formali accepto ꝑ eam, quia productio eſt relatio, eſſentia ad ſe, & ideo pluralitas productionum non concludit diſtinctionem formalem terminorum ipſarum. *Al. formaliter.* Sed adhuc vr̃ remanere difficultas iſtorũ argumentorum Auer. licet enim eadem natura poſſit communicari vniuoce, & æquiuoce, non tamen ab aliquo eiuſdem ſpeciei, ſed ab indiuiduo vnius ſpeciei, tantum vniuoce communicatur. æquiuoce autem a cauſa ſuperiore. *Inſtantia ſubtilis.* natura autem diuina non communicatur ab aliqua cauſa ſuperiore, ſed tantũ ab aliquo in eadem natura. ergo videtur quod natura illa nõ habeat communicationem niſi vnius rationis. Reſpondeo, *Cauſa notabilis cõmunicationis naturæ.* natura creata non poteſt communicari niſi cõmunicatione vnius rationis a ſuppoſito illiꝰ naturæ, & ratio eſt, qꝛ effectus non excedit cauſam. effectus autem communicatus tali ſuppoſito eſt natura. ergo oportet ꝙ principium communicandi ſit natura: quia nihil perfectius ipſa natura eſt in tali ſuppoſito communicante, nec aliquid æque perfectum natura. natura autem eſt principium communicatiuum vnius rationis. ergo ſuppoſito agenti virtute naturę competit communicatio tantũ vnius rationis. Oppoſitum eſt in propoſito, quia ſuppoſitum iſtius naturæ põt habere principia alterius rationis in producendo, quorũ vtrunq; ſit æque perfectum cum natura, & ideo vtrunq; põt eſſe principiũ cõicandi naturam, & ita hic poteſt eſſe duplex cõicatio ab illis ſuppoſitis, q̃ ſunt huius naturæ. *2. ſen. diſ. 16.* Si inſtet hic. ꝙ duplex eſt principium operandi in nobis. ſ. intellectus & voluntas, æque perfectum ipſi naturæ, quia idẽ formę ſecundum vnam opinionẽ de potentijs animæ. Reſpondeo. Vlterior rõ eſt eius quod ſupponitur hic de duplici principio communicandi naturam in diuinis, nõ aũt in creaturis. & poteſt eſſe talis. Licet in nobis ſit duplex principium operatiuũ voluntas, & intellectus, & ambo ſint perfecta, & poſſint habere perfectas operationes ſibi adæquatas in rõne operationis, nõ tñ hñt operationes adæquatas ſibi ineſſe, hoc eſt licet ꝑ intellectum noſtrũ poſſimus hr̃e intellectionẽ ita perfectã, ſicut aliqua põt naturæ noſtræ cõpetere, non tñ intellectio iſta erit perfectum ens vt natura, quia intellectio adęquata intellectui, vt potentiæ, vel obiecto in ratione operationis, non eſt adæquata intellectui, vel obiecto ineſſe. Intellectus igitur & voluntas in creatura, & ſi ſint principia producendi operationes adæquatas ſibi in ratione operationis, non tamen ineſſe, & per conſequens multo magis nec realiter adæquatas naturæ cuius ſunt intellectus, & voluntas. Ita poteſt argui de quibuſcunque principijs productiuis in creaturis, quorum diſtinctio ſtat in eodem ſuppoſito alicuius naturæ. in diuinis autem quia principium operatiuum



tiuum non tantum æquat̃ naturæ in ratione principij operatiui, ſed etiam in eſſendo, operatio ēt ęquat̃ principio operatiuo, & hoc in eſſendo. & ꝑ conſequens ęquat̃ naturæ. ſimiliter ergo, qꝛ principiũ productiuũ æquat̃ naturæ in eſſendo, & iõ ꝑ ipſum põt cõicari terminus formalis productionis adęquatus ſibi & naturę in eſſendo.

AD ARGVMENTA q̃ probant, ꝙ non ſunt tm̃ in Deo duo principia productiua. Cum primo argui t̃ de natura & intellectu, ꝙ ſunt duo principia productiua diſtincta ꝑ Philoſophũ 2. Phy. Rñdeo, ꝙ Philoſophus parũ locutus eſt de volũtate vt diſtinguit̃ contra intellectũ, ſed cõiter in rõne principij actiui coniunxit intellectũ ad volũtatẽ, & iõ in ſcđo Phyſicorũ, vbi *90. com. 49.* diſtinguit iſta principia actiua in naturã, & intellectũ, non dẽt intelligi, vt intellectus diſtinguit̃ contra voluntatẽ, vt patebit ſtatim. ſic enim cõcurrit cũ voluntate cõſtituendo idẽ principium reſpectum artificialiũ. Hoc patebit rñdendo ad inſtantiã Philoſophi de 9. Meta. Ad q̃. dico ꝙ intellectus cõparatur ad ſuã naturam, & ad ſuam propriã operationẽ, cuius eſt principiũ elicitiuũ, & productiuũ aliquo mõ, & cõparat̃ ad operationes aliarũ potentiarũ reſpectu quarũ eſt potentia directiua, vel regulatiua. Si primo modo accipiat̃, dico ꝙ eſt mere natura & in eliciendo, & in producendo. quemcunq; enim actũ intelligendi producit cum obiecto pręſente in memoria, mere naturaliter producit, & quamcunq; operationẽ operat̃, mere naturaliter operat̃: voluntas autem reſpectu operationis proprię, vt productiua habet oppoſitum modũ producẽdi, & hoc ſatis apparet ꝑ Philoſophũ. 9. Met. c. 4. *T. c. 10.* vbi tractat qũo potẽtia rõnalis, & irrationalis reducuntur ad actũ, & arguit ꝙ potentia rõnalis, quæ ex ſe eſt ad oppoſita non poteſt ex ſe exire in actũ, tunc enim ſimul exiret in oppoſita, quia ſimul eſt oppoſitorum. & ex hoc concludit ꝙ pręter illam potentiã rõnalem, oportet ponere illã potentiam rõnalẽ determinatiuam per q̃. determinet̃, & illa determinata põt exire in actũ. & ex hoc ſeqtur ꝙ intellectus, ſi eſt oppoſitorum, ſic eſt oppoſitorũ per modum naturę, ꝙ quantum eſt de ſe neceſſario eſt oppoſitorũ. nec põt ſe determinare ad alterum illorum, ſed requirit alterũ determinans, quod libere põt exire in alterum oppoſitorũ, hoc eſt appetitus, ſecundũ eundem, vel pro hęreſis. Exemplum. Sol *Vbi ſupra.* hẽt virtutẽ producendi oppoſita. ſ. liquefactionẽ: & coagulationẽ. vnde ſi eſſent duo paſſa approximata, quorũ alterũ eſſet liquefactibile, & alterũ coagulabile, ſol de neceſſitate naturæ haberet elicere illos duos actus in illis, & ſi idem eſſet approximatum, quod ſimul natum eſſet recipere oppoſita iſta. ſol de neceſſitate ſimul produceret oppoſita, vel neutrum: eſt ergo potentia ſolis mere naturalis, licet oppoſitorum, quia eſt illorum mere ex ſe ita quod non poteſt determinare, ſe ad alterum tantum. talis potentia eſt intellectus, vt intellectus eſt præciſe reſpectu oppoſitorum intellectorum, & non eſt in aliqua determinatio ad alterum

alterum tantum illorum, & nõ ad reliquum niſi quatenus voluntas cõcurrit. Philoſophus autem cõmuniter loquitur de intellectu, ſecundũ ꝙ cũ volũtate cõſtituit vnũ principiũ reſpectu artificialiũ, & nõ vt eſt naturaliter elicitiuus ſuę operationis, & ideo eſt ꝗđ aliqñ contra naturã diſtinguit intellectũ, aliqñ artẽ, aliqñ propoſitũ, idẽ intelligẽs ꝑ oĩa. Cũ vltimo dr̃ de volũtate, ꝙ eſt principiũ reſpectu creaturarũ, dico, ꝙ per prius naturaliter volũtas Dei ẽ principiũ productiuũ alicuius ꝓducti ſibi adæquati q̃ ſit productiuum non adæquati, adæquatũ infinito eſt infinitũ, & ita creatura eſt ſecundariũ volitum, & productum a voluntate Dei.

*De qui hic vide primadiſ. 2.q.1.*

AD SECVNDAM quæſtionem cum quæritur de trinitate perſonarum in diuinis. Reſpondeo, ꝙ ſunt tantum tres ꝑſonæ in eſſentia diuina. Quod probatur ſic. Sunt tantum duæ productæ, & tãtum vna improducta. ergo tantum tres ſunt ꝑſonæ. Circa primam propoſitionem probo primo ꝙ ſint duæ productæ. ſecundo quòd nõ plures. Ad probandum, ꝙ ſunt duę perſonæ productæ. primo probo, ꝙ eſt aliqua perſona producta actu intellectus, & hoc ſic. Intellectus vt eſt perfecta memoria. i. habens obiectũ actu intelligibile ſibi pręſens per aliquem actũ ſui, eſt productiuus termini adęquati. ſ. infiniti. ex præcedenti quęſtione. nihil autẽ ſeipſum producit. primo de tri. ergo quod producitur actu intellectus aliquo modo diſtinguitur a producente. eſſentialiter non diſtinguitur, quia eſſentia diuina, & quæcunque eſſentialis perfectio intrinſeca ſibi, eſt indiſtinguibilis ex. q. de vnitate Dei. igitur diſtinguitur perſonaliter productum a producente. ergo eſt aliqua perſona producta actu intellectus. Conſimiliter arguitur de producto actu voluntatis. Quod autẽ perſona producta actu iſto, & illo ſit alia, & alia. probo. quia nõ poteſt eadem perſona produci duabus productionibus totalibus ſufficiẽtibus. hæc aũt productio alia eſt ab illa. ex quæſtione p̃cedenti. ergo hac & illa nõ ꝓducit̃ eadẽ ꝑſona: ſed duę. ꝓbatio maioris, ſi idẽ ꝓduceretur duabus productionibus totalibus, vtraque acciperet eſſe ſufficienter. ſed ſi ſufficienter acciperet eſſe a producente hac productione, haberet ſuum eſſe perfecte, nulla alia productione poſita. igitur non poteſt accipere eſſe per aliã productionẽ, quia tunc nõ eſſet ſine illa. Vlterius ꝙ non poſſunt eſſe plures ꝑſonę productę, q̃ iſtæ duæ probo ſic, nõ poſſunt eſſe plures ꝓductiones ad intra. quod aliqualiter ſuadebatur in q. præcedẽti, ſed differebatur vſq; ad diſt. 7. finaliter declarandum.

Hoc igitur ſit certum nunc. ꝙ tantũ ſunt duæ productiones ad intra. nulla aũt iſtarũ poteſt terminari niſi ad vnã ꝑſonam, qa ꝑſona ꝓducta ẽ termin⁹ adęquatus illi ꝓductioni, ergo &c.

*Hen. qu li. 6. q. 1.*

Nunc reſtat probare ꝙ vna tãtum ſit non producta. vbi dicit vnus doctor ꝙ illud oſtenditur, ſicut oſtenditur vnitas Dei. hoc etiam probat per Hyl. c. 5. de ſynodis. Vbi vult ꝙ q dicit duos innaſcibiles, cõfitet̃ duos Deos.

Item articu. 55. q. 2. vbi arguit ad oppoſitum, innaſcibilitates



litates eſſent eiuſdem rationis, & plures proprietates eiuſdem rationis in eadem natura ſingulari. ſ. deitate, quod eſt impoſſibile, ſiue fuerint abſolute ſiue relatiue, patet in creaturis. Item perſona improducta eſt primum principium. ergo non plura prima principia. Item in ſolutione facit arg. Ric. 5. trini. ca. 4. prima non ab alia eſt potens per eſſentiam, quia habet in ſe omne poſſe. Ad primũ negationes eiuſdem rationis ſunt tot in iſto, quot ſunt poſitiua eiuſdem. Innaſcibilitas eſt negatio. aliter relationes plures in eodem. 3. lib. diſt. 3 Ad ſecundũ nunc tres perſonæ ſunt vnum principium omnium aliorum. Ad tertium, omne poſſe eſt reſpectu cuiuſcunque poſſibilis. nec põt iſta ratio colorari, ſicut colorat̃ de omni potentia. q. de vnitate dei, patet, quare nõ &c.

Præterea arguit ſic. plura ſuppoſita abſoluta non poſſunt eſſe in hac natura, qa natura non eſt ĩ pluribus ſuppoſitis abſolutis ſine diuiſione naturæ: erunt igitur plura ſuppoſita relatiua. aut igitur relatione mutua inter ſe, aut ad alia, ſed ſi plura eſſent ſuppoſita non producta, nõ diſtinguerentur relatiue ad alia ſuppoſita, quia non relatione ad alia ſuppoſita producentia, quia nulla ſunt ex hypotheſi, nec ad producta, quia ad illa haberent relationem eãdem, ſicut modo pater & filius habent eandem relationẽ ſpirationis actiuę ad ſpiritum ſanctum, ergo relatione inter ſe diſtinguerentur, & hoc relatione originis, quod eſt propoſitum. Contra. iſtę probationes non videntur ſufficientes. prima non: quia vnitas Dei probat̃ ex hoc ꝙ diuina infinitas non diuiditur in plures eſſentias, non autẽ ita manifeſtũ eſt, ꝙ ratio ingeniti vel innaſcibilis nõ ſit in pluribus ſuppoſitis. tum quia ratio innaſcibilis non dicit aliquam perfectionem ſimpliciter, ex qua perfectione ſimpliciter poſſit concludi vnitas innaſcibilis, ſicut ex ꝑfectione infinita concluditur vnitas diuinæ eſſentiæ. Similiter auctoritas Hylarij quam adducit. dicit ꝙ ita eſt. non tamen probat eſſe ita. & cũ accipit in ratione ſua, ꝙ plures perſonę abſolute non poſſunt eſſe in eadem natura, qualiter eſt hoc notius cõcluſione. quę enim poneret plures ꝑſonas ingenitas, non diceret eas formaliter conſtitui aliquibus relationibus, ergo accipere contra eũ: ꝙ nõ pñt eſſe plures perſonę abſolutę, vr̃ non accipere manifeſtius concluſione. Cũ vltra dr̃, ꝙ non diſtinguuntur relationibus inter ſe, qa hoc non eſſet niſi ꝑ relationes originis. hanc conſequentiam oportet ꝓbare. conceſſo enim illo. ꝙ non ſit diſtinctio niſi per relationes originis, cito haberetur propoſitum. Aliter perſuadeo concluſionem intentam ſic: quicquid poteſt eſſe in pluribus ſuppoſitis. & non determinatur ad certum numerũ ſuppoſitorũ per aliud a ſe, quãtũ eſt de ſe, pñt eſſe in infinitis, & ſi eſt neceſſe eſſe, eſt in infinitis: qa quicquid põt ibi eſſe, eſt: ſed ingenitũ, ſi poteſt eſſe in pluribus ſuppoſitis, nõ determinat̃ ad aliquo in quot ſuppoſitis ſit, quia determinari ab alio ad eſſe in ſuppoſito, vel in ſuppoſitis, eſt cõtra rõnẽ ingeniti. igit̃ de rõne ſua poteſt

*Quia in æternis actus & potentia ſimul ſunt 3. phy. 32.*

poteſt eſſe in infinitis. & ſi pōt eſſe, eſt. qa eſſe ingenitū eſt ex ſe neceſſe eſſe. Cōſequēs eſt impoſſibile. ergo illud ex quo ſeqtur. Secundo ſic. nunq̃ pluralitas ponēda eſt ſine neceſſitate: nulla aūt neceſſitas nec ad ſe, nec ad extra cogit plures eſſe innaſcibiles, ergo eſt tantū vnus. Tertio qa eſſentia vna actu exiſtēs, nō vr̃ ex ſe immediate habere plures modos eſſendi, oppoſitū ſequitur: ſi plura eſſent ſuppoſita ingenita, nō aūt ſeqtur mō, quia eſſentia diuina nō habet plures modos eſſendi immediate ſine productione, ſed tm̃ vnū modum eſſendi ſine ꝓductione, & alios duos mediantibus productionibus.

AD ARGVMENTA principalia. Ad primū cum arguitur, ęque nobiles ſunt, ergo tot. fallacia eſt figuræ dictionis, commutando quale in quot. Et ratio defectus conſequentiæ eſt iſta. non enim eſt propter nobilitatem, vel ignobilitatem relationis, vel rationis principij, vel principiati, ꝙ multiplicetur, vel non multiplicetur: ſed de ratione principij eſt vnitas: licet in principiatis poſſit eſſe pluralitas: quia ſemꝑ eſt reductio pluralitatis ad vnitatē: & ideo ſtantæ æquali nobilitate poteſt eſſe multiplicatio, vel diſtinctio in relationibus productorum, licet non in relationibus producentium a ſe. Alia eſt reſpōſio, quia licet ibi quælibet relatio vnius rationis ſit de ſe, hęc tamen a pluribus relationibus ꝓductiui poteſt forſan abſtrahi vnū cōmune, puta productiuū. & ita pluribus relationibus ꝓducti poteſt abſtrahi vnum cōmune, puta productum. & ſi igitur eſt vna relatio in communi, ſi eſt cōmune abſtrahibile: quæ dicitur in communi relatio perſonæ producentis: ſunt tamen duæ relationes producētibꝰ ſic, & ſic. ſicut duę correſpōdentes eis, producti ſic & ſic. Ad ſecundam rationem concedo, ꝙ relationibus ex parte producentium, vel productiui correſpondent relationes ex parte ꝓductorum, & tot. ſed non ſequitur ſi relationes producti diſtinguūt ſic, vt ſint in diſtinctis ſuppoſitis, ergo & relationes ꝓducētis. cuius ratio aſſignatur. qa relationes producti poſſunt diſtingui propter diſtinctas rationes producendi, quę ſunt in producente. licet ſit idem ſuppoſitum producens: ſicut productio artificialis & naturalis diſtinguuntur per principia productiua. ſ. per artem & naturam, licet iſta concurrant in eodem ſuppoſito: relationes autē producti non poſſunt ita concurrere in eodem ſuppoſito, & vna ꝑſona, ſed ſunt diſtinctę perſonaliter: quia productum eſt per ſe ſubſiſtens & ſuppoſitum. Alia ratio patet ex ſuperiori ratione in ſolutione quęſtionis: quia nō poteſt idem produci duabus ꝓductionibus totalibus, licet idē poſſit producere duabus productionibus totalibus, & ideo relationes producti non plurificātur in eodē, licet relationes producentis poſſint plurificari. Ad tertium. potentia finita non poteſt habere ſimul duos terminos adæquatos in produci, licet poſſit habere vnum in produci, & alium in producto eſſe. potentia autem infinita habet terminum ſuum intra ſe ſemper in ꝓduci. & iſte eſt adęquatus.

& ideo non poteſt habere plures terminos.



AD PRIMAM quæſtionem dico. quòd ſimul ſtant vnitas eſſentiæ. & pluralitas perſonarum, quod apparet ex ſolutione quæſtionis præcedētis, quia ſimul eſt ibi pluralitas cū iſta vnitate. Ad hoc autem aliqualiter declarandum notandum eſt. quòd ſicut repugnantia repugnant ex ſuis proprijs rationibus, ita non repugnātia ſiue compoſſibilitas eſt ex proprijs rationibus compoſſibiliū. Ad videndum autem iſtam cōpoſſibilitatē, videnda eſt ratio extremorum. ſ. naturæ, & ſuppoſiti. Vbi notandum ꝙ natura non ſe habet ad ſuppoſitum, ſicut vniuerſale ad ſingulare, quia in accidentibus inuenitur ſingularitas ſine rōne ſuppoſiti: in ſubſtantia etiam: noſtra enim natura athoma aſſumpta eſt a verbo ſecundum Dam. Non tamen ſuppoſitum noſtræ naturæ: neque ſe hēt natura ad ſuppoſitum, ſicut quo, ad quod. nam cuicunque quo, correſpondet proprium quod, vel quis & ita ſicut natura eſt quo, ita habet proprium quod, vel quis quod non contrahitur ad ſuppoſitum, & ſicut ſuppoſitum eſt quod, vel quis: ita habet ſuū quo, proprium, quo ſubſiſtit, & tamen ſuppoſitum concomitanter de neceſſitate eſt ſingulare. & etiam nō poteſt eſſe quo, reſpectu alterius: quia eſt ſubſiſtens non potens eſſe actus alicuius ſubſiſtentis, conſiſtit ergo ratio ſuppoſiti in duplici incommunicabilitate. Vbi ſciendum ꝙ cōmunicabile dr̃ aliquid, vel per identitatem: ita ꝙ illud cui cōmunicatur ſit ipſum: vel ꝑ informationē ita ꝙ illud cui cōmunicatur ſit ipſo, non ipſum. primo mō vniuerſale communicatur ſingulari. & ſcđo modo forma materiæ natura igit̃ quęcūque, & quantū eſt ex ſe: & de ratione naturæ eſt communicabilis vtroque mō. videlicet pluribus ſuppoſitis, quorum quodlibet ſit ipſum, & etiā vt quo, tanquam forma qua ſingulare, vel ſuppoſitum ſit ens quiditatiue, vel habēs naturam. Suppoſitum autem eſt incommunicabile duplici incommunicabilitate ſibi oppoſita. Ex his declaratur propoſitum, & primo ſic. nam quæcunque eſt cōmunicabilis pluribus per identitatem, igitur natura diuina eſt cōmunicabilis: hoc ēt patet ex q̃ſtione ꝓpoſita, nō eſt aūt diuiſibilis ex q̃ſtione de vnitate Dei, igitur cōicabilis ſine diuiſione, Hoc etiam arguitur ſic. natura diuina, & quicquid ineſt naturę, vt natura eſt: eſt ꝑfectio ſimpliciter, omnis ꝑfectio ſimpliciter eſt communicabilis pluribus, ergo &c, minorem probo, perfectio ſimpliciter eſt q̃ melius eſt ipſum eſſe, quàm non ipſum. Anſel. mono. c. 15. quod ſic intelligitur, ꝙ perfectio ſimpliciter eſt melius quocunque ſibi incompoſſibili in quolibet ſuppoſito abſolute conſiderato, hoc eſt non determinando in qua natura ſit illud ſubſiſtens. Sed ſi natura diuina determinaret ſe ad ſubſiſtentiam incommunicabilem, ipſa in nullo eſſet melior quocunque ſibi incompoſſibili, niſi in illa ſubſiſtentia, ad quam ſe determinaret, quia cuilibet alij ſubſiſtētiæ eſſet incōpoſſibilis: igitur

*Doctrina ſubtiliſſima ex intentione philoſophi*

*Sic in originali doctoris.*

igitur non eſſet perfectio ſimpliciter. Item perfectio ſimpliciter eſt quantum eſt ex ſe quolibet ſibi incompoſſibili melior cuilibet ſuppoſito, abſolute ſũpto ſecundum rationem ſuppoſiti, natura diuina nõ eſt ſic melior hypoſtaſi, igitur &c.

Minorem probo, ipſa ex ſe determinat ſibi vnicam ſubſiſtẽtiam, igitur ipſa in ſe eſt incommunicabilis cuilibet alteri ſubſiſtentiæ ẽt præciſe acceptæ, vt eſt ſubſiſtentia altera, non conſiderando. ſ. ꝙ ſit in altera natura, & vltra, igitur ipſa ex ſe non eſt melior alteri, vt eſt altera ſubſiſtentia. Probatur prima conſequentia, quia ſicut ex ſe determinat ſibi vnicum, ita repugnat ſibi quodlibet alterum incompoſſibile illi, ex hypoteſi, natura diuina determinat ſic, non tantum ſubſiſtentiam, qua ſit in vna natura, quia cum hoc ſtaret trinitas, ſed ſubſiſtẽtiam hanc vnicam, & vt hanc in ratione ſubſiſtentiæ non conſiderando tantum, quia in hac natura. Secunda conſequẽtia probatur, quia ſicut eſt incompoſſibile huic, ita non eſt melius huic, quàm quodcunque ſibi incompoſſibile.

✻ Hoc etiam arguitur ex parte rationis ſuppoſiti, quia ei ſuppoſitum de ratione ſui eſt incommunicabile ſimpliciter, & ideo ratio ſuppoſiti, non eſt perfectio ſimpliciter modo prædicto, non oportet illam rationẽ includere quamlibet rationem entis per identitatem, & ita poteſt ſtare alia rõ diſtincta ſuppoſiti, ſi autẽ poſſunt ſtare duæ rõnes diſtinctæ ſuppoſiti, igitur & duo ſuppoſita diſtincta, etiã ſine diuiſione naturæ, ergo &c.

*al. hoc ſecundo propoſitũ declaratur.*

Hoc propoſitum, quarto ſic declaratur ex infinitate. quæ eſt conditio naturæ, & hoc ſic, forma quæ eſt aliquo modo illimitata in perficiendo materiã ſine ſui diſtinctione, & extẽſione qualicunque poteſt perficere plures partes materiæ. Exemplum, anima intellectiua quæ non eſt limitata ad perficiendũ hanc partem corporis organici ſine ſui diuiſione, & extenſione qualicunque vel per ſe, vel per accidens poteſt perficere aliam partem corporis organici. iſta enim proprietas, videlicet ꝙ forma non diſtinguatur, & tñ perficiat plures partes corporis, vel materiæ non competit aĩæ ratione imperfectionis, quia ipſa ponitur forma perfectiſſima inter omnes formas naturales: omnes autem aliæ formæ imperfectiores carent iſto gradu in perficiendo, omnes enim limitantur ad perficiendum, nec perficiunt plures partes materiæ ſine extenſione per accidẽs, ex hoc arguo ſic. ſi talis vnitas ſit cum pluralitate, & non ex imperfectione illius, quod eſt vnum. igitur ſubtracto omni eo ꝙ eſt imperfectionis, ex vtraque parte poteſt ſtare perfecta vnitas cum pluralitate, ſed ꝙ anima perficiat materiã hoc eſt imperfectionis in ea, ꝙ etiam illa plura perfecta ſint partes eiuſdem totius, hoc etiã eſt imperfectionis. Si igitur tollatur ab anima hoc ꝙ eſt perficere materiam, & a pluribus illis diſtinctis, hoc quod eſt eſſe partes vnius totius, remanebit forma habens perfectam vnitatem, ſed non informans materiã, ſed dans totale eſſe, & hoc pluribus diſtinctis, quæ non erunt

*Speculatio ſubtiliſſima pluribus applicanda.*



erunt partes vnius totius: ſed erunt per ſe ſubſiſtentes, & tũc erit vna natura dans totale eſſe pluribus ſuppoſitis diſtinctis: ergo eſſentia diuina quæ eſt penitus illimitata, a qua aufertur quicquid eſt imperfectionis, poteſt dare totale eſſe pluribus ſuppoſitis diſtinctis.

SED HIC reſtat vlterior difficultas, non enim videt̃ intelligibile, ꝙ eſſentia non plurificetur & ſuppoſita ſint plura, niſi aliqua diſtinctio ponatur inter rõnem eſſentiæ & rationẽ ſuppoſiti, & ideo ad ſaluandum iſtam compoſſibilitatem prędictam oportet videre de illa diſtinctione. Et dico ſine aſſertione, & præiudicio ſententiæ melioris, ꝙ ratio qua formaliter ſuppoſitum eſt incommunicabile, & ratio eſſentiæ, vt eſſentia, habent aliquam diſtinctionem præcedentem omnem actum intellectus creati, & increati. Et probo ſic. primũ ſuppoſitum habet realiter entitatem communicabilẽ, alioquin non poſſet eã cõicare. hẽt etiam realiter entitatem incõmunicabilem, alioquin nõ eſſet poſitiue & in entitate reali ſuppoſitum. Et intelligo ſic realiter: ꝙ nullo mõ per actũ intellectus conſiderantis: immo ꝙ talis entitas eſſet ibi: ſi nullus intellectus conſideraret, & ſic eſſe ibi ſi nullus intellectus cõſideraret: dico eſſe ante omnẽ actum intellectus, non eſt autẽ aliqua entitas ante oẽm actum intellectus. Ita ꝙ non per actũ intellectus ſic eſt illa entitas cõicabilis. Et alia entitas ſic eſt per ſe incommunicabilis: ita. ſ. ꝙ ſibi contradicat cõicari ante actum intellectus: & hic eſt ꝙ non præciſe per intelligere eſt aliqua diſtinctio inter hãc entitatem: & illam, ergo &c. Si dicas ꝙ ante omnem actum intellectus patris, non eſt aliqua diſtinctio, ſed eſt entitas omnino vnius & eiuſdem rationis. Contra, igitur entitatem iſtam vnius rationis totam communicat pater, & ita nullam entitatem poſitiuam in ſe habet pater, quam non communicat filio, ergo communicat ei paternitatem ſicut eſſentiam. Secũdo arguitur ſic. diſtinctio vna in intellectu eſt penes diuerſũ modũ concipiendi idem obiectũ formale, & hoc ſiue concipiendo grammatice, vt homo, & hominis, ſiue logice, vt hõ, & humanitatis. Alia maior diſtinctio eſt in intellectu, concipiendo duob⁹ actibus duo obiecta formalia, & hoc ſiue illis correſpondeant diuerſæ res, vt intelligendo hominem & aſinum, ſiue vna res extra, vt intelligendo colorem & diſgregatiuum. Ex hoc arguo ſic. pater intelligens ſe in illo primo ſigno originis, aut intelligit eſſentiam & a. proprietatem, vt diuerſa obiecta formalia: aut preciſe, vt idẽ obiectũ ſub alio & alio modo concipiendi: ſecũdo modo non, quia tunc nõ eſſet maior differẽtia inter Deũ, & relationem, q̃ concipiendo Deum & deitatem, & ita nõ cõciperet. a. proprietatem magis incõicabilem, q̃ deitatem incõmunicabilem: nam homo non eſt incommunicabilis ſi humanitas eſt communicabilis, nec econuerſo. Ita in propoſito ſimiliter tunc non magis eſſet intellectus patris in eſſentia diuina beatus, q̃ in. a. quæ dicitur pro-

prie-

*Reſponſio aduerſariorum dura ceruicis. Confutatio efficaſſima.*

*Hic decipitur Burliſer in ſuis formalitatibus opinatus diſtinctionẽ ex natura rei non dari aliam a formali.*

prietas patris, nec magis in a.
quàm in proprietate filii, & ita
in duobus obiectis vt in proprie
tatibus patris & filii primo eſ-
ſet beatus. Et ſi detur primus
modus ꝙ paternus intellectus
habeat eſſentiam, & a. tanquã
duo obiecta formalia, tunc ar-
guo ſic. intellectus ille nihil in
telligit, niſi intuitiue, qa vt pa-
tebit diſt. 3. q. 3. omnis intelle-
ctio abſtractiua, & non intuiti-
ua eſt aliquo modo imperfe-
cta: cognitio autẽ intuitiua eſt
obiecti, vt obiectũ eſt præſens
in exiſtentia actuali, & hoc in
ſe, vel in alio eminenter conti-
nente totã entitatẽ ipſius, ergo
quæ cognoſcuntur intuitiue, vt
obiecta fòrmalia diſtincta: vel
vnum eminenter continetur in
alio, vel vtrunque ſecundũ pro-
priam exiſtentiam terminat a-
ctũ, vt eſt eius: nihil aũt intrin-
ſecum perſonæ diuinæ proprie
continetur in aliquo eminen-
ter: quia tũc eſſet ens per parti-
cipationẽ illius cõtinentis, igĩt
quæcunque intrinſeca ſunt di-
uerſa obiecta formalia intuibi
lia ſecundũ propriũ exiſtentiã
actualẽ terminant intuitionẽ
vt obiecta, & ita habent aliquã
diſtinctionẽ, ante actũ intelli-
gendi. Si dicas ꝙ eſſentia de ſe
facit vnũ cõceptum in intelle-
ctu patris, ſed circa illã põt in-
tellectus paternus facere diuer-
ſas rões, & preciſe ſecũdo mo
do diſtinguuntur, eſſentia & a.
in intellectu pr̃no, & nõ primo
mõ. Cõtra: quicquid intellect⁹
cauſat ſine actione obiecti cir-
ca obiectũ, preciſe hoc eſt virtu
te ꝓpria intellectus (& hoc lo
quẽdo de obiecto, vt hẽt eſſe co
gnitũ in intellectu præciſe, &
de intellectu, vt cõſiderãs eſt) il
lud eſt p̃ciſe relatio rõnis: nũc
aũt illa rõ quã facit eſſentia de
ſe, patet ꝙ eſt abſoluta, aliter
nõ beatificaret intellectũ pr̃is,
ergo p̃ter iſtã rõnẽ abſolutam,
nulla eſt alia in re añ actũ in-
tellectus, aliàs haberet ꝓpoſi-
tũ, nulla ẽt eſt alia p re in intel
lectu pr̃is, niſi p actũ intellect⁹
negociãtis, & nõ p impreſſionẽ
factã ab obiecto, qa non impri
mit p te, niſi vnũ cõceptũ, ergo
quęlibet rõ alia a rõne abſolu-
tę eſſentiæ, erit p̃ciſe relatio rõ-
nis: ergo ꝓprietas pr̃is, q̃ eſt in-
cõicabilis, erit relatio rõnis, qđ
eſt incõueniens. Secũdo opor-
tet videre qualis ſit iſta dr̃ia,
quæ ponĩt præcedere oẽm actũ
intellectus. Dico ꝙ tã in rebus,
q̃ in intellectu, dr̃ia maior ma-
nifeſta eſt, & ex illa frequenter
cõcluditur differentia minor,
quæ eſt ĩmanifeſta: ſicut ex dif-
ferẽtia creaturarũ cõcludĩt dif-
ferentia idearũ in intellectu di
uino, ſicut patet p Aug. 83. qõ-
num. q. 46. in re aũt manifeſta
eſt diſtinctio rerum, & hæc du-
plex, ſuppoſitorũ. ſ. & naturarũ,
in intellectu manifeſta eſt dr̃ia
duplex, modorũ. ſ. cõcipiẽdi, &
obiectorũ formalium. Ex his
concluditur differentia hic in-
tenta quæ eſt immanifeſta, &
nimirum, quia minima eſt di-
ſtinctio in ſuo ordine, ideſt in-
ter omnes, quæ præcedunt in-
tellectionem, concluditur autẽ
ex differentia reali ſic: diſtin-
ctio diuinorum ſuppoſitorum
eſt realis, cum igitur nõ poſſit
idem, eodẽ formaliter conueni
re realiter, & differre realiter,
concluditur aliqua differentia
eſſentiæ: in qua ſuppoſita con-
ueniũt, ab illis rationibus qui-
bus ſuppoſita diſtinguuntur.

*Hanc literã ponderabis propter notitiã intuitiuã Dei reſpectu rerũ oĩm creabiliũ ab eterno ante ipſarum.*

*Nã ſi eſt oĩno idem require hoc tantũ principiũ identitatis in re, & nõ diſtinctionis & illud tãtũ principium diſtinctionis in re, & non identitatis.*





Similiter ex differẽtia obiecto-
rũ formaliũ quorum neutrum
cõtinet in aliquo eminenter, &
hoc in intellectu intuitiue cõſi
derãte, cõcludĩt aliqua dr̃ia añ
actũ intellectus eorũ quę cogno
ſcuntur intuitiue. Sed nũquid
hæc diſtinctio dicet realis? Re-
ſpõdeo, nõ ẽ ꝓprie realis actua
lis intelligẽdo, ſicut cõiter dici
tur realis actualis illa quæ eſt
differentia rerum & in actu, qa
in vna pſona nõ eſt aliqua dif-
ferentia rerum propter ſimpli-
citatem diuinam; & ſicut nõ eſt
realis actualis, ita non eſt rea-
lis potentialis, quia nihil eſt
ibi in potentia quod non eſt in
actu. poteſt autem vocari dif-
ferentia rationis, ſicut dicit do
ctor quidam, non quod ratio
accipiatur pro differentia for-
mata ab intellectu, ſed vt ratio
accipitur pro quiditate, ſecun-
dum quòd quiditas eſt obiectũ
intellectus: vel alio modo, po-
teſt vocari differentia virtua-
lis. quia illud quod habet talẽ
diſtinctionem in ſe non habet
rem, & rem, ſed eſt vna res ha-
bens virtualiter ſiue eminen-
ter quaſi duas realitates, quia
vtrique realitati, vt eſt in illa
re, competit illud proprium qđ
ineſt tali realitati, ac ſi ipſa eſ-
ſet res diſtincta: ita enim hæc
realitas diſtinguit, & illa non
diſtinguit, ſicut ſi iſta eſſet vna
res, & illa alia. Vel vt propriiſ-
ſime dicatur, ſicut poſſumus
inuenire multos gradus in vni-
tate. In primo minima vni-
tas eſt vnitas aggregationis.
In ſecundo gradu eſt vnitas or-
dinis, quæ aliquid addit ſu-
pra vnitatem aggregationis. In
tertio eſt vnitas per accidens,
vbi vltra ordinem eſt infor-
matio, licet accidentalis vnius
ab altero eorum quæ ſunt ſic
vnum. In quarto eſt vnitas per
ſe compoſiti ex principiis eſ-
ſentialibus per ſe actu, & per
ſe potentia. In quinto eſt vni-
tas ſimplicitatis, quæ eſt vere
idẽtitas, quicquid enim eſt ibi,
eſt realiter idem cuilibet, &
non tantum eſt vnum illi vni-
tate vnionis, ſicut in aliis mo-
dis, ita adhuc vltra omnes eſt
identitas formalis. Voco au-
tem identitatem formalem vbi
illud, quod dicitur ſic idem in
cludit illud, cui ſic eſt idem in
ratione ſua formali, & per con
ſequens per ſe primo modo, in
propoſito autẽ eſſentia non in-
cludit in ratione ſua formali
proprietatẽ ſuppoſiti, nec econ
uerſo, & ideo poteſt concedi
quòd ante omnem actum in-
tellectus eſt realitas eſſentiæ,
quæ eſt communicabilis & rea
litas ſuppoſiti qua ſuppoſitum
eſt incommunicabile, & ante
actum intellectus hæc realitas
formaliter non eſt illa, vel non
eſt eadem formaliter illi, ſicut
prius expoſitũ eſt, quid eſt for-
maliter eſſe idem. Nunquid igi
tur debet concedi aliqua diſtin
ctio? Reſpondeo melius eſt vti
iſta negatiua. hoc nõ eſt forma-
liter idem, quã hoc eſt ſic, & ſic
diſtinctum. Sed nõne ſequitur
a. & b. nõ ſunt idẽ formaliter,
ergo ſunt formaliter diſtincta.
Rñdeo, ꝙ nõ oportet ſequi, qa
formalitas in antecedẽte negãt,
& in cõſequẽte affirmatur. Bre
uiter igitur dico omittendo il-
la verba de diſtinctione rõnis,
& de diſtinctione virtuali, non
quia ſint male dicta, ſed qa nõ
oportet eis vti, dico ꝙ in eſſen-
tia diuina ante actum intelle-

*Var. li 1. diſ. 3. q. 2. Ton. li 1. di. 5. q. 1.*

ctus eſt entitas. a. & eſt entitas. b. & hęc nō ē formaliter illa, ita ꝙ intellectus pr̄nus cōſiderās. a. & cōſiderās b. habet ex natura rei, vnde iſta compoſitio ſit vera .a. non formaliter b. non autem pręciſe ex aliquo actu intellectus circa. a. & .b. Iſta differentia manifeſtatur per exempla: primo ſi ponat̄ albedo ſpecies ſimplex non habens in ſe duas naturas, eſt tamen in albedine aliquid realiter, vnde habet rationem coloris, & aliquid vnde habet rationem differentiæ, & hæc realitas formaliter non eſt illa realitas, nec econuerſo formaliter, immo vna eſt extra realitatem alterius formaliter loquendo, ſicut ſi eſſent duæ res: licet modo per identitatem iſtæ duæ realitates ſint vna res. Hoc exemplū, licet aliqualiter ſit ſimile ad propoſitum quātum ad hoc ſcilicet quòd identitas realis non neceſſario concludit identitatem formalem cuiuslibet, quòd eſt in ſubiecto eodem ad quodlibet, quod eſt in ipſo: non tamen eſt omnino ſimile, quia aliqua compoſitio eſt in albedine licet non rei & rei. tamen talis qualis non conceditur in Deo propter non identitatem formalem: vbi autem nō identitas formalis aliquorum in eodem requirat aliquam compoſitionem, & potentialitatem: & vbi non, dicet̄ diſ.8. q. de attributis, & in queſtione illa. an Deus ſit in genere. Poſſet etiā

Quaeſt. 3. poni exemplū de toto quantitatiuo, ſubtrahendo illa quę ſunt imperfectionis, & ponendo illa quæ ſunt perfectionis, ſed in pluribus eſſet diſſimile quam ſimile, ideo omittatur. Iſta autem diſtinctio, ſiue non formalis identitas, quæ probata eſt prius per duas vel tres rōnes, poteſt etiam probari per duas: vel tres auctoritates Augu.7. de tri. cap. 1. vel. 6. Omnis eſſentia quæ relatiue dicitur, eſt aliquid excepto relatiuo, & cap. 3. ſi pater non eſt aliquid ad ſe, non eſt omnino, qui relatiue dicatur ad aliquid. Eſt igitur eſſentia in re, ad ſe, & non ad aliquid, & in re pater inquantum pater relatiue dicitur, non eſt aūt formaliter eadem entitas ad ſe, & nō ad ſe, igitur &c. Item in eodem. cap. 2. vel. 12. non eo verbū, quo ſapiētia, quia verbū nō ad ſe dicitur, ſed tantū relatiue ad eum, cuius verbū dr̄ ſicut filius ad patrem: ſapientia vero eo quo eſſentia. Intelligit ergo Aug. quod ſicut pater non, eo quo eſt pater, eſt ſapientia & eſſentia. ita non eodem eſt pater & deus. Et ex hoc concluditur cap. 14. de minoribus, quapropter non quia pater non eſt filius, & filius non eſt pater, aut ille ingenitus, ille autem genitus, ideo non eſt vna eſſentia: quia his noībus relatiua eorū oſtenduntur, vterque autem ſimul vna ſapiētia, & vna eſſentia; eſt igitur ſecundum ipſum talis nō identitas relationis ad abſolutum in diuinis, ꝙ ſi vnū erit quo reſpectu alicuius, alterum non erit quo reſpectu eiuſdem: eſſe autem quo conuenit alicui ſecundum eius rationem formalem, ergo vnum eorū nō eſt de rōne formali alterius, ſed extra eam, & ꝑ conſequens non eſt idē formaliter alteri, qa ſic ſupra expoſita eſt rō eius, quod eſt non eſſe formaliter idem. Idem ibidem. cap.8. & 31. Iam ſubſtan



ſubſtantia non erit ſubſtantia, quia relatiuum erit. & ſequitur abſurdum eſt, vt ſubſtantia relatiue dicatur, deduc igitur, & econuerſo eſt abſurdum. hic po

Bona. vbi ſupra. teſt introduci illud dictum doctoris illius in diuinis de duplici prædicatione formali videlicet, & per identitatem, quod bene exponit iſta via. Et tamen ex hoc non ſequitur ſimpliciter diuerſitas, vel non identitas realis eſſentiæ, & relationis, non enim illud quo pater eſt pater eſt aliud ab eſſentia, ſed idem ſecundum Augu. 11. lib. de ciuitate Dei cap. 10. Ideo ſimplex dicitur Deus, quoniam quod habet, hoc eſt. excepto ꝙ relatiue quęcunque perſona ad alteram dicitur, nec eſt ipſa: ſicut pater habet filium, & non eſt filius, ſed quicquid habet pater in ſe, ad quod per conſequens non dicitur relatiue, illud eſt ipſe, vera identitate licet non formali.

AD PRIMVM argumētum principale, dico ꝙ maior ſic eſt intelligenda, quæcunque aliqua identitate ſunt eadem alicui, illa tali identitate inter ſe ſic ſunt eadem, quia non pōt concludi aliqua identitas extremorum inter ſe, niſi ſecundum illam identitatem, qua ſunt eadem medio, & medium in ſe ſic ſit idem. & per hanc propoſitionem ſic intellectā, tenet omnis forma ſyllogiſtica. omiſſa enim altera conditione, vel vnitatis medii in ſe, vel extremorum ad medium, non eſt ſyllogiſmus, ſed paralogiſmus accidētis cum accipitur in minori, quod quicquid eſt in eſſentia diuina eſt idem illi eſſentiæ. non eſt verum, intelligendo de identitate formali, & ideo non poteſt concludi formalis identitas extremorum inter ſe. quandiu autem ſtat formalis diſtinctio relationum ſuppoſiti, ſtat formalis diſtinctio ſuppoſitorum. Et ſi dicas, quòd ſaltem ex idētitate reali eorum ad eſſentiam, concludam identitatem realem eorum inter ſe. dico, ꝙ eſſentia nō habet identitatem talem vnicā ſcilicet ſubſiſtentiæ, prout perſonæ, vel perſonalia vt extrema vniuntur in eſſentia, & ideo nō poteſt concludi identitas ſubſiſtentis vel ſubſiſtentiæ per rationem identitatis eorum in eſſentia, vt in medio. Per hoc patet 1. Trier.

ad talia ſophiſmata, hic Deus eſt pater, filius eſt hic Deus, ergo filius eſt pater, quod confirmatur, quia medio exiſtente hoc aliquid, neceſſe eſt extrema coniungi. Reſpondeo, ꝙ ſicut in creaturis commune ſe habet vt quale quid, ſingulare vt hoc aliqd ita hæc eſſentia cōmunis perſonis, habet rationem qualis cuius, & perſona habet rationem huius alicuius, medium ergo hic eſt quale quid, & nō hoc aliquid: concluditur autem identitas extremorum in concluſione, ac ſi medium fuiſſet hoc aliqd. Similiter ibi uidetur eſſe fallacia accidentis, & conſequentis quia ly, Deus, accipitur in præmiſſis ꝑ alio, & alio ſuppoſito: & ſimiliter fallacia eſt figuræ dictionis cōmutando quale quid in hoc aliquid. Alia reſponſio. vbi vnitas medii eſt illimitata reſpectu vnitatis extremorum. Exemplum vnitatis, & quantitatis limitatis, quæ ſunt ſimul: ſecundum vbi, & quando cum illimitato ſic, vel ſic: non tamē ſunt ſic ſimul īter ſe. Aliud exēplum familiarius de anima intel-

tellectiua, & de hac parte carnis & illa, hæc reſpõſio euadit, quã do idem illimitatũ eſt cum quo vel in quo: non quando hoc eſt hoc, niſi deficiat medio vnitas requiſita in ſe. Sic dicit reſponſio logica, quæ hic intra habet̃.

✻ Quod ſi arguas. deitas eſt pater, filius eſt deitas, ergo & cęt. Reſpondeo. licet, deitas non ſupponat pro alio ſuppoſito in maiori, & in minori: tamen eſt ibi fallacia figuræ dictionis, cõmutando quale quid in hoc aliquid: nihil autem aliud eſt ſic commutare: quàm ex vi illationis interpretari ilud habere rationem huius alicuius, quod habet rationẽ qualis cuius; ita ſic inferens ſuppoſitum de ſuppoſito interpretatur medium commune, eſſe idẽ ſcd̃m rõnem exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ ꝙ falsũ eſt. Quod ſi ſaltem arguas. extrema realiter eſſe idem inter ſe, quia etiam in medio ſunt idem. Concedo, quod poteſt inferri identitas eſſentialis, non formalis, vel ſuppoſitiua. & ideo non debet inferri: quòd filius eſt pater · quia ibi denotatur ex vi illationis, & ſermonis identitas formalis, vel hypoſtatica, ſed ſic debet inferri. filius eſt idem cum eo, quod eſt pater: vel filius eſt id, quod eſt pater. Quod ſi adhuc cõfirmetur illa maior argumenti principalis per hoc: ꝙ negare eam videtur deſtruere primum principium, ponendo .ſ. affirmationem & negationem eſſe ueras de eodẽ. Reſpondeo de aliquo habente veram identitatẽ, ſed non tantũ vnicam realitatem formalem, neceſſe eſt idem ratione vnius realitatis vere prædicari formaliter de illa realitate, & de alia realitate formali formaliter non prędicari, ſicut albedo ratione alicuius realitatis, quam habet in ſe, conuenit cum nigredine, & ratione alterius nõ realiter cõuenit, ſed differt: nec affirmatio & negatio de eodem rõne eiuſdẽ realitatis formaliter dicuntur: ita hoc, pater rõne eſſentię eſt idẽ quiditatiue filio, & rõne ꝓprietatis nõ eſt idẽ formaliter, nec hypoſtatice filio, nec dicunt̃ affirmatio, & negatio de eodem reſpectu eiuſdem. Et licet daretur affirmatio & negatio eiuſdem identitatis de eodem, non tamen ratione eiuſdem prędicati, puta ſi dicat̃, ꝙ pater nõ eſt idẽ quiditatiue filio rõne paternitatis, ſed ratione eſſentię. Si cõtra hoc arguas ꝙ affirmatio differt ab affirmatione, cuius vnius negatio dicit̃ de alia, vel ſtat cum alia, quia neutrũ eſt uerũ de affirmatione cõtradicẽte illi negationi, ergo ſi deitas ſtat cũ nõ paternitate, puta in alia ꝑſona, ſcilicet filij, ipſa deitas differt a paternitate quæ nunquã ſtat in eodem cũ non paternitate. Rñdeo, maior poſſet concedi de non idẽtitate formali: vel de non adequata: quia vnum illorũ non determinatur ad alterum, ex quo ſtat cũ eius oppoſito. vel ſub aliis verbis, de nõ identitate cõuertibili & præciſa: ſed ſi maior accipiat diſtinctionẽ realem. ſimpliciter neganda eſt, ſicut patet in albedine. accipiendo propriã realitatem: vnde ſumitur genus: illi ex ſe nõ repugnat dr̃ia oppoſita ſcilicet nigredinis. tñ realitati vnde ſumitur dr̃ia ſpecifica albedinis, dr̃ia nigredinis repugnat: & iſta reſpõſio debet intelligi, quantum ad ſecundã partẽ

maioris



maioris, quę dicit ꝙ altera affirmatio ſtat cum negatione, ſed prima pars maioris, quę accipit negationem de affirmatione dici, poſſet illa maior cõcedi, quo ad illam partem, ſi intelligatur dici neceſſario, & vniuerſaliter, & ꝑ rõnẽ propriã huius, de quo dr̃, & hoc qñ cõtradictio illa de qua eſt ſermo, eſt realis ſiue rei ad nõ rẽ, nõ aũt rõnis ad nõ rõnẽ: nã tũc nõ ſequit̃ niſi diſtinctio rõnis affirmationis ab affirmatione. Applicando primã partẽ maioris, vt vera eſt, ad ꝓpoſitũ, ſequit̃ ꝙ filius realiter diſtinguit̃ a patre. nõ aũt ſecundũ ꝙ De⁹, vel deitas, qa de Deo nõ dr̃ nõ pr̃ neceſſario, & vniuerſaliter, nec ꝑ rõnẽ ſubiecti, licet ſecũdũ aliquos dicat̃ particulariter, rõne ſuppoſiti illius ſubiecti. Qđ ſi arguas, illud quo pr̃ diſtinguit̃ a filio, ſit .a. a. inq̃tũ .a. aut ẽ idẽ eſsẽtię aut aliud. aliud hoc eſt incõueniẽs. ſi inq̃tũ .a. eſt idẽ, igit̃ inquãtũ diſtinguit eſt idẽ, & ꝑ conſequens eſſentia diſtinguit. Rñdeo & dico. ꝙ nec verũ eſt .a. inq̃tũ .a. eſt idẽ eſſentiæ, nec a. inq̃tũ. a. eſt aliud ab eſſentia, & hoc intelligendo illud, qđ ſequit̃ reduplicationẽ, inq̃tũ, accipi ſecundũ rõnẽ ſuã formalẽ, & cũ hoc ẽt eſſe rõnẽ formalẽ inhęrentię p̃dicati, ſicut diſtinxi ſuperius in talibus ſermonibus in q̃one de vnitate obiecti fruibilis, hoc ẽt patet in exẽplo: hõ .n. & nõ hõ ſunt oppoſita immediata, & tñ formaliter de aliquo cũ reduplicatione neutrũ dr̃. ſicut album, nec inquantũ albũ eſt hõ, nec nec inquantũ albũ eſt non hõ. Et ſi dicas idem, & aliud circa ens ſunt immediate oppoſita. Dico, ꝙ non ſequit̃ ſunt immediate oppoſita. ergo alterũ p̃dicat̃ de quolibet. cũ inquantum, ita ꝙ rõ ſubiecti ſit formalis rõ inhærentiæ alterius partis contradictionis, ſed ſufficit ꝙ alterum cõtradictoriorũ vere inſit cuilibet ſubiecto, licet non per ſe ratione ſubiecti. Si autem accipiatur ly, inquantum, primo modo, vt tantum notat .a. accipi ſecundum ſuam rationẽ formalem. dico ꝙ .a. quocunque modo formaliter acceptum, eſt idem eſſentię, licet non ſit formaliter idem eſſentiæ, ſed tunc non ſequitur a. formaliter acceptum eſt idem eſſentiæ. a. formaliter diſtinguit, ergo eſſentia diſtinguit, ſed eſt fallacia figuræ dictionis, cõmutando hic aliquid, in quale quid Si adhuc inſtes, quia .a. inquantum a. eſt ens, vel res. quæro quæ res, vel quod ens. ſi eſſentia habet̃ propoſitum: ſi res, & non eſſentia, ergo alia res. Reſpondeo. concedo ꝙ eſt ens, & res. & hoc vtroque modo accipiendo ly, inquãtum, quia ſi aliquid p̃dicatũ ꝑ ſe primo mõ ineſt alicui, inerit ſibi eodẽ mõ per ſe, ſiue illud ſubiectũ ſit res diſtincta a quocunq;, qđ eſt extra rõnem eius: ſiue contineat̃ ꝑ identitatẽ in aliquo, qđ eſt extra rõnẽ eius: cõtinentia .n. talis non tollit rõnem formalẽ, nec ea q̃ inſunt primo modo per ſe. Sed cum quęris, quod ens. Dico ꝙ ens qđ eſt. a. ſicut ſi ſubſtãtia eſt per ſe ens, ſi quæras quod ens, deſcendendo ſub ente, eſt per ſe ſubſtãtia non aliud. Vltra, ſi quæras eſt ne per ſe eſſentia, dictum eſt quod non. Si infers, ergo eſt alia res, fallacia eſt conſequentis. nõ eſt per ſe hęc res, & eſt ꝑ ſe res. ergo eſt alia res,

*Diſcuſſio doctrinalis excludẽ do ſophiſticas inſtantias.*

*di. 1. q 2. ſoluendo. 3. principale.*

*10. Metha. 1. c. 12.*

*De nota reduplicationis vide ſubtiliſſime. 3. q. 4.*

 quia

quia in antecedente negat̃ per ſe identitas, & in conſequente identitas ſimpliciter ſumpta, & ita deſtruitur antecedens. Si obijcit̃ eſt per ſe res & non ꝑ ſe eſſentia. ergo ꝑ ſe alia res. & vltra, ergo alia re probat̃ conſequẽtia. nam circa ens idẽ, & aliud ſunt immediate oppoſita. ergo ſi eſt per ſe alia res: eſt ꝑ ſe res eadẽ eſſentiæ, & ita ꝑ ſe eſſentia, vel per ſe alia res. ſecũda conſequentia probat̃, quia ꝑ ſe non eſt determinatio diſtrahẽs. Præterea probat̃ prima conſequentia, & eſt ad principale. ſi n. eſt ꝑ ſe res, aut ꝑ ſe res, q̄ eſt eſſentia. aut ꝑ ſe res, q̄ nõ eſt eſſentia. ſi eſt ꝑ ſe res, q̄ eſt eſſentia. ergo eſt ꝑ ſe eſſentia. ſi eſt ꝑ ſe res, q̄ nõ eſt eſſentia, ergo eſt per ſe res alia ab eſſentia. Præterea tertio. eſſentia eſt ꝑ ſe res, & proprietas eſt ꝑ ſe res, & non ſunt ꝑ ſe eadẽ res, ergo ſunt per ſe duæ res, & ita vtrunq; eſt ꝑ ſe res alia ab altera. Ad primũ, licet poſſet cõcluſio primi argumẽti diſtingui, ꝙ ibi eſſet alietas perſeitatis, vel perſeitas alietatis, & primo mõ negaret̃ ly, ꝑ ſe, ꝑ negationẽ incluſam in alietate, ſcđo mõ affirmaret̃, q̄a p̄cederet vim negationis, & ꝑ cõſequẽs primo mõ cõcluſio primę conſequentię cõcederet̃, ſed tũc ſcđa cõſequentia peccaret ſecũdum cõſequens a deſtructione antecedẽtis: ſcđo mõ prima cõſequentia peccaret ſecundũ cõſequens. Tñ quia nõ vr̃ bñ logice dictum, ꝙ negatio ſi qua includat̃ in alietate: poſſet aliq̄d attingere p̄ter terminũ reſpectus, & formã in qua, vel ſecundum quã notat̃ eſſe alietas· nec vr̃ bñ logice dictũ, ꝙ ly, per ſe, q̄d dicit modũ inhærentiæ, & ꝑ conſequens determinat cõpoſitionẽ, poſſit negari ꝑ negationem aliquã in p̄dicato. Iõ põt dici aliter, ꝙ in cõſequente primæ conſequentię, tm̃ põt haberi de vi ſermonis vnus ſenſus ſ. ꝙ hoc p̄dicatũ, eſſe rem aliã ab eſſentia ꝑ ſe inſit proprietati, & iſte ſenſus eſt falſus, quia ſic bene ſequitur falſum illud, quod infertur in ſecunda conſequentia. ideo ſimpliciter nego primã cõſequentiã, cũ duæ propoſitiones in antecedente ſint vere, & conſequens falſum. Ad ꝓbationẽ cõſequentię dico. ꝙ idẽ & diuerſum nõ ſunt immediata circa quodcũq; p̄dicatũ, vt ꝑ ſe dictũ de ſubiecto, immo nec contradictoria ſic ſunt immediata: nec. n. hõ per ſe eſt albus, nec per ſe eſt nõ albus: tñ inter contradictoria abſolute ſumpta, vel abſolute dicta de quocunque, non eſt medium, ita ſi proprietas eſt res, eſt res eadem vel alia: verum eſt quod eadem: ſed tunc non valet conſequentia, ꝙ ſit per ſe eadẽ, vel alia. Ad ſecundum. antecedens poteſt diſtingui ſecundum compoſitionẽ, & diuiſionem, & in ſenſu cõpoſitionis, neutrũ dandũ eſt. ſicut. n. non eſt dandũ ꝙ ſit per ſe eſſentia· vel per ſe non eſſentia: ita nec alterum membrũ illius diſiunctiuæ cũ accipitur in ſenſu compoſitionis: nec ex hoc negantur ambo contradictoria: quia ſi accipias de incomplexis, habetur quod neutrum illorum dr̃ per ſe de ſubiecto: hoc concedo. Si vis habere contradictoria complexa, dico, ꝙ erunt iſta: aut proprietas eſt per ſe res, quæ eſt eſſentia: aut non eſt ꝑ ſe res, q̄ eſt eſſentia: & hęc negatiua eſt vera, ſed

*al. aliud*

non



non infert̃: ergo eſt ꝑ ſe res, quę non eſt eſſentia: ſicut nõ ſequitur: hõ non eſt ꝑ ſe albus, igitur ꝑ ſe eſt non albus. In ſenſu diuiſionis danda eſt affirmatiua pars diſiũctiuæ. ſ. proprietas eſt per ſe res, q̄ eſt eſſentia, ſed non ſequit̃ vltra: ergo eſt ꝑ ſe eſſentia: q̄a ex identitate reali infert̃ identitas formalis, nam antecedens in ſenſu diuiſionis, tm̃ notat identitatem realem, per ly, quæ eſt· Aliter poteſt diſtingui antecedens p̄dictũ, vt ꝑ implicationẽ illã, quæ eſt: intelligat̃ inhęrentia formalis, vel tm̃ idẽtica. primo modo neutra pars eſt danda: quia neutrũ oppoſitorũ ꝑ ſe ineſt illi rei, q̄ ꝑ ſe dr̃ de proprietate: ſecundo modo eſt danda pars affirmatiua, ſed non ſequit̃ vlterius propoſitum ꝑꝑ poſitionẽ conſequentis. Hęc ſecunda diſtinctio, non hr̃ ex vi ſermonis: quia illa compoſitio implicata non determinat̃ ꝑ aliquid, q̄d notet eã dicere formalẽ inhærentiã, ſed tm̃ identicã. Prima diſtinctio hr̃ ex vi ſermonis, & licet ly, q̄ eſt, non notet in ſenſu compoſitionis formalẽ inhærentiã, tñ ex vnitate extremi, vbi eſt quaſi ſpecificatiua & determinatiua conſtructio, habet eſſentiam denotari per ſe ineſſe ſubiecto.

*Al. denominare.*

*Additio aliorum.*

Ad tertium patet. Dr̃ ꝙ nec ꝑ ſe ſunt eædem res, nec per ſe duę res. ſed bene amoto illo ſincathegoremate, ſcilicet ly, per ſe, affirmatiua eſt vera, ſcilicet ſunt eadem res. Ad ſecundum principale. dico ꝙ accidentale, aut accipitur pro extraneo, aut accipitur pro eo, quod quaſi perficit aliq̄d accidentaliter, quod præexiſtit in ſe perfectum: ſi ſecundo modo, dico ꝙ non omne ens, omni enti quo eſt, eſt eſſentiale, vel accidentale: eſt enim medium inter eſſentiale, & accidentale, vel contrahens ſicut differentia cõtrahit genus, quæ nec eſt eſſentiale nec accidentale, accipiendo hoc modo: & ſic in diuinis nihil eſt accidentale, ſed præter eſſentiam, eſt aliq̄d non eſſentiale. Si autem accipitur accidentale primo modo, quicquid non eſt de rõne eius formali. ſed extraneum, licet non proprie ſic dicatur accidentale: ſic differentia eſſet accidẽtalis reſpectu generis, & hoc modo accipit Philoſophus accidentale pro extraneo in fallacia accidentis: ſic poteſt dici accidentale alicui quicquid eſt ei extraneum, vt illud comparatur ad aliquod tertium, & iſto modo non eſt inconueniens diſtinctiua perſonarum accidere eſſentiæ, quia ſunt extra rationem eius. Ad tertium dico, ꝙ ſi in maiori per illud, ſi, intelligatur conditio poſſibilis, maior eſt vera, & minor falſa, nulla enim poſitione poſſibili poſita poteſt deeſſe ſecunda perſona in diuinis: quin ſummum bonum & ſumma perfectio deeſſet, ſi ipſa deeſſet. Et ſi probes, quod ſi illa deeſſet, ſumma perfectio eſſet in patre. Dico, quod ſi illa deeſſet, ſumma perfectio deeſſet, & ſi illa deeſſet, & pater non deeſſet, ſumma ꝑfectio adeſſet, & ita ipſam deeſſe, & patrem eſſe includit contradictionem. Si autem in maiori per ly, ſi, ponatur poſitio incompoſſibilis. Dico ꝙ maior eſt falſa. illud enim ponendum eſt in ſummo bono, quod non poteſt poni non eſſe, ſine poſitione incompoſſibilis. Ad

*Primo elẽcorum.*



vlti-

vltimum dico, quod illa ratio
de neceſſe eſſe, debet ſic intelli-
gi: quicquid eſt ex ſe neceſſe eſ
ſe, habet ex ſe eſſe actualiſſi-
mum, ita quod per nihil quale
cunque aliud a ſe, expectat ali-
quam actualitatem eſſendi, &
ideo ex ſe eſt indiuiſibile, quia
ſi poſſet diuidi, tunc ab illis per
quæ diuideretur expectaret ali
quam actualitatem eſſendi, q̃
haberet in illis diuiſis, & opor-
teret illa diſtinguentia neceſſe
eſſe. quod eſſent formaliter ne
ceſſitates eſſendi, quia eſſent vl
timæ actualitates, & neceſſita-
tes in illis diuerſis neceſſe eſſe,
ſine quibus illa non haberent
actualiſſimam entitatem, quia
diuiſibile non habet actualiſſi-
mam entitatem, ſiue exiſtentiā
actualiſſimam, antequam in-
telligatur in aliquib⁹ illorum,
in qua diuiditur. Et per hoc te
net illa ratio ſuperius poſita in
quæſtione de vnitate Dei ex ra-
tione neceſſe eſſe, q̃ tacta fuit
quæſtione prima huius ſecun-
dæ diſt. quod neceſſe eſſe nō di-
uiditur in plura. quia. a. & b. ſi
non eſſent formaliter neceſſi-
tates eſſendi, antequam etiam
*Al. intelligeretur.*
intelligerentur in aliquo illo-
rum, in quibus neceſſe eſſe di-
uiditur, cum ſint vltimæ actua
litates, ſine quibus illa actuali-
tas cōis non eſſet neceſſe eſſe, re
quireret aliquo modo aliquid
aliud a ſe, per qđ eſſet. Sed hoc
non concludit de diuerſis per-
ſonis in eandem entitate neceſ-
ſaria, nam illa entitas ex ſe ne-
ceſſaria, non expectat aliquam
actualitatem ab ipſis diſtinguē
tibus perſonas, quia non diuidi
tur per illa diſtinguentia perſo-
nas. & ita diſtinguentia perſo-
nas nō ſunt quaſi vltimæ actua
litates, quib. talia entia exiſtūt.
Cum ergo arguit. a. & b. intelli-
gendo hic, ꝑ ipſa duas proprie-
tates pſonales, aut ſunt formali
ter neceſſitates eſſendi, aut nō.
Concedi poteſt, quod non ſunt
formaliter neceſſitates eſſendi.
nec ſequit̃. igitur ſunt poſſibiles
quia per identitatem ſunt illa
vna neceſſitas eſſendi, ſed ſi. a.
& b. eſſent in diuerſis, oporte-
ret dicere quod. a. & b. eſſent
formaliter neceſſitates, vel enti-
tates poſſibiles, quia non poſ-
ſent eſſe eędem alicui entitati
ex ſe neceſſariæ. illa enim enti-
tas cōis cui eſſent eædem, eſſet
quaſi potentialis ad exiſtendū,
vt præintelligitur ante illam ra
tionem contrahentem, vel di-
uidentem. Contra hoc ipſi. a.
inquantū. a. aut repugnat poſſe
deficere, aut non. ſi ſic a. ergo in
quantum. a. eſt neceſſarium. &
ita cui ineſt formaliter, eſt ei rō
neceſſario eſſendi. ſi non, igitur
per nihil aliud pōt ipſi. a. pręci
ſe inquantum. a. repugnare. igi
tur per nihil tollitur, quin ipſi.
a. p̄ciſe inquantū. a. ſit cōpoſſi-
bile deficere, ergo ſemper preci
ſe ſumptum eſt poſſibile defice
re, ergo repugnat neceſſario ex
ſe. Quere ſolutionem ad hanc
obiectionem.

*Additio aliorum.*

Reſpondetur quod nec repu-
gnat nec non repugnat cū ly,
inquantum, ſed ſine ly, inquan
tum, dico, ꝙ non ſunt poſſibi-
les ipſæ relatones, ſed ſunt ne-
ceſſe eſſe, & hoc ꝑ identitatem,
ſed non formaliter, nec nō for-
maliter ſunt poſſibiles. Relatio
nes. n. diuinæ abſtrahunt a ne-
ceſſe eſſe & poſſibili. Vel aliter
poſſet dici, ꝙ vnicū eſt neceſſe
eſſe radicale, & a ſe, de quo ſu-
pra. q. predictā fuit ſermo. plura
autem



autem ſunt neceſſe eſſe formali
ter ex ſe, licet ab alio, qa quodli
bet reale ad intra. & ſic plurib⁹
conuenit formalis neceſſitas eſ
ſendi, q̃ formalis infinitas. vide
q. 7. & 8. quoli. & 8. diſt. huius
primi, & alibi ſæpe in doctrina
huius bene ponderando, quia
ſingularis difficultas. F. diſt. 8.
primo confla. q. 3. contradictio
ne. 10. & 42. diſt. eiuſdem. q. 4.
artic. 1. parte. 3. tenet expreſſe
proprietates poſitiuas, & ſi nō
formaliter infinitas, ſic tñ eſſe
neceſſe eſſe, cum quo vr̃ ſentire
Doc. iſte in trac. de primo prin-
cipio. c. 4. vide bñ ibi, & ea quæ
notaui ad hæc. ſed pro alia via
vr̃ facere illud quod hēt. 18. diſ.
huius & alibi. ꝙ. ſ. neceſſitas eſt
conditio exiſtentiæ. Cum igit̃
in diuinis non plurificatur exi-
ſtentia, quare plurificaretur ne-
ceſſitas, pondera ordinem illo-
rum modorum in diuinis, & co
gita bene maſticando, pro & cō
tra. non ab re doctor omiſit in-
*Vide. 1. Rep. diſt. 3. q. 1.*
ſtantem ſolutionem, licet po-
ſuit, vacat ſuper argumento in
originali correcto. M.

## DISTIN. III.

### QVAEST. I.

*Al. circa tertiā diſ. quæro primo de cognoſcibilitate Dei. t. c. 30. & 39.*

CIRCA Primā par-
tem. 3. diſt. in qua
magiſter agit đ co
gnoſcibilitate Dei
quæruntur. Pri-
mo quæro vtrum Deus ſit natu
raliter cognoſcibilis ab intelle-
ctu viatoris. Arguo quod non,
Philo. 3. de anima. Phantaſma-
ta ſe habent ad intellectum, ſi-
cut ſenſibilia ad ſenſum. igi-
tur intellectus nihil intelligit,
niſi cui phantaſma poteſt per
ſenſus apprehendere, Deus au-
tem non habet phantaſma. er-
go &c. Item ſecundo met. Si- *t. com. 1.*
cut ſe habet oculus noctuæ ad
lucem ſolis, ſic intellectus no-
ſter ad ea quæ ſunt manifeſtiſ-
ſima naturæ, ſed ibi eſt impoſ-
ſibilitas. ergo & hic. Item pri- *t. com. 35.*
mo phyſicorum, infinitum in- *t. c. 11. & 12.*
quantum infinitum, eſt ignotū
& 2. metaphy. infinita non con
tingit cognoſcere, ergo nec in-
finitum, quia eadem videtur eſ
ſe proportio intellectus ad infi-
nitum, & ad infinita, quia æ-
qualis exceſſus, vel non minor
quia vtrobique eſt infinitas.
Item Grego. ſuper Ezechielē. *Vide li. 1. homil. 8.*
Quantumcunque mens noſtra
in contemplatione dei profece
rit, non ad illud quod ipſe eſt,
ſed ad illud, quod ſub ipſo eſt
attingit. Contra. 6. Metaphy. *t. com. 1.*
Metaphyſica eſt theologia de
Deo. ergo &c. Similiter in actu
eius, ſcilicet in conſideratione
actuali ſubſtantiarum ſepara-
tarum, ponit Ari. fęlicitatem
humanam. 10. ethicorum. *com. 10.*

### QVAESTIO. II.

IVXTA Hoc, quæ- *Al. 2. quæro.*
ro ſecundo vtrum
Deus ſit primum
cognitum a nobis
naturaliter pro ſta
tu iſto. Et arguitur quod ſic. *t. com. 4.*
vnumquodque ſicut ſe habet
ad eſſe, ſic ad cognitionem. 2.
Met. ſed Deus eſt primum ens,
ergo primum cognitum. Item
nihil perfecte cognoſcitur, niſi
Deo perfecte cognito. ergo ni-
hil ſimpliciter cognoſcitur, niſi
Deo ſimpliciter cognito, conſe-
quētia apparet, qa in his q̃ ſunt
per ſe, ſicut maximū ad maxi-
mum, ſic ſimpliciter ad ſimpli-
citer, & econuerſo ex. 2. thopi.
Item

*ca. 29.*

Item perſectiſſimus actus potētiæ eſt circa obiectum ſimpliciter primū, perfectiſſimus autē actus.ſ.ſpeculatio, in qua cōſiſtit felicitas, eſt circa Deum. 10.

*c. 10.*

Ethy. ergo Deus eſt ſimpliciter primū obiectum cognoſcibile.

*In proœ.*

Contra omnis noſtra cognitio oritur a ſenſu. 1. Meta. & 2. Poſte. in fi. ergo Deus, qui eſt a ſenſibus remotiſſimus, non eſt primo cognitus ab intellectu nr̄o,

*Tho. 1. parte ſum. q. 3. arti. 3. 2. Dion. de ang. hiera. T. co. 2. & 16.*

IN PRIMA q̃ſtione nō eſt diſtinguendū, ꝙ Deus poſſit cognoſci negatiue, nō affirmatiue. quia negatio non cognoſcitur niſi per affirmationem. 2. Peryar. ī fi. & 4. Met. patet etiā ꝙ nullas negationes cognoſcimus de Deo, niſi ꝑ affirmationes, ꝑ quas renouemus incōpoſſibilia aliqua ab illis affirmationibus: ſicut non remouemus cōpoſitionē: niſi qa attribuimus ſimplicitatē, vel aliquid aliud: negationes etiam tātū nō ſumme amamus. Confirmatur etiā, qa aut negatio concipitur p̄ciſe: aut vt dicta de aliquo: ſi præciſe cōcipitur negatio, vt nō lapis, hic æq̃ cōuenit nihilo, ſicut Deo: quia pura negatio dr̄ de ente, & non ente. igitur in hoc nō intelligitur Deus magis, q̃ nihil, vel chymera. Si aūt intelligitur, nō lapis: de aliquo, tunc quæro ille conceptus ſubſtractus. de quo intelligitur, iſta negatio eſſe vera· aut eſt cōceptus affirmatiuus, aut negatiuus. Si eſt affirmatiuus, habetur propoſitum. Si negatiuus, quæro vt prius, aut negatio cōcipitur præciſe: aut vt dicta de aliquo. Si primo mō, hoc æque conuenit nihilo, ſicut Deo. Si vt dicta de aliquo: tunc ſicut prius. Et quātuncunque procederetur in negationibus: vel nō intelligeret̄ deus magis, q̃ nihil: vel ſtabit̄ in aliquo conceptu affirmatiuo, q eſt primus. Nec eſt diſtinguendum de cognitione, ſi eſt: & qa eſt: quia in propoſito, quæro cōceptum ſimplicem de quo cognoſcat̄ eſſe ꝑ actū intellectus cōponētis, & diuidentis: nunquā enim cognoſco de aliquo, ſi eſt, niſi habeam aliquem conceptum illius extremi de quo cognoſco eſſe. & de iſto quæritur hic.

*Dam. 1. ſen. ſic diſtinguit vide vv. q. 2. & huius di.*

*Sic in originali doc. To. c. 21.*

Notādū eſt hic, ꝙ quid qd̄ dicitur, per nomen, eſt quid rei, & eſt includēs ſi eſt quia. 4. Meta. Ratio, cuius nomen eſt ſignum, eſt diffinitio: tamen eſſe quid nominis, eſt cōmunius q̃ eſſe qd rei qa plurib⁹ cōuenit, hæc rō ſignificari nomine q̃ eſſe, vbi tamen cōiunguntur, idē ſunt. ſicut non omnis color eſt albedo, tñ ille color qui eſt albedo eſt idē albedini. Exēplum tñ nō eſt omnino ſimile: qa color ſumitur ab aliqua partiali ꝑfectione, nō ſic hic. ſed totum quid habet relationē ad nomē, vt ad ſignū. ꝙ totū habet relationē ad rē, vt quiditas ad ſuppoſitum. Sed prius cognoſco de eodē quid, relationē primā, q̃ ſecundā. Nec eſt in hoc ſolum ordo cognitionum iſtarum de eodem conceptu ſimplici: concipiendo prius rationem vnam q̃ aliam: ſed in hoc, ꝙ cōceptus vnus ſimplex eſt quodammodo alius, puta in multis diffinibilibus: quia primus eſt confuſus: ſecundus diſtinctus: nam primus vel nō exprimit partes cōceptus: vel ſi explicat, nō tamen diſtincte, ſed ſine compoſſibilitate, vel incompoſſibilitate. ſecundus explicat, & cognoſcit



compoſſibilitatē. & in hoc rationem in ſe eſſe verā: & hoc, quod exprimit eſt quid rei poſſibilis. Nota ſecundo, ꝙ de ſubiecto primæ ſcientię ſimul præcognoſcitur quid dicitur per nomen, & ſi eſt, & quid eſt: qa nulla ſciētia de ſuo ſubiecto q̄rit, ſi eſt, vel quid eſt. ergo vel oīno non eſt quæribile vel tantum in ſcientia priori. prima, nulla eſt prior: igitur de eius ſubiecto primo nullo mō eſt quærere ſi eſt, vel quid eſt, igitur eſt conceptus ſimpliciter ſimplex, ergo ens quia ens per ſe ens poteſt dubitari de compoſſibilitate partium conceptus, probatur etiam, quod nō Deus: quia nulla ratio ſimpliciter ſimplex habetur de Deo, quę diſtinguat ipſum ab alijs entibus. igit̄ de quocunq; tali eſt quæſtio ſi eſt, & demus, quòd ratio in ſe non ſit falſa. ergo Deus ſcd̄m nullū conceptum viatori poſſibilem eſt primum ſubiectū metaph.

*Hoc diligenter cōſidera.*

*al. quæribile.*

Item, quicquid probatur de ipſo continetur virtualiter primo in ratione entis, quia ſicut paſſio ſimpliciter conuertibilis includitur primo in ſubiecto, ſic ēt & diſiuncta: igitur in ſubiecto primo, includitur primo, qa aliqua pars diſiuncte alicui enti cōueniat, igitur ens primo virtualiter includit hanc, aliquod ens eſt primum, igitur ſi eſt, & quid eſt de iſta ratione, ens, primum includitur primo in ente, ergo & qcquid cōcludit̄ primo de ente ꝑ rōnē huius toti⁹, vel ꝑ rationem entis. igitur metaph. eſt theologia finaliter, & principaliter, quia ſicut eſt principalius de ſubſtantia, quàm de accidente. 7. Meta. Ita vlteriori analogia principalius eſt de Deo, quia ſemper prius ordine perfectionis includitur in ratione primi ſubiecti, particulariter pars paſſionis diſtincte, quę eſt perfectior ſimpliciter. Cōtra nulla cognitio ſimpliciter perfectior includitur virtualiter in minus perfecta, ſed econuerſo, ergo nulla cognitio poſſibilis viatori de Deo naturaliter eſt ꝑfectior conceptu entis, igitur in illa ſpeculatione erit felicitas. Si hæc ratio concludit, ergo illud quod rationes ad primam partem ſupponunt, de conceptu nō ſimplici negat̄ ſed Hēr. īmo proprius conceptus de Deo eſt ſimplex per motionem effectus. ſed tunc ens non eſt commune, ſed analogum. Et tunc prima ſcientia de ente erit de primo, ad quod omnia attribuuntur.

*al. diſtincta.*

*t. c. 6. & inde.*

*To. 1. parte ſum. q. 3. arti. 4.*

Nec oportet diſtinguere de ſi eſt, vt eſt q̄ſtio de veritate ꝓpoſitionis, vel vt eſt q̄ſtio, de eſſe Dei: qa ſi pōt eſſe q̄ſtio de veritate ꝓpoſitionis, in qua eē tāquā prædicatū q̄ritur de ſubiecto, ad cōcipiēdū veritatē illius q̄ſtionis, oportet p̄concipere terminos illius q̄ſtionis, & de conceptu ſimplici illius ſubiecti, ſi eſt poſſibilis naturaliter, nūc eſt quæſtio. Nec valet diſtinguere de conceptu naturali, & ſupernaturali quia q̄ritur de naturali. Nec valet diſtinguere de naturali loquendo de natura abſolute: vel de natura pro ſtatu iſto. qa quæritur præciſe de cognitione pro ſtatu iſto. Nec valet diſtinguere de cognitione Dei in creatura, vel in ſe, qa ſi cognitio habeatur per creaturam, ita ꝙ cognitio diſcurſiua incipiat a creatura. quæro in quo termino ſiſtitur iſta cogni

tio

*a l. ſiſtit.*

tio Si in Deo in ſe, habeo propoſitum, quia illum cōceptum Dei in ſe quæro. Si non ſiſtit in Deo in ſe ſed in creatura, tunc idem erit terminus, & principium diſcurſus, & ita nulla noticia, habetur de Deo. Eſt igitur mens quæſtionis iſta. Vtrū aliquem conceptum ſimplicē poſſit intellectus viatoris naturaliter habere, in quo conceptu ſimplici concipiatur.

*Henr. in ſumma. ar. 22. q. 1. 2. & 3.*

ADHOC dicit quidā doctor ſic. ꝙ loquendo de cognitione alicuius diſtingui poteſt ex parte obiecti ꝑ ſe, vel ꝑ accidens. In particulari, vel vniuerſali. Realiter per accidens non cognoſcitur Deus. quia quicqd de ipſo cognoſcitur eſt ipſe Deus, tamen cognoſcendo aliquid attributū eius cognoſcim⁹, quaſi per accidens quid eſt, vnde de attributis dicit. Dam. lib. 1. c. 4. ꝙ non naturam dicunt Dei, ſed quæ circa naturam. In vniuerſali etiam, puta in generali attributo cognoſcitur, non quidem in vniuerſali ſecundū prædicationē, quod dicatur de ipſo, in quo nullū eſt vniuerſale: qa qditas illa ē de ſe ſingularis. Sed in vniuerſali, qd ſibi analogice cōmune ē & creaturę, tū quaſi vnū a nobis concipitur propter proximitatem conceptuū, licet ſint diuerſi conceptus. In particulari nō cognoſcitur ex creaturis, quia creatura eſt peregrina ſimilitudo eius: quia tantū ei cōformis eſt quo ad aliqua attributa quæ non ſunt illa natura in particulari. igitur cum nihil ducat in cognitionem alterius, niſi ſub ratione ſimilitudinis. ſequitur ꝙ Deus non cognoſcitur in particulari ex creaturis. Item in vniuerſali, tripliciter cognoſcit, generaliſſime, generalius, generaliter. Generaliſſime habet tres gradus, cognoſcendo enim quocunq; ens, vt hoc ens eſt, indiſtinctiſſime concipitur Deus. quia concipitur ens, quaſi pars conceptus & eſt primus gradus. Amouendo autem hoc, & concipiendo ens, eſt ſecundus gradus. Iam enim ens, vt conceptum non vt pars conceptus concipitur commune analogum Deo & creaturæ. Quod ſi diſtinguatur conceptus entis, qui Deo conuenit (puta concipiendo ens indeterminatum negatiue. i. non determinabile a conceptu entis, qui conuenit creaturæ analogice) qd eſt ens indeterminatū priuatiue, ita eſt tertius gradus. Primo modo indeterminatum abſtrahitur, vt forma ab omni materia vt in ſe ſubſiſtens & imparticipabilis Secundo modo indeterminatū eſt vniuerſale abſtractum a particularibus. qd nō eſt actu participatum in illis. poſt iſtos tres gradus concipiendi generaliſſime, concipitur Deus generalius, concipiendo quodcunque attributum, nō ſimpliciter, ſicut prius. ſed cum præeminentia ſumma. Generaliter autem cōcipitur cōcipiēdo quodcūq; attributū eſſe idē ſuo primo proprio attributo, ſ. eius eſſe ꝑꝑ ſimplicitatem, nec per ſpeciem propriam cognoſcitur Deus, quia nihil eſt eo ſimplicius, ſed ad modū ęſtimatiuę, ſicut. n. ęſtimatiua in brutis ſub ītētionib⁹ ſenſatis ſubfodiēdo cognoſcit intētiones nō ſenſatas, vt nociui, & ꝓficui, ſic ītellectus ſub ſpecie creaturæ, q̄ nō repreſentat niſi creaturam, ex ſuo acumine ſubfodit ad cognoſcen-

*al. ens. al. amoto,*

*Litera difficillima.*

*al. iam.*

*Quærere. hen. 4. q. quoli. 7. & 9.*



gnoſcendum ea, quæ ſunt, & dicuntur de Deo per ſpeciem alienam ex creaturis. & hoc omnibus tribus modis prędictis.

*Vide tho. ſuper boetio de hebdomadiqus. & Henr. in ſumma art. 24. q. 7.*

QVOAD SECVNDAM qſtionē ſcdm iſtā opinionē, diſtinguendum eſt de modo concipiendi naturaliter, & rationaliter, primo mō Deus eſt primū obiectum intelligibile a nobis ex creaturis, quia naturalis cognitio ꝓcedit ab indeterminato ad determinatum. Indeterminatum negatiue eſt magis indeterminatum quàm priuatiue. indeterminatum ergo præ concipit illi, & illud indeterminatū priuatiue ſecūdum cognitionē noſtram ꝓcōcipitur determinato, quia ens, & res prima impreſſione imprimūtur in aīa noſtra ſecundū Aui. 1. Meta. c. 5. ergo īdeterminatū negatiue, omnino primū eſt obiectū noſtro intellectui. Rationaliter autem eſt Deus poſterius creatura obiectū cognitū ſecundū tres gradus. primo generaliſſime, deinde generalius, & vltimo generaliter: quia primo cōcipit hoc bonū, deinde bonū vniuerſale abſtractū ſecūda abſtractione. puta ꝙ eſt indeterminatum priuatiue. deinde bonū prima abſtractione abſtractum, quod. ſ. eſt indeterminatum negatiue. quia via ratiocinatiuę deductionis prius oportet cognoſci illud a quo fit abſtractio, quàm abſtractum. Exponitur primū mēbrum ſ. naturaliter quomodo eſt ſic cognitū primo: qa Deus, vt eſt ſic primū cognitū nō diſtinguit ab alijs ꝑꝑ ſimplicitatē. Et quia nō eſt primū cognitū, niſi tm̄ quo ad duos primos modos gradus generaliſſime cōcipiendi, quorum neuter ptingit ad aliquam rationem determinantem illud attributū Deo. Qualiter autem poſſet eſſe primum cognitum, & non diſtingui ab alijs per intellectum cognoſcentem, exemplificatur, ſicut oculus primo videt lucem, licet non diſtincte diſcernat de ipſa propter ſubtilitatem, ſicut diſcernit de colore per lucem.

*Imaginatio ſimilis pictura.*

RESPONDEO aliter ad primā. q. Et in quibuſdā cōtradicam poſitioni prędictæ, rationes enim meæ poſitionis oſtendent oppoſitum illius poſitionis. Dico primo, ꝙ non tantum haberi poteſt conceptus naturaliter, in quo quaſi per accidens concipitur Deus puta in aliquo attributo, ſed etiam aliquis cōceptus, in quo per ſe & quidditatiue concipiatur Deus: probo, quia concipiēdo ſapientēm cōcipitur proprietas ſecundum eum, vel quaſi proprietas in actu ſecundo perficiens naturam. ergo intelligendo ſapientem, oportet præintelligere aliquid quaſi ſubiectum, cui intelligo illud quaſi proprietatē ineſſe. & ita ante conceptus oīm paſſionū, vel quaſi paſſionum oportet inquirere cōceptū aliquē quiditatiuū, cui intelligantur iſta attribui, & ille cōceptus alius erit qditatiuus de Deo, qa in nullo alio pōt eſſe ſtatus.

SECVNDO non aſſerendo, quia non conſonat opinioni cōmuni, poteſt dici ꝙ nō tm̄ in cōceptu analogo conceptui creaturæ cōcipitur Deus, qui. ſ. ſit omnino alius ab illo, qui de creatura dr̄, ſed in conceptu aliquo vniuoco ſibi & creaturę. Et ne fiat cōtentio de nomine vniuocationis, conceptum vniuocum dico, qui ita eſt vnus, quòd eius

eius vnitas ſufficit ad contradi-
ctionem affirmando, & negan-
do ipſum de eodem. Sufficit ēt
pro medio ſyllogiſtico, vt extre
ma vnita in medio ſic vno ſine
fallacia æquiuocationis conclu
dantur inter ſe vnum. Et vniuo
cationem ſic intellectam, pro-
*al. quadruplíciter.* bo tripliciter. Primō ſic: omnis
intellectus certus de vno conce
ptu, & dubius de diuerſis, habet
conceptum de quo eſt certus,
*Vide hoc originaliter in Algazele in Metaphy. ſua.* alium a conceptibus de quibus
eſt dubius, ſubiectum includit
prædicatum. ſed intellectus via
toris poteſt eſſe certus de Deo:
ꝙ ſit ens, dubitando de ente fi-
nito vel infinito creato vel in
*al. de aliquo.* creato. ergo conceptus entis de
Deo, eſt alius a conceptu iſto,
*al. aliquo.* vel illo, & ita neuter ex ſe: ſed
in vtroque illorum includitur.
ergo vniuocus. probatio maio
ris. quia nullus idem cōceptus
eſt certus, & dubius, igitur vel
alius quod eſt propoſitum, vel
nullus & tunc non erit certitu
do de aliquo conceptu: probo
minorē. quilibet philoſophus
fuit certus, illud quod poſuit
eſſe primum principiū eſſe ens;
puta vnus de igne: alius de a-
qua, certus erat ꝙ erat ens: nō
autem fuit certus, ꝙ eſſet ens
creatum vel increatū. primū,
vel non primum. Non.n. erat
certus ꝙ erat ens primum: quia
tunc fuiſſet certus de falſo, &
falſum non eſt ſcibile. Nec ꝙ
erat ens non primum, quia tūc
non poſuiſſet oppoſitū. Confir
*1. Poſt. t. c. 5.* matur ēt ratio: nam aliquis vi-
dēs philoſophos diſcordare po
teſt eſſe certus de quocunq; eo-
rum: quod quilibet poſuit pri-
mum principium eſſe ens, & ta
men propter contrarietatē opi-
nionum eorū potuit ſimul du-
bitare, vtrum ſit hoc ens, vel il-
lud, & tali dubitanti ſi fieret
demonſtratio concludens, vel
deſtruens aliquem conceptum
inferiorem: puta ꝙ ignis non
erat ens primum: ſed aliquod
ens poſterius primo ente, non
deſtrueretur ille conceptus pri
mus ſibi certus. quem habuit
de ente: ſed ſaluaretur in illo
cōceptu particulari probato de
igne. Et per hoc probatur illa
propoſito ſuppoſita in vltima *al. ſumpta.*
conſequēria rationis: quę fuit:
ꝙ ille conceptus certus, qui eſt
ex ſe neuter dubiorū, in vtroq;
illorum ſaluatur. Quod ſi non
cures de auctoritate iſta acce-
pta ex diuerſitate opinionum
philoſophantium, ſed dicas, ꝙ
quilibet habet duos conceptus
in intellectu ſuo propinquos,
qui propter propinquitatē ana
logiæ videntur eſſe vnus conce
ptus. Contra hoc vr̄ eſſe ratio,
quia ex iſta euaſione videretur
deſtructa omnis via probandi
vnitatē alicuius conceptus vni
uocam. Si enim dicis hominē
habere vnum conceptū ad ſor.
plato. negabitur: & dicetur ꝙ
ſunt duo. ſed videntur vnus ꝓ-
pter magnam ſimilitudinem.

Præterea illi duo conceptus
ſunt ſimpliciter ſimplices, igi-
tur non intelligibiles, niſi di-
ſtincte & totaliter, igitur ſi nūc
non videntur duo, nec poſt. Itē *Idem ponitur. 8. diſt. huius q. 3. cōtrahēt.*
aut concipiuntur. vt omnino
diſparati. & tunc mirum qūo
videntur vnus. aut vt compara
ti ſecundum analogiam, vel ſi-
militudinem, vel diſſimilitudi
nem, & tunc aliqualiter, vel ſi-
mul, vel prius concipiuntur vt
diſtincti. igitur non videntur
vnus. Item ponendo illos duos
conceptus, ponuntur duo obie-



cta formalia cognita: qūo ergo
duo obiecta formalia cognita,
& vt non diſtincta? Præterea ſi
intellectus intelligeret ſingula
ria ſub proprijs rationib᷒: quā-
uis conceptus duorū eiuſdē ſpe
ciei eſſent ſimillimi, nō eſt du-
biū, quin licet ſint multo ſimi-
liores, q̃ iſti duo in propoſito,
qa iſti duo differunt ſpecie: ad-
huc intellectus bene diſtingue
ret inter tales conceptus ſingu-
larium. hæc etiā reſponſio im-
probatur. diſt. 8. q 3. & alia re-
ſponſio quæ negat maiorem.
*Iſta ratio fit clarius 14. q. 9. art. 39.* Secūdo principaliter arguo ſic.
Nullus conceptus realis cauſa-
tur in intellectu viatoris natu-
raliter, niſi ab his quæ ſunt na-
turaliter motiua intellectus no
ſtri; ſed illa ſunt phantaſma,
vel obiectum reducens in phā-
taſmate, & intellectus agens:
ergo nullus conceptus ſimplex
fit modo naturaliter in intelle-
ctu noſtro, niſi qui poteſt fieri
virtute iſtorum, ſed conceptus,
qui non eſſet vniuocus alicui
obiecto relucenti in phantaſ-
mate, ſed omnino ali᷒ & prior,
ad quem iſte haberet analogiā,
non poſſet fieri virtute intelle-
ctus agentis, & phantaſmatis,
vt probabo. ergo talis cōceptus
alius analogus, qui ponitur na
turaliter in intellectu viatoris,
nunquam erit: & ita non pote-
rit naturaliter haberi aliqs cō-
ceptus de Deo, quod eſt falſum.
probatio aſſumpti. obiectum
quodcunq; ſiue relucēs in phā-
taſmate, ſiue in ſpecie intelligi
bili cum intellectu agenti, vel
poſſibili cooperante ſecūdum
vltimū ſuæ virtutis, facit in in-
tellectu ſicut effectum ſibi adę-
quatum, conceptum ſuum pro-
prium, & conceptum omnium
eſſentialiter, vel virtualiter in-
cluſorū in eo. ſed ille alius con
ceptus q ponitur analogus non
eſt eſſentialiter, vel virtualiter
incluſus in iſto, nec eſt iſte: er-
go ille non fiet ab aliquo tali
mouente. Vt formetur ſic ratio,
obiectum quodcunque ſiue re-
lucens in phantaſmate, ſiue in
ſpecie intelligibili cum intelle
ctu agente, vel poſſibili coope-
rante ſecundum vltimum virtu
tis ſuæ: facit ſicut effectum ſibi
adæquatum ſuum conceptum
proprium & quiditatiuum. Il-
le enim eſt proles adæquata ſi-
bi in eſſe cognoſcibili, ſicut pro
les ſimilis in natura eſſet ſibi
adęquata in eſſe naturali. igitur
in cuiuſcunque alterius cogni-
tionem poteſt. illa eſt imperfe- *al. ſcientia.*
ctior ſua, & per conſequens nō
per ſe attribuitur ad illam. Et
Et confirmatur ratio: quia præ-
ter conceptum ſuum proprium
adæquatum, & incluſa in ipſo,
altero prædictorum duorū mo-
dorū, nihil poteſt cognoſci ex
iſto obiecto, niſi ꝑ diſcurſum.
ſed diſcurſus præſupponit co-
gnitionem iſtius ſimplicis ad
quod diſcurritur.

Formetur ergo breuiter ratio
ſic. Nullum obiectum facit con
ceptum ſimplicem, & propriū
ſui in aliquo intellectu, & con-
ceptum ſimplicem, & propriū
alterius obiecti: niſi contineat
illud aliud obiectum eſſentia-
liter, vel virtualiter. obiectum
aut creatum non continet in-
creatum eſſentialiter, vel virtua
liter: ergo &c. Secunda pars mi
noris. ſ. ꝙ obiectum creatū nō
contineat virtualiter increatū,
& hoc ſub ea rōne, ſub qua ſibi
attribuitur, vt poſterius eſſen-
tialiter attribuitur priori eſſen-
tialiter.

tialiter. probatur, quia eſt cõtra rationem poſterioris eſſentialiter continere virtualiter ſuũ prius. & etiam patet ꝙ non cõtinet eſſentialiter increatum ſecundum aliquid omnino ſibi proprium, & nõ commune. ergo non facit conceptum ſimplicem, & propriũ enti increato.

*al. includere.*

Tertio arguo ſic. Conceptus proprius alicui⁹ ſubiecti eſt ſufficiens ratio cognoſcendi de illo ſubiecto omnia conceptibilia, quæ ſibi neceſſario inſunt: nullum autem conceptum habemus de Deo, per quem ſufficiẽter poſſimus cognoſcere omnia conceptibilia, quæ ſibi neceſſario inſunt, patet de trinitate & alijs creditis neceſſarijs, igitur &c. maior probatur, qa immediatam quãlibet cognoſcimus, inquantũ terminos cognoſcimus, igitur patet maior de omni illo cõceptibili: quod immediate ineſt conceptu ſubiecti, qđ ſi inſit mediate fiet idem argumẽtum, ſicut de medio comparato ad idem ſubiectum, & vbicũque ſtabitur, habetur propoſitum de immediatis, & vltra per illas immediatas ſciẽt mediatæ. Quarto poteſt ſic argui. aut aliqua perfectio ſimpliciter habet rationẽ communem Deo & creaturæ: & habetur propoſitum: aut nõ, ſed tantum propriam creaturę, & tunc ratio perfectionis ſimpliciter non conuenit formaliter Deo, quod eſt incõueniens. Aut habet rationẽ omnino propriam Deo. & tunc ſequitur ꝙ nihil attribuẽdum eſt Deo: qđ eſt perfectio ſimpliciter. Nam hoc nihil aliud eſt dicere. niſi ꝙ quia ratio eius, vt cõuenit Deo, dicit perfectionem ſimpliciter, ideo ipſum ponitur in Deo. Et ita peribit doctrina Anſel. mono. 15. vbi vult, ꝙ prætermiſſis relationibus. in omnibus alijs quicquid melius eſt ſimpliciter ipſum, quàm non ipſum, attribuendum eſt Deo: ſicut qđcunque non tale eſt amouendũ ab ipſo, primo. ergo ſecundum ipſum aliquid cognoſcitur eſſe tale: & ſecũdo attribuitur Deo, ergo non eſt tale præciſe, vt eſt in Deo. Hoc etiam confirmaẽ quia tunc illa perfectio ſimpliciter non eſſet in creatura: conſequentia patet, quia nullus talis perfectionis. Conceptus aliquis conuenit creaturę: niſi cõcept⁹ analogicus ex hypoteſi talis ſecundum ſe, quia analogicus eſt imperfectus, & in nullo eſt ratio eius melior non ipſo, quia alias ſecundum illam rationem analogicam poneretur in Deo.

*al. quod immediate eſt conceptũ ſubiecti.*

Tertio ſic. Omnis inquiſitio metaphyſica de Deo procedit ſic. ſ. cõſiderando formalẽ rõnẽ alicuius, & auferendo ab illa ratione formali imperfectionem, quam habet in creaturis, & reſeruando illam rõnẽ formalẽ, & attribuendo ſibi oĩno ſummam perfectionem, & ſic attribuendo illud Deo. Exemplũ de formali rõne ſapientiæ, vel intellectus, vel voluntatis, conſideratur enim primo in ſe, & ſecundum ſe, & ex hoc ꝙ rõ iſtorũ non includit formaliter imperfectionẽ aliquã, nec limitationẽ, remoueãtur ab ipſa imperfectiones, quæ cõcomitãtur eã in creaturis, & reſeruata eadẽ rõne ſapiẽtię & volũtatis attribuunẽ iſta Deo pfectiſſime, ergo oĩs inquiſitio de Deo, ſupponit intellectum habere cõceptum



ptum eundem vniuocum, quẽ accipit ex creaturis.

Quod ſi dicas nõ, ſed alia eſt formalis ratio eorum, quæ conueniunt Deo. Ex hoc ſequiẽ icõueniens. ſ. quòd ex nulla ratione ꝓpria eorũ, ꝓut ſunt in creaturis põt cõcludi aliqđ de Deo, quia omnino alia, & alia rõ eſt iſtorũ & illorum, immo nõ magis cõcluderetur, ꝙ Deus eſt ſapiẽs formaliter ex rõne ſapientię, q̃ apphẽdimus ex creaturis, q̃ ꝙ Deus eſt formaliter lapis, põt. n. cõceptus aliquis alius a cõceptu lapidis creati formari, ad quẽ conceptũ lapidis, vt eſt idea in Deo, habet lapis iſte attributionem, & ita formaliter dicetur Deus eſt lapis ſecundum iſtum conceptum analogicum, ſicut ſapiens ſecundũ illũ cõceptum analogicum. Qualis aũt ſit vniuocatio entis, & adquiſita ad q̃, diceẽ magis inferi⁹. ĩ q. de primo obiecto ĩtellect⁹.

*Diſt. præſenti. q. 3.*

AD ISTVD etiã ſunt alia media. diſt. 8. q. 3. contra primam opi. Arguitur etiam aliter ad hoc ſic, perfectio creaturę poteſt mouere ad perfectiorem conceptum de Deo, igitur cum aliqua viſio Dei, puta infima, non tantum differat ab aliqua intellectione abſtractiua data ipſius, quãtum ſuprema creatura diſtat ab infima, videtur ſequi, ꝙ ſi infima poteſt mouere ad aliq̃ abſtractiuam, ꝙ ſuprema vel alia citra eam poterit mouere ad intuitiuam, quod eſt impoſſibile. Quod ſi dicas tot gradus eſſe ĩ intellectione abſtractiua de Deo, quot ſũt ſpecies creatę, licet extremę intellectiones non tãtum diſtent, quantum extremæ ſpecies, qđ bene eſt poſſibile, quia quilibet gradus in intellectionibus minus diſtat a ſibi proximo, q̃ ſpecies creata mouens ad iſtum diſtet a ſpecie mouẽte ad aliũ. Contra, differentia intellectionum abſtractiuarum non eſt tãtum numeralis, quia illæ cauſantur a cauſis alterius ſpeciei & per proprias rationes earum, nõ inquãtũ includunt aliquid commune, ſicut dicit via de vniuocatione, ergo ſequiẽ ꝙ inter infimã intellectionem abſtractiuam, & infimã intuitiuã ſint plures ſpecies mediæ, q̃ inter infimam ſpeciem entium, & ſupremã vt tot. Quod ſi eſt incõueniens, & ꝑ cõſequẽs ancedẽs. ergo pauciores ſunt ſpecies intellectionis abſtractiuę q̃ entiũ, ergo incipiendo ab infima hinc inde, reſtat aliqua entitas ſuperior illa, q̃ cauſat ſupremã abſtractiuã: igitur iſta ſuperior cauſabit intuitiuã de Deo. Itẽ quare ponerẽẽ tot ſpecies intellectionũ de eodem obiecto, ſi nulla mouet ad propriũ? Itẽ ad concluſionem principalem videtur eſſe ꝙ omnis multitudo reducitur ad vnũ, ergo ita in conceptibus. Cõtra iſtas rõnes obijcitur, cõtra primã inſtaẽ de toto diſiuncto Cuius reſponſio ponitur. diſtin. 8. & debilius improbatur quàm aliæ. Ad ſecundam vt formatur breuiter, negatur maior, quia ꝑꝑ connexionem effectus põt aliquẽ conceptum facere de cauſa licet non ita perfectũ, ſicut cauſa de ſe. cõcedit enim ꝙ concluſio facit notitiam de principio demonſtratione, quia, ſed illa nõ eſt perfectiſſima notitia principij, ſed illa qua cognoſcitur ex terminis pfecte cognitis, quare enim nõ ſimiliter ĩ cõceptibus ſimplici

bus,effectus ſimpliciter apprehenſus cauſabit aliquam notitiam habitualem ſimplicem de cauſa. Ad probationem maioris dico,quod licet, non poſſit effectus in cauſam æquiuocam exiſtentem,ſic,nec in aliquid eiuſdem rationis cum cauſa, pōt tamen in notitiam aliquā eius quæ eſt imperfectior non ſolū ipſa in ſe cauſa, ſed etiā effectu æquiuoco cāę, ſicut perfecto cōceptu eius. Sed accipiat̄ maior ſic:nullum obiectum pōt in cōceptum alicuius niſi contineat illud obiectum virtualiter, vel eſſentialiter, hæc videtur manifeſta per rationē cauſæ & effectus æquiuoci. & licet attribuat̄ ſecundū aliquos actio intellectui,non curo,qūocunque obiectū requiritur. ſic nō pōt in cōceptum perfectiorem,conceptu ſibi adæquato,talis eſt proprius quiditatiuus, ergo &c. ꝓbatur minor,quia effectuum æquiuocorum eiuſdem cauſæ ille eſt ꝑfectior,qui eſt ſimilior cauſæ,talis eſt proles intellectualis, ſiue verbum perfectum huius obiecti: maior probatur, quia tunc perfectio intelligentiæ excederet totam virtutem memoriæ.

Vt dictum eſt abſolute, videtur concedēdū ꝙ nullus de Deo pōt fieri in nobis conceptus per actionē obiecti creati, q̄ ſit perfectior cōceptu perfecto ꝓprio illius obiecti, nec ꝑ cōſequens ad quē attribuat̄ iſte ꝓprius illius obiecti mouentis. immo ille conceptus de Deo eſt imperfectior verbo huius, qa effectus æquoc⁹ diſſimilior cauſæ,oportet ergo ab opi. hac recedere. Si ponatur conceptum lapidis attribui ad conceptum,quem cauſat de Deo lapis præciſe, ſaluari poteſt ꝙ obiectum conceptum attribuitur ad obiectum,non tamen conceptus ad conceptum: & hoc eſt bene poſſibile, quia de obiecto perfectiori habet̄ cōceptus imperfectiori, q̄ de obiecto imperfectiore. Sed quō eſt rationabile in eodē intellectu conceptum proprium de Deo eſſe ſimpliciter inperfectiorem cōceptu lapidis, vel albi ꝙ neceſſario ſequit̄ ad hanc opinionem. Et quomō erit beatitudo noſtra naturalis in cognitione Dei ex 10. Ethycorum. Sed videtur contra vniuocationem entis eſſe eadem difficultas,qa omnis conceptus de Deo erit minus ꝑfectus cōceptu ꝓprio perfecto albi,quia omnis talis cōtinetur in albedine vt cōceptus cōis in ſpeciali,& cōmunis eſt ſimpliciter min⁹ ꝑfectus q̄ ſpecialis,qa potētialis,& pars reſpectu cōceptus ſpecialis,qūo ergo ſecundū iſtam rñſionē erit beatitudo in cognitione naturali Dei.Reſpōdeo,quilibet conceptus ſimpliciter ſimplex,ſecundū viam vniuocationis eſt imperfectior poſitio q̄ verbū albi. hoc eſt non tātā perfectionē ponit,tamē eſt perfectior permiſſiue,qa abſtrahit a limitatione, & ita eſt conceptibilis ſed in finitate,& tunc ille conceptus ſimplex quidem nō tñ ſimpliciter ſimplex .ſ.ens infinitū erit perfectior verbo albi. & ille eſt proprius Deo,non aūt ille prior cōmunis abſtract⁹ ab albedine: vñ via vniuocationis tenet,ꝙ oīs cōceptus ꝓpri⁹ Deo eſt ꝑfectior verbo cuiuſcūque creati,ſed alia non ſic. Sed inſtatur cōtra hanc reſponſionē dupliciter. primo arguo qđ difficultas remanet contra viam vniuocationis,qa ex duobus cōceptibus,

*Cap. 11. al. utrius contra reſponſionem eſſet eadē difficultas.*



*Inſtantia.* ceptibus,quorū vterque eſt imꝑfectior verbo albi,nō vr̄ fieri cōceptus ꝑfectior illo verbo , ſed cōceptus entis,vt cōcedit̄ eſt imperfectior,q̄ albi, vel lapidis, & cōcept⁹ īfiniti ſimul. ꝓbatio,qa infinitū cōcipit̄ a nobis ꝑ finitū vt ꝑ lineā:vel aliquod tale obiectū mouens ad conceptū paſſionis ſuę,igitur conceptus infiniti eſt imperfectior cōceptu lineę. Confirmatur ratio:quia conceptus includens affirmationē & negationem nō eſt ꝑfectior ꝑꝑ negationē: aut ſaltē nō eſt ꝑfectior , quā cōcipiendo affirmationem illius negationis , hoc ens infinitum nō eſt aliquis cōceptus alicuius poſitiui: niſi entis,ergo infinitas non facit conceptum perfectum , aut ſaltem non erit perfectior conceptus entis infiniti,quā finiti. Secūdo inſtatur reſpōdendo ſic ꝓ Hen. ꝙ licet cōceptus ſimpliciter ſimplex ſit imꝑfectior verbo creaturæ,vt arguit̄,tamē multi tales pñt cōiungi, & vnus determinabit aliū: & ille cōcept⁹ tot⁹ erit ꝑfectior: nec eſt hic maior difficultas quā ibi: niſi in duobus. Primo qa hoc qlibet cōceptus ſiue determinans ſiue determinabilis ponit̄ ꝓprius Deo, ibi vn⁹ communis & alius ꝓprius. Secundo ꝙ hic, aliquis conceptus proprius Deo concedit̄ imꝑfectior verbo creaturæ:ibi nullus iſtorum aūt primum non eſt inconueniens : quia paſſio bene determinat ſubiectū vt homo riſibilis, & tamen vtrunque eſt æque cōmune:ſecundū oportet omnino concedere, ꝓpter iſtam ſecundā rationem loquendo de conceptu.i. de actu concipiendi non autem de obiecto conceptō. Quo ad iſtas inſtātias, videtur ſatis congrue reſponderi, quia vtraque opi. conceptum nō ſimpliciter ſimplicem ponit perfectiorem verbo illius quod mouet ad perfectum. Sed inſtātiæ arguendo factæ videntur eſſe contra vtrāque opin. qa quocunque coniungantur quilibet iſtorum conceptuum imprimitur a cratura mouēte. igitur eſt imperfectior verbo illius creaturæ. Aggregatio autem imperfectorū qūo faciet , conceptum perfectiorem intenſiue. Confirmatio etiam bene inſtat contra illud de infinito,non ergo propter illam rationem dimitatur opi. qa eſt cōmunis difficultas vtrique & æque. ſi analogia cōceptuū exponitur de conceptis forte inſtantiæ bene probant, ꝙ actus circa Deum non eſt perfectiſſimus intenſiue , nec hoc requirit̄, vt ſit ibi beatitudo naturalis, ſed ꝙ cōiungat obiecto ꝑfectiſſimo quantūcunq; ſit ꝑfectus ſiue imꝑfectus vt dr̄. 11. de animalibus parū noſſe de immaterialibus excedit notitiam aliorū,forte enim intēſius amari pōt creatū aliquod, q̄ Deus, nec tñ illud amatū nunc beatificat ſicut De⁹.de hoc quarto lib. diſ.49. qūo beatificamur ī obiecto Iſtud de ente infinito , verum eſſet ſi infinitum eſſet pręciſſe mod⁹,ſub quo obiectū primū cōciperetur, & nō ꝑs conceptus,vel modus ſic, ꝙ cōceptus in ſe,ſicut diſtinguitur in quæſtione de vnitate Dei, de ſingularitate,vt concipitur & vt modus pręciſe ſub quo cōcipi pōt, quemadmodū etiam certus gradus intenſionis , præciſe modus ſub quo videtur hæc albedo, ſic autem non intelligimus ens infinitum, ſed vt includens duos

*al. quando quę.*

*al. aliquod.*

*Primo de partibus animaliū*

duos conceptus, licet alter determinet alterum, & forte ille priuatiuus finiti nihil ponit, q̃-uis det intelligere poſitiuum. Ita quòd ſi habemus conceptũ poſitiuũ de neceſſario, magis ꝑfecte poſitiue intelligitur Deus hic ens ſimpliciter neceſſariũ, ſed nec forte per neceſſariũ, nec æternum concipimus niſi negationem imperfectionis, puta potentiæ aliter ſe habendi, vel fluxibilis, ſeu principii, ſeu finis, ęternum dicit quoddam infinitum, quia in duratione minime perfectior eſt infinitas, q̃ in quantitate perfectionis, ſicut infinita magnitudo ſi eſſet perfectior eſſet infinito tempore.

TERTIO dico, quòd non cognoſcitur Deus naturaliter a viatore in particulari, & ꝓprie. hoc eſt ſub ratione huius eſſentiæ, vt hęc & in ſe, ſed ratio illa poſita ad hoc in pręcedẽti opi. non concludit. Cũ enim arguitur, quod non cognoſcit̃ de Deo aliquid, niſi per ſimile, aut intelligit̃ ď ſimilitudine vniuocationis, aut imitatiõis ſi primo mõ, igit̃ nihil cognoſcitur de Deo, quia ſcďm opi. illã, in nullo hẽt De⁹ ſimilitudinẽ vniuocationis cum creatura, ꝑ quã deberet a nobis cognoſci: ſi ſecũdo modo etiam creaturæ non tm̃ imitant̃ illã eſſentiã ſub ratione generalis attributi, ſed ẽt hãc eſſentiá vt eſt hęc eſſentia ſiue vt nuda, & vt in ſe eſt exiſtẽs, ergo ſcďm eũ ꝓpter talẽ ſimilitudinẽ poſſet creatura eſſe prĩcipiũ cognoſcẽdi eſſentiã diuinã in ſe, & in particulari. Eſt igitur alia ratio impoſſibilitatis cognitionis huius concluſionis ꝙ Deus (vt hæc eſſentia in ſe) nõ cognoſcit̃ naturaliter a nobis, qa ſub rõne talis cognoſcibilis ẽ obiectũ volũtariũ, ñ naturale, niſi reſpectu ſui intellectus tm̃, & iõ a nullo intellectu cãto p̃t ſub rõe hui⁹ eſſẽtię (vt hęc) naturaliter cognoſci, nec aliqua eſsẽtia naturalit̃ cognoſcibilis a nobis oñdit ſufficiẽter hãc eſsẽtiã, vt hęc, nec ꝑ ſimilitudinẽ vniuocationis, nec imitationis. Vniuocatio .n. nõ eſt niſi in gñalib⁹ rõnib⁹: imitatio etiã deficit, qa imꝑfecta eſt, qa creaturę imꝑfectę eũ imitãt. Vtrũ aũt ſit alia ratio huius impoſſibilitatis, ſcilicet propter rationẽ primi obiecti, vt alii ponunt illud eſſe quiditatẽ rei materialis, de hoc in q. de primo obiecto intellectus.

Tho. 1. par te ſumme q. 12. ar. 4.

al. eſt igitur alia ratio huius concluſionis.

QVARTO dico ꝙ ad multos cõceptus ꝓprios de Deo poſſumus ꝑuenire, q nõ cõueniunt creaturis, cuiuſmodi ſunt conceptus omniũ perfectionũ ſimpliciter in ſummo, & perfectiſſimus cõceptus, in quo quaſi in quadã deſcriptione ꝑfectiſſime cognoſcimus Deũ, eſt concipiendo omnes perfectiones ſimpliciter, & in ſummo. tamẽ cõceptus perfectior, & ſimplicior nobis poſſibilis eſt cõceptus entis ſimpliciter infiniti. Iſte enĩ eſt ſimplicior quã conceptus entis boni, vel entis veri, vel aliquorũ ſimilium, quia infinitũ non eſt quaſi attributum, vel paſſio entis, ſiue eius, de quo dicitur, ſed dicit modum intrinſecũ illius entitatis, ita quòd cum dico ens infinitum, non habeo conceptum quaſi per accidens ex ſubiecto & paſſione, ſed conceptum per ſe ſubiecti in certo gradu perfectionis, ſcilicet infinitatis, ſicut albedo intenſa nõ dicit conceptum per accidens, ſicut albedo viſibilis, immo intẽſio dicit gradum intrinſecũ albedinis in ſe. & ita patet ſimplicitas huius cõceptus. ſ. ens infinitum. Perfectio aũt iſtius conceptus multipliciter probatur: tum quia iſte conceptus inter omnes a nobis conceptibiles virtualiter plura includit, ſicut enim ens includit virtualiter bonũ, & verum in ſe. ita ens infinitum includit verum infinitum, & bonum infinitũ, & omnem perfectionem ſimpliciter ſub rõne infiniti. tũ quia demõſtratione quia, vltimo concluditur eſſe de ente infinito, vel eſſe infinitum de aliquo ente, ſicut apparet ex. q. 1. 2. di. illa autem ſunt perfectiora, quæ vltimo cognoſcunt̃ demonſtratione quia ex creaturis, quia ꝑꝑ eorum remotionem a creaturis, difficillimum eſt ea ex creaturis cognoſcere. Si autẽ dicis de ſummo bono, vel de ſummo ente, ꝙ illud dicit modum intrinſecũ entis, & includit virtualiter alios conceptus. Reſpondeo ꝙ ſi ſummum intelligatur comparatiue, ſic dicit reſpectum ad extra, ſed infinitum dicit conceptum ad ſe. ſi autem intelligatur abſolute ſummum, hoc eſt quod ex natura rei non poſſit excedi perfectio illa, expreſſius concipitur in ratione infiniti entis: nõ enim ſummum bonum indicat in ſe, vtrum ſit finitum, vel infinitum. Ex hoc apparet improbatio illius, qď dicitur in præcedenti opi. quod perfectiſſimũ quod poſſumus cognoſcere de Deo eſt cognoſcere attributa reducendo illa in eſſe diuinum propter ſimplicitatem diuinam. cognitio enim eſſe diuini ſub ratione infiniti, eſt perfectior cognitione eius ſub ratione ſimplicitatis. quia ſimplicitas cõmunicatur creaturis, infinitas autem non, ſecũdum modũ quo conuenit Deo.

Tho. 1. Poſt. ſumme queſtione 11. art. 4.

Vide. 1. diſt. q. 4. de hoc.

Al. concludere.

QVINTO dico ꝙ iſta, q̃ cognoſcunt̃ de Deo cognoſcunt̃ ꝑ ſpẽs creaturarũ, quia ſiue vniuerſalius, & minus vniuerſale cognoſcant̃ ꝑ eandẽ ſpẽm minus vniuerſalis, ſiue vtrunq; habeat ſpẽm intelligibilẽ ſibi ꝓpriã, ſaltẽ illud qď põt ĩprimere, vel cãre ſpeciem minus vniuerſalis in intellectu, põt ẽt cãre ſpẽm cuiuſcunq; vlterioris, & ita creaturæ q̃ ĩprimunt proprias ſpẽs in intellectu, pñt ẽt imprimere ſpẽs tranſcendẽtiũ, q̃ cõiter cõueniunt eis, & Deo. Et tunc intellectus propria virtute põt vti multis ſpẽb. ſimul ad concipiendũ illa ſimul, quorũ ſunt iſtæ ſpecies, puta ſpecie boni, ſpecie ſummi, ſpẽ actus ad concipiendũ ſummũ bonũ, & actualiſſimũ, qď apparet ſic ꝑ locũ a minori. imaginatiua .n. põt vti ſpẽb. diuerſorũ ſenſibiliũ ad imaginandũ compoſitũ ex illis diuerſis ſicut apparet imaginando montem aureum. Ex hoc apparet improbatio illius, quod dr̃ in pręcedenti opi. de illa ſuffoſſione, quia ſuffodiẽdo, nunq̃ illud quod non ſubeſt ſuffoſſioni, inuenitur per ſuffoſſionem, non autem ſubeſt conceptui creaturæ aliquis conceptus, vel ſpecies repræſentans aliquid proprium Deo, ꝙ ſit oĩno alterius rõnis ab eo, qď conuenit creaturæ, vt probatũ eſt per ſecundã rõnem, in ſcďo articulo. ergo per ſuffoſſionem nullus talis conceptus inuenitur. Et quod adducitur ſimile, de æſtimatiua, dico quod vr̃ adduci falſum ad confirmationem

alterius falſi, quia ſi maneret ouis in propria & in eodem affectu naturali ad agnum, mutaretur tamen ouis, vt eſſet ſimilis lupo per miraculū in omnibus accidentibus ſenſibilibus puta colore, figura, ſono, motu: & huius agnus fugeret ouem ſic mutatam, ſicut fugeret lupū, & tamen in oue ſic mutata nō eſſet intentio nociui, ſed proficui & conuenientis, & ita æſtimatiua agni non ſuffoderet ad inueniendum intentionem cōuenientis ſub ſpeciebus ſenſibilibus, ſed pręciſe ita moueretur ſecundum app titum ſenſitiuum, ſicut accidentia ſenſibilia mouerent. *Al non multiplicat ſe.* Si dicas, quod intentio ibi conuenientis non multiplicatur, quia non ſunt talia accidentia conuenientia tali intentioni, & intentio conuenientis non multiplicatur ſine accidentibus ſibi conuenientibus. Hoc nihil eſt, quia ſi agnus hic fugeret lupū, propter perceptionem nociui conceptā ab æſtimatiua. & illa non multiplicatur cum accidentib. iſtis ſenſibilibus, quia non eſt cum eis talis intentio ſtante iſto caſu. ergo aut hic non eſt ſuffoſio agni ad intentionem nociui, quæ nulla eſt, aut ſi hic non fugeret per ſuffoſſionem, ergo nec altas.

AD ARGVMENTA principalia illius q. Ad primū dico, quod illa comparatio philoſophi debet intelligi quantū ad primam motionem intellectus ab obiecto, ibi enim Phantaſmata cum intellectu agente habent vicem primi obiecti mouentis, ſed non debet intelligi quantum ad omnē actum ſequentem motionem primā, poteſt enim intellectus abſtrahere obiectū incluſū in aliquo primo mouente, & conſiderare illud abſtractum, non conſiderando iſtud a quo abſtrahit, & conſiderando illud ſic abſtractū, conſiderare cōe ſenſibili, & inſenſibili, & in illo conſiderat inſenſibile in vniuerſali, ſicut & ſenſibile. Et pōt conſiderare iſtud abſtractum, & aliud abſtractū cū quo ſit propriū alteri. ſ. inſenſibili, ſed ſenſus non eſt abſtractiuus, & iō in omni actu tam primo q̃ ſcđo requirit aliquod obiectū primū mouēs, qūo non ſe habet phantaſma ad intellectum. *Com. 1.* Ad ſecundum dico, quod Commentator exponit illud ſimile philoſophi, de difficili, & non de impoſſibili, & ratio ſua eſt, quia tunc natura feciſſet ocioſe illas ſubſtantias abſtractas intelligibiles, & non poſſibiles intelligi ab aliquo intellectu. *Confutatio cōmentatoris.* Sed iſta ratio eius non valet, tum quia non eſt finis illarum ſubſtantiarum inquantum intelligibiles ſunt, vt intelligantur ab intellectu noſtro, & ideo ſi hoc non conueniret eis, non pp hoc eſſent fruſtra intelligibiles, tum quia nō ſequit̄, non ſunt intelligibiles ab intellectu noſtro, ergo a nullo. poſſunt enim intelligi a ſeipſis, & ideo eſt fallacia conſequētis. Vnde licet multipliciter poſſet exponi auctoritas Philoſophi, dico tñ ꝙ oculus noctuæ non habet cognitionem, niſi intuitiuam & naturalē, & quātū ad iſtas duas cōditiones poteſt exponi auctoritas Philoſophi de impoſſibili, quia ſicut īpoſſibile eſt illi oculo naturaliter, & intuitiue cōſiderare obiectum illud: ſic intellectui noſtro eſt impoſſibile naturaliter, & intuitiue cognoſcere Deum. Ad tertiū dico, quod infinitum potentiale eſt ignotum, quia vnūquodque eſt cogniſcibile, inquantū eſt in actu: non tamen ita eſt ignotum quod repugnat ſibi intelligi ab intellectu infinito, ſed non poteſt infinitum cognoſci ab aliquo intellectu cognoſcente ipſum ſecundū modū ſuæ infinitatis. Modus enim ſuæ infinitatis eſt accipiendo alterum poſt alterum. *3. Phyſi. t.c. 63.* & intellectus qui cognoſceret hoc mō alterū poſt alterū, cognoſceret ſemper aliquod finitū, & nunq̃ infinitum, intellectus tñ infinitus poteſt cognoſcere totum illud ſimul, non partē poſt partē. Et cum arguitur de 2. Meta. de infinitis, & infinito. Dico ꝙ nō eſt ſimile, quia congnitio obiectorum infinitorum numeraliter concluderet infinitatem potentiæ cognoſcentis, ſicut patuit in q. 1. 2. di. ar. 2. ad infinitatem videlicet, *vbi ſupra* quia ibi pluralitas ex parte obiecti concludit maioritatem virtutis in intellectu: ſed intellectio alicuius infiniti intenſiue non cōcludit infinitatem actus, q̄a nō oportet actū hr̄e talē modū, qualem habet obiectū, quia actus ſub rōne finiti pōt eſſe ad obiectū ſub rōne infiniti, niſi eſſet actus cōprehenſiuus. & concedo ꝙ talē actū circa obiectū infinitum non habemus, nec eſt poſſibile. *Reſolutio notabilis.* Ad Greg. dico, ꝙ non habet intelligi, ꝙ contemplatio ſiſtat ſub Deo in aliqua creatura, q̄a hoc eſſet frui vtendis, qđ eſſet ſumma peruerſio ſecūdū Aug. 83. q. q. 30. ſed conceptus illius eſſentię ſub rōne entis eſt imperfectior cōceptu illiuſmet eſſentię, vt hæc eſſentia eſt, & q̄a imperfectior eſt, iō eſt inferior in intelligibilitate, contemplatio autē de lege cōi ſtat in tali cōceptu cōi, & iō ſtat in aliquo conceptu, q̄ eſt minoris intelligibilitatis, quam Deus in ſe; vt hæc eſſentia, & iō dēt intelligi ad aliquid qđ eſt ſub Deo, hoc eſt ad aliquid in rōne intelligibilis, cuius intelligibilitas eſt inferior intelligibilitate Dei in ſe, vt hæc eſſentia ſingularis.

AD ARGVMENTA pro prima opin. cum arguit, ꝙ Deus non poteſt intelligi in aliquo cōceptu veriſimili cōi vniuoco ſibi & creaturis, q̄a eſt ſingularitas quædā. Rūdeo conſequentia, nō valet. Sortes enim inquantū ſortes eſt ſingularis, & tñ a ſorte plura pn̄t abſtrahi p̄dicata, & iō ſingularitas alicuius non impedit, quin ab eo qđ ſingulare eſt poſſit abſtrahi aliquis conceptus cōis, & licet q̄cquid eſt ibi in re, ſit ſingulare ex ſe in exiſtēdo, ita ꝙ nihil cōtrahat aliud ibi ad ſingularitatem, tñ illud idem pōt cōcipi, vt hoc in re. vel quodam modo indiſtincte, & ita vt ſingulare vel vt cōe. Quod dicit de cognitione per accidens non oportet improbare, quia quaſi per accidens cognoſcitur in attributo, ſed non præciſe ſic. ſicut ſupra probatum eſt.

AD SECVNDAM quæſtionem dico ꝙ triplex eſt ordo intelligibiliū in propoſito. Vnꝰ eſt ordo originis vel ſecundum generationem. Alius eſt ordo perfectionis. Tertius eſt ordo adæquationis, vel cauſalitatis præciſe. De duabus primis primitatibus habetur. 9. Meta. c. 7. quæ ſunt priora ſecundū ge-

*t.c.15.* *t.cō.11.*

nerationem ſunt poſteriora ſecundum ſubſtantiam. De tertia autem primitate habetur primo poſteriorum. in diffinitione vniuerſalis, quia primo dicit ibi præciſionem & adæquationem.

LOQVENDO igitur de primo ordine. ſ. originis, videndum eſt. Primo de cognitione actuali. Secundo de cognitione habituali. Tertio de virtuali. Quantum ad primum præmitto duo, quorũ primũ eſt, ꝙ alius eſt conceptus ſimpliciter ſimplex, & alius eſt conceptus ſimplex, qui non eſt ſimpliciter ſimplex Cõceptum ſimpliciter ſimplicem voco, qui non eſt reſolubilis in plures cõceptus, vt conceptus entis vel vltimæ differentię. Cõceptus ſimplex, ſed non tñ ſimplicer ſimplex, eſt q-cunq; põt concipi ab intellectu actu ſimplicis intelligẽtię, licet poſſit reſolui in plures conceptus ſeorſum conceptibiles, ſicut eſt conceptus diffiniti, vel ſpeciei. Scđo p̄mitto ꝙ aliud eſt confuſe intelligere, & aliud cõfuſum intelligere. Cõfuſum n. idẽ eſt qđ indiſtinctũ. & ſicut eſt duplex indiſtinguibilitas ad propoſitũ. ſ. totius eſſentialis in partes eſſentiales, & totius vniuerſalis in partes ſubiectiuas, ita eſt duplex diſtinctio duplicis totius p̄dicti ad ſuas partes. Confuſum igitur intelligiť, qñ intelligiť aliquid indiſtinctum altero prædictorũ modorũ. Sed confuſe dr̄ aliquid concipi, qñ concipiť, ſicut exprimiť per nomẽ, diſtincte vero qñ concipiť, ſicut exprimiť per diffinitionẽ. His præintellectis, primo pono ordinem originis in cognitione eorum actuali, quæ concipiũtur confuſe, & qũo ad hoc dico, ꝙ primum actualiter cognitũ confuſe eſt ſpecies ſpecialiſſima, cuius ſingulare efficacius & fortius primo mouet ſenſum. ſiue ſit audibile, ſiue viſibile, ſiue tangibile, quodcũque enim indiuiduum fortius mouet ſenſum eius ſpecies primo cognita eſt cognitione confuſa.

*1. Phi. t. c.5.*

Et hoc ſuppoſito ꝙ ſingulare, ſit in debita proportione pręſens ſenſui: vnde ſi ponas aliquem caſum, in quo ſenſus nõ primo ſentit naturam ſpecificã ibi, non ſtatim patet ſi eſt rubeus, vel viridis color, & per conſequens intellectus per illam ſenſationem non ſtatim apprehendet naturam ſpecificã pp indebitã proportionẽ ſingularis ad ſenſum. Vel pp imperfectionẽ virtutis, q̄ excedit hæc viſibilitas naturæ talis, vt naturæ, vel pp defectũ in medio luminis, vel huius, vel pp nimiam diſtãtiam. Per hoc patet ad hanc inſtãtiam, duo oculi in eadem diſtantia ad rubeum, vnus ſtatim percipit ruborem, alius cõfuſe, igitur in proportione debita, non ſtatim ſentitur natura ſpecifica. Reſpondeo, debita vni non eſt debita alteri propter improportionem in illo paſſo. Contra ſi vſque ad a. gignit ſpeciem ruboris, & vltra a. ſpeciem coloris, vel confuſe repræſentantem, ſint iſti oculi vltra a. neuter videbit ruborem diſtincte. Reſpondeo quicqd ſit de medio, ſiue vbique ſpecies propria, ſiue vltra aliquam diſtantiam, ſpecies confuſa, ſaltem in oculo minus diſpoſito, cæteris paribus confuſior ſaltẽ vltra determinatam diſtantiã non poſſit ſub propria rõne intelligi, de quo alias. Loquor em̄ modo de illis quæ certum eſt poſſe intelligi ſecundũ omnem opi. & probo concluſionem propoſitã ſic Cã naturalis agit ad effectũ ſuũ, ſecundũ vltimum potentię ſuæ, qñ non eſt impedita. igiť ad effectũ perfectiſſimũ quẽ primo põt producere primo agit, oĩa aũt concurrẽtia ad iſtũ actũ primũ intellectus ſunt cauſę mere naturales, quia p̄cedunt oẽm actũ volũtatis, & non ſunt ĩpeditę, vt patet, ergo primo producũt perfectiſſimũ cõceptũ in quẽ pñt, ille aũt nõ eſt niſi conceptus ſpeciali ſpecialiſſime. Si. n. aliquis alius eſſet, puta cõceptus alicuius cõioris, ille eſſet pfectiſſimus, in quẽ iſta poſſẽt, & cũ cõceptus illius cõioris ſit imp̄fectior conceptu ſpẽi ſpecialiſſime, ſicut pars eſt imperfectior toto. ſequereť ꝙ illa nõ poſſent in conceptum illius ſpeciei, & ita nunquam cãrent conceptum illum.

*Doctoris originali ſuo hæc ita litis correxit.*

*In quarto diſt. 45. q.3.*

*Argumẽtum Doc. efficaciſſimum cõtra aduerſarios qđ aliquando reflectere conantur contra Docto. quia non intelligunt efficaciam rõnis.*

Ordo in gñationib. rñdet hic p ĩperfectũ vt mediũ, alioquin primo cãreť ab obiecto conceptus diffinitiuus, quia in illum p̄t obiectũ, vel nunq̄ cãbit quare nõ primo cãtur coceptus diffinitiuus quid pfectionis acqritur alicui cauſæ illius cõceptus p diſcurſum diuidendo. Rñdeo conceptus diffinitiuus eſt cõceptus explicatiuus pluriũ partialiũ, iõ oportet vtrunq; p̄intelligi, ſaltẽ natura, & in nobis tpe, quia nobis vnus conceptus nobis ex partialibus. Secundo ſic. Quia ſecundũ Aui. 1 Meta. c. 3. Metaphyſica eſt vltima in ordine doctrinæ. ergo principia omnium aliarum ſcientiarũ poſſunt concipi, & termini illarũ ante principia Metaphyſicæ, ſed hoc nõ eſſet, ſi oporteret primo concipi actualiter cõceptus cõiores, q̄ cõceptus ſpecierũ ſpecialiſſimarum, tũc. n. oporteret ens, & huius primo concipi, & ita magis ſequiť metaphyſicam eſſe primã in ordine doctrinæ, ergo &c. Tertio, quia ſi oporteret p̄concipere conceptus vlteriores ante cõceptũ tali ſpeciei, tũc ſuppoſito caſu de ſingulari actualiter mouente ſenſum, & intellectu exiſtente ſoluto, oporteret ponere magnũ tp̄s, anteq̄ conciperet ſpecies illius ſingularis primo ſenſati, quia prius oporteret intelligere oĩa p̄dicata cõia dicta in quid de illa ſpecie ſecũdũ ordinẽ. Ex hoc apparet cã quare intellectus intelligit prius vnũ intelligibile, quã aliud, licet ſpecies plurium ſint ibi pñtes: hoc. n. non eſt a volũtate, cũ tũc nõ hẽat intellectus actũ intelligẽdi, ſed huius cã ẽ, qa ſingulare vnius fortius mouet, q̄ ſingulare alterius, hoc dictum eſt de cognitione confuſa. Secundo dico de cognitione actuali diſtincte conceptorũ. & dico, ꝙ eſt econuerſo, quia primũ ſic conceptum eſt communiſſimum, & q̄ ſunt propinquiora ſibi ſunt priora, & q̄ ſunt remotiora poſteriora ſunt. Hoc ſic probo, quia ex ſecundo præmiſſo nihil cõcipiť diſtincte, niſi qñ cõcipiunť oĩa, q̄ includuntur in rõne eius eſſentiali, ens includiť quiditatiue in oĩbus conceptib. quiditatiuis inferioribus, ergo nullus conceptus inferior diſtincte cõcipiť, niſi concepto ente. ens aũt non põt cõcipi niſi diſtincte, quia hẽt conceptũ ſimpliciter ſimplicẽ. ergo p̄t cõcipi diſtĩcte ſine alijs, & alij nõ ſine eo diſtincte cõcepto,

*A'. ſenſu poſito in actu de.*

*Non eſt in originali Doct.*

*9. Meta. in fine.*

pto, ergo ens eſt primus conceptus diſtincte conceptibilis, ex hoc ſequitur, ꝙ ea quę ſunt ſibi propinquiora ſunt priora, quia cognoſcere diſtincte habetur ꝑ diffinitionem, quæ inquiritur per viam diuiſionis incipiendo ab ente vſque ad conceptũ diffiniti, in diuiſione autem prius occurrunt cõceptus communiores, deinde genera & differentiæ, in quibus concipitur diſtincte conceptus inferior.

*Vt inquit Ariſt. 2. poſt. t. co. 17.*

Secundo probo idem, quia Metaphyſi. ſecundum Aui. vbi prius eſt primam ſecundum ordinem ſciendi diſtincte, quia ipſa hẽt certificare principia aliarum ſcientiarum. ergo eius cognoſcibilia ſunt primo diſtincte cognoſcibilia, nec in hoc cõtradicit ſibi Aui. qui ponit eã in ordine doctrinę vltimam, & primam in ſciendo diſtincte, qa (ſicut patuit ex quæſtione illa de ꝓpoſitione per ſe nota) principia aliarum ſcientiarum ſunt per ſe nota ex conceptu confuſo terminorum, ſed ex Metaphyſica ſcita, poſtea eſt poſſibilitas inquirendi quiditatem terminorum diſtincte, & hoc modo termini ſcientiarum ſpecialium non concipiũtur, nec principia earũ intelliguntur ante Metaphyſicam, ſic enim multa poſsũt patere Metaphyſico geometrę: quæ nõ erant nota prius geometrę ex conceptu confuſo. Exemplum. geometer, inquantum geometer, non vtitur pro principijs per ſe notis, niſi illis, quæ ſtatim ſunt euidẽtia ex cõfuſo conceptu terminorũ, qualis occurit primo ex ſenſibilibus, puta linea eſt longitudo &c. non curans ad quod genus pertineat linea, puta vtrum ſit ſubiecta vel quantitas, ſed modo cognita geometria, & alijs ſcientijs ſpecialibus, ſequitur Metaphyſica de cõceptibus cõmunibus ex quibus poteſt fieri reditio per viã diuiſionis ad inquirendum quiditates terminorum in ſcientijs ſpecialibus, & tunc ex illis quiditatibus ſic cognitis diſtinctius cognoſcunt principia ſpecialium ſcientiarum, q̃ prius cognoſcebãtur. Cognoſcuntur etiam multa principia, quæ non erant prius nota ex terminis confuſe cognitis. & hoc modo patet quomodo Metaphyſica eſt prima, ꝙ quomodo non prima. Sed comparando totum ad ordinẽ confuſe cõcipiendi, ad totum ordinem diſtincte cõcipiẽdi, quis prior eſt. Dico ꝙ totus ordo cõfuſe concipiendi, prior eſt. & ideo primum in illo ordine eſt ſimpliciter primum. & hoc probatur ex auctoritate prædicta Auic. de ordine Metaphyſicæ ad alias ſcientias ſpeciales.

*Diſt 1. q. 2.*

*Pro his ui de Auer. 6. Met. co. primo.*

*Et per conſequens totum eſſentiale notius erit quàm totũ vniuerſale vt inquit Auer. primo phyſi. com. 3. cõtra thomiſtas quia eſt magis confuſum t. com. 3. t. com. 5.*

CONTRA iſtud obijcitur, quia primo phyſicorũ dr̄ ꝙ cõfuſa. i. magis vniuerſalia sũt prius nota nobis: quod probat, quia pueri primo appellant omnes homines patres, & omnes fęminas matres, poſtea diſcernunt vnumquodq;, ergo prius cognoſcunt patrem ſub ratione hominis, q̃ ſub ratione huius hominis, hoc eſt actualiter concipi, conceptus priores ſeu communiores. Hoc idem probat Aui. de eo qđ vr̄ a remotis, qa prius cognoſcit aliquid ſub ratione corporis, q̃ animalis, & prius ſub ratione animalis, q̃ hominis, & prius hoīs q̃ huius hominis. Hoc etiam videt, quia in arguendo, via cõpoſitiua eſt ante



ante reſolutiuam, ergo ita eſt in intelligibilibus ſimplicibꝰ. Ad primũ dico, ꝙ ſicut eſt duplex confuſum. ſ. totũ vniuerſale & totũ eſſentiale. ita vtrunque in ſuo ordine eſt primũ, ſed ſimpliciter primũ eſt illud, qđ eſt primũ in ordine cõfuſe cognoſcẽdi, qa ꝓceſſus naturalis ab imperfecto ad ꝑfectũ eſt ꝑ mediũ. Cõfuſe autem cognoſcere eſt quaſi medium inter ignorare & diſtincte cognoſcere, & ideo confuſe cognoſcere, eſt ante quodcunque diſtincte intelligere. Et quod dicit de puero, cõcedo ꝙ ſpecies præintelligitur ante ſingulare, qa dixi qđ ſpẽs eſt primũ intelligibile, ſed ratio nõ cõcludit de gñe, ſed de ſpẽ. priꝰ. n. naturaliter actualiter cõcipit albedo, q̃ color in ordine cognitionis confuſę: quia color ſub rõne coloris nõ cognoſcit, niſi ſub maiori abſtractione: q̃ ſit abſtractio albedinis ab hac albedine & illa. abſtractio aũt maior eſt difficilior, quia eſt a minus ſenſibilibus. Ad Aui. dico ꝙ qñ obiectũ non eſt debite approximatũ, nõ monet ad cognoſcẽdũ ſe ſub ꝑfectiſſima rõne, ſed ſub alia imperfecta, & tũc intellectus ſequens ſenſum talis obiecti, oportet ꝙ ſit talis obiecti vniuerſalis, cuius sẽſus erat ſub rõne ſingularis: ſed qñ obiectũ eſt ĩ debita ꝓportione, vt poſſit mouere ſenſum ſub ratione ſua ꝓpria, & ꝑfecta, tunc intellectus ſequẽs ſenſum talẽ hẽt notitiã talis naturæ: prius ſub ratione ſpecifica confuſe, q̃ ſub ratione generis confuſe.

Non ꝙ ratio realis imperfectior a qua ſumitur genus ſit ratio mouendi: quando plus diſtat, & perfectior, a qua ſumitur differentia, ſit ratio mouẽdi quando minus diſtat, immo ratio actiua efficacior eſt ratio agendi a diſtantiori. Sed forma ſpecifica eſt imperfectior ratio aſſimilandi a magna diſtantia, & eſt ratio perfectior aſſimilandi a diſtantia proportionata. igitur color nullam ſui gignit ſpeciem, non ſequitur. Sed tantũ nõ hic. Sed tunc hæc albedo vel hæc nigredo. Sed tunc qõ eſſet de ſpecie intelligibili vniuerſalioris, & minus vniuerſalis? Dici poteſt, ꝙ vtraque gignitur ab eodem phantaſmate: aliter nullius, vt virtualiter contenti in inferiori ſe, eſt gignitiuum ſpeciei intelligibilis, quia ꝑ ſe eſt intelligibile ſic, non ſpeciei ſenſibilis, qa nec ſic eſt ſenſibile: quia ſenſus eſt exiſtentis, vt exiſtens. Contra per te ſenſus non eſt ſingularis, ſed naturæ in ſingulari. Item, ſi ponatur ꝓpria ſpecies ſenſibilis, & proprium phantaſma albedinis, & aliud ꝓprium coloris: ſed non poteſt poni proprium quantitatis, nec entis, quia hæc ſub iſta indifferentia excedunt genus ſenſibilium, nec poſſunt vt huius, relucere in phantaſmate, & tamen ipſorum cauſantur propriæ ſpecies intelligibiles, non igitur a diuerſis phantaſmatibus, nec ab ipſiſmet, vt diſtinctis, ibi virtualiter exiſtentibus, quia ſub iſtis rationibus non ſunt ibi repræſentatiue, nec aliter quàm repreſentatiue patet.

*Subtiliſſima ſolutio.*

Conceditur illud, quòd vtraque gignitur ab eodem phantaſmate, vt prius. Ad tertium dico, quòd vtrobique proceditur ab includente ad incluſum, ita in ſimplicibus, ſicut in com plexis:

plexis: ſed in ſimplicibus includens eſt inferius, in complexis vero includens eſt primum reſpectu concluſionis.

QVANTVM AD notitiā habitualē ſiue virtualē, primo expono quid intelligo ꝑ terminos. Habitualē notitiā voco, quando obiectū ſic eſt præſens intellectui in rõne intelligibilis actu, vt intellect⁹ ſtatim poſſit habere actū elicitū circa illud obiectū. Voco virtualē, qñ aliquid intelligitur in aliquo, vt pars intellecti primi, nõ aũt vt primū intellectum ſiue vt totale terminans intellectionem, ſicut cum intelligitur homo intelligitur animal in nomine, vt pars intellecti, non vt intellectū primū, ſiue totale terminãs intellectionē, hoc ſatis proprie vocatur ĩtellectum virtualiter, quia eſt ſatis proximū intellecto in actu: nõ enim poſſet eſſe actualius intellectum, niſi eſſet ꝓpria intellectione intellectū, q̃ eſſet ipſius primi, vt termini totalis. Quantum ad iſtam notitiam habitualem, vel virtualem, dico ꝙ communiora ſunt prius nota via originis, vel generationis. quod probatur, quia ſicut diuerſæ formæ perficientes idē perfectibile ordine quodam natæ ſunt mediatius & immediatius informare illud, vel perficere, ita ſi eadē forma contineat in ſe virtualiter ꝑfectionem illarū formarum ordinatarū, quaſi cõſimili ordine naturę ꝑficiet illud ꝑfectibile, ſicut ſi forma corporis ſubſtãtię &c. eſſent alię formæ in aliquo per prius informaret forma ſubſtãtiæ, & deinde forma corporis &c. ita ſi vna forma ĩcludit virtualiter omnes illas, ipſa quaſi prius perficiet materiã ſub ratione ſubſtantiæ, q̃ ſub ratione corporis, & ſemper in illa, via generationis imperfectius erit prius. quia proceditur a potentia ad actū, ergo ſicut cõceptus plures communiores, & minus cões, habituales, vel virtuales nati ſunt perficere intellectū, via generationis, vel originis, ita ꝙ imperfectior eſt ſemper prius, ita ſi vnus cõceptus virtualiter includat oẽs iſtos, prius ꝑficiet ſub rõne cõceptus prioris & vniuerſalioris q̃ ſub rõne conceptus particularis.

*Auer. 7. Meta. co. 17. materia primo recipit formas et uniuerſales ſic deinceps.*

Cõtra quare nõ ſimiliter in actuali cognitione? Rñdeo, hic ordinata ſcd̃m naturã ſimul du rõne, non ſic ibi, ſed ſucceſſiue, potentius fortius mouẽtis impedit alia tunc mouere ibi, non ſic hic. Hoc de ordine originis ſiue generationis.

NVNC DE ORDINE perfectionis diſtinguo, ꝙ perfectius intelligibile a nobis poteſt intelligi dupliciter, aut ſimpliciter, aut ſecundum proportionē. Exemplū. viſio aquilæ de ſole eſt ſimpliciter perfectior reſpectu ſolis. q̃ viſio noſtra, videlicet. reſpectu candelæ, & tamē viſio noſtra perfectior eſt ꝓportionaliter. hoc eſt plus habet ipſa de rõne viſionis ſecundū proportionē ad viſibilitatē candelæ, q̃ viſio aquilæ hẽat de rõne viſionis reſpectu viſibilitatis ſolis. Iſta diſtinctio habetur a philoſopho. 11. de animalibus. vbi vult quòd licet de immaterialibus habeamus minimam cognitionem, quod eſt intelligendum proportionaliter, tamen illa eſt deſiderabilior cognitione magna, quæ poteſt haberi de materialibus, quæ eſt magna in comparatione ad illa cognoſcibilia. Loquendo ergo de ordine perfectionis ſimpliciter, dico, quòd perfectiſſimum cognoſcibile a nobis etiam naturaliter, eſt Deus, vnde in hoc etiam ponit philoſophus felicitatē naturalem. 10. Ethy. & poſt ipſum, ſpecies ſpecialiſſima perfectior in vniuerſo, & deinde ſpecies proxima illi, & ſic vſque ad vltimam ſpeciē, & poſt oẽs ſpecies ſpecialiſſimas, genus proximū abſtrahibile à ſpecie perfectiſſima, & ſic ſemper reſoluẽdo & ratio omnium iſtorum eſt quia attingere actualius obiectū eſt intellectio perfectior ſimpliciter, quia habet æqualē ꝑfectionē ex parte intellectus cũ quacunq; alia intellectione, vel nõ minorē, & habet perfectionem multo maiorē ex parte obiecti. q̃ duo. ſ. perfectio potentiæ, & perfectio obiecti ſunt cauſa perfectiſſimę cognitionis ſiue intellectionis. Si autē loquamur de notitia perfectiore ſecundū proportionem ad cognoſcibile, dico quòd perfectiora ſenſibilia, & ſenſus efficacius mouētia, ſunt perfectio cognoſcibilia ſecundum proportionem, quia intellectus noſter plus attingit ad illa ſecundum gradus cognoſcibilitatis eorum, & quæ ſunt remotiora ab illis ſunt minus cognoſcibilia ſecundum proportionem ſuæ cognoſcibilitatis. De tertia primitate. ſ. adæquationis, dicetur in ſequenti quæſtione.

*1. de partibus animalium c. 1.*

*Ca. 10.*



AD ARGVMENTA huius queſtionis.

Ad primum dico, ꝙ conſequentia non valet. ſ. eſt primū ens, ergo eſt primum cognitū a nobis. licet ſequatur, igitur eſt primū cogniſcibile, quãtum eſt de ſe, & ita debet intelligi veritas de qua loquit̃ philoſophus: 2. Meta. ſicut res ſe habet ad entitatē, ita ad veritatem pro euidentia rei in ſe, ſiue pro intelligibilitate rei ex parte ſui, non oportet autē ꝙ res ſicut ſe hẽt ad entitatem, ſic ſe habeat ad cognoſci, niſi intelligatur cognoſci ab illo intellectu qui reſpicit intelligibilia omnia ſecũdū gradum proprium cognoſcibilitatis eorū, qualis non eſt noſter intellectus, ſed maxime cognoſcit ſenſibilia. Ad ſecũdū dico. ꝙ cõſequẽtia non valet, niſi in cauſis p̄ciſis, quod patet in exẽplo. ſi eclipſis eſt cognoſcibilis ex duplici cauſa, per duas potentias. ſ. per ſenſum, & intellectum, habentem demoſtrationem, nunq̃ cognoſcitur ꝑfectiſſime, niſi cognito principio demonſtrationis perfectiſſime, nõ tamen ſequitur, ergo nunq̃ cognoſcitur niſi cognito principio demonſtraſtionis, habet. n. aliam cauſam, qua cognoſci poteſt, quia iſta non eſt p̄ciſe cauſa, tñ per aliam non poteſt ita perfecte cognoſci, ſicut ꝑ iſtam, quia iſta cauſa ſcilicet demonſtratio, qua põt cognoſci ab intellectu eſt perfectior cauſa cognitionis ſuę, q̃ alia, quæ poteſt cognoſci ꝑ ſenſum, ita eſt in ꝓpoſito, quælibet creatura pręter cauſam cognitionis ſuæ, qua eſt eſſentia diuina, hẽt aliã cãm illius cognitionis. ſ. eſſentiã propriam. quæ nata eſt gignere notitiam ſui. nunq̃ tñ per motionē ſuã ita perfecte cognoſcitur res, ſicut per eſſentiam diuinã. non igitur ſequitur ab effectu ad cauſam arguẽdo. ſi ꝑfectiſſime, perfectiſſime. ergo ſi ſimpliciter,

pliciter ſimpliciter, quia illud quod perfectiſſime ſumptũ poteſt eſſe cauſa pręciſa perfectiſſime in genere, ſumptum tamẽ ſimpliciter non eſt cauſa præciſa effectus in genere. Ad tertiũ dico. ꝙ maior eſt vera loquendo de primitate ꝑfectionis: ſed non de primitate adæquationis. Exemplum nunquã eſt viſio circa aliquid ſub ratione coloris præciſe, ita quod non ſub ratione huius, vel illius coloris, puta albi, vel nigri, niſi illud videatur a remotis, vel imperfecte: viſio autem alicuius ſub ratione coloris præciſe, non eſt ꝑfectiſſima, ſed imperfectiſſima. cum dicitur perfectiſſima operatio potentię eſt circa primum obiectum eius, verum eſt, non primum adęquatione, ſed primum perfectione, quod videlicet eſt perfectiſſimum contentorum ſub primo obiecto adæquato. & iõ dicit philoſophus. Ca. 4. 10. Ethy. ꝙ delectatio perfectiſſima eſt in operatione circa optimũ omnium eorum q̃ ſunt ſub potentia. hoc eſt circa optimũ contẽtum ſub obiecto adęquato illius potentiæ: probat igitur iſta ratio, ꝙ Deus eſt primum cognitũ, hoc eſt, perfectiſſimũ: quod concedo, ſed non primũ adęquatum, de quo in ſequenti quæſt.

QVOD AVTEM dicit iſta opi. recitata, & hoc quantum ad ſecundam q. de indeterminato negatiue, & priuatiue, ſi intelligat de primitate originis contradixi in primo membro ſecundæ quæſtionis, & cũ arguitur. ꝙ indeterminatũ negatiue eſt magis indeterminatum, quàm indeterminatũ priuatiue, nego de indeterminatione ad propoſitum loquẽdo. qualis. ſ. eſt in primo intellecto: quia indeterminatum negatiue eſt ſingulare, & tale non eſt magis indeterminatum, q̃ indeterminatum priuatiue. Indeterminatio autẽ negatiua. ſ. repugnantia ad determinari. & ſi ſit aliquo modo maior, q̃ indeterminatio priuatiua, nõ tamen tale indeterminatũ prius occurrit intellectui, qa tale non eſt confuſum obiectum, ſed diſtinctũ cognoſcibile, ſicut prius dictum eſt. Quod arguit etiã in ſecundo membro. ꝙ notitia rationali Deus ſit vltimum cognitum, quia prius cognoſcitur illud a quo ſit abſtractio, quàm abſtractum. hoc non eſt verum, niſi ponendo abſtractionẽ quẽdã diſcurſũ a notiori ad aliud, ita ꝙ illud, a quo fit abſtractio eſt primo cognitũ, & aliud cognitum per ipſum, & ſi ita intelligat abſtractionem talis cognitio per abſtractionem non eſt prima cognitio abſtracti. ſi enim ita cognoſcatur Deus per creaturam, oportet aliquẽ conceptum præhabere de Deo, ad quem diſcurritur. quia diſcurſus præſupponit aliquem conceptum de termino ad quẽ eſt: vel igitur propoſitio quam accipit eſt falſa, vel ſi ſit vera cõcludit Deum eſſe prius cognitum, antequam cognoſcatur rationabiliter, quod forte concederet. Quod etiam addit quòd Deus, vt eſt primum cognitum a nobis naturaliter, non diſtinguitur ab alijs, quia non concipitur in aliquo in quo dinſtinguatur a creatura; In hoc videtur contradicere ſibij pſi, prædixit enim ꝙ eſt primum cognitum ab intellectu naturaliter, vt



vt eſt indeterminatum negatiue, & dicit ꝙ in hoc conceptu diſtinguitur a creatura, qa iſte non conuenit creaturę.

## QVAESTIO. III.

IVXTA IVLEVD quod tactũ eſt tertio articulo ſecũdę quæſtionis de obiecto adæquato intellectus & præciſo, quæritur. vtrum Deus ſit obiectum naturale primum. hoc adæquatum reſpectu intellectus viatoris. Arguitur ꝙ ſic, quia ex præcedẽti queſtione Deus eſt primum, hoc eſt perfectiſſimũ inter omnia cognoſcibilia. primum autem in quocunque genere eſt cauſa eſſendi alijs in illo genere ex ſecundo Met. ſicut primũ calidum eſt cauſa caloris in omnibus alijs, ergo Deus eſt cauſa cognoſcẽdi omnium aliorum. igitur eſt primum obiectũ intellectus. Secũdo ſic. Vnũquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad cognitionem. ſed nihil eſt ens per participationẽ, 1. c. 4. niſi ab ente imparticipato. igitur non cognoſcitur niſi prius cognito ente ĩparticipato. Hoc confirmatur per Aug. 8. de tri. c. 3. de magnis vel. 8. de paruis. Nõ diceremus aliquid eſſe melius alio, cum vere iudicamus, niſi eſſet impreſſa nobis notio ipſius boni. Videtur autem ibidem loqui de bono indeterminato negatiue, de quo in eodẽ c. dicit, vide ipſum bonum ſi potes, & Deum vtique videbis, qđ non videtur verum. niſi de bono ĩdeterminato negatiue. qđ. ſ. non eſt determinabile, quale primum bonum. Contra primum obiectum primitate adęquationis recipit prædicationẽ omnium contentorum ſub eo, Deus autem non, ergo &c.

IN ISTA Quæſtione eſt vna opinio. quæ dicit quod primum obiectum intellectus noſtri eſt quiditas rei materialis, ratio ponitur ad hoc. quia potentia proportionatur obiecto. triplex autem eſt potentia cognitiua. Quędam omnino ſeparata a materia, & in eſſendo, & in operando, vt intellectus ſeparatus. Alia coniuncta materiæ. & in eſſendo & in operando vt potentia organica, quæ perficit materiam. & non operatur, niſi mediante organo a quo in operando non ſeparatur, ſicut in eſſendo. Alia eſt coniuncta materiæ in eſſendo, ſed non vtitur organo materiali in operando, vt intellectus noſter. Iſtis correſpondent obiecta proportionata. nam potentiæ omnino ſeparatæ, vt primæ correſpondere debet quiditas omnino ſeparata a materia. Secundæ ſingulare omnino materiale. Tertiæ ergo correſpõdet quiditas rei materialis, quæ ſi ſit in materia, tamen cognoſcitur, non vt in materia ſingulari.

*Tho. 1. parte ſum. q. 12 art. 4. & q. 85. ar.*

*Vide Tho. 1. parte. ſum. q. 77. 2. 28. ad hæc.*

CONTRA Iſtud nõ põt ſuſtineri a theologo. quia intellectus exiſtens eadem potentia cognoſcet quiditatem ſubſtantiæ materialis. ſicut patet ſecũdum fidem de anima beata: potentia autem manens eadẽ non poteſt habere actum circa aliquid, quod non continetur ſub ſuo primo obiecto. Quod ſi dicas eleuabitur per lumen glorię, ad hoc quòd cognoſcat illas ſubſtantias immateriales. Contra, obiectum primum habitus continetur ſub primo obiecto poten-

potentiæ, vel ſaltem nõ excedit, qa ſi habitus reſpicit aliquod obiectum, quod nõ continetur ſub primo obiecto potẽtiæ, ſed excedit. tunc ille habitus non eſſet habitus illius potẽtiæ, ſed faceret eam non eſſe illam potẽtiam, ſed aliam. Confirmatur ratio: quia cum potentia in primo ſigno naturæ in quo eſt potẽtia, habeat tale obiectum primũ, per nihil poſterius natura præſupponens rationem potentiæ poteſt fieri aliud primum obiectum eius, omnis autẽ habitus naturaliter præſupponit potentiam. Si dicas, ꝙ hæc etiam opi. poneretur a phyloſopho. puta ſi poneret, ꝙ intellectus noſter propter ſui infinitatem inter intellectus: & propter cõiunctionem eius cũ uirtute phãtaſtica, in ſuppoſito cognoſcente habet ordinem immediatũ ad phantaſiam, ſicut. phantaſia habet ordinem immediatũ ad ſenſum communẽ, & ideo ſicut phantaſia non mouetur ab aliquo, niſi quod eſt obiectũ ſenſus communis, licet alio modo idem obiectum cognoſcat. ita diceret, quòd intellectus noſter non tantum propter ſtatum aliquem, ſed ex natura potentiæ non poſſet aliquid intelligere, niſi abſtrahibile a phantaſmate. Contra hoc arguitur tripliciter. primo ſic, quia deſiderium naturale eſt in intellectu cognoſcente effectum ad cognoſcendum cauſam. & in cognoſcente cauſam in vniuerſali eſt deſiderium naturale ad cognoſcendum illam in particulari & diſtincte: deſiderium autem naturale non eſt ad impoſſibile ex natura deſiderantis, quia tunc eſſet fruſtra. ergo non eſt impoſſibile intellectui ex parte intellectus cognoſcere ſubſtantiam immaterialem in particulari. ex quo cognoſcit materiale. ꝙ eſt effectus eius. & ita primum obiectum intellectus non excludit illud immateriale. Secũdo ſic. Nulla potentia poteſt cognoſcere obiectum aliquid ſub ratione cõiori quã ſit rõ ſui primi obiecti. ꝙ patet primo ꝑ rõnẽ, qa tunc illa rõ primi obiecti nõ eſſet adæquata. Etiã patet ꝑ exemplũ. Viſus nõ cognoſcit aliquid ſub ratione cõmuniori, q̃ ſit rõ coloris, vel lucis, nec imaginatio aliquid ſub ratione cõmuniori. quam ſit rõ imaginabilis, ꝙ eſt primũ obiectũ eius: ſed intellectus cognoſcit aliqd ſub ratione cõiori, quã ſit rõ entis materialis, qa cognoſcit aliquid ſub ratione entis in cõi, alioquin metaphyſica nulla eſſet ſcientia intellectui noſtro. Præterea tertio, & redit in idẽ quaſi cũ ſecundo. Quicquid ꝑ ſe cognoſcitur a potentia cognitiua, vel eſt eius obiectũ primũ, vel cõtinet̃ ſub illo obiecto. ens aũt vt eſt cõmunius ſẽſibili, ꝑ ſe intelligitur ab intellectu noſtro, alias metaphyſica nõ eſſet magis ſcientia tranſcendens q̃ phyſica. ergo non põt aliqd eſſe primũ obiectũ intellectus noſtri ꝙ ſit particularius ente, qa tũc ens in ſe nullo modo intelligeret̃ a nobis: videt̃ igitur ꝙ falsũ ſupponitur in dicta opinione de obiecto primo, & hoc loquendo de potentia ex natura potentię. Ex hoc apparet, quod ſi per viã iſtius opini. ſoluatur prima quęſtio dicendo, quod quiditas ſenſibilis eſt primum obiectum intellectus, & ideo non intelligitur Deus, vel ens immateriale ſolutio innititur falſo fundamento.

*Vide. 2. de anima t. c. 150. & 161.*

*1. cæ. t. c. 32. & 2 c. t. com. 50. & 59 & 3. de anima. t. c. 60. & 2. Meta. c. 1.*



CONGRVENTIA etiã illa quæ adducitur pro illa opi. nulla eſt. Potẽtia enim & obiectum non oportet aſſimilari in modo eſſendi, ſe habent enim vt motiuum & mobile, & ita ſe habent vt diſſimilia, quia actus & potentia, ſunt tamen proportionata, quia iſta proportio requirit diſſimilitudinem proportionatorum. ſicut communiter dicitur in omni proportione, ſicut patet de materia & forma, parte & toto. cauſa & cauſato. & cæteris proportionabilibus: igitur ex modo eſſendi talis potentiæ nõ poteſt concludi ſimilis modus eſſendi ĩ obiecto. Cõtra hoc obijcitur, quia licet agẽs factiuum poſſit eſſe diſſimile obiecto, qđ eſt ibi paſſum, tamen operans in cognitiua operatione oportet aſſimilari obiecto, circa qđ operatur, quia non eſt paſſum, ſed magis agens & aſſimilans. omnes enim antiqui concordant in hoc. ꝙ cognitio fit per aſſimilationem, nec Ari. in hoc eis contradixit: igitur hic requiritur non tantum proportio, ſed ſimilitudo. Reſpondeo, aliud eſt loqui de modo eſſendi ipſius potentię in ſe. & aliud eſt loqui de ipſa, inquantum eſt ſub actu ſecundo, vel diſpoſitione proxima ad actũ ſecundum, qui eſt aliud a natura potentiæ. Nunc autem ꝙ potentia cognoſcens aſſimilatur cognito. verum eſt per actũ ſuum cognoſcẽdi, qui eſt quædã obiecti ſimilitudo. vel per ſpeciem diſponentem de proximo ad cognoſcendum, ſed ex hoc concludere, ipſum intellectum ſe habere naturaliter modum eſſendi ſimilem modo eſſendi obiecti, vel econuerſo, eſt facere fallaciam accidentis, & figuræ dictionis, ſicut nõ ſequitur. æs aſſimilat̃ Cæſari, quia per figurã inductam. igitur æs in ſe habet ſimilem modum eſſendi, modo eſſendi cęſaris, vel magis ad ꝓpoſitum, oculus videns per ſpeciem obiecti aſſimilatur obiecto, ergo viſus habet ſimilem modum eſſendi, modo eſſendi obiecti: & ita vlterius, ſicut quędam viſibilia habent materiã quæ eſt cauſa corruptionis, & contradictionis, vt mixta, quędam carent tali materia, vt corpora cœleſtia. ita erit quidã viſus in materia tali. quidam ſinę materia tali, vel quoddam organum tale, & quoddam non tale: vel adhuc magis ad propoſitum. idea in mente diuina, quæ eſt ſimilitudo obiecti, eſt immaterialis, igitur & lapis, cuius eſt idea eſt immaterialis, igitur propter illã congruentiã, nõ videt̃ congruũ artare intellectũ ex natura potẽtię ad obiectum ſenſibile, vt non excedat ſenſũ niſi tm̃ in modo cognoſcendi.

*2. de Anima. t. cõ. 62.*

*3. de Anima. & 2. & 3. & infra de generatione in ſimili habetur.*

ALIA EST opinio q̃ ponit Deũ eſſe primũ obiectũ intellectus. cuius rõnes fundamẽtales ſunt illæ quæ adductę sũt ad primã partẽ q̃onis arguẽdo ad prĩcipale. & ꝓp eaſdẽ ponit Deũ eſſe primũ obiectũ volũtatis, qa hẽt rõnẽ volẽdi oĩa alia. ſicut adduxit auctoritatẽ Aug. 8. de tri. c. 6. de magnis vel 17. de paruis, cur ergo aliũ diligimus &c. & ſequit̃ niſi formã. vbi videmus quid ſit iuſtus animus, diligeremus nullo mõ eũ, diligeremus quẽ ex iſta diligimus.

*Henr. quo li. 15. q. 2.*

CONTRA ISTAM opinio-

nionem argurtur ſic. Primum obiectum naturale alicuius potentiæ habet naturalem ordinē ad illam potentiam. Deus non habet naturalem ordinem ad intellectum noſtrum ſub ratione motiui, niſi forte ſub ratione alicuius generalis attributi: ſicut ponit illa opinio. ergo non eſt obiictum primum, niſi ſub rōne illius attributi, vel ſecundū illā opinionē, quā prius tenui, ꝙ Deus nō intelligit, niſi ſub ratione entis, non habebit naturalem ordinē, niſi ſub tali conceptu vniuerſali. ſed particulare ꝙ nō intelligitur, niſi in aliquo cōi, nō eſt primū obiectū intellectus: ſed magis illud cōmune, ergo &c. Preterea certū eſt quod Deus nō habet primitatē adæquationis pp cōitatem ita ꝙ dicaẗ de oī obiecto p ſe intelligibili a nobis, ergo ſi aliquā habet primitatē adæquationis, hoc erit propter virtualitatem, quia ſcilicet virtualiter cōtinet omnia in ſe p ſe intelligibilia: ſed pp hoc nō erit obiectū primū adæquatū intellectui nr̃o, qa alia entia mouēt intellectū noſtrum propria virtute, ita ꝙ eſſentia diuina non mouet intellectum noſtrum primo ad ſe ſcđo ad omnia alia cognoſcibilia cognoſcenda, ſicut aūt prædictū eſt in qōne đ ſubiecto theologiæ, eſſentia diuina ideo eſt primum obiectum intellectus diuini, quia ipſa ſola mouet intellectū diuinū, & ad cognoſcēdū ſe, & omnia alia cognoſcibilia ab ipſo intellectu. Per eaſdē

Quæſt. 3.

rationes probatur, quod nō pōt poni primum obiectum intellectus noſtri ſubſtātia in cōmuni pp attributionem oīum accidētiū ad ſubſtantiā, qa accidentia habent propriam virtutēmotiuā intellectus. ergo ſubſtantia non mouet ad ſe, & ad omnia alia cognoſcibilia.

AD QVAESTIONEM igitur reſpondeo, quòd nullum pōt poni primū obiectū intellectus noſtri naturale, propter adęquationē talē virtualē propter rationem tactam contra primitatem obiecti virtualis in Deo, vel in ſubſtantia, vel igitur nullum ponetur primū obiectum, vel oportet ponere primū adæquatū, propter communitatem in ipſo, quod ſi ens ponaẗ ęquiuocū creato, & increato ſubſtātiæ, & accidēti, cum omnia iſta ſint per ſe intelligibilia nobis nullū vr̃ poſſe poni primū obiectum intellectus noſtri, nec pp virtualitatem, nec propter communitatem, ſed ponendo illam poſitionem, quam poſui in prima quæſtione, huius diſtinctionis de vniuocatione entis, poteſt aliquomodo ſaluari aliquod eſſe primum obiectum intellectus noſtri. Ad quod intelligendum, primo, declaro qualis ſit vniuocatio entis, & ad quæ eſt, & ſecundo, ex hoc ad propoſitum. Quantum ad primum dico, quod ens non eſt vniuocum dictum in quid de omnibus p ſe intelligibilibus, quia non de differentiis vltimis nec propriis paſſionibus entis,

Nam differentia vltima dicitur, quia non habet differētiā, quia non ſoluitur in conceptū qditatiuū, & qualitatiuū, determinabilē, & determinātem, ſed eſt tantum conceptus eius qualitatiuus, ſicut vltimum genus habet tātū cōceptū quiditatiuū.

Primū, videlicet de differētiis vltimis, dupliciter ꝓbō, primo ſic.



Tex. nō habente commen.

ſic. Si differentiæ includant ens vniuoce dictum de eis, & non ſunt omnino idem, ergo ſunt diuerſa aliquid idem entia, talia ſunt proprie differentia ex. 5. & 10. Metaphyſicę. ergo differentię illę vltimę proprie erunt differentes, ergo aliis differentiis differunt, quod ſi illę aliæ includant ens quiditatiuę arguitur de eis ſicut de prioribus, & ita erit proceſſus in infinitum in differentiis, vel ſtabitur ad aliquas omnino non includentes ens quiditatiue, ꝙ eſt propoſitum, quia illæ ſolæ erunt vltimę. Secundo ſic. ſicut ens cōpoſitū in re cōponitur ex actu & potentia in re. ita conceptus compoſitus per ſe vnus componitur ex conceptu potentiali, & actuali, ſiue ex conceptu determinabili, & determinante: ſicut igitur reſolutio entium cōpoſitorum ſtat vltimo ad ſimpliciter ſimplicia ſcilicet ad actum vltimum, & potentiam vltimam, quæ ſunt primo diuerſa, ita quod nihil vnius includit aliquid alterius, alioquin hoc non eſſet primo actus, nec illud primo eſſet potentia: quod enim includit aliquid potentialitatis, non primo eſt actus, ita oportet in conceptibus omnem conceptū nō ſimpliciter ſimplicē, & tamē per ſe vnum reſolui in cōceptum determinabilem, & determinantem, ita quod iſta reſolutio ſtet ad conceptus ſimpliciter ſimplices, ſcilicet ad conceptum determinabilem tantum, ita quod nihil determinans includat, & ad conceptum determinantem tantum, qui ſcilicet non includit, aliquem conceptū determinabilē, ille cōceptus tm̄ determinabilis

T. c. 13.

Recte ſpeculare.

eſt conceptus entis, & determinans tantum eſt conceptus vltimæ differentiæ, ergo iſti erunt primo diuerſi, ita ꝙ vnum nihil includit alterius. Secundū ſcilicet ꝓpoſitū de paſſionibus entis, probo dupliciter, primo ſic, paſſio p ſe ſecūdo modo prędicatur de ſubiecto primo poſteriorū, ergo ſubiectum ponitur in definitione paſſionis, ſicut additum ex eodem primo & ex 7. Metaphyſicæ. ens igitur in ratione ſuæ paſſionis cadit, vt additum, habet enim paſſiones proprias, vt patet per philoſophum quarto Metaphy. ca. 3. vbi vult, quod ſicut linea, inquantum linea habet proprias paſſiones, & numerus inquantum numerus, ita ſunt aliquę paſſiones entis, inquātum ens, ſed ſi ens cadit in ratione earū vt additū, ergo nō eſt per ſe primo modo, in rōne quiditatiua earum. Hoc etiam confirmatur per philoſophum primo Poſteriorū. c. de ſtatu principiorum: vbi vult ꝙ prędicationes per ſe non conuertuntur, ita ꝙ ſi prædicatum dicatur de ſubiecto p ſe, non econuerſo, dicetur ſubiectum de prædicato per ſe, ſed per accidens, ergo ſi iſta eſt p ſe ſecundo modo, ens eſt vnū: hæc vnum eſt ens, non eſt per ſe ſecundo modo, ſed quaſi per accidēs, ſicut iſta propoſitio eſt eſt per accidens, riſibile eſt homo. Secundo ſic, ens ſufficienter diuiditur. tanquam in illa quæ includunt quiditatiue ipſum, in ens increatum, & in 10. genera. & in partes eſſentiales. 10. generum. Quicquid ſit de iſtis, ſaltem non videtur habere plura diuidentia quiditatiue, quin ſint in iſtis, igitur

T. c. 6.

te. c. 4. 17. & 19.

T. c. 5.

Efficaciſſima ratio. contra aduerſarios ex textu philoſophi t. c. 35.

Quicquid ſit de iſtis. hæc verba deſiderantur in aliquibus exemplaribus.

ſi vnũ, vel verum includat quiditatiue ens, vel erit aliquod decem generum, vel continebitur ſub aliquo iſtorum: ſed non eſt aliquid. 10. generum, patet, nec ex ſe eſt ens increatum, quia conuenit entibus creatis, igitur eſſet ſpecies in aliquo genere, vel principium eſſentiale alicuius generis, ſed hoc eſt falſũ, q͂a oĩs pars eſſentialis in quocũque genere, & omnis ſpecies cuiuſcunque generis includit limitationem, & ita quodcũque tranſcendens eſſet de ſe finitum, & per conſequens repugnaret enti infinito, nec poſſet dici de ipſo formaliter, quod eſt falſum, quia omnia tranſcendentia dicuntur perfectiones ſimpliciter, & conueniunt Deo in ſummo.

Tertio argui poteſt, & in hoc etiam confirmatur prima ratio ad concluſionem iſtam, quia ſi vnum includit ens quiditatiue, non includit præciſſe ens, quia idem tunc eſſet paſſio ſuipſius: ergo includit ens & aliquid aliud, ſit illud a. aut igitur illud .a. includit ens aut non, ſi ſic: vnum bis includeret ens, & eſſet proceſſus in infinitum, vel vbicũque ſtabitur illud vltimũ q̄d eſt de ratione vnius & nõ includit ens vocetur. a. vnum ergo ratione entis incluſi non eſt paſſio, & per conſequens illud aliud incluſum quod eſt a. eſt primo paſſio, & eſt tale quod non includit ens quiditatiue, & ita quicquid eſt primo paſſio entis: ex hoc non includit ens quiditatiue.

QVANTVM ad ſecundũ articulum principalem, dico ꝙ ex iſtis quatuor rationibus ſequitur, cum nihil poſſit eſſe cõmunius ente, & ens non poſſit eſſe commune vniuocum, dictum in quid de omnibus per ſe intelligibilibꝰ, q͂a nõ de differentiis vltimis nec de paſſionibus ſuis, ſequitur, ꝙ nihil eſt primum obiectũ intellectus noſtri ꝓpter comunitatẽ in quid ipſius ad omne p ſe intelligibile: & tamẽ hoc non obſtante dico ꝙ ens eſt primũ obiectũ intellectus noſtri, quia in ipſo concurrit duplex primitas, ſcilicet communitatis & virtualitatis. Nam omne per ſe intelligibile, aut includit eſſentialiter rationẽ entis, vel continet virtualiter, vel eſſentialiter in includẽte eſſentialiter rationẽ entis. Omnia. n. genera, & ſpecies & indiuidua, & omnes partes eſſentiales generũ, & ens increatũ includunt ens quiditatiue, omnes differentiæ vltimę, includunt in aliquibus iſtorũ eſſentialiter, vel quiditatiue omnes paſſiones entis includuntur in ente, & in ſuis inferioribus virtualiter: igitur illa quibus ens non eſt uniuocum inquid, includuntur in illis quibus ens eſt ſic vniuocũ: & ita patet quod ens habet primitatem communitatis ad prima intelligibilia, hoc eſt ad conceptus quiditatiuos generum, ſpecierum, indiuiduorum, & partium eſſentialium omnium iſtorum, & entis increati, & habet primitatem virtualitatis ad intelligibilia incluſa in primis intelligibilibus, hoc eſt ad conceptus qualitatiuos differentiarum vltimarum, & paſſionum propriarum. Quod autem ſuppoſui communitatem entis in quid ad omnes conceptus quiditatiuos prædictos, hoc probatur de omnibus illis duabus





rationibus poſitis in prima q͂ōne huius diſtinctionis, ad probandum communitatem entis ad ens creatum, & ens increatum, quod vt pateat, pertracto duas aliqualiter. Prima ſic. de quocunque. enim prædictorum conceptuum quiditatiuorũ cõtingit intellectum certum eſſe ipſum eſſe ens, dubitando de differentijs contrahentib. ens ad talem conceptum, vtrum ſit tale ens, vel non, & ita conceptus entis, vt conuenit illi conceptui, eſt alius ab illis conceptibus inferioribus, de quibus intellectus eſt dubius, & incluſus in vtroque inferiori conceptu, nam differentię illę contrahentes præſupponunt eundem conceptum entis communem, quem contrahunt.

Secundam rationem pertracto ſic. ſicut eſt argutum, quod Deus non eſt a nobis cognoſcibilis naturaliter, niſi ens ſit vniuocum creato, & increato, ita poteſt argui de ſubſtantia, & accidente, cum enim ſubſtantia non immutet immediate intellectum noſtrum ad aliquã intellectionem ſui: ſed tantum accidens ſenſibile, ſequitur quod nullum conceptum quiditatiuum habere poterimus de ea, niſi ſit aliquis talis qui poſſit abſtrahi a conceptu accidentis, ſed nullus talis quiditatiuus abſtrahibilis eſt a conceptu accidentis, niſi conceptus entis, ergo &c. Hoc autem quod ſuppoſitum eſt in ratione iſta de ſubſtantia, quod non immutat intellectum noſtrum immediate ad actum circa ſe, probatur ſic, quia quicquid præſentia ſua immutat intellectum, abſentia illius poteſt naturaliter cognoſci ab ĩtellectu. (In cuius abſentia non ſic poteſt immutari, ſic verũ eſt de ſenſu, quod non mouetur in abſentia obiecti. Sed quod additur, poteſt cognoſci abſens, verum quidem eſt de intellectu, qui eſt reflexiuus ſuper actum proprium quando ineſt, & cauſantiam, quando non ineſt. Sed tunc exẽplum de uiſu exponendum eſt. prima maior ſufficit ad propoſitum, ſecunda concludit maniſeſtius, eſt quidem ſecunda vera, ſed non per exemplum probata.) Quando non immutatur ſicut apparet. 2. de anima ꝙ viſus eſt tenebrę perceptiuus, q̃n ſ. lux non eſt pñs, & ideo tunc viſus non immutat̃, igit̃ ſi intellectus naturaliter immutat̃ a ſubſtantia immediate ad actũ circa ipſam, ſequeret̃, ꝙ q̃n ſubſtantia non eſſet pñs, poſſet naturaliter cognoſci non eſſe pręſens, & ita naturaliter poſſet cognoſci in hoſtia altaris conſecrata non eſſe ſubſtantiã panis, q̄d eſt manifeſte falſum, nullus igit̃ cõceptus quiditatiuus habetur naturaliter de ſubſtantia, immediate cauſatus a ſubſtantia, ſed tantum cauſatus vel abſtractus primo de accidente, & illud non eſt, niſi conceptus entis, t. c. 105.

Reſpondeo, probatio in probat cognitionem ſubſtantiæ intuitiuam, quia de illa eſt maior vera, non de abſtractiua, quæ non deficit propter abſentiam realem obiecti, nec igitur abſentia percipitur. Item, quod accipitur de ſenſu dubium eſt, quomodo ſenſus cum non retineat ſpeciem in abſentia obiecti, nec recipiat ſpeciem tenebrę, poterit tenebram cognoſce-

re. Contra primo cognitio abſtractiua neceſſario præſupponit aliquã hr̃e realē pñtiā illius, a quo ipſa derelinquitur, vel ſpeciem quę eſt eius principiū, qui autem vidit euchariſtiam nunq̃ realem pñtiam obiecti cauſati mediate intellectionis abractiue habuit. Alius qui vidit alium panem habuit, igitur primus non habebit cognitionem abſtractiuam panis, ſecundus habebit, quod ſtati contra experientiam eſt, quia vterque poteſt ſimilem actum intelligendi panem experiri in ſe: ſi proterue negetur, eſto ille primus poſtea vidit alium panem, igitur poterit poſtea in cognitionē abſtractiuā panis, in quā prius non potuit, oppoſitū experitur iſte in ſe. Similiter eñ ſe hēt nunc vt prius. Item qui pōt obiectum abſens cognoſcere abſtractiue, pōt illud pñs in exiſtentia ſua cognoſcere intuitiue, igitur ſi ſubſtantia cognoſcitur abſtractiue, igitur pñs intuitiue, & tunc abſentia. Ad inſtantiam de ſenſu, dicit, ꝙ tenebra cognoſcitur arguitiue, non a viſu. ſed ſic a potentia arguēte. oculus reſpicit, & non eſt cęcus, nec tamen videt, igitur tenebra eſt, patet, aliqua trium præmiſſarum prætermiſſa, non ſequitur concluſio, nulla trium propoſitionum eſt nota viſui, vt cognoſcenti ipſam, vel cōiūctionem, vel diuiſionem extremorum, quia nec tertia de qua plus vr̃, qa non cognoſcit actū ſuū qñ ineſt, nec priuationem, qñ actus non ineſt, exponitur Ari. Viſus eſt tenebræ perceptiuus, quia priuatio ſui obiecti eſt cā nō immutationis viſus, & ſic percipiť tenebra non viſu ſed ab aliqua potentia vtente priuatione actus in viſu pro pſentia. Per idem cōcludiť ēt ꝓpoſitū de partibus eſſentialib. ipſius ſubſtantiæ, ſi.n. materia nō immutat intellectū ad actū circa ipſam, nec forma ſubſtantialis, q̃ro qs cōceptus ſimplex in intellectu hr̃ de materia, vel forma: ſi dicas ꝙ aliquis conceptus relatiuus, puta partis, vel cōceptus per accidens, puta alicuius proprietatis materię, vel formæ, q̃ro quis eſt conceptus quiditatiuus, cui iſte ꝑ accidēs, vel relatiuus attribuiť. & ſi nullus quiditatiuus hr̃, nihil erit cui attribuať iſte conceptus per accidens. nullus aūt quiditatiuus pōt hr̃i niſi impreſſus, vel abſtractus ab illo, ꝙ mouet intellectū, puta ab accidente, & ille erit conceptus entis, & ita nihil cognoſceret de partib. eſſentialib. ſubſtātiæ, niſi ens ſit cōe vniuocū eis, & accidentib. Iſtæ rōnes nō concludūt vniuocationē entis in qd ad drias vltimas, & paſſiones. De prima oñdiť, qa licet intellectus ſit certus de aliquo tali ꝙ ſit ens, dubitādo vtrū ſit hoc, vel illud, tñ nō eſt certus ꝙ ſit ens quiditatiue, ſed quaſi prædicatione per accidens. Vel aliter, & melius ſic. Quilibet talis conceptus eſt ſimpliciter ſimplex, & ideo non pōt ſecundū aliquid concipi & ſecundū aliquid ignorari, ſicut patet ꝑ Phi. 9. Met. in fi de conceptib. ſimpliciter ſimplicib. ꝙ nō eſt circa eos deceptio, ſicut eſt circa quiditatē cōplexorum. qđ nō eſt intelligendū, quaſi intellectus ſimplex formaliter decipiať circa intellectionē qditatis, qa in intellectione ſimplici nē eſt verū vel falſum, ſed circa t.c.vlti.

quidi-



quiditatē cōpoſitā pōt intellectus ſimplex virtualiter decipi, ſi.n. iſta rō eſt in ſe falſa, tunc includeret virtualiter ꝓpoſitionē falſam, ꝙ aūt eſt ſimpliciter ſimplex nō ĩcludit virtualiter, nec formaliter propoſitionē falſam, & iō circa ipſum nō eſt deceptio. Vel.n. totaliter attingitur, vel nō attingiť, & tūc totaliter ignorať. de nullo igiť ſimpliciter ſimplici conceptu pōt eſſe certitudo ſecūdū aliquid eius, & dubitatio ſecundū aliud. Per hoc ēt patet ad ſecundā rōnem ſuprapoſitā, quia tale ſimpliciter ſimplex ignotum eſt oĩno, niſi ſecundū ſe totū concipiať. Tertio ēt mō pōt rñderi ad primā rōnem, ꝙ ille conceptus de quo eſt certitudo, eſt alius ab illis, de quib. eſt dubius, & ſi ille cōcept⁹ certus ſaluať in alterutro illorū dubiorū vere, eſt vniuocus, & cū alterutro illorū cōcipitur, ſed non oportet, ꝙ inſit vtrique illorum in quid. ſed vel ſic, vel eſt vniuocus eis, vt determinabilis ad determinantes, vel vt denominabilis ad denominantes. vnde breuiter ens eſt vniuocum omnibus, ſed conceptibus nō ſimpliciter ſimplicibus eſt vniuocum in quid, dictum de eis, ſed ſimpliciter ſimplicibus eſt vniuocus, vt determinabilis, vel vt denominabilis, non autem vt dictum eſt de eis in quid, quia hoc includit contradictionem. Ex his apparet, quomodo in ente concurrat duplex primitas, ſcilicet primitas cōmunitatis in quid ad omnes conceptus non ſimpliciter ſimplices, & primitas virtualitatis in ſe, vel in ſuis inferioribus ad omnes conceptus in ſe ſimpliciter ſimplices. & quod iſta duplex primitas concurrens ſufficiat ad hoc quòd ipſum ſit primum obiectum intellectus, licet neutram habeat præciſe ad omnia per ſe intelligibilia. hoc declaro per exemplum, quia ſi viſus eſſet per ſe cognoſcitiuus omnis coloris, & omnium paſſionum, & differentiarum coloris in communi, & omnium ſpecierum, & indiuiduorum, & tamen color nō includeretur quiditatiue in differentijs, & paſſionibus coloris, adhuc viſus haberet idem obiectum primum, quod modo habet, quia diſcurrendo per omnia, nihil aliud eſſet ſibi adæquatum. igitur tunc non includeretur primum obiectum in omnibus per ſe obiectis quiditatiue, ſed quodlibet per ſe obiectum, vel includeret ipſum eſſentialiter, ve includeretur in aliquo eſſentialiter, vel virtualiter includente ipſum, & ita in ipſo concurret duplex primitas, ſcilicet communitatis ex parte ſui, & primitas virtutis in ſe, vel in ſuis inferioribus, & iſta duplex primitas ſufficiat ad rationem primi obiecti talis potentiæ.

CONTRA iſtam vniuocationem entis arguitur multipliciter. Primo, per Philoſophum tertio Metaphyſicæ. qa t.com.10 ſecundum ipſum, ibi ens non eſt genus, quia tunc ſecundum ipſum ibidem, differentia non eſſet ens. ſi autem eſſet commune dictum in quid de pluribus ſpecie differentibus, videretur eſſe genus. Idem etiam in quarto Metaphyſicæ in principio. t com. 2. vbi vult quod ens dicitur de entibus, ſicut ſanum de ſanis, & quod Metaphyſica eſt vna ſcie-

tia

nota illas lineas pro diferencijs quomodo eis ens prędicatur univoce

tia, non quia omnia illa de quibus Metaphy. eſt, dicantur ſecũdum vnum, ſed ad vnum, ſcilicet non vniuoce, ſed analogice. ergo ſubiectum Metaphyſicæ non eſt vniuocum, ſed analogum. *t.com.14* Idem 7. Metaphy. di- *t.com.16.* cit quòd accidentia non ſunt entia, ſicut logici dicunt non ens eſſe ens, & non ſcibile eſſe ſcibile, & ſicut vas dicitur ſalubre. in omnibus iſtis exemplis *Capre. de ſpan. t.c. 13.* non eſt vniuocatio eius quod dicitur de pluribus. Item, Porphyrius ſi quis omnia entia vocet, æquiuoce inquit nuncupabit. Item primo Phyſicorũ. principium eſt contra Parmenidem & Melliſſum. quòd ens multipliciter dicitur, & arguit quòd ſi omnia ſint vnum ens. ergo omnia ſunt, vel hoc vnum ens, vel illud, quod non ſequeretur, ſi ens eſſet vniuocũ. ſicut non ſequitur. omnis homo eſt vnus homo. ergo iſte vn⁹ homo, vel ille eſt vnus homo. Item per rationem. ſi ens eſſet vniuocum ad. 10. genera. ergo deſcenderet in iſta per aliquas differentias. ſint igitur duæ tales differentiæ. a. & b. aut igitur iſtæ includunt ens quiditatiue, & tunc in conceptu cuiuſlibet generis generaliſſimi includitur nugatio, aut iſta ſunt entia, & tunc non ens erit de cõceptu entis. Ad primũ argumentum tertij metaph. quamuis non oportet dicere, quòd argumenta illa concludant, quia philoſophus intendit ibi arguere ad oppoſitas partes quæſtionum, quas diſputat, ſicut ipſemet *ſ.3.Mot.* præmittit in procemio, duo autem oppoſita non poſſunt concludi, niſi alterum argumentum ſit ſophiſticum, vnde *Com.33.* Commentator eius dicit in primo argumento, ad primam quæſtionem ibi diſputatam, eſſe fallaciã conſequentis, ſi contraria pertinent ad eandẽ ſcientiam, ergo non contraria non pertinent ad eandem ſcientiã: quamuis etiam iſtud argumentum principaliter non oportet tenere, quod concludat. infert enim ibidem, quare ſi vnũ eſt genus, aut ens, nulla differẽtia, neque vnum, neque ens erit. Quæro aut intendit inferre, ꝙ non per ſe primo modo erit differentia ens, vel vnum. & ſic cõcluſio non eſt conueniens de vno: aut intendit inferre negatiuam abſolute, & tunc non valet conſequentia. Non enim ſi rationale eſt differentia reſpectu animalis, ſequitur quod rationale non eſt animal, ſed ꝙ non eſt per ſe primo modo animal. Tamen tenendo, ꝙ argumentum valeat concludit oppoſitum, magis quam propoſitum. Remouet enim ab ente rõ- *Hinc patet error argumentum contra Doct. quia non intelligit argumentũ Philoſophi quis ens nõ eſt gen⁹ quia de aliqua differẽtia per ſe præter genus aut denul la.* tum. Remouet enim ab ente rõnem generis, non propter æquiuocationem, immo ſi eſſet æquiuocum ad. 10. genera eſſet. 10. genera, quia idẽ cõceptus (quocunque nomine ſignificet,) hẽt eandem rõnem generis, ſed remouet rõnem generis ab ente ꝑꝑ nimiam cõitatem, quia videlicet prædicatur ꝑ ſe primo modo de differentia aliqua, & per hoc poteſt concludi, quod ens non ſit genus. Ad videndũ autem quomodo hoc ſit verũ, cum tamen prædictum ſit, ꝙ ens non prædicatur per ſe primo modo de differentijs vltimis, diſtinguo de differentijs, quod aliqua poteſt ſumi a parte eſſentiali vltima, quę eſt res, & natura alia ab illo, a quo ſumitur.



*De his vide.8.diſt. q.3. clarius.* mitur conceptus generis: ſicut ſi ponatur formarum pluralitas, & genus dicatur ſumi a parte eſſentiali priori, & dria ſpecifica a forma vltima, tũc ſicut ens dr̃ in quid de illa parte eſſentiali, a qua ſumit̃ dria talis ſpecifica, ita dr̃ in quid de tali dria in abſtracto, ita ꝙ ſicut eſt in quid anima intellectiua eſt ens, accipiendo eundem conceptũ entis, ſecũdũ quẽ dr̃ de homine, vel de albedine, ita hæc eſt in quid rõnalitas eſt ens. ſi rõnalitas ſit talis dria, ſed nulla talis dria eſt vltima, quia in tali continentur plures realitates aliquo modo diſtinctæ tali diſtinctione, vel non identitate qualem dixi in q.1. de tri.2. diſ. eſſe inter eſſentiam & proprietatem perſonalem, vel maiori, ſicut alias explanabitur, & tũc talis nam poteſt concipi ſecundum aliquid, hoc eſt ſecundum aliquam realitatẽ, & perfectionem, & ſecundum aliquã ignorari: & iõ talis naturę cõceptus nõ eſt ſimpliciter ſimplex, ſed vltima realitas, ſeu perfectio realitatis naturæ, a qua ſumitur vltima dria eſt oĩno ſimpliciter ſimplex, iſta realitas non includit ens quiditatiue, ſed habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, vnde ſi talis realitas ſit a. hæc non eſt in quid. a. eſt ens ſed eſt quaſi per accidẽs, & hoc ſiue. a. dicat illã realitatem, ſeu driam in abſtracto ſumptam a tali realitate. Dixi igit̃ prius. ꝙ nulla dria ſimpliciter vltima includit ens quiditatiue, quia eſt ſimpliciter ſimplex, ſed aliqua dria ſumpta a parte eſſentiali, quę pars eſt vna in re, alia natura a qua ſumit̃ genus illa dria nõ eſt ſimpliciter ſimplex, & includit ens in qd, & ex hoc ꝙ talis dria eſt ens in qd, ſequit̃ ꝙ ens non eſt genus ꝑꝑ nimiã cõitatem entis. Nullũ n. genus dr̃ de aliqua dria inferiori in quid, nec de illa, quæ ſumitur a forma, nec de illa, quæ ſumitur ab vltima realitate formę, ſicut patebit diſt. 8. ꝙ ſemper illud a quo ſumitur conceptus generis, ſecundũ ſe eſt potentiale ad illã realitatẽ, a qua ſumit̃ conceptus driæ, ſiue ad illã formã, ſi dria ſumatur a forma. Et ſi arguas contra iſtud. ꝙ ſi rõnale includit ens quiditatiue, & quęlibet differentia cõſimilis, q. ſ. ſumit̃ a parte eſſentiali, nõ *Inſtantia ſubtiliſſima.* ab vltima realitate eius, ergo addendo talem driam generi, erit nugatio. eo quod ens, bis dicetur. Dico quod qñ duo inferiora ad tertium ſic ſe hñt, ꝙ vnum denominat alterũ, illud cõe particulariter denominat ſeipſum ſine nugatione, ſicut albedo, q̃ eſt inferior ad ens denominat animal, quod eſt inferius ẽt ad ens, ſine nugatione, & iõ ſicut eſt denoĩatiua iſta, animal eſt albũ, ita ens, qđ eſt ſuperius ad albũ, põt denominare aĩal, ſiue ens particulariter ſumptũ ꝑ aĩali: puta ſi illud ens denoĩatiuum eſſet entale, hæc eſſet vera aliqđ ens eſt entale. ſicut enim ibi cõcedo denominationẽ accidentalẽ ſine nugatione, nec tñ idẽ oĩno denominat ſeipſum eodẽ mõ cõceptũ. ita hic, animal rõnale eſt ſine nugatione. nã in aĩali includit̃ ens quiditatiue, & in rõnali denoĩatiue, & ſicut rõnalitas eſt ens quiditatiue, ita rõnale denoĩat̃ ab ente: igit̃ hic eſſet nugatio animal rationalitas; non autem hic animal ratio-

rationalitas,non aũt hic aĩal rõ
nale.ſicut eſſet hic,animal albe
do, non autem eſt nugatio hic,
*T.c.& in de.* animal album. Ad aliud quod
dicitur de 4.Met.dico ꝙ philo-
ſophus.10.Met.concedit ordi-
nem eſſentialem inter ſpecies
eiuſdem generis, quia ibi vult,
ꝙ in quolibet genere eſt vnum
primum,quod eſt mẽſura alio-
rum: menſurata autem habent
eſſentialem ordinẽ ad menſu-
ram.& tamen non obſtante at-
tributione, quilibet cõcederet
vnum eſſe conceptum generis,
aliàs genus nõ prædicaretur in
quid de pluribus differentibus
ſpecie.ſi enim genus non habe
ret conceptum alium a conce-
ptibus ſpecierum,nullus conce-
ptus diceretur de pluribus in
quid, ſed tãtum quilibet de ſe-
ipſo.& tunc nihil prędicaretur
vt genus de ſpecie, ſed vt idem
*t.c.31.* de eodem. Conſimiliter philo-
ſophus dicit in 7.Phyſ.ꝙ in ge
nere latent æquiuocationes,ꝓ-
pter quas non poteſt fieri cõpa
ratio ſecundum genus.Non.n.
eſt æquiuocatio quãtum ad lo-
gicum qui ponit diuerſos con-
ceptus,ſed quantum ad realem
philoſophum eſt æquiuocatio,
quia non eſt ibi vnitas naturæ,
ita igitur omnes auctoritates
quę ſunt ĩ metaphyſica, & phy
ſica,quæ eſſent de hac materia,
poſſent exponi propter diuerſi-
tatem realem illorum, in qui-
bus eſt attributio, cum qua ta-
men ſtat vnitas conceptus ab-
ſtrahibilis ab eis,ſicut patuit in
exemplo, concedo tamen, ꝙ to
tum illud quod accidens eſt,at-
tributionẽ eſſentialẽ habet ad
ſubſtantiam, & tamen ab hoc,
& ab illo põt cõceptus vnus cõ
munis abſtrahi. Ad illa quæ di
cuntur de 7.Meta.dico ꝙ litera
vltimi paragraphi de illa ma-
teria ſoluit oẽs auctoritates phi
loſophi præhabitas, quæ inci-
pit. Palam autem illud &c. ibi
enim dicit philoſophus,ꝙ pri-
mo & ſimpliciter diffinitio, & *t.c.16.*
quod quid erat eſſe ſubſtantia-
rum eſt,& non ſolum,ſed alio-
rum ſimiliter eſt,non tamẽ pri
mo.& probatur hoc ibi,quia ra *al. ſimpliciter.*
tio ſignificans idem nomini eſt
diffinitio, ſi illud cuius eſt rõ,
eſt per ſe vnum.vnum vero di-
citur ſicut & ens. & intellige ꝑ
ſe ens. ens autem hoc quidem
hoc aliquid, aliud quantitatẽ,
aliud qualitatem ſignificat, qđ *4. Meta. t.c.28.l. c.14.*
verum eſt de ente per ſe, quia
ens per ſe in 5.lib.diuiſit in de
cem genera.igitur quodlibet il-
lorum eſt vnum per ſe, & ita
ratio iſtorũ eſt diffinitio, & hoc
concludit ibi, quapropter erit
hominis albi ratio, & diffini-
tio,alio vero modo albi, & ſub
ſtantiæ,quia ſubſtantiæ per ſe *al. ſimpliciter.*
& primo,albi ſimiliter,& ꝑ ſe,
ſed non primo:albi hominis ſe
cundum quid, & per accidens,
vnde & in illo capitulo tractat
principaliter de tali ente per ac
cidens cuiuſmodi eſt homo al-
bus,ꝙ eius nõ ſit diffinitio Ens
igitur,vel quid,vel diffinitionẽ
habere quodcunque iſtorum ſi
militer dicitur de accidente, ſi-
cut de ſubſtantia, ſed non æque *al. ſimpliciter.*
primo. & non obſtante ordine
poteſt bene eſſe vniuocatio. Ad *Nã in 4. Met. t.c. 2. oppoſitũ dicit philoſophus quòd ens non dicitur æquiuoce ſed*
Porphyrium ipſe allegat Ariſt.
dicendo æquoce inquit.ſ.Ariſt.
de quo ibi loquitur,non inue-
nitur autem vbi hoc dixerit in
logica,in metaphyſica aũt di-
cit,ꝙ iam allegatum eſt, & ex-
poſitum. ſi quis autem vellet
pertractare auctoritatem Por-
phy-



*analogice. a. illud. Quia loquitur por. de æquiuocatione limitata.quia eius oppoſitum, ſi in ente daretur,tunc ſubiecta non eſſet genus.*
phyrij,qũo ratio eius ex aucto-
ritate Ariſt. valet ad propoſitũ
ſuũ,poſſet exponi ſed nolo im-
morari. Ad aliud quod arguit
de primo Phyſic. dico quod ad
opi. illã Parmenidis & Meliſſi
deſtruendam, principium eſt
accipere ꝙ ens dicitur multipli
citer,non æquiuoce,ſed multi-
pliciter,hoc eſt de multis ad ĩ-
quirendum de quo illorum in-
telligant,ſicut ſi diceretur,om-
nia eſſe vnũ animal. contra eos
eſſet diſtinguere animal, & q̃-
rere,de quo animali intelligũt,
aut oĩa eſſe vnum hominem,
aut vnũ equũ.Cũ dicitur ꝙ ar-
gumentum philoſophi non va
let cõtra eos ſi ens eſſet vniuo-
cũ Rũdeo ꝙ conſequentia iſta
(deſcẽdendo ſub prædicato ſtã
te confuſe tñ)non tenet forma
liter, ſed eſt fallacia figuræ di-
ctionis, & fallacia cõſequẽtis,
tñ ſi ipſi intellexerũt, ſicut phi
loſophus imponit eis,ꝙ omnia
ſunt vnũ, nõ loquendo de vno
confuſe, ſed de aliquo vno de-
*Hic aſſignatur 4. q. in aliquibus antiquis originalibus, ſed hæc ſupputatio magis placet Ægid de ro. quoli. 4. q.10.t.c. 33.& 38.*
terminato, bene ſequit̃ ad an-
tecedens ſic intellectum,ꝙ oĩa
ſunt hoc vnũ.vel illud vnum.

HIS VISIS de ente reſtat
vlterior dubitatio, vtrũ poſſet
poni aliqd aliud trãſcẽdẽs pri-
mũ obiectũ intellectus nr̃i, qđ
vr̃ habere ęqualẽ cõitatẽ cũ en-
te,& vr̃ ꝙ ſic.& de hoc vno mo
do.ꝙ verũ ſit obiectũ adæqua-
tũ, & primum intellectus no-
ſtri hic, & non ens, quod tri-
pliciter probatur. Primo ſic.
diſtinctæ potentiæ habent di-
ſtincta obiecta formalia. ex.
2.de Aĩa.ſed intellectus & vo-
luntas ſunt diſtinctæ potentię:
ergo habent diſtincta obiecta
formalia,quod non videt̃ poſſe
ſuſtineri, ſi ens ponatur pri-
mum obiectum intellectus.

Sed ſi verum ponatur, bene
poſſunt aſſignari diſtincta obie
cta formalia.

Secundo ſic. ens eſt commu-
ne de ſe ad ſenſibile & intelli-
gibile, obiectum autem pro-
prium alicuius potentiæ eſt o-
biectũ eius ſub aliqua propria
ratione, ergo ad hoc ꝙ ens ſit
ꝓpriũ obiectũ ĩtellectus,opor-
tet ꝙ determinet̃ & cõtrahatur
ad ens intelligibile ꝑ aliquid,
per qđ excludat̃ ens ſenſibile,
ſed tale cõtrahens videtur eſſe
verum, quod dicit de ſe rõnem
manifeſtatiui, vel intelligibi-
lis. Item tertio ſic obiectũ non
eſt ꝓpriũ alicuius potẽtiæ, niſi
ſcđm ꝙ eſt ꝓpriũ motiuũ illi⁹
potẽtiæ,nõ mouet aũt aliqd pò
tẽtiã, niſi ſcđm ꝙ hẽt aliquam
habitudinẽ ad eã,ens aũt ſcđm
ꝙ abſolutũ,& non habens ali-
quã habitudinẽ ad intellectũ,
non eſt primum & immediatũ
obiectũ,illud aũt quod ſecun-
dum ꝙ ens formaliter habet ha
bitudinem ad intellectum, eſt
veritas:quia ſecundum Anſel.
de veritate,veritas eſt,rectitu-
do ſola mente perceptibilis.

SED CONTRA iſtã cõ-
cluſionẽ de veritate arguo ſic.
Primũ obiectũ hoc eſt adæqua-
tum,vel adæquatur ſcđm cõita
tem,vel ſcđm virtutem,vel ſe-
cundũ iſtã duplicem primitatẽ
cõcurrentẽ,verũ aũt nullo iſto
rum modorũ adæquatur intel-
lectui.ens aũt adæquatur,vt pa
tuit, ergo &c. probatio pri-
mæ partis minoris.verum non
dicitur in quid de omnibus
per ſe intelligibilibus, quia
non dicitur in qd de ente, nec
de aliquo ꝑ ſe inferiori ad ens.
Secunda pars minoris proba-
tur,

tur. cum tertia, quia inferiora ad verum, licet includat ipſum eſſentialiter, non tamen includunt omnia alia intelligibilia virtualiter, vel eſſentialiter, q̃a hoc verum quod eſt in lapide, nõ includit eſſentialiter, vel virtualiter lapidem, ſed econuerſo, illud ens quod eſt lapis includit veritatem, & ita de quibuſcunque alijs entibus, & eorum veritatibus. Item verum eſt paſſio entis, & cuiuslibet inferioris ad ens, ergo intelligendo ens, & quodcunque inferius ad ens, præciſe ſub ratione veri, non intelligitur niſi per accidens, & non ſecundum rationem quiditatiuam: ſed cognitio cuiuſcunque ſecundum rationẽ quiditatiuã eſt prima & perfectior cognitio de eo. ex. 7. Meta. ca. 1. ergo nulla cognitio de aliquo, præciſe ſub ratione veri, eſt prima cognitio obiecti, & ita nec veritas eſt prima ratio præciſe cognoſcendi obiectum. Confirmatur ratio ex. 2. Priorum. cum ſcientiæ mulę vt mula, ſtat ignorantia huius mulæ, vt hæc. ſicut ergo comparando obiectum ab habitum inferius extraneatur a ſuo ſuperiori, de quo ſuperiori eſt primo ille habitus, ita multo magis extraneabitur ſubiectum ſuę paſſioni comparando, ſiue ad habitum, ſiue ad potentiam. Item obiectum habitus naturaliter non præcedit obiectum potentiæ, ſed primum obiectum Metaphiſicæ, quæ eſt habitus intellectus, eſt ens, quod eſt prius naturaliter vero. & non verum, q̃d eſt paſſio entis eſt ſubiectũ Metaphyſicæ, ergo &c.

*a. l. illud ens quod eſt in lapidem.*

*t. c. 4. & inde.*

*Ca. 2.*

ADRATIONES in oppoſitũ reſponde ducendo illas ad oppoſitũ, primã ſic, q̃a ſicut volũtas non põt habere actum circa ignotũ, ita nõ põt habere actũ circa obiectũ ſub rõne formali aliqua obiecti, quæ rõ eſt penitus ignota, ergo oĩs rõ ſecundũ quã aliquid obijcit volũtati, eſt cognoſcibilis ab intellectu, & ita non poteſt eſſe prima ratio obiecti intellectus illa, q̃ diſtinguitur contra rationẽ volibilis, ſi qua ſit talis. Item intellectus ponit differentiam inter bonum, & verum. & etiã conuenientiã. ergo &c. Hoc etiã probatur: quia de quibuſcũq; paſſionibus entis habet æque diſtincta notitia, ita de bono ſub rõne boni, ſicut de vero ſub ratione veri, q̃a ſcd̃m Auic. 6. Meta. c. vltimo. Si aliqua ſciẽtia eſſet de omnibus cauſis, illa eſſet nobiliſſima, q̃ eſſet de cauſa finali. cuius ratio ſecundũ multos eſt bonitas, nõ ergo oĩa obijciũtur ĩtellectui ſub rõne veri.

*2. de anima. t. c.*

Si bonum ponitur primum obiectum voluntatis, quomodo veritas efficaciſſima rõ eſt ꝑ ſe volibilis? cum ipſa non habeat bonũ pro primo prædicabili, nec virtuali reſpectu ſui, nec etiã eius inferius continens ipſum eſſẽtialiter, vel virtualiter.

Ad illud ergo, q̃d accipit in argumẽto de diſtinctione obiectorũ. Reſpondeo, ꝙ potẽtię diſparatæ tripliciter ſe habẽt adinuicẽ, aut ſunt omnino diſparatæ & cõdiſtinctæ vel ſubordinatæ, & tũc vel in eodẽ genere, ſicut cognitiua ſuperior & inferior, vel in alio genere potẽtiarũ ſicut cognitiua ad ſua appetitiuã. Primo mõ potẽtię diſperatæ habẽt oĩno obiecta diſperata, q̃a nulla earũ ex quo ſunt diſperatæ eſt per ſe operatiua circa

*a. l. diſpiratæ.*



circa obiectũ, circa q̃d alias, tales ſunt ſenſus exteriores inter ſe vt viſus, auditus &c. Secundo mõ, potentiæ diſperatę habent obiecta prima ſubordinata, ita ꝙ ſicut potẽtia ſuperior põt habere ꝑ ſe actũ circa q̃dcũque poteſt potẽtia inferior, ita obiectũ primũ potentiæ ſuperioris cõtinet ſub ſe primũ obiectũ potẽtię inferioris, alioquin nõ eſſet illud obiectũ adæquatũ potẽtię ſuperiori. vñ primũ obiectũ viſus ſcd̃m ſuam cõitatẽ cõtinet, vt ĩferius ſub primo obiecto ſenſus cõmunis. Tertio modo. potẽtiæ ſic ſe habẽt. ꝙ ſi appetitiua adæquaret cognitiuæ in operãdo circa quęcũq; obiecta, idem eſſet obiectũ primum vtriuſque, & ſub eadẽ rõne formali ex parte obiecti. ſi aũt appetitiua habeat actũ, circa aliqua cognoſcibilia & circa aliqua nõ: tũc obiectũ appetitiuę erit inferius ad obiectũ cognitiuæ. Ad oppoſitũ, intellectus & volũtas cadũt ſub tertio membro, & ſi voluntas ponat habere actũ circa oẽ intelligile, ponat idẽ eſſe obiectũ tã volũtatis q̃ intellectus, & ſub rõne eadẽ formali. ſi vero nõ· ſed ꝙ volũtas tm̃ hẽat actũ circa intelligibilia q̃ ſunt finis, vel entia ad finẽ, & nõ circa mere ſpeculabilia. tũc ponet obiectũ volũtatis aliquo mõ particulare reſpectu obiecti intellectus. Sed ſẽper ſtabit ꝙ ens ẽ obiectũ ĩtellect⁹. Secũdã rõnẽ ẽt duco ad oppoſitũ, q̃a obiectũ proportionatũ potẽriæ ſuperiori eſt commune ad obiectũ proportionatũ potẽtiæ inferiori, ex prædicta diſtinſtione, & ita ens ſecundũ ꝙ abſtrahens a ſenſibili & inſenſibili ẽ vere ꝓpriũ obiectũ ĩtellect⁹ q̃a intellect⁹ tanq̃ potẽtia ſuperior põt hẽre actũ tã circa ſenſibile, q̃ circa inſenſibile. vnde iſta abſtractio quæ videt eſſe nõ appropriatio, eſt ſufficiẽter appropriatio reſpectu potẽtiæ ſuperioris. Et eſt circa vtrũq; obiectũ ꝑ ſe.

*Ca. 10.*

Qualis eſt intellectus, & licet ſub ente ſic in communi cõtineat ſenſibile nõ tñ ipſum ĩ cõmuni eſt ſenſibile. hoc eſt obiectũ ſenſus, ſed tm̃ intelligibile adæquatũ intellectui, quia nõ oportet relatiuũ ꝓpriũ inferioris, eſſe ꝓpriũ ſuperioris, tale dicit hoc. ꝙ eſt ſenſibile, q̃d conuenit qualitati alicui, & omni & ſoli, ſed intelligibile. Et ſi cõueniat alicui enti, ita ꝙ nõ ſenſibile. nõ tñ omni & ſoli ĩmo nulli ſoli, niſi enti in cõi, nõ vt eſt hoc aliquid, vt quoddã intelligibile ſingulare, ſed vt eſt cõe ad omne ĩtelligibile. & hoc ſecundũ modũ aliquẽ cõmunitatis prædictũ &c.

Per hoc ĩdeo ad rõnẽ ꝙ cõitas entis ad ſenſibile & ĩnſenſibile eſt rõ appropriãdi ipſũ potẽtię operatiuę. Tertiã deduco ad oppoſitum, quia rõnẽ obiecti, dico eſſe illam formam, ſecundum quam obiectũ eſt motiuum potẽtię, ſicut ratio actiui, vel agendi dicitur eſſe illa forma, ſecundum quam agens agit: talis autem ratio obiecti non poteſt eſſe reſpectus ad potentiã. & iſto mõ loquit philoſoph⁹. 2. de aĩa, vbi aſſignãs primũ obiectũ viſus dicit, ꝙ illud cuius eſt viſus vt obiecti eſt viſibile, non per ſe primo modo, ſed ſecundo modo, ita quod ipſum ponitur in rõne viſibilis, ſi aũt formalis rõ obiecti potentię eſſet reſpectus ad talẽ potentiã, tũc obiectũ primũ viſus eſſet

*t. c. 66.*

ſet viſibile per ſe primo modo, quia tunc ipſa viſibilitas eſſet ratio formalis obiecti, & tũc facile eſſet aſſignare prima obiecta, quia obiectũ primũ cuiuſcunque potentiæ eſſet correlatiuum ad talem potentiam, puta viſus viſibile, auditus audibile, quomodo philoſophus nõ aſſignauit prima obiecta potentiarum, ſed ſicut aliqua abſoluta, puta viſus colorem, auditus ſonum &c. vnde ſi verum dicat formalem reſpectum obiecti ad intellectum, de quo aliàs, ſequitur oppoſitum propoſiti. ex hoc enim ſequitur quod ratio illa non ſit ratio formalis obiecti, ſed aliqua alia ab ea; patet igit̃ ex dictis ꝙ nihil poteſt poni, ita conuenienter primũ obiectum intellectus, ſicut ens. neq; aliquid virtuale primum, neq; aliquod aliud tranſcendens, q̃a de quolibet alio tranſcẽdẽte ꝓbatur per eadẽ media, per quæ probatum eſt de vero.

*§. 6. Meta.*

SED RESTAT vnũ dubium, ſi ens ſecundum rationẽ ſuam communiſſimam ſit primum obiectũ intellectus, quare non poteſt quodcunque contentũ ſub ente naturaliter mouere intellectum? ſicut fuit argutum in prima ratione ad primam quæſtionem in prologo, & tunc videtur ꝙ Deus naturaliter poſſet cognoſci a nobis, & ſubſtantiæ omnes immateriales, quod negatum eſt, immo negatum eſt de omnibus ſubſtantijs, & de omnibus ſubſtantiarum partibus eſſentialibus, q̃a dictum eſt ꝙ non concipiũtur in aliquo conceptu quiditatiuo, niſi in cõceptu entis. Reſpõdeo. obiectum primum potentiæ aſſignatur illud quod adæquatur potentiæ in ratione potentię, non autẽ quod adæquatur potentiæ, vt in aliquo ſtatu, quemadmodum primum obiectum viſus, nõ ponitur illud q̃d adęquatur viſui exiſtenti in medio illuminato lumine candelæ præciſe, ſed quod natum eſt adæquari viſui ex ſe, quantum eſt ex natura ſui, nunc autem, vt probatum eſt prius cõtra primam opinionem, ad quæſtionem de primo obiecto intellectus, hoc eſt adæquato, quæ ponit quiditatem rei materialis eſſe primum obiectum, nihil poteſt adæquari intellectui noſtro ex natura potentię in ratione primi obiecti, niſi communiſſimum, tamen pro ſtatu iſto ei adæquatur in ratione motiui quiditas rei ſenſibilis, & ideo ꝓ ſtatu iſto nõ naturaliter intelliget alia, quæ non continetur ſub illo primo motiuo. Si quæritur quę eſt ratio iſtius ſtatus. Reſpondeo ſtatus non videtur eſſe, niſi ſtabilis permanentia legibus diuinæ ſapientiæ firmata, ſtabilitum eſt autem illis legibus ſapientiæ ꝙ intellectus noſter non intelligat pro ſtatu iſto, niſi illa, quorum ſpecies relucẽt ĩ phãtaſmate, & hoc ſiue ꝓp pęnã originalis peccati, ſiue ꝓpter naturalẽ concordiam potentiarum animæ in operando. ſecundum ꝙ videmus ꝙ potentia ſuperior operatur circa idẽ, circa quod inferior, ſi vtraq; habeat operationem perfectã, & de facto, ita eſt in nobis ꝙ q̃dcunq; vniuerſale intelligimus, eius ſingulare actu phantaſiamur: iſta tamen concordia quę eſt de facto pro ſtatu iſto nõ eſt ex natura noſtri intellectus, vnde intellectus eſt, nec etiam vnde

*2. præcedenti & q. 1. prologi.*

*De hoc vi declarius. 14. q. 3.*

*Doctrina ſingularis.*

de



de in corpore eſt: tunc. n. in corpore glorioſo neceſſario haberet ſimilẽ concordiã, q̃d falſum eſt: vndecunque igit̃ ſit iſte ſtatus, ſiue ex mera volũtate Dei, ſiue ex mera iuſtitia punitiua, ſiue ex infirmitate, q̃ cauſam Augu. innuit. 15. de tri. c. vlti. quæ cauſa inquit cur ipſam lucem acie fixa videre non poſſis, niſi vtiq; infirmitas? & quis eã tibi fecit, niſi vtique iniquitas? ſiue inquam hęc ſit tota cauſa, ſiue aliqua alia, ſaltem non eſt primum obiectum intellectus, vnde potentia eſt quiditas rei materialis, ſed eſt aliquid commune ad omnia intelligibilia, licet primum obiectum adæquatum ſibi in mouendo pro ſtatu iſto, ſit quiditas rei ſenſibilis. Et ſi dicas, dato ꝙ ens commune ſit ei obiectum adæquatum pro ſtatu iſto, non tamen mouerẽt ſubſtãtię ſeparatę pro ſtatu iſto, niſi in maiori lumine, q̃ ſit lumen naturale intellectus agentis. Iſta ratio nulla videtur, tum quia ſi tale lumen requiritur, non eſt ratio ex parte intellectus noſtri, vnde talis potentia, quare modo non poſſit habere tale lumen. eſt enim de ſe receptiuus talis luminis, alioquin manens idem, nunq̃ poſſet illud idem recipere, tum quia quando aliqua duo agentia concurrunt ad aliquem effectum, quanto vnum illorũ plus poteſt ſupplere vicem alterius, tanto minor perfectio requiritur in alio. quãdoque autẽ nulla, ſi illud ſupplet totam vicem eius, ſed ad immutationem intellectus poſſibilis cõcurrit obiectum, & lux, ergo quanto obiectum eſt perfectius, & magis poteſt ſupplere vicem luminis, tãto ſufficit minus lumen, ſaltem non requiritur maius, ſed primum intelligibile eſt maxime lux, ergo maxime poteſt ſupplere vicem luminis obiecti intelligibilis, ergo quantũ eſt ex parte ſua ſi contineatur ſub primo obiecto adæquato intellectui noſtro pro ſtatu iſto, non eſt defectus ex parte luminis, q̃n poſſit mouere intellectum noſtrũ.

*a. l. intellectualis. a. l. illa.*

AD ARGVMENTA principalia iſtius quæſtionis, dico ad primum, ꝙ non ſemper perfectiſſimum eſt cauſa reſpectu imperfectorum, comparando imperfecta ad quodcunque tertium, ſicut perfectum albũ, non eſt cauſa viſibilitatis omnibus viſibilibus. aut ſi eſt cauſa, non tamen pręciſa & adęquata. & ſi maxime motiuum, nõ tamen præciſum, & adæquatũ. primum autem obiectum intellectus, de quo loquimur in iſta quæſtione, debet eſſe primũ, & adæquatum potentiæ. Ad ſecundam rationem, dico, ꝙ ſi recte arguitur debet inferri, ꝙ nullũ ens participatum poteſt cognoſci, niſi ſit ens ab ente in participato, & non debet inferri, ꝙ non poteſt cognoſci niſi per rationem entis imparticipati cogniti. tunc enim ſunt quatuor termini, quia ponitur in concluſione eſſe cognitum, per ens imparticipatum, qui terminus non fuit in propoſitione ſecunda. & ratio realis iſtius defectus aſſignati in forma arguendi, dicta eſt prius in reſpõdendo ad primum argumentũ ſecũdæ q̃ſtionis huius diſt. quia & ſi cognoſcibilitas ſequatur proportionaliter entitatem, non tamẽ ita eſt de cognoſci, niſi comparando ad illum intellectũ, qui

co

cognoſcit quodlibet ſcd̄m gra-
dum ſuæ cognoſcibilitatis, ita
dico hic, quod ſi entitas parti-
cipata concludat de neceſſitate
cognoſcibilitatem participatã,
& ita participatum habeat co-
gnoſcibilitatem per cognoſcibi
le imparticipatum, non tamen
habet cognoſci per cognoſcibi-
le imparticipatum, vt cognitũ.
ſed vt cauſam dantem ſibi eſſe,
& hoc tactum eſt in argumen-
to quodam de frui. q. 4. primæ
diſt. Ad illud. 8. de tri. dico, ꝙ lo
quitur ibi de notitia boni in cō
muni, quæ naturaliter impreſ-
ſa eſt. hoc eſt de facili imprimi-
tur in intellectu a ſingularibus,
qa in quolibet intentiones vni
uerſales facilius occurunt pri-
mo. hoc probo per ipſum q. eo-
dē lib. ca. 4. de magnis vel. 18.
de paruis dicit. Habemus enim
regulariter infixã humanę na-
turæ notitiã, ſecundum quam
ſtatim qcquid tale aſpicimus,
hominē eſſe cognoſcimus, vel
hominis formam, & ſicut ſecũ
dum iſtam notitiã hominis, q̃
dixit infixam nobis regulariter,
hoc eſt faciliter a ſenſibilibus
abſtractam iudicamus de quo-
cunque vtrum ſit homo vel nō,
ita etiam per idē poſſumus iu-
dicare eminentiam in humani
tate, ſi illa eſſet in occurrenti-
bus, ſicut iudicamus de occurrē
tibus hoc eſſe melius alio, qd̄
apparet de notitia impreſſa al-
bedinis, per quam non tantum
iudicamus occurrens eſſe albũ,
ſed hoc eſſe albius altero, ita di
co hic, ꝙ illud bonum de quo
loquitur. c. 3. cuius notitia im-
preſſa ē naturaliter intellectui,
eſt bonum in communi, & per
illud iudicamus de occurrenti-
bus, hoc illo eſſe melius. Et ꝙ
loquatur de bono indetermina
to priuatiue, & nō de bono īde-
terminato negatiue, in quo bo-
no indeterminato intelligitur
Deus, videtur per hoc ꝙ ibi enu
meratis multis particularibus
bonis dicit bonum hoc, bonum
illud, tolle hoc. & tolle illud, &
vide ipſum bonũ ſi potes: hoc
eſt tolle illa contrahentia ratio
nem boni ad creaturas, & vide
rationem boni in communi, &
in hoc videbis Deum, ſicut in
conceptu communi, in quo po-
teſt naturaliter a nobis videri,
& non in particulari, vt hęc eſ-
ſentia. Conſimiliter intelligen-
dum eſt illud quod præmittit.
c. 2. vel. 3. vbi dicit. Cum audis
Deus eſt veritas, noli quærere
quid eſt veritas, ſtatim obijciũt
ſe phantaſmata. hoc intelligo
ſic. quando conceptus vniuerſa
lis abſtrahitur a ſingulari, quan
to eſt vniuerſalior, tanto diffici
lius poteſt intellectus diu ſiſte-
re in tali conceptu, quia vt prę-
dictum eſt, quandocũq; intelli
gimus vniuerſale, phantaſia-
mur eius ſingulare, & illud vni
uerſale diutius, & facilius poſ-
ſumus ītelligere, ꝙ eſt ſimilius
ſingulari relucenti in phantaſ-
mate, & quia vniuerſaliſſima
ſunt remotiora ab ipſo ſingula
ri, ideo difficilius eſt ſtare in cō
ceptu illorum vniuerſaliſſimo-
rum. Concipiendo ergo Deum
in conceptu vniuerſaliſſimo,
noli quærere quid, hoc eſt noli
deſcendere in aliquem conce-
ptum particularem, in quo ille
vniuerſalior ſaluatur, qui par-
ticularior propinquior eſt phã-
taſmati, deſcendendo enim ad
talē, qui magis relucet in phã-
taſmate occurrēti, ſtatim amit-
titur illa ſerenitas veritatis, vel
ſince-

*Scilicet in 2. principali in opi. Henr. & ſo. eiuſdē.*

*Speculatio notabilis.*



ſinceritas veritatis, in qua intel
ligebatur Deus, qa ſtatim intel
ligit̃ veritas cōtracta, q̃ nō con
uenit Deo. cui cōueniebat veri-
tas in cōi cōcepta nō cōtracta.

Cōtra. c. 4. vel. 10. ſi poteris ꝑ
ſe perſpicere bonũ perſpexeris
Deũ, & ſi amore inhęſeris, cōti-
nuo beatificaberis, beatitudo
nō eſt in bono vniuerſali, ſiue
indeterminato priuatiue. Item
c. 6. vel. 10 vel. 26. vnde iuſti eſ-
ſe potuerunt, niſi inhærendo ip
ſi formæ quam intuentur, vt in
de formentur. formari autē for
ma iuſtitiæ non eſt ab vniuerſa
li intellecto.

Per idē etiã dico ad illud. 8.
de tri. ca. 3. de bono, & volun-
tate. pudeat. cum alia nō amen
tur, niſi quia bona ſunt, eis in-
hærendo non amare bonum ip
ſum, vnde bona ſunt: vñ rō be-
ne probat, ꝙ ipſum ſummũ bo
num magis eſt amãdũ, q̃ bona
participata, non tamen probat,
ꝙ ſit primũ amatum primitate
adęquationis, quia & ſi ipſum
ſit rō bonitatis in alijs, & ideo
ratio amabilitatis eorum, non
tamen ipſum, vt amatũ, eſt ra-
tio aliorũ amatorum. poteſt. n.
aliquid aliud; amari, non ipſo
amato, ſicut in fruendo vtēdis
patet. & vtendo fruēdis. Et iſta
intentio Aug. colligitur ex. c. 6.
vel. 16. 9. tri. vbi tractans de di-
lectione alicuius, qui credit̃ eſſe
iuſtus, ſi poſt inueniatur non eſ-
ſe iuſtus, ſtatim inquit amor il
le, quo in eum ferebar, offen-
ſus, & quaſi repercuſſus, atque
ab indigno homine ablatus, in
ea forma; permanet, ex qua eũ
talem credens amauerã, hoc eſt
ſi dilexi iuſtitiam, & ipſum qa
credidi in ipſo eſſe iuſtitiam, ſi
inueniam eum iniuſtum, reſilit
voluntas ab eo. ſed adhuc ſtat
dilectio ipſius iuſtitię, vt obie-
cti. Iſtud intelligendum non eſt
de iuſtitia aliqua particulari,
ſed de cōmuni ratione iuſtitiæ
quę amatur propter ſe, & quod
cunque in quo eſt iſta propter
illam.

CONTRA. volũtas nō eſt
vniuerſaliũ, tũ qa tēdit in rē, vt
ī ſe, tũ qa tã ꝙ amor amicitiæ,
q̃ amor cōcupiſcētiæ, ē alicui⁹
ſecundũ exiſtentiã realē ꝑſen-
tē, vel poſſibilē. Rñdeo, primis
principijs practicis in ītellectu
correſpōdet in volũtate aliqua
volitio, q̄ ē principiũ bonitatis
moralis, ſicut illa principia sũt
principia veritatis practicæ in
intellectu: patet ēt ꝙ q̃cũq; rō
boni, vel appetibilis pōt intelli
gi in vniuerſali, & ſi ſic oñdat̃
volũtati, nō video, quare volun
tas non poſſit hr̃e actũ circa ꝓ-
priũ obiectũ ſibi oſtēſum. Ter-
tio appetitiua ſingularis, vt ſin-
gularis tm̃, nō hēt cognitiuã vni
uerſaliũ ꝓpriã ſibi. Ad illã me-
taphorã, ꝙ dilectio eſt motus
aīæ ad res, dico ꝙ verum eſt cã-
liter, qa volũtas imperat coniũ
gi rei deſideratæ in ſe, nō autē
formaliter, niſi quia voluntas
eſt actiua reſpectu ſui actus, ſed
nō circa rem ſub maiori ratio-
ne exiſtentē, q̃ apprehendatur
ab intellectu: īmo deſideriũ, &
intellectio abſtractiua ſunt rei
ſcd̄m rōnē æq̃ exiſtētis ſicut &
nō exiſtētis ex parte obiecti, ita
viſio & fruitio præſentis, ſed de
ſiderium mouet effectiue ad rē,
quæ eſt in fieri, non ſic intelle-
ctio abſtractiua. Ad ſecundum
dico, ꝙ homo in vniuerſali oſtē
ſus amatur amore amicitię, &
ꝑꝑ illud amat̃ hic homo, ſicut
etiã iuſtitia in vniuerſali con-

*Vide. 1. diſtin. 3 q. ad has obiectiones.*

*a.l.huius;* cupiſcit, & ita hæc iuſtitia huic.
Ita etiã patet expoſitio illius au
ctoritatis. 8. de tri. c. 6. vel. 17.
cur ergo aliũ diligimus &c. In
illa auctoritate, forma vbi vide
bimus, ꝗd ſit iuſtus animus, de
bet intelligi iuſtitia ipſa in cõi,
ſicut forma hominis in cõi eſt
illa, vbi, ſiue per quã videmus
quid requiritur ad eſſe hominis
vel ad eſſe hominẽ, & ꝑꝑ quam
formã iudicamus illud quod oc
currit eſſe, vel nõ eſſe hominem
ſcd̃m ipſum in eodẽ. c. 4. vel. 10.
niſi ergo hanc formã iuſtitię in
cõmuni diligeremus, nõ dilige-
remus illũ, quẽ credimus eſſe iu
ſtũ, quẽ ex iſta forma diligimus
ſicut ſi non diligas formã homi
nis in cõmuni, nũquã occurrẽs
ꝓpter formã hominis dilectam
diliges. Eſt igitur hæc iuſtitia in
determinata priuatiue; ſecun-
dum quam de mente iuſta iudi
cam⁹. ꝑꝑ quã dilectã diligimus
mentẽ quã credimus iuſtã eſſe.
Et dũ non ſumus iuſti minus di
ligimus iuſtitiã in cõmuni quã
oportet, quia diligimus quadã
volitione, ſiue cõplacentia ſim-
plici: quæ non ſufficit ad eſſe iu
ſtum: ſed oportet eam diligere
volitione & amore efficaci, qua
videlicet volens eam, eligit in
ſe eam, obſeruans tanquam vi-
tæ ſuæ regulam.

## QVAESTIO. IIII.

VLTIMO quantũ
ad materiã iſtã de
cognoſcibilitate.
Quæro vtrum ali-
qua veritas certa,
& ſincera poſſit naturaliter co-
gnoſci ab ĩtellectu viatoris abſ-
que lucis increatæ ſpeciali illu-
ſtratione? Et arguo ꝙ non. Au.
9. de tri. cap. 8. Sed intueamur
inquit inuiolabilem veritatem
ex qua perfecte inquantum poſ
ſumus diffiniamus, non qualis
ſit vniuſcuiuſque mens homi-
nis, ſed qualis eſſe ſempiternis
rationibus debeat. & ibidem.
Aliis omnino regulis ſupra mẽ
tem noſtram incommutabili-
ter manentibus, vel approbare
apud noſmetipſos vel improba
re conuincimur: cum aliquid
recte approbamus vel improba
mus & ibidem. artemque ineffa
biliter pulchram taliũ figurarũ
ſuperaciem mentis ſimplici in-
telligentia capientes. & eodem
li. cap. 7. in illa igitur æterna
veritate, ex qua tẽporalia facta
ſunt omnia, formã ſcd̃m quam
ſumus &c. aſpicim⁹, atque inde
cõceptã rerũ veracẽ notitiã, tan
quã verbũ apud nos habemus.
Itẽ lib. 12. c. 2. &. 3. ſed ſubli-
mioris rationis eſt iudicare de
iſtis corpalibus, ſcd̃m rationes
incorporales, & sẽpiternas. Itẽ
eodem li. c. 14. non aũt ſolũ re
rum ſenſibiliũ in locis poſitarũ
ſine ſpaciis localibus manent
intelligibiles incorporaleſque
rationes, &c. Et ꝙ intelligat ibi
de rationib⁹ ęternis vere ĩ Deo,
& non de primis principiis. vi-
detur per hoc, quod ibidẽ dixit
ꝙ paucorũ eſt ad illas ꝑuenire:
ſi aũt intelligeret de primis prĩ
cipiis: non eſt paucorum ad illa
peruenire, ſed multorum, quia
omnibus ſunt nota. Item li. *Primo poſte. t. com. 5. & 21. & 2. me. t. com. 1.*
14. cap. 15. loquens de iniuſto
qui recte multa laudat & vitu-
perat in moribus hominũ, ait:
quibus ea tandẽ regulis iudicãt
&c. & in fine ſubdit. vbi ergo
ſcriptæ ſunt, niſi in libro illo
lucis illius: qui veritas dicitur.
liber ille lucis eſt intellectus di-
uinus. igitur vult quod in illa
luce



luce iniuſtus videat, quæ sũt iu
ſte agenda. Et ꝙ ꝑ aliquid im-
præſſũ ab illa videtur ꝗa ibidẽ
dicit vnũ omnis lex iuſta deſcri
bitur, & in cor hominis qui ope
ratur iuſtitiã, non migrãdo: ſed
tanquã imprimendo transfert
ſicut imago ex annulo & in ce-
ram tranſit, & annulũ non relin
quit. igitur in illa luce vide-
mus, a qua imprimitur in cor
hominis iuſtitia, illa aũt eſt lux
increata. Item 2. cõfeſſionum;
ſi ambo videmus verũ, nec tu in
me, nec ego in te, ſed ambo ĩ ea
quæ ſupra mentẽ eſt incõmuta
bili veritate. Multę aũt alię sũt
actoritates Aug. in multis lo-
cis ad probandum hanc conclu
ſionem. In oppoſitum ad Ro-
ma. 1. inuiſibilia Dei a creatura
mundi per ea, quæ facta ſunt
intellecta conſpiciuntur: ſed
iſtæ rationes æternæ ſunt inui-
ſibilia Dei, ergo cognoſcuntur
ex creaturis, ergo ante viſionem
iſtarum habetur certa cognitio
creaturarum.

*Henr. in ſum. art. 1. q. 2.* IN ISTA quæſtione eſt o-
pi. vna talis, ꝙ inter intentio-
nes generales eſt per ſe ordo na
turalis. & de duabus, quæ ſunt
ad propoſitũ loquemur, ſcilicet
de intentione entis, & veri. in-
tentio prima eſt entis: ꝙ proba
tur per illud de cauſis, propõne
quarta, prima rerũ creatarũ eſt
eſſe, & in cõmẽto primę propo-
ſitionis, eſſe eſt vehementioris
adhærentiæ. Etiam probatur
ratione, quia entitas eſt abſolu
ta. veritas dicit reſpectum ad
exemplar. ex hoc ſequit ꝙ ens
poſſit cognoſci ſub ratione enti
tatis: licet nõ ſub ratione veri-
tatis. Hæc etiam concluſio pro
batur, ex parte intellectus: quia
ens põt concipi ſimplici intelli
gentia, & tũc cõcipitur illud ꝙ
verũ eſt: ſed rõ veritatis non cõ
cipitur, niſi intelligentia cõpo-
ponente, vel diuidente. Cõpoſi
tionem aũt & diuiſionẽ præce-
dit ſimplex intelligentia. Si igi-
tur in quęſtione ꝓpoſita, quęrat
de notitia entis, ſiue eius ꝙ eſt
verũ. dicitur ꝙ intellect⁹ ex pu-
ris naturalibus põt ſic cognoſce
re verũ, ꝙ ꝓbatur: quia incõue
niens eſt naturã eſſe ex parte ꝓ
prię operationis ſcd̃m Damaſ.
& hoc magis eſt incõueniens in
natura perfectiori, & ſuperiori
ſcd̃m philoſophũ in. 1. de cę. & *T. c. 10. & 59.*
mũ. de ſtellis. quia magnũ incõ
ueniens eſſet ſtellas habere vir-
tutem ꝓgreſſiuã: & nõ habere
inſtrumẽta naturalia ad ꝓgre-
diendũ, igitur cũ ꝓpria opatio
intellect⁹ ſit intelligere verũ, vr
incõueniẽs, ꝙ natura nõ cõceſ-
ſit ĩtellectui illa, quę ſufficiunt
ad hãc operationẽ. Sed ſi loqua
mur de cognitione veritatis: rñ-
detur ꝙ ſicut eſt duplex exẽplar
creatũ, & increatũ ſcd̃m Plato-
nem in thimeo. Exemplar crea
tũ eſt ſpecies vniuerſalis cauſa-
ta a re. Exẽplar ĩcreatũ eſt idea
in mente diuina. ita eſt duplex
conformitas ad exemplar, & du
plex veritas. vna eſt conformi-
tas ad exemplar creatum, & iſto
modo poſuit Ariſt. veritates re-
rum cognoſci per conformitatẽ
earum ad ſpeciem intelligibilẽ.
& ita videtur Aug. ponere. 9.
de tri. cap. 6. vbi vult ꝙ rerum
notitiam ſpecialem, & generalẽ
ex ſenſibilibus collectam habe-
mus, ſecundũ quam de quocun
que occurente veritatẽ iudica-
mus: ꝙ ipſum ſit tale, vel tale.
ſed quod per tale exemplar ac-
quiſitũ in nobis habeat omni-
no certa & infallibilis notitia

veritatis de re. hoc dr̄ eſſe omnino impoſſibile. & ꝓbatur triplici ratione ſecūdū iſtos. Prima ratio ſumit ex parte rei: de qua exemplar eſt extractū. Secunda eſt ex parte ſubiecti, in quo eſt. Tertia ex parte exēplaris in ſe. Prima ratio eſt talis. obiectū illud a quo abſtrahit exēplar eſt mutabile. ergo non pōt eſſe cauſa alicuius immutabilis. ſed certa notitia alicuius veritatis de aliquo, habetur de eo ſub ratione immutabilis. ergo non habetur per tale exemplar. Hæc dicitur ratio eſſe Augu. 83. q. q. 9. vbi vult ꝙ a ſenſibilibus non eſt expectanda ſincera veritas: quia ſenſibilia ſine intermiſſione mutantur. Secunda ratio talis eſt. anima de ſe eſt mutabilis, & paſſiua erroris, ergo per nihil mutabilius ea poteſt rectificari, ne erret. ſed tale exēplar in ea eſt mutabilius quam ſit ipſa anima. ergo illud exēplar non perfecte regulat animam, ne erret. Hæc dicitur eſſe ratio Aug. de vera religione, lex omniū artiū &c. Tertia ratio notitiam veritatis certam & infallibilem nullus habet, niſi habeat vnde poſſit diſcernere verum à veriſimili: quia ſi non poteſt diſcernere verum a falſo, vel veriſimili: poteſt dubitare ſe falli. Sed per exemplar prædictum creatum non poteſt diſcernere verum a veriſimili. ergo &c. ꝓbatio minoris, talis ſpecies poteſt repræſentare ſe, tāquam ſe, vel alio modo ſe, tanquam obiectum: ſicut eſt in ſomniis. ſi repræſentat ſe, tanquam obiectum, falſitas eſt. ſi ſe, tanquā ſe, veritas eſt. igitur per talem ſpeciem non habetur ſufficiens diſtinctiuū, qn̄ repræſētat ſe, vt ſe, & quādo ſe vt obiectū: & ita nec ſufficiēs diſtīctiuū veri a falſo. Ex iſtis cōcluditur, ꝙ certā ſcientiā & infallibilē veritatem ſi cōtingat hominē cognoſcere hoc, nō cōtingit ei aſpiciendo ad exēplar a re, per ſenſū acceptum, quantūcūque ſit depuratū & vniuerſale factū, ſed reqrit, ꝙ aſpiciat ad exēplar increatū. Et tunc modus ponit iſte: Deus non vt cognitū habet rationem exemplaris: ad qđ aſpiciēdo ſincera veritas eſt. eſt. n. cognitum in generali attributo. ſed eſt ratio cognoſcendi. vt nudū exemplar. & propria ratio eſſentiæ createę: qualiter aūt poſſit eſſe rō cognoſcēdi & nō cognitum, Ponitur exemplū. quia ſicut radius ſolis deriuatur qn̄que quaſi obliquato aſpectu a ſuo fonte qn̄que directo. & eius ꝙ vr̄ in radio primo modo deriuato, licet ſol ſit rō videndi, nō tn̄, vt in ſe eſt viſus: eius aūt ꝙ videt ſcđo mō in radio ſol eſt, ita rō cognoſcēdi, ꝙ etiā eſt cognitus. Ita igitur lux increata angelicū intellectū quaſi directo aſpectu illuſtrat. & tunc vt viſa, eſt rō videndi alia in ipſa. *Imaginatio Hen. multum apparens.* intellectū autem noſtrū pro ſtatu viæ quaſi obliquato aſpectu illuſtrat, ideo eſt intellectui noſtro rō vidēdi, & non viſa. Ponitur aūt qualiter habet triplicē rōnem reſpectu actus vidēdi. ſ. lucis acuētis, & ſpeciei immutātis, & caracteris ſiue exēplaris configurātis, & ex hoc cōcluditur vltimo. ꝙ requiritur ſpecialis influentia, quia ſicut illa eſſentia non vr̄ a nobis naturaliter in ſe. ita ēt vt illa eſſentia eſt exēplar reſpectu alicuius creaturę, nō videt naturaliter ſecūdū Au. de vidēdo Deū. in eius. n. poteſtate eſt videri, ſi



ſi vult, vr̄, ſi non vult, non videtur. Vltimo additur. ꝙ perfecta notitia veritatis eſt. qn̄ duæ ſpecies exemplares concurrunt in mente. vna inhærens. ſ. cauſata, alia illapſa. ſ. nō cauſata in mēte lucendo. de iſtis autem duabus ſpeciebus rei confecta vna ratione ad intelligendum rem, cuius eſt mens concipit verbū perfectæ veritatis.

CONTRA iſtam opinionem. Oſtendo primo ꝙ iſtæ rōnes non ſunt rōnes fundamentales alicuius opinionis veræ, nec ſecundū intentionem Auguſtini. ſed pro opinione achademicorum. Secundo oſtendo, *Efficaciſſima confutatio.* quomodo illa opinio achademicorum, quæ videtur concludi per iſtas rationes, falſa ſit. Tertio reſpondeo ad illas rationes, quatenus minus cōcludūt. Quarto arguo contra concluſionem iſtius opinionis. Quinto ſoluo qōnem. Sexto oſtendo quō iſtæ rationes (quatenus ſunt Auguſtini) concludunt aliam intentionem Auguſtini, non autem illam ad quam hic inducuntur.

PRIMO iſtę rōnes videntur concludere impoſſibilitatē certæ cognitionis naturalis. prima. quia ſi obiectum cōtinue mutatur, non poteſt haberi aliqua certitudo de ipſo ſub ratione immutabilis, immo nec in quocunque lumine poſſet certitudo haberi, qa certitudo non eſt, quando obiectum alio modo cognoſcitur, quā ſe habet: ergo non eſt certitudo cognoſcendo mutabile, vt immutabile. patet etiā, quod antecedens huius rationis. ſ. quod ſenſibilia continue mutantur, falſum eſt. Hæc enim eſt opinio q̄ imponitur Heraclito 4. Metaphy. *1.c.22.* Similiter ſi propter mutabilitatem exemplaris, quod eſt in anima noſtra non poſſet eſſe certitudo, cum quicquid ponatur in anima ſubiectiue ſit mutabile, ēt ipſe actus intelligēdi erit mutabilis, & ita ſequitur quod per nihil in anima rectificatur anima, ne erret. Sequeretur etiam, quod ipſe actus intelligendi cum ſit mutabilior ipſa anima, in qua eſt, nunquā erit verus nec veritatem cōtinebit, quod eſt falſum. Similiter ſecundum opinionem iſtam ſpecies cauſata inhærens concurrit cum ſpecie illa illabente, ſed quando aliquid concurrit, quod repugnat certitudini, non poteſt certitudo haberi: ſicut enim ex altera de neceſſario, & altera de contingenti, nō ſequitur concluſio, niſi de contingenti, *Primo priorum.* ita ex certo & incerto concurrentibus ad aliquam cognitionem, non ſequitur concluſio certa. Idē ēt patet, de tertia ratione, quia ſi ſpecies illa abſtracta a re concurrat ad omnem cognitionem, & non pōt iudicari, qn̄ illa repn̄tat ſe, tanquā ſe, & qn̄ ſe, tanq̄ obiectū: ergo quantūcunq; aliud concurrat, non pōt haberi certitudo, ꝑ quā determinat̄ verum eſt veriſimili. Iſtæ igitur rōnes videntur concludere. oēm incertitudinem, & ita ſequitur opinio achademicorum. Quod autem iſta concluſio nō ſit ſecundū mentē Aug. probo. Aug. 2. ſoliloquiorū Spectamina diſciplinarū quiſq; veriſſima eſſe nulla dubitatione concedit. & Boetius de hebdomadibus. Cōmunis animi conceptio eſt, q̄ quiſque probat auditā. & phi. 2. Metaphy-

*T.com.1.* taphyſice. Prima principia ſunt omnibus nota, ſicut ianua in domo, quia ianua neminem latet, licet interiora domus lateant. Ex his tribus auctoritatibus arguitur ſic. Quod conuenit omnibus alicuius ſpeciei, ſequitur naturam ſpecificã, igitur cum quiſque habeat certitudinem infallibilem de principijs primis, & vlterius, cuilibet eſt naturaliter euidens forma ſyllogiſmi perfecti, ſicut patet ex diffinitione ſyllogiſmi perfecti, primo priorum. *Cap.1.* ſcientia autem concluſionis non dependet niſi ex euidentia principiorum, & ex euidentia ſyllogiſticæ illationis, igitur cuilibet naturaliter ſcita poteſt eſſe quęcunque concluſio demonſtrabilis ex præmiſſis per ſe notis. Secundo apparet, ꝙ Aui. ẽt concedit certitudinem eorũ, q̃ cognoſcunt̃ per experientiã ſenſuum, vnde dicit. 15. de tri. c. 12. Abſit a nobis, vt ea q̃ didicimus ꝑ ſenſus corporis, vera eſſe dubitemus: ꝑ eos quippe didicimus cęlũ, terram, & ea quæ in eis nota ſunt in nobis, quantum ille qui nos & ipſa condidit innoteſcere nobis voluit: ſi igitur nõ dubitamꝰ de veritate eorũ, & non fallimur, vt patet, ergo certi ſumꝰ de cognitis ꝑ viã ſenſus, nam certitudo hr̃ qñ excludit̃ dubitatio, & deceptio. Tertio etiam patet ꝙ Aui. concedit ibidẽ certitudinẽ de actibus noſtris. 15. lib. c. eodem vel. 31 ſiue dormiat, ſiue vigilet, viuit, quia etiam dormire & in ſomnijs videre viuentis eſt. Qđ ſi dicas, viuere non eſſe actum ſecundũ, ſed primũ, ſequit̃ ibidem, ſi aliquis dicat: ſcio me viuere, falli nõ põt ẽt quotiẽſcunq; reflectenda ſupra primũ ſcitũ, & ibidẽ ſi quiſpiã dicat: volo eſſe beatus, quomodo non impudenter reſpondetur, forte falleris, & ſi dicat ſcio me hoc velie, & hoc me ſcire ſcio, iam his duobus, & tertium poteſt addere, quod hæc duo ſciat, & quartum quod hæc duo ſe ſcire ſciat. & ſimiliter in infinitũ numerum pergere. Et ibidem ſi quiſpiam dicat errare nolo, nonne ſiue erret, ſiue non erret, eum errare nolle verum erit? Et alia inquit reperiuntur quæ contra achademicos valent, qui nihil ſciri ab homine poſſe contendunt. Et ſequitur ibidem, ſunt inde libri tres noſtri primo noſtræ conuerſionis tempore ſcripti, quos qui poterit, & voluerit legere, lectoſque intellexerit, nihil eum profecto quę ab eis contra perceptionem veritatis argumenta multa inuenta ſunt, permouebunt. Item eodem. 14 c. 15. illa quę ſciuntur, vt nunquam etiam excidere poſſint, quoniã præſentia ſunt, & ad naturam ipſius animæ pertinent, cuiuſmodi eſt illud, ꝙ nos viuere ſcimus. Et ſic patet primum, ſcilicet quomodo rationes illæ non concludunt & ꝙ falſum eſt, & contra Auguſtinum.

Nota igitur, quatuor ſunt cõditiones de quibus eſt nobis neceſſaria certitudo. i. de ſcibilibus ſimpliciter, de ſcibilibus per experientiam, de actibus noſtris, & de cognitis, vt nunc, a nobis per ſenſus. Exemplum de primo, triangulus habet tres &c. Exemplum de ſecundo, luna eclipſatur. Exemplum de tertio, vigilo. Exemplũ de quarto, il-



lud eſt album: primum, & tertium tantum egent ſenſu, vt occaſione, quia ſimpliciter eſt certitudo. Si omnes ſenſus errarent *Sic in antiquo originali.* ſecundum & quartum tenent per illud. ſ. quod frequenter euenit a non libero, habet illud pro cauſa naturali. ex hoc ſequitur propoſitum, tam in ſecundo quam in quarto: aliquãdo additur propoſitio neceſſaria. Itaque auctoritates Auguſtini dimittas vſque ad articulum ſecundum. qui eſt ad rem, *a.l. iudicatur.* vel qui eſt ſolutio, primum eſt manifeſtum, tertium eſt per ſe notum, alias non iudicaretur quid eſſet per ſe notum: ſecundum, & quartum habent infinitas per ſe notas, quibus inde iunguntur aliæ ex pluribus ſenſibus.

QVANTVM ad ſecundũ articulum, vt in nullis cognoſcibilibus locum habeat error achademicorum, videndum eſt qualiter de tribus cognoſcibilibus prædictis. ſ. de principijs per ſe notis, & de concluſionibus, Secundo de cognitis ꝑ experientiam, Tertio de actibus noſtris, poſſit naturaliter haberi certitudo infallibilis. Quartum ad certitudinem de principijs dico ſic. quod termini principiorum talem habent identitatem, vt alter notus euidenter neceſſario alterum includat, & ideo intellectus componens illos terminos, ex quo apprehendit eos, habet apud ſe neceſſariam cauſam conformitatis illius actus componendi ad ipſos terminos, quorum eſt compoſitio, & etiam cauſam euidẽtem illius conformitatis. Et iõ neceſſario patet ſibi conformitas illa, cuius cãm neceſſariã, & euidentẽ apprehendit in terminis: igit̃ nõ p̃t eſſe in intellectu apprææhenſio terminorũ, & cõpoſitio eorũ, quin ſtet cõformitas illius cõpoſitionis ad terminos, ſicut nõ põt ſtare albedo, & albedo, quin ſtet ſimilitudo: hęc autẽ conformitas cõpoſitionis ad terminos eſt veritas cõpoſitionis, ergo non põt ſtare compoſitio talium terminorũ quin ſit vera. & ita non põt ſtare perceptio illius cõpoſitionis, & perceptio terminorũ, quin ſtet perceptio conformitatis cõpoſitionis ad terminos, & ita ꝑceptio veritatis, quia prima percepta euidenter includunt ꝑceptionẽ illius veritatis. Confirmatur rõ iſta per ſimile, ꝑ phi. 4. metaph. vbi vult ꝙ oppoſitũ primi principij. ſ. huius, impoſſibile eſt idẽ eſſe, & nõ eſſe, non põt venire in intellectu alicuius, quia tunc eſſent opiniones contrariæ ſimili in mẽte, quod vtiq; verũ eſt de opinionib. cõtrarijs. i. repugnantib. formaliter, quia opinio opinans nõ eẽ de aliquo, & opinio opinãs nõ eſſe de eodẽ, ſunt formaliter repugnantes, ita arguã in propoſito repugnantiã aliquã intellectionũ in mente, licet non formalem: ſi. n. ſtat in intellectu notitia totius, & partis, & compoſitio eorum cũ iſta includant (ſicut cã neceſſaria) conformitatem cõpoſitionis ad terminos, ſi ſtat in intellectu hæc opinio, quod iſta compoſitio ſit falſa, ſtabũt notitię repugnantes nõ formaliter, ſed notitia vna ſtabit cum alia, & tamen vna erit cauſa neceſſaria oppoſitæ notitiæ ad illam, quod eſt impoſſibile: ſicut enim impoſſibile eſt album & nigrum ſtare ſimul,

quia ſunt contraria formaliter,
ita impoſſibile eſt ſimul ſtare al
bum, & illud qđ eſt p̃ciſa cā ni-
gredinis, ita neceſſaria, ꝙ non
pōt eſſe ſine ea abſq; cōtradi-
ctione. Habita euidentia vel
certitudine de principijs pri-
mis, patet qũo hr̃ de concluſio
*Primo poſte. t. c. 5.* nibus illatis ex eis ꝑꝑ euiden-
tiā formę ſyllogiſmi ꝑfecti, cū
certitudo concluſionis tm̃mō
dependeat ex certitudine princi
piorū, & ex euidentia illatio-
nis. Sed nunquid in iſta notitia
principiorū, & concluſionū nō
errabit intellectus, ſi ſenſus de-
cipianť oēs circa terminos? Re-
ſpondeo ꝙ quantum ad iſtam
notitiā intellectus, nō hēt ſen-
ſus pro cā, ſed tm̃ ꝓ occaſione,
qa intellectus non pōt hr̃e no-
titiā ſim pliciū, niſi acceptā ſen
ſibus, illa tñ accepta pōt ſimpli
cia virtute ſua componere, & ſi
ex rōne taliū ſimpliciū fit com-
plexio euidenter vera, intelle-
ctus virtute propria, & termino
rū aſſentiet illi cōplexioni, non
virtute ſenſus, a quo accipit ter
minos exterius. Exēplū. ſi rō to
tius & rō maioritatis accipianť
a ſenſu, & intellectus cōponat
iſtā. Omne totū eſt maius ſua
parte, intellectus virtute ſui, &
iſtorū terminorū aſſentiet in-
dubitanter iſti complexioni, &
non tantum, quia vidit termi-
nos coniunctos in re, ſicut aſſen
tit iſti. Sortes eſt albus, quia vi-
dit terminos in re vniri, immo
dico, quod ſi omnes ſenſus eſ-
ſent falſi, a quibus accipiuntur
tales termini, vel quod plus eſt
ad deceptionem aliqui ſenſus
eſſent falſi, & aliqui ſenſus ve-
ri, intellectus circa talia princi
pia non deciperetur, quia ſem-
per haberet apud ſe terminos,
qui eſſent cauſa veritatis, vt pō
te, ſi alicui cęco nato eſſent im-
preſſæ miraculoſe in ſomnijs
ſpēs albedinis, & nigredinis, &
illę remanerent poſt in vigilia,
intellectus abſtrahens ab eis
componeret iſtam. album non
eſt nigrum, & circa iſtam non
deciperetur intellectus, licet ter
mini accipiantur a ſenſu erran
te, quia ratio formalis termino
rum, ad quam deuentum eſt, *a. l. ſenſu*
eſt neceſſaria cā veritatis huius *erranti.*
negatiuæ.

DE SECVNDIS cogno
ſcibilibus. ſ. de cognitis per ex-
perientiam, dico quòd licet ex-
perientia non habeatur de om
nibus ſingularibus, ſed de plu-
rib. nec quod ſemꝑ, ſed ꝙ plu-
ries, tñ expertus in fallibiliter
nouit quod ita eſt, & quod ſem
per, & in omnibus, & hoc per
iſtam propoſitionem quieſcen-
tem in anima, quicquid euenit
vt in pluribus ab aliqua cauſa
non libera eſt effectus natura-
lis illius cauſæ. quæ propoſitio
nota eſt intellectui, licet acce-
piſſet terminos eius a ſenſu er-
rante, qui a cauſa nō libera nō
poteſt producere vt in pluribus
effectum, ad cuius oppoſitū or-
dinať, vel ad quē ex forma ſua
non ordinatur, ſed cauſa natu- *a. l. caſua*
ralis ordinatur ad producendū *lis.*
oppoſitū effectus caſualis, vel
non ad iſtum producendum, er *2. phyſi. t.*
go nihil eſt cā caſualis, reſpectu *c. 48.*
effectus frequenter producti
ab eo. & ita ſi non eſt libera, eſt
naturalis: quod autem iſte ef-
fectus euenit a tali cā producē-
te, vt in pluribus, hoc acceptū
eſt per experientiam, quia in-
ueniendo nūc talē naturam cū
tali accidēte, nūc cū tali, inuen
tū eſt ꝙ quātūcūq; eſſet diuerſi
tas



tas accidentiū taliū ſꝑ iſtā natu
ram ſequebať talis effectus, er-
go nō ꝑ aliqđ accidens, ꝑ acci-
dens illius naturæ. ſed ꝑ naturā
ipſam in ſe cōſequiť talis effe-
ctus. Sed vlterius notādū, ꝙ qñ
que accipiť experiētia de cōclu
ſione, puta qđ luna frequēter
eclipſať, & tūc ſuppoſita cōclu-
*Vt inquit ari. 2. poſte. t. com. primo.* ſione, qa ita eſt, inquiriť cā talis
cōcluſionis ꝑ viā diuiſionis, &
qñq; deueniť ex cōcluſione ex-
perta ad principia nota ex ter-
minis, & tūc ex tali pricipio no
to ex terminis, p̃t cōcluſio pri⁹
tm̃ ꝑ experiētiā nota certius co
gnoſci, q̃ in primo gñe cognitio
nis, qa vt deducta ex principio
ꝑ ſe noto, ſicut illud eſt ꝑ ſe no
tū, ꝙ opacum interpoſitū inter
luminoſū, videlicet & ꝑſpicuū
impedit luminis multiplica-
tionē ad tale ꝑſpicuū, & ſi inuē
tū fuerit ꝑ diuiſionē, ꝙ terra ē
tale corpus interpoſitū inter ſo
lē & lunā, ſcieť certiſſime demō
ſtratione ꝑꝑ qđ, & nō tm̃ ꝑ ex-
perientiā, ſicut ſciebať illa con-
cluſio ante inuentionē princi-
pij. Qñq; aūt eſt experientia de
prīcipio, ita ꝙ nō cōtingit am-
plius ꝑ viā diuiſionis vlterius ī-
uenire principiū notum ex ter-
minis, ſed ſtať in aliquo vero, vt
in pluribus, cuius extrema ex-
pertū eſt frequēter vniri: puta,
ꝙ herba talis ſpeciei eſt calida,
nec inueniť aliqđ mediū aliud
prius, per qđ demonſtreť paſſio
de ſubiecto ꝑꝑ qđ, ſed ſtatur in
iſto, ſicut in primo noto ꝑꝑ ex-
perientiā, tunc. ſ. incertitudo,
& fallibilitas remoueantur per
illā propoſitionē, effectus, vt in
pluribus alicuius cauſæ non li-
bere eſt naturalis effectus eius,
tū iſte eſt vltimus gradus cogni
tionis ſcientificę, & forte ibi nō
hr̃ neceſſaria cognitio actualis
vnionis extremorum, ſed apti-
tudinalis, ſi. n. paſſio eſſet res a-
lia abſoluta a ſubiecto, poſſet
ſine contradictione ſeparari a
ſubiecto, & expertus non ha-
beret cognitionem, quia ita
eſt, ſed quia aptum natum eſt
ita eſſe.

DE TERTIIS cognoſci-
bilibus. ſ. de actibus noſtris. Di-
co quod eſt certitudo de multis
eorum, ſicut de principijs per
ſe notis, vt patet. 4. Metaph. vbi
dicit Philoſophus de rationib.
dicentium omnia apparentia
eſſe vera. quòd iſtæ rationes q̃-
runt, vtrum nunc dormiamus,
an vigilemus, ponunt autem
idem omnes dubitationes ta-
les, omnium enim rationē hi
dignificant eſſe, & ſubdit, ratio
nem quærunt, quorum non eſt
ratio, demōſtrationis enim prī
cipij non eſt demonſtratio, igi-
tur per ipſum ibidem nos vigi-
lare eſt per ſe notum, ſicut prin
cipium demonſtrationis. Nec *ſ. q. 3. pro*
obſtat quod eſt contingens, qa *lo. & 4.*
(ſicut dictum fuit aliàs) ordo *Meta. q.*
eſt in contingentibus, ꝙ aliqua *2. & ī quo*
eſt prima, & immediata, alio- *li. q. 7. &*
quin vel eſſet proceſſus in infi- *in diſt. 8.*
nitum in contingentib. vel ali- *ad finem*
qđ cōtingens ſequereť ex cā ne *et alibi ſæ*
ceſſaria, quorū vtrūq; eſt īpoſſi *pe.*
bile. Et ſicut eſt certitudo de vi
gilare, ſicut de per ſe noto. ita
etiam de multis alijs actibus,
quæ ſunt in poteſtate noſtra,
vt de me intelligere, de me au-
dire. & ſic de alijs qui⁹ ſunt a-
ctus perfecti, licet enim non
ſit certitudo, quòd videam al-
bum extra poſitum, vel in tali
ſubiecto, vel in tali diſtantia,
quia pōt fieri illuſio in medio,
vel in organo, & multis alijs
Vijs,

vijs, tñ certitudo eſt, ꝙ video:
& ſi illuſio fiat in organo (quæ
illuſio in organo maxima illu-
ſio videtur eſſe) puta, qñ actus
ſit in organo ipſo, non ab obie-
cto præſente, qualis natus eſt
fieri ab obiecto præſente, & ita
ſi potentia haberet actũ ſuum
poſita tali illuſione vel paſſio-
ne, & vere eſſet illud ibi, qđ vi-
ſio dicit, ſiue ſit actio, ſiue paſ-
ſio, ſiue vtrunque Si aũt illuſio
fieret non in organo ꝓprie, ſed
in aliquo proximo, quod videt
organum, ſicut ſi non fieret il- *a.l. pro-prio.*
luſio in cõcurſu neruorum, ſed
in ipſo oculo, fieret impreſſio
ſpeciei, qualis nata eſt fieri ab
obiecto, adhuc viſus videret,
quia talis ſpecies, vel quod na-
tum eſt videri in ea videretur.
quia haberet ſufficientem di-
ſtantiam reſpectu organi viſus,
quod eſt in concurſu iſtorum
neruorum, ſicut patet per Aug.
11. de tri. c. 2. ꝙ reliquiæ viſo-
rum, remanentes in oculo ocu-
lis clauſis videntur, & per phi-
loſophum de ſenſu & ſenſato.
quod ignis ꝗ generatur ex ele-
uatione oculi violenta, & mul-
tiplicatur vſque ad palpebram
clauſam videt: iſtę ſunt veræ vi
ſiones, licet non perfectiſſimæ,
quia hic ſunt ſufficientes diſtã
tiæ ſpecierum ad organũ prin-
cipale viſus. Sed quomodo ha-
betur certitudo eorũ, quæ ſub-
ſunt actibus ſenſus, puta ꝙ ali-
quod extra eſt album, vel cali-
dum, quale apparet. Reſpon-
deo, aut circa tale cognitum op
poſita apparent diuerſis ſenſi-
bus, aut non. ſed omnes ſenſus
cognoſcentes illud habent idẽ
iudicium de eo. Si ſecundo mo
do, tũc certitudo habetur de ve
ritate talis cogniti per ſenſus, &
per illam propoſitionem præ-
cedentẽ, quod euenit vt in plu-
ribus ab aliquo eſt effectus na-
turalis eius, ſi non ſit cauſa li-
bera: ergo cum ab iſto præſente
euenit, vt in pluribus, talis im-
mutatio ſenſus. ſequitur ꝙ im-
mutatio, vel ſpecies genita ſit
effectus naturalis talis cauſæ:
& ita tale extra erit album, vel
calidum, vel tale, quale natum
eſt repręſentari per ſpeciem ge-
nitam ab ipſo, vt in pluribus.
Si autem diuerſi ſenſus habẽt
diuerſa iudicia de aliquo viſo
extra, puta viſus dicit baculum
eſſe fractum, cuius pars eſt in
aqua, & pars in aere, & tactus
poteſt experiri contrarium, vi-
ſus etiam ſemper dicit ſolem
eſſe quantitatis minoris, quàm
eſt, & omne viſum a remotis
eſſe minus, quàm ſit, in talibus
eſt certitudo, quid verum ſit, &
quis ſenſus erret per propoſitio
nem quieſcentem in anima cer
tiorem omni iudicio ſenſus, &
per actus plurium ſenſuum cõ-
currentes, ita ꝙ ſemper aliqua
propoſitio rectificat intellectũ
de actibus ſenſus, quis ſit ve-
rus, & quis fallat, in qua propo
ſitione intellectus non depen-
det a ſenſu, ſicut a cauſa, ſed ſi
cut ab occaſione. Exemplũ in-
tellectus habet hãc propoſitio-
nem quieſcentem. Nullum du
rius frangitur ad tactum alicu-
ius mollis ſibi cedentis, hæc eſt
ita per ſe nota ex terminis, ꝙ
& ſi eſſent accepti a ſenſibus er
rantibus, nõ poteſt intellectus
dubitare de illa propoſitione:
immo oppoſitum includit con
tradictionem. ſed ꝙ baculus ſit
durior aqua, & ꝙ aqua ſibi ce-
dit, hoc dicit vterque ſenſus tã
viſus, q̃ tactus. ſequitur igitur
ꝙ



ꝙ baculus non eſt fractus, ſicut
ſenſus viſus iudicat ipſum fra-
ctum. & ita quis ſenſus errat,
& quis non, circa fracturam ba
culi. intellectus iudicat per cer-
tius omni actu ſenſus. Simili-
ter ex alia parte, ꝙ idem quan-
tũ applicatũ quãto omnino eſt
æquale ſibi. hoc eſt notũ intel-
lectui, quantumcunque noti-
tia terminorũ accipiatur a ſen-
ſu errante: ſed ꝙ idem quantũ
poſſit applicari viſo propinquo,
& remoto. hoc dicit tam viſus,
q̃ tactus. ergo quantum viſum,
ſiue prope, ſiue a remotis eſt æ-
quale. igitur viſus dicens hoc
eſſe, minus errat. Hæc conclu-
ſio cõcluditur ex principijs per
ſe notis, & ex actibus duorum
ſenſuum cognoſcentium, vt in
pluribus ita eſſe. & ita vbicun-
que ratio iudicat ſenſum erra-
re, hoc iudicat non per aliquã
notitiam præciſe acquiſitam
a ſenſibus, vt a cauſa: ſed per
aliquam notitiam occaſiona-
tam a ſenſu, in qua non falli-
tur etiam ſi omnes ſenſus fal-
lantur, & per aliquam aliam
notitiam acquiſitam a ſenſu,
vel a ſenſibus, vt in pluribus
quæ ſciuntur eſſe vera per pro-
poſitionem ſæpe allegatam, ſci
licet quòd euenit vt in pluri-
*Additio ſubtiliſſima pluribus applicanda.* bus &c. Nota ergo ꝙ notitia
principij eſt immutabilis a ve-
ritate in falſitatem non aliter,
quia ſimpliciter eſt corruptibi-
lis, ſic ſpecies intelligibilis eſt
*a.l. ſed.* delebilis vt phantaſma, ſed im
mutabilis a vera repręſentatio-
ne in falſam. Similiter obie-
ctum, licet ſit corruptibile ta-
men eſt immutabile a vera en-
titate in falſam: & ideo eſt con
*a.l. confor matiuũ.* firmatiuum notitiæ ſibi, ſeu
cauſatiuum notitiæ veritatis
ſuæ in eſſendo, quia entitas ve-
ra imutabilis in falſam, virtua-
liter continet notitiam veram
immutabiliter conformem en-
titati ſuæ. Nota etiam verum
ſecundum Aug. neceſſarium
vel immutabile, eſt ſupra men
tem. Intellige in ratione veri-
tatis euidentis, quia hanc de ſe
cauſat immediate. non autem
ſecundum eius euidẽtiam ſub-
eſt menti, vt poſſit ſibi appa- *Vt inquit Ari. primo Top. & 1. Poſ. t.c. 27.*
rere vera, vel falſa, ſicut ve-
rum probabile menti ſubeſt,
vt ipſa poſſit facere illud appa-
rere verum vel falſum quæ-
rendo rationes hincinde, per
quas probetur, & improbe-
tur. Sic intelligendum eſt, ꝙ
mens non iudicat de vero im-
mutabili, ſed de alijs: quia di-
ctando, quòd hoc ſit verum
hæc eſt actus iudicandi, & eſt
in poteſtate mentis reſpectu
probabilis, non autem reſpe-
ctu neceſſarij, nec tamen mi-
nus perfecte aſſerit de neceſ-
ſario, quòd ipſum ſit verum.
& hæc aſſertio apud Ariſtote-
lem poteſt dici iudicium. Sic *Hic habes qualiter dialecticꝰ interrogat nõ aũt demonſtrator. t.c. 8.*
patet quomodo de concluſione
neceſſaria mens iudicat, quia
non eſt ſtatim euidens ex ſe.
Ideo non determinat euiden-
tiam ſuijpſius menti: poteſt
etiam mens rationes ſophiſti-
cas adducere contra eam, per
quas diſſentiat, non ſic con-
tra primum notum 4. Metaphy
ſicæ poteſt in mente venire.
Sed Auguſt. vult in tantum eſſe
in poteſtate iudicantis, quod
non neceſſario determinetur
ab alio.

QVANTVM ad tertium
articulum, ex iſtis reſpondẽdũ
eſt ad illas tres rationes. Ad
primam, ad illud de muta-
tione

tione obiecti, antecedēs eſt falſum, nec eſt opi. Aug. ſed Heracliti & diſcipuli ſui Crathili, q nolebant loqui, ſed mouere digitum, vt dicitur. 4. Metaphyſicæ. Et etiam conſequentia non valet, dato ꝙ antecedēs eſſet verum, quia adhuc ſecūdū Ariſt. poſſet haberi certa cognitio de hoc, ꝙ omnia continue mouentur. Non ſequitur etiam, ſi obiectum eſt mutabile, ergo quod gignitur ab eo, non eſt repræſentatiuum alicuius ſub ratione immutabilis, quia mutabilitas in obiecto non eſt ratio gignendi, ſed natura ipſius obiecti, quod eſt mutabile, genitum igitur ab ipſo repræſentat naturam per ſe: igitur ſi natura, vnde natura, habeat aliquam immutabilē habitudinē ad aliud, illud aliud per ſuum exemplar, & illa natura per ſuum exēplar repræſentātur, vt immutabiliter vnita, & ita per duo exēplaria genita a duobus mutabilibus, nō inquantum mutabilia, ſed inquantum naturæ poteſt haberi notitia īmutabilis vnionis eorum.

a.l.Tracſeli. t.c. 72.

Contra quamuis obiectū nō inquantum mutabile gignat, ſi tamen eſt mutabile, qūo eius ad aliquid eſt habitudo immutabilis? Reſpōdeo. habitudo eſt immutabilis ſic, quia inter extrema nō poteſt eſſe habitudo oppoſita, nec poteſt nō eſſe iſta habitudo poſitis extremis, ſed per deſtructionem extremi vel extremorum deſtruitur. Cōtra, quomodo eſt propoſitio affirmatiua neceſſaria ſi identitas extremorum poteſt deſtrui? Reſpondeo. quando res non eſt, nō eſt identitas ei9 reallis. ſed tūc ſi eſt ī intellectu, eſt idētitas, vt eſt obiectum intellectū, & neceſſaria ſecundum quid, quia in tali eſſe extrema nō poſſunt eſſe ſine identitate, tamen illa poteſt non eſſe, ſicut extrema poſſunt non eſſe intellecta. igitur propoſitio eſt neceſſaria in intellectu noſtro ſecundum quid, quia immutabilis in falſam. Sed ſimpliciter neceſſaria non, niſi in intellectu diuino. Sicut nec extrema habent identitatē ſimpliciter neceſſario in aliquo eē, niſi in illo eſſe intellecto. Patet ēt, ꝙ ꝑ repſentatiuū ī ſe mutabile pōt repræſentari aliquid ſub rōne īmutabilis, quia eſſentia Dei ſub rōne immutabilis repręſentat intellectui creato ꝑ aliquid oīno mutabile ſiue illud ſit ſpecies, ſiue act9. Hoc patet ꝑ ſimile, quia finitū pōt repñtare aliquid ſub rōne infiniti. Ad ſecundā dico ꝙ in aīa poteſt intelligi duplex mutabilitas, vna ab affirmatione in negationē & econuerſo, puta ab ignorātia ad ſcientiā, vel a non ītellectione ad ītellectionē: alia quaſi a cōtrario in cōtrariū, puta a rectitudine ad deceptionē, & ecōuerſo. aīa aūt (quo ad q̄cūq; obiecta) eſt mutabilis prima mutabilitate, & ꝑ nihil formaliter ī ea exiſtēs tollit ab ea talis mutabilitas. ſed nō eſt mutabilis ſecunda mutabilitate, niſi circa iſta complexa quę nō habent euidentiā ex terminis. Circa illa vero quæ ſunt ex terminis euidentia mutari nō poteſt ſcđa mutabilitate, qui ipſi termini apprehenſi ſunt cauſa neceſſaria cōformitatis compoſitionis ad ipſos terminos, igitur ſi anima eſt mutabilis a rectitudine in errorem, abſolute non ſequitur ꝙ ꝑ nihil aliud a



ſe poteſt rectificari, quia ſaltē rectificari poteſt per illa obiecta, circa quę non poteſt intellectus errare apprehenſis terminis. Ad tertiam ſi aliquā apparentiam haberet, magis concluderet contra opinionem illam, quæ negat ſpeciem intelligibilem: quia illa ſpecies quæ poteſt repræſentare ſe tanq̃ obiectum in ſomnis eſt phantaſma nō ſpecies intelligibilis. igitur ſi intellectus ſolo phantaſmate vtatur, per quod obiectū eſt ſibi præſens, & nō alia ſpecie intelligibili, non vr̃ ꝙ per aliquid in quo obiectū ſibi relucet, poſſet diſcernere verū a veriſimili, ſed ponendo ſpeciē intelligibilē in intellectu non valet ratio, quia intellectus nō poteſt vti illa ꝓ ſe vt pro obiecto, quia non contingit vti illa in dormiendo. Si obijcias ꝙ phantaſma pōt repſentare ſe vt obiectū, igitur intellectus ꝑꝑ illū errorem virtutis phātaſticę pōt errare, vel ſaltem ligari ne poſſit operari, vt patet ī ſomnis & freneticis. Poteſt dici ꝙ ſi ligetur qñ eſt talis error in virtute phātaſtica, non tñ errat intellectus, quia tūc nō habet aliquē actū. Sed quomodo ſciet intellectus vel erit intellectus certus, quando non errat virtus phantaſtica, quam tñ non errare requiritur ad huc vt intellectus nō erret? Reſpōdeo, iſta veritas quieſcit in intellectu, ꝙ potentia non errat circa obiectū proportionatū niſi indiſpoſita ſit, & notū eſt ītellectui virtutē phantaſticā nō eſſe indiſpoſitā in vigilia tali indiſpoſitione, quæ facit phātaſma repręſentare ſe tanq̃ obiectum, qa ꝑ ſe notū eſt ītellectui ꝙ intelligēs vigilat, & ita ꝙ virtus phantaſtica non eſt ligata in vigilia ſicut in ſomnis. Sed ad huc inſtatur contra iſtā certitudinē dictam de actibus hoc modo. videtur mihi ꝙ videam vel audiam, vbi tamen non video vel audio. ergo de hoc nō eſt certitudo. Reſpondeo, ꝙ aliud eſt cōtra negantem aliquā propoſitionē oſtendere eā eſſe verā. Aliud eſt alicui admittēti eā oſtēdere quomodo ſit vera. Exemplū. 4. Metaphy. vbi cōtra negātes primū principiū nō inducit philoſophus illud incōueniens ꝙ opiniones cōtrariæ ſimul eſſent in anima, quia hoc ipſi concederent ſicut præmiſſam, ſed inducit eis alia inconuenientia manifeſta eis, licet nō in ſe, ſed recipientibus primū principium oſtendit, quomodo ſit notū primū principiū, quia ita notū eſt, quod oppoſitum eius non poſſit euenire in mente. quod probat, quia tunc poſſet opi. cōtrariæ ſimul ineſſe: talis concluſio eſt magis ibi inconueniens, q̃ hypoteſis, ita hic ſi cōtēdis mecum nullam propoſitionē eſſe ꝑ ſe notā, nolo diſputare tecū. Conſtat enim ꝙ tu es proteru9, quia non es perſuaſus. ſicut patet in actibus tuis qūo obijcit phyloſophus. 4. Meta. ſomniās t. co. 10. enim de aliquo quaſi de proximo obtinendo. & poſtea euigilans non proſequit̃ illud ſicut proſequeretur, ſi ita eſſet proximus vigilando ad illud conſequendum, ſi autē admittas aliquam propoſitionem eſſe ꝑ ſe notā, oportet ꝙ poſſit cognoſci, & circa quodcunq; poteſt potētia indiſpoſita errare, ſicut patet in ſomnijs: igitur ad hoc qđ aliqua cognoſcantur eſſe per ſe nota oportet quòd poſſit cognoſci,

Hen.quoli.5.q.16.

15. et 24.

gnoſci, quando potentia eſt diſpoſita, & quando non, & per conſequens poteſt haberi notitia de actibus noſtris, ꝙ potentia eſt ita diſpoſita, ꝙ illa ſunt per ſe nota, quæ apparent ſibi per ſe nota. Dico tunc ad formã illius cauillationis ꝙ ſicut apparet ſomnianti ſe videre, ita poſſet ſibi apparere oppoſitũ vni⁹ principij per ſe noti ſpeculabilis, & tamen non ſequitur quin illud principium ſit per ſe notum, ita non ſequitur quin illud ſit per ſe notum audienti ꝙ audiat, quia circa vtrunq; poteſt potentia indiſpoſita errare, non autem potentia diſpoſita, & quando ſit diſpoſita, & quãdo non, hoc eſt per ſe notum: aliàs nõ poſſet cognoſci aliquã aliam eſſe per ſe notã, quia nõ poſſet cognoſci quæ eſſet per ſe nota vtrum illa cui intellectus ſic diſpoſitus vel ſic aſſentiret.

CIRCA quartum articulum contra concluſionem op. arguo ſic. Quæro quid intelligit per veritatem certam & ſinceram, aut veritatem infallibilẽ abſque. ſ. dubitatione & deceptione, & eſt probatum prius, & declaratum in ſecundo & tertio articulis, ꝙ illa poteſt haberi ex puris naturalibus, aut intelligit de veritate, quę eſt paſſio entis, & tunc cum ens poſſit naturaliter cognoſci, ergo & verum cum ſit paſſio eius: & ſi verum, ergo & veritas per abſtractionem, quia quæcunque forma poteſt intelligi vt in ſubiecto, poteſt etiam intelligi, vt in abſtracto in ſe, & in abſtracto a ſubiecto. Aut tertio intelligit per veritatem conformitatem ad exemplar, & ſi ad creatum, patet propoſitum. ſi aũt ad exẽplar increatum, cõformitas ad illud non poteſt intelligi. niſi illo exemplari cognito, quia relatio nõ eſſet cognoſcibilis niſi cognito extremo, ergo falſum eſt, quod ponitur in op. ſ. exemplar æternum eſſe ratione cognoſcendi, non cognitum.

Præterea ſecundo ſic. Intellectus ſimplex quod intelligit cõfuſe, poteſt cognoſcere diffinitiue inquirendo diffinitionem illius cogniti per viam diuiſionis, hæc cognitio diffinitiua videtur pfectiſſima pertinens ad intellectum ſimplicem. ex tali cognitione perfectiſſima terminorum poteſt intellectus perfectiſſime cognoſcere principiũ & ex principio concluſionem, *7. Met. t. c. 4.* & in hoc compleri videtur notitia intellectualis, ita ꝙ non videtur cognitio veritatis neceſſaria haberi vltra veritates prædictas. Item tertio. aut lux ęterna cauſat aliquid prius naturaliter actu, aut non. ſi ſic, aut ergo in obiecto, aut in intellectui non in obiecto, *Perfecta. 1. poſte. t. c. 5.* quia obiectum inquantum habet eſſe in intellectu, non habet eſſe reale, ſed intentionale. igitur non eſt capax alicuius accidẽtis realis. Si in intellectu. igitur lux increata non immutat ad cognoſcendum ſinceram veritatem, niſi mediante effectu ſuo, & ita æque perfecte videt opi. communis ponere notitiam in lumine increato ſicut iſta opinio, *Vide Tho. 1. parte ſum. q. 44. arti. 3.* quia ponit eã videri in intellectu agente. qui eſt effectus lucis increatę, & perfectior quã eſſet illud lumẽ accidẽtale cauſatum. Si autẽ nihil cauſat ante actum, aut ergo ſola lux cauſat actum, aut lux cum intellectu & obiecto. Si ſola lux, ergo in-

tel-



tellectus agẽs nullã habet operationem in cognitione ſincerę veritatis, quod videtur incõueniens, quia iſta operatio eſt nobiliſſima intellectus noſtri, ergo intellectus agẽs qui eſt nobiliſſimus in anima, concurret aliquo modo ad iſtam actionẽ. Item actus intelligendi nõ magis determinatur eſſe vnius hominis q̃ alterius, & ſic ſuperflueret intellectus agens, quod non eſt dicendum cum eius ſit omnia facere ſicut poſſibilis omnia fieri tertio de anima. *3. c. 17. & 18.* Similiter etiam ſecundum philoſophum. 3. de anima, intellectus agens correſpondet in ratione actiui poſſibili in rõne paſſiui, ergo quicquid recipit poſſibilis ad illud aliquo modo ſe habet actiue intellectus agens. *Henr. in ſumma. ar. 1.* Hoc etiam inconueniens quod illatum eſt concluditur ex opi. prædicta per aliam viam, quia (ſecundum ſic opinantem) agens vtẽs inſtrumẽto nõ põt habere actionem excedentem actionẽ inſtrumenti. igitur cum virtus intellectus agentis nõ poſſit in cognitionem ſincerę veritatis, lux æterna vtens intellectu agẽte non poterit in cognitionem vel in actionem iſtius cognitionis ſincerę veritatis, ita ꝙ intellectus agens habeat ibi rationem inſtrumẽti. Si dicas quòd lux increata cum intellectu & obiecto cauſet veritatem ſinceram, hæc eſt communis opinio, quæ ponit lucem æternam ſicut cauſam remotam, cauſare omnem certam cognitionẽ vel veritatẽ, vel igitur erit iſta opinio inconueniens, vel non diſcordat a communi opinione.

AD QVAESTIONEM igitur dico ꝙ ꝓpter verba Aug. oportet concedere ꝙ veritates infallibiles videntur in regulis æternis. Vbi primo nota ꝙ poteſt li, In, accipi obiectiue. & hoc quadrupliciter. Vel ſicut in obiecto ꝓximo. Vel ſicut in cõtinente obiectũ proximũ. Vel ſicut in eo virtute cuius obiectum proximũ mouet. Vel ſicut obiecto remoto. Ad intellectum primi dico ꝙ omnia intelligibilia actu intellectus diuini habent eſſe intelligibile, & in eis omnes veritates de ſe relucent, ita ꝙ intellectus intelligens ea, & virtute eorũ intelligẽs neceſſarias veritates de eis, videt in eis ſicut ĩ obiectis iſtas veritates neceſſarias: illa autem inquantum ſunt obiecta ſecundaria intellectus diuini, ſicut veritates, quia conformes ſui exẽplari, ĩtellectui. ſ. diuino, & sũt lux, quia manifeſtatiue, & ſunt immutabiles ibi & neceſſarię, ſed æternę ſunt ſecundũ quid, quia æternitas eſt conditio exiſtentis, & illa non habent exiſtentiã niſi ſecundum quid. ſic ergo primo poſſumus dici, videre ea in luce æterna hoc eſt in obiecto ſecundario intellectus diuini, quod eſt veritas vel lux æterna, modo expoſito. Secundus modus patet ſimiliter, quia intellectus diuin⁹ cõtinet iſtas veritates, quaſi liber. ſicut dicit illa auctoritas Aug. de trinitate. 14. ca. 15. quod iſtę regulæ ſcriptę ſunt in libro lucis æternę. j. in intellectu diuino, inquã tum continet veritates iſtas, & licet ille liber non videatur, videntur tamẽ illę quiditates vel veritates, quæ ſunt ſcriptę in illo libro. & eatenus poſſet dici intellectus noſter videre veritates ĩ luce æterna, hoc eſt ĩ illo libro,

bro, ſicut in continēte obiectū,
& hoc ſecundum modum , vel
etiam in illis veritatibus , quæ
ſunt lux æterna ſecundū quid,
ſicut ī obiectis videmus. & hoc
ſecundum primum modum: &
alter iſtorum modorum videt̄
eſſe de intellectu Auguſt 12. de
tri. cap. 14. quod ratio quadrati
corporis manet incorruptibilis
& immutabilis &c. non autem
manet talis, niſi vt eſt obiectū
ſecundarium intellectus diui-
ni. Contra tamen primum mo
dum eſt dubium. ſi enim nō vi
demus iſtas veritates, vt in in-
tellectu diuino, quia non vide-
mus intellectum diuinum, quo
modo dicemur videre in luce
increata, ex hoc quod videmus
in tali luce æterna ſecundum
quid, quæ habet eſſe in luce in-
creata ſicut in intellectu cogno
ſcente. Huic reſpondet tertium
membrum, ꝙ illa, vt ſunt obie
ctum ſecundarium intellectus
diuini, non habent eſſe niſi ſe-
cundum quid. operatio autem
vere realis non competit preci-
ſe alicui enti ſecundum quid
virtute ſui. ſed ſi aliquo modo
competit ſibi, hoc oportet eſſe
virtute alicuius cui cōpetit eſſe
ſimpliciter. igitur iſtis obiectis
ſecundarijs non competit mo-
uere intellectum præciſe, niſi
in virtute eſſe intellectus diui-
ni, quod eſt eſſe ſimpliciter, &
per quod iſta habent eſſe ſecū-
dum quid. ſic igitur in luce ęter
na ſecundū quid, ſicut in obie-
cto proximo videmus. ſed in lu
ce increata videmus ſecundum
tertium modum. ſicut. ſ. in cau
ſa proxima. cuius virtute obie-
ctum proximum mouet. Iuxta
hoc etiam poſſet dici, ꝙ quan-
tum ad tertium modum vide-

*Subtiliſſima inſtantia.*

*De his vide infra diſt. 31. cōtra Hē.*

mus in luce æterna ſicut in cau
ſa proxima obiecti in ſe. nam
intellectus diuinus ꝓducit iſta
actu ſuo in eſſe intelligibili. &
actu ſuo dat huic obiecto eſſe
tale, & illi tale, & per cōſequēs
dat eis talem rationē obiecti,
per quam rationem primo mo
uent intellectum ad cognitio-
nem talem certam . Et ꝙ pro-
prie poſſet dici intellectum no
ſtrum videre in luce æterna, ꝗa
lux eſt cauſa obiecti. apparet
per ſimile , ꝗa proprie dicimur
intelligere ī ordine intellectus
agentis, cum tum illud lumen
non ſit niſi cauſa actiua. ſ. vel
faciens obiectum in actu , vel
virtute cuius obiectum mouet,
vel vtrunque. iſta igitur duplex
cauſalitas intellectus diuini, ꝗ
eſt vera lux increata, videlicet
ꝙ producit obiecta ſecundaria
in eſſe intelligibili, & quod eſt
illud virtute cuius obiecta ſe-
cundaria etiam producta mo-
uent actualiter intellectum, po
teſt quaſi integrare vnum ter-
tium membrū de cauſa ꝓpter
quam dicamur vere videre in
luce æterna. Et ſi obijcias cōtra
iſtos duos modos integrantes
tertium membrum de cauſa ,
quia tunc magis videtur ꝙ di-
ceremur videre in Deo volēte,
vel in Deo, vt voluntas eſt, q̃ in
Deo vt lux eſt, quia voluntas di
uina eſt principium immedia-
tum cuiuslibet actus ad extra.
Reſpondeo, intellectus diuinus
inquantum aliquo mō prior
eſt actu voluntatis diuinę pro-
ducit iſta obiecta in eſſe intel-
ligibili, & ita reſpectu iſtorum
videtur eſſe cauſa mere natu-
ralis, quia Deus non eſt cauſa li
bera reſpectu alicuius, niſi ꝙ ꝑ-
ſupponit ante ſe aliquo mō vo
lun-

*Dubitatio notabilis.*



lūtatē ſeu actū volūtatis, & ſicut
intellectus, vt prior actu volun-
tatis, producit obiecta in eſſe in
telligibili, ita vt prior cauſa vi-
det̄ cooperari illis intelligibili-
bus ad eorum effectum natura
lē, vt. ſ. apprehenſa & cōpoſita
cauſent apprehēſionis cōformi
tatē ad ſe, videtur igitur ꝙ con-
tradictionē includat aliquē in-
tellectū talē cōpoſitionē forma
re, & cōpoſitionē nō eſſe cōfor-
mē ī terminis, licet poſſibile ſit
illos terminos non concipere,
quia licet Deus voluntarie coa-
gat ad hoc, ꝙ intellectus termi-
nos componat, vel non, tamen
cum compoſuerit, vt illa com-
poſitio ſit conformis terminis
hoc videtur neceſſario ſequi rō-
nem terminorum, q̃ habent ex
intellectu Dei cauſante illos ter
minos in eſſe ītelligibili. Et ex
iſto apparet qualiter non eſt ne
ceſſaria ſpecialis illuſtratio ad
videndum in regulis æternis,
quia Aug. nō ponit in eis videri,
niſi vera q̃ ſunt neceſſaria ex vi
terminorū, & in talibus eſt ma
xima neceſſitas, tam cauſæ re-
motę, q̃ proximę reſpectu effe-
ctus, puta tam intellectus diui-
ni ad obiecta mouentia, q̃ illo-
rū obiectorū ad veritatē cōple-
xionis de eis, & licet etiā non ſit
tanta neceſſitas ad perceptionē
illus veritatis, quòd oppoſitum
includat contradictionem , ta-
men neceſſitas eſt ex parte cau-
ſæ proximę coaſſiſtente ſibi cau
ſa remota, quia termini appre-
henſi, & compoſiti nati ſunt na
turaliter cauſare euidentiā cón
formitatis compoſitionis ad ter
minos , etiā ſi ponatur ꝙ Deus
coagat terminis ad iſtum effe-
ctum influentia generali , non
tamen neceſſitate naturali.

*No. qui intelligis.*

Sed ſiue ſit influentia genera
lis, ſiue (quod plus eſt) neceſſi-
tas naturalis influendi termi-
nis ad hunc effectum , patet ꝙ
non requiritur illuſtratio ſpe-
cialis. Aſſumptū de intentione
Aug. patet per ipſum. 4. de tri-
ni. c. 15. vbi loquimur de philo-
ſophis infidelibus, nonnulli eo
rum potuerūt aciē mentis vltra
omnē creaturā tranſmittere, &
lucem incōmutabilis veritatis
quantulacūq; ex parte attinge-
re, ꝙ chriſtianos multos ex fide
interim ſola vigentes nondum
potuiſſe derident. igit̄ * vult ꝙ
chriſtiani credita nō vidēt in re
gulis æternis, ſed philoſophi vi-
dēt in illis neceſſaria multa. idē
9. de tri. 6. c. nō qualis ſit vniuſ-
cuiuſque hominis mens &c. q.
d. contingentia non videntur
ibi, ſed neceſſaria, & in eodē, 4.
lib. c. 16. arguit̄ cōtra iſtos philo
ſophus, nūqd , ꝗa veriſſime di-
ſputāt, & documētis certiſſimis
ꝑſuadēt, ęternis rōnibꝰ oīa tēpo
ralia fieri. ꝓpterea potuerūt in
ipſis rōnibꝰ ꝑſpicere, vel ex ipſis
colligere, quot sūt aīaliū gñā, q̃
ſemina ſingulorū ī exordijs &c.
nōne iſta oīa nō ꝑ illā īcōmu-
tabilē ſapientiā, ſed ꝑ locorū ac
temporum hiſtoriam quęſierūt,
& ab alijs experta, atque con-
ſcripta crediderūt. ergo ītelligit
ꝙ ꝑ regulas ęternas nō cogno-
ſcunt̄ illa cōtingētia, q̃ tm̄ ꝑ ſen
ſus cognoſcunt̄ , vel ꝑ hiſtorias
credunt̄, & tm̄ ſpecialis illuſtra-
tio magis reqrit̄ in credēdis con
tingētibus, q̃ in cognoſcēdis ne
ceſſarijs. immo ibi maxime re-
mouetur illuſtratio ſpecialis &
ſufficit ſola gñalis. Contra quid
igitur dicit Augu. 12. de trini. c.
14. qđ paucorū eſt ꝑuenire mē-
tis acie ad rōnes ītelligibiles. &

*a. l. viuentes.*

83. q. q. 46. nõ niſi puræ animæ ad illas pertingunt. Rñdeo, iſta puritas nõ debet intelligi a vitiis. quia 14. de tri. 15. vel. 34. vult quod iniuſtus videt in regulis ęternis, quid in his ſentiẽdũ ſit. & 4. lib. c. prællegato vult ꝙ philoſophi viderũt veritatem ĩ regulis ęternis ſine fide. & quæſtione eadẽ, vult ꝙ nullus põt eſſe ſapiens ſine cognitione idearũ: eo modo quo Platonẽ forſan cõcederet eſſe ſapiẽtem. Sed iſta puritas debet intelligi eleuando intellectũ ad conſiderandũ veritates, vt relucent in ſe, non tantũ vt relucent in phantaſmate. Vbi conſiderandum ꝙ res ſenſibilis extra cauſat phantaſma cõfuſum: & vnũ per accidens in virtute phantaſtica repræſentans. ſ. rem ſecundũ quantitatẽ, figuram, colorẽ, & alia accidentia ſenſibila. & ſicut phantaſma repræſentat tãtũ confuſe, & per accidens: ita multi percipiunt tantũ ens per accidens, veritates aũt puræ pręciſe ſunt tales ex propria ratione terminorũ, inquantũ illi termini abſtrahuntur ab omnibus per accidẽs cõiunctis cũ eis. Nõ enim hæc propoſitio, Omne totum eſt maius ſua parte, primo vera eſt, vt totum eſt in lapide vel ligno: ſed vt totum abſtrahitur ab omnibus q̃bus coniungitur per accidens: & ideo intellectus qui nunquã intelligit tototalitatẽ, niſi in conceptu per accidens: puta in totalitate lapidis vel ligni, nũquã intelligit ſincerã veritatẽ huius principii, q̃a nunquã intelligit præciſam rõnem termini, per quam eſt veritas: paucorũ igitur eſt pertingere ad rationes ęternas, quia paucorum eſt habere ĩtellectiones per ſe: & multorum eſt habere conceptus tales per accidens, ſed iſti non dicũtur diſtingui ab aliis per ſpecialem illuſtrationẽ, ſed ꝑ meliora naturalia, q̃a habent intellectũ magis abſtrahẽtem, & perſpicatiorem, vel ꝓpter maiorem inquiſitionem, ꝑ quam æque ingenioſus peruenit ad cognoſcẽdũ illas q̃ditates quas alius non inquirens non cognouit. Et iſto modo intelligitur illud Au, de vidente in mõte, & vidente inferius aerem nebuloſum, & ſuperius aerem ſincerum. 9. de tri. cap. 6. qui enim tantum intelligit ſe per conceptus per accidens, ipſe eſt quaſi in valle poſitus, circundatus aere nebuloſo, ſed qui ſeparat quiditates ĩtelligẽdo pręciſe eas conceptu per ſe, quæ tamen relucent in phantaſmate cum multis aliis accidentibus adiunctis, ipſe habet phantaſma inferius, ſcilicet aerem nebuloſum, & ipſe eſt in monte inquantum cognoſcit illam veritatem. & videt verũ ſupra* vel iſtam veritatem ſuperiorem in virtute intellectus increati, quæ eſt lux ęterna. Et iſto * vltimo modo poteſt concedi, ꝙ cognoſcuntur veritates ſincerę in luce ęterna, ſicut in obiecto remoto cognito, quia lux increata eſt primum principium entiũ ſpeculabilium, & vltimus finis rerum practicarum, & ideo ab ipſa ſumuntur principia tam ſpeculabilia quã practica, & ideo cognitio omnium tam ſpeculabilium quam practicabilium ꝑ principia ſumpta a luce æterna, vt cognita, eſt perfectior & purior cognitione ſumpta per principia in genere proprio, ſicut dictum eſt in quæſtione de theolo

[a. l. per cõceptus]

[a. l. vt.]

[a. l. vltimo modo]



theologię ſubiecto, & eſt eminẽtior alia quacunque. Et hoc modo cognitio omnium pertinet ad theologũ. Cognoſcere enim triangulum habere tres, vt eſt quædam participatio Dei, & habens talem ordinem in vniuerſo, ꝙ quaſi exprimit perfectionem Dei, hoc eſt nobiliori modo cognoſcere triangulum habere tres quã ꝑ rationẽ trianguli, & ita cognoſcere ꝙ temperate viuendum ſit propter beatitudinem vltimam conſequendam, quæ eſt attingendo Dei eſſentiã in ſe, eſt pfectius cognoſcere iſtud cognoſcibile practicum, quam per principium aliquod in genere moris, puta per hoc, ꝙ honeſte viuendum ſit, & iſto modo loquitur Aug. de luce increata, vt cognita. 15. de tri. cap. 27. vbi ſeipſum alloquens ait. Nempe ergo multa vera vidiſti, ea que diſcreuiſti ab illa luce, quæ tibi lucente vidiſti, at tolle oculos ad ipſam lucem, & eos in eam fige, ſi potes. Sic enim videbis quid diſtet natiuitas verbi Dei a proceſſione doni Dei, & paulopoſt. Hæc & alia ſimiliter certa oculis tuis interioribus lux iſta monſtrauit, quæ igitur eſt cã: cur acie fixa ipſam videre non poſſis? niſi vtique infirmitas &c. Ex dictis patet ad omnes auctoritates Augu. in oppoſitum, & ſecundum aliquem dictorum modorum videndi exponi poſſunt auctoritates Aug. quę occurrũt de iſta materia.

[☞ Sic in antiquis originalib.]

DE SEXTO ARTICVLO, videndum eſt quomodo illæ tres rationes factæ pro prima opinione aliquid veri concludunt, inquantum accipiunt ab Aug. licet nõ concludant illam concluſionem falſam ad quam inducuntur. Vbi ſciendum eſt, ꝙ a ſenſibilibus ſicut a cauſa per ſe principali non eſt expectãda ſincera veritas, quia notitia ſenſus eſt circa aliquid per accidens: vt dictũ fuit, licet actus ſenſuum aliqui ſint certi & veri. ſed virtute intellectus agentis: qui eſt participatio lucis increatæ, illuſtrantis ſuper phantaſmata cognoſcitur quiditas rei: & ex hoc habetur ſincera veritas. & per hoc ſoluitur primum argumentum Henrici, & ſecundum intentionem Auguſti. non plus concludit.

Ad ſecundam rationẽ Henrici, dico, ꝙ anima mutabilis eſt ab vno actu diſperato ad aliũ ſecundũ diuerſitatẽ obiectorũ ꝓpter ſuã illimitationem, & immaterialitatẽ quia eſt reſpectu cuiuſlibet entis. ſimiliter ab actu in non actũ: q̃a nõ ſemper eſt in actu. ſed reſpectu primorum principiorũ, quorũ veritas nota eſt ex terminis: & concluſionum euidenter deductarum ex terminis non eſt mutabilis à cõtrario in cõtrariũ. ſ. a vero in falſum. Regulæ. n. in lumine intellectus agentis intellectum rectificant, & ipſa ſpecies intelligibilis terminorũ, licet in eſſẽdo ſit mutabilis. in repræſentãdo tamẽ in lumine intellectus agẽtis, immutabiliter repræſentat, & per duas ſpecies intelligibiles cognoſcũtur termini primi principii, & ita illa vnio eſt vera, & certa euidenter. Ad tertium, dicendũ ꝙ concludit contra eum, quia non ponit niſi ſpeciem ſenſibilem, vel phantaſma, non autem concludit de ſpecie intelligibili repræſentante quiditatem. Dicẽdum autem, quòd ſi potentiæ ſenſitiuæ

non ſunt impeditæ ſpecies ſenſibilis veraciter repræſentāt rē, ſed in ſomno potentiæ ſenſuū exteriorū ſunt ligatæ. ideo virtus imaginatiua conſeruās ſpecies ſenſibiles ſecundum diuerſitatem fluxus humorum capitis apprehendit eas tāquam res quarū ſunt ſimilitudines, quia vim rerum habent ſecundum philoſophū de motibus animaliū, nō plus cōcludit tertia rō.

## QVAESTIO V.

CIRCA ſecundam partē huius diſt. 3. in qua magiſter agit de cognoſcibilitate Dei ꝑ veſtigiū, quæro, vtrū in oī creatura ſit veſtigiū trinitatis? Quod nō, qa per veſtigiū pōt inueſtigari naturaliter illud cuius eſt veſtigium, ergo per creaturam poſſet naturaliter inueſtigari trinitas, quod eſt falſum: quia hoc excedit naturalem rationem. Item ſi ī natura intellectuali eſt imago trinitatis. igitur nō veſtigiū: conſequentia patet, quia iſta habent oppoſitas, & diſtinctas rationes repræſentandi, igitur nō conueniunt eidem. Item natura intellectualis, quia nobilior eſt, habet aliam rationem repręſentandi quam aliæ naturæ inferiores: vt rationem imaginis: ſed citra naturam intellectualem ſunt naturæ multæ habentes ordinem in perfectione, ſicut ſunt animata ſupra inanimata: & mixta ſupra ſimplicia: ergo in eis erit alia ratio repræſentandi: ita quod ratio veſtigii non erit communis omnibus. Contra. 6. de tri. cap. vlt. vel. 18. Oportet igitur, vt & creatorem per ea quæ facta ſunt intellecta conſpicientes intelligamus trinitatem: cuius in creatura, quo modo dictū ē, apparet veſtigiū.

IN ISTA QVAESTIONE tria ſunt vidēda. Primo, quia ſcd̄m philoſophū omnes transferentes ſcd̄m aliquā ſimilitudinē transferunt. Videndū primo eſt de rōne veſtigii in corporalibus: vn̄ tranſlatū eſt nomē eius ad ꝓpoſitū. Scd̄o videndū eſt q̄ ſit rō veſtigii ſcd̄m quā transfertur ad propm̄: & ī quo cōſiſtat, & reſpectu cuius in Deo ſit rō veſtigii in creatura. Tertio videndū eſt quibus fundat̄ reſpectus veſtigii, ſiue creaturæ ad Deum, ſiue econuerſo cuius dicitur veſtigium.

*6. Top. c. 2.*

*Do. in originali poſuit nacat ſuper hic tertio mēbro.*

*Tho. li. 1. ſcri. diſt. 13. ar. 2. & in 1. parte q. 45. art. 7.*

QVANTVM ad primū dicit̄, ꝙ veſtigiū eſt impreſſio derelicta ex trāſitu alicuius ſuper uacuū vel plenū, ipſum imperfecte repræſentans: & ideo imꝑfecte, quia veſtigiū repręſentat aliquid confuſe, & ſub ratione ſpeciei imago perfecte, quia ſub rōne indiuidui: ſicut ꝑ veſtigiū diſtinguitur equus a boue, & cognoſcitur ꝙ tranſiens eſt equus non bos, non autem diſtinguit̄ hic equus ab illo. ſed imago diſtinguit ſub ratione indiuidui: quia imago iouis non repreſentat cæſarem. Quantum ad ſecundum articulum dicitur ꝙ creatura habet ad Deum triplicem relationem, ſicut ad triplicem cauſam. & hoc ſecundū tres modos relatiuorum, quos ponit philoſophus. 5. Meta. Quantum ad primum modum refertur ad Deum, relatione fundata ſuper vnum, ſcilicet relatione ſimilitudinis: & hoc in quantū creatura eſt exemplata: & refertur ad Deum inquantū eſt cauſa exemplaris. Quantum ad ſecundum modū. ſ. potentiæ refertur creatura ad Deum, vt productum ad producentem. Quantum ad tertium modū. ſ. modū menſuræ refert̄ ad Deū, vt ordinata ad ipſum, ſicut ad cauſam finalē. Iſti igitur tres reſpectus integrant rōnem veſtigij. quia vnus non ſufficit ſine alio, vt colligitur ab Aug. 83. q. * 74. De duobus ouis &c. habetur hoc igitur, in quo conſiſtit ratio veſtigij in creatura. Sed reſpectu cuius eſt ex parte Dei? Reſpondeo, reſpectu appropriatorum tribus perſonis diuinis. nam creatura per primum reſpectum. ſ. ſimilitudinis repræſentat artem exemplantem, quæ appropriatur filio: per ſecundum * repręſentat potentiam producentis, quæ appropriatur patri. per tertium repræſentat bonitatem finientis, quæ appropriatur ſpiritui ſancto. Contra illud quod dicitur in primo membro, ſi tantū eſſet vnum animal, ita ꝙ non eſſet aliud poſſibile in vniuerſo, adhuc eius veſtigium nō eſſet eius imago, quia adhuc non eſſet eius veſtigium ſimilitudo totius, ſed partis, imago aūt eſt totius ſimilitudo, & tn̄ tunc nō repræſentaret ipſum confuſe. i. ſecundum aliam rationem cōmunem ſibi, & alijs.

*Hen. quo. li. 9. q. 1. & 2.*

*t. c. 20.*

*n. l. ſine aliis.*

*n. l. exemplantem.*

Dicetur ꝙ ſic, ſicut mō ſol ē vniuerſale, licet impoſſibile ſit eſſe plures ſoles, & ſcīa q̄ eſt de ſole eſt de ipſo ſub rōne vniuerſalis, nō de hoc ſole, & ita ſpēs intelligibilis repn̄tat vniuerſale, nō aūt hoc. licet vniuerſale nō poſſet eſſe, niſi in hoc. Contra ſi reſpectu alicuius inq̄tum eſt hoc, veſtigiū non eſt imago, hr̄ propoſitum. & hoc poſito ꝙ ꝑ quancūq; potentiā ad hoc nihil abſtrahi poſſit, ſed hoc poſito adhuc poſſet repn̄tare totum hoc, vt hoc, aut partē huius, vt huius. Itē ſi partes aīalium diuerſorum ſpē q̄ imprimunt in molle cedens, eſſent ſimiles in quātitate, & figura, veſtigiū nō duceret in cognitionē ſub rōne ſpēi, ſed tn̄ ſub rōne gn̄is. Similiter ſi in eadē ſpē eſſent partes diſſimiles in quantitate & figura, veſtigiū duceret in cognitionē indiuidui, vt hoc, licet non totius, vt repn̄tati totaliter, ergo accidentalis differentia eſt ſpecies, vel non ſpecies.

QVANTVM ad hoc igit̄ dico ꝙ veſtigiū eſt ſimilitudo illius partis aīalis a qua imprimit̄ in aliqd ſibi cedens, ſed ſimilitudo imꝑſſa partis nō ē ſimilitudo totius, qa neq; ſecundū rōnē totius in ſe, nec ēt qua totū immediate cognoſcit̄, ſed arguitiue tm̄, ex hoc ꝙ cognoſcitur illud repn̄tatū eſſe aliquid illius: & iō ſi illud ſuppoſitum ſit. falſum, puta ꝙ illud imprimēs eſt ſeparatū a toto, vt ſi pes amputatus a corpore imprimeret veſtigiū, erraret quis circa totū, cuius nata ē eſſe talis pars impreſſiua veſtigij, patet ēt ꝙ ſi totū corpus eſſet ita impreſſum pulueri, ſicut modo pes eſt impreſſus, illa impreſſio derelicta vere eſſet imago & ſimilitudo totius, ſicut modo veſtigiū eſt ſimilitudo partis. Hoc etiam ad propoſitum applicando, non videtur quod prima differentia poſita inter veſtigiū, & imaginem ſit vera, quia nulla creatura repn̄tat Deū, niſi ſecundū cōceptus cōes. & nō ſecundum cōceptus ſpāles. ſ. ſpeciei ſpecialiſſimę. ergo mō eſt differentia

creaturæ ad creaturam in repręſentando Deum in rõne cõi,& non cõi. Qđ ēt dr̄ in ſecundo membro, ꝙ veſtigium conſiſtit in iſtis tribus relationibus, non vr̄ verum, quia licet rõ veſtigij dicat reſpectum, quemadmodũ ſimilitudo, realiter tñ non eſt reſpectus tm̃, ſicut non dr̄ ſimilitudo eſſe in reſpectu præciſe, ſed in aliquo abſoluto, in quo fundeť relatio ſimilitudinis, ita vr̄ ēt rõ veſtigij nõ eſſe in reſpectu pciſe. ſed in aliquo in quo fundať ille reſpectus.& hoc probať ſic, quia veſtigium eſt ſimilitudo veſtigiati, ex quo cognito cognoſcitur illud. ergo veſtigium põt prius cognoſci naturaliter illo, cuius eſt veſtigium, ſed relatio nõ põt prius cognoſci termino naturaliter. Itẽ qđ dicitur ꝙ illi tres reſpectus pertinent ad illos tres modos relatiuorum, hoc videtur falſum, t.c.20. quia philoſophus. 5. metaphyſicæ ponens differentiam duorum modorum, ad tertiũ vult, quod in duobus primis modis ſit mutua relatio, in tertio autem non. ſed tantum vnum dr̄ ad aliud, qa aliquid eſt eius. omnis autem relatio creaturæ ad Deum eſt non mutua, ſed tãtum dicitur Deus ad creaturã, quia creatura ad ipſum. ergo oĩs reſpectus creaturæ ad Deũ eſt ſecundum tertium modũ. Qđ aũt adducit de primo mõ de ſimilitudine, nõ valet, qa illa ſimilitudo, q̃ eſt exemplati ad exemplar non eſt de primo modo, qa nõ eſt ſimilitudo vniuocationis, ſed imitationis, immo pertinet ad tertiũ modũ. ſicut manifeſte patet ꝑ philoſophũ, q in tertio mõ ponit relationẽ ſcientiæ ad ſcibile, & vniuerſaliter menſurati ad menſuram. Exemplar autem habet relationem menſuræ reſpectu menſurati, vel exemplati. ergo &c. *Vbi ſupra*

QVANTVM ergo ad ſecundum articulum, concedo quod omnis reſpectus creaturæ ad Deum pertinet ad illum tertium modum relatiuorum, nec in ſolis reſpectibus conſiſtit veſtigium. ſed in aliquibus abſolutis. & forte in aliquo reſpectu, ſicut in tertia ſui parte, ſecundum quod aſſignat Aug. partes veſtigij. 6. de trini. c. 10. vbi dicit de creaturis. Hæc igitur omnia quę arte diuina facta ſunt, & vnitatem quandam in ſe oſtendunt, & ſpeciem, & ordinem: vnitas autem eſt perfectio abſoluta. ſicut patet per exempla ſua ibi. Vnum aliqd eſt ſicut ſunt naturæ corporum, ingeniaque animarum &c. ſpecies etiam ſeu forma abſolutũ aliquid eſt, ſicut patet per exempla ſua ibidem, ſicut ſunt qualitates corporum, & doctrinæ animarum. *a.l. artic* Ordo autem aliquem reſpectũ dicit, ſed non ad finem vltimum, ſed ad operationem vnde dicit aliquem ordinem tenet, ſicut ſunt pondera, & collocationes corporum, & amores, aut delectationes animarum, quare &c. Hæc tria ſic ſumpta, repręſentant ſub ratione ſimilitudinis tria corñdentia eis in Deo, quia vnitas repñtat ſummã vnitatẽ primi principij, a quo eſt origo, & quo ad hoc ait. In illa trinitate ſumma origo eſt rerũ omniũ. Spẽs in creatura repræſentat ſummã pulchritudinẽ in Deo. vnde & ſubdit & ſumma pulchritudo. Ordo ſiue operatio in creatura repræſentat operationem perfectiſ-

fectiſ-



fectiſſimam in Deo, & quo ad hoc ſubdit. & beatitudo ẽ ſumma delectatio. Poſſunt & alia multa in creaturis aſſignari, q̃ velut ſimilia repræſentant in diuinis aliqua appropriata perſonis, puta vnum, verum, bonum. Vnum in creatura repræſentat vnitatem appropriatam patri. Verum, veritatem appropriatam filio. Bonum, bonitatem appropriatam ſpiritui ſancto. Et iſtæ oẽs perfectiones ſubſtãtię ſunt abſolutæ, & repñtãt abſolutas Dei perfectiones perſonis appropriatas. Aliter multipliciter aſſignatur veſtigium ſiue in illis, quę ꝑ rõnẽ ſimilitudinis repræſentant aliqua appropriata perſonis, ſiue ꝑ rõnẽ proportionalitatis. Dico autem proportionaliter repræſentare, qñ rõ illius repræſentantis, nõ eſt formaliter in Deo, ſed aliquid proportionale illi rõni, ſicut de illa aſſignatione. Modꝰ, ſpecies, & ordo, cum qua vr̄ eſſe eadem illa aſſignatio. Sapientiæ. 11. In numero, pondere, & menſura. Et Auguſtinus ſuper Gen. lib. 4. Menſura omni rei modum præfigit. Numerus omni rei ſpeciem præbet. & pondus ad quietem, ac ſtabilitatem trahit. Et poſt, fateamur ergo dictum eſſe omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſita, tanquam dictum eſſet, ita ita, diſpoſita vt haberent proprias menſuras ſuas, & proprios numeros, & propriũ pondus, quæ in eis pro ſui cuiuſque generis mutabilitate mutarentur augmentis, & diminutionibus, multitudine, & paucitate, leuitate, & grauitate. Modus accipitur pro limitatione, & pro eodem accipitur menſura in illa aſſignatione. Sapientiæ. 11. Pondus autem accipitur ibi pro ordine, & numerus pro ſpecie. Numerus ſiue ſpecies, & pondus ſiue ordo, exponantur ſicut in prima aſſignatione. Sed menſura; quæ eſt idem quod modus, non repræſentat aliquid ſub ratione ſimilitudinis, ſed ſub ratione proportionabilitatis, quia limitatio producti repræſentat potentiam illimitatam producentis. & ſic patet quibus in creatura conſiſtit veſtigium, & reſpectu quorum in diuinis, quia reſpectu appropriatorum perſonis diuinis. Sed quomodo accipitur ratio veſtigij in diuinis, quæ ſit ſimilitudo partis, cum in diuinis non ſit pars? Reſpondeo, vt trinitas eſt quaſi quoddam totum numerale ſaltem in conceptu intellectus noſtri, perſona eſt ibi quaſi pars huius totius. ita etiam appropriatum perſonæ, inquantum appropriatum, eſt ibi quaſi pars eiuſdem, quia accipitur pro illo, cui appropriatur. nec tantum hoc ſed etiam appropriabile. licet non acceptum, vt appropriatum. adhuc eſt ibi quaſi pars eiuſdem. quia eius ratio vt eſt, & vt concipitur, complete ſaluatur in vna perſona. & per conſequens ratio eius non ponit trinitatẽ. ſed ponit concomitanter vnitatem alicuius perſonę, in qua ſit. licet igitur creatura communiter non repræſentet nec perſonam, vt perſona, quę eſt in intellectu noſtro, quaſi pars trinitatis. nec appropriatum, vt appropriatum. Non enim ſic cognoſcitur appropriatum, niſi cognoſcať illud cui appropriatur, repræſentat tamen appropriabi-

priabile iñ quo ſaluatur quaſi ratio partis modo prædicto reſpectu trinitatis,

*Hen. quoli. 3. q. 9. & quoli. 5. q. 2. & quol. 4. q. 7. & 8. & quoli. 2. q. 3.*

QVANTVM ad tertium articulum dicitur ſecundum Boetium de hebdomadibus ꝙ diuerſum eſt eſſe, & id quod eſt, quia illud quo aliquid eſt, dicitur ratitudo eius. Quo autẽ ipſum eſt quod eſt, vel aliquid, dicitur aliquitas eius.

Hoc intelligo, dicitur quod reſpectus veſtigialis in creatura non fundatur in ratitudine rei, ſed in aliquitate tantum, & eſt formaliter ratitudo eius. Modus ponitur iſte ſecundum Auicennam quinto Metaphyſicæ. Humanitas eſt tantum humanitas, ergo ratio humanitatis non eſt res rata, ergo oportet quod aliquo alio extra rationem formalem humanitatis ſit ens ratum.

*Cap. 1. 2.*

Arguitur etiam, quod illud quo formaliter eſt ratitudo eius ſit reſpectus veſtigialis, & hoc primo ſic. Quicquid includitur per ſe in intellectu alicuius inquantum tale eſt illud, quo ipſum formaliter eſt tale, ſed reſpectus veſtigialis includitur in ratione cuiuſlbet entis rati. ergo &c. probatio minoris, quia quoddam ens eſt, quod eſt ipſum eſſe, ſicut Deus: quoddam quod non eſt ipſum eſſe, ſeu cui contingit eſſe, ſicut omne aliud extra a Deo, quod non eſt de ſe eſſe, ſed tantum eſt ens cui contingit eſſe, ex hoc arguitur ſic. * Quodcũque ens, ꝙ non eſt de ſe eſſe, ſed tantum cui contingit eſſe, non eſt ens ratum, niſi participando ipſum eſſe. vel inquantum participat ipſum eſſe, ſed omne aliud a Deo eſt cui contingit eſſe, & non eſt ipſum eſſe. ergo non eſt ratum, niſi inquantum participat eſſe. ergo illa participatione formaliter eſt rarum. Secundo ſic, nihil aliud a Deo poteſt perfecte cognoſci ſine cognitione omnium cauſarum intrinſecarum, & extrinſecarum, primo Phyſicorum, ſed ſi eſſentia alicuius talis eſſet abſoluta, & non includeret eſſentialiter reſpectum ad cauſam extrinſecam, poſſet perfecte cognoſci ſine cognitione cauſæ extrinſecæ, ergo oportet quod includat talem reſpectum. Adducitur ad hoc Auguſtinus: 8. de trinitate, capitulo. 3. vel 8. Videbis bonũ omnis boni &c. Item Boetius de hebdomadibus. Si pauliſper per intellectum amoueas ipſum primum bonum, tunc licet ſint bona. non tamen in eo quod ſunt, erunt bona, ergo aufertur ratio boni ab eis ablato per intellectum primo bono, & per conſequens bonitas formaliter in eis dicit reſpectum, quia participationem ſummi boni.

*a. l. quicquid non eſt.*

*T. com.*

Si arguitur contra iſtam opinionem per Auerroem. 11. Metaphyſicæ, quod relatio habet debiliſſimum eſſe, ergo nomen nec poteſt eſſe formaliter ratitudo entis formaliter rati. Dicitur quod duplex eſt relatio, quædam accidentalis, & quædam ſubſtantialis. & accipitur iſta diſtinctio relationis a Simplicio ſuper prædicamenta, vbi vult quod eſſe, in, non conſtituit aliqua prædicamenta ſicut eſſe ad pro eo quod aliqui reſpectus ſunt eſſentiales: ſiue ſubſtantiales, aliqui non. Dicunt igitur quod dictum Commentatoris verum eſt de

*Com. 19. ſuper. 11. Ariſto.*

rela-



relatione accidentali, non de ſubſtantiali. Si autem obijcitur quòd omnis relatio præſupponit fundamentum ineſſe rato, igitur non eſt ipſa ratitudo fundamenti. Dicitur ꝙ verum eſt de relatione adueniente fundamento; non autem de conſtituente fundamentum, & huiuſmodi eſt iſta &c.

CONTRA ISTA (vt intelligantur verba illa) diſtinguo tria ſecundum opinionem illius doctoris, in cuius dictis videtur fundari iſta opin. Quia ſecundum ipſum res dicitˋ vno modo a reor reris. quod eſt opinari, & ſic eſt communis ſecundum ipſum figmentis, & non figmentis. Secundo modo res dicitur a ratitudine, loco iſtorum verborum accipio verba planiora. pro re dicta a reor reris, accipio realitatem opinabilem, quæ communis eſt ſecundum ipſum figmento, & nõ figmento, pro re autem dicta a ratitudine, accipio ſecundum intentionem ſuam realitatẽ quiditatiuam, quia ponit rẽ quiditatiuam eſſe ratam per hoc ꝙ eſt exemplata, quod non conuenit figmentis. Vltra iſta nõ reſtat niſi realitatis exiſtentiæ actualis. Habemus ergo tria per ordinem, realitatem opinabilem, quiditatiuam, & exiſtentiæ. Quæro tunc quid intelligit per aliquitatem. Si realitatem opinabilem cum illa ſit cõmunis alicui, & nihilo illa de ſe nihil eſt. igitur ſi ratitudo fundetur in aliquitate ſic ſumpta, ſicut quiditas vel eſſentia in ſuppoſito fundatur in nihilo, & quod fundatur in nihilo, nihil eſt, quia quod nihil eſt ad ſe, nihil eſt ad aliud. 7. de trini. c. 3. Ergo ratitudo nihil eſt, igitur tota res compoſita ex ratitudine, & aliquitate erunt duo nihila. Si aliquitas dicatur realitas quiditatiua. Quæro ergo quid intelligit per ratitudinẽ, aut realitatẽ quiditatiuã, aut realitatẽ exiſtẽtiæ. Si quiditatiuam, igitur dicere ratitudinem fundari in aliquitate, eſt dicere realitatem quiditatiuam fundari in realitate quiditatiua, quod nihil eſt. Si realitatem exiſtentiæ. Contra igitur illi realitati exiſtentiæ præſupponitur ratitudo, quia res ſecundum iſtam opinionem habet vere eſſe ratum ante eſſe exiſtentiæ, & ita nõ poteſt eſſe prima ratitudo eius eſſe exiſtentiæ. Si dicas quod aliquitas, q̄ eſt realitas opinabilis eſt quid commune alicui, & nihilo. Sed alia eſt aliquitas, quæ eſt propria figmentis, & alia quæ eſt propria rei poſſibili eſſe, q̄ non competit figmentis, ex qua cõponitur res habens aliquitatem, & ex ipſo eſſe ſicut ex ratitudine ſua. Contra, hoc eſt dicere ꝙ duplex eſt aliquitas, alia alicuius, & nihili, alia vero alicuius tantum, ſicut ſi diceretur, duplex eſt albedo, alia albi, & nigri, & alia albi tantum. Et præterea de illa aliquitate propria entitati poſſibili q̃ro, aut illa eſt reſpectus tãtum, & fundatur in aliquitate communi, q̨a illa ſola præcedit eã, & tunc fundabiˋ in nihilo, (vt dictum eſt) & tũc erit nihil: aut illa aliquitas propria eſt abſolutũ, & per eam diſtinguiˋ res habens eã a figmentis per te, igitur iſta eſt prima ratitudo rei, & abſoluta, & ita reſpectus nõ erit pri

*Confutatio reſolutiſſima.*

*De hoc vide diffuſius. 36. diſ. huius.*

ma

ma ratitudo rei. Præterea ſecũ-
do ſic. Humanitas aut habet
de ſe conceptum, cui non repu-
gnat aliquid ſubeſſe in effe-
ctu, aut cui repugnat de ſe ali-
quid ſubeſſe in effectu, aut cui
de ſe aliquid ſubeſt in effectu,
non tertio modo ſecũdum om-
nem opinionem, quia hoc eſt
proprium ſoli Deo. Si detur ꝙ
de ſe repugnet ſibi aliquid ſub
eſſe illi conceptui, igitur per il
lum reſpectum aduenientem
nõ põt ei cõpetere, ꝙ aliquid
poſſit ſibi ſubeſſe, quia quod re
pugnat alicui ex parte ſui, non
poteſt ei non repugnare ſtante
natura eius, & ita non fit ſibi
non repugnans per aliquem re
ſpectum aduenientem, ergo cõ
ceptus humanitatis eſt talis,
cui de ſe non repugnat aliquid
ſubeſſe in effectu, ſed talis eſt
conceptus entis rati ſecundum
opi. iſtius magiſtri. quia conce-
ptui figmenti repugnat aliquid
ſubeſſe in effectu.

Præterea philoſophus 4. Me-
*T. c. 26. & 27.* taphy. ex opinione dicentium
oĩa apparentia eſſe vera, infert
iſtud impoſſibile, ꝙ oĩa erunt
ad aliquid, qđ non intelligit tã
tum denominatiue, q̃a ſic oĩa
eſſe ad aliquid verũ eſt, ſaltem
oĩa alia a Deo, ergo intendit in
ferre pro maximo incõuenien-
ti, omnia eſſe eſſentialiter ad
aliquid, hæc autem opi. ponit
omnia eſſe eſſentialiter ad ali-
quid, ergo iſta opinio videtur
ponere quod apud philoſophũ
eſt magis inconueniens, quàm
omnia apparentia eſſe vera, q̃a
hæc concluſio omnia eſſe ad ali
quid apud philoſophũ, eſt ma-
gis inconueniẽs, quàm iſta om
nia apparẽtia ſunt vera. Rñdeť
ꝙ philoſophus dicit, ꝙ omnia
erũt ad aliquid. ſ. ad opinionẽ,
& ſenſum. Contra in argumen
to ducente ad impoſſibile, con
cluſio debet æque vel magis eſ-
ſe impoſſibilis q̃ præmiſſa: iſta *1. Poſt. t. c. 42.*
cõcluſio illata, quatenus ſic il-
lata non differt a præmiſſa, quę
ponit oĩa eſſe vera propter ap-
parentiã eorum ſenſui, vel opi-
nioni, niſi in hoc ꝙ infert oĩa
eſſe ad aliquid, ergo ſi ĩ aliquo
habet maiorem impoſſibilita-
tem, q̃ præmiſſa. eſt iſta impoſ-
ſibilitas, oĩa ſunt ad aliq̃d ſim-
pliciter. Quarto ſic. Humanitas
inquantum humanitas, aut ha
bet tantum quid nominis, aut *Quia entiũ & non entiũ eſt quid nominis.*
habet quid rei, qđ repugnat fig-
mẽtis: ſi primo modo, igitur de
humanitate, inquantum huma
nitas, non plus eſt ſciẽtia, q̃ de
chimera, & per conſequens me *2. Poſt. t. c. 10.*
taphyſica quæ eſt de quiditati-
bus non magis eſt ſcientia, q̃
ſi eſſet de figmentis non intel-
ligibilibus propter contradi-
ctionem incluſam in eis. Si ve-
ro humanitas inquantum hu-
manitas hẽt quid rei qđ repu-
gnat figmentis: ergo humani-
tas, vñ humanitas, eſt q̃d ratũ.
Reſpondetur, ꝙ humanitas vn-
de humanitas habet aliquam
diffinitionem, ſed illa non in-
dicat ens ratũ, quia figmenta
poſſunt habere genus & diffe-
rẽtias, & ita diffinitionẽ, ſed ad
habendũ rõnẽ completã entis
rati, oportet addere reſpectum
ad ens imparticipatum. Iſtud
nõ rñdet ad argumẽtum, quin
metaphyſica nulla ſit ſcientia.
Similiter quod dicit de figmen
tis, ꝙ figmenta habent genus
& differentiã, falſum eſt, quia
omne tale habet rationem in
ſe falſam, & includẽtẽ cõtradi-
ctionẽ, quia vna pars repugnat
alteri,



*Porus ca. de differẽtia & ar. 2. Poſt. t. c. 18. & 7. Met. t. c. 43. & infra.* alteri, ſed tales partes nunquã
ſunt genus & differentia, quia
differentia eſt per ſe determina
tiua generis, & per conſequens
non repugnat ei.

SECVNDO contra opi-
nionem arguitur ex dictis eius
primo ſic. Quodlibet ens eſt for
maliter actiuum ſua ratitudi-
ne, quod probatur, quia ratitu-
dine eſt formaliter in actu. Sed
nihil ſecundũ ipſum eſt forma
liter actiuum relatione, q̃a rela
tio nõ eſt principiũ agendi, ergo
ratitudo nõ eſt relatio. Itẽ ſecũ
dũ ipſum nulla creatura inquã
tũ rata differt ſpecie ab illo eſ-
ſe, quod eſt Deus, ſed ipſum eſ-
ſe quod eſt Deus ſecundũ oẽm
opinionem eſt abſolutum, qũo
igitur illud quod eſt formaliter
relatio non differt ſpecie ab eo,
qđ eſt abſolutum. Item ſecun-
*a. l. primũ* dum *ipſum ens rationis parti-
cipat ens ratum, non tñ forma-
liter eſt res rata. ergo participa-
tio talis, non eſt formaliter ip-
ſa ratitudo, quare &c.

QVANTVM ad iſtũ arti
culum dico ꝙ nullus reſpectus
eſt ratitudo, ſiue quo aliquid
eſt firmum ens, vel verum ens,
vel certũ ens in quacunque en-
titate, quia omnis reſpectus ali
q̃d habet in quo fundatur qđ
ſecundum ſe non eſt ad aliud,
& in illo priori in quo eſt eſſen
tialiter ens ad ſe. ſi nõ eſt eſſen
tialiter ens certum, aut ens fir-
mũ, non erit capax alicuius re-
ſpectus, per quem fiat ens ratũ,
quia ens non ratũ, ſi fiat ratũ,
aut fiet ratum ex ſe, quod inclu
dit cõtradictionem, quia quic-
quid eſt ex ſe aliquale eſt neceſ-
ſario tale aut ab aliquo cauſan
te fiet ratum, & ſi hoc prius na-
turaliter abſolutũ, aliquod po-
teſt terminare illam cauſatio-
nem quàm reſpectus, quia for-
malis ratio cuiuslibet termini
primi producti, non eſt neceſſa
rio reſpectu.

AD RATIONES pro
op. oppoſita quãtum ad iſtum
tertium articulũ. Ad illud Aui.
de humanitate: dico ꝙ per hoc
ꝙ dicit ꝙ equinitas eſt tm̃ equi
nitas ly tm̃, non excludit illa q̃
ſunt de per ſe ratione equinita
tis, cuiuſmodi eſt entitas rata,
ſed excludit illa, quæ ſunt ꝑ ſe
paſſiones entis, vt vnum actus
&c. ſicut patet ibi ꝑ literã ſuã.
Ad ſcđm tam maior eſt falſa, q̃
minor, maior q̃a aĩal ineſt per
ſe hoĩ, & eſſentialiter inquãtũ
hõ, non tñ aĩalitas eſt qua for-
maliter hõ eſt hõ. Sed ſi addať
in maiori q̃cquid ꝑ ſe includiť
in intellectu alicuius tanq̃ vlti-
mũ in eo vera eſt, & ſic minor
eſt falſa, cũ ꝓbať ꝑ aliũ proſyl-
logiſmũ, creatura eſt cui cõtin-
git eſſe &c. dico ꝙ maior illius
proſyllogiſmi falſa eſt, ſi ꝑ ly,
inquantũ intelligať, reduplica-
ri aliquid ꝑ ſe primo mõ, vel ſi
accipiat in maiore participãdo
gerũdiuũ, & prout exponiť per
q̃a, nã ſi per ly, quia, intelligať
cauſalitas ꝑtinẽs ad primũ mo
dum per ſe maior eſt falſa eo-
dẽ modo, quia per ſe primo mo
do participatio ipſa nõ eſt, quo
ens eſt formaliter ratũ, ſi autẽ
intelligatur per ly, inquantum,
cauſalitas pertinens ad ſecun-
dum modum per ſe, qualis eſt
in ſubiecto reſpectu propriæ *Speculatio notabilis quã nõ penetrat aduerſariorum acies intellectus.*
paſſionis, ſi concedo, quod tale
ens inquantum tale ens, puta
lapis inquantum lapis parti-
cipat eſſe, non tamen eſt pro-
prie vera econuerſo, ſcilicet ꝙ
inquantum participat eſt ens.
Exem-

Exēplū, hęc eſt falſa, proprie loquendo, homo inquantum riſibilis eſt homo ēt intelligendo ꝑ ſe ſecundo modo, & multo magis ꝑ ſe primo modo. tamē hæc eſt vera, homo inquantū homo eſt riſibilis ſecūdo modo, ſic in propoſito iſta non eſt concedenda, lapis inquantum participat eſſe eſt ens, ſumendo inquantū vt ſupra dictum eſt ſecundo modo, tamen pōt concedi aliquo modo illa prima ꝙ lapis inquātū lapis participat ipſum eſſe, ita ꝙ lapis poſitus in entitate rata de neceſſitate, & per ſe ſecūdo modo. habet reſpectum participationis ſine qua ipſum eſſe includit contradictionem, ſicut ſubiectum eſſe ſine propria paſſione, vel fundamentum relationis eſſe ſine relatione poſito termino illius relationis. Tūc intelligo ſic, quod in primo inſtanti naturę eſt ens, quod eſt ipſum eſſe. i. Deus in ſecundo. lapis eſt ens ratum abſolutū. qđ nec intelligitur tunc vt participans nec vt non participans. i. tertio eſt ipſa participatio & reſpectus quidam cōſequēs ad ipſum lapidē. Ad argumentū de primo phyſicorum de cauſis dico, ꝙ aliud ē relationē eſſe priorē cognitione cauſati cogniti ꝑ cauſam, & aliud ipſam includi in cognitione cauſati. licet enim prius lapis habeat reſpectum ad Deum, ꝗ lapis cognoſcatur, & ideo non cognoſcitur perfecte, niſi cognitio Deo. tamen lapis cognoſcit, non cognito reſpectu ad Deum, & ex hoc ſequitur ꝙ ille reſpectus nō eſt de eſſentia lapidis, quia nihil perfecte cognoſcitur, niſi cognito eo quod eſt de eſſentia ſua. Ad Aug. dico, & concedo, quòd quodcunque aliud bonum eſt per participationem bonū, ſed non vult auctoritas quod participatio ſit de eſſentia illius boni. Ad Boetium dicēdum eſt ꝙ auctoritas concludit oppoſitū, quia ibi ponit ſubtractionem primi boni per intellectum, & hoc poſito, loquendo de creaturis dicit, ꝙ loquendo de eſſe earum, licet ſint, & bona ſint, non tamen inquantum ſunt, bona ſunt, ſic igitur ipſe ſubtrahens ſecundum intellectū primum bonum, loquitur de creaturis ſecūdum eſſe creaturarū, ſed ſi eſſe creaturarū eſſet reſpectus ad ſummū bonū, non ſolū eſſet cōtradictio ſubtrahere primum bonum, & loqui de eſſe creaturarū, ſed etiā non eſſet intelligibile, quia nō eſt intelligibile ponere reſpectū ſubtrahendo terminum reſpectus. igit intelligit ꝙ eſſe creaturarum ſit abſolutum: ſed bonitas apud eū dicit quendam fluxum a primo bono, & verū eſt, ꝙ iſte terminus fluxus dicit reſpectū, & ideo nō poteſt cōpetere rei abſolutę: ſi ergo res ſecūdum eſſe ſuū nō eſſent a primo bono nō eſſent bonæ, inquantū ſunt, q̄a inquantū ſunt, nō fluerēt a primo bono, eſſent tamen bonæ per accidens, ſi ſecundum eſſe aliud flueret a primo bono, ſicut lapis ſi nō eſſet ſecundū ſe a volūtate primi boni, ſed tm̄ ſecūdū duriciem inquantum durus eſſet bonus quia a voluntate primi boni eſſet inquātū durus, licet non inquātū lapis, vel inquātum ens. patet igitur ꝙ accipit bonum ꝑ reſpectu fluxus a primo bono, & hoc etiam mō bonitas in alijs entibus a Deo nō eſt, niſi quia ſunt a volūtate primi



mi boni. ſed iſta non eſt perfectio abſoluta, & intrinſeca creaturæ, & ideo bonitas ſecundum aliam rationem abſolutā nō dicit reſpectum ad creatorē, licet bonitas, vt accipit ibi dicat.

AD PRIMVM argumētū principale dico ꝙ ꝑ veſtigiū diſtincte īueſtigatur illud cuius eſt imago, i. pars totius, ſed totum non inueſtigatur, niſi indiſtincte, & arguitiue, ſicut totū cognoſcitur ex parte. Ita ī ꝓpoſito per creaturam inueſtigatur appropriatum, non tamen inquantum appropriatum ſed ipſum qđ eſt appropriabile cuicū que ꝑſonæ, ſed nō propria ꝑſonarū, & ideo trinitas. cuius conceptus eſt in intellectu quaſi totalis inueſtigaē quaſi ꝑ ſimilitudinē partis. Ad ſcđm dico ꝙ q̄libet eſſentia creata. inquātū talis eſſentia creata ē ſcđm determinatū exemplar, & ideo q̄libet repræſentat Deū ſub ratione veſtigij, natura aūt intellectualis inquātū hēt in ſe eēntiā vnā & operationes multas, īter quas eſt ordo originis, rep̄ſentat trinitatē rōne oīum iſtorū concurrētiū in tali natura. ita ꝙ natura intellectualis nō eodē mō eſt veſtigiū, & imago. ſicut patebit magis in q̄ōne de imagine. Ad vltimū dico ꝙ nō eſt ī eſſentijs creaturarū ꝓp ordinē ipſarum alia rō repręſentandi, q̄ rō veſtigij, ſed q̄a in aliqua natura concurrūt multa repręſentātia vnitatē, & trinitatē. ideo illa natura talis habet rōnē imaginis, ſicut natura intellectualis. talis aūt cōcurſus nō eſt ī aliqua natura īferiori, natura īntellectuali, & ideo omnes naturæ aliæ inferiores habent præciſe rationem veſtigij.

*Quomodo creatura eſt veſtigiū Dei.*

## QVAESTIO. VI.

CIRCA tertiam partē diſtinctionis in qua magiſter agit de imagine. Quęro primo de memoria vtrū in parte intellectiua proprie ſumpta ſit memoria ꝓprie. i. intellectus habens ſpeciem intelligibilem priorē naturaliter actu intelligēdi. Et videtur ꝙ nō, *1. Meta. in proœmio.* quia omnis ſpecies impreſſa ab obiecto repræſentat illud, ſub illa rōne qua īprimitur ab eo, & ſi imprimiē ab alio adhuc rep̄ſētat ſub eadē rōne, ſub qua rep̄ſentaret, ſi īprimeret ab obiecto, alioquin nō eſſet vera ſpecies eius, ſed ſpēs, q̄n imprimiē ab obiecto imprimitur ab eo, vt ſingulare eſt, q̄a actio eſt ſingularis. ergo ſpēs impreſſa a quocunq; nō pōt rep̄ſentare vniuerſale, quale repræſentaē ītellectui ergo nulla ſpecies impręſſa rep̄ſentat intelligibile ſub ratione intelligibilis vel vniuerſalis. Secundo ſic præſentia obiecti eſt cauſa præſentię ſpeciei, & nō ecōtra. nō enim, q̄a ſpēs eſt in oculo, ideo obiectū eſt p̄ſens. ſed ecōuerſo, ergo prima rep̄ſentatio obiecti nō eſt ꝑ ſpeciē, ergo ſupflue ponit ſpecies ꝓp p̄ſentiā obiecti, Tertio ſic. q̄libet ſpecies, ſi eſſet in intellectu, eſſet forma naturaliter agēs ad intellectionē, ſed multę poſſunt eſſe in intellectu ſimul: ſi vna ponit, ergo omnes illæ naturaliter agerēt ad intellectiones ſibi correſpondentes, ergo ſimul eſſent plures intellectiones in intellectu correſpōdentes illis pluribus ſpeciebus. ſi enim aliqua illarum ageret naturaliter, & tū nō eſſet in tel-

tellectio ſecundum eam ſeque-
retur ꝙ nunq̃ poſſit eſſe intelle-
ctio ſecundum eam, quia cauſa
naturaliter agens quando agit,
agit ſecundum vltimum poten
tiæ ſuæ, ſed ſi tunc non poteſt
habere effectū, nunq̃ habebit,
pluralitas autem iſta ſpecierū
*Primo.co* quæ ſequit̃ ex hypoteſi impro-
*1.c. 116.* batur per illam rationem Alga
zelis.4. Met. quia ſicut vnū cor-
pus nō poteſt ſimul figurari di-
uerſis figuris, ita non videt̃ idē
intellectus poſſe figurari ſimul
diuerſis obiectis. quod tamē ſe-
queretur ponendo ſimul plu-
res ſpecies intelligibiles. Quar-
to ſic, quia tūc videtur ſequi ꝙ
intellectus non patietur ab in-
telligibili inquantum intelligi
bile, ſed tantum patietur paſ-
ſione reali recipiendo quādam
formam, quæ erit ſicut perfe-
ctio eius realis, recipit. n. ſpe-
ciem illam, vt ſubiectum reci-
pit accidens reale, & ita non pa-
titur intellectus, inquantum in
tellectus, ab intelligibili inquā
tū intelligibile, & ex hoc ſequi
tur ꝙ intelligere non erit mo-
tus rei ad animam. immo om-
nis intellectio erit actio eius ab
ſoluta. ſicut forma ſtans nō ha-
bēs aliquem terminum extra.

Item poſſet conſeruari ſpe-
cies illa ſine actu, & ita non ne
ceſſaria conuerſio ad phantaſ-
mata. Item volūtas habet obie
ctum ſufficienter, ſibi præſens,
vt circa illud poſſit agere, licet
nihil recipiat in ſe ab obiecto,
igitur ita poteſt eſſe in propoſi
to inquantum obiectum eſt ter
minatiuum actus. Confirma-
tur, ſicut eſt præſens voluntati,
quia in intellectu. quare non
ita de intellectu, & phantaſ-
mate.

Ad oppoſitū. Intellectus quā
doque eſt in potentia propin-
qua, & accidentali ad intelligē
dum, qui prius fuit in potentia
eſſentiali & remota. iſtud autē
non eſt intellectu, niſi per ali-
quam mutationem non obie-
cti. patet quia in obiecto tantū
eſt relatio rationis. ergo ipſius
intellectus. igitur iſta mutatio
quæ fit ad talem potentiā pro-
pinquam, videtur eſſe ad ali-
quam formam, per quam obie
ctum intelligile eſt præſens in-
tellectui, quæ forma erit prior
naturaliter actu intelligēdi, qa
prior eſt natura potentia ꝓpin-
qua, qua quis eſt potens intelli
gere, quàm ſit actus intelligen-
di, illa autem forma per quam
obiectum eſt ſic præſens, voca-
tur ſpecies. ergo in intellectum
eſt ponere ſpeciē intelligibilē.

Aliter deducitur argumentū
præcedens ſic. quia aliter ſe ha-
bet intellectus quādo eſt in po-
tentia eſſentiali ante addiſcere.
& aliter quando ſe habet in po
tentia accidentali, ante intelli
gere. obiectum autem ſe nō ha-
bet aliter. ſed eodem modo, in-
tellectus igitur ſe habet aliter
ꝑ hoc ꝙ eſt mutatus. ſed omnis
mutatio terminatur ad aliquā
formam, ergo aliqua forma pre
cedit actum intellectionis, iſtā
non voco niſi ſpeciem.

IN ISTA Quæſtione ne- *Henr. quo li. 4. q. 11. & 21. & quoli. 5. q. 14.*
gatur omnis ſpecies intelligi-
bilis præcedēs naturaliter actū
intelligendi propter rationes po
ſitas ad primam partē quæſtio-
nis. Modus aūt ponendi eſt iſte.
habita impreſſione ſpeciei ſen-
ſibilis in organum ſenſus, & to
to illo proceſſu vſque ad virtu-
tem phantaſticam intellectus,
agens abſtrahit ab ipſo obiecto
in



in phantaſmate, & immutat in
tellectum poſſibilem ad ſimpli
cem apprehenſionem eſſentię,
ita tamen ꝙ intellectus poſſibi
lis nullam ſpeciem impreſſam
recipit a phantaſmate. nec eſt
obiectum præſens intellectui,
niſi quia ſpecies pręſens eſt in
imaginatione, & hoc proba-
tur iſta deductione. ſenſus. n. re
cipit ſpēm aliā ab actu, vel qa
organum eſt eiuſdem rationis
cū medio, vel qa ſpēs illa rece-
pta eſt diſpoſitio propinqua ad
actum ſentiendi recipiendum,
neutrum iſtorum concurrit in
intellectu. eſt enim intellectus
virtus nō organica, & de ſe ſū-
me diſpoſita ad actum intelli-
gendi, igitur intellectus nullam
ſpeciem recipit priorem actu.
*T.com.6.* Hæc dicitur eſſe intētio Ariſto.
3. de anima. vbi commendat an
tiquos dicentes animam eſſe lo
cum ſpecierum non totam, ſed
intellectiuā, hæc autem diſtin-
ctio Ariſt. non videtur eſſe bo-
na intelligēdo ꝙ aliæ partes nō
habent ſpecies, ſunt enim ſpe-
cies in parte ſenſitiua, ſed quia
aliæ partes non habent ſpecies
vt loca, ſed vt ſubiecta habent
accidētia, intellectus autem ha
bet eas, vt locus, qa vt formā ex
preſſam non impreſſam. Hoc ēt
*T.c.11. & 39. t. co. 3. et 36.* accipitur ex eo quod dicitur. ter
tio de anima. qđ ſpeculamur
quod quid eſt in phantaſmati-
bus, & ꝙ phantaſmata ita ſe ha
bent ad intellectum, ſicut ſenſi
bilia ad ſenſum, & ꝙ nihil in-
telligimus ſine phantaſmate,
& plura ſimilia dicit philoſo-
phus. Ex his concludit ꝙ nullā
ponit ſpeciē intelligibilē, quia
ſi ipſa poneretur, ītellectus nō
ſpecularetur quod quid eſt in
phantaſmatibus, ſed in ſpecie

intelligibili ſimiliter non opor
teret intellectum conuerti ad
phantaſmata, ſed ſufficeret ſpe
cies intelligibilis, in qua habe-
ret obiectum pręſens ad qđ cō-
uerteretur. Si arguitur contra
hoc quia per philoſophum ibi-
dem neceſſe eſt, ꝙ aut res ſint
in anima aut ſpecies earum, &
res non ſunt, ergo ſpecies. Dicit
ꝙ ex parte intellectus eſt ſpēs
impreſſa, quæ eſt habitus, vel
actus, vel ſpecies expreſſa, quæ
eſt ſpecies in phantaſmate, vel
quiditas quæ quiditas relu-
cens in phantaſmate eſt ſpe-
cies reſpectu ſingularis. Non
enim hic lapis eſt in anima, ſed
quiditas, quę eſt ſpecies reſpe-
ctu huius lapidis. Hæc etiam
ponitur intentio Aug. qui vult
ꝙ verbum gignitur non ex ſpe-
cie intelligibili ſed ex habitu.
dicit enim. 15. de trini. c. 10. &
24. ꝙ ex ipſa ſcientia, quam me
moria tenemus, naſcitur ver-
bum. & eodem lib. cap. 11. &
18. Gignitur verbum de ſcien-
tia, quæ manet in animo. Item
ad quod aliquid per ſe & pri-
mo eſt in potentia per ſe. illud
& non aliud recipit ab agente
proportionabili, ſed virtus ap-
pręhenſiua per ſe ſolum eſt in
potentia ad cognitionem. Aug.
11. de tri. c. 2. ipſa forma quæ vi
ſui imprimitur, viſio vocatur.
Idem ponit doctor quidam ne- *Gloſ. quo li. 9. q. 29. et quo li. 13. q. 8.*
gando ſpeciem intelligibilē, &
pertractat illam rationem de or
gano quæ tacta eſt in poſitione
iſta. Ponit ēt aliā rationē talē,
qa quæcūq; potētia eſt in potē
tia primo ordinata ad aliquem
actum. primo perficitur ſecun-
dum talem actum ab agente ꝓ
portionato præſente. ſed poten-
tia appręhenſiua eſt potētia pri
mo

mo ordinata ante hunc actū ſ. apprehenſionem, ergo ab agente proportionato primo potentia perficitur ſecundum actum iſtum qui eſt apprehendere, & per conſequens intellectus ab obiecto proportionato recipit cognitionem & non ſpeciem. 3. de Anima t.c. 4.

CONTRA iſtam opinionem arguo ſic: ſiue intelligatur ſingulare, ſiue non, non eſt cura ad propoſitum, certū eſt.n. ꝙ vniuerſale pōt ab intellectu intelligi, & magis ponit̄ a philoſophis ꝙ ītellectus eſt potentia diſtincta à potētia ſenſitiua ꝑꝑ intellectionē vniuerſalis, & ꝑꝑ compoſitionem & diuiſionē, & propter ſyllogizationem q̃ propter cognitionem ſingularis, ſi poſſet intelligere ſingulare. Ex hoc igitur manifeſto ꝙ intellectus poteſt intelligere vniuerſale, accipio hāc propoſitionem. Intellectus poteſt habere obiectum actu vniuerſale perfecte ſibi præſens in ratione obiecti prius naturaliter, quàm actu intelligat. Ex hoc ſequitur propoſitum, quòd in illo priori habet obiectum ſibi præſens in ſpecie intelligibili, & ita habet ſpeciem intelligibilē priorem actu. Antecedens aſſumptum videtur ſatis manifeſtum, quia obiectum in ratione obiecti eſt prius naturaliter actu. igitur vniuerſalitas quæ eſt propria conditio obiecti inquantum obiectum præcedit actum intelligendi. & ſub illa ratione oportet obiectum eſſe præſens, quia præſentia obiecti præcedit naturaliter actum intelligendi. Conſequentiam probo. Primo ex parte vniuerſalitatis obiecti. Secundo ex parte præſentiæ. Ex parte vniuerſalitatis obiecti, arguo ſex vijs. Quarum duæ primæ ſumuntur ex parte phantaſmatis repræſentantis. Et duæ ex parte intellectus agentis. Et duæ ex parte communioris & minus communis. Primo arguo ſic, ſpecies ex hoc quòd talis ſpecies habet talem rationem repræſentandi, & hoc reſpectu obiecti ſub tali ratione repręſentabilis, ergo eadem ſpecies manens non habet duas rationes repræſentatiuas, nec eſt reſpectu duarum rationum repræſentabilium. ſed repręſentare obiectum ſub ratione vniuerſalis & ſingularis requirit duplicem rationem repręſentatiuam, & eſt reſpectu duplicis rationis repręſentabilis formaliter: igitur idem manens idem non repræſentat ſic & ſic. ergo phantaſma quod de ſe repręſentat obiectum ſub ratione ſingularis, non poteſt ipſum repręſentare ſub ratione vniuerſalis,

Vel poteſt ſic formari ratio, eadem ſpecies & eiuſdem rationis non eſt per ſe repræſentatiua obiecti ſub oppoſitis rationibus repręſentabilibus, ratio ſingularis & ratio vniuerſalis ſunt oppoſitæ rationes in cognoſcibili, & repręſentabili, ergo nulla eadē ſpecies & vnius rationis poteſt eſſe repręſentatiua alicuius obiecti ſub ratione vniuerſalis & ſingularis. Species in phantaſmate, repręſentat ſingulare ſub ratione ſingularis. ergo non poteſt repręſentare ſub ratione vniuerſalis idem obiectum: maior probatur, quia ſpecies ſub illa ratione repręſentat obiectum, qua menſuratur ab obiecto, ſed idē non



non poteſt menſurari duabus menſuris oppoſitis, nec econuerſo. tunc enim idem bis diceretur ſecundum philoſophum. 5. Metaphiſicæ. ergo eadē ſpecies non pōt repreſentare duo obiecta oppoſita, nec idē ſub diuerſis rationibus obiectiuis oppoſitis. Reſpondetur ꝙ ſpecies eadem ſub alio & alio lumine repræſentat obiectum ſuum alia & alia ratione, ſicut nocte lucētia in lumine diei repræſentant ſe ſub ratione coloratorum, in lumine aūt noctis ſub ratione lucentiū. Sic in propoſito ꝑ lumen intellectus, & phātaſiæ eadem ſpecie poteſt repręſentare oppoſita in obiecto. Contra, repręſentatiuum prius naturaliter eſt aliquid in ſe, q̃ in tali lumine vel tali repręſentet, qa enim eſt talis ſpecies. ideo congruit ſibi lumē, in quo repręſentet vnum, & nō aliud, alioquin poſſet poni, ꝙ eadē. ſpecies repræſentet colorē & ſonū, quia ſpēs illa, vt in aere tremulo repręſentaret ſonū, qua ſcd̄m ꝙ cōcurrit mediū extrinſecū medio cōnaturali coniungit̄ organo auditus, vt in aere illuminato, & perſpicuo, & ſecūdū ꝙ eſt conueniens organo viſus repręſentaret colorē, & ita nō poſſet oſtendi aliqua diſtinctio repræſentatiuorū. in illo igitur priori oportet ītelligere vnitatē ſpeciei in ſe, quā conſequitur vnitas repręſentationis, & obiecti repræſentabilis ꝑ ipſam inquātum ꝑ ipſam repręſentat̄, & ita aliquid quod eſt idē in iſto priori, nō pōt habere diuerſam rationē repręſentandi, nec pōt repręſentare idem ſub alia & alia ratione repręſentabilis. t.c.2°.

Vel forma ſic rōnem. lumen non repſentat: qa lumē in medio eſt eiuſdē rōnis ſiue videā albū ſiue videā nigrū, quid ergo diſtinguit eſſentialiter repſentatiuum a repræſentatiuo? altera eſt tñ ſpecies, & repręſentatiuū albi & nigri, & ꝑ conſequēs diſtinctio luminis nō cauſat diſtinctā rōnem repræſentādi vel repręſentati, ſed manēte eadē natura repræſentatiui ſēper repræſentat idē repręſentabile, & eiuſdē rōnis, non eſt ergo eadem ſub diuerſis rōnibus. Confirmatur rō, quia repręſentatiuū in lumine perfectiori nō repręſentat aliud, ſed repſentat idē, clarius tñ vt patet in lumine ſolis, q̃ lunę. ergo licet ſpēs in organo phantaſtico in lumine intellectus agentis clarius repręſentet ſingulare, vt intellectus poſſit melius illud intelligere, q̃ in lumine, propria. ſ. phātaſmate, nunq̃ tñ repręſentabit obiectum vniuerſale ſub rōne vniuerſali ꝑ quodcūque lumen. Exēplū eorū de nocte lucētibus non valet, ſed concludit oppoſitum. Nam quæro an eodē repræſentatiuo repręſentat illa diuerſimode de die & de nocte, an alio & alio repræſentatiuo, non eodem, quia illa tunc repſentarentur de die ſicut de nocte, quia repræſentatiuū prius aliquid in ſe, q̃ in tali vel tali lumine repręſentet, ſi in alio & alio repreſentatiuo repræſentātur diuerſa in nocte lucētia, habetur propoſitum ſiue idem ſit lumen ſiue diuerſum. Confirmatur, quia lumen non repræſentatur formaliter nec eſt ratio formalis repræſentatiui, ſed tantum eſt illud in quo aliquid repræſentatur: videtur ergo ꝙ quāto lumē eſt ꝑfectius tāto in

ipſo prçciſius & diſtīctiꝰ relucet illud ꝙ repræſẽtatiuū repītat.

Nec exemplum valet ad ꝓpoſitū, immo eſt ad oppoſitū: quia vel duæ qualitates ſunt in tali corpore, vt lux & color, quarum altera multiplicat ſe in lumine maiori pręſente, alia in minori, quādo nihil aliud efficatius mouens mouet, vel vtraque multiplicat ſe ſimul in luce maiori, ſed efficatius mouens tantū percipitur, & minus effacaciter mouens non percipitur, ſicut ſtellę de die multiplicāt radios ſuos, ſed non videntur, quia aliud luminoſius efficatius mouet viſū. Vel ſi vna eſt qualitas ſenſibilis in tali corpore, ipſa virtualiter continet duo repręſentatiua: color enim quodammodo continet lucem, cum ſit lux in corpore terminato, & ideo in alio & alio lumine cauſat diuerſa repræſentatiua: aliud ſcilicet in maiore, & aliud in minore, & ita ſemper ſtat ꝙ non ſit idē repręſentatiuū obiecti ſub diuerſa ratione repręſentabilis, quantuncunque aliud lumen, & aliud cōcurrat. Si reſpondeaē ꝙ idem ſecundum eandem qualitatem pōt eſſe ſimile diuerſis, ſicut vnū albū ſcđm eādē albedinē eſt ſimile diuerſis albis. Hoc nihil eſt ad propoſitū, qa in relationibus ordinis eſſentialis non poteſt eſſe alia & alia dependētia in aliquo ad duo in eodem ordine, vt puta eiuſdem menſurati ad duas menſuras in eodē ordine, nec eiuſdem participantis ad duo participata, nec eiuſdem effectus ad duas cauſas totales in eodem ordine, ſicut ꝓbatū eſt ī quæſtione de vnitate Dei, ergo in iſta relatione vbi nō eſt tantummodo ſimilitudo ſed imitatio, & exemplatio paſſiua, impoſſibile eſt idem abſolutum referri ad diuerſa, & ita non poteſt eſſe eadem ſpecies in ratione repræſentatiui diuerſorum ſub ratione diuerſorum.

*De ſenſu, & ſenſato.*

Secundo ad iſtud primum mēbrum arguo ſic. quia repræſentatiuum ſecundū totam virtutem ſuam repræſentans obiectum aliquod ſub una ratione, nō pōt ſimul repræſentare idē vel aliud ſub alia rōne obiecti, ſed phantaſma in eodem inſtāti, in quo ītelligitur vniuerſale ſecundū totāvirtutem ſuam repręſentat obiectum vt ſingulare, virtuti phantaſticę, quia tūc eſt actualis imaginatio illius obiecti in ſingulari, & patet ꝙ ſecundum totā virtutem phātaſmatis, quia aliàs uirtus phantaſtica non poſſet habere per phātaſma ita perfectum actum circa obiectum, ſicut obiectum natū eſt repræſentari per illud phātaſma. igitur tunc non poteſt repræſentare obiectū ſub alia ratione repręſentabilis.

Item quare nō poteſt in imaginatiua eſſe actio reſpectu obiecti actu vniuerſalis, ſi poteſt eſſe ibi ſpecies reſpectu talis obiecti, cū actus ſit quędā ſpēs?

Ex alio membro arguitur ſic. Intellectus agens eſt potentia mere actiua ſecundum philoſophos, quia eſt illud, quo eſt omnia facere ſicut poſſibilis eſt, quo eſt omnia fieri, & ſecundū philoſophum eſt ſicut ars ad materiam, ideſt ita comparatur ad intellectum poſſibilem, ſicut ars ad materiam: omnis autem actio realis habet aliquem terminum realem, & vnum. ille autem terminus realis non eſt in phātaſmate, quia intellectus agens

*de anim. t. c. 19.*

*3. de Anima. t. c. 18.*

agens



agens nihil cauſat in phantaſmatibus. Quia illud receptū eſſet extenſum. & ita intellectus agens non transferret obiectum ab ordine in ordinem, nec illud eſſet magis proportionatū intellectui poſſibili quam phantaſma. Ergo eſt ī intellectu poſſibili: quia nihil recipitur in intellectu agente. illud autem primum cauſatum non pōt poni actus intelligendi, quia primus terminus actionis intellectꝰ agētis ē vniuerſale ī actu, vniuerſale aūt in actu ꝓcedit actū intelligēdi, ſicut prędictū eſt in antecedente. qa obiectū ſub ratione obiecti præcedit actum.

*Vt inquit Auer. 3. de anima cap. 19.*

Non arguitur hic ꝙ phantaſma cū intellectu agente nō poſſit cauſare intellectionem Sed non intentionē vniuerſalis niſi prius ſpeciē: & ī illa ſola, eſt actu vniuerſale, & actu vniuerſale præcedit natura intellectionē ſui. & vniuerſale eſt primꝰ terminus eius. Et cōfirmaē rō qa* intellectus agentis eſt facere de nō vniuerſali vniuerſale: vel de ītellecto ī potētia intellectū in actu, ſicut dicūt auctoritates philoſophi & Cōmentatoris. vnde Cōmentator tertio de anima dicit ꝙ ſi eſſentiæ rerū eſſent vniuerſales, ſicut poſuit Plato, non indigeremus ſcđm ipſū intellectu agēte, cū aūt vniuerſale inquātū vniuerſale nihil ſit in exiſtētia, ſed tm̄ ſit in aliquo, vt repſentāte ipſū obiectū ſub tali rōne. Iſta verba nullum intellectū hñt: niſi qa intellectus agēs facit aliqd repręſētatiuū vniuerſalis de eo ꝙ fuit repſentatiuū ſingularis, qūocunq; illud, de, in telligaē materialiter, vel vrtualiter, hoc realiter eſt facere repræſentatiuū. ſub rōnę vniuerſalis, qa actio* realis nō terminaē niſi ad repſentatiuū obiecti ſub rōne vniuerſalis, ergo talis actio intellectꝰ agētis teminaē ad formam aliquā realē in exiſtentia quæ formaliter repręſentat vniuerſale inquantum vniuerſale, quia aliter nō poſſet terminari actio eius ad uniuerſale ſub ratione vniuerſalis.

*a l. ad intellectum agente cō. 18. erit nec facere*

*a.l. talis*

Diceē ꝙ terminꝰ actionis ītellectu agētis eſt obiectū vniuerſale ſub rōne vniuerſalis lucēs ī phātaſmate. Cōtra, vniuerſale obiectū ſub rōne vniuerſalis lucēs in phātaſmate non hēt niſi eſſe diminutū, qa eſſe repræſentatū ī imagine, ſed in aliquo eſſe hēt, hoc eſt inquātū in aliquo vt in repſentāte ipſū ſub illa rōne vniuerſalis, ita. ſ. ꝙ intellectꝰ agēs ſicut dcm̄ eſt, facit aliquod repñtatiuū vniuerſalis de eo ꝙ fuit repñtatiuū ſingularis cū terminꝰ actionis realis nō ſit obiectū hñs eſſe diminutū vt eſſe cognitū vel repręſentatū, ſed quid reale, ſequiē ꝙ talis actio intellectus agētis terminaē ad formā realē in exiſtētia, qua formaliter repſentaē vniuerſale, vt vniuerſale, & quā formā realem cōcomitaē terminus intentionalis vt obiectū vniuerſale ſcđm eſſe repręſentatū ꝙ hēt in ſpē.

Item ſecundo ſecundū iſtam viam ſic. Intellectus agens in rōne actiui non excedit poſſibilem in ratione paſſiui. ergo qcquid cauſatur ab intellectu agēte, recipitur ī poſſibili, ergo primus terminus actionis intellectus agentis recipitur in poſſibili. & ita cum prima actio intellectus agentis ſit ad vniuerſale in actu, illud vniuerſale vel illud quo ipſum habet eſſe tale, recipietur ī intellectu poſſibili.

Hic dicit̃ ꝙ actione intellect⁹ a-
gentis ſolūmodo remouetur ꝓ-
hibens,ſequeſtrādo quiditatem
a ſingularitate. non in eſſendo.
ſed ſe immutando, nec agit in
phātaſma nec,ī intellectū poſ-
ſibilem,ſed contingit phantaſ-
ma virtualiter. hoc ſic exponit̃,
in phantaſmate eſt quid,& hoc
in lumine concreato poſſibili,
ipſum autem quid eſt motiuū
poſſibilis ſic illuminatum hic,
non. Exemplum. ſi ſol illumi-
naret album & dulce albū mo-
uet medium illuminatū dulce
ſibi coniunctū,non ergo lumen
abſtrahit colorem a dulcedine
& ſequeſtrat quantū ad īmuta-
re, & remouet prohibens non
immutatiuū. Cōtra.aut quid in
phantaſmate habet ſufficientē
virtutem actiuā īmutandi poſſi
bilē ad ītellectionē vniuerſalis,
& ſequitur, ꝙ vniuerſale nō eſt
terminus actionis intellectus a-
gentis,aut nō, & requirit̃ aliud
agens proprie agens eo mō quo
ipſi quid de eſt virtus actiua ꝓ-
priæ. Item hoc coniunctū quid
non prohibet ſicut nec quid eſſe
ita nec eſſe, motiuū intellectus.
Item remouens ꝓhibens habet
actionem præuiā actioni illius,
a quo ꝓhibetur? Da illā hic, &
in quid, & ad quem terminum
terminatur. Sed hoc ſoluitur ꝑ
illud, hoc ſic exponitur,quia ar-
gui contra proprie remouens,
nō cōtra diſponens paſſum ad
recipiendū.Scd̃m tertiā viā ar-
guit̃ primo ſic. Habitus minus
vniuerſalis, & magis vniuerſa-
lis ſunt diſtincti habitus ꝓprii.
alioquin metaphyſica, vt meta-
phyſica non eſſet habitus diſtin
ctus intellectus,quia eſſet de vni
uerſaliſſimo obiecto ad oīa alia
obiecta,habitu aūt vniuerſalio-
ri contingit vti non vtendo ali-
quo alio habitu minus vniuerſa
li, ergo cōtingit habere actū cir
ca vniuerſali⁹ eo mō quo reſpi-
citur ab habitu illo vniuerſalio
ri nō habendo actū circa minus
vniuerſale, ſed nō habet̃ actus
ītelligēdi circa vniuerſali⁹, niſi
ipſū ſub tali rōne ſit præsēs in-
tellectui ſub rōne præsētis, ſed
nō habet̃ actus intelligēdi circa
ipsū in rōne pręsētis,niſi ſub rō
ne vniuerſalis, ergo vniuerſali⁹
pōt eſſe pn̄s intellectui abſque
pn̄tia alicuius min⁹ vniuerſalis,
ſed ſi pręciſe intelligeret̃ obie-
ctū in phantaſmate, nunquā eſ
ſet maius vniuerſale pn̄s niſi in
minus vniuerſali. qa nūq̄ niſi ī
ſingulari phantaſiabili,ergo eſt
pn̄s in ſpē intelligibili exiſtente
in intellectu. Item vltimo quo
ad hāc viā arguo ſic.vniuerſali⁹
nunq̄ apprehēdit̃ quātū ad ſuā
indifferentiā totā, qn̄ apprehē-
dit̃ in ſuo inferiori, tota .n.in-
differentia vniuerſalioris eſt ſe
cūdū ꝙ ipſum vt cōceptum,eſt
idē cuilibet inferiori,nunq̄ autē
cōmunis,vt cōceptū tm̄ in infe-
riori aliquo.eſt idē cuilibet infe
riori ſuo, ſed pręciſe illi,in quo
cōcipit̃, ergo qd̄cūq; vniuerſa-
le cōceptū ī ſingulari,vel cōmu
nius in minus cōi non cōcipit̃
ſcd̃m totā ſuā indifferētiā: pōt
aūt intellectus concipere illud
ſecundū totā ſuā indifferentiā,
ergo nō concipit̃ præciſe cōmu-
ni⁹ in minus cōi vel vniuerſale
in ſingulari, & ita nō præciſe cō
cipit̃ vniuerſale in phātaſmate,
phantaſma .n. nō eſt proprię,ni
ſi ipſius ſingularis,& hoc inquā
tum eſt ſingulare ſpeciei ſpecia
liſſimę, & hoc ſi phantaſma ſit
ſibi impreſſum ab aliquo debi-
te propinquato. De ſecūdo mē
bro



bro.ſ.præſentia obiecti proba-
tur illa cōſequentia prima. pri
mo ſic,aut intellectus poteſt ha
bere obiectum ſibi præſens in
rōne obiecti intelligibilis abſ-
que hoc,ꝙ ſit pn̄s alicui poten-
tię inferiori, aut non: ſi nō, igit̃
non pōt habere aliquam opera
rationem ſibi propriam ſine po
tentijs inferioribus,quia ſi non
pōt hr̃e obiectum ſuum ſibi
præſens ſine eis,non poteſt hr̃e
operationē ſine eis. igitur nec
eſſe ſine eis ſecundū argm̄ phi-
loſophi ī proęmio lib j.de aīa.
Vnde non contingeret intelle-
ctum ſeparari a corpore ſicut ꝑ
petuum a corruptibili, niſi poſ-
ſet habere operationē propriā,
non dependētem a parte ſenſi-
tiua.ſi aūt pōt hr̃e obiectum p̄-
ſens abſque eius præſentia po-
tentiæ inferiori,ergo habet.hæc
conſequentia probat̃,quia agē-
tia talis pręſentiæ obiecti,ſcili-
cet phantaſma, & intellectus
agens ſunt ſufficiēter appropin
quata intellectui poſſibili, &
agūt ꝑ modū naturæ, & ita cāt
neceſſario in illo pn̄tiam cuius
eſt receptiuus.modo obiectum
non eſt pręſens intellectui poſ-
ſibili in cognitione abſtractiua
ante actum elicitum niſi ꝑ ali-
quod repræſentatiuum, qd̄ vo-
co ſpeciē, & ſic habeo propoſi-
tum. Secundo ſic. aliæ potētiæ
cognitiuę hn̄t obiectum p̄ſens
eis non ſolum pn̄tialitate ſecū-
daria.ſ.quia illa ſunt præſen-
tia alijs potentijs inferioribus,
ſed propria pn̄tialitate,ſicut ſen
ſus cōis hēt colorē ſibi pn̄tem,
non tm̄ inquātū eſt pn̄s viſui,
ſed qa hēt ſpēm eius pn̄tem in
organo ſenſus cōia, ergo cū hoc
ſit ꝑfectionis in potētia cogniti
ua.ſ. poſſe hr̃e obiectū ſibi pn̄s
ſub rōne qua eſt obiectū talis
potentiæ, ſequit̃ ꝙ intellectus
non tm̄ pōt hr̃e obiectum ſibi
pn̄s quia pn̄s eſt virtuti phanta
ſticæ, ſed proprie pn̄tialitate
inquantum. ſ. relucet intelle-
ctui per aliquod quod eſt in in
tellectu. Item potentia non po
tens hr̃e actū niſi circa obiectū
ſibi pn̄s,ſi non poteſt habere il-
lud pn̄s niſi per aliquam aliam
potentiam,cui coniungitur cō-
tingenter,dependet in operatio
ne ſua a tali potentia ſibi con-
tingenter coniuncta, & ita eſt
imperfecta, intellectus certum
eſt ꝙ non poteſt habere opera-
tionem niſi circa obiectum ſibi
pn̄s. & parte non pōt hr̃e obie-
ctū pn̄s ſibi niſi in virtute phā-
taſtica,virtus autē phantaſtica
contingenter coniungitur in-
tellectui inquantum potentia
eſt.igitur intellectus in opera-
tione ſua dependet ab illa po-
tentia,cui contingenter coniun
gitur,& ita hæc poſitio ponit in
ea īperfectionē potentiæ cogni
tiuę. nulla autem imperfectio
eſt ponenda in aliqua natura
niſi neceſſitas appareat in tali
natura, ergo īperfectio talis nō
eſt ponenda in intellectu. Si
obijcias,pluralitas non eſt po-
nēda, niſi vbi eſt neceſſitas. hic
autem non eſt neceſſitas, cum
ita bene poſſit poni intellectū
habere actum ſine ſpecie, ſicut
cum ſpecie.ergo non eſt ponen
da talis ſpecies.Reſpondeo.ne-
ceſſitas eſt quādo perfectio na-
turæ hoc requirit, licet autem
hoc ſuppoſitū qd̄ eſt hō, poſſit
hr̃e obiectum ſibi præſens in
phantaſmate, quia hō eſt: ta-
mē natura intellectualis hoīs,
vt intellectualis eſt, non habet
obiectū ſufficienter ſibi p̄ſens

*de hac opi vide infra qua.7. huius diſtin.*

*t. cō. 12. & 13. 2. de anima t.c.21.*

*8. Philo: trac. 56. & 2. de gene. t.cō. 56.*

*1. phy.c. cō. 35.& 50.*

ſi non habet ipſum niſi in præſentia mēdicata a virtute phantaſtica. hoc igitur multum vilificat naturam intellectiuam vt intellectiua eſt, quia remouetur ab eo illud qđ eſt, perfectionis in potentia cognitiua & inuenitur in potentia ſenſitiua, vt in virtute phantaſtica. ponitᷣ igitᷣ hæc pluralitas ꝑꝑ neceſſitatem, quia ꝑꝑ perfectionem naturæ perfectioris ſaluandā maiorem q̃ ſit naturæ imperfectioris, vel ſaltem ęqualem.

AD QVAESTIONEM ergo dico quod eſt neceſſe ponere in intellectu ſpeciem intellibilem priorē naturaliter actu intelligendi ꝑꝑ rōnes iam poſitas ex parte obiecti inquantū vniuerſale, & inquantum pn̄s intellectui: quæ duæ conditiones, vniuerſalitas. ſ. & pn̄tia prę cedunt naturaliter intellectionē. Hæc ēt vr̄ intentio Ari. 3. de
t. c. 37. aīa q volens ꝙ aīa ſit quodā mō oīa, quaſi probando exponit ſe. ꝙ eſt ꝑ ſenſus ſenſibilia, & ꝑ intellectū vel ſcīam ſcibi-
*Henr. & Gof.* lia. qđ aliqui exponunt ꝙ non loquitᷣ vniformiter hic & ibi, quia de ſenſu loquitᷣ quantum ad ſpēm impreſſam, de intellectu aūt q̃tū ad habitū ſcīæ. Sed hæc expoſitio nō vr̄ eſſe ad intentionē philoſophi, quia ſicut
*1. de anima. t. cō. 251 & inde.* antiqui poſuerūt aīam eſſe oīa realiter, vt oīa cognoſceret, ſic philoſophus ponit eā eē oīa nō realirer ſed per quandā ſimilitudinē. Si aūt ꝑ ſenſus eſſet ſenſibilia ꝑꝑ ſimilitudines imp̄ſſas, & ꝑ intellectū eſſet intelligibilia, aut hoc eſſet ꝑꝑ ſcientiam, quæ eſt in intellectu, & ita non eſſet ſcibilia propter ſimilitudinem, quia ſcientia de ſe non eſt ſimilirudo intelligibilis circumſcripta oī alia ſpecie obiectū repn̄tāte, aut ꝑꝑ aliqđ phantaſma repn̄tans obiectū intelligibile & tūc nō eſſet aīa intelligibilia oīa ꝑ intellectum, ſed aīa per phātāſma: nihil enim eſſet ibi repn̄tans intelligibile niſi phantaſma tm̄, ſecundū poſitionē iſtam. Item *t. c. 31.* Ariſt. 8. phy. ponit ꝙ acquiſita ſcīa reducitur intellectus de potentia eſſentiali ad accidentalem. quæro quid intelligat per ſcīam, non habitum ſequentē actum, quia qn̄ intellectus egit non fuit in potentia eſſentiali. manifeſtum eſt igitur ꝙ formā p̄cedentē actū, ergo ſpeciem intelligibilem, probatio. tū, quia phantaſma non reducit intellectū de potentia eſſentiali ad potentiā accidētalē, tū qa oīs illa ſcīa, q̃ dr̄ habitus quiditatis primi obiecti eſſet in phantaſia. ergo ibi eſſet omnis habitus de eodē, quia ſecundū ꝑ hi. 9. meta. idē habitus intellectus, & ſcientia. Expreſſius tn̄ eſt ad iſtud intentio Aug. Qđ deduco ſic. Nihil enim ſufficienter natum eſt gignere notitiam actualem, niſi ipſum habeat obiectū prius naturaliter quam actum pn̄s ſibi in ſe. vel in aliquo repn̄tante ipſum. Sed negādo ſpeciem intelligibilem. tota pars intellectiua non hēt ante actū intelligendi obiectū ſibi pn̄s in ſe, nec in aliquo repn̄tante, ergo negando ſpeciē intelligibilem, nihil in intellectiua parte erit ſufficienter natum gignere actum intelligendi. Et ita nihil in parte intellectiua erit ſufficienter memoria reſpectu talium intellectionum, vel gignitionum, quod negat Aug. 12. de trini. cap. 14. & 15. Si reſpon-



ſpondeas ꝙ memoria eſt in parte intellectiua proprie ſumpta per hoc ꝙ intellectus fact⁹ eſt in actu primo intelligendi, & ſic eſt actiuus reſpectu ſecundi actus intelligēdi, ita ꝙ hn̄s notitiā primā cōfuſam actiuus eſt reſpectu notitiæ ſecundæ diſtincte. Contra, hoc eſt contra opi. iſtā & contra Augu. Contra opi. quia ponit, ꝙ vniuerſale, vt in phantaſmate, eſt ibi quaſi in memoria, vt aūt mouens ad actum intelligendi, eſt ibi pn̄s, quaſi in intelligētia, ergo ꝑ iſtā opi. nullus actus intelligendi eſt memoriæ, ſed intelligētiæ. Eſt ēt hoc contra Aug. vt apparet de tri. 15. c. 21. Memoriæ inquit tribuentes oē qđ ſcimus, & ſi non inde cogitemus. Intelligentię vero proprio mō quodā tribuentes cogitationis informationem. & lib. eod. 15. & 7. Nihil intelligimus niſi ꝑ intelligentiā. Similiter arguitur rōne, quia actus ille, quo memoria eſt in actu primo, aut eſt idē cum illo actu intelligentiæ, & tunc idem erit rō gignendi ſe, aut erit alius, & tunc vel erit ſimul cum actu intelligentię, & tūc duo act⁹ erūt ſimul. aut nō, & tūc memoria formaliter gignet, qn̄ non erit, eſt enim memoria formaliter ꝑ te per illud qđ non eſt, qn̄ gignitᷣ actus ſecūdus. Si etiam dicas, ꝙ memoria eſt memoria, ꝑ habitū ſcientialem. Hoc non ſtat cum opin. quia dicit ꝙ per habitum non eſt obiectū pn̄s niſi in phātaſmate, & iō hn̄tem habitū oportet recurrere ad phantaſma, ad hoc vt actu intelligat, ergo non eſt obiectum pn̄s per habitum ſcientialem p̄ciſe, ſed ꝑ phātaſma, qđ non eſt in parte intellectiua: & hoc magis patebit rn̄dendo ad auctoritates Aug. ponentis ſcīam in memoria, & nō ſpeciē impreſſam in intellectu, ſicut arguitᷣ ex verbis eius.

Et confirmatᷣ hoc. quia habitus ſcientiæ per quē reducitᷣ intellectus de potentia eſſentiali ad accidentalē reſpectu actuū de quibus loquitᷣ philoſophus *t. c. 25. & 55. t. c. 32.* ſecundo de anima. & 8. phyſic. præcedit actum intelligendi, ſed ſcientia quæ eſt habitus, ſequitur actus, quia ex eis generatur. vnde illa ſcientia prima eſt ſpecies quędam, & habitus, qa nata radicari & firmari in intellectu, non tamen omnis habitus eſt ſpecies. Et ſecundū iſtos non videtur aliquis habitus ponendus in intellectu, ſed tantum in virtute phantaſtica, qa ſecundum quemcunque modum eſt obiectum in aliqua potentia, ſecundum eundem modum ſunt omnia, quæ virtualiter continentur in obiecto. Igitur ſi obiectum vniuerſale non ſit per ſuum repræſentatiuum in intellectu ſed in virtute phantaſtica, omnia explicanda & explicabilia de illo obiecto erunt ibidem, & ita non erit niſi habitus phantaſticus, maxime ſi phantaſmata ordinate concurrent. Et erit explicans omnes veritates ſcibiles de illo obiecto, & omnis ſcientia erit ibi fundamentaliter, & perfectio eius nō erit perfectio intellectus, quod eſt contra philoſophum, & cum illa ſpecies phantaſtica virtualiter contineat actum intellectus, ſequitur quod actus ille erit in phantaſia. Ad. qō. ergo dico, quod oportet ponere in intellectu, vt habet rationem memorie ſpe-

 ciem

*No. quòd in reportationibus primi aliter dicit in corpore quæſtionis. dicit enim ſic Additio aliorum;*

ciem intelligibilem repræſentantem vniuerſalem priorem actu intelligendi naturaliter. & huius neceſſitas eſt duplex, vna ex conditione per ſe obiecti, quæ eſt vniuerſalitas, quæ vt per ſe ratio obiecti ſemper præcedit actum quod non eſſet niſi eſſet ſpecies impreſſa in intellectu. alia eſt conditio & dignitas potentiæ ſuperioris ne ipſa vilificetur: quomodo autẽ vilificaretur dictum eſt in præcedenti. q. Ad euidentiam ergo. q. ſciendum quod memoriæ. vno modo vt eſt conſeruatiua ſpecierum præteritorum, vt præterita ſunt. & iſto modo loquitur philoſophus in de memoria & reminiſcẽtia: alio modo, vt eſt conſeruatiua ſpecierũ repræſentantium obiecta in ſe, ſiue ſint realiter, ſiue non, & hoc modo loquendo de memoria, dico ꝙ oportet ponere ſpeciem in intellectu, vt habet rõnẽ memorię. tũ ꝓp vniuerſalitatẽ. tũ ꝓp dignitatẽ potentiæ. tertio mõ accipitur, prout hẽt aliqđ principiũ eliciẽdi aliquã notitiã actualẽ, qđ tñ non manet ſine actu ſcđo quõ poſuit Aui. ſpeciem in intellectu noſtro, & de iſta dicet in q̃ne ſequenti. hæc quæ ſupra probaui vĩ eſſe intentio philoſophi. 3. de aĩa. vbi dicit ꝙ aĩa eſt quodammodo oĩa intelligibilia ꝑ intellectum ſicut ſenſibilia per ſenſum, quod nõ poteſt intelligi per habitum, quia non eſt ſimilitudo repñtatiua obiecti, quia ſequitur actum aliquem habitus oĩs. Et confirmat̃ hoc. quia habitus ſcientiæ ꝑ quam reducit̃ intellectus de potentia eſſentiali ad potentiam accidẽtalem reſpectu actuum, de quo

*t.com.37.*

*t.c.25.& 55.t.c.31.*

loquitur philoſophus. 2. de aĩa. & 8. phyſicorũ. neceſſario ꝓcedit actum intelligendi. ſcĩa autem q̃ habitus eſt ſequit̃ actũ, eo ꝙ generatur ex actibus. vnde iſta ſcĩa, quæ reducit intellectum de potentia eſſentiali ad potentiam accidẽtalem eſt ſpecies, quæ vere eſt habitus, quia nata radicari & firmari in intellectu, ſed tamen non omnis habitus eſt ſpecies. quia habitus actualiter radicatus & firmatus non eſt ſpecies quæ præcedit actum nata radicari & firmari, quia iſta poſtea firmatur per actum. Item ſecundũ iſtos non videtur aliquis habitus ponendus in intellectu noſtro, ſed tantum in virtute phantaſtica. quia ſecundum quemcũque modum eſſendi eſt obiectum in aliqua potentia. ſecundum eundem modum eſſendi ſunt omnia quæ continentur in ipſo obiecta virtualiter. igitur ſi obiectum non ſit ꝑ ſuum repñtatiuum in intellectu, ſed in virtute phantaſtica, omnia explicanda & explicabilia de illo obiecto erunt ibidem, & ita non erit niſi habitus phantaſticus, præcipue ſi phantaſmata ordinate concurrant explicans omnes veritates ſcibiles de illo obiecto. & omnis ſcientia erit in phantaſia & perfectio eius, & non erit perfectio intellectus contra philoſophum. & ſic cum iſta ſpecies in phantaſia virtute ſua contineat actum intellectus. ergo actus ille erit in phantaſia. Item Aug. 13. de tri. c. 4. & 15. c. 3. inueſtigat trinitatem. vbi dicit quod impoſſibile eſt accipere imaginem trinitatis ex anima noſtra, vel in mente, niſi per hoc. quod aliquid

quid



quid eſt in memoria ex quo exprimitur aliud, tunc arguo ſic. ſi in mente eſt aliquid exprimens verbum, oportet ꝙ hoc ſit ꝑ aliquid intrinſecum ſiue exiſtens in memoria, ſed non eſt exprimens verbum niſi memoria habens obiectum menti pręſens intra ſe. aliàs non erit exprimens. ergo cum obiectum non ſit præſens in memoria q̃ditatiue & realiter, nec vt eſt in phantaſmate, neceſſario erit præſens per ſpeciem intelligibilem.

AD ARGVMENTA in oppoſitum principalia primo apparet ꝙ illud argm̃ primum non cogit, quia ſi valeret concluderet contra omnem opi. quod nullo modo poſſit intelligi vniuerſale, quicquid enim ſit illud per quod vniuerſale repræſentatur. ſimiliter repñtabit, ſicut ſi eſſet ĩpreſſum ab obiecto, ſed ſi imprimeretur ab obiecto imprimeretur a ſingulari, quia actus eſt ſingularis ſicut argm̃ dicit, Iõ r̃ndeo ꝙ alia poteſt eſſe rõ agendi, & alia ratio agentis. ſingularitas eſt conditio agẽtis non rõ agendi, ſed ratio agẽdi eſt ipſa forma exiſtens in ſingulari, ſecundum quã ſingulare agit. Cũ ergo accipit̃ ꝙ quęcunq; ſpecies gignit̃ ab aliquo repręſentat ipſum ſecũdum illam rationem ſecũdum quam gignitur ab eo, ſi intelligat̃ de rõne gignentis falſa eſt, ſi de rõne gignendi, concedi poteſt, & tunc nõ ſequitur ꝙ repręſentat eum ſub ratione ſingularis; ſed ſub ratione naturæ, quia ratio naturæ, eſt ratio gignendi. Sed iſta reſponſio non videtur ſufficere, quia ita videretur ꝙ ſpecies in ſenſu repræſentaret vniuerſale & non ſingulare, q̃a ratio gignendi ſpeciem in ſenſu non eſt ſingularitas ſed ratio naturæ. Ideo generaliter reſpondeo, ꝙ quando ſpecies gignitur ab aliquo, ſicut a totali cauſa, repræſentat ipſum ſub illa rõne, ſub qua gignit̃, loquendo de rõne gignendi, & ẽt repñtat ipſum cõcomitanter ſub rõne gignentis, aut ſaltem non ſub rõne oppoſita rõni gignentis, & iõ ſpẽs in ſenſu nõ repñtat obiectũ ſub rõne vniuerſalis, q̃ ẽ cõditio oppoſita rõni gignẽtis ſingularis, ſed in propoſito obiectũ nõ eſt cã totalis gignẽs reſpectu ſpẽi intelligibilis, quia cũ ipſo agit intellectus agens ſicut partialis cã, & iõ genitũ ab iſtis duab. cauſis põt repñtare obiectũ ſub oppoſita rõne ſingularitatis, q̃ eſt rõ gignẽtis. Ad ſcđm de pñtia iſta, dico qđ obiectũ reſpectu potentiæ hẽt primo pñtiã realẽ. ſ. approximationẽ realẽ, vt poſſit gignere ſpeciẽ talẽ in intellectu, q̃ eſt forma intellectus. Scđo ꝑ iſtam ſpẽm genitã, q̃ eſt imago gignẽtis. eſt obiectũ pñs ſub rõne cognoſcibilis ſiue repñtati. prima pñtia ꝓcedit naturaliter ſecundã, q̃a ꝓcedit naturaliter ĩpreſſionẽ ſpẽi, ꝑ quã eſt formaliter ſcđa pñtia. q̃n igit̃ accipit̃ ꝙ ſpecies in ĩtellectu nõ eſt cã pñtiæ obiecti. dico ꝙ falſum eſt de pñtia ſub rõne cognoſcibilis ſaltẽ in cognitione abſtractiua, de qua mõ loquimur, & cũ ꝓbat̃, q̃a prius eſt obiectũ pñs q̃ ſpẽs ibi, hoc eſt verũ de pñtia reali qua agens eſt præſens paſſo, & intelligo ſic quod in primo ſigno naturę, eſt obiectũ in ſe, vel in phantaſmate præſens intellectui agenti. In ſecundo ſigno natu-

naturæ, in quo illa ſunt præſentia intellectui poſſibili, vt agētia paſſo gignitur ſpecies in intellectu poſſibili,& tunc in tertio per ſpeciem eſt obiectum præſens ſub ratione cognoſcibilis. *Idem 10. tri. c. 5. 6.& 7.et 14. tri.c. 6.* Ad tertium Aug.6.de tri. ponit memoriam eſſe multorū ſimul cognitorū habitualiter,ſicut patet ibi de perito multarū diſciplinarū:ergo oportet ſecūdum oēm op .ponere multa cognita ī memoria habitualiter, & illa vt ſunt ibi, ſunt aliquo modo cauſa notitiæ genitæ,ſecundum Aug.& non niſi cauſa naturaliter quatenus præcedūt actum voluntatis: igit ſi argm̄ valet ſcđm oēm opi. concluderet actualem cognitionem ſimul plurium. Ideo rn̄deo ſicut dictum eſt de primo cognito ſecunda q. huius tertiæ diſt.quia cuiuſcunque ſpeciei ſingulare fortius primo mouet ſenſum, eius phantaſma efficacius imprimitur.& primo mouet intellectū, & quo ad iſtum primum actū nō eſt in poteſtate noſtra quin intelligamus ſcđm Aug. 3.de libero arb. Nō eſt in poteſtate noſtra quin viſis tāgamur. Sed iſto actu poſito in poteſtate noſtra eſt cognitio actualis cuiuſlibet habitualiter noti.de hoc diſt.6.dicetur. Cū igitur dicit.aut pōt mouere iſta ſpēs ad intellectionem,aut non.dico ꝙ pōt. ſed ſi alia ſpecies fortius mouet,iſta impeditur ne modo moueat.pōt aūt poſtea per imperium voluntatis imperantis mouere ad cognitionē iſtius,& cuiuslibet alterius obiecti habitualiter cogniti. Ad Algazelē dico ꝙ ſimilitudo nihil valet, qa hic tollitur illud qđ eſt ibi ratio impoſſibilitatis,quod probatur per Ariſt. & Commentatorem 7. Metaphy. vbi volunt ꝙ rationes oppoſitorū nō ſunt *t. c.23.* oppoſitę in intellectu. Ad quartum dico ꝙ non tantum intellectus patitur ab obiecto reali imprimente talem ſpeciē realem, ſed ab illo obiecto, vt in ſpecie intelligibili, patitur paſſione intentionali,& illa paſſio eſt receptio intellectionis,quæ eſt ab intelligibili inquantum intelligibile eſt relucens in ſpē intelligibili, & iſtud pati eſt intelligere: ſicut patebit in quæſtione proxima . Cum vltra deducis ꝙ tunc intellectio nō eſt motus rei ad animam. non ſequitur, quia impreſſio ſpeciei eſt quidā motus rei ad animā: quatenus res habet eſſe in illa ſpecie, intellectio etiā ſequens ſpeciem impreſſam eſt motus rei ad animam, quatenus p̄ intellectionem obiectum habet eſſe in anima actualiter cognitum, quod prius tātum habuit eſſe habitualiter cognitū &c.

AD RATIONES alterius opinionis. Cum primo arguitur in prima opi.ꝙ recipere ſpeciem conuenit ſenſui præciſe,.quia potentia eſt organica, dico ꝙ hoc eſt falſum , quia illud non eſt præciſe cauſa : ſed præciſa cauſa cuiuſcunque potentiæ habēdi p̄ſentē repreſentātē obiectū ſuū eſt,qa ipſa eſt cognitiua, & natura dedit ſibi, vt poſſit hēre obiectū prius naturaliter ſibi præſens q̄ cognoſcat. Sed potentiæ organicę dedit, vt obiectū ſit p̄ſens non in potētia ipſa, ſed in organo,hoc eſt in parte corporis q̄ p̄ficit potētia organica,& illa p̄ńtia ſufficit, qa totū cōpoſitū ex parte corporis ſic mixta & ex potētia habet



habet ſpēm,& huic toti ſufficiēter obiectū eſt præſens, qn̄ ſpēs eſt in illa parte corporis. Cum igitur ītellectui nihil perfectionis auferatur inquantū potentia cognitiua eſt. ex hoc ꝙ non eſt organicus, immo magis additur ſibi perfectio. ſequitur, ꝙ ſibi poſſit eſſe obiectū præſens ante actū ſicut alijs potentiis: ſed illa præſentia non erit per aliquid impreſſum organo, qa nō habet organum, ergo erit p̄ aliquid impreſſum illi potētię: tale aūt impreſſum repræſentans præcedens in potentia intellectiua actū intelligendi voco ſpeciem intelligibilem. Breuiter igit dico ꝙ ſenſus habet obiectum præſens in illa parte corporis quæ dr̄ organum illius ſenſus. ſed intellectus tam illā præſentiam priorem actu quā ipſum actum habet rōne eiuſdem receptiui . & ideo falſum accipitur, ꝙ ſpecies talis nō eſt niſi præciſe propter organum. Natura enim cauſat talē partē talis corporis, ſic mixtā, vt p̄fectibilis a tali potētia animæ,& cōgruat operationi eius, qa materia eſt p̄p formā,& nō ecōuer- *t. c. 23. Com.5.* ſo.ex 2.Phyſ.& Cōmentator 1 . de Anima. Mēbra leonis nō differūt a mēbris cerui, niſi qa aīa differt ab aīa,nō igit forma eſt p̄p materiā, ſed ecōuerſo: & iō talis pars facta eſt talis ſpeciei receptiua, vt per talem ſpeciē ſit obiectum præſens toti compoſito, quod eſt totū organum, vnde prima cauſa præſentiæ obiecti in ſpecie nō eſt talis diſpoſitio corporis, ſed prior cauſa eſt, vt potētia apprehēſiua habeat obiectū actu cognoſcibile ſibi p̄ns, vel in ſeipſa, vel in aliquo qđ eſt pars ipſius organi in tali operatione. Ad aliud de philoſopho. 3.de Aīa ꝙ ītellectus eſt locus ſpērū, pōt exponi, ꝙ ītellectus dr̄ locus ſpecierū, qa ſaluās, ſicut dr̄, ꝙ ipſius loci eſt ſeruare locatū & organa ſenſitiuę potētiæ nō ſunt loca, qa nō *4. Phyſi. & in porphyrij yſagogis.* ita ſaluant ſpēs receptas in eis, ſpēs qppe intelligibiles nō vn̄r deleri, ſicut ſpēs ſenſibiles, qa ſpēs ſenſibilis, ita eſt in organo, ꝙ pōt corrūpi per cōtrariū formaliter, vel p̄ diſpōnem in ſuſceptiuo diſcōueniētē tali potētię, ſicut patet p̄ philoſophū de memoria & reminiſcentia. Senes & iuuenes.i.pueri ſunt ma- *Cap.1.* le reminiſcitiui p̄p abūdantiā humorū nimiā, & ēt p̄p īdiſpoſitionē, & lęſionem organi: iſto vtroq; mō nō eſt ſpēs intelligibilis in intellectu, vt p̄ ſe deleaē p̄ aliqđ cōtrariū ad ipſam ſeu p̄ indiſpoſitionem receptiui, aliæ multæ cōgruentię poſſent aſſi- *Vide Clarius in 4. diſt. 45. de hoc.* gnari circa illud vocabulum, locus circa qđ nō oportet multū immorari. Qđ additur de philoſopho, ꝙ ſpeculamur qđ qd eſt in phātaſmatibus &c. p̄ oībus talibus auctoritatib⁹ dico ꝙ talis eſt cōnexio iſtarū potētiarū, ſcilicet phātaſiæ & intellectus p̄ ſtatu iſto, ꝙ nihil intelligimus ī vniuerſali, niſi cuius ſingulare phātaſiamur, nec eſt alia cōuerſio ad phātaſmata, niſi ꝙ intelligēs vniuerſale imaginaē ſingulare eius, nec ītellectus videt, qđ quid eſt in phātaſmatibus, ſicut in rōne vidēdi, ſed intelligens quod quid eſt relucēs in ſpecie ītelligibili, videt illud in ſuo ſingulari viſo p̄ virtutē phantaſticamur ī phātaſmate. Quod adducitur de Aug. ꝙ non ponit ſpeciem intelligibilē in memoria ſed ſcientiam. Reſpōdendo

dendo dico ꝙ vbi ponit ſcien-
tiam ſtatim ponit aliquid, ꝙ in
cludit ſpeciem intelligibilem,
licet nō vtat̄ iſto vocabulo, qa
15.de.tri.c.10. cum præmiſiſſet
ex ipſa ſcientia, ꝗ memoria te-
nemus, gignitur verbum, Sub-
dit, ꝙ formata cogitatio ab ea
re, quā ſcimus, verbū eſt. & idē
de tri 15.c.11. Cum præmiſiſ-
ſet ſimillima eſt viſio cognitio
nis viſioni ſcientiæ, ſubdit, qn̄
ergo ꝙ eſt in notitia, hoc eſt in
verbo, tunc eſt verū verbū & eo
dem.c.12. Tunc enim eſt verbū
ſimillimū rei notę de qua gi-
gnitur & imago eius qn̄ de vi-
ſione ſcientiæ viſio cogitatio-
nis exoritur, ſubdit, nec intereſt,
quādo id didicerit, ꝙ ſcit loqui
tur. ſimiliter. c. 22. Quando ad
memoriam meam aciem cogi-
tationis meæ aduerto ac ſi in
corde meo dico, ꝙ ſcio &c.

Item. 15.de tri.27. Quādo lo-
quitur de luce in qua vident̄ ve
re ipſa inquit. oſtendit verbum
verum eſſe in te qn̄ de ſcien-
tia tua gignitur. i. quādo quod
* ſcimus dicimus. hęc ille. Ex iſtis
omnibus apparet ꝙ illud quod
Aug. tribuit memoriæ ratione
ſcientiæ, vt gignenti, exponit
ſe ſemper de obiecto p̄ſente in
memoria, nō eſt aūt obiectū p̄-
ſens in memoria, vt memoria
intellectiua eſt, per ſcientiā, vt
eſt habit⁹ diſtinctus a ſpecie: er
go oportet ꝙ illa pręſentia eſſe
intelligat ꝙ ſpeciē intelligibilē
& ſub illa ratione ſub qua di-
ſtinguitur ab habitu ſcientię ꝓ
prie ſumptæ, & hoc modo etiā
debet accipi illud [illegible]rbum phi-
loſophi tertio de anima, qui cū
T.c. 37. pręmiſiſſet ꝙ anima eſt quodā
modo omnia, ſubdit ꝙ per ſen-
ſum eſt ſenſibilia & ꝑ ſcientiā
ſcibilia, ſcientia quippe ibi tā
apud philoſophū, ꝗ apud Aug.
in locis p̄dictis accipit̄ pro ipſa
p̄ſentia habituali obiecti ī me-
moria intellectiua, quę præſen
tia habitualis ē virtualiter ſciē
tia, qa in obiecto ſic p̄ſente con
cipitur virtualiter tota ſcientia
de tali obiecto. Hæc ſpēs eſt il-
la ſcientia quę reducit intelle- T. c. 31.
ctū de potētia eſſentiali ad acci t.c. 21. &
dētalē ſcd̄m Ariſt. 8. phyſicorū 15.
& ſecundo de aīa. Nō aūt illa,
quę ꝓprie dr̄ ſciētia, quæ eſt ha
bilitas quędam derelicta ab acti
bus, nam ante iſtam ad primū
actum conſiderandi requiritur
ꝙ ſit iam reductus intellectus
de potentia eſſentiali ad accidē
talem. alioquin non operatur
tunc magis ꝗ prius, vnde in co-
gnitione ſpecies in qua relucet
quiditas dicitur ſcientia, non
tantum virtualiter quia totam
continet, ſed formaliter poteſt
dici habitus cognitiuus, qa eſt
qualitas manſiua in intellectu
diſponens ipſum ad actū. Et ex
hoc habetur argumentum pro
ſpecie intelligibili, quia nō vi-
detur quomodo aliqua ſcien-
tia tota dici poſſit vna ratione
primi obiecit, niſi quatenus il-
la ſcientia continetur virtuali-
ter in illo primo obiecto intelli
gibili: non enim tota illa ſcien
tia dicitur vna ab obiecto. qua-
tenus relucet in phantaſmate,
quia illa nō eſſet vnitas alicui⁹
habitus intellectualis ſed ali-
cuius imaginabilis.

Quod arguitur poſt in ſecun-
da opi. ꝙ potētia quæ eſt ad ali
quem actū ordinata actu at̄ pri
mo ꝑ illum actum. Dico ꝙ quę
libet potentia apprehenſiua, vt
apprehenſiua eſt, eſt in potētia
ad apprehendere primo primi
tate



tate perfectionis, licet non pri-
mo primitate generationis, &
quādoque primo primitate ge
nerationis, qn̄ ſ. obiectū in ſe ē
p̄ſens tali potentiæ, vt actu co-
gnoſcibile ab ea, tunc enim nō
oportet ante actum in potētia
aliquid aliud fieri, in quo ipſū
obiectum ſit pręſens, ſed primū
qđ fit ab eo eſt actus: quādo au
tem obiectum non eſt natū in
ſe eſſe pręſens ſub ratione actu
cognoſcibilis a tali potētia, tūc
quælibet potentia apprehenſi-
ua eſt in potentia ad apprehen
ſionē & ad illud in quo cogno-
ſcibile erit præſens, & prius or
dine originis eſt in potentia ad
habēdum iſtam præſentiā ꝗ ad
habendum actum. & ita eſt in
propoſito. ſenſibilia enim non
ſunt nata in ſe eſſe pręſentia in
tellectui ſub ratione actu intel
ligibilium. ſed tātum in ſpecie
intelligibili poſſunt ſic eſſe præ
ſentia, & hoc quantum ad intel
lectionē abſtractiuam, de qua
eſt ſermo in ꝓpoſito: & ideo po
tentia apprehēſiua reſpectu ta-
lium eſt in potentia ad duplicē
actum & ab agente approxima
to pri⁹ ordine originis recipiet
priorem actum ꝗ poſteriorem,
nec tn̄ intelligo ita iſtos actus
eſſe ordinatos, quod prior ſit ra
tio recipiendi reſpectu poſterio
ris, ſicut. ſ. ſuperficies eſt ratio re
cipiendi albedinem, tunc enim
ītellectus reſpectu nullius intel
ligibilis recipere poſſet actum
ſecundum qui eſt intellectio,
niſi prius haberet actū primū
vt ſpeciem eiuſdē obiecti, ſed
intelligo ꝙ intellectus de ſe eſt
ratio immediata recipiēdi vtrū
que actū. Ipſi actus tn̄ inter ſe
ſunt ordinati quando obiectū
non eſt natum eſſe præſens in
ſe, quia tunc oportet prius na-
turaliter eſſe illum actum quo
obiectum eſt præſens vt intelli
gibile, ꝗ illum qui elicitur circa
obiectū intelligibile vt p̄ſens.
Si inſtetur contra iſtam ſolutio
nem quia nunꝗ pluralitas eſt
ponenda niſi propter neceſſita-
tem, primo phyſicorum, hic au
tem non videtur neceſſitas qa
obiectū videtur ſufficienter p̄-
ſens in phantaſmate, ergo non
eſt ponēda iſta ſpecies in intel-
lectu. Reſpondeo ꝙ neceſſitas
eſt ſemper dignificare naturam
nobilem, quando non apparet
aliquid manifeſte repugnās, ſed
magna vilificatio naturæ intel-
lectiuę, vt intellectiua eſt, vide-
tur eſſe ꝙ nō poſſit habere obie
ctum ſuū ſibi pręſens in ſe abſ-
que mēdicata præſentia a po-
tētijs inferioribus cum quibus
cōtingenter cōiungitur in rōne
potentię, & tn̄ ꝙ potentiæ aliæ
inferiores poſſint habere obie-
ctum ſibi præſens vt in ſe, & ſi
intellectus poſſit habere obie-
ctum ſibi p̄ſens in potētia infe-
riori, non tn̄ ſumma præſentia-
litate poſſibili præcedere actū
intelligendi, & ſicut alijs poten
tijs cognitiuis, ita multo magis
iſti potentiæ debet cōcedi obie-
ctum eſſe ſumme præſens, quā
tum pōt eſſe præſens, ante actū
cognoſcendi, & hoc non ſalua-
tur niſi in ſpecie intelligibili.
Hō etiā ponitur perfectio ſum
ma poſſibilis potentiæ cogni-
tiuę, niſi ponatur eam poſſe cō
ſeruare ſpeciem intelligibilem
pręter actum, & ita habere obie
ctum ſuum præſens conſerua-
tum ſine actu, quia hoc conce-
ditur ſenſitiuę, & perfectionis
eſt in cognitiua quòd non de-
pendeat ab aliquo in cogni-
tione

tione ſua, ſed ꝙ poſſit habere obiectum preſens ſine depēdētia ad aliam potentiam.

*Hæ duæ q. ſequentes ponuntur communiter tanquā additiones ex reportationibus. ſed debent poni in textu et legi deſcripto anglico vt patet ex frequenti remiſſione doctoris ad eas in eodem ſcripto. 4. Met. t. c. 25. & 55. t. c. 23.*

SECVNDO QVAERO Vtrū memoria intellectiua ſit conuerſatiua ſpeciei intelligibilis ceſſante actu intelligendi? videt̄ ꝙ non, quia ſi conſeruaret vnā ſpēm, pari rōne & aliā ſpeciē alteri⁹ obiecti, & ſic multas ſimul: cōſequēs eſt falſum, ergo & añcedēs, probatio falſitatis conſequentis, quia ſpecies non eſt niſi quædam configuratio intelligibilis in intellectu, ſed in corpalibus eſt impoſſibile idem corpus figurari diuerſis figuris, ergo ſimiliter impoſſibile eſt intellectum ſimul ſic cōfigurari diuerſis obiectis per diuerſas ſpecies, & hæc eſt rō Algazelis. Secundo ſic. omnis qualitas diſponens intellectum ad operandum vel ad operationē & manſiua in eo eſt habitus intellectualis, ſed ſpecies eſt qualitas quædam diſponens intellectum ad operationem, igitur ſi eſt manſiua poſt actum intelligēdi, ſequitur quod eſſet habitus intellectualis, ſed hoc eſt falſum, quia ſpecies intelligibilis præcedit actum naturaliter, & habitus ſequitur, nam generatur ex actibus, ergo &c. Cōtra, intellectus eſt in potentia accidentali, non niſi quando habet ſpeciem intelligibilē. patet ex philoſopho ſecundo de anima & 8. phyſi.

Hic eſt vna opinio quæ ponitur ab Auic. 6. naturaliū parte. 5. c. 6. vel. 7. ꝙ ipſe ſenſerit ſpeciem intelligibilem non habere eſſe māſiuum in anima poſt actualem cōſiderationem, & dicunt ipſum hoc probare ꝑ hoc ꝙ in organo ſenſus (quia nō eſt virtus cognitiua) poteſt eſſe ſpecies repręſentatiua obiecti, hoc eſt, quia organum non eſt natum cognoſcere obiectum ſenſibiliter ſed in intellectu ex quo eſt virtus naturaliter cognitiua, non erit aliqua ſpecies repræſentas obiectū, niſi ipſum obiectū ſit ibi intellectualiter & ſecundum actualem conſiderationem vel intellectionem, hanc rationē dicunt ipſum innuere. c. 5. poſt mediū cū dicit: impoſſibile eſt formā eſſe ī anima in effectu perfecte, & non intelligi ab ea in effectu perfecte. Dicunt quidam ꝙ hæc opi. fuit Auic. ꝙ nulla ſpecies manet in parte intellectiua poſt actū intelligendi. quod videtur. quia. 6. naturaliū parte. 5. c. 6. dicit ꝙ in organo ſenſus conſeruatur ſpecies poſt receſſum ſenſibilis. & hoc ſolum, quia organū non eſt natum cognoſcere obiectū ſed intellectus non eſt potentia organica, & ideo de ſe eſt diſpoſitus ad recipiendum, nō autem ad conſeruandum, quia in ipſo nō poteſt fieri talis impreſſio aliqua, ſed tantum intellectualis immutatio. Modus ſuus eſt ꝙ poſuit ordinem in intelligentijs, & dicit vltimam intelligentiam influere ſpeciem in intellectū noſtrum, ita ꝙ ſicut Plato poſuit ꝙ ꝑ conuerſionē intellectus noſtri ad ideam alicuius rei habeamus ſcientiam alicuis rei, ita Aui. poſuit ꝙ per conuerſionem intellectus noſtri ad illam intelligentiam naturaliter influentem habemus notitiam & ſcientiam rei, quā ad ſenſum eramus diſpoſiti cogitare. Quod ſi contra eum tūc diceretur, ꝙ ſecundum hoc nūquam haberemus habitū ſciē-

*Tho. parte ſum. q. 79. ar. 6.*

*Declaratio reſolutiſſima poſitionis Aui.*

tiæ,



tiæ, ex quo ſpecies nō manebāt ī intellectu noſtro niſi in actuali conſideratione, quod tantum erat in actuali conuerſione ad illam intelligentiam. Reſpondebat (ſecundum ꝙ ſibi imponitur) ꝙ ex frequenti conuerſione ad illam intelligentiam generatur quædā habilitas in homine, quæ habitus poteſt dici, per quam erat facilis & habilis ad ſe conuertendum, & per conſequens ad actum conſiderandi ſecundum ſcientiam. An hoc ſenſerit Auic. an non, non curo, tamen poſſet bene excuſari: nam ipſe dicit ibidem. c. 6 ꝙ aliquis de quæſtione ſibi ꝓpoſita poteſt habere certitudinem quod ſcit eā ſoluere, & tamen non habet in prōptu ſolutionem, ꝙ non eſſet niſi apud ſe haberet ſpeciem intelligibilem. Item c. 5. vult ꝙ ſingularia non faciunt aliquam diuerſitatem ad intelligēdum, vnde vult ꝙ facta abſtractione quiditatis ab vno ſingulari nō oportet qđ fiat ab alijs eiuſdem ſpeciei cōcurrentibus: ipſe expreſſe ibi ponit abſtractionem ſpeciei a ſingulari.

Item parte. 4. c. 1. dicit ꝙ theſaurus intellectus eſt memoria, quod nihil eſt dictu. niſi ſpecies ibi conſeruarentur. & 5. Meta. dicit ꝙ ſpecies in intellectu reſpectu intellectus eſt ſingularis, ſed reſpectu obiecti eſt vniuerſalis. Qui ergo vellet ſaluare Auic. diceret vt videtur eſſe eius intentio, ꝙ duplex eſt ſpecies in intellectu. vna quæ abſtrahitur a ſenſibilibus, & hæc manet actu intellectus tranſeūte. alia quæ habetur ex influxu intelligentiæ ad quam conuertitur, & hæc non manet actu intellectus non manente. nec eſt neceſſe ꝙ maneat illa, qa ſemper intelligentia illa naturaliter influit ſpecies in intellectū ad ſe conuerſum per modū quo aliqui dicunt intellectum ſeparatum intelligere, ſed per influxum ſpecierū a Deo non ab intelligentia. Contra illam opi. quę diceret ꝙ non manent ſpecies, ſicut imponitur Aui. arguo ſic. intellectus habens habitum ſcientiæ, & nō cōſiderans actu. eſt in potentia accidentali. ex ſecundo. de anima. ſed ſuppoſita hypoteſi non conſiderans actu eſt in potentia eſſentiali reſpectu illius & vocatur potentia eſſentialis qñ ad hoc ꝙ exeat in actu neceſſario præexigitur ꝙ acquirat aliquam formam per quam exeat in actum Secundo ſic. nihil præcedens actionē magis requirit actionem coexiſtentem q̃ principium illius actionis, ex quo eſt prius actione, ſicut & principiū agendi, ſed principium agendi non neceſſario requirit coexiſtentiam actionis, quia omnia principia naturaliū poſſunt impediri ab actionibus ſuis, vt propter indiſpoſitionem ſubiecti inſtrumenti, vel organi, & tamē ſtabunt principia: ergo cum ſpecies ſit naturaliter prior actione intelligendi, vt patet ex prædictis, non coexigit exiſtētiam actionis, & ſic tranſeūte, vel non exiſtēte actu intellectionis manebit ſpecies intelligibilis. Tertio ſic, prius natura pōt eſſe ſine poſteriori, niſi in priori ſit neceſſitas reſpectu poſterioris. vt eſt in ſubiecto reſpectu proprij accidentis. ſed ſpecies eſt prior actu intelligendi, & non facit neceſſitatem reſpectu actus intelli-

*Tho. vbi. ſupra.*

*t. c. 25. & 55.*

gendi,

gendi, tum quia intellectio eſt
volũtaria ꝑ participationẽ,quia
intelligimus, cũ volumus. 3.de
Aĩa. tñ quia nõ obſtante, ꝙ in-
tellectus hẽat ſpẽm intelligibi
lem, põt impediri ab actione.ſi
cut dictũ eſt,ergo &c. Quarto
ſic.quod eſt perfectionis in infe
riori eſt eminentius in ſuperio
ri eiuſdem rõnis & generis, ſed
tranſeunte actu imaginationis
ſiue ſenſitiuę partis retinere ſpe
cies eſt perfectionis. ergo emi-
nẽtius hoc erit in parte intelle-
ctiua. eſt .n. intellectiua eiuſdẽ
generis cũ ſenſitiua, ꝓ tãto, qa
cognitiua ſicut ſenſitiua emi-
nẽtior. tñ minor ꝓbaĩ, nam in
quolibet perfectionis eſt quãto
minus indiget aliquo extrinſe-
co in ſua operatione,ſed cęteris
paribus,retinẽdo ſpecies ſenſus
minus indiget extrinſecis ĩ ope
ratione ſua,ergo hoc eſt perfe-
ctionis in eo.ꝓbaĩ ẽt ex alio,qa
oẽ illud quod arguit indepẽdẽ-
tiam eſt perfectionis, ſed habe-
re ſpẽm, & nõ intueri, vel actu
intelligere, arguit ꝙ ĩtellectus
non dependet ab actu intelli-
gendi,ergo &c. Aliqui adducũt
vnam rationem ad propoſitũ
quæ magis congruentia eſt quã
ratio, & eſt talis, vniuſcuiuſque
permanentia attenditur penes
nobilitatem,vel ex parte nobi-
litatis illius, quod recipit ſiue
recipientis. nam omne qđ reci
pitur, recipitur per modum rei
recipientis,nõ per modũ rei re-
ceptę,cum igitur ſpecies ſit res
*Boe. Temiſtius,et Auer. 3. de anima. com. 5.*
nobilis & recipiatur in intelle-
ctu qui eſt incorruptibilis. ergo
ipſa manebit actu nõ manẽte.
Reſpondeo,non valet,nã actus
eſt res nobilior quam ſpẽs & re
cipitur in intellectu. ergo ma-
net in intellectu ſeipſo nõ ma
nente,non ſequitur.

AD QVAESTIONEM
igitur dicendum,quòd manent
ſpecies in memoria actu intel-
ligendi non manente, cuius ra-
*Videt c, 18.t.c.37 & 38. & alibi ſæpe.*
tio eſt , quia vt habetur tertio
de Anima,intellectus inquan-
tum intellectus poteſt eſſe ſa-
piens de ſe, ſed de ſe nullo mo-
do eſſet ſapiens de aliquo obie
cto,niſi quantum eſſet ſibi præ
ſens in ratione cognoſcibilis,
ſed hoc non contingit niſi per
ſpeciem intelligibilem. ergo.
Sed tunc reſtat vna difficultas,
cum ex quo habet ſpeciem in
quo relucet obiectum,quare in
actu intelligendi oportet intel-
lectum conuerti ad phantaſma
ta? & ꝙ oporteat conuerti dicit
*t.c.30.& 39.*
philoſophus 3. de Anima,dicit
enim,ꝙ quicquid intelligimus
neceſſe eſt ſimul phantaſmata
ſpeculari,hoc etiam oſtenditur
experientia alias læſo organo
phãtaſiæ poſſet eſſe intellectus
in actu recto intelligendi , ex
quo ſpecies habuiſſet,cuius cõ-
*Thom.vbi ſupra.*
trarium videmus . Ad hoc re-
ſpondent quidam, quod pro tã
to oportet fieri conuerſionem
ad phantaſmata , quia propriũ
obiectum intellectus coniũcti
eſt quiditas rei materialis, quæ
non eſt niſi in hoc ſingulari,vel
in illo, non cognoſcitur perfe-
cte niſi exiſtens in hoc vel in il-
lo particulari vel ſingulari,ſin-
gularium aũt eſt phantaſma,&
ideo oportet, ꝙ ad hoc ꝙ intel-
lectus intelligat obiectũ ſuum,
quod conuertat ſe ad phantaſ-
ma vt ſpeculetur naturam vni-
uerſalem exiſtentem in particu
lari. Sed hæc reſpõſio nulla eſt,
quia aut cognouit primo ſingu
lare, vel uniuerſale: non ſingu-
lare, qa tñ cognouit ſingulare
per



per reflexionẽ ſecũdũ eos. ſi vni
uerſale,tunc arguo ſic. nunq̃ ſe
cundũ totã ſuã ĩdifferentiã põt
vniuerſale cognoſci in ĩferiori
nec tanq̃ in obiecto nec tanq̃ ĩ
repſentatiuo . Pręterea dato ꝙ
verũ eſſet ꝙ q̄ditas rei materia-
lis eſſet propriũ obiectũ intelle
ctus cõiuncti, qđ tñ falſum eſt,
vt ſupra eſt oſtenſum, tñ rõ ſua
*Di præſenti.q.3. & 4.*
nõ eſt vera,nam ſcđm ſuã ratio
nẽ angelus cũ cognoſcat ꝑfecte
q̄ditatẽ rei materialis oportet
ꝙ ipſam aſpiciat in phãtaſma-
te qđ eſt falſum. Præterea ſpẽs
angeli ſiue q̄ditas angelica non
minus exiſtit in ſuppoſito ſuæ
ſpeciei quam quiditas rei mate
terialis in ĩdiuiduo eius, ſi ergo
angelus nõ abſtrahit,nullo mo
do intelligit quiditatẽ ſuæ ſpe-
ciei ſub rõne vniuerſalis. Licet
ergo quiditas non exiſtat niſi in
ſuppoſito vel ſingulari , poteſt
tamẽ intelligi ab intellectu nõ
ꝙ exiſtat in eo,& ſic falſum eſt,
quod aſſumit.ſ. quòd non poſ-
ſit intelligi quiditas niſi vt exi-
ſtens in ſingulari intelligatur,
non enim eſt de ratione quidi-
tatis vt quiditas eſt ꝙ in ſingu-
lari exiſtat, licet non niſi in eo
exiſtat realiter. Ideo dicendum
quòd duplex eſt neceſſitas cõ-
uerſionis intellectus ad phan-
taſmata . vna eſt conformitas
actionum potentiæ intellecti-
uę & phantaſię , quia quicquid
intelligimus ĩ vniuerſali illud
idem phantaſiamur in ſuo ſin-
gulari, & ſimul neceſſario, ex
quo accidit ꝙ impedita opera-
tione phantaſię impeditur intel
lectus ſicut ſimul operatio ſen-
ſus communis & particularis,
& impedita operatione ſenſus
particularis ĩpeditur operatio
ſenſus cõis. Quo autẽ ad cauſã
ſecũdã vel neceſſitatẽ eſt intel-
ligendum ꝙ ſpecies intelligibi
lis abſtrahit a phantaſmate vt
actu per ipſum phantaſiaĩ obie
ctum particulare phãtaſia,ante
quàm igiĩ intellectus hẽat ſpe-
ciem, neceſſario oportet ipſum
conuerti ad phãtaſmata ſicut ꝓ
priũ paſſiuũ conuertitur ad ſuũ
propriũ actiuũ, a quo ſimul &
ab intellectu agẽte recipit ſpe-
ciẽ intelligibliẽ, & ſi eã habet
recipit intentionẽ actus, qa cla-
rius videt obiectũ.ſtãte.n. volũ
tate ad hoc, & phantaſia non fa
tigata, quanto ipſa eſt magis in
actu ordinato intellectus inten
ſiuus videt obiectũ ſuũ ꝓpriũ.
Sed dices. ſi actus eſt intenſior
quãto plus phãtaſia eſt in actu,
ergo videtur ꝙ non habeat ter-
minum.cuius falſitas patet in
patria. Dicẽdum ꝙ generaliter
in his quæ ſuſcipiunt magis &
minus ſicut in habitibus nõ q-
libet actus auget habitũ vel ſal
tem ille actus qui nõ virtuali-
ter cõtinet ipſum generatũ, vn-
de aquã calidã nõ facit calidio-
rẽ modicus ignis vel modicus
calor, puta tepidũ, ſed calor in-
tenſior puta calor q virtute eſt
talis. ſi autem formę tales ha-
bent terminũ non amplius illi
actus intẽdunt habitum, ita eſt
in propoſito. Ad argumentũ pri
mum dicendum ꝙ ſunt ibi plu
res ſimul. Ad probationem di-
cendũ ꝙ ſecundũ philoſopũ 7.
Met. & cõmẽ. ea q̃ oppoſitionẽ
hábent in re nõ habẽt oppoſi-
tionẽ in mẽte, nã ſpecies cõtra
riorũ ſimul ſunt in aĩa. cũ tñ cõ
traria ſimul eſſe nõ poſſint ĩ eo
dẽ ſubiecto, poſſunt tñ aliqua-
liter eſſe idem in eſſe cognito.
nã vnum eſt rõ cognoſcendi al-
terum , ſicut rectum eſt iudex

ſui & obliqui primo de anima, Ad ſecundũ dicitur, ꝙ illa ſpẽs dicitur, & eſt habitus, nõ tamen eiuſdem rõnis cũ illo qui ꝑ act⁹ acquiritur, nam ex actibus non acquirit̃ niſi habilitas ad actus cõſimiles, nunquam tñ per illã habilitatem fit obiectũ in intellectu pręſens, per habitum autem quę eſt ſpecies fit præſens.

*a. 1. tertio quæro.*

QVAERITVR vtrũ in intellectu noſtro ſit actualis notitia genita vel ꝓducta? Arguo ꝙ non. actionis non eſt actio. vt termini, nec vt̃ ſubiecti nec paſſionis eſt paſſio. 5. Phy. ſed notitia actualis eſt actio vel paſſio, ergo ipſa non eſt genita vel producta, quia hoc eſſet alia paſſione vel actione, & ita eſſet terminus actionis vel paſſionis, minorem probo primo ſic, notitia eſt act⁹ ſecũdus ſed omnis actus ſecundus eſt actio vel paſſio, ergo. Secũdo ſic, nullũ entiũ cõſiſtit ꝑciſe in fieri & ſucceſſione niſi ſit actio vel paſſio, notitia nõ eſt permanẽtiũ, ergo &c.

*T. c. 10. & inde.*

Tertio ſic, philoſoph⁹. 9. Met. diſtinguit actionem in ĩmanentem & tranſeuntẽ, ſed notitia eſt operatio immanẽs, ergo eſt actio, quia continetur ſub vna ſpecie actionis ſcilicet immanẽtis. Secundo ſic, ad principale Aug. 4. ſuper Gen. c. 8. dicit. ꝙ aer præſente lumine non eſt factus lucidus, ſed fit, quia ſi fact⁹ eſſet lucidus & nõ fieret abñte corpore luminoſo maneret lucidus, ex his habeo ꝙ illud ꝙ factum eſt intranee & de ſe manet, ſed illa notitia non manet. ergo nõ ẽ facta nec ẽ genita.

*T. c. 16.*

Tertio ſic. philoſophus. 6. meta probat ꝙ forma non eſt generatio. ſed tantum compoſiti, ſed notitia non dicit compoſitum ſed tantum formam. ergo, &c. Contra Aug. 9. de tri. ca. 12. & 13. Liquido tenendum eſt quod omnis res quancunque cognoſcimus cũ generat in nobis notitiam ſui, ab vtroque enim notitia paritur, & a cognoſcẽte & a cognito, & aliquantulum infra. partũ mentis antecedit appetitus quidã quo id quod noſſe volumus quęrẽdo & inueniẽdo naſcitur proles notitia ipſa.

*t. c. 22. 27. & 33.*

HIC SVNT tres breues quæſtiones. Prima cuiuſmodi entitas ſit intellectio & volitio & huiuſmodi operationes immanentes. Vbi intelligendum eſt, quòd vt ex diuiſione entis patet non ſunt ſubſtantię, quia intellectio adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem, nec quantitas, quia non eſt niſi in corporibus vel in pluribus realiter diſtinctis vt numerus, nec ſunt habitus, nec poſitio, nec quando, nec vbi, quia hic dicunt habitudinem ad corpora, vel ſunt paſſiones corporalium, nec aliquid aliorum vt actio, vel paſſio, aut relatio, ergo qualitas: quod autem dico de intellectione, hoc idem dico de volitione, viſione, auditione. & ſic de aliis operationibus immanentibus.

Et primo probo. quod nõ ſit relatio, nec actio, nec paſſio, qa operatio immanens eſt vltima perfectio naturę abſolute operantis, ſed nulla relatio actio vel paſſio eſt huiuſmodi. ergo &c. tamen bene poteſt importare relationem, minor patet quod ſcilicet vltima perfectio naturę non ſit relatio. relatio enim perfectionem non importat inquantum huius, & ꝙ vltima perfectio eſſet relatio re

pugnan



pugnantiam includit, nec eſt actio, quia actio non perficit agẽtem, ſed paſsũ. Præterea. Actionis eſt aliqualis terminus realis, hic autem pręter intellectionem non eſt aliqualis terminus nec eſt paſſio, quia iam eſſet vltima perfectio, quare &c. Secundo ꝓbo ſpecialiter de quolibet. Primo ꝙ intellectio nõ ſit relatio, ſic Aug. 7. de tri. cap. 1. omnis eſſentia, quæ relatiue dicitur, eſt aliquid excepto eo qđ relatiue dr̃, &c. Sed intellectio ſubeſt relationi, quia dr̃ relatiue ad obiectum, ſicut enim ſciẽtia refertur ad ſcibile, vt menſuratum ad menſuram. 5. Meta. ita & intellectio, ergo ſecundũ rem & abſolutum ſuũ ſiue poſitiuum ſuũ nõ eſt relatio. Quod aũt non ſit actio vel paſſio probo ſic. actio & paſſio ſunt alicuius termini accipientis eſſe ꝑ ipſas, ſed operationes immanẽtes ſunt vltimi termini quibus nihil accipit eſſe, non anima nec obiectũ, nec enim obiectũ accipit eſſe per ipſas. Quod ſi dicas. ꝙ cum per actus habitus generantur, habitus eſt terminus dictarum operationũ, & ſic ſunt actio vel paſſio. Dicendum ꝙ dicta reſponſio magis eſt ad oppoſitum. nam quod non eſt forma actiua, non eſt principium formale inducendi aliquam formam, ſed per operationes immanentes inducitur habitus: qui eſt aliqua forma, ergo operationes immanentes non ſunt relatio actio vel paſſio. actus ergo quia virtualiter continent habitum ipſum, generant & intendunt. Ad argumentum tamen (licet ſit ad oppoſitum) dicendum. ꝙ actio illa quę ꝓprie eſt ad terminũ non põt intelligi ſine termino, ſed operationes huius poſſunt ĩtelligi ſine habitu & eſſe, vt patet in habentib⁹ habitũ intẽſiſſimũ, vti ĩ beatis, ergo ꝓprie nõ dicitur terminus quaſi intrinſecus, ſed quaſi conſequens & accidens. Cũ ergo huiuſmodi operationes aliquid ſint. & ꝓbatũ eſt ꝙ nõ ſũt ſubiecta nec relatio nec actio aut paſſio, neque quãtitas, vel aliquid extrinſecus aduenietiũ, relinqtur ꝙ ſint ĩ genere qualitatis, & cõſtat ꝙ nõ ſũt ĩ tertia vel quarta ſpecie, qa talia ſunt corporalia, nec in ſcđa, quia illa ſũt naturalis potẽtia vel impotẽtia ſũt ergo in prima, in qua credo eſt omnis perfectio ſubſtãtię ſpiritualis, q̃ non eſt Deus. vel quæ non eſt de eius ſubſtantia, ergo qualitates.

*t. 9. 20.*

*Nota quod plures latet.*

*de his Vide 13. & 15. q. 4.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

SECVNDA qõ eſt an ad huius operationes ſit aliqua ꝑ ſe mutatio? & eſt dicendũ breuiter ꝙ ſic. ꝙ patet. nã ſcđm philoſophũ. 6. phy. mutari eſt aliter ſe habere nũc q̃ prius, ſed intellectus actu intelligẽs ſe habet aliter nũc q̃ pri⁹, ergo vere ẽ mutatio ꝑ ſe, ergo ꝓprie mutatio ad huiuſmodi operationes terminat̃.

*t. c. 15. & 73.*

TERTIA queſtio eſt an huius operationũ ſit productio vel generatio, vbi intelligendũ ꝙ ſecũdũ philoſophũ 7. Meta. forma per ſe nõ generat̃, ſed cõpoſitum tñ in generatione ſubſtãtiali q̃ ſecundũ quid, & ſua ratio eſt, quia omne ꝙ fit, fit ex materia tanq̃ ex eo ꝙ eſt pars ipſius ꝙ fit. cũ igit̃ materia nõ ſit pars niſi cõpoſiti generatio ꝑ ſe, ſoli⁹ erit cõpoſiti. Prætereà. Generatio cũ ſit via de nõ eſſe ad eſſe, illius, ꝑ ſe eſt generatio, cuius ꝑ ſe eſt eſſe. cõpoſiti aũt ſiue ſuppoſiti ꝑ ſe eſt eſſe, ergo &c. Scđm

*t. c. 22. 27 & 33.*

ergo intentionẽ phi. ꝙ per ſe generat̃ eſt diuiſibile in duo .ſ. in materiã & formã. Et ideo dixerunt quidã ꝙ forma accidentalis habet ſuũ potẽtiale ex quo fit, & ſuũ formale tanꝗ intrinſeca ſui gñis, ꝙ ſi vr̃ qa accidẽtia non hñt materiã, ex qua, ſed in qua, nec eſt ad intentionẽ philoſophi, qa ipſe intelligit ꝙ cõpoſitũ in generatione p accidens p ſe generat̃ cõpoſitũ, dico ex ſubiecto & accidẽte, ſicut ſua exẽpla oñdunt, & rõ ſua eſt, ꝙ generat̃, ex eo generat̃, ꝙ p̃exiſtebat. ergo dicendũ ꝙ & ſi notitia poſſit eſſe terminus mutationis, nõ tamen generat̃ nec ꝓducit, ſed per ſe intellectus noſcẽs vel potius homo noſcẽs quia actiones ſunt ſuppoſitorũ, quare &c. Cõtra hoc arguo ꝙ intellectus noſcens nõ per ſe generat̃, qa non eſt ens per ſe, ſed per accidens, ergo nõ eſt per ſe terminus generationis. Item notitia eſt p ſe terminus ꝓductionis, qa mutationis, ſed omne tale ꝓducitur, ergo notitia producitur & generatur. Ad primũ dicendũ ꝙ ens ſecũdũ quid & per accidens eſt ſimpliciter per accidẽs & ſcd̃m quid, ſicut homo mortuꝰ eſt homo ſecũdũ quid, ſimpliciter aũt dicit̃ hõ mortuus. Generatio ergo ſimpliciter eſt in ſubſtãtia ſecundũ qd vero in accidentibus primo de gñatione, generatio ergo entis p accidens & ſcd̃m qd eſt gñatio ſimpliciter p accidẽs & ſcd̃m quid. Ad ſcd̃m dicendũ ꝙ eſt terminus alterationis & mutationis, terminus autem alterationis eſt forma, & ſimiliter mutationis nõ tñ productionis, vbi intelligendum, ꝙ mutatio eſt per ſe mutabilis. alteratio alterabilis, & motus mobilis. illud aut dicitur ꝓprie alterari & mutari, ꝙ de non tali fit tale, puta, de non albo albũ, de non noſcente noſcens, forma ergo qua fit tale proprie eſt terminus mutationis, non tamẽ mutatur, ſed tantũ mutabile mutatur. productio autem proprie eſt ſolius termini, cui per productionem acqritur eſſe, cũ ergo forma quæ eſt mutationis terminus nõ habeat eſſe proprie, ſed ſit illud quo cõpoſitum habet eſſe, ideo ipſa nõ dicitur produci, nec eſſet terminus productionis, ſed tantũ cõpoſitum, ſiue illud cõpoſitũ ſit ens per ſe, ſiue per accidens, & huiuſmodi differentia patet, qa de termino mutationis, vel de forma non dicitur ꝙ mutetur vel alteret̃, ſed eſt terminus mutationis tantum, de termino aũt generationis & productionis dicitur ꝙ eſt generatus & productus, ſiue generat̃ & ꝓducitur. Ex his corrolarie põt cõcludi ꝙ intelligere & velle in Deo, non ſunt actus ꝓductiui, nec per cõſequens principia actuum notionalium, qui ſunt generare & ſpirare: intelligere enim & velle in Deo actus operatiui ſunt, quibus ipſe beatus, quaſi perficitur, non aũt ſunt ꝓductiui. ex quo patet ꝙ nec notitia ſimplex nec amor ſimplex ſunt rationes productiuę ſiue quibus perſonę non producuntur vt quidam dicit, & ſuperius eſt improbatum. unde intelligere & velle in nobis non ſunt actiones vel paſſiones, vt dictum eſt. dicere autem ſiue intellectionem producere & ſpirare, ſeu amorem elicere ſunt actiones in nobis & de genere actionis vel quaſi de genere actionis, quare &c.

*8. met. t.c.12.* — *7. & 12.* — *t.c. 11. & Circiter. idem 5. phy.t.c.7.* — *Henr. ſupra 2. par 2. quæſ tur.*

Ad



de actione

AD ARGVMENTA principalia. Ad primum dicendum quod maior eſt vera, ſed minor falſa. Ad euidentiã aũt eius & argumentorum quibus ipſa minor probatur, Intelligendum ꝙ actio proprie ſumpta tres habet proprietates. Vna eſt quod eſt in continuo fieri. æque enim dependet ab agente in ſecundo & vltimo inſtanti, & in primo, immo in quolibet quantum durat. Secũda proprietas eſt ꝙ eſt circa aliquod receptiuum in quo eſt vt in ſubiecto, nam actio non eſt in agente, ſed in paſſo. Tertia ꝓprietas eſt, ꝙ eſt circa aliquem terminum ad quę terminet̃, q eſſe accipit p eã. idem intellige de paſſione. operationes ergo immanentes aſſimilat̃ actioni & paſſioni in prima cõditione & ſecunda. non aũt in tertia quę eſt completiua. Ad argũ ergo primũ quo p̃dicta minor ꝓbat, concedo ꝙ eſt actus ſcd̃s. nego tñ ꝙ oĩs actus ſecundus ſit actio vel paſſio, immo eſt qualitas. Ad ſecundũ dicendum, ꝙ aſſimilat̃ in ſecunda cõditione, vnde lumen & ſi fit ẽt cõtinue, nõ tñ eſt actio ſed actiones terminus. Ad tertium dicendum, ꝙ diuiſio actionis qdã eſt immanens, qdã tranſiens vno mõ eſt ęquiuoci ſiue vocis in ſua ſignificata. Alio mõ vniuoci ſiue generis in ſuas ſpẽs. ſi enim accipiatur actio tranſiens & operatio immanens q̃ eſt intelligere, velle, videre, & huius ſignificata ſunt vnius vocis tantum. ſ. actionis, & nullius vniuoci. ſi autem dicatur actio quædã eſt tranſiens quædam immanens vt electio intellectionis q̃ immanet, ſicut & ipſa intellectio, tunc eſt diuiſio vniuoci in ſuas ſpecies. Ad ſecundũ principale dicendum, quod non intendit Aug. negare lumen eſſe vt fieri ab agente & factum eſſe ſimul, ſed non permanet ſine pñs agẽtis, ſicut nec creatura rationalis conſeruatur in gratia ſine diuina præſentia, nam ad hoc ipſe eam inducit. Ad tertium patet per prædicta in tertia quæſtione, quare &c.

## QVAESTIO. VII.

SECVNDO quæro de notitia genita, quæ ſit cã gignens vel ratio gignendi eam. Et quæro vtrum pars intellectiua ꝓpria ſumpta vel aliqd eiꝰ, ſit cã totalis gignens notitiam actualẽ vel rõ gignẽdi. Et arguit̃ ꝙ nõ. quia ſcd̃o de aĩa ꝓbat phi. ſenſum eſſe paſſiuũ, nõ actiuũ, p hoc ꝙ ſi eſſet actiuus ſp ageret, ſicut ſi cõbuſtibile eẽt cõbuſtiuũ ſp cõbureret, ita arguit̃ in ꝓpoſito, ſi pars intellectiua eſſet actiua reſpectu ĩtellectionis, ſp intelligeret, & ita ſine obiecto, qd̃ eſt falſum. Confirmat̃ rõ ex ſcd̃o de aĩa, ſenſibilis & ſenſus eſt vnus actus. puta ſonatio & auditio eſt idẽ actus, ergo & ſimili motio actiua obiecti, & motio paſſiua intellectus, q̃ eſt intellectio, eſt idem actus. ergo intellectio ẽ ab obiecto. Scd̃o ſic: tertio de aĩa. Intellectus poſſibilis eſt quo ẽ oĩa fieri, ſicut ĩtellectus agẽs ẽ quo ẽ oĩa facere. ergo intellectus poſſibilis ſaltẽ nõ erit cã actiua reſpectu cognitionis. ſicut potẽtia paſſiua non eſt actiua reſpectu actus. Tertio ſic. Actiones diſtinguuntur

*to quæro. a.l. quær-* — *t.c.51.* — *t.c. 138. & inde.* — *t.c. 18.*

T 3 pẽdẽs

penes diſtinctionē principiorū
actiuorum, ſi igiť intellectus q
eſt indiſtinctus ſit prīcipiū acti
uū oīs intellectionis, tūc oēs in-
tellectiones eſſent eiuſdē ſpēi,
& ſi oēs intellectiones. ergo &
*c. 3. & in de.* oēs habitus, & ita conſequenter
oēs ſcīæ eſſent eiuſdē ſpēi. Ad
oppoſitū Aui. 9. met. Immate-
rialitas, eſt rō intellectiui ſicut
ītelligibilis. igiť ītellectus ſiue
pars intellectiua ex immateria
litate ſua ſe ſola eſt actiua re-
ſpectu intellectionis ſicut rece-
ptiua. Itē ſi obiectū, vel aliquid
eius eſſet rō formalis agēdi. er-
go intellectiones obiectorū di-
uerſorū ſpē eſſent diuerſæ ſpē,
qđ eſt falſum, conſequentia pro
bať, quia actus differūt ſpē. quę
ſunt a cauſis diuerſis ſpē. falſi-
*2. de anima. t. cō. 33.* tas conſequentis probať, quia
tūc de qualibet ſpāliſſima eſſet
ꝓpria ſcīa, & ita de plurib. ſpē-
bus ſpāliſſimis non poſſet eſſe
*Cap. 9.* vna ſcīa. Probať ēt idē ꝑ phi. 1.
ethi. vbi vult, ꝙ intelligere eſt
propria operatio hoīs, ſecundū
ꝙ homo, vnius aūt ſpēi eſt ope
ratio vna ſecundum ſpeciem.

*Hen. quol. 4. q. 7. & præpoſitiuus.* IN ISTA QVAESTIONE
eſt vna opinio, quę attribuit to
tam actiuitatem reſpectu in-
tellectionis ipſi animæ. Et im-
ponitur Augu. qui dicit. 12. ſuꝑ
Gen. c. 28. ꝙ quia imago corpo-
ris eſt in ſpū, qui eſt præſtan-
tior corpore, ideo, eſt præſtan-
tior imago corporis in ſpū, quā
ipſum corpus in ſua ſubſtītia.
& ſequitur, nec ſane putādum
eſt facere aliquod corpus in ſpi
*Cap. 29.* ritu, tanq̄ ſpiritus corpori fa-
cienti materiæ vice ſubdatur.
omni. n. modo præſtantior eſt
*3. de anima. t. cō. 19.* res quæ facit illa re de quā fa-
cit, nec vllo modo prȩſtantius
eſt corpus ſpū, immo ſpiritus
corpore. quamuis ergo incipiať
imago corporis eē in ſpū, tñ eā-
dē imaginē, non corpus in ſpū,
ſed ſpūs in ſeipſo facit celerita
te mirabili, & ſequitur. Cuius
imago mox vt oculis viſum fue
rit in ſpū videntis ſine vllius
puncti temporalis interpoſitio
ne formať. Itē. 10. de tri. c. 5. Aīa
cōuoluit & rapit imagines cor
porum factas in ſemetipſa, &
de ſemetipſa, dat enim eis for-
mandis quiddā ſubſtantię ſuæ,
ſeruat aūt aliquid quo libere
de talium imaginū ſpē iudicet,
hęc eſt mens. i. rōnalis intelli-
gētia quæ ſeruať, vt iudicet. nā
illas aīæ partes quę informanť
corporū ſimilitudinib. ēt cum
beſtijs cōes nos hr̄e ſentimus,
igitur ipſa aīa in ſe format ima
gines ipſorum cognitorū, vt di
cit iſta auctoritas, & expreſſius
*Hen. quol. 5. q. … li. … c. … Idem … tri. c. 4. & … ner… in anima … in principio.* præallegata. Pro iſta opi. arguiť
ꝑ rōnes ſic. effectus non excedit
cām in perfectione, melius eſt
aūt oē viuum non viuente ſecū
dum Aug. de ciui. ergo operatio
vitalis non pōt eſſe, niſi a prin
cipio agēdi vitali, vel viuo, iſtę
operationes cognoſcendi ſunt
operationes vitales, ergo ſunt
ab ipſa anima, ſicut a ratione
gignendi. Scđo ſic. Quanto for-
ma eſt perfectior, tāto eſt actua
lior, & ꝑ conſequens actiuior,
quia actiuū eſſe cōuenit alicui
inquantum eſt in actu, ſed aīa
intellectiua inter oēs formas ē
actualiſſima. ergo maxime acti
*a. l. actiu* ua, igiť ſe hēt in rōne actiua. *
& ſe ſola ſeipſam mouet in o-
peratione ſua, cum ēt hic poſ-
ſint formę imperfectiores, ſicut
patet de formis elementorū, &
*t. com. 18* quorundam mixtorum. Tertio
*Cap. 5.* ſic. philoſophus ſecūdo phyſico
*t. c. 16.* rum. & 6. ethicorum. & 9. me-
taphy.



taphy: diſtinguit inter actionē
& factionem. & vult ꝙ actio ꝓ-
prie dicta maneat in agente. ſi-
cut exemplificat ibi de ſpecula
tione. intellectio igitur proprie
eſt operatio manens in agente.
manet autem in parte intelle-
ctiua. vt dicit phi. 9. meta. ergo
erit ab ea vt ab agente Quar-
to, & eſt quaſi idem. Actio pro-
prie dicta, vt diſtinguitur con-
tra factionē denominat agens,
intelligere autem denominat
hominem ſecundum partem
intellectiuam, ergo eſt actiue
a parte intellectiua vel ab ho-
mine ſecundum partem intel-
lectiuam.

CONTRA ISTAM opi. ꝙ
non ſit intentio Aug. apparet.
9 de tri. c. vlti. & 30. de paruis.
Liquido tenēdum eſt ꝙ omnis
res, quam cognoſcimus, conge-
nerat in nobis notitiam ſui, ab
vtroque enim paritur notitia a
cognoſente, ſ. & cognito. Idem
2. de tri. c. 2. vel. 5. Ex viſibili,
& vidente gignitur viſio. Item.
15. de tri. c. 10. & 24. vt prædi-
ctum eſt. Formata quippe cogi
tatio ab ipſa re, quā ſcimus, ver
bum eſt. ergo intendit attribue
re aliquā cauſalitatē obiecto.
Hoc etiam arguitur ratione ſic.
*t. c. 28. t. c. 2.* Quia tm̄ ſunt quatuor gn̄a cā-
rum per ſe, ſicut apparet ex 2.
phyſicorum & 5. meta. ergo il-
lis exiſtentibus in ſe perfectis,
& non impeditis, & ſufficiēter
approximatis, ſequeť effectus
ex illis, ſi ſint cauſæ naturales,
vel poterit ſaltē eſſe ſi ſint cau-
ſæ libere agētes, & quia forma
habet eſſe aliquo modo ꝑ pro-
ductionem, & finis ſequiť pro-
ductionē rei in eſſe, aut ſi p̄ce-
dit, hoc eſt inq̄tum mouet effi-
ciens ad agendū. Iō qn̄ duæ cāę
priores ipſa re. ſ. efficiens & ma
teria ſunt in ſe perfectæ, & ap-
proximatę, & non impeditæ, ſe
quitur effectus, vel ſaltem pōt
ſequi, ergo ſi aīa eſt totalis cā
actiua notitiæ genitæ, & ipſa ē
materia diſpoſita ſiue ſubiectū
receptiuum vel ſuſceptiuū re-
ſpectu eiuſdem, & ipſa eſt ſem
per actu præſens, cum ſit cā na-
turalis, ſemper erit actualis in-
tellectio quęcūq; in ea, cuius ip
ſa eſt cā, & cuius ipſa eſt cauſa
de ſe, vel ſaltem aliqua in quā
potiſſime ipſa poteſt.

Non enim pōt poni imperfe
ctio alicuius cauſæ in ſe, reten-
ta prima hypoteſi, nec non ap-
proximatio, nec impeditio, qa
nihil vř tunc impediens. Inſtā
tia de cauſis accidentis cōpara-
tis ad ſubſtantiā excludiť, quia
ſubſtantia eſt materia in qua.
de rn̄ſione ēt ꝑ impedimentū,
quære vbi de virtutibus ſi acti-
ue. Fugere aūt ad cām ſine qua
nō, q̄ requiriť ad hoc, vt notitia
gignať, hoc eſt dicere, ꝙ oēs per
ſe cauſæ non ſunt ſufficientes
cauſæ. ſed requiriť aliqd aliud,
a quo res cauſanda dependet
eſſentialiter. ergo non erūt tm̄
quatuor cauſæ, ſiue quatuor
genera cauſarum, ſed plura, vel
aliquid dependebit eſſentiali-
ter ab aliquo, qđ nō eſt cā eius.
Itē oēs cauſæ præter quatuor
dicta ſunt accidentales rei. igi-
tur non ſimpliciter res depen-
det ab eis, nec in eſſe, nec in fie
ri, antecedens dicit exp̄ſſe Cō-
mentator. 2. phyſi. commen. 30.
& 31. Item probat, quod non
ſunt niſi quatuor cauſæ cuiuſ-
libet rei. vel aliqua iſtarum. 2.
phyſico. commento. 69. & 68.
& 70. per demonſtratiuam ſuf-
ficientiam.

Pérhoc etiam improbantur
diuerſi modi ponendi tenen-
tium iſtam opin.ſiue enim po-
natur obiectum neceſſariū in
rōne cauſę ſine qua non, vel in
rōne termini,vel in rōne excitā
tis,ſi non det ſibi aliqua ꝑ ſe cā
litas,cū ipſe ꝑ ſe cauſæ ſit ꝑfe-
ctæ in ſe,& approximatæ,& oē
impedimentum remotum,qūo
ſaluabit ꝙ ipſum neceſſario re
quiratur, niſi ponendo quinq;
genera cauſarum?

Specialiter ēt illud de excita
tione nō vr̄ valere.quæro enim
quid ſit excitare, ſi aliquid cāre
in intellectiue potētia.ergo ob-
iectū aliquid cāt, anteq̄ intel-
lectiua de ſe agat. ergo intelle-
ctiua non eſt tota cā prima re-
ſpectu cuiuſlibet in ſe cāti,ſed
ēt obiectū. Si excitare nō ſit ali
qd cāre in potentia intellecti-
ua, non aliter ſe hēt in ſe poſt
excitationem,q̄ ante,& ita non
magis excitat,nūc q̄ prius. Hęc
tn̄ rō concluderet ſimili modo
vt vr̄ contra actionē volūtatis.
Vn̄ ad ipſam rn̄deri pōt, ꝙ qn̄
aliquæ formæ hn̄t eſſentialē or
dinē.ita ꝙ vna recipit mediāte
altera in eodē ſiue ſit natura, ſi
ue potētia, & hoc ſiue ab eodē
agenre, ſiue ab alio. Dato ēt ꝙ
neutra ſit rō recipiendi alterā,
nunquam ſecunda poteſt indu
ci ab agente in ſuo receptiuo,
niſi prima ſit prius īducta. Exē
plum de volitione, & delecta-
tione, ponendo illa eſſe diuerſa
realiter,nunquam ſecunda reci
pit,niſi prius prima recipiatur,
cū tn̄ ſcda habeat oēm actiuam
naturalē præcedentē ēt anteq̄
ſit volitio,& in hmōi ordinatis
*Reſolutio* negat maior. ſimiliter de ſpē in
*notabili-* telligibili ad intellectionē, po-
*bus.* nendo ſpēm intelligibilē non
eſſe cām effectiuā, nec recepti-
uā intellectionis. Similiter de
lumine, ſi non ſit actiuū. neq;
receptiuū reſpectu ſpeciei colo
ris. Aliter dr̄, ꝙ qn̄cunque ali-
quam formam recipi in ſuo po
tētiali de neceſſitate pręexigit
aliam formam recipi in ſuo re
ceptiuo falſa ē illa maior. agēs
perfectum approximatū paſſo,
& non impeditum, poteſt age-
re.intelligendo de potentia pro
xima. Et hoc ſiue receptiuum
formæ prioris ſit eadē potētia
cum receptiuo formæ poſterio-
ris.Exemplum volitio, & dele-
ctatio in voluntate,ſiue ſint ea
dem realiter.Exēplum. in ani-
ma intellectio,& volitio ponē-
do totaliter voluntatem actiuā
reſpectu velle, ſiue in eodem
ſuppoſito recipiantur. non in
vna natura nec potentia. Exē-
plum de phantaſmate,& intel-
lectione. ſi neget ſpēs intelligi-
bilis,& actio tota det īntellectui
ſiue in alio & alio ſuppoſito re
cipiatur forma prior, & poſte-
rior. Exemplū. lumen in aere,
& in aqua a ſole. Nec hic ſalua
tur ꝓpoſitio, quod forma prior
ſit actiua reſpectu poſterioris,
vel ratio recipiendi, ſicut lumē
in medio reſpectu ſpeciei colo
ris, quia ſi in talibus inſtetur,
nihil valet inſtantia, quia ibi
actiuū ꝓximum deficeret, vel
paſſiuum proximum. In qua-
tuor autem inſtantijs poſitis
neutra conditio accidit. Nam
nec volitio eſt cauſa actiua de-
lectationis, ſed obiectū, nec re-
ceptiua, ſed volūtas, ſic in alijs,
ſecundum illas opi. Nec eſt di-
cendum, quod maior illa eſt ve
ra,niſi ab eodem ſint duo effe-
ctus neceſſarij ſecundum ordi-
nem producibiles, quia etiam
non



non eſt vera, ſi neceſſario eſt or
do inter formas a diuerſis agen
tibus inducibiles. ſicut patet in
ſtātijs poſitis. Vniuerſaliter er-
go quæcunque forma ad hoc, vt
recipiatur in ſuo paſſiuo, requi
rit aliam prius recipi in quocū-
que. Nunq̄ actiuum formæ ſe-
cundæ eſt in potentia acciden-
tali ad agendum in receptiuum
illius, niſi forma prior iam ſit
inducta. ergo poteſt dici ꝙ pro
inſtanti. pro quo eſt cauſabilis
dependet ab alijs, qa nō ē cābi-
lis, niſi naturaliter poſt aliam, q̄
præexigitur. Igitur forma po-
ſterior, quo ad fieri dependet eſ
ſentialiter ab alio, quam a ſuis
per ſe cauſis in fieri, quæ ſunt
agens & materia. Concedi po-
teſt igitur hæc concluſio, quod
prius eſſentialiter non tm̄ con-
uenit eſſe vt effectus ſit, ſed ēt
poſterius. patet in tractatu de
primo principio. Tn̄ nō proba-
biliter negat illa maior, niſi oñ
dat prioritas alterius formæ, ve
lut actiuæ reſpectu ſecūdæ, vel
rationis recipiendi, vel effectus
propinquioris cauſę communi,
vel cauſæ neceſſario prius cau-
ſanti.

*Goff. quo-* ALIA EST OPINIO
*li. 7. q. 7.* q̄ totaliter eſt in alio extremo q̄
*& quoli.* dicit ſicut colligit ex diuerſis lo
*8. q. 2. &* cis ſic opinantis, ꝙ aīa intelle-
*quoli. 9 q.* ctiua vt ītellectiua eſt, nihil ha
*19. & quo* bet actiuitatis, vel cālitatis re-
*li. 13. q. 2.* ſpectu intellectionis. Nō n hēt
talē cālitatē intellectus poſſibi
lis, ſiue informatus ſpē intelli-
gibili, q̄ ipſi negant, ſiue nud'.
quia ſecundū eos nihil idē pōt
agere in ſeipſum, qđ probat, qa
cū agens ſit tale in actu, quale
*t. c. 17. t.* paſſum eſt in potētia, vt appa-
*c. 38.* ret. 3. phy. & primo de gn̄atio-
ne, ſequit tūc, ꝙ idē eſſet in po
tētia & in actu. qđ primo vr̄ eſ-
ſe oppoſitum primi principij.
meia. noti per rationem actus
& potentiæ, & tunc etiam idē
eſſet efficiens & materia. quod
vr̄ eſſe contra phi. 2. phy. mate
ria & efficiens non coincidunt. *t. c. 70.*
tunc etiam idem referretur ad
ſe relatione reali. quod videtur
impoſſibile. 5. met. propter op- *t. c. 17. &*
poſitionē talium relationum, *20.*
tandem ad hæc deducunt, quod
poneretur quodlibet in ſe age-
re, & mouere ſe, vt pote quod
aer ad præſentiam ſolis illumi-
naret ſe, & non ſol, & lignū ad
præſentiam ignis calefaceret
ſe, & non ignis, nec eſſet ratio,
quare non eſſet aliquid natura-
liter ſic cauſatiuum cuiuſcun-
que noui in ſe, quia non eſſet
vnde prohiberetur * quin quod
libet eſſet cauſatiuum cuiuſcū- *a. l. proba*
que noui in ſe. Ex iſtis propoſi- *retur can-*
tionibus dicunt ꝙ agens & pa- *cellatur*
tiens diſtincta ſunt ſubiecto, & *in origi-*
pro confirmatione dicunt ꝙ q̄- *nali.*
cunque difficultates accidunt *a. l. pro cō*
in aliqua materia, non ſunt ꝑꝑ *firmatio-*
eas negāda iſta principia, quia *ne addi-*
tunc tollitur omnis inquiſitio *tur quod.*
veritatis per talia principia ne
gata, qua enim ratione negan-
tur in vna materia. & in alia.
Propter idem, dicunt quod in-
tellectus agens non poteſt ali-
quid cauſare effectiue in intel-
lectu poſſibili, quia non di-
ſtinguitur ab eo ſubiecto, ſed
quaſi formaliter ipſum lumi-
ne ſuo perfundendo, vel perfi-
ciendo, huius illuſtrationem
facit, ſicut cum producitur ali-
quod corpus luminoſum, in
quo ſunt iſtæ duæ perfectio-
nis, ſcilicet dyaphaneitas, &
ipſa lux, dicitur quod lux hoc
corpus per ſpicuū facit lumino-
ſum,

ſum, non trāſmutando ipſum a potentia præcedente actū ad talem actum, ſed totum ſimul factum eſt ſecundum rationē cauſæ efficientis ab agente extrinſeco producente corpus tale* ad eſſe tale, ſed ideo dicitur lux facere illud corpus luminoſum, quia eſt formaliter perficiens illud corpus, ita eſt in propoſito, intellectus agēs in rōne cauſæ efficiētis, nihil agit ī intellectum poſſibilem. ſed qui creauit animam per modū cauſæ efficientis, ipſe in ea hanc illuſtrationem fecit, iſtas potentias ſimul in eadē ſubſtātia producendo. Similiter ponunt, ꝙ intellectus agens nullā operationem habet reſpectu intellectionis, niſi quatenus habet actionem circa obiectum intelligibile, quatenus. ſ. agit ad hoc, vt illud habeat rōnem mouentis, & obiecti in actu, ergo ad ipſam intellectionē præter iſta duo, intellectus agens nullam actionem immediate habebit. Quid igitur cauſabit effectiue intellectionem? Reſpondēt, ꝙ obiectum idem ſecundum rem efficit intellectionem, & volitionem, & hoc inquantum relucet in phantaſmate illuſtrato ab in intellectu agente, non effectiue, ſed quaſi formaliter concurrente reſpectu intelligibilis. Qualiter autem ſit poſſibile phantaſma mouere intellectum poſſibilem, cum tamen virtus phātaſtica & intellectus poſſibilis ſint in eadem ſubſtātia animæ, & phantaſma nō diſtinguitur ſubiecto ab intellectu poſſibili? Dicunt ꝙ anima poteſt cōſiderari dupliciter, vel ſecundum eſſentiam, vel ſecundum potētias. Primo modo eſt totum in qualibet parte corporis, nec eſt principium alicuius operationis. Secundo modo aliqua potentia determinat ſibi aliquam partē corporis, vt organica, aliqua non, vt intellectiua, quia ipſa ſub ratione talis potentię nō eſt in iſta parte corporis, nec in illa, quia in nulla eſt, quia per ſe nec in toto, nec in aliqua parte, ſicut nec operationes, quæ per eam exercētur: ſicut ergo potentia, quæ eſſet in alia parte corporis, q̄ eſt phantaſia, poſſet immutari ab eo qđ eſt in phantaſia. ita potentia, q̄ non eſt determinata ad partē, in qua eſt phantaſia, ſed eſt extra illam, ſic ꝙ non eſt ibi plus quā in pede, poterit immutari ab eo quod eſt in phantaſia. ita eſt in propoſito, quia illæ potētię nō ſunt alligatæ, & immerſæ materiæ ſicut alię.

*a. l. aut tale.*

CONTRA ISTAM opinionem intellectus agēs ſecundū eum nihil cauſat, ꝙ ſit formaliter in phantaſmate, ſed ſolum ſit remotio prohibentiū per quēdam cōtactum ſpiritualem huius lucis ad phantaſmata, qua remotione facta virtute intellectus agētis fit informatio intellectus poſſibilis. Et ex hoc ſequitur, ꝙ nihil ꝙ eſt in intellectiua parte, vt intellectiua comprehendit intellectum agentem, & poſſibilem habebit aliquam rationem actiui, ſiue vt agentis, ſiue vt rationis agendi, reſpectu cuiuſcūque intellectionis, & ita tantum phantaſma effectiue ſe habet ad intelctionem. vel ſi ſit ibi efficientia aliqua per quam effectiue fiat irradiatio, vel illuſtratio ſuper phantaſmata, illa efficientia erit præciſe ipſius Dei qui creauit



creauit talem lumē in intellectu poſſibili, vel ergo Deus agit immediate ad intellectionem quācunque, vel tm̄ phantaſma erit cauſa omnium actionum intellectiuæ partis, tam intellectionū q̄ volitionū. Nihil ergo aliud a Deo ſe habet actiue reſpectu intellectionis cuiuſcunque, niſi phātaſma ſolū. hoc vr̄ valde inconueniens, quia viliſicat valde naturam animæ. nullam. n. vr̄ perfectionem phantaſmam cauſare poſſe in intellectu. quæ excedit nobilitatem eius, quia effectus æquiuocus nō poteſt excedere cauſam ſuā: ſed deficit, igitur nihil cauſatum præciſe a phantaſmate, ſicut a tota cauſa actiua (ſicut ponit iſta opinio de intellectione) poteſt eſſe perfectius phantaſmate, ſed neceſſario imperfectius, & ita nulla operatio, ſiue intellectio erit in homine perfectior phantaſmate. quod eſt abſurdum. Iuxta ſecundam rationem contra Goffredū. videtur contra ipſum quomodo animal phātaſiatur abſque ſenſatione exteriori? quid enim ibi mouet organum ad actum? Nihil certe videtur ibi diſtinctum ſubiecto, niſi ponat memoriam ſenſitiuam in alio organo a phantaſia, & illā mouere phantaſiam ad imaginandum.

Item ſecundo, ex iſta opinione ſequitur, quòd angelus in quo non poteſt poni talis diſtinctio in ſubiecto, nullam intellectionem poſſet habere nouam, quantumcunque habeat obiecta multa præſentia habitualiter. immo nullam poteſt habere effectiue, niſi a Deo, quia oppoſito poſito, intellectus mouebitur a ſe, vel agens & patiens erunt indiſtincta ſubiecto. hoc videtur ipſe concedere, quia ponit, quòd angelū poſſe habere nouam intellectionem, eſt mere creditum.

Hæc reſponſio non videtur chriſtiani, ſed puri philoſophi pagani, cum angelus multa noua ſciat, & ſit beatus in operatione ſua. Hoc etiam non euadit. Nullum enim creditum repugnat concluſioni ſequēti ex veris principijs. Ex iſto autem principio neceſſario. Agens & patiens ſunt diſtincta ſubiecto, ſequitur quòd intellectus non poteſt habere ex ſe aliquam intellectionem actiue. ergo ſi oppoſitum huius concluſionis eſt creditum, principium illud, ex quo ſequitur iſta concluſio, eſt falſum. hoc magis patet de velle. cōſtat enim quòd primum velle malum angelus immediate non habuit a Deo, patet igitur quòd ibi agens fuit indiſtinctum ſubiecto a paſſo.

*Quia veritas fidei non repugnat naturali veritati.*

Tertio ſequitur, quòd non oportet ponere aliquem habitum in intellectu, quia ad ordinate intelligendum requiritur & ſufficit, ſecūdum iſtam opin. quòd phantaſmata ordinate occurrant, quæ occurrentia ordinate mouent intellectum: ſed quòd ipſa ordinate occurrant, nō poteſt fieri per habitum in intellectu, quia nihil in paſſo dat mouenti ordinate mouere, aut ſaltem per habitum in phantaſia poſſunt ordinate occurrere abſque omni habitu intellectu. ergo &c. Confirmatur quia ideo (ſecundū iſtos) negāt habitus in voluntate, qa ipſa faciliter mouet cōformiter intellectui. ergo a ſimili cū mouet intel-

tellectus a phantaſmatibus, eo mō quo occurrunt, ſufficit habitus in phantaſia, ad hoc ꝙ ordinate occurrāt, hęc tria argumēta pondero. Fiunt talia argumēta contra eos primo ſic. Tertio ſi phantaſma cauſat omnē intellectionem effectiue, & cauſa naturalis non agit niſi ſecundū naturā illam, qua eſt actu. phantaſma nunquam cauſabit aliquam intellectionem i⁊ intellectu, niſi conformem phantaſmati. & ita nunq̃ cauſabit compoſitionem falſam, repugnantē rationi terminorum, quorum phātaſmata ſunt in virtute phātaſtica, aut ſi quodammodo poteſt, ſicut reſpondent, ꝙ per vnū oppoſitū cognitum poteſt ſuū oppoſitum cognoſci, hoc nō eſt niſi per vnam compoſitionē veram poteſt cognoſcere oppoſitam eſſe falſam. Sed nunquam idem phantaſma cauſabit aliquam intellectionem falſam tā quàm veram, vel econuerſo. Et ſi dicas, ꝙ phantaſma falſe repræſentat obiectum, ideo cauſat intellectionem falſam in intellectu. Sequitur, ꝙ idem phātaſma manens idem, nunq̃ poteſt cauſare aſſenſum oppoſitū, & ita non poterit intellectus eandem compoſitionem apprehendere, nunc vt veram, nunc vt falſam. Item, quando dicitur ꝙ intellectio ſecundum philoſophum eſt actio manēs intra. Reſpondent, ꝙ intelligere ſecūdum modum ſignificandi grammaticalem, ſignificat actiue, & intelligi paſſiue. tamen ſecundum rem intelligere eſt paſſio, & quod intelligitur eſt agēs. Intelligere. n. nō ſignificat aliq̄d, vt habet eſſe in ſubiecto in ſe, & abſolute. ſed quaſi tendens in alterum, vt in obiectū, ſiue vt in terminū. & quia actionis eſt procedere ab agēte, & tedere in paſſum, ideo tales perfectiones q̃ in re ſunt paſſiones, hoc eſt manentes in eo, q̄d denominatur ab eis per modum actionis, dicuntur eſſe actiones immanentes. Contra, philoſophus diſtinguēs actionem a factione. 3. phyſi. & 6. Ethyco. c. 5. & 9. Me. aſſignat diuerſa principia propria actioni & factioni, quod non oporteret ſi intelligeret, q̄d illud quod aſſignat eſſe actionem eſſet paſſio, quia tūc nō oporteret aſſignare ſibi principium actiuum propriū, non enim oporteret prudentiam eſſe actiuam. ſicut ars eſt habitus factiuus, ſi actio nihil eſſet, niſi quædam forma recepta in alio, vt in eo, quod dicitur agens. Item habitus non ponitur præciſe ad patiendum, & maxime in paſſiuo ſumme diſpoſito ad formam, non. n. oportet illud facilitari ad recipiēdū, quod in ſe eſt ſumme diſpoſitū ad recipiēdū. ſed intellectus eſt ſumme diſpoſitus ad quācunque intellectionem, quia nihil habet cōtrarium. ergo nō oportet ponere aliquem habitū in intellectu, ſi præciſe eſſet paſſiuus reſpectu ītellectionis: probatur prima propoſitio, quia habitus eſt quo vtimur cum volumus, & habitus habētem perficit, & opus eius bonum reddit. ex. 2. Ethycorum omnia iſta attribuunt aliquam actiuitatem habitui. Item quomodo intellectus diſcurret ſyllogizando, vel argumētando, ſi phātaſma cauſat omnem intellectionem. Non enim videtur intelligibile, quomodo phantaſmata

*Not. quod doctor fecit tres rationes ſpeciales hic quas ponderauit et alias. 6. cōmunes ad iunxit quarum prima incipit ibi tertio ſi phantaſma &c. et ſecundum hoc varie computabis argumēta.*

*T. c. 23. t. c. 16.*





ta decurrentia cauſant omnem diſcurſum.

Cōfirmatur, quia intellectus conferens. a. ad. b. ſecundum talem habitudinem qualis eſt ipſorum ex natura rei, non cauſat relationes rationis. puta quādo comparat ea, vt differentia & contraria, vt totum, & partē, & huiuſmodi. ergo ſola illa collatione cauſatur relatio rationis. quæ nec in eſſe, nec in cognoſci conſequitur extrema ex natura eorum. ergo extrema non ſunt cauſa illius actus collatiui.

Item quomodo cauſabuntur intentiones logicæ, vel relationes rationis? ſi enim phantaſma cauſat omnem intellectionem, quæcunque cauſata ab eo erit realis, quia illa dicitur eſſe realis intellectio, quæ cauſatur immediate a re vel a ſpecie repræſentante rem in ſe. ergo nulla ītellectio cābit intētiones logicas, vel relationes rationis, quia intellectus nullo actu ſuo poterit conferre obiectum ad aliud, quæ collatio cauſat relationem rationis, vel intentionem ſecundam in obiecto. Item quomodo reflectetur intellectus ſupra actum ſuum? & hoc quomodo erit in poteſtate potentiæ reflectētis? Si enim phantaſma cauſans aliquā intellectionem, habet naturaliter cauſare reflexionem ſuper iſtam actionem, pari ratione, & reflexionem reflexionis, & ſic in infinitum, vt dicit Aug. 15. de trini. Si autem non habet cauſare reflexionem, ſed tantum actū abſolutum, & poſtea occurrat aliud phātaſma, non videtur poſſe aſſignari, quomodo poſſet eſſe aliqua reflexio ſuper aliquem actum. Item, quomodo illud non vilificat animam quod omnem actionem ſuam naturalem, quæ eſt perfectio naturalis, tam perfecti entis effectiue cauſet phantaſma? nullā enim perfectionem videtur poſſe cauſare phantaſma in intellectu, quæ excedat nobilitatem eius, quia effectus æquiuocus non poteſt excedere cauſam æquiuocam, ſed deficit: igitur nihil præciſe cauſatum a phantaſmate ſicut a tota cauſa actiua poteſt eſſe perfectius phantaſmate, ſed imperfectius eo, & ita nulla perfectio erit in homine maior ipſo phantaſmate, quod eſt abſurdiſſimum &c.

Iſtarum 6. rationum factarum contra opinionem Thomę & Goffiedi. prima non cogit contra eos. quærit enim difficultatem communem omni opinioni, ſiue enim phantaſma ponitur cauſa actiua intellectionis, ſiue ſpecies intelligibilis, ſiue intellectus, cum quodcunque iſtorum ſit principium naturaliter agendi, non libere, ſemper æque poteſt quæri quomodo oppoſita poſſunt cauſari in intellectu vt nunc opinio vera, vel ſcientia de aliquo, nūc opinio falſa, vel error de eodē, Secunda non cogit, quia prudentia ponitur principium actiuum propter actum alium, qui eſt actio ad quam ſuus proprius extenditur, vt regula ad regulatū, ſicut proprius actus artis extenditur ad aliū qui eſt factio, licet tamen neuter habitus ſit proprie principiū actiuum reſpectu ſui actus. Item illud ſecundi Ethycorum. habitus eſt qui habētem perficit, debet intellig: nō effectiue, q̄a nō

*In aliquibus originalibus. ponitur, vacat ſuper totali tera, præcedente ſcilicet opiniōis et impugnationis eius ſed totum legatur & diligēter.*

ſic bonum reddit, ſed tantum inclinatiue. Quartum coincidit cum tertio ponderato.ſ.quomodo habitus diſcurrit, vt phātaſmata ordinate in diſcurſu occurrant, niſi ponatur ille habitus in virtute phantaſtica, non in intellectu, ꝙ forte concederet. Sextum vero quęrit quomodo in poteſtate noſtra eſt, quam intellectionem habeamus poſt alteram, & per quid cognoſcitur actus ſuper quem reflectimus. primum quidem eſt propter voluntatem, ſecundum eſt per veſtigiū derelictū ab actu illo, igit̄ illo derelicto pōt haberi actus reflexus ꝑ illud elicitiue voluntate imperante, & pōt nō haberi voluntate īperante aliā intellectionem. Aliter poteſt dici, quòd cognoſcitur per phantaſma. ꝙ primo oſtendit obiectum, ſecundo cauſatū ab obiecto. Tamen non erit neceſſe ipſum cauſare intellectionem intellectionis, niſi quando voluntas imperat. Quintum videtur ponderandum, ſi nulla comparatio eſt relatio rationis, quam extrema nata ſunt cauſare in intellectu. Si enim iſta propoſitio eſt vera, tunc licet intellectiones ſimplicium comparatorum cauſentur ab illis. non tamen comparatio illa, quæ eſt in actu collatiuo, quo cauſatur in extremo relatio rōnis. Poſſet dici ꝙ aliqua habitudo conſequitur extrema in re, & illa in cognitione conſequitur extrema cognita, puta qualitas iſta eſt realis, alia non conſequitur extrema in re, nec neceſſario in cognitione, poſſunt tamen ipſa extrema cauſare actum collatiuū elicitiue, quia voluntas imperat, cauſato autē actu colatiuo ſecundum talem reſpectū, qui non conſequitur extrema in re. cauſatur relatio rationis.

TERTIA OPI. ponit ꝙ intelligibile vt ſimpliciter præſens intellectui, non per ſpeciem intelligibilem, ſed ꝑ phātaſma vt illuſtratur ab intellectu agēte eſt in intellectu poſſibili vt in memoria, vt autem immutat ad actum intelligēdi eſt in eo vt ī itelligentia, cuiꝰ notitia terminat̄ in ipſum obiectum. Et quantum ad iſta duo intellectus eſt paſſiuus. videlicet inquātum eſt memoria habens obiectum ſimpliciter præſens, & inquantum intelligentia eſt ab obiecto ſic ꝑſente mota ad primum actum intelligēdi. Sed ītellectus factus in actu primo, naturali acumine ſuo poteſt ſuffodere & diſcurrere in vnoquoque quid ſit componēdo diuidendo differentias conuenientes cum diuiſo, & ratiocinando, & ſic inquirere quid reſpectu intellectus ſimplicis. & propter quid. reſpectu cōplexi, vt reſpectu concluſionis ſcibilis. Et in iſto diſcurſu intellectus, inquātū diſcurrit eſt actiuus, inquantum tamen concipit eſt paſſiuus. Iſtę idem iſtam poſitionem de paſſione reſpectu notitiæ primæ ſimplicis & confuſę & actione reſpectu notitiæ diſtinctæ inueſtigatæ, videtur retractare & corrigere alibi, vbi inquirens de principio actiuo actionū vitalium. ſ. ſenſationis, & intellectionis, ponit quod illud principiū eſt aliquid in ipſo animato, & non ſolum obiectum extra, ſicut & in ſenſu ponit, ꝙ ſpecies impreſſa in organo tātum inclinat, & inclinando excitat potentiā & quaſi

*Hen. quolibe. 5. q. 14.*

*Hen. quo. li. 3. q. 5.*

quaſi



quaſi euocat ipſam ad propriā operationem. Ita phātaſma in virtute phantaſtica inclinat intellectum, ita ꝙ intellectus inclinatus ſit in vltima diſpoſitione ad eliciendum intellectionē, tanquam ſuam propriam operationem. Et pro iſta opinione adducit ibi vnam rationem ꝑ iſtis actionibus, * ꝙ ſint vitales & nulla actio tranſcendit perfectionem agentis. & aliam de actione manente in agente, & iſtæ ſunt proprie actiones, & denomināt ꝓpriæ ipſum agēs, ſicut lucere ſe habet ad ipſum lucens, non illuminare. Ad hoc concordat ratio Auguſtini, ꝙ anima format ī ſe imagines cognitorum, quę tres rationes adductæ fuerunt prius pro prima opi.

*a. l. quia.*

CONTRA neutra iſtarū opinionum, nec retractata nec * retractanda videtur eſſe vera. Non retractata quia aut intellectus factus in actu ſecundū notitiam primā confuſam eſt actiuus virtute ſui reſpectu intellectionis ſecundæ, aut virtute illius notitię primæ confuſæ. Si virtute ſui, non videt̄ rationabile ꝙ aliqua cā poſſit eſſe actiua reſpectu perfectioris in aliqua ſpecie, & nullo modo poſſit eſſe cauſa actiua reſpectu imperfectioris eiuſdē rōnis. Intellectio autem confuſa, & diſtincta albi videtur eſſe intellectiones eiuſdē rationis, quia eiuſdē obiecti. ergo videtur inconueniēs ꝙ intellectus de ſe poſſit eſſe cauſatiuus reſpectu ſecundæ intellectionis, quę eſt perfectior. & nō reſpectu primæ. Si autem dicas ꝙ reſpectu ſecundæ eſt actiuus virtute actus primi. Cōtra, actꝰ impfectior non poteſt eſſe ratio formalis cauſandi actum ꝑfectiorem, quia tunc non eſſet, vnde poſſet probari Deum eſſe perfectiſſimum ens, ſi effectus poſſet excedere cauſam ſuā totalem in perfectione, cognitio autem diſtincta eſt nobilior cognitione confuſa. ergo illa confuſa non eſt formalis eliciendi vel cauſandi illam diſtinctam. Opinio etiam retractans nō videtur eſſe vera, quia quæro qd intelligitur per inclinationem, aut aliqua forma quę ſit in intellectu per quam inclinet̄, aut nihil. Si nihil non magis inclinatur nunc, q̄ prius inclinabat̄. Si aliqua forma aut actus intelligendi, & tunc oppoſitum opinioni eorum, quia obiectū cauſabit actum, aut aliquid prius actu intelligendi, vt ſpecies, q̄ ipſi negant. Item in cauſis eſſentialiter ordinatis inferior nō inclinat ſuperiorem, ſed econuerſo, reſpectu autem intellectionis pars intellectiua eſt cauſa ſuperior, q̄ ſpecies alicuius obiecti, vt patebit in ſequenti queſtione. ergo obiectum non inclinat intellectum.

*a. l. retractans.*

Reſpondeo, non eſt habitus, nec actus, nec ſpecies: ſed quoddam quartum. Cōtra, q̄uis hoc ſtatim videatur inconueniens, tamē arguitur ſic. ſit illud quartū a. tunc ſic. Aut ſine illo. a. eſt ī intellectu tota virtꝰ actiua reſpectu ītellectionis huius, aut non. Si ſic, ergo ſine illo poteſt intellectus in hanc intellectionē, & ita in determinationem omnem requiſitam, quia hæc vt hic eſt determinatiſſima. & ita. a. propter nihil erit neceſſarium. Si non. ergo dat. a. virtutem actiuam vel totam, vel partialem ipſi intellectui, & ita

actio

actio non erit ab intra vt a totali principio actiuo.

*Thom. in 1. parte ſum. q. 85. art. 2.*

QVINTA OPINIO ponit, ꝙ ſpecies obiecti in intellectu, vel ipſum obiectũ in ſe præſens, eſt gignens, vel eſt ratio gignendi notitiam actualẽ in intellectu. Et ipſe intellectus tantummodo ſe habet tanquam materiale, vel informatus illa ſpecie, vel per obiectũ ſupplens vicem ſpeciei. Ad hoc arguitur ſic. Commentator tertio de anima commento 5. Intellectus ſe habet ad formas vniuerſales, ſicut materia prima ad formas indiuiduales. Et alibi. anima noſtra eſt infimũ in genere intelligibiliũ, ſicut materia in genere entium. Et 3. de Anima. & 8. Phyſi. Intellectus ante habitum eſt in potentia eſſentiali, ſicut materia ante formam. Et 3 de Anima. Intellectus nihil eſt eorum, quę ſunt ante intelligere. Ex omnibus iſtis concluditur potentiam intellectiuam reſpectu intelligibilis eſſe pure potentialem: ſed quod eſt pure potentiale non poteſt eſſe principium actiuum alicuius actus, niſi informatũ aliqua forma, & tunc principiũ formale erit forma. Arguitur vlterius, ꝙ ipſa forma, quæ eſt principium agendi ſit ſimilitudo obiecti, quia ſicut factio eſt formaliter per formam, qua faciens aſſimilatur facto, ita actio videtur eſſe formaliter per illam formam qua agens aſſimilatur obiecto, & ita illa ſimilitudo erit formaliter ratio agendi. Ad hoc etiam adducitur, ꝙ agens indeterminatum nõ poteſt in actionem determinatã, vel circa obiectum determinatum, niſi determinetur, intellectus de ſe eſt indeterminatus ad omne intelligibile. & ad omnem intellectionẽ. ergo ad hoc ꝙ intelligat aliquid: requiritur determinatio aliqua, illa non eſt niſi per ſpeciem intelligibilem. igitur illa ſpecies intelligibilis requiritur, vt principium determinatiuum.

*Cõ. 18. t. c. 8. 2. de Aĩa tex. c. 2. expreſſius habetur. tex. c. 32. & c. 5.*

*Aegidius quoli. 3. q. 12. & 13.*

SEXTA OPINIO quæ redit in idem quantum ad concluſionem huius quintę opinionis eſt, ꝙ ipſa notitia actualis genita, ſiue in ſenſu, ſiue in intellectu eſt ſpecies. Et tunc ſicut ratio formalis gignendi ſpeciem actualem, quæ dicitur notitia actualis eſt ratio obiecti, vel ſpecies obiecti in memoria, ita ſequitur quo ad propoſitũ, ꝙ ratio formalis gignendi notitiam actualem eſt * ipſum obiectum, vel aliqua ſpecies in virtute obiecti. Et hoc ita ꝙ quando obiectum eſt in ſe præſens ab eo egreditur, vel generatur ſpecies, quę eſt intellectio, cum autem non eſt in ſe præſens, ſed per ſpeciem in memoria, tunc per illam ſpeciem vel virtute illius ſpeciei gignetur alia ſpecies, quæ eſt intellectio. Pro iſta opinione quatenus dicit ſpeciem intelligibilẽ eſſe notitiam actualem, adducitur Aug. 2. de tri. c. 2. vel 4. vbi inquit, illa tamen informatio ſenſus, quæ viſio dicitur, a ſolo imprimitur corpore, quod videtur, quod autem imprimitur, vel gignitur a ſolo corpore eſt ſpecies, ergo illa ſpecies eſt viſio ſecundum Aug. Hoc idem ſecundo probatur per philoſophum. 2. de Anima, qui vult ꝙ idem ſit ſonatio, & auditio, q̃a idem eſt actus actiui & paſſiui, & per philoſophum. 3. Phiſ. ſed ſonatio in actu cauſat ſpeciem ſoni in aure. ergo illa ſpecies cauſata eſt idem cum auditione, & ita ſpecies intelligibilis & intellectio idem ſunt.

*a. l. primũ*



CONCLVSIO iſtarum duarum opi. vltimarum improbatur per quędam argumẽta facta contra opinionem ſecundã. Nam effectus ęquiuocus nõ poteſt excedere in pfectione cãm equiuocam, ſed deficit neceſſario ab ea. Intellectio eſſet effectus æquiuocus ſpeciei intelligibilis. ſi ab ea ſola cauſaretur, & ita ſimpliciter eſſet imperfectior ſpecie intelligibili, quod non eſt verum.

Iſta rõ quę fuit prima cõtra ſcđam opinionẽ minus eſt euidẽs cõtra iſtas, quia ſpẽs intelligibilis eſt nobilior phantaſmate. Secunda etiam ratio, & tertia contra ſecundam opinionẽ, non ſunt cõtra iſtas. Aliæ ſex rõnes quas nõ ponderaui poſſunt hic fieri. Nã primo habitus. &c.

Similiter habitus nõ vr̃ neceſſarius, ſicut argutũ eſt ibi in quinta rõne. Similiter qũo fieret diſcurſus? Similiter qũo reflexio? qũo cãrent relationes rationis ſiue intentiones logicę? Qũo complexio falſa cui aſſentiretur? tanq̃ veræ ſi ſola ſpecies intelligibilis genita a phantaſmate eſſet ratio formalis omnis intellectionis. Similiter tũc ſpecies eſſet magis potẽtia intellectiua, q̃ ĩtellectus. & ita ipſa ſeparata haberet eũdẽ actũ, ſicut calor ſeparatus calefaceret. Similiter tunc intelligere non videretur propria pfectio ipſius intellectus, q̃a nihil vr̃ eſſentialiter ordinari ad illã operationem, ad cuius principiũ ſe habet in potẽtia cõtradictionis ſicut ad accidens per accidẽs, ſicut calefieri nõ vr̃ propria perfectio ligni, ex quo lignũ ſe habet ad calorẽ, ſicut ad accidens p accidẽs. ſed ita ſe haberet intellectus, ſcđm iſtã opinionẽ ad ſpẽm intelligibilẽ, q̃ eſſet principiũ intellectionis, igiť &c. Similiter tã in ſenſu, q̃ in intellectu poſito eodem repræſentante, maior attentio vel conatus facit actum perfectiorem. Idem enim habens eãdem ſpeciẽ intelligibilem vel phantaſma perfectius intelligit illud, ad cuius intellectionem magis conatur, & minus, quando minus. Ita etiam in ſenſu eodem obiecto præſente, & in eodẽ lumine, & in eadem diſtantia perfectius vr̃ aliquid per maiorem attentionem in videndo. Patet ẽt ex hoc, ꝙ magis qñque lędiť viſus pp maiorẽ attentionem, imo cæteris paribus, vnus oculus magis attẽtus poſſet multũ offendi in viſione alicuius, in qua minus alius offenditur, ſicut patet p experientiam. Patet ẽt ſcđm Aug. ſecundo de tri. ca. 2. ꝙ in attento multum remanent ſpecies poſt viſionem, quę non remanent in oculo non attendentis. Ad iſta tria media poteſt reſponderi.

Ad primũ ꝙ potentia intellectiua eſt qua intelligimus, intelligimus aũt ea inquãtũ ipſa habet formaliter ĩtellectionẽ, ſpecies aũt nõ eſt nata hr̃e eã, nec eſſe ratio habendi illam. Quod adducitur, ꝙ etiam ſeparata haberet actum, ſi intelligatur habere ſubiectiue, patet ꝙ nõ valet. ſi effectiue. Reſpondeo non habet paſſum in quod agat pręcipue ſi non eſt nata eſſe principium agendi in aliud, quia

non eſt factionis principium, tantum actionis imanentis in eodem ſubiecto cũ ipſa. Ad ſecundum pōt dici ꝙ maior illa ſ. nihil videt̃ eſſentialiter ordinari &c. Falſa eſt in his, quæ nō pñt ex ſe cō ſequi finẽ ad quẽ ordinant̃, ſed tm̃ actione extrinſeci dãtis ſibi aliquod accñs per ꝙ operatur, & attingat finẽ ſuum, ſic eſt hic Ad tertiũ. illa attentio voluntatis eſt, qua vehementius applicante ſe ad obiectũ, potentia cognitiua inferior vehemẽtius patitur ab illo obiecto, & ideo perfectius cognoſcit, licet non agat ad illũ ſecundũ actum. Sed contra ſecundã opinionem arguit̃ ſpecialiter, ꝙ ipſa ſit falſa, tam in ſenſu, q̃ in intellectu. In ſenſu, quia ſi ſpecies iſta, q̃ ẽ viſio, ſit eiuſdẽ rõnis cũ illa, q̃ eſt in medio, illa ĩ medio erit formaliter viſio, ergo mediũ formaliter hñs eam erit formaliter videns. Si autẽ præter hanc ſpeciem in viſu, q̃ ponit̃ viſio ſit alia alterius rõnis ab ea, & alia eiuſdem rõnis cum illa quæ eſt in medio, habet̃ propoſitũ ſcilicet ꝙ licet illud quod eſt viſio dicatur ſpecies, tamẽ eſt aliquid aliud prius eo in oculo, & alterius rationis, & illud, vt cõmuniter dicitur eſt ſpecies. Et ita ſpecies ꝓprie dicta differret ab actione. Si dicas, ꝙ ſpecies in medium differt a ſpecie in oculo propter diuerſa recipientia, hoc nihil eſt, quia ſicut albedo eſt eiuſdem rationis in lapide & equo. & ideo vtrunque eſt formaliter album ſecundum eandem rationem albi. ita ſi illa qualitas quę dicitur ſpecies ſit eiuſdem rationis in oculo & in medio, ſi illa de ſe ſit viſio formaliter, viſio formaliter erit in vtroque. & in quocũque eſt formaliter viſio, illud formaliter eſt videns. Principale etiã ꝓpoſitũ patet, quia in oculo cęco manente tñ ſic mixto, vt prius, cauſatur ſpecies. Similiter in oculo dormientis. alias non excitaretur ab excellenti ſenſibili pñte. Non etiam aliter aliquis excitaret̃ a ſono excellenti, niſi ſpecies eſſet in aure. tñ in iſtis non eſt viſio. Ita etiam in oculo bene diſpoſito recipitur aliqua ſpecies eiuſdem rationis cum illa, quæ eſt in medio, ex hoc ꝙ ipſũ organũ ẽ ſimilis diſpõnis cum medio propter perſpicuitatem vtriuſq;, & dyaphaneitatẽ ex ſecundo de anima, & iſta nõ erit formaliter viſio, ſed prior viſione. Quod etiam hoc de intellectu ſit falſum. patet coniũgendo aliqua dicta ſic opinãtis, poſuit enim nullam eſſe aliam ſpeciem ab eſſentia diuina in viſione beata, & beatitudinem eſſentialiter conſiſtere in ſola viſione. Cõiunge iſtud dictũ, quod viſio formaliter eſt ſpẽs, & ſequitur ꝙ beatitudo noſtra erit formaliter eſſentia diuina. ꝓbatio, beatitudo formaliter ẽ viſio ſecundũ eos, viſio formaliter eſt ſpecies ſcd̃m eos. ſpecies eſt formaliter eſſentia diuina. ergo eſſentia diuina eſt formaliter beatitudo noſtra. Sed hęc cõcluſio eſt incõueniens, aut negent iſtam pręmiſſam, ꝙ viſio eſt ſpecies, aut ponãt ꝙ eſſentia diuina habet aliam ſpeciẽ a ſe, aut beatitudinẽ eſſentialiter, in alio quam in actu viſionis.

*T.c. 118 & inde.*

Si dicatur vbi eſt ſpecies intelligibilis alia ab obiecto, illa eſt intellectio, ſed vbi non eſt alia ſpecies ab obiecto, ibi intellectio non eſt obiectũ in beatitudine



dine, igitur negarent ſpeciem aliam ab obiecto & actu, ſed nõ negat̃ eſſe alia ab obiecto. Contra, nullius obiecti eſt alia ſpẽs intelligibilis, niſi ſola intellectio ſcd̃m iſtos, igitur cuius obiecti eſt intellectio alia ab ipſo, eius eſt ſpecies intelligibilis, igit̃ ita debet concedi ſpecies in viſione Dei ſicut in intellectione cuiuſcũq; alterius obiecti.

*Documentum ſingulare.*

Nota ꝙ intellectionis ad obiectum inquantũ eſt motiuũ intellect⁹ ſiue magis ꝓprie inquantũ eſt cauſatiuũ intellectionis eſt relatio pertinens ad ſecundũ modũ relatiuorum, ſicut filii ad patrẽ, vel coloris geniti ad gignẽtem. Relatio etiam intellectus ad obiectũ, vt mobilis ad motiuum pertinet ad ſecundũ modũ ſicut relatio calefactibilis ad calefactiuũ. ſed præter iſtas relationes ſecũdi modi eſt alia relatio intellectionis ad obectũ, vt terminati ad terminãs: nõ enim tãtum intellectio eſt ab obiecto vt a cauſa efficiente totali vel partiali, ſed eſt ad ipſum, vt ad terminãs, ſiue vt circa ꝙ ipſa eſt differẽtia iſtarum relationũ, patet, quia vtraq; eſt ſine alia, prima ſine ſecunda in calore genito, ſecunda ſine prima in intellectione lapidis, ſi fieret immediate a Deo in me. prima nõ eſt identica, quia idem abſolutum poſſet fieri ab alia cauſa, ſecunda videtur identica, quia nullus actus natus eſſe circa obiectum poſſet eſſe idem, & non terminari ad idem obiectum, ſecunda nõ eſt ad aliquam cãm, quia poſitis omnibus cauſis, præter hoc requiritur in tali actu aliquid terminans. patet etiam diuidendo, non eſt forma, nec efficiens, patet, non finis, quia obiectum, vt eſt primum circa quod eſt actus, non eſt propter quod amatum elicitur actus, nec eſt materia circa. ſiue ĩ qua, ſiue ex qua. Secunda poteſt poni tertii modi, non quia ſit relatio menſurati, ſed quia ſimilis illi, quia non mutua. Actus enim requirit eſſe circa quod ſit non econuerſo, nec ſola relatio menſurati eſt tertii modi, ſed omnis ſimilis, ſcilicet non mutua, qualis eſt terminati ad terminans modo prædicto, tamen & hic concurrit inter eadem abſoluta relatio menſurati ad mẽſuram, ſed poteſt poni formaliter alia ab iſta relatione terminati.

*de hoc vide. 13. quæſtio 14.*

*Quid de relatiuis.*

Contra ſecundũ & quartum, quomodo eſt alicui identica relatio ad non cauſam niſi dependeat eſſentialiter a non cauſa, & ita quarum cauſę non ſufficient ad eſſe rei. Item obiectũ poteſt non eſſe actu exiſtente, quomodo tunc identica relatio, vel etiam realis, cum terminus non ſit? Hæ duæ rationes videntur concludere, qđ intellectio eſt ita forma abſoluta ſicut albedo, patet enim quod ipſa eſt cauſabilis a Deo immediata, ergo ab ipſo ſolo dependet eſſentialiter, quando etiam obiectum cauſat, non dependet identice, quia poſſet eadem aliunde cauſari, frequenter ẽt eſt circa non ens. Et ſi dicas, eſt ens in ſpecie, quod ſic ſit forma abſoluta, vel procedemus in infinitum, & ipſa non eſt obiectum terminans, ſed illud cuius eſt, quomodo ergo philoſophus. 7. Phyſicorum. & alia dicta de habitibus. Item differentia illa relationum ponitur, quia intellectus quandoque terminatur in intelligendo ad ali-

*7. cap. 15 & inde.*

*a.l. iſtarũ*

quid, a quo non mouetur, puta Deus ad creaturam, vel ad relationes intrīſecas, vel attributa, cum tamē ſola eſſentia moueat ad intellectionem, alioquin ꝙ eſſet eius obiectum primū. Cōtra. Tunc intellectio Dei haberet relationem realem ad creaturam, vel ad aliud obiectum. Item ſecundo, quare magis vnū motiuum, quam terminans requiritur ad vnitatem actus? Ad primum iſtorum duorum, quare non pōt aliqua relatio tertii modi eſſe rationis tātum, ſicut & illa ſecundi, qua eſſentia diuina dicit̃ mouere ad intellectionem eius, & econuerſo ſic, quia non ſit differentia modorum Ariſtotelis penes eē rei & rationis, ſed penes mutuum & non mutuum. quia ſi mutuum penes quantum & quale ſubſtantiale vel accidentale in actu primo, vel ſecundo, ita ꝙ quilibet modus poſſit eſſe quandoq; realis quandoque rationis.

✻ AD QVAESTIONEM Reſpondeo, & dico ꝙ intellectio actualis eſt aliquid in nobis, nō perpetuū, ſed habēs eſſe poſt non eſſe, ſicut experimur. Iſtius ergo oportet ponere aliq̃ cauſam actiuam, & aliquo modo in nobis, alioquin non eſſet in poteſtate noſtra intelligere, cum volumus, quod eſt contra philoſophum ſecundo de anima. Apparet etiam hic, quod oportet concurrere animam, & obiectum præſens, & hoc in ſpecie intelligibili (ſicut dictum eſt in præcedenti quæſtione) quia alio modo non eſt præſens vt actu intelligibile, loquendo de ſenſibili obiecto, & materiali. Dico ergo tunc, ꝙ iſtius intellectionis non eſt totalis cauſa actiua obiectum, nec in ſe nec in ſua ſpecie, ſicut apparet per rationes contra ſecundam, quintam, & ſextam, opiniones. Et etiam quia tunc non poſſet ſaluari imago in mente vt mens eſt, quia nihil ipſius mentis haberet rationem parentis. Nec tota cauſa intellectionis eſt anima intellectiua vel aliquid eius formaliter, propter rationes factas cōtra primam opinionem.

*T. c. 55. & 60.*

Quæ ratio explicat rationem philoſophi in ſecundo de anima, de qua tangitur arguendo ad principale ad primam partem. adduntur etiam aliæ probabilitates ad hoc, prima quia tunc actus &c. Et etiam quia tunc actus non eſſet ſimilitudo obiecti, nec diſtingueretur eſſentialiter propter diſtinctionem obiecti, quia eſſentialis diſtinctio non eſt ab eo, quod non eſt cauſa, nec eſſet ſimpliciter perfectior intellectio perfectioris intelligibilis poſito æquali conatu, hincinde ex parte intellectus, probatio, quia poſita cū totali efficatius operante, ſequitur perfectior actio. & ita ſi anima eſſe cauſa totalis, vbicunque ipſa ex parte ſui perfectius ageret ex maiori conatu perfectiorem intellectionem produceret, & ita intellectio Dei non eſſet perfectior intellectione muſcę. quod eſt contra philoſophum. 10. cap. 1. Ethycorum. ponentem felicitatem in ſpeculatione obiecti perfectiſſimi. videtur etiā quod tunc eſſet infinita actiuitas in intellectu, inquantum, eſt actiuus reſpectu omnium intellectionum, quia ad vnam intellectionem vnius rationis requiritur aliqua perfectio

*Con ſimiliter videtur poſſe argui de partiali cauſalitate reſpectū infinitorū quare in collatione pariſien.*



in cauſa illius intellectionis, & ad aliam intellectionem alterius rationis requiritur tanta perfectio, vel maior. ergo habens hanc & illam, eſt perfectius, quam habens illam tantum & ita habens infinitas tales vt totalis cā eſt infinitum in perfectione. Similiter nō videretur quomodo aliqua tota ſcientia continerentur virtualiter in obiecto, ſi ſola anima intellectiua haberet cauſalitatē reſpectu actus, & habitus. Ex iſtis ſoluitur queſtio ſic. Si ergo nec anima ſola, nec obiectum ſolum ſit cauſa totalis intellectionis actualis, & iſta ſola vidētur requiri ad intellectionē, ſequitur ꝙ iſta duo ſunt vna cā integra reſpectu notitiæ genitę. Et iſta eſt ſententia Augu. 9. de Tri. ca. vlti. Sicut allegatum fuit, arguendo contra primam opinionem. Liquido tenēdum eſt &c. Qualiter autem hoc ſit intelligendum diſtinguo de pluribus cauſis concurrentibus ad eundem effectum. Quædam. n. ex æquo concurrunt, ſicut aliqui duo trahentes aliquod idē corpus. Quędam vero non ex æquo, ſed habentes ordinem eſſentialem, & hoc dupliciter. Vel ſic quod ſuperior moueat inferiorē, ita quod inferior non agat, niſi quia moueatur a ſuperiore. & tunc inferior habet a ſuperiore virtutem illam qua mouet.

*Iſtarū 5. probabilitatum tertia & quarta poſſunt ponderari.*

☞ Quandoque non, ſed formā ab alio, & a cauſa ſuperiori ſola motionem virtualem ad producendum effectum.

✻ Quandoque aut ſuperior nō mouet inferiorem, nec dat ei virtutem qua mouet, ſed ſuperior de ſe habet virtutem perfectiorem agendi. & inferior hēt imperfectiorem virtutem agēdi, nec tñ recipit virtutem iſtā imperfectiorem a ſuperiori, q̄ eſt perfectioris virtutis. Exemplum primi membri huius ſecundę diuiſionis, de potentia motiua quæ eſt in manu & baculo. & pila. Exemplū ſcđi mēbri, ſi mater ponatur virtutem actiuam hr̃e in gñatione ꝓlis, illa & potentia actiua patris cōcurrūt, vt duæ cauſę partiales, ordinatæ quidē, quia altera perfectior reliqua, non tñ imperfectior recipit ſuam cauſalitatē a cā perfectiore, nec tota illa cāſalitas eſt eminenter in cā perfectiori, ſed aliquid addit cā imperfectior, intm̃ ꝙ effectus non ſolum * non poteſt eſſe perfectior a cā perfectiori, & imperfectiori ſimul q̃ a cā ſola perfectiori. immo non pōt plus eſſe a perfectiori tm̃, q̃ ab imperfectiori tm̃. Ad propoſitum. obiectum intelligibile pñs in ſe, vel in ſpecie intelligibili. & pars intellectiua non concurrunt, vt cauſæ ex æquo ad ītellectionē, quia tunc alterū hr̃et cālitatē talem imperfectam, & reliquū ſuppleret eam. & ſi alterum eſſet perfectum, poſſet hr̃e in ſe, vno exiſtente, totam cālitatem amborū, ſicut ſi virtus motiua vnius eſſet perfecta, ſuppleret virtutem alterius, & tunc ſpēs eſſet quaſi quidā gradus intellectualitatis ſuppiens gradum intellectualitatis deficientem intellectui, & nunc ſi fieret perfectior intellectus ſecundū gradum talē, poſſet ſine ſpē, & ſine obiecto hr̃e actū intelligendi, qđ eſt falſum. Concurrunt ergo iſta duo vt hñtia ordinē eſſentialē, non tñ primo modo,

*a. l. non ſolum poteſt eſſe perfectior cauſa perfectiori pluſquam ab imperfectiori.*

qa nec intellectus dat obiecto, vel ſpẽs rõnẽ ſuæ cãlitatis. Nõ n. obiectũ natũ eſt in ſe, vel in ſpẽ ſui facere intellectionem ꝑ aliq̃d, qđ recipit ab intellectu, ſed ex natura ſua, nec intellect⁹ recipit ſuã cãlitatẽ ab obiecto, vel ſpẽ obiecti. ſicut probatum eſt contra quintã & ſextã opi. in iſta q̃one. Sunt igĩ cãæ eſſentialiter ordinatæ vltimo mõ .ſ. ꝙ vna eſt ſimpliciter ꝑfectior altera. ita tñ ꝙ vtraque in ſua partiali cãlitate eſt perfecta nõ dependens ab alia. Si arguĩ contra iſtud ꝙ in cauſis talib. eſſentialiter ordinatis, neutra eſt perfectio alterius, ergo ſpecies intelligibilis non erit forma ipſius ĩtellectus. Similiter ad idẽ, ſi ſit perfectio intellectus, & totum hoc ſit rõ agendi. ergo vna operatio, vt pote intellectio, nõ habebit vnam formalem rõnẽ agendi, ſed erit ab ente per accidens, quale eſt hoc totum. intellectus hñs ſpeciem. quod eſt inconueniens, quia quicquid non eſt per ſe ens, non per ſe eſt rõ formalis agendi. Reſpondeo ad primam, accidit ſpeciei, inquãtũ eſt cauſa partialis reſpectu actus intelligẽdi cũ intellectu, vt cũ alia cã partiali, ꝙ ipſa ꝑficiat intellectũ, quia & ſi perficiat eũ non dat tñ intellectui aliquã actualitatẽ pertinentẽ ad cauſalitatẽ intellectus Exẽplũ. potentia motiua in manu põt vti cultello inquantum acutus eſt, ad diuidendũ aliqđ corpus. iſta acuties, ſi eẽt in manu, vt in ſubiecto, poſſet manus vti ea ad eãdem operationem, & tñ accideret manui, inquantum in ea eſt potentia motiua, ꝙ in ea acuties eſſet, & econuerſo, quia acuties nullam perfectionẽ daret manui pertinẽtẽ ad potentiam motiuam, quod apparet, quia ęque perfecta eſt potentia motiua ſine tali acutie, & ita eodẽ mõ vtiĩ ea, qñ ẽ in alio coniuncto manui, vt cultello, ſicut vteretur ea ſi eſſet in manu. Ita in propoſito ſi ſpẽs poſſet eſſe inexiſtens intellectui abſque inhærentia ꝑ modum formæ, ſi iſto modo inexiſtens eſſet ſufficiẽter cõiuncta intellectui, poſſent iſtæ duę cãę partiales intellectus, & ſpẽs cõiũctæ ſibi inuicem in eãdẽ operationem. in quam modo poſſunt, qñ ſpẽs informat intellectum, quod ẽt apparet ponẽdo aliquod intelligibile pñs ſine ſpẽ, illud enim obiectum eſt cã partialis, & non informat intellectum qui eſt altera cã partialis, ſed iſtæ duę cauſæ partiales approximatę abſque informatione alterius ab altera per ſolam approximationem debitã, cãnt vnum effectũ communẽ. Per idẽ patet ad ſecundũ. quia in vno quoniam ordine cauſæ oportet ponere reſpectu vnius effectus vnã per ſe cãm, & vnã per ſe rõnem cauſandi, ita intellectus in ſuo ordine cãlitatis eſt vnus, & hẽt vnã formalem rõnẽ cauſandi & ſpecies, vel obiectum in ſuo ordine cauſandi ẽ vna cã, & hẽt vnam rõnem cauſandi, ſed non oportet talẽ cãm prout complectiĩ oẽs cãs partiales hr̃e vnã rõnẽ cauſandi, niſi vnitate ordinis, quia ſi cũ vnitate ordinis concurrat vnitas per accidens, hoc accidit, ſed vnitas ordinis eſt per ſe. Exemplũ. ſol ĩ ſuo ordine cauſandi habet vnam rõnem cauſandi reſpectu prolis, & pater in ſuo ordine cauſandi eſt vna cauſa vnius rõnis,



nis, ſed cã totalis q̃ complectiĩ patrem & ſolẽ, non hẽt aliquã vnam rõnem formalẽ cauſandi, ſicut non eſt vna cã, niſi vnitate ordinis. & ſi contingat cãs ſic ordinatas præter vnitatẽ ordinis hr̃e vnitatem ꝑ accidens, inquantũ. ſ. vna accidit alteri, hoc non conuenit eis per ſe inquantum cauſæ ſic ordinatæ.

Hoc ſecundum ſi poniĩ, non ſine cauſa ponitur, forte impoſſibile eſt accidens, qđ eſt principium immanentis, & non trãſeuntis eſſe ſufficienter coniunctum paſſo, niſi ſit in illo ſubiectiue. Qualiter dicitur accidẽs. Nonne eſſentia diuina in intellectu beati eſt principiũ intuitionis, q̃ non immanet illi eſſentiæ, nec alicui cuius ipſa ſit forma? ſicut * charitas in patria eſt principiũ intuitionis ſui, tñ non eſt in intellectu intuente. igĩ intellectio eſt actio immanẽs accipiẽdo actionẽ ꝓ operatione. Contra. ſi non eſt aliqua actio immanens, & aliqua trãſiens Rñdeo. tunc eſt diuiſio vocis in ſignificata, aliter actio de gñe actionis manet alteri cãæ, ſ. intellectui, & reſpectu eius eſt immanens, nõ autem reſpectu reliquæ. ſ. obiecti &c.

*a.l. cauſalitas.*

A D A R G V M E N T A opinionum per ordinem reſpõdeo. Et ad arg. primæ opi. dico, primo ad auctoritates Augu. ꝙ imago quæ ponitur ab eo eſſe in ſpiritu, oportet ꝙ intelligaĩ eſſe in anima, vel in aliquo animæ vt in ſubiecto, & non præciſe in corpore ſic mixto, aliter non concluderetur illam imaginem eſſe nobiliorem oĩ corpore, ſicut dicit ipſe. 12. ſuper Gen. qđ aũt eſt in aĩa, vel in aliquo animæ vt in ſubiecto, non eſt illa ſpecies q̃ cõiter dr̃ ſpẽs: ſed illa recipitur in parte organi, quæ eſt corpus ſic mixtum, ſed illud quod recipitur in anima, vel potentia animæ, eſt actus cognoſcendi, ergo per imaginẽ intelligit ipſe talem actũ. Iſta glo. arguitur ex dicto eius: 11. de trini. c. 2. & 5. vbi vult ꝙ informatio ſenſus, quę fit a ſolo corpore, viſio dr̃. illa aũt informatio eſt propria ſpecies q̃ recipitur in parte organi. ſ. in corpore ſic mixto. Hoc patet ex hoc, quod dicit ꝙ gigniĩ a ſolo corpore, quod vr̃. Sicut ergo illud qđ eſt proprie imago dr̃ viſio. ita econuerſo viſio põt dici imago, & multo verius, quia viſio (ſecundũ veritatẽ) eſt quędã qualitas, & talis qualitas ẽ q̃dã ſimilitudo obiecti, & forte perfectior q̃ illa ſimilitudo prior, q̃ dr̃ vſitate ſpecies. Hoc intellecto faciliter patet ad auctoritates eius, concedo. n. ꝙ iſtã imaginem, quæ eſt ſenſatio, nõ cauſat corpus in ſpiritu, vt totalis cã, ſed anima cauſat in ſe mira celeritate, non tñ vt tota cauſa, ſed ipſa & obiectũ. vñ dicit ibidem. 12. ſuper Gene. ꝙ mox vt viſum fuerit &c. Innuens, ꝙ pñtia obiecti requiriĩ in rõne viſibilis, vt aĩa faciat ĩ ſe viſionem, & non requiriĩ, niſi vt aliquo modo cã partialis, ſicut ipſemet exprimit. 11. de tri. c. 2. & 5. quod a vidente, & viſibili gignitur viſio. Iſtam concluſionẽ ſic intellectam probat rõ ſua in auctoritate præallegata, quia illa propoſitio. ſ. ꝙ agens eſt ꝑſtantius patiente, nõ eſt immediata, ſed dependet ex iſtis tribus. ſ. agens eſt præſtantius effectu, & effectus agentis eſt actus & forma patiẽtis. & actus

 eſt

eſt nobilior potentia. ergo agẽs inducens hmõi formam eſt nobilibus patiente. Vbi igitur iſtę propoſitiones ſunt verę, ibi propoſitio Augu. quam accipit eſt vera. Iſta autem, ꝙ agens eſt p̄ſtantius effectu nõ eſt vera, niſi de cã æquiuoca totali. Põt em̃ aliqua eſſe cã partialiter agens ad aliquem effectum nobiliorem ſe, ſicut elementum in virtute corporum cęleſtium poteſt agere ad generationem mixti, quod eſt nobilius ipſo elemento agente, vt partiali cauſa. Per iſtud patet ad ſecundam auctoritatem Aug. 10. de tri. c. 5. Format enim anima in ſe imaginem, hoc eſt ſenſationem, & de ſe. hoc eſt ipſa eſt in potentia naturali ad ſenſationem, & non in potentia neutra, ſicut ſuperficies ad albedinem eſt in potentia neutra, & non naturali, & iſtam naturalitatem oñdit, cum dicitur, de ſe. Et loquitur ibi tantum de ſenſationibus, vt apparet, quia dicit ibidem quòd illas parres animæ, quæ corporum ſimilitudinibus informantur, habemus communes cum beſtijs, hoc verum eſt de illis quæ informant̃ imaginibus. hoc eſt ſenſationibus, extendendo nomen imaginis ad ſenſationem. Ad rationem primam pro illa opinione, dico, ꝙ concludit pro me, qa cognitio, cum ſit operatio vitalis, non eſt a non viuo, ſicut a totali cauſa, poteſt tamen non viuum eſſe cã partialis alicuius viui, vel effectus vitalis. ſicut ſol non viuus eſt cauſa partialis cum patre ad generandum filium viuum, & multomagis in propoſito eſt poſſibile, quia hic cauſa principalior eſt viua, ſicut patebit in ſequenti qõne: Cum arguit̃ poſt de forma perfecta, hoc concludit, quod aliquam actiuitatem habeat reſpectu ꝓpriæ operationis. Sed quia vr̃ concludere totalẽ cauſalitatem in ea reſpectu ſuę ꝓpriæ operationis Reſpondeo, ꝙ iſta forma ex perfectione ſua ordinatur ad habendum aliquam operationem circa totũ ens, vt dr̃ tertia qõ. huius diſt. quia vero non eſt ſimpliciter ꝑfecta, quia nõ eſt infinita. ideo non poteſt in ſe habere totum ens, ex eius ergo perfectione cum ſua imperfectione concludit̃, ꝙ aliquam actiuitatem habeat, non tñ ſufficientem, quia non poſſet habere totalem cãlitatem cognitionis reſpectu totius entis, niſi haberet in ſe totum ens, & ideo dico quod formæ imperfectiores bñ pñt eſſe cauſæ totales reſpectu ſuarum operationũ, quia operationes earum ſunt limitatæ ad res, reſpectu quarum habere totalẽ actiuitatem non concludit aliquam perfectionem actiuam, niſi limitatam. Sed in iſta forma perfecta, quæ ordinatur ad totum ens. non poteſt poni totalis cãlitas reſpectu cognitionis totius entis, tũc enim poneret̃ in ea virtus actiua illimitata. Si tñ poteſt poni cãlitas partialis in ea, & partialis in obiecto, vt ſic ipſa poſſit cooperari perfectioni ſuę, circa quodcunque obiectum, & obiectum ẽt quodcunq; cooperari ſibi magnum obiectũ ad magnam perfectionem eius, & paruũ ad paruam. Alia duo argumẽta de actione vt diſtinguit̃ contra factionem, & ꝙ actio denominat agens, concedo. pono enim actũ in-



telligendi vere manere in agente, non tantum in ſuppoſito agente. ita ꝙ non tranſeat extra ſuppoſitum, ſed nec trãſit extra partem intellectiuam in ſenſitiuam, nec extra intellectiuam in appetitiuam, nec extra principium eius actiuum in aliam potentiam, ſed manet in parte intellectiua, quæ eſt cauſa partialis eius. Non autẽ oportet actionem proprie dictã manere in ſua cauſa totali. ſed ſufficit quod maneat in ſua cã partiali.

*Vide cõmen. 3. de anima c. 18.*

*Quære in quoli. qõ. 15. & in collationibus. peri. ſicut. q. 1.*

AD ARGVMENTA pro ſecunda opinione, quãuis poſſet ibi tangi. vtrum iſta cauſalitas quæ attribuitur parti intellectiuæ conueniat proprie intellectui agenti, vel poſſibili, tamen illam difficultatem dimitto vſque alias. Cum probatur, quod poſſibilis non poteſt habere illam cauſalitatẽ, quia nihil idem agit in ſe. Reſpondeo, quod illa propoſitio nõ eſt vera niſi de aliquo agente vniuoco, nec iſta probatio eius, ꝙ tunc idem eſſet in actu & in potentia concludit, niſi quando agens agit vniuoce, hoc eſt includit in paſſum formam eiuſdem rationis, cum illa, per quã agit. Si enim aliquid ſic ageret in ſe, ſequeret̃ quod ſimul haberet formam eiuſdem rationis, ad quam moueretur, & dũ moueretur ad illam, careret illa. igitur ſimul haberet illam, & non haberet, ſaltem hoc ſequitur de duobus formis eiuſdem ſpeciei, vel de eadem. In agentibus autem æquiuoce. i. in illis agentibus, quæ nõ agũt per formã eiuſdẽ rõnis cum illa ad quã agunt, propoſitio illa ꝙ nihil mouet ſe, non hẽt neceſſitatẽ, nec probatio eius, ꝙ aliquid ſit in potentia, & in actu reſpectu eiuſdem, aliquid concludit, non enim ibi agens, eſt tale formaliter in actu, quale paſſum eſt formaliter in potentia, ſed agens virtualiter eſt tale in actu, quale formaliter eſt in potentia patiens, & ꝙ idẽ ſit virtualiter tale in actu, & formaliter tale in potentia, nulla eſt contradictio. Iſta glo. de agentibus vniuocis, & æquiuocis neceſſaria eſt, quia philo. poſuit motum, non tñ in genere qualitatis, ſed quantitatis, & vbi. In quantitate autẽ & vbi nullũ eſt agens vniuocũ, qa in gñe quantitatis, & vbi, nulla eſt forma, q̃ ſit principium inducẽdi ſimilẽ formã, immo (vt gñaliter dicat̃) quicũq; motus ẽ ad formã nõ actiuã, non eſt ab agẽte vniuoco, quia ex quo forma talis terminans non eſt actiua, nulla eiuſdem rõnis eſt principium agẽdi. Sũt igit̃ apud phi. multi motus ab agente nõ vniuoco, ſed æquiuoco, & ibi agẽs eſt virtualiter tale in actu, quale patiens formaliter in potentia. Si arguas, ergo in omnib⁹ poſſet idem eſſe in actu virtuali, & in potentia ad actum formalem, & ſic quodlibet poteſt mouere ſe. Reſpondeo, ꝙ in iſta illatione eſt non cã vt cã, nã ex gñrali rõne actus virtualis, & potentiæ ad actum formalem, nulla eſt repugnantia, quia ſi ex iſta ratione eſſet repugnantia, tunc & in quolibet eſſet repugnantia, tamen in aliquo cũ actu virtuali concurrit aliquid aliud, ꝓpter qđ repugnat ſibi quãdoque eſſe in potentia, vel actu formaliter tale. Exemplum, eſſe calidũ virtualiter ĩ actu, & formaliter

*5. phi. t. 02 c. 9. & ſe.*

*Doctrina ſingularis*

*Hic patet error aduerſariorum qui militare credũt per Docto.*

maliter in potentia, de ſe non *includũt cõtradictionẽ, vel repugnantiã, & ideo in nullo ſubiecto includunt repugnantiã, ꝙ propter hoc non poſſint eſſe ſimul, nec alterum eſſe ibi. quia alterũ. Tñ ſol, q. eſt calidus virtualiter, non poteſt eſſe calidus formaliter, tamen hoc non eſt propter repugnantiã iſtorum, *probo, quia Saturnus eſt frigidus virtualiter, & tamen nõ poteſt eſſe calidus formaliter. ergo actus virtualis nõ erat in eo cauſa repugnantiæ, ſed aliqd aliud quod eſt cõe Soli, & Saturno, puta ꝙ iſta ſunt corpora incorruptibilia, & caliditas eſt qualitas corporis corruptibilis. Sed ſi obijcias, ꝙ talia principia metaphyſica, ex quo ſunt generalia debent negari propter aliquas difficultates ſpeciales. Reſpondeo, ꝙ nulla ſunt principia metaphyſica, quæ habẽt multa ſingularia falſa,* intelligẽdo autẽ ꝙ nihil eſt in actu virtualiter, & in potẽtia ad actum formalem, & ꝙ iſta repugnantia accipiatur ex parte, vel ratione actus, & potentiæ, non eſt principium metaphyſicum, quia multa ſingularia ſatis patẽter ſunt falſa, ex quo patet, ꝙ illud non eſt principium metaphyſicum, ſed ꝙ nihil eſt in actu formali, & in potentia reſpectu eiuſdẽ actus formalis, verum eſt ꝙ ſic nihil eſt in actu, & in potentia. Et ſi omnino contendas, ꝙ etiã loquẽdo de actu virtuali, & potentia ad formalem actum; ſit principium metaphyſicũ. Quo modo alij erant ita cæci, & iſte ſolus videns, vt rationem communium terminorum metaphyſicorum non poſſent concipere & ex eis apprehendere veritatem talis complexi, quod ipſe ponit principiũ metaphyſicum? quod nõ tantũ ab alijs non ponitur principium immo in multis falſum, & nunq̃ neceſſarium in ratione terminorum. Cum arguitur ſecundo, ex ſecundo Phyſicorum, de cauſa materiali & efficiente ꝙ non coincidunt, verum eſt de materia quæ eſt in potẽtia pura, ſed non de materia ſecundũ quid, qualis eſt ſubiectum reſpectu accidentis. Neceſſe eſt enim aliquid idem, quandoque eſſe materiam, & efficiẽs reſpectu eiuſdem, quod apparet, quia alias paſſio non prædicaretur per ſe, ſecundo modo de ſubiecto, q̃a ſi prædicetur per ſe ſecũdo modo de eo, eſt eius cauſa materialis, ſicut materia eſt in accidentibus, quia ponitur in diffinitione eius, vt additum, ſi etiã eſt prædicatio per ſe, igitur & neceſſaria, ſed quod eſt ſola cauſa materialis reſpectu alicuius, non habet neceſſitatem reſpectu eius. ergo oportet præter cauſalitatẽ materię ponere in ſubiecto cauſalitatem efficiẽtis ad ſaluandũ neceſſitatem. Quod arguitur poſtea de relationibus realibus oppoſitis. Dico ꝙ aliquę relationes oppoſitę ſunt incompoſſibiles in eadem natura, & in eodem ſuppoſito. aliqua in eodẽ ſuppoſito, ſed in nõ eadem natura. aliqua nec in eadẽ natura, nec in eodẽ ſuppoſito, vnde ex rõne relationũ realiũ in cõi, nõ põt concludi repugnantia earũ in eodem. Exẽpla prædictorũ, cã & cauſatũ in eadẽ natura, ſiue ſuppoſito repugnant, quia ſi non, tunc idẽ depẽderet a ſe, ꝓducens & productũ nõ repugnãt in eadẽ natura, quia natura põt cõicari ſine diuiſione ſui, qualis eſt natura diuina, repugnant tñ in eodẽ ſuppoſito, mouens aũt & motũ, nec in eadẽ natura, nec ĩ eodẽ ſuppoſito repugnãt, quia hic nõ ponitur depẽdẽtia eſſentialis, qualem ponũt relationes cauſæ & cãti, nec ꝑ idẽ ponit, ꝙ idẽ ſit anteq̃ ſit, qđ ponere vr̃ rõ producti & producentis, ſed tñ ponit hic, ꝙ idẽ depẽdet a ſe. quantũ ad actũ accidentalẽ ſicut motum a mouẽte depẽdet quantũ ad actũ accidẽtalẽ, quem recipit ab eo. Incompoſſibilitatẽ igitur aliquarum relationũ oportet reducere ad aliquã incõpoſſibilitatẽ priorem. & vbi iſta prior nõ inuenit ibi nec illa incõpoſſibilitas relationũ oppoſitarũ cõcludetur. Hoc ẽt amplius declaratur. q̃a ſicut iſtę relationes ꝓducentis & ꝓducti, quæ ſunt repugnantes in eodẽ ſuppoſito, poſſunt fundari in eadẽ natura illimitata, ſicut in eſſentia diuina. ita iſtę relationes mouentis & moti, quę multo minorẽ habent repugnãtiã, fundari pñt in eadẽ natura aliqualiter illimitata. Quicqd aũt eſt ĩ potẽtia ad aliquẽ actũ formaliter, & cũ hoc habet eãdem actualitatẽ virtualiter, ſicut cum idem mouet ſe, eſt aliqualiter illimitatum, ponitur enim non tantum capax illius perfectionis, ſed vt cauſans eã, ibi igitur propter illimitationem aliqualem bene compatiuntur ſe iſtę relationes oppoſitæ. Contra omnia relatiua ſunt eodem modo oppoſita, ergo eodem modo incompoſſibilia. Ad achillem eorum quòd quilibet moueret ſe. Dico, ꝙ ſicut argutũ eſt cõtra primã opinionem in excludendo cauſam ſine qua nõ, quòd nihil eſt cauſa totalis, & perfecta & naturalis effectiua alicuius, quin ipſum approximatum totali receptiuo & non impeditum cauſet illud, lignum autem ſemper eſt approximatum ſibiipſi, & ſufficienter, & non poteſt poni aliquod perpetuum impedimentum, quando ignis nõ eſt præſens ſibi, quia ſi ponatur hoc impediens, amoueatur illud, & non erit impeditum ſi aliud amoueatur illud, & ſic diſcurrendo per ſingula habebit ſibi præſens lignum, & nullo modo impeditum, igitur ſi ipſum eſſet cauſa actiua totalis reſpectu caloris, & ipſum eſt etiam totalis cauſa receptiua, igitur ſemper eſſet calidum, nõ autem ſemper eſt calidum, ergo cum non poſſit poni nõ cauſalitas totalis propter impedimentum, nec propter non approximationem, nec propter receptiuum, concludetur quòd in ligno non eſt cauſalitas actiua totalis, quod eſt propoſitũ, ſic igitur non omnia mouebũt ſe vt cauſæ totales, quia nullæ tales naturæ, quæ non habent ſemper actũ, ſunt cãę naturales totales illius actus. Sed dices, ſaltẽ dicã lignũ eſſe cãm partialẽ, vt præſente igne coagat ad calefactionẽ ſui, in ratione effectiui, vel actiui partialis. Nec iſta cauillatio valet. quia cauſæ duę partiales non ponuntur reſpectu eiuſdẽ effectus, qñ altera p̃ciſe habet totũ effectũ in virtute ſua vniuoce, vel æquiuoce, ꝓbo. ſi. n. altera haberet in virtute ſua totũ effectũ, ſequit ꝙ totũ põt ꝓducere, igitur alia cauſa partialis nihil põt producere,

*a.l. nõ includit.*

*a.l. primo*

*Vide 1. cæ.t.c.21.*

*a.l. intellecto.*

*Sic in originali doctoris.*

*9. Met. t. c. 17.*

re, vel idē bis produceret̄, ignis aūt qui ex ꝓcedenti argumēto concluſus fuit habere actiuitatē reſpectu calefacere in ligno, habet in ſe virtualiter totū calorē ligni, ergo lignū hic nullā habet cauſalitatē partialē. Ad propoſitū igit̄, ꝗa aīa nō ſemꝑ eſt ī actu reſpectu cuiuſcūq; intellectionis, cū tn̄ ipſa ſit receptiua reſpectu cuiuſcunq; intellectionis, & ipſa ſit ſibijpſi approximata, & nō ſemꝑ impedit̄. cōcludit̄ ipſam nō eſſe cauſā actiuā totalē, ſed aliquid aliud req̄ritur, illud aūt aliud. concludit̄ eſſe obiectū, ꝗa eo p̄ſente ſequitur effectus, eo nō p̄ſente nō poteſt haberi effectus. Cōcludit̄ ergo primo cauſalitas aliqualis ī obiecto, nec totalis, ꝗa obiectū ꝑꝑ ſui imꝑfectionē nō pōt hr̄e ī virtute ſua totaliter ītellectionē ꝑꝑ ſuā ꝑfectionē & iō cōcludit̄, ꝙ cū obiecto req̄rit̄ aliqua alia cā actiua partialis non aūt alio ab intellectiua, ꝗa ipſa cōcurrēte cū obiecto ſequit̄ intellectio. ſic ergo cōcludit̄ hic duas eſſe cās partiales actiuas, & in alijs multis nō, ꝗa nihil mouet ſe nec totaliter, nec partialiter. Iſtud etiam (quod habetur pro Achille) non videtur multū efficax argumentum, hoc enim videtur eſſe cautela quędā diuertēdo a parte opponētis, ad partē rn̄dentis, ꝗa ꝑꝑ defectū argumentorū induūt tales formā reſpōdētiū, vt rn̄dētes faciāt argumēta ad ꝓbādū vnū neceſſariū. ſ. ꝙ lignū nō calefaciat ſe.

Ad reſponſionem achillis videtur ſequi quòd lignum non calefaciet ſe niſi præſente alio, ſine quo non, ſicut per ſe voluntas non voliſicat ſe, niſi præſente obiecto per cognitionem. Si autem dicas ꝙ ſemper calefacit alterum, quia habet virtutē calefaciēdi. Reſpondet̄, ꝙ prius calefaciet ſe, q̃ aliud. & hoc primum non eſt niſi præſente cauſa ſine qua non. vel forte nunquam calefacit aliud. ſicut nec voluntas voliſicat aliam volūtatem. Nam conceſſo ꝙ aliqua actio de genere actionis ſit immanēs, dicet̄ ꝙ q̄libet, vel qualiter non? Aliter contra achillē. ꝙ præſentibus diuerſis lignis ignibus, ſimiliter diſpoſitis, omnia calefiunt. pręſente autē eodem obiecto diuerſis voluntatibus, non omnes ſimiliter voliſicantur. 12. trini. ca. 6. Augu. igitur hic agit ignis, & non ibi obiectum, quia tunc æque ageret in omnes voluntates. Contra hoc inſtatur, quia ſi voluntates non ſimiliter patiunt̄ præſente cauſa ſine qua nō. hoc eſt, quia agent libere per te. lignum pręſente cā ſine qua nō, agit naturaliter. Ita ꝓbat̄ hic, ꝙ ignis ſit cauſa hic, aliter q̃ ſine qua non. Sed dicitur tantum lignū eſt naturale, volūtas vero non. Tertio modo, cōtra achillem, ꝙ quicquid patitur, ab aliquo patitur. vbi ergo aliquid non pōt a ſe pati, oportet ponere ꝙ patiat̄ ab alio, & vbi nō p̄t ab alio, oportet ponere ꝙ a ſe. Voluntas nō pōt pati ab alio nō loquēdo de Deo, tū ꝗa tūc volitio nō eēt ī poteſtate eius, tū ꝗa tūc aliq̄d aliud mouēs eodē mō ſe hn̄s & reſpectu. eiuſdem paſſi poſſet indifferenter in vtrunque oppoſitorum, quia voluntas poteſt velle & nolle eodem modo p̄ſentatum. Itaque neceſſarium eſt attribuere voluntati principaliter motionem ſui ad velle, ꝗa ipſa ſola habet indifferentiā in agen-



agendo proportionatā tali paſſo, ſed lignum nō habet in agēdo indifferentiam proportionatam ſibi in ratione paſſi. eſt.n. receptiuum qualitatum diſparatarū, & contrariarum etiam, quarū aliqua intenſa facta corrumpit ipſum. nec habet principia tot vniuoca, patet etiā, quia nihil vniuoce mouet ſe. nec vnum principium vniuocū, ꝗa quomodo eſſet ita illimitatū? niſi dicēdo quodlibet poſſe in omnes qualitates ſuſceptibiles in ipſo. etiam corruptiuas ſui. in voluntate autem * quælibet in quā poteſt, eſt operatio eius, & aliqualis perfectio.

*a.l. quodlibet ī quod.*

PRO TERTIA & quarta opinione, non ſunt argumēta adducta ad quæ oporteat reſpondere.

Qui vult credere de actu primo ſimplici, & de ſecundo diſtincte cognoſcendi, vel illud dictum quartæ opi. ꝙ ſpecies inclinat, credat, non credenti tamen, non ſit articulus fidei, niſi per rationem oſtendatur. Iſtæ tamen duæ opiniones. ſ. tertia & quarta quæ vidētur inter ſe oppoſitæ cōcordantur ad inuicem, & confirmā tur, & hoc ſic. ad agendum requiritur ratio formalis agēdi, & ratio agētis, agens eſt ſuppoſitum, ratio agendi eſt forma elicitiua actionis. In prima igitur actione in intellectum poſſibilem agens eſt phantaſma. ſed quod quid eſt ſplendēs in phantaſmate eſt ratio agendi in ipſum. & hoc inquantum illud, quod quid eſt, ſtat in lumine intellectus agentis. & penetratur ab ipſo lumine, & ambitur ab ipſo agente, & hac ratione agendi primum impreſſum in intellectum poſſibilem eſt inchoatio habitus ſcientialis, quæ inchoatio non eſt ſpecies intelligibilis, nec forma mouens ad actum intelligendi, quia obiectum eſt in ſe p̄ſens, quatenus relucet in phātaſmate, quia phantaſma præſens eſt intellectui, qui vbique eſt in corpore, igitur non requiritur aliqua alia ſpecies ꝑ quā obiectum ſic ſit præſens, nec aliquid aliud tenens vicem obiecti, vel repræſentans ipſum, cū ipſa impreſſio prima habeat rationem, & quo, & quod, & reſpectu intellectionis, quo, ꝗa ꝑ ipſam eſt intellectus in potentia propinqua, & accidentali ad actum intelligēdi, ſicut per grauitatem eſt corpus in potentia ad vbi, & etiam eſt quo, quantum ad hoc, quòd manet in intellectu impeditò ab actuali intellectione: eſt etiam quod, ꝗa ſibi primo occurrit ſicut ſecundum Auic. Primum ſenſatum eſt ſpecies, non vt obiectum terminans, ſed vt * quoddā quaſi deducens, nō per collationem, ſed per continuationem ducit in obiectum. Sic igitur concordantur prima opinio & ſecunda quo ad hoc, ꝙ prima negat ſpeciem, & ſecunda cecidit inclinationem præcedentē actū. Quo ad hoc autem, quòd prima opinio ponit intellectum eſſe paſſiuum reſpectu primi actus, & actiuum repectu ſecundi actus. & ſecūda opini. videtur ponere quòd anima ſeipſa eliciat actum. hoc concordatur ſic, quia facta tali impreſſione prima in intellectum poſſibilem, ipſe intellectus occurrit tali paſſioni, quia omne paſſum occurrit agenti, inquantum paſſum nititur ſalua-

*Ironice loquitur quia articuli fidei demōſtratur rōne. Hen. quoli 4. p. 8.*

*a.l. quoddam.*

re,

re ſuum eſſe, hoc etiam vult Aug.6. Muſicę. vbi loquitur de illis numeris occurſorijs, & de alijs, in iſto occurſu intellectus imbibit illam intellectionem confuſam, & tranſmittit ad intima ſua, & tunc recipit eam a ſe intimius, q̃ poſſit eam recipere ab obiecto. illi etiā impreſſioni ſic intimatæ occurrit intellectus ſecundo, & in illo ſecundo occurſu immergit ſe illi penetrando illam, & in hoc eſt diſtincta, & perfecta cognitio intellectus.

QVICQVID ſit de opinionibus illis, quas iſte medius nititur exponere, arguitur contra multa hic dicta. Quod primo ponit.ſ. quod quid eſt relucens in phantaſmate eſſe rationem agendi formalem phātaſmati. Cōtra, quomodo aliquid eſt ratio agēdi alicui, in quo nō eſt formaliter? aut ſi quoquomodo quod quid eſt ponatur in phantaſmate, cum iſtud ſit eſſe eius ſecundum quid, quia ſecū dum eſſe repræſentari, & nō ſecūdum aliquod eſſe exiſtentię. quomodo ipſum quod quid eſt ſecundum iſtud eſſe erit rō formalis agendi aliquam actionē realem, & ita cum iſtud phantaſma, per quod conuenit ſibi iſtud eſſe nō ſit principalis cauſa agēdi ſecundum eos, nec qđ quid eſt, ſecundum ꝙ exiſtit in eo eſt principalis ratio agendi. quod eſt contra eos. Præterea, præter hæc quæro quid eſt qđ quid eſt ſtare in lumine intellectus agentis? ſi nihil aliud eſt niſi intellectum agentem eſſe in anima, & in phantaſia eiuſdem animæ eſſe phantaſma ergo perpetuo quādo phantaſma eſt in virtute phātaſtica ſit iſta penetratio, & ambitio, & ita erit in frenetico & dormiente, quod negat ille cuius opi. exponitur. ſi aliquid aliud eſt, q̃ illa duo eſſe ſimul, & ſit aliqua actio noua, detur igitur eius terminus nouus, nō in erit phātaſmate, igitur erit in intellectu poſſibili, ergo quod quid eſt nō agit per aliquam penetrationem, quæ penetratio præcedit actionem, quod quid eſt. ſed tātummodo quod quid eſt cū intellectu agente coagit cauſando aliquam impreſſionem nouam in intellectu poſſibili. hoc dicit opini. illa prima. Si dices, alia opi. ponit ſpeciē intelligibilem impreſſam, iſta non ponit ſpeciem talem, ſed inchoationem habitus ſcientialis. Cōtra, iſta opi. ponit iſtam impreſſionem eſſe primum, quo intellectus eſt in potentia accidentali, cum tamen prius eſſet in potētia eſſentiali. ſed ſi per iſtā impreſſionem non eſt obiectū intelligibile præſens nunc magis q̃ prius, non magis eſt nunc in potētia accidentali q̃ prius, ſi eſt præſens aliquo mō nūc, quo modo non fuit prius præſens, illud quo nunc eſt præſens eſt ſpecies intelligibilis, hoc etiā magis apparet ex hoc, quod primo enim occurrit tanquā oſtendenti obiectum propter naturalem continuationem ad ipſum, hoc non poſſet eſſe, niſi obiectum reluceret in eo, & ita. haberet rationem ſpeciei. Similiter hoc. ꝙ dicit̄ incohationem habitus ſcientialis præcedere actum, non eſt verum, q̃a habitus proprie loquendo, vt philoſophus loquitur. 2. Ethycorū. generatur, ex aliquo actu elicito, & ſic vltimus gradus habitus

*Ca. 1. et ſi quātibus.*



generatur ex vltimo actu. ita primus eſt primo, ita ꝙ quicunque gradus habitus eſt poſterior aliquo actu, ergo illud quod eſt ſimpliciter primū in intellectu poſſibili non eſt aliquid ipſius habitus. Hoc confirmatur ſecundum opinionem illius doctoris qui exponitur, q̃a ponit iſtam inchoationem eſſe eſſentiam habitus totā. Quod vlterius dicitur de occurſu illo, ratio occurſus nō bene aſſignatur, nec ad intentionem Augu. patiens enim occurrens agenti nititur ſaluare ſe, & contra agere agenti corrumpenti ſe. hic iſtud agens agit ad perfectionem, & ſalutem paſſi. ergo non occurrit ei propter illam rationē, vt ſaluet ſe, nec iſta eſt intētio Au. vult enim, ꝙ anima occurrens paſſioni factæ ab aere in aure, vehementius agitat illum aerem, & cauſat magis auditionē, quàm ſolus ſonus cauſaret hoc igitur occurrere eſt ei coagere. Et tunc reſpondeo breuiter ad Aug. impreſſioni ſpeciei ſenſibilis facta in organo, vel ſpeciei intelligibilis facta in intellectu anima per potentiam talem occurrit. i. cum illa ſpecie impreſſa coagit ad actū aliquem perfectiorem, q̃ poſſet illa ſpecies de ſe ſola cauſare. Et cum vltra additur de illo duplici occurſu, primo occurrit paſſioni, quaſi * coagenti, poſt paſſioni imbibitę. quæro quid ſignificent iſta verba metaphorica, ſi ſignificent ꝙ per ſecundum occurſum cauſatur aliq̄d perfectius quam per primū, & illiud intimius perficit, ſicut dicitur materia intimius perfici a forma perfectiori quæ magis actuat eam, ergo in ſecundo occurſu non * tranſmittitur paſſio illa ad intima magis quàm prius, ſed anima coagens illi paſſioni cauſat aliquid perfectius, quod eſt intimius in anima, q̃ illa paſſio prius cauſata. Opinio eſt, ꝙ ītellectus eſt principium intellectionis, quantū ad ſubſtantiam actus, ſed obiectum eſt principium quantum ad actus ſpecificationem, ſeu modificationem. Contra, nihil nullum eſt principium, intellectio circumſcripta modificatione, ſeu ſpecificatione nihil eſt. ergo &c. Maior intelligitur de nihilo ꝙ includit contradictionem, minor probat̄ quia prius natura intellectum præciſe eſt aliquid poſſibile eſſe. ſed intellectio ſine hoc, ꝙ in eodem inſtanti naturæ ſit alicuius obiecti, eſt contradictio, alioquin eſſet forma mere abſoluta

*Hen. quo-li. 5. q. 19.*

*2. & 3. de anima.*

*a.l. tangēti.*

*a.l. tranſumitur.*

AD AVCTORITATEM philoſophi, 3. de anima ꝙ intelligere eſt pati, quæ adducitur pro quinta opi. Hic tamen (non determinando) dico ꝙ philoſophus locutus eſt cōiter de potentijs animæ inquantum ſunt q̄bus formaliter ſumus in actu ſecundo, puta de ſenſu inquantum eſt quo formaliter ſentimus, de intellectu inquantum eſt quo formaliter ītelligimus, formaliter aūt intelligimus intellectu, inquantum recipit intellectionem, quia ſi cauſet eā actiue, non tamen dicor intelligere intellectu, inquantū cauſat, ſed inquantum habet intellectionem, vt formam: habere enim qualitatem eſt eſſe quale, & ita intellectum habere intellectionem, ſiue recipere, qđ idem eſt, eſt ipſum eſſe intelligētem, nos igitur intelligimus intel-

intellectu, inquantum recipit
intellectionem ideo philoſo-
phus loquens ſic de intellectu,
neceſſe habuit dicere eum eſſe
paſſiuum, & ꝙ intelligere eſt
quoddam pati, hoc eſt quod
intellectio inquantũ eſt quod-
dam quo formaliter intelligi-
mus, eſt forma quædam recepta
in intellectu, non autem intelli
gimus ea inquantum eſt quid
cauſatum ab intellectu, ſi cau-
ſatur ab eo. nam ſi Deus eam
cauſaret & eã in intellectu no-
ſtro imprimeret, non minus ea
intelligeremus ſicut dixi de in-
telligentia actualiter. Ita dico
de ſcire habitualiter, quod in-
tellectus eſt quo ſcimus habi-
tualiter, inquantum recipit ha-
bitum, non inquantum iſtum
cauſat, ſi illum cauſat, dico igi-
tur ꝙ omnes auctoritates, quæ
ſonant paſſibilitatem intelle-
ctus poſſibilis, poſſunt exponi
de eo, inquantum, eo cognoſci
mus habitualiter, vel inquan-
tum cognoſcimus actualiter. &
iſto modo concedo, ꝙ eſt paſſi-
uus, & ſi ſit actiuus, non tamẽ
ſecundum iſtam rationem, ſed
accidit ei ꝙ ſit actiuus ſecũdũ
iſtam rationem, aſſirmant ergo
iſtæ auctoritates de intellectu,
quod verum eſt. quòd ſit paſſi
uus, non loquentes de intelle-
ctu ſub ratione actiui: ſed aſſe-
rentes ipſum habere rationem
receptiui. licet ipſum non dicãt
non eſſe actiuum. locus autem
ab auctoritate non tenet nega-
tiue. Et per idem reſpondetur
ad illud de potentia accidenta-
li, & eſſentiali, non enim intel
lectus eſt in potentia eſſentiali,
quia deficiat ſibi aliqua ratio
cauſalitatis, quãtum eſt ex par-
te ſui, ſed intellectus eſt in po-
tentia eſſentiali, quando alia cã
partialis non eſt ſibi præſens,
quam oportet eſſe præſentẽ ad
hoc, ꝙ ſequatur actio. & quan-
do illa cauſa partialis eſt appro
ximata, eſt in potentia acciden
tali, ſiue propinqua ad agẽdũ.
Sed illa auctoritas, quæ dicit ꝙ
intellectus poſſibilis nihil eſt
eorum quæ ſunt ante intellige-
re, requirit aliam expoſitionẽ,
quã intantum pertractant ali-
qui, vt dicant intellectũ poſſibi-
lem eſſe in pura potentia in ge
nere intelligibilium, ſicut ma-
teriam primam in genere cor-
poralium, quæ non eſt intẽtio
philoſophi, quia potentia ad ac
cidens nunquam fundatur, niſi
in ſubſtãtia in actu, intellectio
autem ſiue ſpecies intelligibi-
lis non eſt forma ſubſtantialis,
ſed accidentalis. igitur quod eſt
immediatũ receptiuum illius
eſt aliquid in actu ſubſtantiali,
aut ſaltem quod eſt mediate re
ceptiuum. & tunc quod imme-
diate recipit erit aliquis actus
accidentalis, ſicut ſe habet ſu-
perficies ad albedinem. Intelle
ctus igitur poſſibilis, ſecundum
quod eſt illud, in quo recipitur
ſpecies intelligibilis, vel intel-
lectio, vel illud ſecundũ ꝙ ſpe-
cies recipitur in anima, nõ erit
purum potentiale, ſed erit ali-
quid in actu primo. licet iſte re
ſpectus potentiæ non ſit aliqd
in actu, cũ enim loquor de po-
tentia receptiua albedinis, nõ
loquor de potentia, quæ dicit
reſpectum ad albedinem, ille
enim reſpectus nõ eſt aliqd in
actu, ſicut nec albedo, ad quàm
eſt aliquid in actu, ſed illud in
quo iſta potentia eſt aliquid in
actu, vt ſuperficies, quæ eſt rece
ptiua albedinis, ita hic, licet an-
te in-

*Tho. 1. parte ſumme. q. 87. ar. 1. & Agi. de Roma quoli. 1. q. 3. & quoli. 2. q. 23. Vide vv. in 2. q. 1. de cognitione angeli ſoluendo. 1. principale.*



te intellectionem potentia an-
te actum, quæ eſt reſpectus ad
intellectionem non ſit aliquid
in actu, ſicut nec intellectio ad
quam eſt, tamẽ illud in quo eſt
iſta potẽtia, quod eſt fundamẽ-
tum iſtius reſpectus, eſt aliqd
in actu, & illud eſt intellectus
poſſibilis, non eſt igĩ apud phi
loſophum intellectus poſſibi-
lis nihil in actu, ſicut iſti acci-
piunt, ſed oportet exponere il-
lam auctoritatem hoc modo,
naturaliter intelligimus pri-
mo illa, q̃ primo occurrunt ex
phantaſmatibus, ſicut dictum
eſt in qõne ſcđa huius diſtin-
ctionis. nihil igĩ poſſumus po-
tẽtia ꝓpinqua intelligere ante
intellectionẽ alicuius imagina
bilis. ideo nõ poſſumus intelli-
gere intellectum ante intellige
re alterius intelligibilis. ergo
nec intellectus põt intelligi a
nobis ante intelligere alterius
intelligibilis. ergo nõ eſt intelli
gibilis ante intellectionẽ ali-
cuius alterius. ſicut primũ ante
cedens eſt verũ, ſic & cõſequẽs,
iõ ſic intelligendũ eſt ipſum nõ
eſſe aliquid eorũ, quę ſunt ante
intelligere. ſ. intelligibiliũ, nõ
qa anteq̃ intelligat nihil ſit in
actu, ſed qa nõ eſt aliqd ꝙ poſ
ſit potnetia ꝓpinqua intelligi a
nobis ante intelligere alterius
pp intellectionẽ noſtrã natura
lẽ incipientẽ a phãtaſmatibus.
Et cum poſt arguitur de illa ſi-
militudine, ꝙ ſit ratio tam fa-
ciendi q̃ agendi. Dico ꝙ in fa-
ciente bene forma eſt ratio fa-
ciendi, in qua forma faciens aſ-
ſimilat ſibi factum, ſed in agẽ
te nihil eſt productum, niſi ip-
ſa actio, actio enim eſt vltimus
terminus, nec habet alium ter-
minum, & ideo non oportet ꝙ
in agente ratio agendi ſit ali-
quid in quo aſſimiletur agens
alicui alteri ꝓducto. Sed dices,
ſaltem illa eſt ratio agendi in
qua agens aſſimilat ſibi produ-
ctum. ſ. actionem ipſam. Bene
concedo, ꝙ ſpecies illa quæ eſt
ſimilitudo obiecti, & per quã
intellectus aſſimilatur cogni-
tioni productæ, eſt aliqua ratio
agendi, ſed nõ totalis ratio, nec
etiam ratio eſt principalis, ſicut
patebit in ſequenti quæſtione,
ſed quando duæ cauſæ concur-
runt ſufficit in ꝓpinquiore ſi-
militudo formalis, & in remo-
tiore virtualis, ſiue ſimilitu-
do æquiuoca, & ita intellectus
quaſi cauſa ſuperior æquiuoce
& virtualiter aſſimilatur cogni-
tioni, & intellectioni. ſpecies
autẽ quaſi cauſa propinquior
quaſi vniuoce & formaliter aſ-
ſimilatur ei. Cum arguitur poſt
de indeterminatione intelle-
ctus ad diuerſos actus & obie-
cta. Reſpondeo, ꝙ alia eſt inde-
terminatio materię pp defectũ
actus, alia eſt indeterminatio
agentis propter illimitationem
virtutis actiuæ, ſicut ſol eſt in-
determinatus ad multa gene-
randũ: primo mõ indetermina
tum non agit niſi determinet̃
p aliquẽ actũ, quia alias nõ eſt
in actu ſufficiẽte, ſed in poten-
tia: ſecundo mõ indeterminatũ
nulla forma alia a ſe determi-
natur, ſed ex ſe determinat̃ ad
producendum quẽcunque effe-
ctum. ad quem ex ſe eſt inde-
terminatum, & hoc pręſen-
te paſſo receptiuo, ſicut ſol præ
ſente paſſo generat quodlibet
generabile, ex quo ipſum na-
tum eſt generari, ita in propoſi-
to indeterminatio intellectus
non eſt indeterminatio poten-

*9. Meta. t. c. 16. & alibi vbi ſupra.*

tialitatis paſſiuæ in ordine cau-
ſalitatis, ſed eſt indeterminatio
actualitatis quaſi illimitatæ. &
ideo non determinatur per for-
mam, quæ ſibi ſit ratio determi
nate agẽdi, ſed tantũmõ per prę
ſentiã obiecti circa ꝙ determi-
natũ nata eſt eſſe determinata
intellectio. Vel aliter poſſet di
ci, ꝙ ſicut cauſa ſuperior deter-
minatur ad agendũ concurrẽte
aliqua particulari cauſa inferio
ri, ſicut ſol ad generandũ homi
nem, cõcurrente homine agẽte
& bouẽ concurrente boue, non
aũt per aliquã formã in ſe rece-
ptã. ita intellectus qui eſt cauſa
ſuperior, & cauſa illimitata de
terminať ad hoc obiectũ, cõcur
rẽte cã particulari determina-
ta. puta ad agẽdũ circa hoc obie
ctũ, cõcurrente hac ſpẽ. non. n.
iſtud determinans determinat
effectiue causã indeterminatã
ſuperiorẽ neq; formaliter, ſicut
rõ agẽdi, ſed ſic determinat hoc
eſt virtus actiua ſuperior inde-
terminata, poteſt indetermina
tum effectũ tali virtute inferio-
ri determinata concurrente.

AD ARGVMENTA
principalia. Ad primũ dico, ꝙ
argumentum philoſophi. 2. de
anima bene cõcludit, ꝙ ſenſus
nõ eſt cauſa totalis reſpectu ſen
ſationis, ꝙ concedo, & ita argu-
tum eſt ſupra contra primã opi
nionem, ꝙ anima nõ eſt cauſa
totalis actiua ad intellectionẽ.
& hoc concedo, ſed non conclu-
dit, q̃n ſit partialis cauſa, ſed nõ
ſequitur ex hoc ꝙ ſemper ſit in
actu, niſi quando reliqua cauſa
partialis cõcurrit. Ad ſecundũ,
non tractando illam difficulta
tem, vtrum actiuitas illa compe
tat intellectui agẽti, vel poſſibi
li dico, ꝙ ĩtellectus poſſibilis ſe
cundũ ꝙ philoſophus loquiť de
eo eſt illud quo formaliter ſu-
mus intelligẽtes. & eo mõ pręci
ſe eſt, quo eſt omnia fieri, quia
vt dicebatur prius ſumus eo for
maliter intelligẽtes, inquãtũ re
cipit nõ inquãtũ agit, licet agat
q̃a hoc accidit ſibi, inquãtũ eſt
quo intelligimus. Ad tertiũ li
cet cõſequẽtia nõ ſit neceſſaria,
quia ſol põt eſſe cauſa multorũ
differentiũ ſpecie pp diſtinctas
virtutes in ipſo, quæ ſufficiunt
in ratione cauſę effectiuæ ad di
ſtinguerdũ effectus, tñ ad propo
ſitũ põt concedi conſequentia,
concludit enim ꝙ anima nõ eſt
cauſa totalis, omniũ intellectio
num, quod conceſſum eſt.

AD PRIMVM in oppoſi
tũ concedo ꝙ anima, quia ĩma
terialis eſt, eſt receptiua cuiuſ-
libet intellectionis. ipſa etiam
eſt actiua cuiuſcunque intelle-
ctionis obiecti alterius a ſe, vt
cauſa partialis & actiua intelle
ctionis de ſe, vt totalis cauſa, q̃a
vt cognoſcens, & vt cognita ſe-
cundũ Aug. 9. de tri. c. vlt. ſed
talem intellectionem non ha-
bemus pro ſtatu iſto, ſed ex im
materialitate eius nõ ſequitur,
ꝙ ipſa ſit totalis cauſa cuiuſcũ-
que intellectionis obiecti alte-
rius ab ipſa. Ad ſecundũ conce
do cõcluſionem, ꝙ cognitiones
diuerſarum ſpecierũ proprie. ſ.
virtute ipſarum habitæ differũt
ſpecie. quod probo. quia ad in
diuidua eiuſdem ſpeciei non re
quiritur totalis cauſa diuerſa
ſpecie. vel aliquid in totali cau
ſa diuerſum ſpecie ab eo, quod
eſt in totali cauſa alterius indi
uidui. nunc autem ad intelle-
ctionẽ albi & nigri neceſſario
requiruntur aliqua diuerſa ſpe-
cie, puta album & nigrum, vel





aliqua includẽtia ipſa. ergo iſta
duo magis differũt, q̃ indiuidua
vnius ſpeciei. ergo differũt ſpẽ.
Ad indiuidua eiuſdem ſpe-
ciei non requiritur neceſſario
cauſa alterius ſpeciei. probatur,
quia forma eſt principium agẽ-
di, & eſt formalis terminus a-
ctionis. igitur forma vnius rõ-
nis pfecta eſt quo eiuſdẽ ratio-
nis reſpectu termini formalis
eiuſdem rationis. igitur reſpe-
ctu talis termini non requiriť
aliud quo. Cum arguis vltra,
quod tunc omnes habitus taliũ
differrent ſpecie, concedo de ha
bitus qui habentur virtute pro
pria talium obiectorum, & pro
batur hęc concluſio ſicut pręce
dens per cauſas. Et cũ dicis, q̃uo
tũc eſſet vna ſcientia de pluribꝰ
ſpeciebꝰ ſpecialiſſimis? Rñdeo
ꝙ vna ſpecies ſpãliſſima põt in
cludere multas alias ſpecies vir
tualiter ſiue paſſiones earũ, ſiue
per modũ cauſæ, ſiue per alium
ordinem eſſentialem & tũc ha-
*a. l. formaliter.* bitus ille qui eſt * formalis illius
obiecti primi includentis alia,
eſt virtualiter aliorũ obiectorũ,
licet nõ formaliter, & primo eſt
igitur ille habitus vnus ab vni-
tate primi obiecti, virtualiter
continentis omnia, quę continẽ
tur in illo. non eſt aũt proprius
cuicunq; virtualiter cõtento in
primo obiecto. ſed quæ eſſent
ꝓprii illis eſſent diſtincti ſicut
illa ſunt diſtĩcta. Hic queri põt
an intellectus agẽs ſit principiũ
actiuũ reſpectu intellectionis,
& ibi tangatur, quomodo ſe ha-
bet ad memoriã, propter quod
ponitur tantum in Deo, & pate
bit quid ſit perfecta memoria,
ſicut Aug. loquitur de ea. Reſtãt
tamen duo alia difficilia, hic,
& alibi determinanda, ſcilicet
de conſeruatione ſpeciei poſt a-
ctũ contra Auic. quę difficultas
bene poteſt tangi in vno argu-
mento. q. præcedente de ſpẽ. &
aliud difficile de memoria pro-
prie dicta reſpectu præteritorũ
poteſt eſſe quæſtio per ſe, tam
hic quam in 4.

## QVAESTIO VIII.

QVAERO de cõpa-
ratione iſtarũ dua
rum cauſarũ par-
tialium quæ cau-
ſant notitiã geni-
tam. Vtrum principalior cauſa
notitiæ genitæ ſit obiectum in
ſe vel in ſpecie præſens, vel ip-
ſa pars intellectiua animæ.
Quod obiectum. probo, quia il
lud eſt principalius mouens. ꝙ
mouet nõ motum quàm ꝙ mo
uet motũ, ſicut apparet in om-
nibus cauſatis eſſentialiter or- *T. c. 54.*
dinatis. obiectũ aũt mouet nõ
motum, ſicut habetur a philoſo
pho. 3. de anima. intellectus aũt
non mouet niſi motus, ergo &c.
Item agens aſſimilat ſibi effe-
ctũ quantũ põt, ergo illud eſt
principalius agens, ꝙ magis aſ-
ſimilat vel cui magis aſſimilať
effectus. Actus autem magis aſ
ſimilatur obiecto, quam intelle
ctui. ergo Item vnitas ſcientię
aſſignatur penes vnitatem obie
cti virtualiter continentis eam,
non aũt attribuitur intellectui
talis continentia virtualis reſpũ
habitus. cõtinere autẽ virtuali-
ter cõuenit cãæ actiuę, ergo prin
cipalior cã illius habitꝰ erit ob
iectũ, q̃ intellectꝰ, & ſi cauſa ha
bitus, igiť & actꝰ. Ad oppoſitũ
arguiť ſic, quãto aliq̃d eſt actua
lius, tãto formaliꝰ, & pfectius,
& tanto actiuius. ergo anima q̃
eſt forma actualior, multis aliis

cauſis cõcurrẽtib⁹ erit actiuior,
& ita qñ concurr t cũ eis in agẽ
do erit principali⁹ agens, ſed in
intellectione concurrit cũ obie
cto, tanq̃ cauſa partialis, igit̃ in
intellectione erit cauſa princi-
palior, q̃ obiectũ. Item, enti ſe-
cundũ quid nõ conuenit actus
ſimpliciter. ſed qñ habet eſſe ta
le ſcd̃m quid ꝑ aliud ſimpliciter
ens, tũc principalius cõuenit il
li ẽti ſimpliciter. ſi illud aliquo
mõ ſit actiuũ reſpctũ eiuſdẽ. o-
biectũ aũt a nobis mõ naturali
ter ĩtellectũ hẽt eſſe ſcd̃m quid
tm̃ in ĩtellectu nr̃o, ꝑꝑ eſſe ſim
pliciter ipſi⁹ ꝑtis ĩtellectiuę qa
obiectũ ĩ ea eſt ſicut cognitũ in
cognoſcẽte. ergo illi⁹ actionis ad
q̃ iſta duo cõcurrũt nõ erit obie
ctũ habens tale eſſe principalis
cauſa, ſed pars iutellectiua, pro-
pter quã obiectũ hẽt tale eſſe.

RESPONDEO ꝙ pars ĩ-
tellectiua hẽt principaliorẽ cãli
tatẽ reſpectu cognitionũ mõ no
bis naturaliter cõueniẽtiũ. ꝓbo
primo. qa qñ cauſarũ ordinata
rũ altera ẽ ĩdetermĩata ad mul
tos effect⁹, & quaſi illimitata, al
tera aũt quaſi ſcd̃m vltimũ vir-
tutis ſuę determinata ad certũ
effectũ, illa q̃ eſt illimitatior &
vniuerſaliter vr̃ eſſe prĩcipalior
& ꝑfectior. Exẽplũ de ſole, & de
particularib⁹ gñantibus. intelle
ctus aũt hẽt virtutẽ quaſi illi-
mitatã, & ĩdeterminatã reſpe-
ctu oĩum ĩtellectionũ. obiecta
aũt a nobis naturaliter cognita
habent virtutẽ determinatã re-
ſpectu, d̃terminatarũ ĩtellectio
nũ, quę ſunt ab ipſis, & hoc ſecũ
dũ vltimũ ſuę virtutis, ſicut qd̃-
libet ad intellectionẽ ſui. ergo
intellectus eſt cã vniuerſalior,
& principalior intellectionis, q̃
obiectũ ꝓ ſtatu iſto. Sẽcũdo qa
illa eſt principalior cã, qua agẽ
te alia cã coagit. & nõ ecõuerſo:
intellectu aũt nr̃o agẽte ad in-
tellectionẽ, obiectũ in ſe, vel in
ſua ſpecie coagit: eſt. n. in ptãte
nr̃a ĩtellegere, qa intelligimus
cũ volum⁹. 2. de anima. Hoc aũt
nõ ẽ ꝑꝑ ſpẽm principaliter, quę
eſt forma naturalis, ſed ꝑꝑ intel
lectũ quo vti poſſum⁹ cũ volu-
mus, principalẽ aũt actionẽ ĩtel
lectus ſequit̃ actio ſpẽi, q̃ nata ẽ
eſſe ſꝑ vniformis ex ꝑte ſpẽi. Tñ
aliqd̃ obiectũ excedẽs multũ fa
cultatẽ partis intellectiuę. puta
obiectũ beatificũ, vt clare viſũ
poſſet poni habere totã cauſali
tatẽ reſpectu viſionis, aut princi
paliorẽ, q̃ pars intellectiua, &
hoc ꝑꝑ excellentiã talis obiecti
& ꝑꝑ defectũ partis ĩtellectiuę.
Sed de hoc in. 4. li. De obiectis
aũt quæ mõ naturaliter cogno-
ſcimus, prima pars ſolutionis
vr̃ eſſe vera. vr̃. n. intelligibiliũ
naturaliter a nobis ĩtellectorũ
ſpecies ĩ intellectu eſſe quaſi in
ſtrumentũ ipſius intellectus nõ
motũ ab intellectu, vt agat, qua
ſi ſcilicet aliquid recipiat ab in
tellectu, ſed quo intellectus vti-
tur ad ſuam actionem, vt puta
quãdo intellectus agit, ſpecies
illa tanquam minus principale
agens coagit ad idem, vt ad ef-
fectum communem.

*T. 8. 51. & 60.*

*di. 49. & inde & in quoli. 14 & 13. diſ. 3.*

Contra, ita poſſumus vti ſpẽ
ſaltem poſt primum actum, li-
cet non ante, ſic nec intellectu
in primo, niſi ſicut fortius phã-
taſma mouet. Dico ꝙ nõ ita im
mediate etiã intellectus eſt ma
gis indeterminatus, vt oſtendit
prima ratio. Vnde probatur, ꝙ
magis ſit in poteſtate volũtatis
vti intellectu, quam ſpecie in-
telligibili. vtrunque enim ex
ſe eſt naturale agens. & quare
non



non vtrunque liberum per par
ticipationem? Reſpondeo nihil
eſt participatione primo libe-
rum, niſi quod eſt in eadem eſ-
ſentia cum voluntate. Contra,
potentiæ organicæ, & organa,
& extrinſeca etiam ſunt parti-
cipatione liberę. Similiter ĩ po
teſtate noſtra non eſt aliquis
actus vegetatiuæ, hoc medium
eſt obſcurum. quia dubium eſt
quæ in nobis ſubſunt volunta-
ti, & quæ non.

AD PRIMVM argumẽ-
tum, dico qd̃ duplex eſt actus
intellectus reſpectu obiectorũ
quæ non ſunt præſentia in ſe,
qualia ſunt illa, quæ modo na-
turaliter intelligimus. primus
actus eſt ſpecies, qua obiectum
eſt pręſens, vt obiectum actu in
telligibile. Secundus actus eſt
ipſa intellectio actualis. & ad
vtrunque agit intellectus non
motus ab eo, ꝙ eſt cã partialis,
ſecũ concurrens ad illam actio
nẽ, licet vnũ actũ intellectus ꝑ
cedat motio eius ad aliũ actũ.
Ad primũ aũt actũ agit intelle
ctus agẽs cũ phãtaſmate. & ibi
intellectus agens eſt principa-
lior cã, q̃ phantaſma, & ambo
integrant vnã totalẽ cãm reſpe
ctu ſpẽi intelligibilis. Ad ſecũ-
dũ aũt actũ agit pars intellecti
ua, ſiue ĩtellectus agẽs, ſiue poſ-
ſibilis, nõ curo mõ, & ſpẽs intel
ligibilis, ſicut duę partiales cãę,
& ibi agit pars intellectiua nõ
mota a ſpẽ, ſed primus mouẽs.
ſ. agẽs, vt ſpẽs ſibi coagat. Cum
igit̃ dr̃ obiectũ mouet non mo-
tũ, Dico ꝙ in vtraq; motione
obiectũ eſt mouẽs ſcd̃ariũ, licet
nõ ſit motũ. i. aliqd recipiẽs in
ſe a prĩcipali, ſiue priori mouẽ
te. Cũ dicis ꝙ intellect⁹ nõ mo
uet niſi motus, Dico ꝙ nõ mo-
uet ſcd̃a motione, niſi motus
priori motione, hæc igit̃ eſt cõ-
paratio duarũ motionũ intelle
ctus, nõ aũt duarũ cãrũ partia-
liũ cõcurrẽtiũ vna motione. Si
aũt cõpares cãs partiales ĩ vtra
que motione, Dico ꝙ intelle-
ctus vtrobiq; mouet nõ motus
a cã partiali cõcurrẽte in eadẽ
motione. Ad ſcd̃m argm̃ dico
ꝙ effectus formaliter magis aſ-
ſimulat̃ cãæ proximæ inferiori,
q̃ remotæ, & principali & ꝑfe-
ctiori. ſicut apparet de filio re-
ſpectu pr̃is et ſolis. vñ illud ar-
gm̃ eſt ad oppoſitũ. qa ꝓbat ꝙ
actus intelligẽdi ſit ab obiecto,
vt a cã ꝓxima, qa magis ſibi aſ-
ſimilat̃ formaliter, ita ẽt ſpẽs ĩ-
telligibilis magis formaliter aſ
ſimilat̃ phãtaſmati, q̃ ĩtellectui
agenti. & tñ minus principali-
ter eſt a phãtaſmate, ꝙ ab intel
lectu agẽte. Cõtra, cũ agẽs intẽ
dat aſſimilare ſibi paſſum. qñ
principale agẽs non magis aſſi-
milat ſibi formaliter? Rñdeo,
prĩcipalius agẽs. cõiter eſt æqui
uocũ & eminẽtius hẽt in ſe per
fectionẽ effectus, q̃ cã vniuo-
ca. & ideo non magis aſſimilat̃
ſibi formaliter, qa hoc eſſet im
perfectionis in cã ſic aſſimilari
effectui, ſed aſſimilat magis,
hoc eſt dat magis formam effe
ctui, ꝑ quã ſibi aſſimilat̃ æqui-
uoce q̃ det agens particulare. &
iſta aſſimilatio actiua eſt ex per
fectione cãæ, licet non ſit ma-
gis aſſimilatio formaliter. ſimi
liter cauſa perfectior magis aſſi
milat effectum ei, cui eſt aſſi-
milabilis, quam* imperfectior,
magis enim cauſat effectũ, qua
lis eſt cãbilis, & aſſimilabilis.
aſſimilabilis autem eſt effectus
formaliter cãæ ꝓpinquę, iõ ip-
ſa cã remotior magis aſſimilat
effe-

*Dubitatio notabilis.*

*A. l. inferior.*

*Et hoc eſt quod plures latet Philoſophos.*

effectiue ipſum effectum cauſę proximæ, q̃ ipſamet cauſa proxima ſibi. Qđ n. formaliter fili⁹ eſt ſimilis patri, hoc magis eſt a cã remota aſſimilãte filiũ pri effectiue, q̃ ab iſta cã ꝓpinqua, quia q̃ plus dat formã qua aſſimilat, plus dat effectiue aſſimilationẽ. Ad tertiũ dico ꝙ vnitas ſciẽ aſſignat̃ penes obiectũ, quia illud eſt penes quod ſciæ diſtinguunt̃, non penes intellectũ, quia intellectus vnus eſt reſpectu oĩm ſciarum, & hoc mõ diſtinguendo ſcientias, illa eſt vna q̃ eſt vnius ſubiecti primi, quatenus obiectũ primum hẽt continere ſcientiarũ illã virtualiter. ſed hoc non eſt, niſi vt cauſa partialis. præter enim hęc intellectus eſt alia cã partialis cõtinens illã. Non eſt igit̃ aliud reducere ſciam ad obiectum primũ, q̃ in altera cã partiali habente in ſuo gñe ordinẽ eſſentialem, reducere ad primum ibi ſimpliciter, & ab ipſo aſſignare vnitatem effectus, inquã tum effectus eſt ab eo, ſed cum hoc ſtat quòd multo perfectius contineatur in reliqua cauſa partiali.

*Vt inquit Ariſt. 1. poſt. t. cõ. 43.*

## QVAESTIO. IX.

VLTIMO circa iſtã partem diſ. quæro vtrum in mẽte ſit diſtĩcte imago trinitatis. Qđ non arguo. qa imago rep̃ntat illud diſtincte, cuius eſt imago, igitur mens diſtincte rep̃ntat trinitatẽ. hoc eſt falſum, probatio. Tũ qa tunc naturali rõne poſſet cõcludi trinitas ex mẽte naturaliter nota. Tũ quia nulla creatura in rep̃ntando excedit perfectionẽ ſuæ ideę, idea antẽ mẽtis non rep̃ntat Deũ inquãtum trinus, quia idea eſt Dei inquãtum eſt cã, & eſt cã inquantum vnus. Item nihil in mẽte plus repręſentat vnam perſonam, q̃ aliam perſonam. ergo nec tota mens rep̃ntat totam trinitatẽ. probatio antecedentis. 15. de tri. c. 7. & 14. pater eſt memoria intelligentia & voluntas &c. ergo pater ita formaliter eſt intelligentia & voluntas, ſicut memoria, & filius ſimiliter. igitur memoria non magis diſtincte repræſentat patrem, q̃ filium. Item tertio. In trinitatæ duæ ꝑſonæ ſunt producte, in imagine autem nihil eſt productum. vt probabo. ergo non eſt rep̃ntatiua productionis. probatio aſſumpti; in anima nõ ſunt niſi actus primi, vel ſcđi. actus primi nõ ſunt originati a ſe inuicem, quia ſunt cõcreati ipſi animæ, nec actus ſcđi ſunt originati. probatio, quia actionis non eſt actio, nec vt ſubiecti, nec vt termini. 5. phy. quia tunc eſſet proceſſus in infinitũ. iſtorũ igit̃ actuũ vt terminorũ nõ ẽ actio, quia ſunt formaliter actiones, probatio, ſunt enim actus ſcđi, & non primi, ſed ſi non eſſent actiones, eſſent actus primi. Itẽ, ex ipſis gñatur habitus, actio qua generatur aliqua forma eſt actio de gñe actionis. igit̃ iſti actus ſecundi ſunt actiones de genere actionis. Ad oppoſitũ Augu. 14. de trinita capitulo, 8. ibi quærenda eſt imago, & eſt inuenienda, quo etiam natura noſtra nihil habet melius. *t. c. 14.*

HIC PRIMO videndum eſt quid ſit rõ imaginis in corporalibus, vnde tranſlatum eſt vocabulum ad propoſitum. Secundo, reſpectu cuius in trinitate ſit imago. Tertio, in quo in nobis eſt imago.



QVANTVM ad primũ. ſicut dictum eſt in quæſtione de veſtigio. dico quod imago eſt repræſentatiuum totius, & in hoc differt a veſtigio, quod eſt repræſentatiuum partis. ſi enim totũ corpus eſſet impreſſum pulueri. ſicut pes eſt impreſſus. illud derelictum eſſet imago totius. ſicut iſtud eſt imago partis, & veſtigium totius: ſed iſta conformitas expreſſiua totius non ſufficit, ſed requiritur imitatio, quia ſecundum Augu. 83. quæſtio. q. 74. Quantumcunque duo oua ſunt ſimilia, vnum non eſt imago alterius, quia non eſt natum imitari ipſum, & ideo requiritur, quòd imago nata ſit imitari ipſum, cuius eſt imago, & exprimere illud.

DE SECVNDO ſciendum, quod cũ conceptus vnius perſonæ in intellectu noſtro ſit partialis reſpectu conceptus trinitatis, illa creatura quæ ducet nos in cognitionem trinitatis per modum imaginis, repræſentabit trinitatem quantum ad illum conceptum, quem intellectus noſter poteſt habere de ea. repræſentabit igitur diſtinctionem trium perſonarũ, vnitatem eſſentiæ, & ordinem originis, quia illa diſtinctio realis in diuinis eſt per originem. habebit etiã imitationẽ eſſentialẽ ad ipſam Trinitatẽ rep̃ntat.

DE TERTIO Primo videndum eſt de illis quæ ſunt manifeſta eſſe in mente. Secũdo in quibus non conſiſtit imago. Tertio in quibus conſiſtit.

Quantũ ad primum exprimur in nobis eſſe actum intellectionis, & actum volitionis, & iſtos actus aliquo modo eſſe in poteſtate noſtra, quando obiectum eſt præſens. ergo oportet in nobis ponere aliquo modo principia actiua ad iſtos actus, & potentias, quibus ſumus potentes reſpectu iſtorum actuum. Non poteſt autem idem (ſub eadem ratione formali) eſſe principiũ iſtorum duorum actuum ſecũdorum, quia iſti actus ſecundi requirunt oppoſitam rationem principiandi in ſuis principijs, ergo oportet habere aliquam diſtinctionem actuum primorum, & hoc proportionaliter correſpondentem diſtinctioni actuum ſecundorum. De ſecũdo in iſto articulo, dico ꝙ nec in actibus primis ſolum, nec in actibus ſecũdis ſolum, eſt imago. Quod apparet dupliciter. Primo quia hi ſunt duo tantũ, & illi duo tantum, ergo tãtum eſſet imago dualitatis, non trinitatis. Secundo, quia in primis actibus, licet ſit ibi conſubſtantialitas, non tamen eſt ibi diſtinctio realis rei, & rei, nec ordo originis. In actibus ſecundis etiam, licet ſit diſtinctio, & origo aliquo modo, non tamẽ conſubſtantialitas. Ex his ſequitur tertium, quod imago conſiſtit in actibus primis, & ſecundis ſimul, & hoc intelligo ſic, anima habet in ſe aliquã perfectionem, ſecundum quam formaliter eſt actus primus reſpectu notitiæ genitæ, & habet in ſe aliam perfectionem, ſecũdum quam recipit formaliter notitiam genitã, & habet in ſe aliã perfectionem, ſecundũ quã recipit formaliter volitionem:

*Vide diſt. 13. de potentijs animæ pro hoc & di. 62.*

iſtę tres pfectiones dñr memoria, inte ligētia, & volūtas, vel aīa, inquantū hēt ipſas aīa igit inquantū hñs actū primū totalē reſpectu intellectionis.ſ.aīa, vel aliquid aīæ, & obiectū ſibi pñs in rōne itelligibilis, dr memoria, & hoc memoria pfecta includendo tā intellectū, q̄ illud, quo obiectū eſt ſibi pñs, ipſa ēt eadē aīa, inqtū recipit notitiam genitam, dr intelligentia, & intelligentia perfecta, vt eſt ſub illa notitia genita: volūtas ēt dr perfecta inquantū eſt ſub illo actu perfecto volendi. Accipiendo igitur iſta tria ex parte aīę, vt ſunt ſub trib. actibus ſuis, in iſtis inquam tribus eſt conſubſtantialitas ratione illarum trium realitatum, quæ ſunt ex parte animæ, ſed eſt diſtinctio, & origo ratione iſtarū actualitatum receptarum in anima ſecundum iſtas realitates in anima.

*De his vide 15.qō. qoli.*

SED HIC occurrunt duo dubia. Primum, quia tunc vr̄ eſſe quaternitas in imagine, nā actus primus reſpectu volitionis nō concurrit cū aliquo triū in imagine. non cum tertia parte, patet, quia idem nō eſt principiū ſui, nec cū ſcda, manifeſtū eſt, quia actualis notitia nō eſt voluntas: non ēt cū prima, qa memoria dicit proprie principiū productiuū notitiæ genitæ, nō volitionis. ergo volūtas erit quartū cū iſtis. Secundū dubiū: qa nō vr̄ hic ſaluari ordo originis, ſicut eſt in diuinis, ibi eīm prima perſona originat ſcdam, & duæ tertiā, hic prima ps imaginis noſtræ eſt cā ſcdæ, ſed nec prima nec ſcda eſt cā tertiæ. ergo &c. Ad primū dico. ꝙ imago pōt dupliciter aſſignari, ſecūdum ꝙ eam dupliciter aſſignat Aug. vno mō. 9. de trini. c. 4. & deīceps, mens, notitia & amor. Alio mō ſicut eā aſſignat. 10. de tri. c. 10. & deinceps, memoria, intelligentia, & voluntas, & de iſta duplici aſſignatione imaginis loquens Aug. 15. de tri. c. 2. dicit ꝙ illa q̄ poſita eſt in 10. ē euidentior. Dico igiť primo pertractando primā aſſignationē. ꝙ per mentem poſſumus intelligere actum primū perfectū, reſpectu vtriuſq; actus ſcdi. ſ. fęcunditatem ad gignendū, & ad ſpirandū, & hoc mō mens hēt rōnē perfecte parentis, qa includit perfecte vtrāque fęcūditatem, & tunc illa alia duo. ſ. amor, & notitia ſunt duo ꝑducta ab anima, licet ordine quodā. & tunc nō erit quaternitas, quia in parente hñte perfectā rōnem parentis cōcurrit actus primus duplex. & iſto mō eſt in diuinis, qa in patre nō ſolū ē fęcūditas ad gñandū, ſed ad ſpirandū, & hoc a ſe, quia ſi pr̄ nō hēret fęcunditatem a ſe ad ſpirandum, ſed hēret eam derelictam ſibi ex productione filij, ſicut quidam dñt, ſequitur (vt vr̄) hoc impoſſibile, ꝙ pr̄ nunq̄ hēret illam fęcunditatem. nullam enim realitatē ſiue abſolutam ſiue relatiuam habet pater aliquo modo per productionē, quam ante non habuit, & ideo quancunq; realitatem non hēt in primo ſigno originis. inquātum. ſ. præintelligiť ordine originis filio: illā nunq̄ habebit, igitur ſi illam fęcunditatem duplicem non habet a* ſe in iſto primo ſigno originis, nūquam habebit illam. ſi autem mens accipiatur præciſe, vt actus primus hñs ſolummodo fęcunditatem

*Reſolutio ſubtiliſſima.*

*Hen. quoli. 6. q. 2.*

*a. l. inſtā*



tatem reſpectu notitiæ genitæ, hoc modo imperfecte aſſignať imago, qa hoc mō mens nō hēt rōnē parentis perfecte. ita dico de alia aſſignatione, ꝙ ſi memoria accipiať præciſe pro parte reſpectu notitiæ genitæ eſt īperfecte parens, parens autem perfecte non tm̄ hēt rōnē vnde generet, ſed vnde ſpiret, qa non pōt illud hr̄e ab alio, & oportet illud hr̄e in toto. & iō oportet vt habeať in parente a ſe. ſi aūt accipiatur memoria pro tota anima, vt habet habitualiter in actu primo fęcunditatē iſtā duplicē, hoc modo habet perfecte rōnē parentis. Sed licet memoria ſit euidētior parēs, ſicut oportet cōcedere pp verba Augu. 15. de trini. c. 3. quatenus. ſ. magis exprimit habitudinē gignentis ad genitum, quā mens, tamē mens noſtra vr̄ perfectius importare rōnem parentis, ſi accipiatur vt includit vtranque fęcunditatē. Breuiter ergo quomodocunq; aſſignať trinitas in imagine, vel ſic, vel ſic non eſt quaternitas. quia duplex concurrit habitudo fæcunditatis in parente, ſi eſt perfecte parēs.

Experimur duos actus & originatos ordine quodam eſſe in poteſtate noſtra. ergo & eorum principia ſunt in nobis, vel idē vel vnita in eodem, illud erit fecundum duplici fęcunditate, & a ſe ſtatus, & duo producta diſtincta, & quodam modo eadem primo fęcundo, præcipue accipiendo potentias ſub actibus, & oſtendunt primum ſuppoſitum ex ſe fæcundum vtraque fæcunditate, & duo producta adæquata illi ſecundo diſtincta, & originata, igitur imago. Contra. ſecunda pars non producit tertiam. Reſpondeo, hic deficit imago in nobis.

Ad ſecundum dico, quod nobis in hoc non poteſt eſſe ſimilitudo imaginis ad prothotipum, notitia enim genita in imagine creata accidens quoddam eſt, cui non communicatur fæcunditas illa ad producendum amorem, qua formaliter eſt aliquid productiuum dilectionis. accidens eīm talē non eſt natum eſſe formaliter intelligens, vel volens, & ideo memoria gignens notitiam actualem accipiendo memoriam, vt eſt perfecte gignens, non poteſt communicare genito illam per fectam fæcunditatem, q̄ prius habuit, quia non communicat ſibi eandem materiam, ſed producit eam æquiuoce in alia natura, pater autem generans filium cōicat ei eandem naturā, & eandē fæcunditatē ſpirandi amorem, q̄ non intelligiť in generatione filij hr̄e terminum adæquatum, & ideo filius eandem fæcunditatem hñs, poteſt producere ſicut pater. patet igiť rō, quare non pōt iſta ꝑductio ſaluari in partib. imaginis creatæ, ſicut in perſonis trinitatis, quia non poteſt eſſe eadem fæcunditas in duabus primis partibus imaginis. pōt eſſe aūt, & eſt in duabus perſonis reſpectu tertię. Similiter ſi notitia genita eſſet alicuius productiua aliquo modo, hoc non eſſet niſi ꝑ modum naturæ, & non libere. Eſt tamen hic aliquis ordo inter ſecundam partem imaginis & tertiam, quia tertia præſupponit ſecundā naturaliter, licet non ſit ab ea. ēt illud exprimit Au. 15. de tri. c. 27. velut parentē & ꝓlē tertia volūtate ſine

ne dilectione iungente, quam
quidem voluntatē, dicit de co-
gnitione procedere, nullus am
bigit.& ſubdit ſtatim, & expo-
nit quõ intelligat, nemo enim
vult qđ omnino quid vel qua-
le ſit neſciat, nõ tamen eſſe co-
gnitionis imaginem &c. patet
igitur ꝙ iſtum ordinem origi-
nis præciſe ponit propter natu-
ralem ordinē volitionis ad in-
tellectionem, non aũt ꝙ intel-
lectio ſit cauſa reſpectu voli-
tionis: patet igitur ſecundũ in-
tentionem Aug. ꝙ voluntatem
ſecundum ꝙ eſt tertia pars ima-
ginis, accipit ibi pro actu volen
di, ſicut hic accipit, cum ſubdit,
q̃ voluntatem procedere, &c.
quod non eſt verum de volun-
tate, vt eſt potentia, ſed ſi verũ
ſit, hoc eſt de actu volendi.

Vlterius in ſpeciali, cũ omnia
iſta prædicta reperiantur in in-
tellectu, vel in mente reſpectu
cuiuſcunque obiecti, notandũ
eſt ꝙ perfectiſſima & vltima
ratio imaginis eſt, quando iſta
concurrunt in mente reſpectu
Dei vt obiecti, quia tũc anima
non habet tantum ſimilitudi-
nem expreſſiuam, quantum ad
prædicta ex ratione eorũ in ſe,
ſed ea etiam ratione qua actus
ipſi conformantur obiecto: eſt
enim actus vere ſimilitudo o-
biecti, ſicut dictum eſt in præ-
cedenti quæſtione, & ideo quã-
do iſti actus ſic ſunt in mente,
ꝙ non tantum habent cõſub-
ſtantialitatē, & ſimilitudinem,
diſtinctionē, & originem, ſed
etiam habent vlteriorem aſſi-
milationem ad Deum ex ratio-
ne obiecti, circa quod ſunt, eſt
pfectior ſimilitudo, minus aũt
perfecta quando anima habet
ſe pro obiecto, quia licet tunc
non habeatur ſimilitudo ab ip
ſo Deo immediate, tanquã ab
ipſo obiecto proximo, habetur
tamen aliqualiter inquantum
in mente, vt in imagine cogno
ſcitur Deus. Et iſtam duplicem
trinitatem aſſignat Aug. illam
quæ eſt reſpectu Dei 12. de tri.
c.4. dicens. In eo ſolo quod ad
contemplationē pertinet ęter-
norum, non ſolum eſt trinitas,
ſed etiam imago eſt Dei. in hoc
autem quod deriuatum eſt in
actione temporalium, etiam ſi
trinitas poſſit, non tamen ima-
go Dei inueniri poteſt: hoc in-
telligendum eſt de * expreſſiua (*a.l. expreſſiſſima.* *a.l. imaginis.*)
imagine, quantum ad ſummã
expreſſionem, ſiue ſimilitudi-
nē. De eadem etiam 15. de tri.
20. vnde poteſt ſempiterna at-
que immutabilis natura reco-
li, conſpici, concupiſci &c. profe
cto reperit. ſ. quiſq́s illius ſum-
mæ trinitatis imaginē, ad quã
reminiſcendam, videndam, di-
ligendam totum debet referri
quod viuit. De alia imagine lo-
quitur. 14. de tri. c.8. & 16. Ecce,
inquit mens meminit ſui, in-
telligit ſe, diligit ſe, hoc ſi cer-
nimus, cernimus trinitatē, non-
dum quidem Deum, ſed iã ima
ginem Dei. Iſta aũt ſecunda au
ctoritas videtur cõtradicere pri
mæ, niſi intelligatur modo præ
dicto, & tunc patet quõ reſpe-
ctu omnium obiectorũ inferio
rum a mente, non ponit imagi
nem in mēte, quia nullũ aliud
obiectum eſt imago Dei, reſpe-
ctu cuius potiſſime, & reſpectu
* imitationis eius, ſecundario (*a.l. imaginis.*)
eſt imago in mente, quantum
ad illã ſimilitudinē, quæ hr̃ ab
obiecto. Ex iſtis apparet corrol-
larie, quare in parte ſenſitiua
non eſt imago, primo quia ibi
non



nõ eſt cõſubſtãtialitas operan-
tiũ, ſiue totorũ illorũ * ſumpto- (*a.l. aſſignatorũ.*)
rũ cũ ſuis operationibus, quia
principiũ ſentiendi non tñ eſt
aliqđ animæ, ſed totũ cõpoſitũ
ex aĩa & parte corporis. ſic mix
ta, qđ eſt totũ organũ, ſimiliter
principiũ appetendi appetitus
ſenſitiui, nõ eſt aliquid animę
tñ, ſed ſimiliter eſt cõpoſitum.
Iſta aũt duo, quorum ſunt iſtæ
operationes, nõ ſunt cõſubſtan
tialia, quia licet iſtę potētię ani
mæ ſint in eadē eſſentia, & for-
taſſe idē eſſentiæ animæ. nõ tñ
totales cauſæ operationis, puta
tota ipſa organa, qa partes cor-
poris non ſunt conſubſtantia-
les, nec inter ſe nec potētijs ani
mę. Similiter in parte ſenſitiua
nõ eſt duplex modus originan-
di, quia ſicut ſenſus naturaliter
ſentit, ita appetitus ſenſitiuus
naturaliter appetit, vnde ſecun
dum Dama. lib.2. bruta in ſuis
actionibus nõ agũt, ſed aguntˋ. (*Cap. 29.*)

Nota, ꝙ proxima ratio reci-
piendi ſenſationem non eſt ali
qua entitas ſimplex, neque. ſ.
aliquid animæ neque etiã cor-
pus ſic mixtum, ſed forma to-
tius organi, quæ dicitur forma,
ſicut quidditas eſt forma ſup-
poſiti, non autem vt forma in-
formans &c.

AD PRIMVM argumen
tũ principale, cõcedo ꝙ quæli-
bet eſſentia creata, inquantum
hæc eſſentia producta ſecundũ
talē ideã non repræſentat Deũ
ſub rõne trini, ſed ſub ratione
vnius, qa nõ cauſatˋ, nec ideatˋ a
Deo ſub ratione trini, ſed ſub
ratione vnius, ſed tamē aliqua
natura ratione eſſentiæ ſuæ, &
multorũ concurrentium in ea
tanquã vnũ totum aggregatum
poteſt eſſe repræſentatiuũ trini
tatis, & eorũ quæ apprehendũ-
tur in trinitate, tale qđ eſt mēs
accepta in ſe & cum operibus
ſuis, qa ibi eſt vnitas, & diſtin-
ctio, & ordo originis. tale autē
etiam quantũ ad talem concur
ſum nihil eſt, quod ſit inferius
mente, ſicut patuit in parte ſen
ſitiua. Sed cum arguitur, ꝙ ſi
eſſet imago poſſet trinitas co-
gnoſci per cognitionem mētis.
Reſpondeo, iſta concurrentia
in mente valent credenti trini
tatem ad perſcrutãdum & per-
ſuadendum, quomodo poſſit eſ
ſe, non autem non credenti cõ-
cludunt eam eſſe, quia tota iſta
aggregatio plurium in mente,
in quibus conſiſtit imago poſ-
ſet eſſe, & eſt in * vna perſona. (*a.l. ab una*)
& ideo ex ipſa nõ poteſt demõ
ſtratiue cõcludi ipſam eſſe ima
ginē trinitatis. de hoc Aug. 15.
de tri. c. 24. Qui vident ſuam
mentem, & in ea trinitatē iſtã,
nec tamen credunt eã eſſe ima-
ginem Dei, ſpeculum quidem
vident, ſed nõ vident per ſpecu
lũ, cũ nec ipſum quod vident
ſciant eſſe ſpeculũ, qualiter au
tē valeat deductio ad oſtendē-
dum tres perſonas ex rõne in-
tellectus, & voluntatis in diui-
nis, dictum fuit diſt. 2. q. de dua
bus productionibus. Ad ſecũdũ
dico, ꝙ illud argumentũ videre
tur efficax, ſi poneretur patrem
gignere inquantũ * intelligit, ſi (*a.l. intelligentia.*)
cut ponit vna opi. ſuperius im-
probata, ſecunda diſt. q. p̄dicta, (*Henr. quod li.6.q 2.*)
quæ ponit actualē notitiã pr̃is
habere aliquo mõ rõnem pro-
ducentis reſpectu gignitionis fi
lij, & rationem formalē princi-
pij productiui. ſed ſecundũ aliã
viam, quam ibi tenui, ꝙ patetˋ
inquantũ habet eſſentiam ſibi
præſentē ſub ratione actu intel
ligi-

ligibilis, quod cōuenit patri inquantum eſt memoria. hoc modo pater gignit, non aūt inquātum intelligēs. ſicut ibi fuit declaratū, tunc falſum eſt antecedens, q̲a memoria magis repræſentat patrē q̃ filiū. nō quo ad hoc, ꝙ ſola memoria ſit in patre, & ſola intelligētia ſit in filio. ſed quo ad hoc, ꝙ pater gignit filiū, inquantū pater hēt rōnē memorię, nō aūt vt pr̄ hēt rōnē intelligētię, vel volūtatis. Ad tertium dico ꝙ actus ſecundi ſunt producti, cū ꝓbas ꝑ philoſophū. 5. phyſicorū, argumentū eſt pro me. cum. n. actio nō ſit terminus actionis, & iſta vere terminat actionem, ſicut Augu. dicit. 9. de tri. c. vlt. ꝙ notitia gignitur vere, & volitio procedit, vt dicit. 15. de tri. c. 27. ergo iſta non ſunt actiones de genere actionis, ſed ſunt formæ abſolutæ de genere qualitatis. Cum probas, ꝙ ſunt actiones proprię, quia ſunt actus ſecundi. Dico ꝙ quædam formæ habent eſſe fixū, non depēdens cōtinue a ſua cauſa, quaſi in fieri, ſicut calor in ligno: quędam habent quaſi cōtinuā depēdentiā ad ſuā cauſam, ſicut lumen in medio ad ſolē. & hoc dicit Aug.

*Ca. 19.*

8. ſup Gen. ad literā dicēs, ꝙ aer nō eſt factus lucidus, ſed fit lucidus primę formę propter ſuā indepēdētiā, in eſſe non habēt rationē actionis, nec motus, ſecundæ propter cōtinuā ſuā dependentiā magis vident̄ habere eſſe in fieri, q̃ in facto eſſe. Et

*Correctio doctoris.*

ità habent eſſe, quia ſemper dū ſunt æque cauſantur, ſicut in primo inſtanti quādo incipiūt eſſe, & ideo cauſa ceſſante cauſare, iſtæ formæ ceſſant eſſe. nō tamen ex hoc ſequitur, ꝙ ſunt actiones de genere actionis, ſed oppoſitū, quia ſunt termini talium actionum. Licet ſecundū veritatem nō ſit in eis actio & paſſio, quia ſunt totę ſimul in eſſe & non pars poſt partē acquiritur, actio autem proprie non eſt ad aliquam formā, niſi cuius poſt partem acquiritur.

Hoc ſecundo modo ſe habet intellectio, quia ipſa eſt in continua dependentia ad præſentiam ſuæ cauſæ, quia aliter nō haberet eſſe. ſicut patet per Augu. 11. de tri. c. 3. cum autem cogitantis acies auerſa inde fuerit, nihil formæ quæ impreſſa erat in eadem acie remanebit. Nō. n. manet actus intelligentiæ abſque tali præſentia cauſæ quaſi cōtinue influētis. Sed iſtud ſolum non concludit ipſam eſſe actum ſecundum. ita enim poneretur lumen in medio eſſe actus ſecundus, & ideo (cū iſta) eſt alia cōditio vlterior, videlicet ꝙ iſtæ formę de rōne ſui tranſeāt in aliquid, vt in terminū, & hoc ſiue illud aliud ſit intra operās, ſiue extra, nō curo, nō eſt enim intelligibile, ꝙ ſit intellectio, & volitio, & ꝙ nō ſit alicuius termini, hoc autem conuenit actioni proprie dictæ, vt tranſeat in aliquid, vt in terminum. propter igit̄ iſtas duas conditiones concurrentes in iſtis formis, dicuntur iſtę formę eſſe actus ſecundi, cum vere ſint formæ immanentes. Ad aliam probationem, cum dicitur ꝙ actus talis, eſt generatiu⁹ habitus. Reſpondeo, argumentum eſt in oppoſitum. q̲a actio de genere actionis nō poteſt eſſe eiuſdem rōnis, niſi termini ſint eiuſdem rōnis, ſicut calefactio non eſt eiuſdē rōnis, niſi calor



lor terminans ſit eiuſdē rōnis, ergo ſi actus generaret habitū. vt actio de genere actionis terminata ad habitū, vt ad terminū, non poſſet eſſe actio eiuſdē rōnis cū altera. niſi illa alia eſſet ꝑ ſe generatiua habitus. immo contradictio videret̄, ꝙ eſſet actus eiuſdē rōnis, & nō alicuius termini, q̲a non pōt eſſe actio de gñe actionis, niſi ſit alicuius termini, nūc aūt aliquis actus intellectionis, vel volitionis, pōt eſſe eiuſdē rōnis, licet nō ſit alicuius termini ꝓducti, ergo actus iſte nō eſt gñatiuus, vt actio, ſed vt forma, qua formaliter gñatur iſte habit⁹. Tūc dico breuiter, ꝙ actus eſt gñatiuus habit⁹, ſicut forma aliqua eſt cā, vel rō cāndi aliā formā. ſicut lumē ſolis in medio eſt rō gignēdi ibi calorē, nō eſt aūt talis actus gignitiuus, vt actio, ſed tali actione gignit̄, tā actus q̃ ꝓ prius habitus, vt terminus talis actionis, & ad ſignificādū gignitionē talē, q̃ eſt actio de genere actionis, dicimus potētiā elicere actum intelligendi.

## DISTIN. IIII.

*Not. quòd iſta q. nō eſt de ſcripto anglico, ex reportationibus pariſienſibus diſt. præſenti. et eſt varietas literæ hīc inde, plerumque, poteſt tamen ſatis competenter intelligi litera vt hic habetur.*

CIRCA quartā diſt. quæro, vtrū iſta ſit vera, Deus gñauit aliū Deū, vr̄ ꝙ ſic. Deus gñauit Deū, aut ergo ſe Deum, aut aliū Deū, non ſe. 1. de tri. ergo aliū. Secundo ſic. generans diſtinguitur a generato, ſed Deus genuit Deū. ergo Deus genitus diſtinguitur a Deo generāte, & per cōſequēs Deus genuit aliū Deum. Tertio ſic. Deus generat alium, aut igitur Deum, & ſic habetur propoſitū, aut nō Deū, q̄d falſum eſt, quia ſic genitus nō eſſet Deus. Quarto ſic. Deus gñauit aliū habentē deitatē, quia aliam ꝑſonā ſubſiſtentē in deitate, ergo genuit aliū Deū. antecedēs patet ꝑ Dam. 5. c. a. De⁹ eſt diuinā habens naturam, homo humanam. Contra. nō eſt alius Deus, ergo non genuit alium Deum. antecedēs patet Deute. 7. Audi iſrael dn̄s Deus tuus vnus eſt.

RESPONDEO ad quæſtionē, ꝙ nō genuit aliū Deum, q̲a cuilibet entitati formali correſpondet adæquate aliq̄d ens, vel aliquid ens entitate tali. iſta aūt deitas, q̃ eſt entitas formalis, quia ſe tota eſt forma, nō habet ſic ſibi adæquate correſpondens quod, niſi Deū, quia ipsū includit. deitas autem eſt de ſe hoc, ergo Deus eſt de ſe hoc. illi aūt q̄d eſt de ſe hoc, repugnat nō idētitas. ergo & alietas, quæ includit nō identitatē, ergo nō pōt eſſe alius Deus. ergo Deus nō genuit aliū Deū q̲a non genuit, q̄d nō pōt eſſe, & hoc quātum ad rem. Quantum ad logicam, dico ꝙ hæc tria differunt. a. eſt alius a Deo. 2. eſt alius deitate. a. eſt alius in deitate. ſicut hęc tria differūt. ſortes eſt alius ab homine, ſortes eſt alius humanitate. ſortes eſt alius in humanitate. in prima cum dicit̄. ſortes eſt alius ab homine, negat̄ vniuerſaliter ſortē hīc idētitatē cū termino ꝑ negationē importatā in ly alius, q̲a aliud includit nō idētitatē. igit̄ terminus ibi prædicatus negatur pro quolibet ſui, ſed nō negat̄ niſi negetur reſpectu cuiuslibet termini. ideo terminus alietatis confunditur confuſe, & diſtributiue. iō ſequit̄ ſortes eſt alius ab homine, igit̄ eſt alius ab iſto homi-

*Sicut diſtinctio alietatem, ita alietas non identitatem infert, vt alibi notant.*

hominc,& ab iſto.& ſic de omnibus aliis.ſic etiam ſequitur.a. eſt alius a Deo.igitur eſt alius a qualibet perſona diuina.In ſecunda cũ dicitur.ſortes eſt alius humanitate. humanitas ſignificatur eſſe formalis ratio differentiæ, ſic non eſt in prima qa in ipſa homo ſignificatur eſſe terminus differentiæ, in hac autem ſecunda notatur eſſe formalis ratio differentiæ vniuerſaliter. ſic ꝙ in nullo ĩdiuiduo illius naturæ conuenit, quia eſt aliud indiuiduum alterius naturæ per illã formam, per quã hoc differt ab illo. Vnde nota ꝙ licet ratio formalis alietatis ſtet vniuerſaliter quantum ad negationem incluſam. vnde ſequitur ſortes eſt humanitate alius a brunello, igitur in nullo indiuiduo ſunt idem.nec cõueniunt in humanitate, tamen illa ratio formalis differentiæ non ſtat vniuerſaliter quantum ad illam affirmationem,ibi incluſam,vnde non ſequitur.ſortes differt a brunello humanitate,ergo differt ab illo hac humanitate. ſ.pla. quia antecedẽs eſt verum, & conſequens falſum, quia in conſequente ſignificatur, ꝙ humanitas Platonis ſit formalis ratio differentiæ qua ſortes a brunello differt. In tertia cum dicitur ſortes eſt alius in humanitate. alietas ibi ponit ſuum determinabile eſſe cõmune vtrique extremo, & diſtingui, ſiue diuidi ĩ ipſis extremis, & ideo hæc non eſt vera. ſortes in humanitate eſt alius a brunello. quia non diuiditur humanitas in eis, nec eſt commune eis, ſed hæc eſt vera.ſortes in aĩalitate eſt alius a brunello, quia animal cõmune eſt eis, & diuiditur in eis, vnde in hac tertia propoſitione alietas connotat aliquam conuenientiam extremorum in ſuo determinabili, & tamẽ notat aliquã nõ identitatẽ eorum in eodem determinabili. Ad propoſitum igitur quàm iſtarum triũ ſignificat hæc locutio. filius eſt alius Deus. Dico ꝙ nec primam, nec ſecundam: non primam, quia non ſequitur ſortes eſt alius homo, ergo eſt alius ab homine. antecedens eſt verum,& conſequens falſum: nec ſecundã, qa & ſi ſortes eſt alius hõ a Platone non tamen ſequitur, ergo eſt alius humanitate a Platone: quia humanitas non eſt ratio formalis differentiæ ſortes a Platone,ſed ſignificat tertiã,vnde bene ſequitur ſor. eſt alius homo a Pla. ergo ſor. eſt alius, a Pla.in humanitate, & econuerſo, & idem eſt cum dicitur, filius eſt alius Deus a patre. ꝙ filius genitus ẽ alius Deus a patre generante, ita ꝙ ly, alius ponit ſuum per ſe ſignificatum circa per ſe ſignificatum extremorum, & ſui determinabilis, denotans ipſa inter ſe eſſe diſtincta, & illud determinabile eſſe commune vtrique extremo alietatis,& tamen diſtingui in eis,quod non conuenit Deo,& hoc etiam ſignificatur in tertia propoſitione prædicta propter quod idem ſunt, ex quo ſequitur, cum hæc ſit falſa, filius eſt aliud Deus genitus, vt nunc declaratũ eſt, erit hæc falſa, Deus genuit alium Deum.

AD PRIMVM argumentum dico,quòd hoc antecedens eſt verum. Deus genuit Deum. quia termini in concreto poſſunt ſupponere pro ſuppoſitis



reſpectu prædicatorum, reſpectu quorum non extraneantur ſuppoſitaliter, & ideo ſicut hęc eſt vera,Deus pater genuit Deũ filiũ, ita hęc,Deus genuit Deũ, ſed conſequentia non valet,vnde non ſequitur. ergo Deus genuit ſe Deum, aut alium Deũ. primum non ſequitur, qa non eſt intelligibile, ꝙ idem producat ſe: nec ſecundũ ſequitur qa (ſicut dictum eſt) cum dicitur Deus genuit alium Deum, alietas notat ſuum determinabile diſtingui in extremis, quod nõ ſignificatur in antecedente.vnde ſicut propoſitio eſt falſa, vbi alietas addit̃ determinabili, qđ nõ eſt cõmune ſuis extremis.ſicut hæc eſt falſa. Sol eſt alius mus.Et ideo non ſequitur ſi ſol generat murem, igitur ſe murem,aut alium murem,ſed aliũ qui eſt mus.Ita in propoſito illa ꝓpoſitio eſt falſa, in qua alietas additur determinabili. qđ non diſtinguitur in extremis. ſic hæc eſt falſa pater in deitate eſt alius a filio. & ideo non ſequitur,Deus pater genuit Deũ, aut igitur ſe Deum, aut alium Deum, ſed ſequitur, ꝙ genuit alium,qui eſt Deus, ſicut exponit magiſter ĩ litera.Quod ſi ꝓbetur illa conſequẽtia ſic,ſi generat Deum, aut igitur eundẽ Deum,aut diuerſum Deum. qa idem & diuerſum immediate diuidunt quodlibet ens, ex.10. Meta.ſi eundem, vel diuerſum, igitur ſe Deum,vel alium Deũ. Rñdeo,p̃t cõcedi, ꝙ genuit eũdem Deũ,qa ſicut alietas ponit ſuũ ſignificatũ circa ſuũ determinabile,denotãs ipſum diſponi alietate,& diſtingui in extremis,quibus eſt cõe, ita per oppoſitum identitas ponit ſuum ſignificatum circa ſuum determinabile, commune extremis, denotans ipſum non diſtingui, nec diuidi in eis. & ideo hęc eſt vera. Deus pater genuit eundẽ Deum, quia filium qui eſt idẽ Deus,ſed nõ ſequit̃.ergo genuit ſe Deum, quia pronomen reciprocum denotat actum terminari ad idẽ ſuppoſitum, a quo procedit ille actus.aliter nõ eſſet reciprocum. antecedens autem non eſt reciprocum. vnde conſequens non ſolum refert eundem in eſſentia deitatis,ſed eundem in ratione ſuppoſiti, non tantum autem ponit̃ per antecedẽs, ſed ſolum ꝙ genuit eundem Deum,& ideo eſt fallacia conſequentis, & figuræ dictionis. Ad ſecundum dicendũ quod iſta deductio reducenda eſt ad duos ſyllogiſmos: quorũ primus eſt iſte,generans diſtinguitur a genito, Deus eſt generans, ergo Deus diſtinguitur a genito. Alius eſt iſte, genitũ eſt Deus. Deus diſtinguitur a genito, ergo Deus diſtinguit̃ a Deo, in vtroque ſyllogiſmo eſt fallacia accidentis. nã in primo ſyllogiſmo maior eſt vera propter formalem oppoſitionem extremorum, ſic autem extraneatur medium vtrique extremo, in quo extrema ſunt vnum, ſiue idem. vnde fallacia eſt accidentis, niſi maior extremitas dicatur de medio ſecundum illam rationem,ſecundum quam medium dicatur de extremis,vt patet, ſi ſic arguitur, album diſtinguitur a dulci. lac eſt album.ergo lac diſtinguitur a dulci.& eodem modo peccat alius paralogiſmus. vnde in vtroque ſyllogiſmo ex diſtinctione formali, quę eſt inter iſta relatiue oppoſita,

*a.l. Vnde vniuerſaliter eſt fallacia accidentis, niſi maior extremitas dicatur de medio, ſecundum illã rationem,*

*ſecundum quā medium & eius oppoſitum eſſentialiter ſe habent ad extremū ſubſumptum.*

ta, generans, & genitū, cōcludit diſtinctio eſſentialis, & ideo nō ſequitur concluſio. Ad tertium cum dicitur, Deus genuit aliū, igitur aliū Deū, vel alium non Deum. Dicendū ꝙ neutrū concederetur. & cū probatur per rationem contradictionis. Dicendum, ꝙ contradictio eſt tam in complexis, quàm in incomplexis. & loquendo de contradictorijs complexis, ſemper verum eſt, ꝙ altera eſt vera, & altera falſa. & ſic eſt in propoſito. hæc eſt falſa Deus genuit aliū Deū. & hæc vera. Deus non genuit alium deum, quæ eſt ſua contradictoria, & non iſta Deus genuit alium non deum. Et ſi arguatur, Deus non genuit aliū deum. ergo genuit aliū nō deū, quia ex negatiua de prædicato finito ſequitur affirmatiua de prædicato infinito, ſicut ſequitur homo non eſt iuſtus. ergo eſt non iuſtus. Reſpondeo, dicendum ꝙ quamuis illa regula ſit vera, ſicut poteſt probari per naturam contradictionis, nunquā tamen tenet in prędicatis cōpoſitis. non. n. ſequitur, lapis non eſt lignum album. ergo lapis eſt lignum nō albū, quia affirmatur lignū in ſecunda, ꝙ non affirmabatur in prima. Et ſi arguitur in contradictorijs incomplexis. dico, ꝙ licet de quolibet dicatur alterum iſtorū, non tamen dicitur de quolibet quodcunque prædicatū determinatum per alterū illorū, quia nec ipſum determinabile dicitur de quolibet. & ideo licet Deus vel non deus dicatur de quolibet, non tamen aliud ſiue alium, ſic determinatum per Deum, vel per non deum. & ideo quāuis Deus genuit alium, non tamen alium Deum, nec alium non Deū, nec eſt hęc contradictio, quia nō ſequitur cū hoc cōtradictorio vel illo, & hoc in ſenſu compoſitionis, quia nō ex omnibus diuiſis ſequitur coniunctum. Concedo igitur ꝙ ſequitur genuit alium. ergo Deum, vel non deum, ſed non ſequitur genuit alium, & Deum. ergo genuit alium Deum propter variationem alietatis.

Ad quartum dicēdum, ꝙ nō ſequitur. genuit alium habentem naturam diuinam. ergo genuit alium Deum, quia in antecedente ſubintelligitur ſubſtantiuum huius adiectiui habens, quod ſubſtantiuum idem ſignificat quod perſona. & circa illud ly aliud, ponit ſuum ſignificatum. in conſequente autem ponit ly, alius, ſuum ſignificatum circa ſignificatum Dei. & ſic commutatur hoc aliquid in quale quid, & arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius cū negatione, quam importat alius. Ad probationem per Dam. dico ꝙ deſcriptio ſua eſt quædam explicatio nominis, nō autem expreſſio per ſe ſignificati, quia nomen concretum de per ſe ſignificato non importat hoc, qđ eſt habens ſiue habere, ſed tantum de modo ſignificandi, in quo diſtinguitur ab abſtracto. ſolū concretum enim importat ipſam formam, quia albū ſolā qualitatem ſignificat, vnde importat hoc quod eſt habēs, quia concernit ſuppoſitum habens ſuum ſignificatum, tamen idē ſignificat concretum, & abſtractum, licet modus ſignificandi ſit alius, & ideo in huius ethymologijs, & deſcriptionibus, non

*In præſentis. c. de ſubſtātia.*



non oportet ꝙ quidquid poteſt vere coniungi cum deſcriptionibus, & deſcriptis.

## QVAESTIO II.

CIRCA ſecundā partē quartæ diſt. quęro de veritate hui⁹, Deus eſt pater, filius, & ſpiritus ſanctus? vr̄ ꝙ nō ſit vera, quia eius contradictoria videtur eſſe vera, nullus Deus eſt pater, filius, & ſpiritus ſanctus, quia quælibet ſingularis ē vera, q̄a nec pater, nec filius, nec ſpiritus ſanctus. Præterea cuiuslibet propoſitionis veræ indefinitę aliqua ſingularis eſt vera, ſed nullā eſt dare verā ſingularem huius indefinitę, igitur ipſa non eſt vera. Cōtra hic, pater, filius, & ſ. ſ. ſunt Deus eſt vera. ergo & eius conuertens, antecedens patet p̄ Augu. de tri. multis in locis.

RESPONDEO ꝙ ꝓpoſitio eſt vera, q̄a terminus ſubiect⁹ qđ primo ſignificat hoc primo ponit ī orone. & ſi illi aliud extremū, qđ p̄dicat̄ ſit idē, propoſitio affirmatiua denotās talē identitatē vera eſt, Deus aūt ſignificat naturā diuinā, vt eſt nata prædicari de ſuppoſito, & illud ſignificatū eſt idem tribus perſonis. igitur propoſitio hoc ſignificans eſt vera.

Verū eſt tn̄ ꝙ in eius conuerſa eſt magis prædicatio formalis, q̄a ibi intelligitur quaſi ſuperius, vel qua ſi cōe p̄dicari de per ſe ſuis ſuppoſitis, p̄dicatio aūt formalior eſt qn̄ commune prædicatur de minus cōi, vel quaſi minus cōi, q̄ econtra.

Sed nunq̄ eadē eſt veritas illius, & huius, deitas eſt pater, filius, & ſpiritus ſanctus. Reſpondeo, ſicut prædicatio in diuinis diſtinguit̄ in verā formaliter, & verā p̄ identitatē, hoc eſt ꝙ illa ſit formalis, qn̄ p̄dicatum cōuenit formaliter ſubiecto. per idētitatē vero qn̄ ꝑ * īfinitatē diuinā prædicatū eſt idē ſubiecto licet nō formaliter, ita hæc pater, filius, & ſpiritus ſ. ſunt Deus, vera eſt formaliter. & hęc p̄ idētitatē, pater, filius. ſ. ſ. ſunt deitas, non aūt formaliter. ergo & iſta Deus eſt pater &c. hēt aliquā veritatē, loquēdo de prædicatione formali, q̄ nō habet iſta deitas eſt pater &c. Sed pro quo ſupponit Deus, intelligendo iſtā eſſe verā quaſi p̄dicatione formali. Rn̄deo, vnicuique quo, corrn̄det ꝓpriū qđ, vel qs. & ideo deitati vt deitas eſt corrn̄det qđ, vel quis, q̄a illud qđ, vel quis, eſt primo deitas ens, vt deitas eſt, & ſicut deitas ē de ſe hæc ita Deus, q̄ Deus eſt deitate, eſt de ſe hic. & in iſto cōceptu nō includit incōicabilitas, nec rō ꝑſonę: q̄a deitas cōicabilis eſt. & iō Deus vt deitate eſt Deus, nō includit aliq̄d incōicabile formaliter. Iſti termino ſic intellecto, abſq; cōceptu ꝑſonarū, ſeu ꝑſonaliū ꝓprietatū, vere poſſunt cōpetere aliqua p̄dicata realia. q̄ videlicet nō cōpetunt naturæ vt exiſtenti in rōne ſuppoſiti. ſed exiſtēti in hac natura, inquātū exiſtēs in ea, hoc mō forte ē iſta vera. De⁹ creat. & ſimiles, ītelligēdo ſubiectū pro hoc Deo exiſtēte ī natura diuina, nō ītelligēdo aliq̄d ſuppoſitū, vel aliqđ incōicabile in illa natura, q̄a incōicabilitas nō eſt rō taliū actuū, & ita pōt poni ꝙ iſta. De⁹ ē pr̄, & fili⁹ & ſ. ſ. ēſt vera. quatenus Deus ſtat ꝓ hoc Deo, īquātū ē p̄ ſe ens deitate,

** a. l. propter ſimplicitatē.*

nõ aũt ꝓ aliquo ſuppoſito ꝓprie dicto, ĩ quo eſt natura diuina, qa qñ eſt veritas ꝓ primis ſignificatis terminorũ, nõ oportet quærere veritatẽ in alijs in quibus ĩcludunt̃ iſta ſignificata, ſicut quãdo conſequens habet propriam veritatẽ, nõ oportet quærere veritatẽ eius præciſe ꝓ aliquo antecedente. Exemplũ huius. color hic ſingularis exiſtens non determinat ſibi rationem ſuppoſiti, quia ratio ſuppoſiti proprie non reperitur in accidentibus. & licet ſit in ſuppoſito ſubſtantiæ, tamen inquãtum ĩtelligitur abſque vlla ſubſiſtentia in ſuppoſito, vt hic color exiſtens, poteſt eſſe principium operationis realis. ſic ſi eadem albedo eſſet exiſtens in tribus ſuppoſitis, vel ſuperficiebus haberet actũ realem .ſ. vnã rõnẽ diſgregãdi. Et ſi quæras a me de veritate huius propoſitionis, hic color diſgregat, pro quo ſupponit ibi ly, color? dico ꝙ ſupponit ꝓ primo ſignificato ſuo, puta, pro hoc colore exiſtente, non autem pro aliquo colore inferiori ad hunc colorem, puta pro hoc colore in hac ſuperficiæ, vel in illa, quia iſta contrahentia colorem non ſunt cauſa veritatis huius propoſitionis, ſed eſt vera propter prima extrema. multo magis eſſet hoc verum. ſi hic color, vt hic, eſſet ꝑ ſe exiſtens, deitas autem eſt per ſe ens, & ideo Deus inquantũ eſt Deus, deitate eſt per ſe ens, quia. 7. de tri. Au. dicit. pater eodem eſt, quo Deus eſt, licet non eodem ſit, & pater ſit. & ideo huic Deo non intelligẽdo aliquam rationem ſuppoſiti, ſiue perſonæ, ĩmo rõni huius Dei põt attribui. p. & ſi. &. ſ. ſ.

*Nota qui intelliges & applica maioribus infra.*

*Cap 4.*

AD PRIMVM argumentum in oppoſitum, dico ꝙ illa non eſt eius cõtradictoria, ſi ꝑꝛę ciſe fiat diſtributio ꝓ perſonis, quia tunc nõ negatur, quod primo aſſirmatur in affirmatiua. ſi autem illam neget prædicatum a primo ſignificato Dei ſcilicet ab hoc Deo, falſa eſt illa, & hoc eſt, quod vſitate dicitur, quod talis vniuerſalis negatiua, non cõtradicit termino habenti ſuppoſitionem ſimplicem, licet cõtradicat termino habenti ſuppoſitionẽ perſonalem. hoc aũt videtur probabile, ſi illa maxima ſophiſtarum eſt vera. quando in aliqua dictione officiali, vel ſincathegorematica includunt̃ duo, ad nihil refertur vnũ, ad quod non alterum, in hoc autem ſigno nullus, includuntur duo, ſcilicet negatio & diſtributio. ergo cum diſtributio præciſe reſpiciat ſuppoſita talis naturæ, negatio præciſe erit ꝓ eiſdẽ, & tũc illa negatio vniuerſalis eſt vera, ſed nđ ẽ cõtradictoria primę. ſed iſta Deus non eſt pater. filius, & ſpiritus ſanctus. vbi illud negat̃, qđ pri⁹ affirmabat̃, & iſta ẽ falſa ꝓ eodẽ ſubiecto, ꝓ quo affirmatiua eſt vera.

Ad euidentiam, ſecundi argumenti eſt ſciendũ, ꝙ ſicut dictũ eſt in quæſtione præcedẽti, cuilibet vnicę naturę adęquate correſpondet vnũ ſingulare, quod ſingulare, vel eſt incõicabile, ſicut in creaturis vel communicabile, ſicut in Deo, natura autem diuina vnica eſt omnino implurificabilis, & innumerabilis. ergo ei adæquate correſpondet vnum ſingulare, quod exprimitur nomine Dei. quod naturali intelligentia intelligit̃ ante quamcunque proprietatẽ perſona



perſonalem, & ſi cõſideret̃ illud ſingulare vt quoddã ens ad ſe. cui conueniunt omnes proprietates eſſentiales, & perfectiones ante omnem proprietatem perſonarum, quod quidem eſt ad ſe ens, & per ſe. nullo modo plurificabile, vel numerabilę., licet communicabile ſit in ſuppoſitis pluribus, quæ cõmunicatio intelligitur per proprietates notionales, & ſicut ẽ illa vera, De⁹ eſt pater filius &. ſ. ſ. ita iſta, hic Deus eſt pater, & filius, &. ſ. ſ. Exemplum iam tactũ eſt, quia ſi eſſet vnus color in tribus ſuperficiebus, ille color, puta albedo diſgregaret & haberet oẽs perfectiones albedini competẽtes. ſed non vt primo eſt in illa vel in illa ſuperficie, ſed ſecundum ſe. licet illas haberet exiſtens in illis ſpeciebus, nõ tamẽ primo. ſic autem eſt hic.

## DISTIN. V.

CIRCA iſtam quintam diſtinctionem in qua magiſter agit de generatione in cõparatione ad eſſentiã, quæro duo. primo vtrũ eſſentia diuina generet, vel generetur. Quod ſic Aug. 7. de tri. c. 2. &. 12. Idem dici accipiamus cum dicitur verbum, ac ſi dicatur nata ſapientia, vt in uno eorum, eo quod nata eſt, & verbũ, & filius accipiatur, & in his omnibus nominibus non oſtendatur eſſentia, quæ ad ſe dicitur. ac in altero, quod eſt ſapientia, demonſtretur eſſentia. ac per hoc ad ſe dicitur. ergo expreſſe vult, ꝙ ſapiẽtia, vt eſt ſapiẽtia, & ad ſe dicit̃ dicatur nata, vt natum eſt proprium filii. Secundo ſic. Ricar. 6. de tri. cap. 22. videtur expreſſe loqui contra magiſtrum ſententiarum. Multi inquit tẽporibus noſtris ſurrexere, qui non audent dicere ſubſtantiam genitam, quin potius quod eſt periculoſius, & contra ſanctorum auctoritates, audent negare, & modis omnibus conantur refellere, ꝙ ſubſtantia gignat ſubſtantiam, pertinaciter negantes ꝙ omnes ſancti affirmant. ad illud quod ipſi dicunt, auctoritatem inuenire nõ poſſunt, ad hoc quod dicimus, auctoritates multas etiam ipſi adducunt, in morem Golię &c. Et quia magiſter exponit illas auctoritates quas adducit contra ſe, ideo Ri. ſubdit ibidem de eo. Bene dicunt patres quôd ſubſtanuia ſubſtantiam gignit, veſtra autẽ expoſitio ad hoc cõtendit, quòd credamus, ꝙ ſubſtantia ſubſtantiam nõ gignat, fidelis expoſitio, & omni acceptione digna, quia hoc ꝙ sãcti patres clamant, contendit falſum eſſe. & quod nemo ſanctorum aſſerit, contendit verum eſſe. hæc ille, videtur deridere magiſtrum, qui contra intentionẽ patrũ exponit auctoritates, quas adducit contra ſe. & videtur aſſerere oppoſitum illius quod tenet magiſter eſſe de intentione ſanctorum. Item per rationem eſſentia communicatur, ergo ꝓducitur. antecedens patet per Au. 15. de tri. cap. 26. Eſſentiam præſtat filio, ſine initio generatio. probatio conſequentiæ, tum quia communicare, & communicari ſunt relatiue oppoſita, & non dicunt niſi relationes originis, non enim dicunt relationes communes: patet igitur dicunt relationes originis oppoſitas, igitur idẽ quod

*Secundo regum c. 21.*

producere, & produci. tum quia ſi in aliqua duo correlatiua, ſi vnum extremū. vnius ſit idem vni extremo alterius, & reliquū reliquo. Exemplum. ſi. a. &. b. eſſent duo correlatiua. &. c. &. d. correlatiua. ſi. a. & . c. ſunt idem. b. d. erunt idem probatio, quia alioquin diceret idem ad plura correlatiua ſicut. a. quod idem eſt quod ipſum. c. diceret correlatiue ad b. &. d. quę per te ſunt diuerſa. hæc eſt vna combinatio relatiuorum producens, & productum. & hæc alia communicans & comunicatum. ſed communicans & producens idē ſunt, ergo & extrema eis correſpondentia ſunt eadem. Item per argumenta logica. qñ prædicatum prædicat̃ per ſe de ſubiecto, poteſt ſupponere ꝓ eo, patet de ſuperioribus, & inferioribus. ſed eſſentia prædicat̃ per ſe de patre, quia pater eſt eſſentia. ergo poteſt ſupponere ꝓ eo, igit̃ ſicut illa eſt vera, pater generat, ita iſta videt̃ eſſe vera, eſſentia generat: prout ſupponit pro patre, probatio minoris, quia non per accidens, quia nec vnū accidit reliquo, nec ambo tertio, & iſti ſunt duo modi vnitatis ꝑ accidens, quia ponuntur. 5. metaphyſi. c. de vno. Item eſſentia eſt pater. ergo eſſentia generat. añcedēs patet per conuerſionē ſimplicem, probatio conſequentiæ, de quocunque prædicatur

T. c. 7. ſubiectū & ꝓpria paſſio. & hoc probatur. quia ſubiectum eſt medium ad demonſtrandum ꝓpriam paſſionem ſuam, de eo cui non primo conuenit illa paſſio, generatio autem videtur ꝓpria operatio, vel paſſio patris. ergo conſequentia eſt bona.

Item eſſentia eſt pater filii, ergo eſſentia generat. probō antecedentis per conuerſionem. pater filii eſt eſſentia, igitur eſſentia eſt pater filii. probatio cō ſequentiæ. eſſentia eſt pater filii, ergo filius eſt filius eſſentiæ, probatio iſtius conſequentiæ, quia in relatiuis eſt conſequentia mutuā. ſi. a. eſt pater. b. ergo. b. eſt filius. a. ergo ſi eſſentia eſt pater alicuius, ille erit filius eſſentiæ. Item vltimo genitum inquantum genitum eſt aliquid, quia generatio non terminatur ad nihil, & inter nihil & aliquid non eſt medium, ſed nihil in diuinis eſt aliquid, niſi ſit eſſentia, ergo filius, inquātum genitus, eſt eſſentia. ergo eſſentia generatur. Contra eſt magiſter in litera.

IN ISTA quæſtione errauit abbas Ioachim: vt habetur extra de ſum. tri. & fide ca. c. damnamus. Dixit enim magiſtrum Petrū eſſe hæreticum, quia dixit rem eſſe in diuinis, quæ nec producit, nec producitur, ex hoc enim intulit Ioachim, quod Petrus poneret quaternitatem in diuinis. Poſuit enim tres res: rem generantem, rem genitam, rem ſpiratam, & poſuit rem nec generātem, nec genitam, nec ſpiratam, ergo quatuor res: hoc igitur inconueniens, quod ſequi videbatur vitando, poſuit Ioachim, quod nulla res vna eſt pater, filius, & ſpiritus ſanctus. ſed tantum dixit perſonas illas eſſe vnam rem, ſicut multi fideles dicuntur vna eccleſia propter vnam fidem & charitatem. & iſtud probauit per illud ſaluatoris in Ioānis. orantis patrem pro ſuis fidelibus. vt ſint vnum inquit ſicut, & nos. intulit igitur Ioachim,

*a. l. eius ratio & recitata extra.*

*Cap. 11.*



cum fideles non ſint vnū vnitate naturæ, ergo nec filius eſt vna res cum patre.

ISTVD ſecundum in opinione Ioachim eſt hæreticum. ſcilicet, quod pater & filius & ſ. ſ. nō ſint aliqua vna res, quia ſicut arguitur cap. præallegato pater gignendo dedit eſſentiā ſuam filio. nullam enim aliam potuit dare, qua filius eēt Deꝰ, & ſimili ratione ambo eam dederunt ſpiritui ſancto, non autem erat iſta cōicatio patris eſſentiæ, qa eſſentia eſt ſimplex, & indiuiſibilis. ergo totius eſſentię, ergo tota eadem eſſentia, quæ eſt in patre, eſt in filio. & ſpiritu ſancto, & ꝑꝑ ſimplicitatem diuinam, quælibet perſona eſt illa res, & tres perſonę ſunt illa res. Quod autem arguit de Euangelio, ſoluitur ibi. Nam ſaluator intelligit in oratione ſua, ꝙ ſcilicet illi fideles ſint vnum vnitate ſibi proportionabili. ſicut pater, & filius ſunt vnum vnita ſibi proportionabili. hoc eſt, ꝙ ſicut pater & filius ſunt vnum vnitate charitatis, quæ eſt natura eorū. ita fideles ſunt vnum charitate participata. Et iſta expoſitio probatur ibi per ſimile dictum ſaluatoris. Mat. 5. dicentis diſcipulis ſuis. Eſtote perfecti, ſicut & pater videtur cęleſtis perfectus eſt, vbi non monuit, ꝙ ſimus perfecti naturaliter ex nobis, ſicut pater ex ſe naturaliter eſt beatus, vel perfectus, ſed vt eſſemus perfecti perfectione nobis competente. ſ. gratiæ * & virtutum.

*Extra de ſum. trin. vbi. ideſt ſupra.*

QVANTVM autem ad primum arti. in quo Ioachim dicit magiſtrū Petrum eſſe hæreticum, contradicit ſibi Papa. Nos autem ſacramento approbante cōcilio credimus, & cōfitemur cum Petro. l, ꝙ vna ſumma res eſt eſſentia, vel natura diuina, quæ nec generat nec generatur, & tñ non ſequit̃ ꝙ ſit quaternitas, & qa ille tres res, pater, fi. & ſ. ſ. ſunt illa vna res, quaternitas autem eſſe nō poſſet, niſi eſſet quartum realiter a tribus diſtinctum. Pro iſta igitur opi magiſtri, ſic ſolenniter approbata adducitur talis rō. Res generans generat aliam rem, & realiter diſtinctam, qa nulla res ſeipſam gignit, vt ſit. primo de tri. ca. 1. eſſentia autē in diuinis eſt penitus indiſtincta, ergo nec generans nec genita, quia qua ratione generans, & genita. Ad hoc adducuntur rationes magiſtri in litera, quia eſſentia referretur ad ſe, & diſtingueretur a ſe. Tertia ratio eſt, quia pater eſt formaliter eo, quo generat. quia pater eſt formaliter ipſa eſſentia, quæ eſt in filio propter indiſtinctionem ipſius eſſentiæ. & ſi ipſam generaret, non eſſet formaliter ipſa eſſentia, qa illa eſſet diſtincta realiter ab eo, & poſterior origine. Adducitur * etiā alia ratio, quia in creaturis forma non generat nec generatur, ſed compoſitū, deitas autem ſe habet quaſi forma in perſona. ergo ipſa nō generat, nec generatur. Iſta ratio, minorem habet euidentiam hic, quàm in creaturis, quia ibi forma non eſt aliquid per ſe exiſtentes, vt poſſit eſſe operans, hic autem deitas, non cointelligendo proprietates perſonales, eſt de ſe ens in actu. Tamen confirmatur ratio ſic, quia operatio, quæ eſt ne-

*Vide ales. de ales. 1. parte. qō. 42. membro tertio. arg. 1 & vni. q. pūti. & fratrem adā li. 1. diſt. 33. q. 4. & alios.*

*a. l. &*

*1. phi. t. c. 56.*

ceſſario diſtincti operantis, non poteſt eſſe eius quod hic eſt vt forma, quia ipſa eſt per ſe indiſtincta in tribus, talis aũt operatio eſt perſonalis, q̃ eſt gñare, Hæc quantum ad realitatẽ huius quæſtionis dicta ſint. Sed loquendo de logica rõne, quare non põt hæc eſſe vera, eſſentia generat, vt eſſentia, ſupponit ibi pro perſona, ſicut iſta eſt vera. Deus generat, quia Deus ſupponit ibi pro patre. & tamen Deus non diſtinguitur a ſe. nec Deus eſt formaliter is, quæ generatur, licet Deus gñret Deũ. Reſpondeo, quandocunque eſt ſubiectum abſtractum vltimata abſtractione, & prædicatum ex ratione ſua non poteſt prædicari, niſi formalirer, non poteſt propoſitio eſſe vera, niſi ſit per ſe primo modo ſubiectum hoc eſt abſtractum vltima abſtractione, & prædicatum hoc, de ratione ſua non eſt natum prædicari, niſi formaliter, ergo propoſitio non poſſet eſſe vera, niſi per ſe primo modo. ſic autem non eſt vera hæc, quia prædicatum non eſt de per ſe intellectu ſubiecti. omne enim qđ dicitur ad aliquid eſt aliquid præter relationem. 7. de trini. 2. cap. ita quod relatio non eſt intra conceptum * abſoluti, huius ſyllogiſmi maiorem declaro ſic.

* a.l. ſolutionis.

Abſtractio vltimata eſt, quãdo formalis ratio alicuius cõſideratur ſecundum ſe præter qđlibet, qđ non includitur per ſe in illa. & ideo ſi ratio alicuius præciſiue accipitur, nihil illi formaliter inerit, niſi quod per ſe includitur in illa ratione.

In ſubſtantijs, quamuis in eadem re ſimplici poſſint eſſe perfectiones multæ ſubſtantiales, formaliter diſtinctæ. & ibi vna ratio formalis poſſit abſtrahi ab alia, remanente adhuc concretione vtriuſque formalitatis ad ſua propria ſuppoſita. verbi gratia. licet hæc ſit vera. ſubſtantia intellectiua eſt volitiua, vbi eſt prædicatio concretiua vnius perfectionis de altera, tamen hæc negatur intellectus eſt voluntas, quia illa ſignificant perfectiones illas, vt abſtractas a ſe inuicem, & ſecũdum proprias formalitates, tñ adhuc ſic abſtracta concernunt propria ſuppoſita, vt hic intellectus eſt intellectus, & hęc voluntas eſt voluntas. accipiendo tñ ſubſtantiã ſiue ſimplicẽ, ſiue compoſitam pręciſe ſecundum rõnem ſuam formalem quiditatinam, tñ eſt abſtractio a ſuppoſito propriæ naturę, quia cõiter non ſunt natæ concernere aliquid alterius naturæ, iõ ibi iſta abſtractio eſt maxima: abſtrahendo. n. naturã humanam a ſuppoſitis, q̃ ſunt illius naturæ, ſicut abſtrahiť cũ concipiť humanitas, non remanet vlterius abſtractio alia, & iõ illud, vt ſic conceptum pręciſe, eſt ipſummet præciſe, quia cuilibet alij extraneum, ſicut dicit Aui. 5. Met. quod equinitas eſt tãtũ equinitas, & nihil aliud. Sed in accidentibus quanto plura pñt concernere, tm̃ plures poſſunt fieri abſtractiones, concernunt quidem accidentia ſuppoſita alterius naturæ, & licet ab his abſtrahantur, concernunt tamen indiuidua propriæ naturæ, ſicut album cõcernit lignũ, & licet ab hoc abſtrahatur albedo, tanren adhuc cõcernit albedinẽ hãc, & illam, quæ ſunt indiuidua ſua, ſed vlterius eſt abſtractio quiditatis a ſuppoſito, qualis dicta eſt fieri in ſubſtantijs, & illam circum loquimur per hoc quod dicimus qđditas albedinis, & illa non concernit aliquod ſuppoſitũ, nec eiuſdem naturæ, nec alterius. In relationibus ẽt (quæ plura concernunt) adhuc plures pñt eſſe abſtractiones: concernit. n. relatio ſuum proprium indiuiduum, fundamentum, & ſubiectum, & licet abſtrahatur a poſteriori, non tamẽ a priori. Exẽplum. hoc concretum, quod eſt cauſa, dicitur de igne qui cauſat calorem in ligno. vt de ſubiecto, ſed abſtrahendo a ſubiecto, remanet adhuc concretio ad fundamentum, puta ſi dicatur potentia cauſandi. calor. n. eſt potentia cauſandi calorem, nõ tñ ignis eſt potentia cauſandi illum. Adhuc poteſt fieri vlterior abſtractio ad propriũ genus, vt puta ſi dicatur cauſalitas, & tunc nec ignis, nec calor recipit prædicationem iſtius, tamen adhuc hæc cauſalitas eſt cauſalitas. Vltima abſtractio qualis eſt in ſubſtantijs, eſt per hoc, quod dicimus, quiditas cãlitatis, & hæc de nullo prædicatur alio. Ex iſtis narratis apparet quæ ſit vltima abſtractio, quia quiditatis abſolutiſſimæ ſumptæ ab omni eo quod eſt quocunque modo extra rationem quiditatis. Circa alium terminum maioris, ſcilicet ꝙ prædicatum de quocunque dicitur de neceſſitate formaliter prædicatur. Notandum eſt qđ ſubſtantiua poſſunt dupliciter prædicari in diuinis, quandoque formaliter, quandoque per identitatẽ: ſed adiectiua, ſi prædicantur de neceſſitate, formaliter prædicãtur, & hoc quia ſunt adiectiua, nam ex hoc ꝙ ſunt adiectiua, ſignificant formam per modum informantis, & iõ de nullo dicuntur vere, niſi ad quod ſe habent per modum informantis, de quo videlicet formaliter dñr. talia ſunt non tm̃ noĩa adiectiua, ſed oĩa participia, & verba. His intellectis. patet illa maior aſſumpta, qñ aliquid eſt abſtractum vltimata abſtractione, ita ꝙ eſt abſtractum ab omni eo, qđ eſt extra rõnẽ eius, & prædicatum eius, non p̃dicať de aliquo, niſi formaliter, non eſt vnio vera taliũ extremorũ, niſi ſit formalis, & per ſe primo mõ, quia iſtud p̃dicatum, præciſe natũ eſt p̃dicari formaliter. iõ nõ põt ſaluari veritas per identitatem tm̃. & qa ſubiectũ eſt ſumma abſtractione abſtractum, non põt ſtare ꝓ aliquo qualitercunq; alio a ſe, ſed præciſe pro ſe formaliter. & ideo oporteret ꝙ ſua rõ præciſa formalis eſſet idem illi prædicato, qđ nõ poſſet eſſe, niſi iſta rõ præciſa includeret illud prædicatum, patet igiť illa maior. Patet ẽt illa minor, ꝙ talia ſunt iſta extrema. eſſentia generat, vel deitas generat, quia deitas eſt abſtractum vltimata abſtractione. gñat aũt eſt verbũ, ideo non põt prædicari niſi formaliter. nõ ſic autem abſtrahitur vltimata abſtractione hoc nomẽ Deus, & ideo poteſt ſupponere pro perſona, vt cum dř. Deus creat, Deus generat.

Cap. 1. & 2.

Iſtud tñ qđ dictũ eſt de multiplici abſtractione quid valet? nã hęc humanitas eſt humanitas, hęc albedinitas eſt albedinitas. Et vniuerſaliter nulla

poteſt eſſe abſtractio quãtũcun-
que vltima, dum tñ conceptus
abſtractus ſit cõis, ſicut ſemper
oportet quando abſtractum di-
catur de ſuo ſingulari, & ꝑ ſe,
ſed illud ſingulare non eſt ſup-
poſitum, quando abſtrahiť qui-
ditas ab habente quiditatem.
Ita in accidentibus nunquam
abſtractum habet pro ſingula-
ri ſuppoſitum. Itaque in accidẽ
tibus licet ponatur multiplex
abſtractio a ſubiecto remotio-
ri, & propinquiori, ſicut relatio
a ſuppoſito, ſiue ſubiecto, &
fundamẽto, & in ſubſtãtia vni
ca. ſ. a ſuppoſito, ſed non a ſin-
gulari, non tamẽ oportet, ꝙ in
aliqua abſtractione abſtractũ
non prædicetur de aliquo, nec
aliquid de ipſo, quia hoc eſt im
poſſibile, ſed ſufficit ad propoſi
tum hoc. quod vltimate abſtra
ctum, hoc eſt ab omni alterius
naturæ, & a ſuppoſito proprio,
non a ſingulari, de illo non præ
dicetur aliquid formaliter, niſi
prædicentur per ſe primo mõ,
igitur nunquam humanitas eſt
animalitas. humanitas. n. non
eſt ſingulare animalitatis, ſed
hæc animalitas, homo autem
eſt quaſi quoddam ſuppoſitum
animalis.

AD ARGVMENTA
in oppoſitum. Ad primã aucto-
ritatẽ Aug. rñdeo, ꝙ ſapiẽtia li-
cet abſtrahatur a ſapiente, qđ
eſt operans, tñ adhuc ſignificat
potẽtiã operatiuam, vel princi
piũ operatiuũ, & iõ nõ abſtra-
hiť ſumma abſtractione, qa po-
tentia operatiua aliquo modo
concernit aliquid, & pp talem
concretionem aliqualẽ, aliqua-
liter concediť ꝙ ſapiẽtia eſt na
ta, nullo aũt modo, ꝙ eſſentia
ſit nata. Qđ aũt Aug. dicit ali-
qñ, filiũ eſſe eſſentiam de eſſen
tia, hoc exponeť in ſe. q. ꝙ hoc
non probat eſſentiam eſſe geni
tam, vel gnerantem, ſed eſſe il-
lud de quo filius generetur.

Vel dicendum ſecundum ꝙ
magiſter dicit. 28. diſt. ꝙ ſapien *Sic in ori*
tia ſtat ibi pro ſuppoſito, ſiue *ginali do-*
hypoſta. ſicut qñ dř verbũ vel fi *ctoris.*
lius, in eo vero ꝙ dicit nata, in-
telligiť neceſſario, ꝙ dř verbũ
vel imago. & ſic intelligiť, ꝙ fi-
lius eſt eſſentia. qa terminus eſ
ſentialis ſtans pro perſona indi
cat, ꝙ illud ſit in eſſentia. ſed
quõ ſapientia põt ſtare ꝓ ſup-
poſito, non aũt eſſentia. Rõ iã
dicta eſt, quia ſapientia non eſt
quid abſtractum vltima abſtra-
ctione, ſicut eſſentia.

Ad dictum Ricar. ſi intendit
reprehendere magiſtrũ ibi, ſi-
cut ex verbis eius apparet, cum
doctrina magiſtri, & præcipue
iſta, auctẽticeť ꝑ cõcilium gñā-
le in cap. pręallegato nego Ric.
tenendo magiſtrũ. & ꝙ dicit,
magiſtrũ adducere multas au-
ctoritates cõtra ſe, magiſter bñ
exponit eas, ſicut patebit in ſe.
q. nullã aũt hẽt pro ſe auctori-
tatẽ, ſed hẽt illã vniuerſalis ec-
cleſiæ capi. ꝑallegato, q̃ maxi-
ma eſt, quia dicit Aug. in libel-
lo contra epiſtolã fundamẽti.
Euangelio nõ crederẽ, niſi ec- *Mani-*
cleſiæ catholicę crederẽ: q̃ eccle *chei. 1.*
ſia ſicut determinauit, q̃ libri
hñdi ſunt in canone Biblię, ita
ẽt determinat qui libri haben-
di ſunt auctentici in libris do-
ctorũ, ſicut patet in canone, &
poſt iſtã auctoritatem canonis
nõ inueniť in corpore iuris ſcri
ptũ aliqđ ita auctenticũ, ſicut
ſcriptũ magiſtri, ꝑallegat. capi.
Ad rõnem illã de cõicare, dicõ *diſ. 15. ct.*
ꝙ productio habet productum *ſcriptum*
pro



termino ſuo primo. & dico hic
primum terminum, terminum
*t. cõ. 26.* adæquatũ. & hoc mõ dicit phi.
*27. & 32.* 7. met. ꝙ compoſitum primo ge
nerať, quia eſt quod primo ha-
bet eſſe per productionem, hoc
eſt adæquate. in compoſito tñ
*t. cõ. 24.* forma eſt formalis terminus
generationis, non autem termi
nus per accidens, ſicut apparet
per phi. 2. phy. vbi probat for-
mã eſſe naturã, ꝑ hoc ꝙ genera
tio eſt naturalis, quia eſt via in
naturam. eſt autem via in for-
mam, ergo &c. q̃ rõ nulla eẽt, ſi
forma eſſet tm̃ terminus ꝑ ac-
cidens generationis. & in eodẽ
ẽt vult, ꝙ forma & finis coinci
dũt in idẽ, qđ non eſt verũ de
*t. cõ. 70.* fine geniti, ſed generationis. er-
go terminus formalis gñatio-
nis, vere eſt ipſa forma. ipſum
igitur generans vnam habet
habitudinem ad primum ter
minum, qui dicitur produ-
ctus, ſiue genitus, & aliam habi
tudinem habet ad formalem
terminum. & in creaturis vtra
que habitudo eſt realis, quia
vtraque habitudo habet termi-
nos realiter diſtinctos, & realis
dependentia eſt vtriuſque pro-
ducti ad ipſum producens, in
propoſito autem producens ad
primum productum habet re-
lationem realem, quia diſtin-
ctionem realem, & realem ori
ginem. ad terminum autẽ for-
malem in producto, non habet
relationem realem, quia nõ di
ſtinctionem realem, ſine qua
non eſt relatio realis. produce-
re igitur in diuinis dicit relatio
nem realem, cõicare autem di-
cit relationem originis & quaſi
rõnis concomitantem illã rea-
lem: cum igitur dř, ꝙ iſtæ ſunt
relationes oppoſitæ. ſ. cõicare,
& cõicari. dico ꝙ ſunt relatio-
nes rationis oppoſitæ, ſecundũ
proprias rõnes ſuas, licet neceſ-
ſario concomitenť aliquas re-
lationes reales oppoſitas. ſ. pro
ducere, & produci, ſed iſtæ rela
tiones & illæ non ſunt eorun-
dem relatorum formaliter.

Exemplum huius de princi-
pio quo in creaturis referť rea-
liter ad productum, ſicut quod,
ad idem enim genus cauſę per-
tinet ars, & ędificator. 5. meta.
Sed hic, quo, quia non eſt di- *t. c. 24.*
ſtinctum, nõ hẽt relationẽ rea-
lem ad productũ. diſ. 7. Ita nec
econuerſo terminus formalis
ad producens.

Per idem ad ſecundum dico.
quod nullum extremũ vnius
correlationis eſt idem formali-
ter cum extremo alterius corre
lationis, cõmunicans enim &
producens, licet concurrant in
eodem ſuppoſito, quia natura
non dř proprie cõicans ſe, ſicut
dř communicat, tñ communi-
cans non dicit formaliter ean-
dem relationem, quã dicit pro-
ducens vt producens cõicari au
tem & produci, nec eandem di
cunt relationem, nec idem pri-
mo denominant.

AD ARGVMENTA
logica, cũ primo arguiť de præ
dicatione per ſe, dico ꝙ eſſen-
tia non prædicatur ꝑ ſe primo
modo de pře, neq; formaliter.
Cũ probas, quia non per acci-
dens, dico, ꝙ (ſicut in creaturis)
non oĩs ꝑdicatio eſt per ſe vel
per accidens, accipiendo acci-
dens proprie, vt qñ accidens ꝑ-
dicatur de ſubiecto, non enim
genus per ſe prędicatur de dña,
nec ſic per accidens, quia neu-
trum neutri accidit, nec am-
bo tertio, ſed eſt ibi medium
extra-

extraneum, ſiue inferius cõtrahens aliud, quod inferius põt dici accidens ſuperiori.i.extraneum, ſed non proprie accidẽs. In diuinis aũt non omnia ſunt per ſe eadem.i. formaliter, nec tamen vt eſt aliquid idem alicui per accidens proprie, ſed aliquid eſt idem alicui, abſoluta identitate, abſque formali idẽtitate, & ita eſt in propoſito.

Prædicationes per ſe ſunt formales, de identicis non tradidit Ariſt. aliter dictum per ſe, & formaliter ſtat ꝓ ſuppoſito 5.trini.c.5.in Deo medium inter ſecundum ſubſtantiam & ſecundum accidẽs. Contra. Pater eſt qui generat, pater eſt eſſentia. igitur &c. Reſpondeo, variatur prędicatio. Ad aliud dico, ꝙ iſta eſſentia eſt pater, põt diſtingui, quia pater põt ſumi adiectiue, vel ſubſtantiue. ſecũdo modo ſignificat pſonam, cuius eſt paternitas & concedo eã eſſe veram per identitatẽ, quia ſubſtantiuũ poteſt prædicari de aliquo per identitatem: primo modo ſignificat ipſam proprietatẽ denominatiue. & hoc modo exponit magiſter diſt.27. qa idem eſt patrem eſſe, & genuiſſe. & hoc modo iſta eſt falſa. eſſentia eſt pater, quia ſignificat patrẽ formaliter prædicari de eſſentia, quando igitur arguis de ſubiecto & paſſione. dico ꝙ quando paſſio poteſt prædicari prædicatione eiuſdem rationis cum illa, qua prædicatur ſubiectum, vel quando habet ſimilẽ modum prædicandi, poteſt ex ſubiecto inferri paſſio, quando non, non, hoc ſubiectum, ſi ſit ſubſtantiuum põt prædicari ꝑ identitatem. paſſio autem ſi eſt paſſio, non poteſt, ſed tantũ formaliter quia eſt adiectiuũ. Ad aliud, eſſentia eſt pater filij, q-dam doctor repetit opiniones aliorum, primam magiſtri Alexandri. qui diſtinguit iſtam, eſſentia eſt pater filij, ſicut iam diſtincta eſt illa præcedens. ſ. eſſentia eſt pater, ꝙ pater põt ſumi adiectiue, vel ſubſtãtiue, primo mõ dicit ipſam eſſe falſam, & conſequentiam non valere. ſecundo modo verã. Aliã magiſtri Præpoſitini. qui dicit eam ſimpliciter eſſe veram, ad quod habet duas rationes. vnã per conuerſionem, quia ſi conuertens eſt vera, conuerſa erit ſimiliter vera, ſed hæc eſt vera, pater filii eſt eſſentia, ergo eſſentia eſt pater filij. Aliam habet rationem, quia hæc eſt ſimpliciter vera, eſſentia eſt pr̃, aut igitur alicuius, aut nullius, ſi nullius, ergo omnino nõ eſt pater. ſi alicuius, & non niſi filij. ergo eſſentia eſt pater filij. Contra * magiſtrum Alexãdrum arguit ſic, & probat ꝙ ly, pater, tãtum tenetur adiectiue. quoniã nomina quæ imponuntur a potentia actiua & paſſiua, vt ſunt magiſter & diſcipulus, pater & filius, ędificator &c. ſumuntur tantum in ſignificatione adiectiua, & hoc in reſpectu, quem habent ad aliud quod reſpicit potentia a qua imponũtur, ſed quandocunque aliquid habet rationem adiacentis, vel adiectiui ex reſpectu ad aliud, quãto magis eſt determinatus eius reſpectus, tanto magis hẽt rationem adiacentis, vel adiectiui, & tanto minus, quanto magis eſt indeterminatus, ſicut patet de reſpectu modi ĩfinitiui, quem grammatici dicunt poſſe ſupponere magis quã alios, quia

*Henr. prima parti ſum q.29. mẽbro 3. art. 1. in reſponſione ad 5. argumentum.*

*a.l. vtrumque.*



quia illi dicunt finitam inclinationem ad ſuppoſitum, ille vero infinitã inclinationem ad ſuppoſitum, infinitiuus aũt & adiectiuũ in neutro genere potius ſubſtantiuantur q̃ in genere maſculino vel fęminino, ergo, cum ly, pater filij, habeat finitam, & expreſſam habitudinem, non ſic aũt cum per ſe ponitur, ly, pater, ideo licet poſſet teneri ſubſtantiue dicendo, eſſentia eſt pater, non tamẽ niſi adiectiue, dicendo eſſentia eſt pater filij, & ſic ſimpliciter iſta eſt falſa. eſſentia eſt pater filij. Et ſi obijciatur, eſſentia eſt pater, & non eſt pr̃ niſi filij, ergo eſt pater filij, aut non eſt pater. Reſpondeo, ꝙ eſt fallacia figuræ dictionis, quia in prima ꝓpoſitione pater per ſe ſupponit pro tota perſona. in ſecũda aũt cũ dr̃, ꝙ eſt pr̃ filij, copulat proprietatem tantũ circa ſubiectũ. Patet etiam ꝙ non valet argumentũ primũ Præpoſitini, pater filij eſt eſſentia. ergo eſſentia eſt pater filij, per conuerſionem, quia debet ſic conuerti. ergo aliquid quod eſt eſſentia, eſt pater filij. ſicut iſta, indiuiduũ eſt homo. non ſic conuertitur, ergo homo eſt indiuiduum, ſed ſequitur. ergo aliquid quod eſt homo, eſt indiuiduum. Similiter ſecunda ratio non valet, cũ arguitur, eſſentia eſt pr̃. aut igitur alicuius, aut nullius. Dicendum ꝙ nõ ſequitur, propter fallaciam figuræ dictionis, qa ſtatim cum additur, alicuius, vel nullius aliter copulat, quã pri⁹ ſupponebat. Et dicendum eſt, ꝙ nullius eſt pater. i. non alicuius eſt pater, & non ſequitur ex hoc, ꝙ nõ ſit pr̃, ꝑꝑ figuram dictionis, ſed ſequit̃ tñ, ergo non cõuenit ei proprietas pr̃nitatis. Ideo reſpondet tertio modo ꝙ hæc eſt ſimpliciter falſa, eſſentia eſt pater filij, quia ly pater, tantum tenetur adiectiue, propter rationem præmiſſam. Contra modum eius dicẽdi arguo ſic, quod includitur eſſentialiter in conceptu alicuius, ſicut pars conceptus, non poteſt ab eo excludi ſub quocunque modo concipiatur. ſi enim ſub aliquo modo concipiatur, & illud excludatur, tunc ille modus repugnat rationi conceptus qui concipitur, cum ergo in conceptu relatiui, ex hoc ꝙ cõceptus relatiuus, non vt hoc modo cõceptus, vel illo neceſſario includatur correlatiuum, vt terminus eius, qa non põt eſſe nec intelligi ſine eo, ſicut nec ſine termino, hoc eſt.n. eſſe eius, ergo quocunque modo concipiatur, ſiue adiectiue, ſiue ſubſtantiue ſemper includeretur correlatiuum, vt terminus, & ita nullo mõ põt intelligi, vt abſolutũ. Item * tunc iſta eſſet incongrua, pater filij eſt eſſentia, quia adiectiuum non ſubſtantiuatũ, non ſupponit cõgrue pro * ſubiecto. Niſi in ſubiecto ſit determinatio. Ibi aũt in ſubiecto determinatur pater per filium, ad quẽ habet determinatum reſpectũ. ergo &c. Ideo teneo opi. Alexãdri, diſtinguendo (ſicut ipſe diſtinguit) ꝙ ſubſtantiue eſt vera, adiectiue falſa. Ad rationes Prępoſitini, dico quòd conuerſa eſt vera ſubſtantiue, adiectiue incongrua, quia maſculinum nõ poteſt ſubſtantiuari. Ad ſecundam eius rationem, dico ꝙ eſſentia eſt pater, igitur alicuius, & concedo ꝙ eſt filij, ſed cum arguitur in ratione principali, ſi eſ-

*a.l. confirmatur de filiatione tunc enim iſta erit.*

*a.l. niſi in ſubiecto.*

ſi eſſentia eſt pater filij. ergo filius eſt filius eſſentiæ, nego cõſequentiã. cum probatur per illã conſequentiã mutuã in relatiuis, dico, ꝙ illa cõſequẽtia mutua tenet in illis relatiuis, ꝗ sũt primo relatiua. tenet ẽt in his ꝗ referunẽ ꝓ relationes, ſi tñ dicãtur formaliter relationes de eis. ſicut ſi formaliter ſortes eſt pater Platonis, ecõuerſo formaliter Pla. eſt filius ſor. In his tñ ꝗ nõ referuntur primo. nec etiam indenominãtur formaliter ab ipſis relationibus, ſed relatio ꝑ̃dicatur de altero corũ per identitatem, nõ valet cõſequentia. ſed eſt cõſequentia a poſitione cõſequẽtis, qa ibi in conſequẽte plus ſignificatur, ꝗ in antecedente. in antecedente. n. notatur identitas relationis ad aliquid de quo dr̃, ſed in cõſequẽte ſignificatur illud aliud referri ad illud formaliter, cum. n. dr̃ filius eſt filius eſſentiæ, ex vi cõſtructionis, ſignificatur eſſentiã eſſe ꝓpriũ correlatiuũ eius, qđ eſt filius, & ita filiũ eſſe formaliter filiũ eſſentię, antecedẽs aũt non ſignificat relationẽ paternitas formaliter cõuenire eſſentiæ, ſed tantum per identitatem. Ad vltimum dico. cum accipis genitum inquantũ genitũ eſt aliquid. nego niſi aliquid, vt extendit ſe ad aliquid, & tunc mi. eſt falſa. & cum dicis, nõ eſt nihil. dico vt ſæpe prædictum eſt, ꝙ inter cõtradictoria eſt medium cum ly, inquantum, ita ꝙ neutrum ineſt cum inquantũ. ſicut nec hõ inquãtũ homo eſt albus, neq; inquãtum homo eſt non albus, non tamen ſunt duo contradictoria cõplexa ſimul falſa. iſta enim contradictoria eſt vera, homo nõ inquãtum hõ eſt albus, ita hic, genitũ nõ inquãtũ genitũ eſt aliquid, quia rõ gignitionis non eſt formalis rõ inhærentiæ prædicati: ita. ſ. ꝙ ly, inquantum, dicat rationem formalem geniti, licet genitum in ſe formaliter ſumptum ſit per identitatem eſſentia. Quid igitur dicetur de genito inquantum genitum? poteſt concedi, ꝙ genitum inquãtum genitum eſt perſona vel ſubſiſtens, ſed nõ ſequitur vlterius. ergo inquantũ genitum eſt aliquid accipiendo aliquid pro eſſentia, propter non identitatẽ formalem rationis perſonalis cum eſſentia. Vtrum eſſentia ſit communicans vel communicãta? ꝙ non, quia tunc producta, probaẽ dupliciter, vt ſupra. Cõtra. 15. tri. 26. & Ioannis. 10. pater meus quod dedit mihi. Solutio de dupliciter termino primo, & formali. Simile de duplici principio primo, & formali. Ad argumenta &c.

*Sic in originali.*

## QVAESTIO. II.

SECVNDO quæro de ſecũda parte diſtin. vtrũ filius generetur de ſubſtãtia patris? ꝙ non, qa. 7. de tri. c. 6. & 12. Tres perſonas ex eadem eſſentia non dicimus, ſubſtãtia autẽ videẽ vniformiter ſe habere ad quãlibet pſonã. ergo nulla perſona eſt de alterius ſubſtãtia. Itẽ cõſtructio alicuius cũ ſuo genitiuo, nõ notat maiorẽ diſtinctionẽ cõſtructibiliũ, ꝗ prepoſitio cũ ſuo caſuali, qñ additur eidẽ cõſtructibili. ergo non maior diſtinctio notatur hic, filius eſſentiæ patris, quam filius de eſſentia patris, ſed non conceditur, ꝙ ſit filius



lius eſſentiæ patris, quia tũc eſſentia generaret filium. ergo. Itẽ cũ dr̃ filius eſt de ſubſtantia patris, aut ly, de, notat diſtinctionem, aut non. ſi ſic, propoſitio falſa eſt, quia eſſentia nõ diſtinguitur realiter a filio, ſi nõ, igitur hæc eſt vera, pater eſt eſſentia filij, vel de eſſentia patris, quod non conceditur. Oppoſitũ. 15. de tri. c. 19. Aug. tractans illud ad Collo. Trãſtulit nos in regnum filij charitatis ſuæ, qđ dictũ eſt ait, filij charitatis ſuæ, nihil aliud eſt, ꝗ filij ſubſtantię ſuæ. ergo eſt de ſubſtãtia patris. Præterea, ad hoc eſt auctoritas Aug. contra Maximinum, & ponitur in litera. nullo modo verum filium Dei * cogitatis, ſi hunc de ſubſtautia patris eſſe negatis. Item, filius in creaturis non eſt, niſi gignatur de ſubſtãtia patris, ideo in inanimatis non eſt paternitas, nec filiatio, quia generatum eſt de materia aliena, ſicut ignis generat ignẽ de materia aeris, ergo nõ eſt veta filiatio, niſi vbi vera ſubſtãtia patris, vel aliquid de ſubſtãtia patris eſt materia reſpectu filij, ſed filius in diuinis eſt vere filius patris. ergo de ſubſtãtia patris eſt tanquam de materia.

*a. l. cognoſitis.*

IN ISTA qſtione dr̃ ꝙ ſicut in ſubſtantia creata generabili aliquid eſt potentiale quod ſupponitur generationi, vt materia, & aliquid inductum per generationem, vt forma, & ex eis eſt productum quod eſt genitum, ita correſpondent proportionaliter quaſi tria in diuinis conſimilia. perſona quippe eſt quaſi compoſitũ, & relatio, quaſi forma, & eſsẽtia quaſi materia. eſt igitur filius genitus de ſubſtãtia patris, ſicut quaſi de materia. Iſtud probaẽ ꝑ rõnem Aug. contra Maximinũ, ꝗ ponitur in litera: filius. n. nullo mõ eſt de nihilo, neq; negatiue, vt aliquis dr̃ loqui de nihilo, qñ nõ loquiẽ, neq; affirmãdo ly, de nihilo, vt ly, de, ſit nota materialitatis, vel quaſi materialitatis, quia nihil, nõ poteſt eſſe materia alicuius, neque affirmando ly, de, originaliter, ſiue ordinaliter. i. prius nihil, quos tres modos intelligendi aliquid eſſe de nihilo ponit Anſel. monologion. c. 8. ſi nullo modo filius ẽ de nihilo. ergo de aliquo. ergo cum nõ de alio, ꝗ de ſubſtãtia patris. patet, ꝙ eſt de ſubſtãtia patris. Et ſi reſpõdeatur (ſicut videtur magiſter reſpondere in litera) ꝙ eſt de ſubſtãtia patris. i. de patre, qui eſt ſubſtãtia. Arguitur, ꝙ iſta expoſitio non ſit ſufficiẽs, qa tantũ exponit, de, vt notet rõnẽ principij originãtis, vel efficientis: & poſito ꝙ hoc modo ſit de patre, adhuc reſtat quæſtio. vtrũ de aliquo, vel de nihilo. ſicut de materia, vel de quaſi materia, & cum nõ ſit de nihilo ſic, qa hoc modo creatura eſt nihilo. ergo de aliquo, & ſtat argumentum.

*Henr. in ſum. art. 54. q. 3. et in quol. 8. q. 9. vide eũ quoli. 6. q. 1. & vv. hic vocKã.*

Ad hoc etiam adducitur auctoritas Aug. 7.* de trini. c. 3. & 4. ꝙ filius eſt ſapientia genita, vel nata.

*a. l. 2. ve.*

Si arguitur contra iſtam poſitionem, quòd actus purus nõ poteſt eſſe quaſi materia, reſpectu generationis, qa nullo modo eſt in potẽtia. Præterea, ꝑ rõnem magiſtri, cũ ſit vna eſſentia triũ perſonarũ, generaretur filius de eſſentia triũ. Reſpondent ad primũ * diſtinguendo, ꝙ aliqđ eſt in potẽtia ad aliqd. duob⁹ modis, vno modo ad aliquid,

*a. l. dicendo.*

quid, quod eſt abſolutũ,& dif-
fert ab ipſo re, vel intentione,
& vadit de potentia ad actum
per motum.& per tranſmuta-
tionẽ rei, vel rationis. Alio mo
do aliquid eſt in potentia ad ali
quid,quod eſt rationis tantũ,&
differt ab ipſo ſola ratione, nũ-
quam vadens per trãſmutatio-
nem quamcunque de potentia
ad actum, ſed ſemper naturali-
ter eſt cõiunctum actui. Primo
modo, in creaturis materia eſt
in potentia ad formam, tanq̃
ad differens re ab ipſo, & tran-
ſiens de potentia in actum per
realem tranſmutationem.& ſi-
militer forma generis eſt in po
tentia ad formam differentiæ,
tanquam ad aliquid differens
ratione, vel intentione ab ipſo,
& tranſiens de potentia ad actũ
per tranſmutationem rationis,
nullo tali modo diuina eſſen-
tia eſt in potentia ad aliquid,&
de iſta potentia habet veritatẽ
medium in argumento, quia il
la repugnat actui puro. non ſic
eſt de potentia ſecundo modo,
quia de natura formæ diuinæ
inquantum eſt actus purus, eſt
etiam ꝙ ſit ſecundo modo in
potentia ad plures reſpectus.
Breuiter igitur productio diui-
na ſumme differt a productio-
ne naturali,quia in iſta itur per
tranſmutationem ad perfectio
nem. & ibi diſtat potentia ab
actu,in iſta autem nequaq̃. Dif
fert etiam iſta ſpecialiter a ꝓ-
ductione naturali,quæ eſt gene
ratio, quia illa eſt de imperfe-
cto ſubſtantialiter. iſta vero eſt
de ꝑfecta ſubſtãtia, in quo plus
cõuenit cum productione, quę
eſt alteratio. quia in illa ſubie-
ctum quod eſt in potentia ſe-
cundum quid, eſt aliquid exi-
ſtens in actu,ſed differt in hoc,
quia ſubiectum in alteratione
eſt in potentia ad aliquid reale
abſolutum, realiter differẽs ab
ipſo.in productione autem di-
uina nequaq̃. & in hoc diuina
productio conuenit plus cum
productione ſpeciei ex genere,
ſed differt, qa in hac productio
ne genus eſt ſicut ſubiectum &
materia,& eſt in potẽtia ad ali
quid abſolutum.vt ad differen-
tiam,quæ tamen ſola intentio-
ne differt ab ipſo. hic autem ſu
biectum eſt in potentia ad ali-
quid reſpectiuum,quod differt
ab ipſo ſola ratione. Et ita licet
iſta productio ſpeciei ex gene-
re ſit magis ſimilis diuinæ, q̃ *Quære in*
alia,in multis tamen differt,qa *ſum. vſq; ibi. Ad ſe*
productio ſpeciei ex genere ꝓ- *cundum.*
cedit ab eſſe incompleto ad eſ-
ſe completum,aſſumendo com
plemẽti determinationem per
differentiam, vt ſecundũ aliud
& aliud reale deſcendat in aliã,
& aliam ſpeciem, & erit tantũ
genus vnum commune ſecun-
dum rationem. in productione
autem diuina ſubiectum non
eſt aliquid incompletum, deter
minatum per aſſumptam pro-
prietatem, ſed vnum, & idẽ re
ſingulare totaliter habet eſſe ꝑ
productionem in diuerſis pro-
prietatibus relatiuis, quod eſt
commune non ſecundum ratio
nem, ſed ſecundum communi-
cationem. Ad ſecũdum dicitur,
ꝙ non eſt de ſubſtãtia,inquan-
tum eſt trium, ſed vt eſt patris
ſubſtãtia. Huic opi.additur ab *Goff. quo*
alijs, ꝙ eſſentia diuina dicitur *li. 9. q. 6.*
generari ſubiectiue,quod enim *t.*
ſubijcitur generationi poteſt di
ci ſubiectiue generari per phi-
loſophum 5. phy. vbi arguit ꝙ
generatio non eſt motus. ꝑ hoc
argu-



argumentũ quod mouetur eſt,
quod generatur nõ eſt. ergo qđ
generatur non mouetur: acci-
pit autẽ quod mouetur pro ſu-
biecto motus, nõ pro termino.
ſi enim acciperet,quod genera-
tur, ꝓ termino generationis nõ
pro ſubiecto,argumentum non
valeret,quia dum motus eſt ter
minus motus nõ eſt. ergo opor-
tet ꝙ accipiat ibi ꝙ generatur
pro eo, quod ſubijcitur genera-
tioni. Idem probatur per Com-
mentatorem ibidem cõmen-
to.8.& 9. Pro iſta opinione ad-
ducuntur rationes tales, illud
vere dicitur generari ſubiecti-
ue,ſiue eſſe ſubiectum genera-
tionis, quod manet idem ſub
vtroque termino generationis,
eſſentia autem diuina manet
eadem in patre,& filio. ergo ip
ſa erit vere ſubiectum ipſius.
Confirmatur ratio. quia in eo-
dem eſt terminus,& tranſmuta
tio,ſicut diſpoſitio, & forma ad
quam diſponit,ergo cum in eſ-
ſentia ſit relatio, quæ eſt quaſi
terminus generationis, in ipſa
*1. m. con-* etiam erit ipſa generatio. Præ-
*tra pla. &* terea,omni potentiæ actiuę cor
*3. de aĩa.* reſpondet aliqua potentia paſ-
ſiua,ergo fęcunditati p̃ris quaſi
actiuæ correſpondet aliqua po-
tentia quaſi paſſiue,de qua po-
teſt producere. Vltimo arguitur
ſic. ſi ignis generaret ignem de
ſubſtantia ſua, adhuc ſubſtan-
tia ignis generantis,ita eſſet in
potentia ad formam ignis ge-
nerandi, ſicut modo eſt mate-
ria aliena,de qua generatur.ſic
igitur in propoſito,eſſentia pa-
tris, de qua pater generat, erit
quaſi materia reſpectu genera-
tionis.

CONTRA ISTAM opi.
arguo primo ſic, eſſentia eſt for
malis terminus productionis.
igitur non quaſi materia, proba
tio antecedẽtis. Io. 10. Pater qđ
dedit mihi maius eſt omnibus,
maius autem omnibus non eſt,
niſi aliquid infinitum, hoc non
eſt,niſi eſſentia, ergo illam de-
dit. Hoc etiam vult Augu.15.de
tri.c.26. Sicut filio inquit præ-
ſtat eſſentiam ſine initio tempo
ris,ſine vlla mutabilitate natu-
rę de p̃re generatio, ita ſpiritui
ſancto præſtat eſſentiam ſine vl
lo initio temporis ſine vlla mu
tabilitate naturæ de vtroq; pro
ceſſio. non autem concedit,for
mam aliquam dari producto,
ſiue communicari, vel præſta-
ri per generationem, niſi illa
forma communicata ſit forma-
lis terminus talis productionis.
Probatur etiam illud antece-
dẽs per rõnem. Primo.qa nulla
entitas formaliter infinita ſim-
pliciter perfectior termino for-
mali productionis habetur per
productionem, eſſentia eſt for-
maliter infinita, relatio autem
non,ergo ſi relatio eſſet forma-
lis terminus productionis, per-
ſona nõ haberet eſſentiam,per
productionem. Secundo. quia
in creaturis natura eſt terminus
formalis generationis, non au-
tem ꝓprietas indiuidualis, vel
hypoſtatica,ſicut patet.2.phyſi-
co, vbi dicitur ꝙ generatio eſt *t. c. 14.*
naturalis, quia eſt via in natu-
ram.ſ. in formam.natura igitur
ſiue eſſentia eſt per ſe terminus
generationis: & non niſi termi
nus formalis.

Tertio.quia aliàs iſta genera
tio nõ eſſet vniuoca, quia ratio
formalis termini eius non eſſet
ratio conuenientię generantis
cum genito, conſequens eſt in-
cõueniens ſicut tãgetur diſt.7.
Simi-

Similiter aliàs nō eſſet iſta, ꝓ-
ductio generatio, ſed magis eſ-
ſet mutatio ad relationē, quia
productio ponitur ī genere, vel
in ſpecie, ex ſuo termino for-
mali. ſicut patet ex 5. Phyſi. ſi-
*T. c. 4. & inde.* cut alteratio ponitur in genere
qualitatis, quia ibi eſt forma ac
ciden talis, quæ eſt formalis
terminus alterationis. ergo ſi
formalis terminus huius produ
ctionis eſſet relatio, iſta produ-
ctio poneretur in genere rela-
tionis, & non eſſet generatio.
Probo conſequētiam primi en-
thimematis. primo, quia illud
quod eſt materia in generatio-
ne, eſt in potentia ad terminū
formalē, & quod eſt quaſi ma-
teria, eſt quaſi potentia. eſſen-
tia nec vere, nec quaſi eſt in po
tentia ad ſeipſam, ergo &c. Si-
militer probatur eadem conſe-
quentia, quia vna perſona tan-
tum vno modo habendi habet
eſſentiam, ſaltem iſtis duobus
modis non habet eam. ſ. vt ter-
minum formalem productio-
nis, & cum hoc, vt quaſi mate-
riam & ſubiectum generatio-
nis. probatio iſtius, quia ſi ha-
beret eam ex vi productionis,
vt terminum formalem, habe-
ret eam circūſcripto omni alio
modo, ergo non habet eam, vt
quaſi materiam ſubiectam ge-
nerationi, nō enim habet dei-
tatem aliquo modo, quo circū-
ſcripto haberet eam perfecte,
& eſſet verus Deus. videtur etiā
ſequi ꝙ haberet bis eſſentiam.
& per cōſequēs ꝙ ſit bis Deus,
quia habere eſſentiam eſt eſſe
Deum, & ꝙ habeat prius eam
naturaliter, quam habeat eam,
ſi ratio quaſi materiæ præcedit
aliquo modo rationem forma-
lem termini generationis. Itē

ſecundo. eſſentiæ, vt de ea gene
ratur filius, neceſſe eſt aſſigna-
re aliquod eſſe, quia principia-
re aliquod verū ens in quocun
que genete principii, non con-
uenit alicui, niſi realiter enti.
quæro quod eſſe conuenit eſſen
tiæ, vt ipſa eſt de quo per im-
preſſionem generatur filius,
aut præciſe eſſe ad ſe eſſe, ſcili-
cet quod eſt eſſentię, vt eſſentia,
& tunc filius, eſt de eſſentia, vt
eſſentia, & hoc modo eſt trium
perſonarum, aut vt conuenit ſi
bi eſſe in aliqua ſubſiſtentia, &
tūc quæro in qua, aut in ingeni
ta, & ſic cū in intellectu eius ꝙ
eſt eſſe, de quo aliquid ꝓducit,
includat hoc, quod eſt eſſe illud
in quo forma inducitur, & in
intellectu eius quod eſt eſſe in
quo ĩcludat habere illud, quod
eſt in eo, & per conſequens eſſe
formaliter per ipſum, ergo ſi eſ
ſentia vt eſt in patre, ſit de qua
filius generatur, & per impreſ-
ſionem ſecundum eos. ſequi-
tur ꝙ ipſa, vt in patre, erit illud
in quo notitia genita imprimi-
tur, & ita eſſentia, vt ī patre erit
formaliter verbum, ſiue noſcēs
notitia genita. quod eſt incōue
niens. Si aūt eſſentia, vt in alia
ſubſiſtentia a patre eſt de qua
generatur filius, & inquantū eſt
de qua. præcedit aliquo modo
terminū generationis, ergo an-
te terminū generationis, ſunt
duæ ſubſiſtentiæ, quod eſt incō
ueniens. Si autē dicas, vt eſt de
qua generatur filius, nullā ha-
bent exiſtentiam in perſona, ſi
cut & materia inquantum eſt
de qua generatur genitū nō ha
bet eſſe in aliquo ſuppoſito, ſed
tm̄ habet eſſe in potētia in ſup
poſito generādo. Hoc nihil eſt,
quia (vt dictum eſt) principiāti
rea-



realiter aliquod ens in quo-
cunque genere principij, opor
tet tribuere aliquod reale eſſe,
& ideo materiæ, vt principiat
compoſitum, licet ſibi non cō-
petat eſſe compoſiti, quod eſt
eius participatiue, tamen con-
uenit ſibi eſſe ſuum proprium,
quod eſſe eſt prius naturali-
ter, quàm ſit pars compoſiti,
ita igitur hic, oportet eſſentiæ
inquantum eſt de qua gene-
ratur filius, dare eſſe, vel in
ſuppoſito, vel eſſe eſſentiæ ſe-
cundum ſe, & ſic ſtat argumē-
tum. Si dicatur aliter, ꝙ in-
quantum eſt patris: eſt illud de
quo generatur filius, & tamen
per generationem inquantum
quaſi actu informatur notitia
genita in actu alterius ſuppoſi
ti, hoc improbatum eſt in ar-
gumento, quia in intellectu
eius, quod eſt eſſe de quo per
impreſſionem includitur eſſe
in quo, & ita eſſe formaliter ta
le ſecundum impreſſum il-
lud. Similiter tunc communi
catio eſſentiæ alteri ſuppoſito
præcederet ſecundum intelle-
ctum productionem, ita ꝙ cō-
municatio non fieret per pro-
ductionem, ſed fieret quaſi an-
te terminum productionis, ſi-
cut illud, quod eſt quaſi mate-
ria generationis, præintelligi
tur aliquo modo ipſi termino.
Similiter licet aliquid, quod
non eſt de ſe alicuius ſuppoſi-
ti in actu, per generationem
fiat actu alicuius ſuppoſiti ſi-
cut materia, quæ non eſt alicu
ius ſuppoſiti fit per generatio
nem aliquid ſuppoſiti, tamen
ꝙ illud quod eſt vnius ſuppoſi
ti fiat alterius ſuppoſiti pręci-
ſe, per hoc quod eſt materia, vi
detur impoſſibile abſq; actio-

ne, quę fit ad ipſum. Præterea,
tertio qn̄ ad productionē effe-
ctus cōcurrūt actiuum & paſſi
uum, prior eſt naturaliter re-
ſpectus actiui ad paſſiuū, quā
vtriuſq; ad productū. probatio
huius, quia oportet cās diuer-
ſas eiuſdē, prius naturaliter ap-
proximari adinuicem, q̄ produ
cant effectum, & patet per exē
plum de igne calefactiuo, & li
gno calefactibili, & calore geni
to. Itē iſti reſpectus actiui ad
paſſiuum & eiuſdē producen- *Sic in originali, ſed*
tis ad productum non omni- *non in ma-*
no ex ęquo conueniunt acti- *nu pro-*
uo, nec ille reſpectus ad pro- *pria.*
ductum eſt prior, ergo eſt poſte
rior. antecedens huius entime-
matis, quantū ad vtrāq; partē,
ſimul ꝓbatur, qa actiuū agit
in paſſiuū ſe ſolo in rōne cāæ,
nec ꝓducit productū, niſi alio
cōcurrēte in rōne cōcauſantis.
Et ſi oīno neges prioritatē re-
ſpectus ad reſpectū. non potes
negare, quin neceſſario ſit re-
ſpectus actiui ad paſſiuū, nō po
ſterior reſpecta vtriuſq; ad pro
ductū. Igitur ſi in patre eſt fęcū
ditas actiua, & aliquid quaſi
materia concurrens ad produ-
ctū, prior eſt reſpectus patris,
vt productiui ad illud, quaſi
materiam, quàm ſit vtriuſque
eorum ad filium, aut ſaltē erit
neceſſario cōcomitās. Et ex hoc
vltra, cum res non præexigat
naturaliter, nec neceſſario ſi-
mul requirat illud, quod eſt
præciſe ens rationis, ſequitur
ꝙ iſta relatio quæ naturaliter
pręexigit, quaſi actiui ad paſſi-
uū, ſit realis, & ita in p̄re erit re
latio realis prior relatione eius
ad filium, vel ſaltem alia ab il
la, quod videtur incōueniens.
Item quarto, ad principale,

potentia prima cauſatiua effe-
ctiua ſe ſola effectiue cauſat ex
cludendo omnē aliam cauſam
eiuſdē generis, & alterius gn̄is
in rōne cauſæ materialis, & rō
eſt, ꝗa cauſalitas cauſæ materia
lis non dicit perfectionem ſim
pliciter, & iō licet reductio fiat
ad aliquod primum in illo gn̄e,
illud tn̄ non eſt ſimpliciter pri-
mū, ſed totū illud genꝰ reducit̃
ad aliquod primū ī alio genere,
quod non includit imperfectio
nē, puta ad aliquid in genere ef
ficientis: patet etiā hoc ans̄ per
hoc, ꝙ potentia creatiua per ſe,
ſine alio principio materiali, ꝓ
ducit productū, ex hoc infert̃ a
ſimili, ꝙ productiua potentia
prima ſeipſa ſola producit, & ſi
ne alio principio ꝓductiuo cō-
currēte, & ita ſine aliquo quaſi
materia: ſimilis. n. rō vr̃ de prin
cipio ꝓductiuo, & creatiuo, ꝗa
ſi poneretur aliquod principiū
quaſi materiale, non eſſet in quā
tū tale eſt ſummæ perfectionis.
& ita videtur reducendum in ra
tione principii ad principium
productiuum actiue.

Si arguat̃, ꝙ omnis cauſalitas
ſecundæ cauſæ reducitur ad cō
ſimilē cauſalitatē in prima cā,
ſicut efficiens ad Deum, vt ad *Sic in antiquo originali.*
primū efficiens, & finis etiā ad
Deum, vt ad vltimū finē, & for
ma ad exēplar, ſiue ideā in Deo,
ergo ita erit de cauſa materiali.
Rn̄deo ꝙ non eſt ſimile, ꝗa ma
teria includit īperfectionē, ꝗa
sēper eſt ei annexa priuatio. &
iō per ſe a nullo ponebat̃ princi-
piū. vnde Theologia quę eſt de
Deo ſiue naturalis, ſiue ſuper-
naturalis, non determinat de
cauſa materiali secūdū cōmen
tatorem primo phy. cō. primo.

Item. ꝯ. ſecundū Augu. cōtra
Maximinū li. 3. c. 15. Spiritus ſ.
non eſt de nihilo, ſed inde eſt,
vnde ꝓcedit. ita igit̃ cōcedit Spi
ritum ſanctū nō eſſe de nihilo:
ſed de ſubſtātia patris, & filii. ſi-
cut concedit filiū eſſe de ſubſtā *Hẽ: quo lib. 6. q. 1.*
tia patris, & ſimili mō relatio
ſpiritus ſancti eſt in deitate, ſi-
cut relatio filii. ſed eſſentia non
ſe habet reſpectu relationis ſpi
ritus ſancti quaſi materia rece-
ptiua eius. vt videt̃ ſecundū iſtā
opi. quia ponit verbū generari
per impreſſionē in illud, de quo
gignitur. ſpiritū ſanctū aūt qua
ſi per expreſſionē, vel ex ſuffla-
tione ſui de voluntate formata
de qua producitur. ꝙ enim pro
ducitur per expulſionem de ali-
quo non habet illud de quo
pro materia ī productione ſui
quia omnis materia cuiuſcun-
que productionis & producti
eſt in qua recipit̃ forma pro-
ducti quòd nō eſt in expulſio-
ne de illo. igitur ſpiritus ſan-
ctus non eſt de nihilo, nec ta-
men de aliquo ſicut eſſe quaſi
materia ſuæ ꝓductionis. igit̃ ꝓ
pter hoc, ꝙ eſt filiū non eſſe de
nihilo, vel relationem eius fun
dari in eſſentia, non oportet eſ-
ſentiā. vt eſt de qua filius gene-
rat̃, eſſe quaſi materiam reſpe-
ctu generationis filii.

Item ad idē, filiū eſſe de ſub
ſtātia patris neceſſario requirit̃
ad hanc generationem, quantū
ad exiſtentiam realem genere-
tionis, ſed ad iſtam exiſtentiā,
non neceſſario, requiritur ſub-
ſtantiam patris eſſe quaſi ma-
teriam. ergo &c. patet maior
per Aug. contra Maximinū. nul *a. l. cognoſcitis.*
lo modo verum, Dei filium* co
gitatis, ſi hanc eſſe de ſubſtantia
patris negatis. probatur minor,
nullum ens pręciſe rationis ne-
ceſſario



ceſſario requiritur ad hanc ge-
nerationem, vt exiſtentem. ſub
ſtantiam patris eſſe quaſi mate-
riam præciſe dicit ens rationis
circa ſubſtātiā. alioquin circun
ſcripta negatione intellectus.
erit ex ſe quaſi materia, ergo,
vel materia realiter, vel ſimili-
tudo realis ad materiam. Item
nihil conuenit illi eſſentiæ in
quo materia diſtinguit̃ a forma.
ſed quodlibet cōueniēs ſibi, vel
eſt propriū formę, vel cōmune
formæ & materiæ, ergo in nul
lo erit ita quaſi materia. ſicut
quaſi forma: antecedens patet,
quia eſſe idē in generāte. & ge-
nito, nō eſt ꝑproprium materiæ,
īmo anima eſt eadem in corde
generante, & parte genita, ma
teria nunquam eſt eadē in cau-
ſatis, quia ſufficienter actuat̃ ꝑ
vnicam formā, in propagante
materia geniti fuit aliquid, ſed
nō fuit materia ſub forma, pro
papagantis, non. n. quia eadē
eſt materia generati & corrupti
ideo eſt eadem generantis & ge
niti. Item incōpoſſibilia ſim-
pliciter nō pn̄t eſſe actus ſimpli
citer eiuſdē, bene tn̄ pōt eſſe idē
actus incōpoſſibiliū ſicut ani-
ma partium organicarū. hoc eſt
contra relationem accidentem
eſſentiæ. Item compoſitum per
hoc conſtituitur ꝙ potentiale
actuatur actu cōpoſiti, & deter-
minat̃, igitur eſſentia referet̃, &
determinabitur. Confirmat̃, ꝗa
ſicut qualitas non eſt actus ali-
cuius, niſi ſecundum ꝙ actuatū
eſt quale, ita relatio nullius eſt
actus, niſi ſecundū ꝙ aliquid ip
ſa refertur, eſſentia nō refertur.
Item illa ratio quæ eſt in tertia
dubitatione ī fine. ꝙ ſuppoſitū
diceretur relatum ſecundum il-
lud fundamentum, ſicut ſecun-
dum deitatem pater eſt ſimilis
filio. tamen hæc relatio non eſt
actus fundamenti, vt eſt for-
maliter diſtincte, ſecūdum te.

*IDEO TENENDO cū *a. l. ita.*
doctoribus antiquis, qui omnes
a tempore Auguſtini vſque ad
iſtum, non ſunt auſi in diuinis
nominare materiam, nec quaſi
materiam, cum tamen omnes
concorditer dicant cum Aug. ꝙ
filius generatur de ſubſtantia
patris. Dico primo quod filius
non generatur de eſſentia patris
ſicut de materia vel quaſi mate
ria. Secundo quod ſine gloſa ve
re, & proprie filius eſt de ſubſtā
tia patris,* Primum declarari *a. l. hoc.*
poteſt ſic. Generatio in creatu
ris duo dicit, productionem, &
mutationem. iſtorum rationes
formales aliæ ſunt. & ſine con-
tradictione ſeparabiles abinui
cem, productio autem forma-
liter eſt ipſius producti, quod *T. c. 16. vt ſupra. q. præcedenti.*
eſt compoſitum. 7. meta. & ac
cidit ſibi quod fiat cū mutatio-
ne alicuius partis compoſiti.
mutatio formaliter eſt actus mu
tabilis. quod quidem de priua-
tione tranſit ad formam, con-
comitatur autem mutatio pro-
ductionem in creaturis, propter
imperfectionem potentiæ pro-
ductiuæ: quæ non poteſt dare
eſſe totale termino productio-
nis, ſed aliquid eius præſuppo
ſitum tranſmutat ad aliam par
tem ipſius: & ſic producit com
poſitum. ſi enim generans crea
tum eſſet perfectum agens, &
non exigeret materiam de qua,
vel in quam ageret: ſed poſſet
producere effectum per ſe & 
ex ſe, tunc eſſet productio ſine
mutatione. igitur ſine contra-
dictione poſſunt ſeparari. &
realiter ſeparantur: compa-


rando

rando ad potentiam productiuam perfectam, hoc apparet etiam in creatione. vbi propter perfectionem potentiæ productiuæ ponentis primo totum in eſſe vere eſt ratio productionis, inquantum per eam terminus productus accipit eſſe, ſed non eſt ibi ratio mutationis: inquã tum mutatio dicit aliquid ſubſtractum aliter nunc ſe habere quam prius ex 6. phy. in creatione autem non eſt aliquid ſub ſtractum. Ad propoſitum, cum in diuinis nihil imperfectionis ſit ponendum, ſed totum perfectionis, & mutatio (de ratione ſui) dicat imperfectionem, quia potẽtialitatem, & hoc immutabili, & concomitanter etiam dicit imperfectionem potentię actiuæ in mutante, quia talis neceſſario requirit cauſam concauſantem ad hoc vt producat. cum igitur nõ ſit ibi aliqua imperfectio nec qualis eſt potentię paſſiuæ, nec etiam aliqua imperfectio potentiæ actiuę, ſed ſumma perfectio. nullo modo ponetur ibi generatio ſub ratione mutationis. nec quaſi mutationis. ſed tantum generatio, vt eſt productio. inquantum, ſcilicet aliquid per eam capit eſſe, ponetur in diuinis, & ideo generationi, vt eſt in diuinis non aſſignabitur materia, nec quaſi materia, ſed tantum terminus, & hoc vel totalis ſiue primus .i. adæquatus, qui primo producitur in eſſe, vel terminus formalis ſecundum quẽ terminus primus formaliter accipit eſſe.

*T. c. 32. & 72.*

Secũdo, dico ꝙ negata omni materialitate, & quaſi materialitate, vere tñ filius eſt de ſubſtantia patris, ſicut dicunt auctoritates adductę ĩ litera, vbi ꝑ ly, de, non tantum notatur efficientia, vel origo. Si enim tantum efficientia, tunc creaturæ eſſent de ſubſtantia Dei, nec notatur per illud de, tantum conſubſtantialitas, qa tunc pater eſſet de ſubſtantia filii. ſed notaẽ ſimul originatio & cõſubſtantialitas, vt ſcilicet in cauſali huius præpoſitionis de, denotetur conſubſtantialitas, ſic quod filiꝰ habet eandem ſubſtantiam, & quaſi formam cũ patre, de quo eſt originaliter. & per illud, ꝙ cõſtruitur in genitiuo cum iſto cauſali notetur principium originans, ita quod totalis intellectus huius ſermonis, filius eſt de ſubſtantia patris: eſt iſte: filius eſt originatus a patre vt cõſubſtantialis ei. Et iſto modo exponit magiſter auctoritates ĩ litera adductas, non præciſe. ſed per conſubſtantialitatem, nec per originem præciſe, ſed per vtrumque, ſicut communiter apparet de patris ſubſtantia: hoc eſt de patre qui eſt eadem ſubſtantia. per primũ originatio. per ſecundum conſubſtantialitas habetur.

Et quod iſta ſit intentio Auguſtini in auctoritatibus eius contra Maximinum, quæ ponuntur in litera, apparet ex ſine auctoritatum. nam in vna auctoritate ponit Auguſtinus. Si aliam non inuenis patris agnoſce ſubſtantiam, & filium cum patre omouſion confitere, hoc igitur intelligit per filiũ eſſe de ſubſtantia patris, filium ſic eſſe de ſubſtantia patris vt ſit omouſion cum patre. Item in alia auctoritate dicit. Si vero de patris ſubſtantia: tunç eſt eadem ſubſtantia patris, & filij

*.i. vniꝰ eſſentiæ.*



filij. Ad intellectum ergo huius affirmatiue qua dicitur, filius eſt de ſubſtantia patris, ſecundum intellectum prædictũ dico quod intellectus iſte vere ſaluat, quod filius non ſit de nihilo. vere etiam ſaluat quod filius eſt de ſubſtantia patris, ſicut requiritur ad filiationem. Primum declaro, quia creatura genita nõ eſt de nihilo, quia aliquid eius præexiſtit vt materia. igitur cum forma ſit aliquid compoſiti & aliquid eius, perfectius quam ſit materia, ſi forma alicuius præexiſteret, & materia de nouo adueniret, & informaretur illa forma pręexiſtente, ipſum productum non eſſet de nihilo, quia aliquid eius præextitiſſet, immo aliquid eius perfectius, quam materia. ꝙ præexiſtit cõmuniter, igitur ſi filius non diceretur eſſe de nihilo, quia eſſentia eius ſecundum ordinem & originis præfuit in patre, & hoc ſi illa eſſentia eſſet quaſi materia generationis filij, multomagis nec filius eſſet de nihilo. ſi illa eſſentia prius origine exiſtens in patre ſit quaſi forma communicata filio. Secundum declaro. ſcilicet quod iſtud de, ſufficiat ad rationem filiationis: quia in animatis vbi eſt paternitas, & filiatio, videamus quis ſit ille actus per quem generãs dicitur formaliter pater. ille vtique eſt actus decidendi ſemen, & ſi eſſet perfectũ agens, ita quod tunc, quando decidit ſemen, poſſit immediate decidere prolem, vere eſſet pater, & multo perfectius quàm modo ſit, vbi requiruntur tot mutationes intermediæ: ſed nunc in iſto actu decidendi ſemen, illud quod erat ſubſtantia eius, vel aliquo modo aliquid eius, non eſt materia, ſed eſt quaſi terminus formalis productus, ſiue communicatus per iſtum actum, ſicut eſſet proles. ſi immediate decideretur a patre. igitur quod aliquid ſubſtantiæ generantis ſit terminus actionis ſuæ, qua eſt pater, hoc vere ſaluat productum ſimile in natura eſſe de ſubſtantia eius, ſic quod ipſum. de, vere ſufficit ad rationẽ patris, & filij. & quod illud deciſum, vt terminus, ſit materia ſequentium tranſmutationum. hoc accipit ipſi. de. vt conuenit patri, & filio. igitur pater eternus non decidendo aliquid ſui ſed totam eſſentiam ſuam communicando. & hoc vt formalem terminum illius ꝓductionis veriſſime producit filiũ de ſe. eo modo quo eſſe. de. pertinet ad patrem, & filium, & licet eſſet ibi eſſentia, de qua ſicut de materia. illud. de. nõ faceret ad rationem patris. ſicut nec in creaturis, ſi generans haberet ſuum ſemen pro termino formali, & pro materia ſuæ actionis. non eſſet pater inquantum ſuum ſemen eſſet materia ſubiecta ſuæ generationi vel actioni. ſed inquantum eſſet terminus illius actionis, quemadmodum etiam ſi pater creatus immediate deſideret a ſe filium vere eſſet videtur. quia illud quod eſſet de ſe, vere eſſet terminus actionis, nullo autẽ modo materia.

*No. quantum plures aduerſariorum decipiantur, non percipientes ſcotiram diſciplinã.*

TERTIO principaliter, ad ſolutionem difficultatis huius quæſtionis, videndũ eſt qũo relatio & eſſentia poſſnnt eſſe in eadem ꝑſona. quin eſſentia

tia ſit materiale reſpectu relationis. cum nullo modo relatio ſit materiale reſpectu eius. Et ſunt hic quatuor difficultates. Prima difficultas, qualiter perſona diuina erit vna, niſi hoc ſit actus, illud vero potentia? Ad quod dico primo ſic. quod ſicut quiditas creata eſt quo aliquid eſt ens quiditatiue, & hoc non eſt imperfectionis. competit enim quiditati ex ratione quiditatis. Secundo ipſa quiditas, puta humanitas, quia eſt imperfectę actualitatis, ideo diuiſibilis eſt per illud, quod contrahit ipſam ad indiuiduum, puta per proprietatem indiuidualem, quæcunque ſit, dicatur. a. & recipit ab. a. aliquam actualitatem, ſicut & vnitatem ſiue indiuiſibilitatem, quã habet in indiuiduo, & non habet ex ſe, ita quod illud contrahens vt. a. non tantum eſt formaliter in ſorte, quo ſortes formaliter eſt ſortes. ſed eſt aliquo modo formale reſpectu naturæ, & natura eſt aliquo modo potentiale reſpectu eius, vnde natura contrahitur & determinatur ꝑ ipſum. a, Tertio humanitas in ſorte eſt aliquis actus. & præciſe accipiendo humanitatem. & a. diſtinguendo contra ſe, humanitas eſt perfectior actus, quã ſit ipſum. a. licet. a. ſit magis proprius actus, & aliquo modo actus naturæ inquantum determinat naturam. Applicando hæc tria ad diuina, relinquatur illud quod eſt imperfectionis. Quo ad primum, deitas de ſe eſt, qua Deus eſt Deus, & qua ſubſiſtens, ſiue perſona, cuius proprium eſt. a. eſt formaliter Deus, quia eſſe quo, hoc modo, non eſt imperfectionis in creatura, ſed competit quiditati, vt de quiditas eſt. Quo ad ſecundum eſt diſſimile, quia deitas ipſa per proprietatem perſonalem non determinatur, nec contrahitur, nec aliquo mõ actuatur, quia hoc erat imperfectionis, & potentialitatis in natura creata. ſimiliter deitas de ſe eſt hęc, & ita ſicut habet vltimam vnitatẽ de ſe, ita & actualitatem. eſt igitur proprietas ꝑſonalis, ita proprius actus perſonę, quod tamen non eſt actus ipſius naturæ diuinæ aliquo modo perficiens, vel informans eam. Quo ad tertium, eſt aliquo modo ſimile. quia relatio, & ſi ſit proprius actus perſonæ, & eſſentia nõ ſit proprius actus perſonæ, ſed aliquis communis actus, tamen eſſentia eſt formaliter actus infinitus, relatio autem nõ eſt actus infinitus ex ratione ſua formali. ergo relatio, licet ſit proprius actus perſonę, non tamen actuat eſſentiam, cuius contrarium eſt in creaturis. vbi. a. quo ẽ in ſorte actus actuat aliquo modo naturam, quæ eſt actus perfectior. Sed quomõ poſſunt iſti duo actus concurrere ad conſtitutionem vnius, ſi neutrum ſit actus alterius.

*Quid ſit quiditas creata.*

Oportet enim vnum eſſe in alio, quia ſi non, igitur vtrunq; eſt per ſe ſubſiſtens, & ita non erunt in eodem per ſe ſubſiſtente. Similiter vnitas qualitercunque diffinitorum, non vr ſecundum Ariſt. eſſe niſi per rõnem actus, & potentiæ.

Reſpondeo, vnitas compoſiti neceſſario eſt ex ratione actꝰ, & potentiæ, ſicut aſſignat Philoſophus. 7. & 8. Metaphyſicæ. c. vlti. ſed perſona in diuinis nõ eſt

*8. Met. t. c. 15. t. c. 54. & inde. t. c. 15.*



eſt compoſita, nec quaſi compoſita, ſed eſt ſimpliciter ſimplex, & ita vere ſimplex, ſicut eſt eſſentia ipſa ſecundum ſe conſiderata, nullam habens cõpoſitionem, nec quaſi compoſitionem in ſe. & tamen formalis ratio eſſentiæ diuinæ, non eſt formalis ratio reſolutionis, nec econuerſo, ſicut dictum eſt ſupra diſtin. 2. quæſtio. prima. de trini. in ſolutione queſtionis. Qualiter autem ſtat quod ratio relationis in re nõ ſit formaliter eadẽ rationi eſſentiæ, & tamen in eodem concurrentes non conſtituunt compoſitum, vel compoſitionem, hoc eſt, quia iſta ratio eſt eadẽ perfecte illi. propter enim infinitatem vnius rationis quicquid poteſt eſſe cum ea, eſt idem perfecte ſibi, perfectio enim identitatis excludit omnem compoſitionem, & quaſi compoſitionem, quæ identitas eſt propter infinitatem, & tamen infinitas non tollit formaliter rationes, quin hæc formaliter nõ ſit illa. Non eſt igitur ex iſtis quaſi compoſitum. & ideo nihil eſt ex eis quaſi compoſitum ex actu, & potentia, ſed eſt vnũ ſimpliciſſimum ex iſtis, quia vna ratio eſt perfecte, immo perfectiſſime eadem alteri, & tamen non eſt formaliter eadem. non enim ſequitur ſunt perfecte eadem etiam identitate ſimplicitatis. ergo ſunt formaliter eadem, ſicut tactum eſt diſtinctione ſecũda in quæſtione pręallega. & tangetur in ſerius diſtinctione octaua. qõ: 4. & eadem perfecta identitas* includit omnem aggregationem, quia idem non aggregatur cum ſeipſo.

*a. l. excudit.*

Et quod additur quod vnum oportet eſſe in alio, concedo, vt relatio eſt in fundamento ſuo ſiue radice, ſed hoc non eſt, vt actus in potentia. ſed vt identice contentum in pelago infinito. Aliter poteſt dici quòd omnes iſtę ſunt verę, deitas eſt in patre. paternitas eſt in patre. pater eſt in deitate, ſiue in natura diuina. paternitas eſt in deitate. & tamen nullum ineſt ibi, vt actus in potentia. Nam prima eſt vera, vt natura eſt in ſuppoſito habente eſſe quiditatiuum ea. quia hoc conuenit quiditati, vnde quiditas eſt, ſed non propter hoc eſt forma informans ſuppoſitum etiam in creaturis. Secunda eſt vera, vt forma hypoſtatica eſt in hypoſtaſi, nec informat ipſam, tam enim quiditas, quam forma hypoſtatica etiam in creaturis, licet ſit forma ſuppoſiti, non tamen forma informans, ſed ibi quaſi pars, hic autem quaſi vna ratio formalis concurrens cum alio formaliter ad idem ſimplex, ſed habens in ſe plures formales rationes. Tertia eſt vera, vt ſuppoſitũ eſt in natura, quod patet, licet non vt informans. Quarta eſt vera, eodem modo in, quia quomodo totum eſt primo in aliquo, eodem modo pars eſt per ſe, ſed nõ primo in eodem, patet exẽplum de eſſe in loco, igitur ſi pater eſt primo in natura, vt ſuppoſitum naturæ, paternitas per ſe erit in eadem natura, eodem modo eſſendi in, licet non primo. Vltra hoc prior reſponſio dat modum in, qui eſt relationis in fundamento, qui non reducitur ad eſſe formæ in materia, niſi vbi fundamẽtum eſt limi-

limitatum, intantũ quod non habet perfecte per identitatem in ſeipſam relationem.

✠ *Dubitatio notabilis.* Secunda difficultas eſt, quomodo relatio poſſet eſſe diſtinguens perſonam, & eſſentia non diſtinguens, quin relatio habeat rationem actus, quia actus eſt diſtinguere. 7. Meta. *t.cõ. 49.* Reſpondeo, concedo relationẽ eſſe actum perſonalem, non actum quiditatiuum, quia perſonaliter diſtinguit, & non quiditatiue: eſſentia autẽ eſt actus quiditatiuus, & quiditatiue diſtinguens, actus autem quiditatiuus eſt ſimpliciter perfectus, quia infinitus, non ſic autẽ eſt actus perſonalis de ſe formaliter infinitus. Et ſi dicit, quod actus diſtinguens eſt actus ei⁹: quod nõ diſtinguit, falſum eſt, niſi illud quod non diſtinguit diſtinguatur per actum diſtinguentem, ſicut in creaturis humanitas diſtinguitur in ſorte & platone per. a. & .b. & iõ ibi actus diſtinguens, etiam indiuidualiter eſt actus eius, qđ non diſtinguit, quia actus ille diſtinguens diſtinguit illam naturam, quæ non diſtinguit: non ita hic, quia proprietas perſonalis non diſtinguit eſſentiam, nec contrahit nec determinat. Tertia difficultas eſt, quomodo poteſt eſſe relatio, niſi requirat propriam rationem fundamenti? fundamentum enim vr̃ eſſe prius relatione, & quaſi perfectibile per eam, non econuerſo. relatio enim non videt̃ perfici a ſuo fundamento, quia tũc præſupponeretur ſuo fundamẽto. ergo cum eſſentia ſit fundamentum iſtarum relationum vr̃ eſſe quaſi materia illarum. Reſpondeo. quod in creaturis ordo generationis, & ordo perfectionis ſunt contrarij. ſicut patet. 9. meta. quod illa q̃ ſunt priora generatione ſunt poſteriora perfectione, & ratio eſt; *t.c.15.* quia creaturæ procedunt de potentia ad actum, & ideo de imperfecto ad perfectum, & ideo prius peruenit via generationis ad imperfectum, quam ad perfectum, ſed eundo ad ſimpliciter primum, oportet ꝙ idẽ ſit ſimpliciter primum, & origine, & perfectione. etiam ſecundum philoſophum ibidẽ. quia totus ordo originis, & perfectionis reducitur ad aliq́d primum perfectionis, ſicut ad primum originis totalis. In diuinis igitur ſimul debent intelligi concurrere ordo generationis, & ordo perfectionis: ſicut igitur in creaturis, ſi concurrerent iſti duo ordines ſemꝑ vniformiter, non quæreremus primo materiã, q̃ ſubſtaret formę, & ſecundo formam, ſed quæreremus primo formam, q̃ nata eſſet dare actum materiæ, & ſecundo quæreremus materiã, q̃ nata eſſet recipere eſſe per illã formã, vel ſuppoſitũ, ꝙ natum eſſet ſubſiſtere ꝑ illã formam. Ita in diuinis incipiendo a primo ſigno naturæ, oĩno primo occurrit eſſentia diuina, vt eſt eſſe ꝑ ſe, & de ſe, ꝙ non cõpetit alicui naturæ creatæ, q̃a nulla natura creata hẽt eſſe prius naturaliter, q̃ in ſupppoſito: iſta aũt eſſentia ſecundum Aug. 7. *Cap. 6.* de trin. eſt qua pater eſt. & qua filius eſt. licet nõ ſit, qua pr̃ eſt pater, & qua filius, eſt filius. Iſti igitur eſſentiæ abſtractiſſime conſideratæ vt priori omnibus perſonalibus, conuenit eſſe per ſe, & in iſto priori occurrit non



non vt aliquid receptiuum alicuius perfectionis, ſed vt infinita perfectio potens in ſecundo ſigno naturæ communicari alicui, non vt forma informans materiam, ſed vt quiditas communicatur ſuppoſito, tanquam formaliter exiſtenti per eam. & ita pullulant (vt quidã dicunt) *Speculare diligenter* relationes ex ea, & perſonæ in ea, & ex ea non quaſi quædam formæ dãtes eſſe ſibi, vel quaſi quędam ſuppoſita, in quib. recipiat eſſe, cum ſit ſimpliciter ens, ſed quibus ſuppoſitis dat eſſe, vt quo formaliter illa ſuppoſita ſunt, & quo ſunt Deus, & ita relatio illa pullulans, cũ ſit per ſe ſubſiſtens, ipſa pullulat, non vt forma eſſentiæ, ſed vt nata eſſe Deus ipſa deitate formaliter, licet nõ vt informãte ipſam, ſed vt exiſtente eadẽ ſibi perfectiſſima idẽtitate. nullo autem modo econuerſo relatio eſt eſſentiæ, vt quo formaliter eſſentia eſt determinata, vel contracta, vel aliquo mõ actuata per ipſam, quia hæc omnia repugnant infinitati eſſentiæ, vt primo occurrit ſub ratione actus infiniti. Concedo tunc, quod eſſentia eſt fundamentũ iſtarum relationum, ſed non fundamentum quaſi potentiale recipiens iſtas, ſed fundamẽtum quaſi per modum formæ, in qua iſtæ formæ natæ ſunt ſubſiſtere. non quidem per informationem, ſicut ſimilitudo eſt in albedine, ſed ſicut ſubſiſtens dicitur eſſe in natura, ſicut ſortes dicitur ſubſiſtere in humanitate, quia ſortes humanitate eſt homo, nõ enim ex rõne fundamenti habebit rõnem potentiæ, vel quaſi potentialitatis eſſentia diuina, ſed præciſe habebit rõnem formæ, vt qua relatio fundata in ea ſimpliciter eſt Deus. *Exempla doctrina.* Exemplum huius poteſt accipi in creaturis ponẽdo ibi quædam per impoſſibile, *Primum exemplũ.* augumentatio enim modo fit per hoc quod alimentum adueniens corpori corrumpitur, & materia eius recipit formam carnis. & ſic informatur ab anima: ponatur ꝙ eadem materia manens, nata ſit recipere aliã partem formæ. ſicut ponitur in rarefactione. tunc materia remanet vna, quæ prius fuit formata, & nunc noua forma informatur. ipſa tamen formaliter eſt vere mutata, quia de priuatione tranſit ad formam. *Secundum exemplũ.* Ponamus ex alia parte, quod anima eadẽ primo perficeret vnã partẽ corporis, vt cor. poſtea adueniret alia pars corporis organici perfectibilis ab aĩa. ipſa ꝑficeret iſtam partem aduenientem de nouo, & tñ non mutaretur, quia non eſſet in ea primo priuatio, & poſtmodũ forma. priuatio. n. eſt carentia in apto nato recipere, aĩa. n. primo non informãs & poſtea informans non eſt nata aliquid recipere, ſed dare, in vtroq; igitur iſtorũ exemplorum vere eſſet productio alicuius ꝓducti. ſed ĩ primo mutatio, in ſc̃do non. *Tertium exemplũ.* Aptius exemplum vr̃, ſi ponamus materiam cordis animati poſſe eandem communicari diuerſis formis, puta manus, & pedis, & hoc virtute actiua cordis animati producentis cõpoſita, iſta, ex materia ſua communicata & ex formis iſtis. hic vere eſſet productio totorum habentium eandem materiam, & eſſet cum mutatione illius materiæ. *Quartum exemplũ.* Sed ſi ex alia parte ponamus

mus animam ꝓpter ſui illimitationē in ratione actus, & formæ poſſe cōicari multis. & virtute animæ in corde, ipſam cōmunicari manui, & pedi productis a corde animato, hic eſſet productio multorum conſubſtantialiū in forma abſque mutatione illius formæ. In vtroq; exemplo ponantur producta eſſe per ſe ſubſiſtentia, & nō partes eiuſdem, quia partem eſſe eſt imperfectionis, hoc poſito ſecūdus modus in vtroque exēplo, qui eſt de cōicatione formæ ipſi producto, perfecte repræſentat ꝓductionē in Deo. non primus modus in vtroque exemplo. qui eſt de communicatione materię & adhuc hoc addendo in poſitione. ꝙ aīa in corde, & manu, & pede, nō ſit forma informans, quia compoſſibilitas includit imperfectionem. ſed ſit forma totalis qua iſta ſubſiſtentia ſint, & animata ſint. Ita intelligit̄ deitas nō cōmunicari quaſi materia. ſed relationibus ſubſiſtentibus ſi perſonæ ponantur relatiue, cōmunicatur deitas per modum formæ nō informātis, ſed qua relatio, vel relatiuum ſubſiſtēs eſt Deus. nec igitur eſſentia īformat relationem, nec econuerſo. ſed eſt perfecta identitas, ſed eſſentia habet modum formę reſpectu relationis, ſicut natura reſpectu ſuppoſiti. inquantum ipſa eſt, qua relatio ſubſiſtens eſt Deus, econuerſo autem nullo modo relatio eſt actus eſſentiæ, quia ſicut dicit Dam. relatio non determinat naturam. ſed hypoſtaſim. ita non eſt actus naturæ ſed hypoſtaſis. Similiter, quando relatio informat fundamentum, ſuppoſitum dicitur relatum per ſe ſecundo modo ſcd̄m illud fundamentum, ſicut ſor. eſt ſimilis ſecundum albedinem, vel albedine. Pater autem nō eſt pater deitate. ſecundum Augu 7. de tri. c. 4. & 6. igitur hic nō eſt talis modus relationis ad fundamentum, qualis eſt in aliis. q̄a hic fundamentum non actuatur per relationem. ſed illa relatio eſt tantum actus ſuppoſiti, vel eſt ſuppoſitum. Dico igitur breuiter, ꝙ relatio & eſſentia ita ſunt in perſona, ꝙ neutra eſt forma informans alterum. ſed ſunt perfectę idem, licet nō formaliter, vt tamē nō ſunt formaliter eadem, relatio nullo modo perficit eſſentiā, nec eſt terminus formalis receptus ī eſſentia, ſed eſſentia hoc modo eſt forma relationis, q̄a eſt qua relatio eſt, & ſimiliter qua eſt Deus, eſſentia etiā eſt formalis terminus generationis, ſicut ī creaturis natura eſt formalis terminus generationis, nō autem actus indiuidualis. Contra iſtud obijcitur, q̄a terminus formalis generationis cōicatur, igitur præſupponit illud cui cōicatur, eſſentia autē non præſupponit relationem, ſed econuerſo. ergo eſſentia non cōicatur relationi. Et poteſt eſſe quarta difficultas, quia aliquid ibi cōicatur. & illud erit ibi formaliter terminus, & illud p̄ſupponit illud cui cōicatur, eſſentia aūt non pōt pręſupponere relationem, cui cōicetur, ergo econuerſo, & ita relatio cōicatur eſſentiæ, & tūc relatio erit terminus formalis productionis, & eſſentia quaſi materia.

*Cap. 5. vel 10. li. 1. & c. 6. lib. 2.*

Reſpondeo. productio, q̄a eſt alicuius termini primi. i. adæquati includentis aliquid in ratione formalis termini ipſius productionis, & aliquid in ratione ſubſiſtentiæ in tali termino, iō cōtradictio eſt reſpectu ꝓductionis hæc ſeparari. ſ. terminū formalē & rōnē ſubſiſtentiæ. inquātū. ſ. productione habent eſſe, licet abſolute prioritas eſſet vnius ad alterū, etiam quantū ad ſeparari ſine contradictione, cōſiderādo ipſa abſolute, non inquantū per productionē habent eſſe, licet ēt eſſet ibi prioritas perfectionis qua alterū eſſet altero perfectius, quia natura perfectior eſt rōne ſubſiſtentiæ, ēt in creaturis. & ex hoc ſequitur, ꝙ natura eſt terminus formalis productionis, quia nulla entitas ſimpliciter perfectior formali termino productionis pōt eſſe ꝑ productionē. Tunc ad formā argumenti dico, ꝙ cōicatū inquantum productione cōmunicatur. nō præſupponit illud, cui cōicet̄, nec ecōuerſo. q̄a iſta cōicatio nō eſt alicui iam exiſtenti, ſicut eſt in alteratione, ſed eſt vt alicui, vt ſit. ideo nec natura communicatur ante productionem ſuppoſiti, quia tunc communicaretur nō producto: nec ēt econuerſo ſuppoſitū eſt anteq̃ nā cōmunicetur, licet abſolute cōicatū ſit prius ratione propria ſuppoſiti, prioritate perfectionis, & etiā prioritate eſſendi, ſiue inuicem in creaturis primæ prioritati correſpōdet hic, quia in Deo eſſentia eſt formaliter infinita, relatio autem non.

AD ARGVMENTA ꝓ opin. Ad primū Aug contra Maximinū, patet, qūo fili⁹ nullo modo eſt de nihilo, ſed eſt vere de ſubſtātia patris. Sed ſi quæras. poſita originatione, & cōſubſtātialitate, adhuc quęritur ſicut de materia, vel de qua ſi materia, de quo eſt filius? Reſpōdeo ꝙ nō eſt ibi materia, & ideo nō eſt ibi de aliquo ſic. & cū dr̄ vltra. igitur de nihilo, nō ſequitur: ſed ſequitur, ergo de nulla materia. Sed dices, tūc eſt creatura, dico ꝙ falſum eſt, q̄a creatura eſt poſt nihil. i. poſt nō eſſe ſui, & cuiuſcūq; in ea, non ita filius. non tantū, quia ſuū eſſe eſt æternū, ſed ēt quia ſicut eſt ſecūda ꝑſona, ſic prius origine eſt ſuū eſſe formale in prima ꝑſona. Ad aliud Aug. de tri. 7. c. 4. hoc nihil valet ad ꝓpoſitū, ſicut in qōne præcedente expoſitū eſt. Quod vero alij arguūt, eſſentiā ſubiectiue generari, ex falſo inferūt falſum. Ad argumēta eorū. Ad primū dico, ꝙ hic non ſunt termini aliqui correſpōdētes generationi, vt mutatio eſt, q̄a nihil eſt hic, quaſi aliquo modo prius ſub priuatione, & poſtea ſub forma. Generationis vero termini ſunt priuatio, & forma, vt gn̄atio eſt mutatio. gn̄atio aūt vt eſt ꝓductio tm̄ habet ipſum productū. non aūt gn̄atio vt ſic, habet terminū a quo, niſi loquendo de principio, & ſic termini generationis ſunt producēs & productum. & ex hoc nō ſequitur, ꝙ aliquid ſit quaſi ſubiectum, ſed ſequitur ex hoc, ſi generatio eſt vniuoca, ꝙ aliquid ſit commune gignenti & genito, & hoc cōcedo, ſed non commune vt materia, ſed vt forma, vel actus in vtroque. Cum arguitur poſt de generatione, & termino. patet reſpōſio.

ſio. ꝙ relatio nō eſt in eſſentia, ſicut forma in materia, ſed ſi ꝑſona eſt ibi relatiua, tunc relatio eſt in eſſentia. ſicut proprietas ſuppoſiti eſt in natura.

Eſſe autem in aliquo vt ſuppoſitum, vel ratio ſuppoſiti in natura, nihil infert de eſſe in, vt forma in materia. licet quando natura eſt imperfecta, propietas indiuidualis aliquo modo informet naturam, ſicut dictũ fuit in tertio articulo ſolutionis, in prima difficultate.

SED OBIICITVR eo modo quo generatio præcedit filium ſecundũ modum intelligendi, in quo eſt? nō in eſſentia vt in patre, quia vt in ipſo eſt, non habetur ꝑ generationē, nō vt in filio, quia præcedit filium aliquo modo, & eſt in aliquo, quia non eſt per ſe ſubſiſtens, quia tunc eſſet perſona. non prima. igitur ſecunda perſona præcederet filiũ. Reſpondeo in quo eſt creatio paſſio? eſt eadē q̃ſtio, immo difficilior, quia hic non poteſt dari ꝙ eſt eſſentia dupliciter. & tanq̃ in fundamento, & tanq̃ proprietas perſonę in natura in qua eſt illa perſona, & vtranque ſine potentialitate eſſentiæ, nec ſecundus modus eſt difficilior quàm de relatione, q̃a generatio paſſiua eſt proprietas eadem cum filiatione, tantum alio modo grammaticaliter concepta.

* Cum tertio arguitur ꝙ omni potentiæ actiuæ correſpondet potentia paſſiua &c. Rñdeo, primæ potentiæ actiuæ nō correſpondet aliqua potētia paſſiua, ſicut patet de potentia creandi, & hoc loquendo proprie de potentia paſſiua, vt in quam, vel de qua, aliquid proprie producitur. potentiæ tamē actiuę correſpondet aliqua paſſiua, quam ipſi vocant potentiam obiectiuam, quæ eſt potentia producibilis. & hic modo cōcedo, ſi pater eſt fœcundus actiue ꝙ filius eſt producibilis, ſed ex hoc nō ſequitur, aliqua potentia quaſi materiæ, ſicut nec ſequitur in creatione. Cũ vltimo arguitur de igne. dico ꝙ ſi ignis generaret de ſe, & communicaret genito ſuam formam, vt formalem terminum generationis, nō autem eſſet ſubſtantia ſua in potentia ad formam ignis generandi, ſed ipſe ignis eſſet perfecte productiuum, tunc non requireret aliquam cauſam concauſantē. ita eſt in ꝓpoſito. primũ principium, nec aliud principium in eodem genere principij, nec in alio requirit * cōcauſans ſecum ad principiandum. Cum arguitur ad principale ad Aug. 7. de trini. c. 6. Reſpondeo ꝙ Augu. ſubdit ibidem, quaſi aliud ſit ibi eſſentia, & aliud ꝑſona. Similiter concedo quòd non proprie dicitur aliquā perſonam eſſe de eſſentia abſolute. ſed addendo cum ſubſtantia aliqua perſonam originantem, bene dicitur ꝙ aliqua perſona originata eſt de ſubſtantia illius perſonæ, ita ꝙ hęc, filius eſt de eſſentia diuina, non eſt ita concedenda, ſicut hæc. filius eſt de ſubſtantia patris, quia per ſecundam exprimitur conſubſtantialitas, & originatio, propter genitiuum conſtructũ cũ caſuali, & prępoſitionis per primam autem non notatur aliquid originans.

*a. l. cōcurrens,*

Ad aliud dicendũ ꝙ licet Augu. dicat filium eſſe filium ſubſtantię patris 15. de trini. c. 19. &

*Bona uentu. hac diſtin.*



& doctor quidam dicat illā eſſe propriam. tamen videtur probabilius. ꝙ quandocunque relatiuum conſtruitur cũ aliquo in tali habitudine caſuali, in qua aliquid natum eſt terminare illam relationem, vt correlatiuũ, tunc conſtruitur cum illo pręciſe, vt cum correlatiuo. Exemplum. pater conſtruitur cũ ſuo correlatiuo in habitudine genitiui, ſimile in habitudine datiui, maius in habitudine ablatiui ſecundum communem ſermonem, & ideo videtur ꝙ cum quocunq; conſtruitur tale relatiuũ expreſſo in tali habitudine caſuali, illud notatur eſſe correlatiuũ huius relatiui, non enim dicimus, iſte canis eſt filius hominis, q̃a eſt filius. & eſt hominis, vt dñi, ita ꝙ ly, hominis cōſtruatur cum ly, canis, ex vi poſſeſſoris, vel poſſeſſionis, ſed videtur ſignificare ꝙ conſtruatur cum ly, canis, in rōne relatiui vt patris. ita igitur iſta, filius eſſentiæ, vř accipi eſſentia, vt correlatiuũ eius relatiui, cũ quo conſtruitur, & tunc auctoritas Augu. de tri. 15. c. 19. debet exponi, ſicut ipſe exponit. filij charitatis ſuæ. i. filij. ſui dilecti. Et tunc ad argumentum iſtud cũ arguitur. ꝙ ad * illam, eſt de eſſentia. ſequitur iſta ꝙ eſt eſſentiæ, nego conſequentiam. quia conſequens notat relationē eſſe inter filium, & eſſentiam, ſicut ſuum correlatiuũ, quod nō notat antecedens. ſed tm̃ cōſubſtātialitatē in eſſentia cum origine notata in illo, quod conſtruitur cum eſſentia. Ad vltimum dico ꝙ, de, non tantum notat identitatem, ſed notat identitatem ſui caſualis, & hoc in ratione formę cum diſtinctione illius, qđ additur ſuo caſuali, vt principij * originalis. ſicut dictum eſt prius. Ad argumēta in oppoſitum. ad illud de. 15. de trini. reſponſum eſt. Ad illud contra Maximinũ. patet etiam ex dictis. Ad vltimum de filio in creaturis, ꝙ eſt de ſubſtātia patris. patet reſponſio ex dictis in ſolutione queſtionis, quia illud, de, quod pertinet ad rationē filiationis, nō dicit circunſtātiam cauſæ materialis, ſed magis ſufficit ſi illud, de. quo eſt filius ſit vt forma communis patri & filio. & ſic non eſt ſubiectum generationis ſed terminus formalis eiuſdem.

*Nota. exēplum.*

*a. l. iſtud.*

*a. l. originantis.*

## DISTIN. VI.

CIRCA iſtam diſtinctionē ſextā, quæro vtrũ Deus pater genuit Deũ filiũ volũtate. Quod ſic. Ricar. 6. de tri. c. 17. poſt alia tractata de ꝓductione ꝑſonarũ dicit vltimo. Vultis ſuper his quę ſuperius iā diximus audire verbũ abbreuiatum ingenitũ velle habere de ſe ſibi conformem, atque condignum, idem mihi videtur ꝙ gignere filium, & tam genitum, quam ingenitum velle habere condilectum, idem videtur quod producere ſpiritũ ſanctum. Sed ſi patrem velle habere conformem, eſt gignere, ergo ſicut voluntate vult habere conformem, ita volũtate genuit. Ex eadē auctoritate arguitur aliter ſic. eodem modo conceditur quòd velle patris ſe habet ad gignere, ſicut velle, vt eſt patris, & filij ſe habet ad ſpirare, nunc autem ſpiritus ſanctus ſpiratur voluntate formali-

maliter, vt eſt patris, & filij. ergo &c. Item Aug. contra Maximinũ. lib.3. ca.1. & ponitur diſtin.20. Pater ſi non genuit ſibi filium æqualem, aut nõ voluit, aut nõ potuit. ſi non voluit, igit̃ inuidus fuit, ex hoc ſic. inuidia non pertinet, niſi ad illa, quę voluntate ſubtrahuntur, & voluntate poſſunt communicari, ſicut non ſum inuidus, ſi non facio te ſapientem, quia non poſſum facere ſapientiã in anima tua. igitur pater voluntate generat filium ſibi equalem, quia ſecũdum auctoritatem prædictam eſſet inuidus, ſi non generaret filium æqualem. Item. 5. Meta. c. de neceſſario. omne inuoluntarium eſt triſte. ſed nihil eſt triſte in diuinis. ergo nihil inuolũtarium, ergo filius voluntate generatur. Itẽ verbum eſt amor. patet. & eſt productus, quia nihil niſi natum ſecundum Hylarium habet filius. principium autem amoris producti eſt voluntas. igitur &c. Si dicatur, ꝙ cõcomitãter eſt amor. quia primo eſt notitia producta. Contra, quia idẽ eſt principium reſpectu primi termini formalis, & cuiuſcunq; concomitantis illum terminum. Contra. Dam. lib.1. c.8. Generatio eſt opus naturæ. & magiſter in litera, & eſt Augu. ad Oroſium. Præire ſciẽtiam voluntas non poteſt. ergo cum filius ſit ſcientia, vel ſapiẽtia patris, nõ generat volũtate.

IN ISTA Quæſtione videtur eſſe duę difficultates. Vna qualiter pater generat filiũ volens. Alia, quomodo ſaluetur, ꝙ pater non generat filium volũtate, vt principio productiuo.

*Henr. in ſum. art. 25. q. & gof. quoli. 5. q. 4.*

Quantum ad primum dicit, ꝙ non generat volens, ſed tantum neceſſitate naturali, ſicut ignis calefacit: licet actu generãdi quaſi iã poſito, volũtas patris quaſi cõplaceat in illo. Hoc arguitur ſic. Intellectio patris ꝑcedit aliquo modo volitionem patris, ſed intellectio patris, vt patris, videtur eſſe gignitio verbi, vel filij, ergo gignitio filij, vt filij præcedit quamcunque volitionem patris, prima propoſitio eſt euidens. ex 15. de trini c. 27. probo ſecundam. quia euiſdẽ potentiæ nõ ſunt duo actus, quia potentiæ diſtinguuntur ꝑ actus. 2. de anima. gignere autẽ filium, ſiue dicere verbum, qđ idem eſt in Deo, eſt potentię intellectiuæ, & intelligere ſimiliter, ergo dicere eſt formaliter aliqđ intelligere, & non niſi patris, vt patris. ergo intellectio patris, vt patris, eſt gignitio. Iſta ratio innititur minori falſæ. ſ. de identitate intelligere, & gignere vel dicere, & ex ipſa ſeqtur cõcluſio falſa. ſ. ꝙ pater nõ proprie volens dicit. Primo ergo oſtendo falſitatem minoris. Secundo, ꝙ illud conſequẽs falſum ſequatur. Tertio, reſpondebo ad probationẽ minoris falſæ. Quarto, quomodo debeat vitari illud conſequens falſum, & oppoſitum teneri, quod eſt principale in iſto articulo. De primo, contra illam opi. de idẽtitate intelligere, & dicere arguo ſic. Intelligere eſt perfectio ſimpliciter, dicere non. ergo nõ ſunt idem formaliter. probatio primæ. pater quantum ad intellectum eſt formaliter beatus in intellectione, & quantum ad volũtatẽ volitione. nõ eſt aũt beatus, niſi ꝑfectione ſimpliciter. ergo ĩtelligere eſt ꝑfectio ſimpliciter. probatio ſecundæ, quia ſi di-



ſi dicere eſſet perfectio ſimpliciter, tunc filius & ſpiritus ſanctus non eſſent ſimpliciter perfecti, quia non dicunt accipiendo hoc modo dicere, quod eſt exprimere verbum. Secũdo ſic, quia ſicut in creaturis rõ actionis & ratio factionis formaliter diſtinguuntur, quia actio eſt vltimus terminus. factionis autem eſt alius terminus productus per ipſam factionem: ita in diuinis operatio, qua formaliter pater operatur, videtur diſtingui a productione, qua formaliter producit, & hoc videtur, quia operatio habet obiectum quaſi præſuppoſitum, productio autem habet terminum productum per ipſam. ergo intelligere, quod eſt operatio patris, non eſt formaliter dicere, quod eſt productio filij a patre. De ſecundo, quod eſt confirmatio primi. ſ. ꝙ illud conſequens falſum ſequatͬ ex illa falſa minori, arguo ſic. ſicut in intellectu noſtro habente naturaliter primam intellectionem, quæ non eſt in poteſtate noſtra, poteſt poſtea voluntas noſtra complacere in illa intellectione iã poſita, ſed proprie loquẽdo nõ elicimus illam actionem volentes, ſed eam elicitam volumus eſſe, ita ſequeretur ſi formaliter dicere eſſet intelligere, ꝙ pater nõ gigneret formaliter volens, licet patri ipſa gignitio quaſi aliquo modo poſterius complaceret. De tertio ad argumentũ illud, de diſtinctione potentiarum per actus, dici poſſet ꝙ illud verum eſt de actibus adæquatis, & aliter non, quia potentia illimitata eadem manens poteſt habere plures actus. Aliter dicit quidam doctor, ꝙ intellectus vt intellectus habet illum actum, qui eſt intelligere, ſecundo autem habet iſtũ actũ, qui eſt dicere, ſecundum ꝙ iam factus eſt in actu per intelligere, ſed illud eſt improbatũ diſt. 2. vbi argutum eſt, ꝙ iſte actus intelligendi primus non eſt ratio formalis gignendi verbum. Aliter reſpondeo ſic. ꝙ actio in creaturis vno modo accipitur pro actione de genere actionis. Alio modo pro actu ſecundo. qui eſt qualitas abſoluta. ſicut expoſitum eſt prius diſtin 3. q. vlt. in reſponſione ad tertiũ argumentum principale. vnius ergo potentiæ, tantum eſt vnus actus, loquẽdo de hoc actu tm̃, vel illo tantum: vnius tamẽ potentię poteſt bene eſſe duplex actus, quorum vnus ſit de genere actionis, alius de genere qualitatis, ſicut intellectus noſter pro actione de genere actionis, habet gignere verbum, habet tamen alium actum de genere qualitatis, ſcilicet illam notitiã genitam. Ita in propoſito, intellectus diuinus habet vnũ actũ correſpondentem intellectioni noſtræ, quæ eſt qualitas, quo. ſ. actu intellectus patris formaliter intelligit, habet etiam actũ correſpondentem actui de genere actionis, quo. ſ. exprimit verbum. De quarto, dico ꝙ pater hoc modo gignit filium volens, quia pater in primo ſigno originis intelligit formaliter, & tunc etiam poteſt habere actũ volendi formaliter.

*9. Meta. & 6. ethy.*

*Tho. 3. parte ſũ.*

*q. 34. ar. 1. Henr. quoli. 6. q. 2.*

Verum eſt quicquid eſt tunc cognitum, gignitio filij non eſt præcognita ſuæ exiſtentię in re. Reſpõdeo. eſſentia eſt cognita, ergo ipſa poteſt eſſe volita, non tantum in ſe, ſed vt communicanda.

canda. Itaque volens eſſentiam communicare generat filium, & ita volens nō *generat vt generare, ſed vt eſt quodam cōmunicare.

*a. l. generaſe.*

In ſecundo ſignis originis gignit filium, nec tantum vult illam * genitionem volitione ſequente illam genitionem, ſed volitione habita ī primo ſigno originis, qua volitione pater formaliter vult, præſuppoſita aliquo modo intellectione, qua pater intelligit, non autem genitione verbi. ſic ergo dico, quod pater volens generat, non tantum voluntate conſequente, ſed voluntate antecedente.

*a. l. ginetionem.*

Quod ſic intelligo, ꝙ in eſſentia eſt perfecta ratio producendi patris, & principium operandi, inquantum eſſentia formaliter intelligit, hoc eſt ab ea habet formaliter, quo intelligit, aliterq; non eſſet in eſſentia perfecta, non ſolum autem eſt principium operandi intra, ſed omnia poteſt extra intelligere ſiue producere, quia fæcunditas paterni intellectus nō eſt exhauſta, vſque ad terminum productum. in primo autē inſtanti pater habet perfectum intelligere cuiuſcunque intelligibilis, & volibilis a ſe, ergo in illo. ſi ergo intelligit generationem filij, & in ſecūdo ſigno habet terminum productum, nā & in primo ſigno. & ſi nulla ꝑſona procederet ab eo, habet ītelligere, & velle. & in illo priori intelligit actum dicendi, qui eſt quaſi poſterior reſpectu act⁹ intelligendi, & volendi, nō igitur pater tantum complacet voluntate in productione filij, ſicut dicebat ille. ſed volens præcedit actum generationis filij, quia pater quicquid intelligit, per eſſentiam ſuam intelligit, & quicquid vult, per eſſentiam ſuam vult, vnde licet intelligere patris præcedat velle, velle tamen patris præcedit dicere, ita ꝙ prius pater eſt perfectus in ſe, & beatus per intelligere & velle, q̄ iſta alteri perſonę cōmunicet per productionē, quia quod non conuenit ei in primo inſtāti, quo eſt pater, nunq̄ conuenit, eo ꝙ nulla perfectio poteſt ſibi addi, ex productione cuiuſcunque perſonæ, quia nulla perſona habet, niſi quod eſt ſibi communicatum ab illo: velle igitur, ſicut intelligere præcedit dicere, ſic ſpirare ſequitur dicere aliquo modo. ſ. ordine originis.

QVANTVM ad ſecundū articulum. videtur ꝙ pater non producat filium voluntate, tanquam principio productiuo, q̄a principium productiuū vnius rationis in diuinis, non poteſt habere duas ꝓductiones vnius rationis, nulla enim productio ibi eſt vnius rationis, niſi vnica, quia adæquata. ergo cum ſpiritus ſanctus producatur ꝑ modum voluntatis, vt principij ꝓductiui, filius non ſic producetur. Sed in iſto articulo videtur eſſe difficultas ꝓpter verba Augu. qui videtur attribuere genitionem voluntati in nobis. vt principio productiuo. 9. de tri. c. 7. vel. 10. Verbum amore concipitur. & c. 11. & 12. notitia placita, digneque amata verbum eſt, & 11. de trini. c. 3. vel. 9. Voluntaſque ipſa quomodo foris corpori obiecto formandū ſenſum admouebat, formatumq; iungebat, ſic aciem recordantis animi ad memoriā conuertit. &



tit. & in eodem lib. c. 4. vel. 11. voluntas vero illa, quę hac, atq; illac fert atque refert aciē formandam, coniungitque formatam. & dicit multa conſimilia. ergo vult ꝙ voluntas habeat rōnē conuertentis aciē ante genitionē, & retinentis eā in actu. Ita igitur videtur in trinitate, cuius imago eſt in aīa ꝙ voluntas habeat ibi aliquam rōnem principij reſpectu ꝓductionis, vel genitionis, vel rationē alicuius ſuperioris applicātis principium proximum ad actū ſuū, ſicut in nobis. Hoc etiam arguitur in nobis, quia ſi genitio noſtra eſſet mere naturalis, nullo modo eſſet in poteſtate voluntatis, & ita ſemper haberemus idem verbum de eodem obiecto fortius mouente intellectum. Quantum ad iſtum articulum, & ſi aliqui diſtinguāt ꝙ ly, volūtate, poteſt teneri aduerbialiter, vt ſit ſenſus, voluntate genuit. i. volūtarie genuit. & tunc eſt vera, aut poteſt teneri ablatiue, & tunc notat cauſam, & principium elicitiuum reſpectu genitionis. & tunc eſt falſa. Quicquid ſit de iſta diſtinctione, non videtur dicendum, ꝙ pater filium genuerit voluntate, ita ꝙ voluntas ſit principium proximum, vel remotū: ꝙ non proximum, probatū eſt, quia principiū vnius rationis non eſt niſi principium vnius productionis. Quod etiam non remotum, patet, quia ſicut voluntas, vt eſt principium operatiuum, aliquo modo poſterius operetur, quā intellectus, ita vt eſt principium productiuum, aliquo modo poſterius ꝓducit, q̄ ītellectus. & ita nō erit cauſa ſuperior, neque prior in productione, quæ eſt proprie intellectus. Propter iſtas tn̄ auctoritates Augu. intelligendum eſt, quod in nobis non eſt tantum vnicus actus intelligendi, accipiēdo actum de genere qualitatis, neque vnicus actus gignendi, accipiendo actum pro actione de genere actionis, q̄a ſi eſſet tātum vnicus actus iſte, & tantum vnicus ille, & ille, & iſte, eſſent idem. tunc voluntas noſtra nullam cauſalitatem haberet in ratione actus intelligendi, qui eſt de genere qualitatis. neque in ratione actus gignēdi, qui eſt de genere actionis. in diuinis, igitur cum non ſit in patre niſi vnicus actus intelligendi, reſpectu illius actus voluntas patris non habebit aliquam rationem principij vel cauſæ: cum etiam non ſit niſi vnicus actus dicendi, reſpectu illius, voluntas non habebit rationem principij, quia voluntas ſicut operando, ita & producendo, vel principiando ſequitur aliquo modo intellectum, actus igitur dicendi præcedit omnem principiationem voluntatis: poteſt tamen voluntas vt complacens, non vt principians, habere actum reſpectu illius genitionis, ex hoc quòd voluntas, vt operans in patre non præſupponit genitionem, ſed tantummodo intellectionem illam, qua pater formaliter intelligit: in nobis autem veræ ſunt auctoritates Auguſt. quòd voluntas mouet aciem ad actum cognoſcendi. & tenet eam in cognitione, quia poſito primo actu noſtro, ſiue de genere qualitatis, ſiue de genere actionis, poſſumus habere alios actus poſteriores

*Ioan. roditon lib. 1. diſ. 6. quæſtio vnica ſequitur hanc reſponſionē.*

ſteriores ex imperio voluntatis, in patre autem voluntas non admouet intelligentiam patris, vt formandam a memoria patris, quia in patre non eſt niſi vnica intellectio formaliter: quæ præcedit aliquo modo productionem verbi, neque admouet memoriam ipſi obiecto, vt gignatur verbum. Contra iſtud arguitur. ꝙ Aug. non tantum intelligit in nobis, ſed etiam in Deo, quia Aug. nunquam videtur aſſignare actum volendi voluntati, vt eſt tertia pars imaginis, niſi illum qui eſt cõiungere parentē cum prole. & hoc modo habet cauſalitatem aliquam reſpectu gignitionis prolis. ergo iſta pars, vt eſt pars imaginis, nihil repręſentabit in prototypo, niſi voluntas diuina habeat aliquo modo ſic coniungere. Reſpondeo, & ſi frequenter aſſignet voluntati actum illum, vt eſt pars imaginis, tamen aliquando ſibi aſſignat alium, videlicet dilectionem eiuſdem obiecti, quod eſt obiectum memoriæ, & intelligentiæ, ſicut apparet. 15. de tri. c. 20. vel. 22. vnde poteſt inquit ſempiterna immutabiliſq; natura recoli, conſpici, cõcupiſci: quę auctoritas poſita eſt ſupra diſt. 3. q. vlti. ibi enim expreſſe ponit trinitatem in memoria, intelligentia, & voluntate, vt habent actum circa obiectū idem. ſ. veritatem increatam. ſimiliter li. 14. cap. 8. ponit trinitatē in mente. inquātū meminit ſui, ĩtelligit ſe, & diligit ſe. vtrunque ēt actū tangit ſimul. 15. de tri. cap. 3. mens & notitia qua ſe nouit, & amor quo ſe notitiamque ſuam diligit, & bene concurrunt iſti duo actus in uoluntate noſtra, quia ipſa amans obiectum amat etiam notitiam obiecti eiuſdem. & ex amore obiecti mouet intelligē tiam ad intelligendum illud copulans ipſam memoriæ, de qua ipſa formetur. & tenens eam in tali coniunctione, & per hoc in actuali intellectione vniusobiecti. Iſtorum aūt duorum actuū voluntatis, in nobis principalior eſt ille, qui eſt dilectio obiecti: quia ille eſt cauſa quandoq; dilectionis actus. actus tamen alius ſcilicet dilectio actus eſt vniuerſalior, quia reſpectu etiā obiecti mali diligimus actum cognoſcendi, licet non obiectū, ſicut dicit Aug. 9. de tri. Cap. 11. Neque enim vitiorum notitia nobis diſplicet, ſed vitia ipſa nobis diſplicent. diffinio intemperantiā & hoc eſt verbum eius placet mihi diffinire, licet non placeat mihi incontinentia, voluntas igitur in nobis, vt eſt pars imaginis repræſentat voluntatem in Deo, non quantum ad iſtum actum copulandi, qui eſt voluntatis noſtræ: ſed quantum ad alium actum, inquantum ſcilicet voluntas noſtra eſt principium producendi actum circa idem obiectum, quod fuit memorię & intelligētię noſtrę, quia volūtas in diuinis eſt principium producendi amorem adæquatum eſſentiæ diuinæ, quæ eſt obiectum primum memoriæ diuinæ, intelligentiæ, & voluntatis. & ille amor productus eſt ſpiritus ſanctus, cui correſpondet in nobis dilectio ꝓducta, quæ dilectio frequenter ab Aug. vocatur voluntas, ſed voluntas proprie in nobis, quæ eſt potentia non correſpondet ſpiritui ſācto. ſed vi ſpiratiuę, q̄ eſt



eſt in patre & fi. & hoc ſecundū illum actum, quo volūtas in nobis eſt principium ꝓducendi amorem obiecti intellecti, non aūt primo inquantum habet ꝓducere amorem notitiæ genitę nullo aūt modo inquantum eſt cauſa ſuperior notitiæ genitæ, ſic quidē vis ſpiratiua eſt principium producendi ſpiritū ſanctum in diuinis, qui eſt amor eſſentiæ diuinæ, & etiam amor notitiæ genitæ. licet forte ſcd̄m aliquē ordinē, ſed nō eſt vis illa ſpiratiua aliquo modo principium productiuum notitię genitæ, quia & ſi pater in primo ſigno originis ſit volens, & in ſecundo gignat, tamen voluntas patris nō habet rationē principii reſpectu illius gignitionis verbi. ſic igiẗ patet qūo pater volens generat filiū, & tamen non Hen. quo li. 6. voluntate, vt principio formali elicitiuo generationis. Tamen quantum ad intentionem Aug. de dilectione copolante parentem cum prole: dicit quidam doctor, ꝙ illa dilectio copulans loquendo reſpectu actus ſentiēdi eſt inclinatio facta in potentia per ſpeciem ſenſibilem, vnde iſta quinque quæ ponit ille doctor videlicet obiectum ſenſibile, ſpeciem, inclinationem factam, potentiam ſentiendi, & actum ſentiendi, probat per vnam auctoritatem Aug. 11. de tri. cap. 2. vel. 4. cum enumerat Aug. quędam ad ſuum propoſitum facientia in fine ſic. ſenſum, inquiens, detinet oculorum animi intentio. ecce (ait ille) tertium. quod enim detinet ſenſum, non eſt niſi illa excitatio per dictam inclinationem. vocat autem eam Aug. ſecundū eum intentionem animi cauſantis, quia per ipſam fit ſenſus animi intentus ad percipiendum obiectum. Sed iſtud non eſt ibi ad intētionem Aug. quia ibidem diſtinguens ea ab inuicem de intentione dicit, ꝙ tertium ſolius animę eſt. igitur ſecundum eum, illa intentio, quæ erat tertium, non eſt illa inclinatio, vel excitatio ꝑ ſpeciē, ſimiliter illud tertium attribuitur voluntati illi, de qua dicit L. 11. c. 6. inferius, ꝙ voluntas hac, atque illac, refert aciem mentis &c. ꝙ non videtur verū de inclinatione, ſed tantummodo de voluntate, & potentia animæ.

AD ARGVMENTA principalia. Ad primū cum dicit Ricar. hoc mihi videtur &c. non hoc videtur Aug. ꝙ velle patris ſit formaliter gignere, qa dicit. 5. de trin. cap. 14. vel 32. ꝙ ſpiritus ſanctus præcedit qūo datus, non quomodo natus. i. ꝑ modum voluntatis liberæ, non ꝑ modū naturę, & ideo oportet exponere Ricar. ꝙ ipſe intelligat concomitanter. Ad aliud dico. ꝙ inuidia non ſolū eſt in ſubtrahendo illa bona, quę poſſunt communicari actu voluntatis immediate, ſed quæcunque volens poteſt communicare, & nō cõmunicat. pater autē volens, licet non ſicut principio elicitiuo, vel ꝓductiuo generat, vt dictū eſt. & ideo tenet argumentū Aug. de inuidia. Ad tertium dico. ꝙ nihil eſt ibi inuoluntariū, & ideo generatio filii non eſt inuolūtaria. cõcedo, ſed tamē nō ſequitur vltra, ergo eſt volūtate, vt prĩcipio elicitiuo, multa enim facimus, ſiue voluntate præcedente ſiue concomitante: quorum principiū immediatum non eſt voluntas,

## DISTIN. VII.

CIRCA iſtā diſt. ſeptimā, quęro vtrū potentia generandi in patre ſit aliquid abſolutū vel ꝓprietas patris: ꝙ ꝓprietas patris, probo. Aug. 5. de tri. c. 6. eo pater eſt quo eſt ei fili⁹, ergo eo eſt pr̄, quo generat. probatio cōſequentiæ, quia generatione eſt ei filius, ſed paternitate eſt pater. ergo paternitate generat. vel ſi deitate generat. ergo deitate eſt pater.

RESPONDEO. Neutra conſequentia valet, quia ablatiuus cum verbo ſignat principiū agendi, cum adiectiuo nomine, vel cōcreto; ſignificat principiū formale concernens, nunc aūt non oportet idem eſſe quo formaliter tale, & quo elicitiue agit, licet eſſe tale, & agere conuertantur reſpectu ſuppoſiti agentis, nec etiam illud additum eſt idem: quia ablatiuus nō poteſt cōſtrui cum hoc & illo vniformiter, propter fallaciam figuræ dictionis. primo modo ſimilis terminatio oſtendit dentitatem conceptus cum hoc, & cum illo, cū ſit alius.

Item per rationem actus proprius eſt a ꝓpria forma agentis, ſed generare eſt proprius actus patris, ergo &c. probatio maioris, tum quia propria forma dat eſſe, igitur & agere: tum quia ſi forma communis, & effectus communis, quia cauſa & effect⁹ correſpondet ſibiinuicē, vniuerſalis vniuerſali, particularis particulari. 2. phyſicorum. &. 5. metaphy. c. de cauſa. Item, medium eſt eiuſdem generis cum extremis. ſed ſuppoſita, quę ſūt extrema ſunt relatiua. igitur illud quo ſuppoſitum agit, quod eſt medium inter ea, eſt relatiuum. Item potentia eſt eiuſdem generis cum actu: immo in diuinis ſunt idem: ſed actus generandi eſt relatio, vel relatiuum. ergo & principium erit relatio, vel relatiuum. Contra Dama. generatio eſt opus naturæ, ſed non eſt opus naturæ vt generantis: quia natura non generat. ergo eſt opus naturæ, vt principii generandi. Item Hilarius de tri. li. 5. Et virtute naturę in eandem naturam natiuitate ſubſiſtit filius. Item magiſter in litera. Pater non eſt potens niſi natura. & loquitur de potentia generandi. ergo &c.

*T. c. 38. t. com. 2. 10. Met. t c. 22.*

*Cap. 8.*

*Circa finem.*

HIC EST opinio talis, ꝙ illud quo pater generat eſt eſſentia: propter hanc rationem, q̱a generans aſſimilat ſibi genitum in forma qua agit. filius autem aſſimilatur patri in eſſentia, non in proprietate. ergo &c. & declaratur ratio: quia ſicut in creaturis proprietas indiuidualis non eſt ratio agendi, ſed natura, in qua indiuidua cōueniunt. ita in diuinis proprietas perſonalis, quæ correſpondet proprietati indiuiduali in creaturis, non erit ratio agendi, vel gignendi.

*Tho. prima parte. 1. q. 41.*

CONTRA iſtud arguitur multipliciter primo ſic: omnis forma ſufficienter elicitiua alicuius actionis, ſi per ſe eſt, per ſe agit illa actione. Exemplum, ſi calor eſt ſufficiens cauſa calefactiua, calor ſeparatus calefaceret. Albedo etiam per ſe habet diſgregare, & ideo cum per ſe habet eſſe, vt in ſacramento altaris: per ſe habet diſgregare, erga ſi deitas

*Nota quòd hæc argumenta efficaciā habēt cōtra opi. Tho. ſed quia aliqualiter uidentur ſententiæ Do*

*Tho. repugnare ideo inferius ſecundū ipſius principia ſoluuntur, ſed ad aliud propoſitū. c. 5. in fine.*



tas ſit potentia generatiua, & conſtat ꝙ ſufficiens, ſequitur ꝙ ſi per ſe ſit deitas, ꝙ per ſe generabit, deitas autem prius eſt in ſe aliquo mō, quā intelligatur eſſe in perſona, quia deitas, vt deitas, eſt ꝑ ſe eſſe, ita ꝙ tres ꝑſonę ipſa deitate per ſe ſunt, nō cconuerſo. 7. de trini. cap. 4. omnis creatura ad ſe ſubſiſtit, quāto magis Deus? Et infra, hoc eſt Deo eſſe, quod ſubſiſtere. ergo in iſto primo ſigno naturæ, in quo intelligitur deitas in ſe, antequam intelligatur in perſona, gñabit, & ita deitas ſic conſiderata diſtinguetur a genito. Si dicatur, quod deitas non habet per ſe eſſe, niſi in perſona, & ideo non per ſe agit, ſed perſona per ſe agit. Contra argumentum probat oppoſitū, quia ſi calor habens per ſe eſſe participatum, per miraculum eſſet per ſe, poſſet operari per ſe illā operationem, cuius eſt principium, quo elicitiuum in ſuppoſito. ergo ipſa diuina eſſentia, q̄ eſt per ſe eſſe ex ſe, non autem per ſe participat eſſe, poterit ꝑ ſe eſſe agens illa operatione, cuius eſt principium quo elicitiuum in ſuppoſito, & ita ſtat argumentum. Item ſecundo ſic. producentis, & formæ, qua producens producit, eadem eſt relatio ad productum. hoc accipitur a philoſopho. 2. phy. & 5. met. vbi vult, quod ad idem genus cauſæ & principij pertinēt ars & ædificator. ergo ad idem genus principij, pertinent producens, & illud quo producens producit. & ita ſi eſſentia ſit qua pater generat, habebit eſſentia relationem realem ad genitum. hoc falſum eſt, ergo &c. Item, tertio forma inquantum eſt in qua aſſimilantur generans & genitum, nō habet vnitatem niſi rationis, ſicut accipitur a Dama. lib. 1. c. 8. ergo nec entitatem niſi rationis, ergo ſecundum hoc non eſt principiū elicitiuum actionis realis. Itē quarto, forma non eſt principium agendi, niſi inquantum agens eſt in actu per eam. non eſt autē in actu per ipſam, niſi inquantū eſt in ipſo, nō eſt aūt in ipſo, niſi vt eſt hæc. ergo vt ē hæc, eſt principium. Item quinto, productio per prius eſt diſtinctiua quā aſſimilatiua, qđ patet, quia omnis productio eſt diſtinctiua, non autem omnis eſt aſſimilatiua. ergo forma q̄ eſt principium productionis, prius eſt principium eius, inquantum forma eſt diſtinctiua, quam inquantum eſt aſſimilatiua, ipſa autem diſtinctiua inquantum hæc, aſſimilatiua inquantum forma. ergo prius eſt principium productiuum inquantum forma. Item inſtatur contra probationem argumenti poſitionis. tū quia in augmētatione carnis calor eſt principium actiuum ſecundū phi. 2. de aīa, & tñ illo gñat caro aīata ſimilis generanti in forma * vegetatiua. tum quia brutū generans brutum aſſimilatur ei in ſpē, & tñ forma ſpecifica bruti non eſt principium generandi, ſed potentia vegetatiua. igitur maior videtur eſſe falſa.

*8. c. 18. & 50. t. c. 2. & 1.*

*2. de anima tex. t. 2. & alibi habetur*

*t. c. 50. & circiter.*

** a. l. generatiua.*

ALITER DICITVR ꝙ generationis in diuinis oportet dare aliqđ principiū poſitiuū, quia actio eſt poſitiua. non ſunt aūt poſitiua in diuinis perſonis, niſi eſſentia, & relatio. relatio aūt nō p̄t eē prīcipiū illi⁹ ꝓductionis, q̱a relatio nō ē principium,

*Hen. quo li. 3. q. 3. & in ſumma quolt. 57. q. 7.*

cipium, nec terminus motus ex.
t.com.10. 5. phy. ergo eſſentia, ſed eſſentia
ſecundum ſe conſiderata eſt in-
determinata ad plures perſo-
nas, & ad actiones plurium per
ſonarũ, ergo oportet, qđ ad hoc,
ꝙ ipſa ſit principium determi-
natæ actionis, ꝙ determineť. de
terminať aũt ꝑ relationẽ. & iõ
relatio poniť principiũ, nõ eli-
citiuũ, ſed determinatiuũ. Ad
hoc ẽt adduciť confirmatio ex
creaturis, vbi eadem forma dat
actũ primũ, & ſecundũ. ſed de-
terminať ad hunc, & illũ ex di-
uerſis reſpectibus, quia ad pri-
mum determinatur ex reſpe-
ctu ad ſubiectũ, & ad ſecundũ
ex reſpectu ad obiectum.

CONTRA. indetermina
tio eſt duplex. Quædam eſt po-
tentiæ paſſiuæ, vt indetermina
tio materiæ, & quædam poten-
tiæ actiuæ illimitatæ ad plures
effectus. Exemplum. ſicut ſol
eſt indeterminatus ad producẽ
dum multa animalia. nõ quod
aliquam formam recipiat vt
agat, ſed quia habet virtutẽ pro
ductiuam illimitatam, qđ aũt
eſt indeterminatum indeter-
minatione materiæ oportet ꝙ
recipiat aliquam formam ad
hoc. vt agat. quia nõ eſt in actu
ſufficiente ad agendum. ſed qđ
eſt indeterminatũ ĩdetermina-
tione potentiæ actiuæ, eſt ex ſe
ſufficienter determinatum ad
producendum quẽcunq; iſtorũ
effectuũ, & hoc ſi paſſum diſpo
ſitũ ſit approximatum vbi req-
ritur paſſum, vel ex ſeipſo, vbi
non requiriť paſſum. probatio,
ſi tale actiuum eſſet de ſe deter
minatnm ad vnum effectum,
poſſet de ſe ſufficienter produ-
cete illum. ſed ſi eſt indetermi-
natum ad hoc, & ad illud, ex ta
li illimitatione nulla tollitur
perfectio cãlitatis eius reſpectu
talis effectus, ſed tantum cauſa
litas additur reſpectu alterius.
igitur ita põt ꝓducere iſtud, &
illud, ſicut ſi eſſet tm̃ iſtius, &
ita non requiritur aliquod de-
terminãs. Ad propoſitum, eſſen
tia diuina non eſt principium
indeterminatum indetermina
natione materię. igiť ſine deter
minatione alterius, quaſi prin-
cipij actiui erit ſimpliciter de-
terminatum determinatione, q̃
requiriť ad agendum, ita ꝙ nõ
requiriť aliquid aliud.

Vnde põt ſic formari rõ. qđ
eſt indeterminatũ ad plura in-
determinatione potentiæ acti-
uę ex ſe, eſt ſufficiens ad quodli
bet illorũ producendũ, nec indi
get aliquo determinante vel a-
ctuante, ſed eſſentia diuina tm̃
hẽt indeterminationem poten
tiæ actiuæ, alias eſſet imꝑfecta.
ergo &c. minor patet ex dictis.

Confirmatur quia talis inde
terminatio principij actiui, li-
cet ſit ad diſparata, non tamen
eſt ad contradictoria, ſed deter-
minate ad alteram partem con
tradictionis reſpectu cuiuſlibet
iſtorũ diſparatorum. nulla autẽ
indeterminatio prohibet ex ſe
determinate agere, niſi quæ ali
quo mõ eẽt ad cõtradictoria, vt
ad agere, & nõ agere, ergo. &c.

Hic nota, ꝙ indeterminatũ
determinatur ſeipſo. aliquin
eſſet proceſſus in infinitum, qa
& illa quibus determinaretur
per alia & illa alia per alia. Cõ
tra. quod ex ſe determinatur ad
vnum oppoſitorum, eſt incom-
poſſibile alteri. Itẽ ergo in quo
libet determinatur ad aliud.
Rñdeo de cõtradictorijs tenet.

Ad ſecũdum in quolibet eſt
deter-



determinatum. Item ſecundo,
qñ aliquod principium actiuũ
eſt indeterminatũ ad aliquos
duos effectus, non ex æquo, ſed
ſecundũ ordinẽ naturalẽ ex ſe,
ſufficienter determinatum eſt
ad primũ illorũ. & poſito pri-
mo eſt determinatũ ad ſecun-
dum: eſſentia aũt diuina nõ eſt
indeterminata ad iſtas duas ꝓ-
ductiones ex æquo, ſed ꝑ prius
ſe hẽt ad gñationẽ. igiť eſt ex ſe
ſufficiẽter determinata ad vtrũ
que, quia ex ſe primo ordine
originis ad primã, & illa poſi-
ta eſt determinata ad ſecundã,
& ita in nullo ſigno originis ẽ
indeterminata ad vtrãq;, quaſi
tunc eliciendam.

Item tertio, potentia gñandi
ſignat principiũ actus eliciẽdi a
ſuppoſito hñte iſtud principiũ,
igiť duplicẽ relationem conno
tat. vnã principij ad actũ, aliã
connotat actus ad ſuppoſitum.
qđ eſt dicere. cõnotat relationẽ
principij quo ad actum, & con
notat relationẽ actus ad princi
piũ qđ. & forte tertio connotat
relationẽ principij quo, ad prin
cipiũ qđ, ſiue ſint duæ, vel tres
relationes, nulla tñ eſt niſi rõ-
nis ꝑꝑ indiſtinctionẽ extremo-
rum. prima competit naturæ
principianti vt fundamẽto pro
ximo. Qđ ergo dicit Boetius, ꝙ
ad intra eſt rõ principij origina
lis, verũ eſt reſpectu ꝑſonæ ori-
ginatæ, ſed non reſpectu origi-
nationis, ſic actus originandi,
niſi ſecũdum rationem tantũ.

Item tertio, relatio eſt rõ, &
forma ſuppoſiti agentis, igiť ſi
eſt determinatiua prĩcipij quo,
habebit duplicẽ rõnem princi-
pij reſpectu gñationis. vnã in-
quantũ eſt rõ agentis, & aliam
inquantũ eſt rõ determinatiua
principij agendi. & ſic ipſa me-
diabit inter ſeipſam & actio-
nẽ. Item quarto ſic. natura vt Idem lib.
natura ponitur principium eli- 1. c. 10.
citiuum iſtius actionis. ipſa au-
tem vt natura, non eſt determi
nabilis. ſecundũ Dama. lib. 3. c.
6. proprietates determinant hy
poſtaſes non naturam, vt natu-
ra. igitur* nihil eſt determina a. l. nullũ.
tiuum principij quo, vt eſt prin
cipium quo, ſed tm̃ principij
agentis. Item quinto, relatio ſe
cundum iſtũ magiſtrũ tm̃ rõne
differt a fundamento, ergo non
põt eſſe principiũ determinati
uũ ad actũ realẽ, aliquo mõ di-
ſtinctũ ab eſſentia, quia nihil
concurrit ad rõnẽ alicuius prin
cipij reſpectu actionis realis,
niſi reale. Item ſexto qđ dř de
relatione determinatiua ĩ crea
turis vř eſſe falſum, quia calor
ex ſe non per aliquem reſpectũ
medium eſt fundamentum hu-
ius reſpectus potentiæ calefa-
ctiuæ: non oportet ẽt ꝙ deter-
minatio ad actum primum, &
ſecũdum fiat per reſpectus, qa
eadẽ forma abſoluta dat actũ
primum abſolutum, & ſecun-
dum, & non reſpectiuum, & ẽt
principium agendi eſt abſolu-
tum, & non reſpectiuum.

AD QVAESTIONEM igiť
reſpondeo, diſtinguendo de po-
tentia. Vno modo dř potentia
logica, q̃ dicit modum compoſi
tionis factę ab intellectu, &
iſta notat non repugnantiã ex-
tremorum, de qua dicit phi. 5.
met. c. de potẽtia. Illud eſt poſſi t. c. 17.
bile, cuius contrariũ non eſt de
neceſſitate verũ, & ſi hoc mõ q̃
rať de potentia gñandi in diui-
nis, dico, quod ipſa eſt poſſibi- a. l. quod-
lis comparando generationem cũ que a-
ad * quẽcunque actum, non re ctiuum.

 pugnan-

pugnantem generationi. & tũç
poſſibilitas ẽ patris, vel Dei ad
hoc prædicatum, quòd eſt gene
rare, quia iſti termini non repu
gnant. impoſſibilitas aũt eſt ꝙ
filius vel ſpiritus ſanctus gene-
rẽt, quia iſti termini repugnãt.
Et ſi quærit, quid eſt potentia
generandi in diuinis iſto mõ?
Reſpondeo, non oportet dare
aliquod principium, quo aliqs
ſit potẽs gñare, ſufficit enim ſo
la nõ repugnantia terminorũ,
ſicut ſi ante mũdi creationem,
mundus nõ ſolũ nõ fuiſſet, ſed
per impoſſibile Deus nõ fuiſ-
ſet, & incepiſſet a ſe eſſe. & tũc
fuiſſet potens creare mundũ, ſi
fuiſſet intellectus aliquis ante
mundi creationẽ, cõponẽs hãc,
mundus erit, hæc fuiſſet poſſibi
lis, quia termini non repugna
rent, non tñ pp aliquod * prin
cipiũ in re poſſibili, nec pp a-
ctiuũ ſibi corrñdens, nec modo
illa. mundus erit. fuit poſſibi-
lis, formaliter loquendo de po-
tentia Dei, ſed potentia q̃ erat
non repugnantia iſtorũ termi-
norũ, quia iſti termini non re-
puganrẽt. licet iſtã nõ repugan
tiã cõcomitaret potẽtia actiua
reſpectu huius poſſibilis. Alio
mõ dr̃ potentia diuiſa contra
actũ, iſta non eſt in Deo. Relin
quit igitur potentia realis, q̃ dr̃
principiũ agendi, vel patiẽdi, vt
proximũ fundamentũ relatio-
nũ, quia hoc nomẽ, potẽtia, nõ
eſt abſtractum vltimata abſtra-
ctione, ſed eſt cõcretũ concre-
tione ad fundamentũ. licet nõ
concretione ad ſubiectum. de
qua multiplici abſtractione in
relatiuis dictũ eſt ſupra di. 5. q.
1. ar. 2. Hic aũt tm̃ mõ q̃rit de
potentia agendi, & tũc diſtin-
guit, ꝙ hoc nomẽ, potentia, põt

*Exemplũ ſingulare.*

*a. l. actiuum.*

ſumi, vel pro eo qđ p ſe ſignifi
cat, vel pro eo qđ cõnotat, qđ ẽ
proximũ fundamentũ talis re-
lationis. Primo mõ accipien-
do, dico ꝙ potentia ſignat rela
tionem, ſicut potentialitas, vel
principatio, & hoc mõ, qõ non
hẽt difficultatẽ, quia potentia
generãdi in diuinis dicit eſſen-
tialiter relationẽ. Secundo mo-
do, eſt difficultas quæſtionis
quærendo quid ſit illud abſolu
tum, quod eſt fundamentum
proximũ iſtius relationis. & tũc
loquendo ſemp præciſe de po-
tentia actiua ſiue productiua,
de qua eſt modo ſermo, diſtin-
guo vlterius de potentia deno-
minatiue ſumpta, ꝙ aliqñ ſu-
mit pro ſuo fundamento præci
ſe, aliqñ aũt pro ipſo cũ oĩbus
alijs, quæ concurrunt ad hoc, vt
poſſit elicere actũ, quæ. ſ. requi
runt ad rõnẽ potentiæ propin-
quę. cuiuſmodi ſunt (in creatu-
ris) approximatio paſſi, & im-
pedimenti remotio. Iſta diſtin-
ctio vltima potentiæ acceptæ,
pro fundamento pręciſe, vel p
ipſo cum alijs oĩbus concurrẽ-
tibus, accipit a philoſopho. 9.
meta. diffinitio autem potẽtiæ
actiuę, quam ponit. 5. & 9. met.
eſt potentiæ actiuæ primo mo-
do ſumptæ, potentiam aũt ſe-
cundo mõ ſumptã exprimit ip
ſe manifeſte. 9. met. c. 4. Qm̃ in
quit aliquid poſſibile, & qñ, &
qũo, & quæcunq; alia neceſſe
eſt adeſſe in diffinitione, & ſub
dit. Tales potentias. ſ. irrationa
les neceſſe eſt, vt poſſint, quãdo
paſſiuũ, & actiuum appropin-
quant, hoc quidem facere, illud
vero pati. Et ſi obijciatur con-
tra eum, quod iſtæ irrationales
poſſunt impediri. hoc excluden
do dicit. nullo namque exterio
rum

*t. c. 10. & circiter. l. c. 17. t. c. 2. & indi. t. c. 10.*



rum prohibente adiungere ni-
hil adhuc oportet. potentiã. ſ n.
habet, vt eſt potentia faciendi.
eſt aũt non oĩno, ſed habentiũ
aliquo mõ, in quib. excludunt,
q̃ * exterius prohibent, * remo-
uent enim hoc eorũ, quæ in de
terminatione opponunt q̃dam
vult dicere ꝙ quædam pertinẽ
tia ad diffinitionem potentiæ
actiuæ, vt * potentiæ excludunt
impedimentum. ergo potentia
actiua ibi, ſecundum eum, acci
pitur cum omnibus concurren
tibus ad poſſibilitatem propin
quam agendi.

*a. l. externis.*

*a. l. auferit.*

*a. l. poſſibiles.*

LOQVENDO TVNC
de potentia, id eſt de proximo
fundamento iſtius relationis p̃-
ciſe ſumpto, dico quod poten-
tia generandi patris, non eſt re-
latio, ſed aliquid abſolutum.
Partem negatiuam probo. Pri-
mo quia omnis relatio videtur
æque naturaliter reſpicere ſuũ
proprium correlatiuum. ergo
relatio ſpirantis ſuum propriũ
correlatiuum, ſicut relatio ge-
nerantis ſuum. non diſtinguun
tur autem in diuinis productio
nes per modum naturæ, & vo-
luntatis, niſi quia principium
quo producens producit, aliter,
& aliter ſe habet ad productio-
nem & droductum, quia hæc
naturaliter, hæc libere. ergo nõ
eſſent tunc duæ productiones
formaliter diſtinctæ per modũ
naturæ, & voluntatis. Secundo,
quia tunc eadem relatio eſſet
principium ſuijpſius, quia in
patre non eſt niſi vnica relatio
ad filium. & illa eſt per te quo
reſpectu generationis, quæ. ſ. ge
neratio eſt eadem relatio, licet
aliter nominata. ergo &c. Ter-
tio, quia tunc paternitas eſſet
ſimpliciter perfectior filiatio-
ne, probatio conſequentiæ du-
pliciter. Primo, quia illud quo
producens producit, ſi non eſt
eiuſdem rõnis cũ producti for-
ma, continet eã virtualiter, &
eſt perfectior ea. ergo ſi paterni
tas eſt quo pr̃ agit, & nõ eiuſdẽ
rõnis cũ filiatione, continet fi-
liationẽ virtualiter, & eſt perfe
ctior ea. Secundo, quia filiatio
non dat filio ꝙ agat, nihil em̃
nec ad intra nec ad extra pro-
ducit filius filiatione. ergo ſi pr̃
paternitate agit formaliter, pa-
ternitas erit aliquid perfectius
filiatione. Partem affirmati-
uam ſolutionis probo. primo
ſic. qđ eſt perfectionis in prin-
cipio productiuo non tollit ab
illo rationem principij produ-
ctiui, ſed cõmunicare ſe in idẽ-
titate numerali, & adæquata
communicatione ſibi, ponit p-
fectionem in principio produ-
ctiuo. ergo hoc non tollit ab ali
quo rationem principij produ-
ctiui. ſed ſi Deus (per impoſſi-
bile) generaret alium Deum, &
ille alius tertium, deitas pone-
retur principium productiuũ
alterius. & non relatio, & tunc
deitas nõ communicaret ſe in
identitate numerali, nec cõmu
nicaret ſe communicatione ad
ęquata ſibi in ratione princi-
pij productiui, quia deitas poſ-
ſet eſſe principium alterius cõi
cationis, puta factæ per impoſ-
ſibile a ſecundo Deo. ergo cum
modo deitas communicet in
identitate numerali, & cõica-
tione adæquata ſibi, ita quod
deitate non poteſt eſſe alia cõi-
catio numero eiuſdẽ rõnis cũ
iſta, ſequitur ꝙ multo magis
modo ponetur abſolutum eſſe
principium productiuum, quã
tunc poneretur.

Bre-

Breuiter ſi forma communicaretur nō eadem numero, nec adæquata ipſa poneretur principium communicandi. igitur ſi modo perfectius cōiceretur ipſa, vel aliq̄d perfectius erit principium cōmunicandi illo mō.

*Nota exē plum.*

Exemplum iſtius eſt. ſi calor in igne cōicaret ſe eundem numero ligno, & communicatione adequata, ita ꝙ iſte calor nō poſſet eſſe principium alterius calefactionis, non negaretur calorem ignis eſſe principiū productiuum caloris in ligno, cū mō de facto ponatur calor eſſe principium illius. & hoc cū duplici Iperfectione oppoſita duplici perfectioni hic ſuppoſitæ, quia nunc eſt ibi diuerſitas caloris cōicati, & cōicatio non eſt adequata, hic autem eſſet identitas caloris, & cōicatio adequata, & tñ illa hypoteſi poſita lignum calore non poſſet calefacere. non enim ſe, quia accipit calorem calefactione, quæ eſt ab hoc calore. & tunc prius haberet calorem, q̄ haberet calorem, nec aliud quia iſta calefactio ligni ponitur adæquata illi calori in rōne principij actiui. Ita intelligendum eſt in propoſito, ꝙ illud quod poneret eſſe principium alterius communicationis, ſi cōmunicatio fieret in diuerſitate numerali, & non adæquata, illud idē debet modo poni principium, quādo fit communicatio eiuſdem, & adequata principio productiuo.

Secundo probo idem ſic. aliq̄d abſolutum eſt terminus formalis generationis, ergo aliquid abſolutū eſt ratio formalis qua agens agit. antecedens probatum eſt diſt. 5. q. 2. prima ratione contra primam opinionem, probo conſequentiā, quia impoſſibile eſt agens communicare terminum formalem productionis, niſi agat forma æque perfecta, ſi agit vniuoce, vel ꝑfectiori, ſi æquiuoce. in diuinis autem nihil eſt perfectius abſoluto, quia abſolutum eſt formaliter infinitum, relatio aūt non, ergo &c.

HVIC RATIONI inſtatur ꝙ conſequentia tantum valet in generatione vniuoca, hæc autem probatur eſſe æquiuoca. Tum ex parte perſonarum. Tum ex productionibus. Tum ex ratione differentię ſpecificæ.

Prima via ſic, paternitas & filiatio differunt ſpecie. ergo perſonæ conſtitutæ per eas. antecedens probatur, quia differunt ſecundum quiditates, & talis eſt differentia ſpecifica. tum quia ſunt puri actus, differentia autem actus & formę eſt ſpecifica, conſequentia probatur. Primo, quia non maior diſtinctio eſt in principiis quam principiatis. Secundo, quia eadem eſt differentia formalium conſtituentium & conſtitutorum. Tertio, quia eadem eſt differentia eorum, ſecundū quæ præciſe aliqua differūt, & ipſorum differentium. Quarto quia relationes ſunt idem eſſentiæ diuinæ ſicut perſonæ. igitur propter iſtud non negabitur differentia ſpecifica perſonarum ſicut nec relationum.

Secūda via de productionibus arguitur ſic, ſi productiones differunt ſpecie. ergo & producta. antecedens patet. quia in diuinis non eſt productio, niſi vnica vnius rationis, conſequētia probatur. Tum quia aliter non eſſet



eſſet proportio productionū ad producta. Tum ſecundo, q̄a productiones ſunt eiuſdē rationis cū productis. Tū tertio q̄a potētię alterius rōnis requirūt obiecta alterius rationis. ergo ſi producerent ſua obiecta, producērent ea alterius rationis. ergo ſicut intellectus & voluntas præſupponunt bonum & verū formaliter diſtincta. ita producerent terminos formaliter diſtinctos, vel erunt quibus termini ſicut diſtincti producuntur. Tertia via, de differentia ſpecifica arguitur ſic. differētia. ſpecifica vī eſſe perfectior, q̄ differentia numeralis. qđ probatur, quia diſtinctio ſpecierum eſt de perfectione vniuerſi, non aūt diſtinctio indiuiduorū. ergo dr̄ia ſpecifica ſicut perfectior videtur eſſe ponenda in diuinis.

Ad iſta ſiue generatio ponat̄ ęquiuoca ſiue vniuoca, ratio nō infringit̄, quia in æquiuoca generatione oportet principiū ꝓductiuū eſſe perfectius forma terminate, nihil aūt in Deo eſt perfectius abſoluto & ſpecialiter nulla relatio perfectior. abſurdiſſimū .n. videtur dicere ꝙ relatio cōtineat virtualiter eſſentiam diuinam. Concluſio tamen, ad quam inducunt iſtæ rationes .ſ. de generatione æquiuoca, videtur eſſe falſa, quia cū ī primo termino generationis, ſcilicet in ipſo producto cōcurrāt duo .ſ. natura & relatio propria ipſius ꝓducti qua eſt hoc. aut generatio dicitur æquiuoca, vel vniuoca a termino formali generationis, aut a formali proprio ipſi ſuppoſito producto. Si primo modo, cum natura quæ eſt terminus formalis huius productionis ſit eadē in producente & producto, ſequitur vniuocatio, quia perfectiſſima ſimilitudo. Si ſecundo modo. ergo nulla generatio eſt vniuoca, quia nullum genitum in ſua forma indiuiduali aſſimilatur gignenti. Hoc etiā arguitur alio modo, & eſt idem quaſi, quia generatio & eſt diſtinctiua, & eſt aſſimilatiua. perfectior autem ratio in ea eſt ꝙ ſit aſſimilatiua quàm diſtinctiua, quod apparet, quia ſic eſt a forma ſub ratione formæ non ſub ratione qua hæc. & ratio formæ eſt perfectior in ſuppoſito iſta differentia indiuiduali. ſi enim perfectius eſt in generatione ipſam eſſe aſſimilatiuam. ergo ſecundum hoc generatio dicitur eſſe vniuoca vel æquiuoca. Si enim diceretur talis, vel talis inquantum eſt diſtinctiua, quęlibet eſſet æquiuoca, quia quęlibet diſtinguit, & hæc eſt imperfectior ratio in generatione, quia conuenit imperfectiſſime generationi. ergo per hanc non diſtinguitur vniuoca ab æquiuocā. Ergo ad propoſitum cum generatio ſit aſſimilatiua quatenus eadem natura communicatur, diſtinctiua quatenus eſt geniti diſtincti a generāte diſtincto. ſequitur, ꝙ penes naturam gignentis & geniti ſit vniuocatio & non penes diſtinctionem eorum .ſ. gignentis & geniti. Tertio applicatur ad propoſitum, quia ſi illæ duæ dr̄iæ indiuiduales, quæ ſunt primo diuerſæ cōſtituunt ꝓducta non primo diuerſæ, ſed inter quæ eſt generatio vniuoca ꝓpter ſimilitudinem in natura. ſi iſtæ differentiæ indiuiduales eſſent ſpēs alterius generis, adhuc nō cōſtituerent diſtincta

diſtincta

ſtincta tanta diſtinctione, quãta eſſe earum in ſuo genere, qa tunc differẽtiæ indiuiduales cõſtituerent primo diuerſa. Quod autem cõſtituta modo, nõ ſunt primo diuerſa, hoc eſt propter naturam, in qua natura indiuidua conueniunt, ita ẽt tunc cõuenirent in eadem natura, licet differentiæ conſtituentes eſſent ſpecies alterius generis, igitur tunc conſtituta eſſent eiuſdem ſpeciei ſicut modo.

AD ARGVMENTA igitur in oppoſitum. Ad primũ dicendũ ꝙ nõ eſt ibi proprie genus, nec ſpecies, nec differentia ſpecifica, ſed bñ concedo ꝙ paternitas & filiatio ſunt relationes quaſi alterius ſpeciei, & alterius rationis, quia ſunt oppoſitę & fundatę ſupra vnitatem immediate, ſicut ſimilitudo vel ęqualitas, magis etiã diſtinguit paternitas a filiatione, q̃ paternitas a paternitate. Sed cũ infers. ergo cõſtituta ſunt alteri⁹ rõnis quaſi ſpecificæ, nego cõſequentiam. Et propter probationẽ conſequentiæ notandũ eſt, ꝙ aliqua dicũtur aliqñ magis diſtingui propter eorum minorẽ conuenientiã in aliquo genere. aliqua propter maiorem repugnantiam, vel incompoſſibilitatem eorum, ſicut contraria magis dicuntur diſtingui, vt albũ & nigrum, q̃ diſperata, vt hõ & album, ſed hoc modo nõ eſt ꝓprie dictũ aliqua magis diſtingui, plus enim proprie diſtinguuntur, quæ minus conueniũt in aliquo genere, & ita diſtincta genere generaliſſimo, plus diſtinguuntur q̃ contraria, quæ ſunt eiuſdem generis, licet cõtraria magis repugnent, vnde vniuerſaliter quanta eſt diſtinctio. i. repugnãtia cõſtituentiũ, vel formaliter diſtinguentium, tãta eſt & cõſtitutorum, quia ſi albedo, & nigredo ſunt incompoſſibilia, & conſtituta per ea ſunt incompoſſibilia, & ita eſt in propoſito, quanta.n.eſt incõpoſſibilitas paternitatis, & filiationis, propter quam paternitas nõ eſt filiatio, tãta eſt & patris, & filij, ita qđ pater nõ eſt filius. Sed primo mõ accipiendo, nunq̃ diſtinguentia conueniunt tantũ, quantũ cõueniũt quæ per illa diſtinguuntur, ſicut patet ꝑ oĩa diſtinguẽtia diſcurrendo differentiæ.n.ſpecificæ nõ includũt genus in quo cõueniant, ſpecies autẽ diſtinctæ per eas includunt genus in quo cõueniunt, & ratio eſt, quia diſtinguentia aliquid ꝓſupponũt in ipſis diſtinctis, qđ ipſa diſtinguẽtia non includunt in ſuo intellectu, diſtincta tñ per ea includunt illud, ideo diſtincta cõueniunt in illo, diſtinguentia aũt ea nõ conueniunt in illo.

Vnde dicit Commentator. 1. phy. cõmento. 52. ꝙ aliqua ſunt contraria ſecundũ formã, non autem ſecundũ ſubiectum. vt ſingularia, quæ in ſubiecto cõueniunt, idem enim ſubiectũ ſubſtat vtrique.

Et per hoc patet ad argumenta, & ad probationes, cũ dr̃ de principijs, & principatis. Dico ꝙ maior diſtinctio. i. maior nõ cõuenientia. hoc eſt in pauciori bus cõueniẽtia, põt eſſe principiorũ, q̃ principiatorũ, ſicut differẽtia ſpecificæ, q̃ ſunt principia ſpecierũ, nõ cõueniũt in genere, ĩ quo cõueniũt ipſæ ſpẽs, & ita ẽt eſt de differẽtijs indiuidualibus, & indiuiduis reſpectu naturæ ſpecificæ. Per idem patet ad illud de formalibus conſtitutiuis, & de præciſe diſtinctiuis, in oĩbus enim eſt falſum, ꝙ quanta eſt diſtinctio, vel differentia formaliũ conſtituẽtiũ, tãta ſit differentia conſtitutorũ. Sed adhuc pondero argm̃, quia relationes in ꝓpoſito ſunt ſubſiſtentes. igiť tantã differentiã habẽt inquãtũ ſubſiſtẽtes, quãtã habent in rationibus ꝓprijs. ſubſiſtẽtes aũt ſunt ꝑſonæ. igiť tantã differentiã habẽt ꝑſonæ quãtã habẽt relationes.* Præterea aliqua differẽtia formali differunt ꝑſonæ, & non niſi differẽtia illa, quæ eſt relationũ, qa nullã aliã habẽt q̃ iſtã, quæ eſt relationũ, iſta aũt q̃ eſt relationũ eſt ſpecifica. ergo iſta erit ſpecifica, vel nulla. Ad iſta reſpondeo, ad primũ, quòd licet relationes ſint ſubſiſtentes, tñ ꝑſonæ non tm̃ includũt relationẽ, ſed ipſam naturã in qua ſubſiſtunt, relationes autem nõ includunt formaliter ipſam naturã in aliquo, igitur formaliter conueniunt ꝑſonæ in quo non conueniũt relationes formaliter, & ideo hic nõ eſt tanta diſtinctio, ſicut ibi. Ad ſecundum dico ꝙ nõ ſequiť iſtis, ꝓciſe perſonę diſtinguuntur, & iſta diſtinguuntur ſpecie. ergo perſonæ diſtinguuntur ſpecie. ſicut nec de differẽtijs indiuidualibus reſpectu indiuiduorum. Et cum dicis, tunc nulla erit differentia diſtinctorum, cum non ſit illorum, illa quę eſt diſtinctiuorũ, nec aliqua alia ꝑ illa. Dico ꝙ ꝑ iſta põt eſſe diſtinctio diſtinctorum, & aliqua alia q̃ ſit illa diſtinctiuorum, vel diſtinguentiũ. & minor ſicut ꝑ differẽtias ĩdiuiduales eſt aliqua diſtinctio ipſorũ ĩdiuiduorũ alia q̃ ipſarum differentiarũ, qa differentiæ ſunt primo diuerſę, ſed diſtincta non ſunt primo diuerſa. ſed tm̃ ſunt diſtincta numero in eadẽ ſpecie. Ita hic in propoſito, ꝑ relationes diſtinctas in ſpecie, vel quaſi genere, quibus tñ inquantũ ſunt diſtinctiuę, accidit diſtingui ſpecie, poſſunt alia diſtingui ꝑſonaliter tm̃, in eadem ſpecie, ſiue in eadem natura. Ad ſecundam viam de ꝓductionibus, nego conſequentiam, qa hic ex ꝑfectione iſtius naturæ poſſunt eſſe aliqua principia propria alterius rõnis, cõmunicatiua tñ ipſius eſſentiæ, quod non contingit in aliqua natura imperfecta, & ꝑꝑ diſtinctionẽ iſtorũ principiorũ formaliũ poſſunt eſſe productiones alterius rõnis, & tñ ꝓducta vnius rõnis ꝑꝑ vnitatẽ termini formalis. ſ. naturę quæ cõicatur. Cũ ꝓbať illa cõſequentia prima per ꝓportionẽ, Dico, ꝙ proportio illa productionis ad terminũ formalẽ eſt, ꝙ per ipſam cõicatur terminus formalis, ſed nõ req̃ritur talis proportio, ꝙ productio ſit vnius rationis, ſi terminus formalis ſit vnius rõnis, qa ꝓductiones poſſunt diſtingui ꝑ rõnes ſuas formales, aliter q̃ ex terminis formalibus, ſicut hic ex principijs formalibus. Exemplum huius eſt, qa qñq; forma eadem poteſt acquiri mutationibus alterius rõnis, ſicut idem vbi per motum localẽ ſuꝑ magnitudinem rectam & circularẽ, qui motus ita ſunt alterius rõnis, ꝙ non ſunt cõparabiles ſcđm philoſophũ. 7. phy. ita eſſet ſi eadem ſanitas poſſet induci immediate ab arte, & immediate natura. Cum ꝓbať illa cõſequẽtia, ſcđo, ꝑ hoc ꝙ ꝓductiones

a. l. Præter hoc.

t. c. 12. & inde.

ctiones ſunt eiuſdẽ rationis cũ productis. Dico ꝙ quo ad hoc ſunt eiuſdem rationis, quia ſicut productiones ſunt relationes, ita producta ſunt relatiua, ſed producta ſunt ſubſiſtentia in aliqua vna natura, & productiones formaliter nõ ſunt ſuppoſita ſubſiſtentia in illa natura. ideo producta poſſunt habere vnitatem aliquam in natura formaliter communicata eis per productiones, q̃ non habent formaliter productiones. Cum arguitur tertio, de potentiarum diſtinctione & obiectorum diſtinctorum, ꝙ ſimilis eſt diſtinctio obiectorum ad potẽtias, patuit reſponſio diſt. 2. parte. 2. q. 4. Vtrum in diuinis ſint tantum duæ productiones &c. De tertia via, ſ. de perfectione differentiæ ſpecificę, dico ꝙ differentia ſpecifica non eſt perfectior identitate ſpecifica in diuinis, ſed in creaturis eſt perfectionis, poſita enim limitatione cteaturarum, non poteſt eſſe tota perfectio in creaturis abſque diſtinctione ſpecifica, ſed ſi in aliqua vna natura eſſet ꝑfectio ĩfinita, ibi diſtinctio ſpecifica non requireretur ad perfectionem ſimpliciter: in creaturis igitur differentia ſpecifica eſt perfectio ſupplens in perfectionem, in diuinis autem vbi vna natura eſt ſimpliciter perfecta, non oportet ponere talẽ perfectionem ſupplentem imperfectionem, quia nulla eſt ibi imperfectio quæ ſuppleat. Exẽplum. generatio in creaturis eſt perfectio ſupplens imperfectionem in corruptibilibus, quę ſine generatione nõ poſſent conſeruari, nec idem numeraliter, nec idem ſpecie. in diuinis autem non opottet ponere talem perfectionem ſupplentem imperfectionem aliquam, quæ ſit ibi nec in aliquo æterno.

*Vt inquit Auer. 2. de anima com. 34.*

AD FORMAM autẽ q̃ſtionis, qua quæritur de potentia generandi, an ſit aliquid abſolutum. Reſpõdeo, gerundiuũ conſtructum cum potentia notat actum, vt egredientem ab eodem ſuppoſito, cui attribuitur potẽtia, ſimiliter eſt de ſciẽtia, & voluntate, quando conſtruuntur cum gerundiuo, notant actum, vt egredientem, vel potentem egredi ab illo ſuppoſito, cui atribuitur ſciẽtia, vel voluntas, propter ꝙ non ita concederetur iſta, filius habet ſciẽtiam, vel voluntatẽ generandi, quo modo concederetur illa, filius ſcit generationem patris, vel vult eam, immo videntur illæ negandæ, ſicut iſtæ, filius ſcit generare, & vult generare, quia idem videtur velle agere, & habere voluntatem agendi, ſed non idem iſtis videtur eſſe velle actionem, quia hęc nõ includit eam, velle vt actionẽ voluntatis, quod alia videntur ſignificare.

AD ARGVMENTA primo ad principalia. Primo ad Augu. dico ꝙ intelligit eo, formaliter, non eo, fundamentaliter, ſeu cauſaliter. Exemplum, dicimus. quod ſortes eſt ſimilis ſimilitudine formaliter, ſed dr̃ ſimilis albedine fundamẽtaliter, ſeu cauſaliter. ita in propoſito, pater generat generatione formaliter, ſed hoc modo nõ quærimus hic, quo generat. ſed quærimus hic, quo generatio elicitur, vt principio formali elicitiuo ſ quod. ſ. ſit fundamentum proximũ iſtius relationis. Intẽdit igitur Augu. ꝙ eo eſt pater, quo eſt ei filius. i. illa notione, hoc eſt ꝙ pater nõ dicitur ad ſe pater, ſed ad filium: non autem intelligit ibi, quo pater ſit pater ſiue generet, vt principio elicitiuo generationis, ſicut patet ibi ex litera ſua. Ad ſecundum dico. ꝙ duplex poteſt intelligi *communicabilitas formę. Vna quæ eſt vniuerſalis quæ eſt per identitatem ad multa inferiora, quorũ quodlibet eſt ipſum, ſicut vniuerſale communicatur ſingularibus. Alia quæ eſt ad multa, quorũ quodlibet eſt ipſo, ſicut forma communicatur materiæ, ſed non eſt ipſum, ſicut dictum eſt de duplici communicatione formæ. diſtin. 2. q. 4. tunc dico ꝙ a forma communi primo modo, eſt operatio communis. quia ſi formam aliquam in vniuerſali acceptã conſequatur aliqua operatio in vniuerſali quamlibet formam ſingularem ſub illa conſequit̃ operatio ſingularis eiuſdem rationis, niſi aliqua forma ſingularis ſit imperfecta, ſi autem loquamur de ſecũda cõitate, quæ eſt formæ reſpectu participantium ipſam, dico ꝙ non oportet ꝙ forma communis ſit principium operationis cõmunis, & maxime quando habetur a pluribus ſuppoſitis ſecundum ordinem. ita ꝙ vni communicatur ab alio, & hoc communicatione adæquata, ſicut fuit declaratũ in exemplo adducto in prima ratione ad partem affirmatiuam quæſtionis. Ad propoſitum, dico ꝙ maior eſt falſa. operatio propria eſt a forma ꝓpria, loquendo de appropriatione ſecundo modo, qualis eſt appropriatio iſta. vel ſaltem non alia

*a. l. communitas.*

*a. l. parte 4. q. 2.*



poteſt *intelligi* in propoſito. Et cum probatur prima propoſitio, primo quia propria forma dat eſſe, ergo dat agere. nego cõſequentiam, multæ enim ſunt formę dãtes eſſe, q̃ nõ ſunt actiuæ & ita nullo modo dant actũ ſecundum, & talis eſt paternitas ſicut & filiatio. Quæ aũt ſit ratio quare quædã formæ ſunt actiuæ & quædam non, difficile eſt aſſignare rationem communem, quia aliquę formę ſubſtantiales ſunt actiuę aliquę autem formæ ſubſtantiales non ſunt actiuę & aliquę qualitates non ſunt actiuæ, & tamen plus conueniunt qualitates & qualitates in aliquo conceptu communi q̃ qualitates & ſubſtãtię. Similiter aliquę formę ſubſtantiales imperfectiores ſunt actiuæ ſicut elementares, & perfectiores nõ ſunt actiuę ſicut mixtorũ, ſicut forma lapidis & aliorum inanimatorum: aliquę ẽt mixtorum ꝑfectorum ſunt cõmunicatiuæ ſicut animatorũ, aliquæ tamen perfectiores non ſunt communicatiuæ ſui, ſicut formæ corporum cęleſtium & & formę angelicę. non igitur videtur ratio quare aliquæ formę in communi ſunt actiuæ, & aliquæ non, ſicut in ſpeciali, non videtur aliqua ratio, quare calor eſt calefactiuus, niſi quia calor eſt calor, & ita videt̃ ꝙ hęc ſit immediata calor eſt caloris effectiuus. ita etiam videtur ꝙ omnes formæ de genere quantitatis, & omnes relationes, de quibus eſt mõ ſermo, non ſunt actiuę & de oĩbus talibus non valet. ſi dant actum primũ, ergo & ſecũdum. Cum probatur ſecundo, conſequentia per philoſophum. 2. phyſi. & 5. Meta. dico,

dico, ꝙ loquitur de vniuerſali & particulari, loquendo primo modo de communi, non autē accipiendo ſecundo modo, ſcilicet prout eadem forma numero eſt communis participantibus eam. iſta enim communitas non eſt in creaturis. ſed cōmunitas vniuerſalis ad participantia, ſiue communitate vniuerſalis primo modo dicta. Ad tertium, cum arguitur de medio & extremis, dico ꝙ quoddā eſt medium per participationē vtriuſque extremi, ſicut fuſcū, quod eſt medium inter album & nigrum, quod eſt medium ex natura rei, & de tali verū eſt, ꝙ eſt in eodem genere cum extremis. ſicut probat philoſophus 10. Met. Aliud eſt medium aliquo alio modo accidentaliter ſumptum, ſicut operatio inter operans & terminum, iſtud nō oportet eſſe eiuſdem generis, cum extremis. quia quādo anima intelligit ſe, intellectio eius eſt qualitas, & tamen operans & obiectum ſunt ſubſtantiæ, tale autem medium accipitur in propoſito, videlicet ipſum quo inter ſuppoſitum generans & generatum. Vel poteſt dici, ꝙ ipſum quo, non eſt medium ꝓprie, ſed tenet ſe ex parte alterius extremi ſcilicet generātis, proprium aūt medium (ſi quod detur) poteſt dici generatio, & de illa verum eſt: ꝙ eſt eiuſdē rationis cum extremis, quia ipſa eſt relatio ſicut extrema sūt relatiua. Ad quartum de potētia & actu, dico ꝙ æquiuocatur de potentia. vera eſt enim maior, vt potentia eſt differētia entis, cōdiuidens ens contra actū, quia ſic ens in communi non tantum diuiditur per actū, & potentiam, ſed etiam quodcunque genus entis, & quæcunque ſpecies, & indiuiduum, quia ſic eadem albedo eſt in potentia, & poſtea in actu. Et hoc modo ad idem genus pertinent actus & potentia. hoc modo proprie loquendo non eſt potentia generandi in diuinis proprie, ſcilicet quę opponatur actui, quia illa generatio eſt ſimpliciter in actu & neceſſaria, & ideo nō eſt in potentia, vt potētia repugnat actui, ſed hic eſt ſermo de potētia, vt eſt principium, & hoc modo iſta propoſitio eſt falſa, quę dicit quod potentia eſt eiuſdem generis, cum actu, poteſt enim forma ſubſtantialis eſſe principium actionis de genere actionis, & actionis de genere qualitatis, ſicut tactum eſt ſupra di. 3. q. de notitia genita. quòd ſubiectum eſt per ſe cauſa proprie paſſionis.

*Soluendo. argumenta. 2. op.*

QVIA AVTEM aliqua argumenta contra primam opinionem ſunt contra me, Reſpōdeo ad illa.

Ad primum dico, quod illa ꝓpoſitio maior habet hic maiorē probabilitatē quā in creaturis, quia iſta forma ſic ꝑ ſe eſt, ꝙ illi correſpondet proprium ꝙ, potēs agere, puta hic Deus. qui quodammodo pręcedit relationes, & ſic agit. patet, quia ſic primo intelligit, & vult, igitur videtur ꝙ poſſet in omnē, actionem, cuius ſuū quo, eſt propriū principium formale, & ita hic Deus generat primo. & ideo illa maior de principio elicitiuo falſa eſt, quando principiū elicitiuum ſi per ſe exiſtat, nō poteſt eſſe ꝓpinqua ratio ad operandum. Exemplum. ſpecies ſi ponatur principiū elicitiuū operationis videndi in oculo, ſi per ſe exiſteret nō poſſet eſſe principiū illius operationis, & rō eēt, quia nō poſſet eſſe in potentia propinqua ad agendū, quia nō poſſet hr̄e paſſum approximatū, qa approximatio, vt dictum eſt prius, requiritur ad rōnem potētiæ propinquæ. ſicut autē approximatio requirit̄ in creaturis, vel amotio impedimētorum: ita dr̄ in propoſito, ꝙ requiritur ſuppoſitum cōueniēs ad agendū. ergo forma quæ eſſet principium actionis in ſuppoſito diſtincto, ſi eſſet per ſe exiſtens, nec eſſet ſuppoſitū, nec principiū diſtinctū, nec in ſuppoſito diſtincto, conuenienti generationi, & ex quo illud ſuppoſitū requiritur ad potētiam propinquā agendi, nō poterit talis forma per ſe agere. eſſentia autē ſi per ſe exiſtat in aliquo inſtanti naturæ, anteq̄ intelligatur eſſe in ſuppoſito, vel perſona, in illo priori nō eſt ſuppoſitū agens in potentia propinqua ad agēdū, iſta enim actio diſtinctionē requirit aliquorū in iſta natura, quæ nō pōt eſſe niſi ſuppoſitorū. ergo ſuppoſitū conueniens huic actioni eſt ſuppoſitum diſtinctum exiſtens in iſta natura, in nullo tali eſt natura, inquantum intelligitur per ſe eſſe, ſi per ſe ſit aliquo modo antequàm in perſona, & ideo non poterit per ſe agere iſta actione.

*Ad generādū requiritur ſuppoſitum ad hoc qui forma agens ſit in potētia propinqua.*

NOTA ꝙ tripliciter pōt intelligi forma ꝑ ſe eſſe: vno modo ꝙ perſe per ſe, excludat in eſſe formę ipſi materiæ, ſiue formæ accidentalis, ſiue eſſentialis, vel ſubſtantialis: alio modo in eſſe quiditatis, ſiue naturæ ipſi ſuppoſito, & hoc actuale: tertio modo aptitudinale, & potentiale, & vtrunque in eſſe. Tertius modus ponit illud, qđ ſic eſt per ſe, eſſe complete ſuppoſitum, & ideo ſic accipere in maiori eſt accipere contradictoria, quia forma, quæ habenti eſt principiū, quo agit, non poteſt ſic per ſe eſſe. igitur intelligitur ꝑ ſe in maiori duobus primis modis, & ſic probo maiorem, quia ad agere non requiritur niſi actualitas, & per ſe eſſe. Primum habetur æque in forma īhęrente, & ꝑ ſe exiſtēte. Secundū habet̄ ſufficiēter, ſi duobus primis modis ꝑ ſe ſit, alioquin aīa ſeparata nō eſſet agēs. Confirmat̄ etiā. quia ſi natura aſſumpta a verbo dimitteretur abſq; omni actione poſitiua circa ipſam, ipſa non eſſet per ſe tertio modo, quia tunc eſſet inaſſumptibilis, vt ſic. & tamen hic homo poſſet agere omnem actum, quem habet modo verbum, mediante iſta natura, immo ſecundum tertium articulum. j. q. diſtin. j. tertij libri. nihil poſitiuum conſtituit ſuppoſitum creatum. & certum eſt, ꝙ ratio ſuppoſiti nihil dat alicui poſitiuum ad agendum, ſed nec ordinem ad alia paſſa, ſicut patet per Auerro. 7. Meta. quia idea nō poſſet mouere corpus, nec materiam propter defectum ordinis. Contra hoc. qa ordo agentis ad patiens conſequitur hoc exiſtens, accidit ꝙ incommunicabiliter.

*Cō. 18. et inde.*

Ideo reſponderi poteſt aliter, ꝙ maior eſt vera, quādo forma eſt actiua reſpectu termini diſtincti a ſe, non autem reſpectu termini īdiſtincti, quia tūc, licet pòſſit eſſe quo ſuppoſitum produ-

producat, non tñ põt eſſe producens, quia nec diſtinguitur a termino, ſicut requirit̃ ad hoc, vt ſit ꝓducens, non aũt hoc requirit̃ ad hoc, vt ſit quo, Planius dicit̃ ꝙ maior eſt vera de actione ĩmanẽte, & factione, & vniuerſaliter ꝓductione termini diſtincti a forma ꝓductiua, hic terminus eſt indiſtinctus a forma qua producitur. Contra. ſi deitas, vel hic Deus creat. ergo agit illa actione, quæ neceſſario præcedit creare. huiuſmodi eſt generare. ꝓbatio cõſequentiæ, primo, quia ꝙ eſt omnino primum, non requirit aliquod poſterius agere, ad hoc vt ipſum poſſit in actione ſibi propria. hic Deus eſt aliquo modo pri⁹ prima ꝑſona relatiua. ergo &c. Hoc argumentum requirit, ꝙ ponatur ordo, quomõ hic Deus prius eſt in perſonis, quam poſſit potentia propinqua creare, non propter impotentiam huius Dei ad creandum, etiam ſi ſecundum imaginationem gentilium nõ eſſet in perſonis, ſed propter maiorem propinquitatem perſonarum ad eſſentiam quam creationis, ſecundum illam regulã realem, in quibuſcũque duobus comparatis ſecundum ordinem ad idem primũ, potentia propinqua non eſt ad ſecundum, niſi primo poſito. itaque hic Deus intelligit, etiã non præciſe ut in perſonis, qa actio eſſentialis eſt quaſi prius relatione, & ideo immediatior omnino primo. Secundo, hic Deus eſt per ſe exiſtens illimitatum, & in illo ſigno naturæ eſt primo in tribus perſonis, illud tamen habet ſigna originis, in tertio ſigno naturæ hic Deus habet potentiam propinquam ad extra. Itaque negatur minor, quia nunquam deitas per ſe eſt. ita quod non in ſuppoſito, niſi apud intellectum. Contra. quod conuenit primo ex ſe formaliter alicui, eſt aliquo modo prius extra intellectum illo, quod non conuenit ſibi ex ſe formaliter. deitas eſt omnino prima: quia pelagus, & illi conuenit ex ſe formaliter per ſe eſſe, nõ autẽ ex ſe formaliter eſt in hoc ſuppoſito relatiuo. igitur ꝑ prius per ſe eſt *in illo, quam ſit in aliquo. b. probatur, quia idem eſt per ſe eſſe trium perſonarum, ſi nihil ſit eſſentiæ commune tribus, niſi quod eſt primo eſſentiale, c. probatur: quia fundamentum aliquo modo præcedit relationem, ſaltem non ex ratione ſua formali habet relationem, quia eſt aliquid præter eam. 7. de tri. c. 1, &. 3, probatur etiam, quia aliter in quolibet haberet illam relationem, quia vbique habet illud quod conuenit ſibi ex ratione ſua formali.

*In aliquibus codicibus non reperitur in illo.*

Ad aliud d̃ qd̃, & quo, dico ꝙ illud dictũ philoſophi eſt uerũ ĩ cauſa & cauſato, qa ibi eſt diſtĩctio realis cauſæ, & principii quo cauſat, ab ipſo cauſato. dependẽtia etiam eſſentialis eſt cauſati ad principiũ cauſatiuũ ſicut ad cauſam. & rõ eſt ibi qa principium cauſatiuum nõ eſt niſi unicum in uno ſuppoſito. In propoſito aũt eſt oppoſitum, quia ſuppoſitũ producens eſt diſtinctũ, quo aũt producit eſt indiſtinctũ, & ideo productũ non realiter refertur ad principium quo, ſicut refertur ad principiũ quod producit. Et ideo in propoſito nõ eſt relatio realis principii productiui ad productum, ſed produdcentis eſt relatio realis, principii aũt productiui eſt relatio rationis, ſicut prius dictum eſt de natura cõmunicãte & cõmunicata, di. 5. q. 1. Ad tertiũ dico, ꝙ forma ſecundũ ꝙ eſt illud, in quo aſſimilat̃ generans generato, non eſt tm̃ ens rationis, ſed habet aliquã vnitatem præcedentẽ omnẽ actũ intellect⁹, qa nullo actu ĩtellect⁹ exiſtente, ignis gñaret ignem, & corrũperet aquã, & hoc ꝑꝑ ſui ſimilitudinẽ naturalem hic, & cõtrarietatẽ ibi. hoc aũt magis patebit ĩ qõne de ĩdiuiduatione. Ad Dam̃. dico, ꝙ intelligit de cõicabilitate alicuius vnius ſcd̃m naturã, & ſcd̃m numerũ, ſicut eſſentia diuina eſt cõis tribus perſonis. ſed hoc mõ nulla eſt cõitas realis in creaturis, eſt tñ cõitas alicuius vnius vnitate minori ꝗ ſit vnitas numeralis. Ad aliud cum dr̃, forma eſt prĩcipiũ agendi, inquantum eſt in hoc, cõcludit per me, quia illud abſolutũ quod eſt patri potẽtia generandi, non eſt potentia generandi filio. Cum arguit̃, ꝙ generatio prius eſt diſtincta, ꝗ aſſimilatiua, & ꝙ ex hoc forma ſit prius elicitiua, vt hæc quam vt forma. Reſpondeo, ꝙ prius ſecũdũ cõſequẽtiã nõ ſemper eſt prius ſcd̃m cauſalitatẽ. Exẽplũ, ſequit̃. ignis igit̃ calidus, & non ecõuerſo. igit̃ calidum eſt prius ſecundũ conſequentiam. & tamen ignis eſt prius ſecundum cauſalitatẽ ipſo calore. & ita concedo, ꝙ diſtinguere eſt prius in generatione quàm aſſimilare, ideſt cõmunius, qa multę diſtinguunt, quæ non aſſimilant, ſed diſtinguere nõ eſt perfecti⁹ in generatione, quam aſſimilare, quia conuenit generationi etiam imperfectiſſimæ, inquantum eſt a forma vt hæc. Aſſimilare conuenit ſibi, inquantũ eſt a forma abſolute, & perfectior eſt ratio formæ ꝗ ratio ſingularitatis. Concedo tñ argumentũ contra opinionem ponentẽ tm̃ diſtinctionem rationis, & non concludit contra me ſicut patebit in ſequenti diſt. Inſtantia prima de calore & vegetatiua non valet, quia ibi cõmunicat̃ vtraque forma. & forma principalis actiua & ĩmediata. Eſt. n. caro genita aĩata & habens calorem genitum aliqualem naturalem. vtraque etiam forma eſt principiũ generationis, licet vnum mediatum, aliud immediatum. Sed illa alia inſtantia, de generatione bruti difficilior videtur, ſi ſenſitiua non habeat ibi aliquam operationem, ſed vegetatiua tantum, & de hoc in ſecundo libro, quãdo fiet ſermo de rationibus ſeminalibus, quomodo poteſt eſſe generatio vniuoca in animalib⁹, vtrũ ĩ diuinis poſſint eẽ plures filij.

*pag.*

*pag. In. 1. diſt, 3. q. 1.*

*Nota. exẽplum.*

*Sed eſt ſecundo in ordine.*

*Di. 18.*



## DISTIN. VIII.

CIRCA iſtam diſtinctionẽ octauã quęruntur. 5. videlicet quatuor pertinentia ad primã partem diſtin. & vnum ꝙ pertinet ad ſecundam partem diſt. Et primo quæro. Vtrum Deus ſit ſumme ſimplex, & perfecte talis? Quod non, quia ſimplicitas nõ eſt ſimpliciter perfectionis, ergo non eſt ponenda in Deo, vt eſſentialis. probo antecedens. quia ſi eſſet ſimpliciter perfectionis. ergo qualibet res habens eã, eſſet ſimpliciter

 perſe.

perfectior nõ habẽre. & ita materia prima eſſet perfectior homine, ĩmo gñaliter incorruptibilibus & generabilibus cõpoſitiora ſunt perfectiora. Item, pfectionis eſt formę poſſe dare eẽ, licet imperfectionis ſit depẽdere a materia. ergo ſi prima rõ ſeparetur a ſecũda (quia nõ videtur eſſe contradictio in tali ſeparatione) põt eſſe deitas forma dans eſſe, licet ipſa nõ depẽdeat ab ipſo, cui dat eẽ, & ita põt ibi poni ſine imperfectione cõpoſitio materiæ & formę vel ſaltem cõponibilitas Dei vt formę. Itẽ quod vni eſt nõ ſubiecta, nulli eſt ſubiecta ex 1. phy. ſed ſapiẽtia in nobis eſt accñs, ergo ĩ nullo eſt ſubiecta, vel nõ accñs. ſed in Deo eſt ſapiẽtia ſcdm eandẽ rationem, ſecundum quam eſt in nobis, igitur eſt ibi accidens. & ita compoſitio ſubiecti & accidentis. Contra. 7. de trini. c. 6. vel. 22. Deus vere, & ſumme ſimplex eſt.

*t.c 26. & inde.*

AD QVAESTIONEM rñdeo. Et primo, probo ſimplicitatẽ diuinã per media quędam particularia. Secũdo ex mediis cõmunibus. ſ. ex infinitate, & neceſſitate eſſendi. Primo modo procedendo, oſtendo. Primo ſimplicitatem oppoſitam compoſitioni ex partibus eſſentialibus. Secundo oppoſitam cõpoſitioni ex partibus quantitatiuis. Tertio oppoſitam compoſitioni ex ſubiecto & accidente. Primum ſic cauſalitas materiæ & formæ non eſt ſimpliciter prima: neceſſario enim præſupponit cauſalitatem efficientis priorem. ergo ſi primum eſſet compoſitum ex materia & forma, præſupponeret cauſalitatem, cauſæ efficientis, non autem * huius: quia * idem non efficit ſe coniungendo materiam ſuam cum forma. ergo alicuius efficientis prioris. ergo Deus no eſſet primum efficiẽs: cuius oppoſitum probatum eſt diſtinc. 2. quæſtio. 1. probatio primæ propoſitionis, cauſalitas materiæ & formæ includit imperfectionem, quia rationẽ partis. cauſalitas efficientis, & finis nullam imperfectionem includit, ſed perfectionem: omne autem imperfectum reducitur ad perfectum: ſicut ad prius ſe eſſentialiter. ergo cauſalitas materiæ, & formæ nõ eſt ſimpliciter prima. Idẽ probo ſic. materia de ſe eſt ĩ potẽtia ad formã, & hæc paſſiua, & contradictionis quantum eſt de ſe. ergo nõ eſt ex ſe ſub forma: ſed fit ſub forma per aliquam aliam cauſam reducentem ipſam materiam ad actum formæ. iſta autẽ cauſa reducens nõ põt tantum dici forma, inquantum forma, quia ſic non reducit materiã, niſi actuando formaliter ipſam materiam. ergo oportet ponere aliquid reducens effectiue ipſam materiã ad iſtã actualitatẽ, ergo ſi primũ eſſet cõpoſitũ ex materia & forma, eſſet aliquod efficiens, per cuius efficientiam eſſet materia eius ſub forma, & ita ipſũ nõ eſſet primũ efficiẽs, vt prius. Tertio ſic. oĩs entitas vna cauſata hẽt aliquã vnã cãm a qua eſt eius vnitas, quia non põt poni vnitas in cauſato ſine vnitate in cauſa: vnitas igitur cõpoſiti cum ſit cauſata requirit aliquam unam cauſam: a qua ſit illa entitas cauſata. illa cauſa non eſt entitas materiæ nec formæ: quia vtraque eſt entitas diminuta reſpectu entitatis

*In his tribus probationibus patet quòd ſi Deus eſſet compoſitus non eſſet primum efficiens, & prima probatio, eſt ſyllogiſmus hy. pot. a diſtinctione conſequẽtis ad eſſ antecedẽtis.*

**S. ſuimet.*

**a.l. iſtud*

*Auer. l. Met. cõ. 15. & 11. Met. c. ll.*



tatis compoſiti. igitur præter illas. ſ. materiæ & formæ oportet ponere aliquam aliã, illa erit efficiens. & ita redit idem quod prius, quia omni compoſito ex materia & forma erit aliquid prius. Secundam, videlicet carẽtiam compoſitionis quantitatiuæ vř phi. probare. 8. phy. & 12. met. quia primum eſt potentia infinita, potentia autem infinita non eſt in magnitudine. & hoc probat, quia maior potentia eſt in maiori magnitudine, & ita infinita potentia non poteſt eſſe in magnitudine finita. nulla eſt aũt magnitudo infinita. ergo nec aliqua infinita potẽtia in magnitudine. Sed iſtud argumentum vř deficere, quia qui poneret potẽtiã infinitam eſſe in magnitudine, diceret ipſam eſſe eiuſdẽ rõnis in qualibet parte magnitudinis, & in tota magnitudine, & ita in maiori, & in minori. ſicut anima intellectiua eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, nec maior in maiori, & minor in minori corpore, nec maior ĩ toto corpore, q̃ in parte, & ſi animã iſtam conſequereť infinita potentia intelligẽdi, ipſa potentia eẽt in magnitudine finita, & ita in parte ſicut in toto, & in parua parte, ſicut in magna. Ita diceret in propoſito, ꝙ potẽtia infinita in magnitudine finita, eẽt eiuſdẽ rõnis in toto & ĩ parte. Declarãdo ergo rõnẽ Ari. dico, ꝙ cõcluſio ſua eſt iſta, ꝙ potẽtia infinita nõ eſt in magnitudine finita extẽſa per accidens ad extẽſionẽ magnitudinis, & hoc probat rõ ſua hoc mõ. quæcunq; potentia eſt extenſa ꝑ accidens, cæteris parib. maior eſt & efficacior in maiori magnitudine, licet nõ ſit maior. i. formaliter intẽſior, quia paruus ignis põt plus hře intẽſiue de calore q̃ magnus. ſi ſit multũ rarus, & alius denſus. iõ addit in maiori cæteris parib. Exemplũ de calore in igne, qui licet ſit ęqualis ĩtẽſionis in parte, & ĩ toto, tñ maior ignis maioris eſt potentiæ. i. efficacioris eſt potentiæ in toto, q̃ in parte: & ex hoc ſequiť ꝙ oĩs talis potẽtia extenſa per accidens quãdiu eſt in magnitudine finita, põt intelligi creſcere in efficacia per augmentum magnitudinis, ſed quandiu intelligiť poſſe creſcere in efficacia, non eſt infinita ſecundum efficaciam. & ex hoc ſequiť, ꝙ oĩs talis potentia extẽſa per accidens, quã diu eſt in magnitudine finita, eſt intenſiue finita & non infinita, quia infinitas intenſiue non poteſt eſſe ſine infinitate in efficacia, & ex hoc ſequitur ꝙ potẽtia infinita in efficacia, non eſt in magnitudine finita. nec ẽt potentia infinita intenſiue. Et tunc vltra, cum non ſit aliqua magnitudo infinita. patet. ꝙ non eſt aliqua talis potẽtia ĩfinita in magnitudine. Sed quid hoc ad propoſitũ ꝙ oĩno talis potentia non ſit in magnitudine? Reſpondeo coniungendo huic illam concluſionẽ, quã prius probauit philoſophus, ꝙ. ſ. tale potens eſt ſine materia. ſequitur propoſitum, quia omni extenſione aliquid extendiť, vel ſi extenſio erit aliquid ꝑ ſe exiſtens, aliquid eſſet forma in formans extenſionem extenſa per accidens. ergo ſi potentia iſta infinita ponatur in magnitudine, quæro, quid eſt illud quod eſt extenſum ipſa magnitudine,

*t.c.78. & inde.*

*t.c.41. & inde.*

*Vide 7. q. quoli.*

tudine, vel ipſa extenſione magnitudinis? non ipſa potentia infinita, ſicut probatū eſt, nec ipſa perficit ipſam, ſicut forma materiā, quia nō eſt materia ex cōcluſione oſtenſa, ergo oportet ponere materiā extenſam iſta magnitudine, qua materia perficeretur potentia infinita, ſicut materia noſtra, vel corp⁹ noſtrū extendit magnitudine ꝑ ſe extenſa, & perficit per aīam intellectiuā non extenſam: ſed nulla materia eſt in habente talem potentiam ex præoſtenſa concluſione a phi. ex illa igitur materialitate preoſtenſa ꝑ phi. & mō oſtenſa in iſta concluſione habet iſta rō efficaciam. Tertia concluſio ſpālis probatur ex iſtis, qa enim Deus nō eſt materialis, nec quantus. iō nō eſt capax accidentis alicuius materialis cōuenīētis rei materiali, ſicut eſt qualitas rei materialis. ergo tm̄ eſt capax illorum, quæ conueniunt ſpiritualibus, puta intellectionis, & volitionis, & habituum illis correſpōdentiū. ſed talia non pñt eſſe accidentia illi naturæ, ſicut probatum eſt diſ. 2. ꝙ intelligere eius & velle ſunt ſubſtātia ei⁹. & habitus, & potentia. *q. 1.*

SECVNDO probo generaliter propoſitum. Primo ex ratione neceſſe eſſe, quia ſi primum ſit compoſitum, ſint componentia .a. & .b quæro de. a. ſi ſit formaliter ex ſe neceſſe eſſe, autem nō. ſed poſſibile eſſe. Alterū. n. horū oportet dare in quacunq; re ſiue natura, ex qua aliquid componit̄. ſi eſt ex ſe poſſibile eſſe. ergo neceſſe eſſe ex ſe, cōponit̄ ex poſſibili eſſe, & ita non erit neceſſe eſſe ex ſe. ſi aūt a. eſt ex ſe neceſſe eſſe, igitur eſt ex ſe in vltima actualitate, & ita cū nullo facit ꝑ ſe vnū. ſimiliter ſi. a. eſt ex ſe neceſſe eſſe, compoſitum erit neceſſe eſſe ꝑ. a. & pari rōne erit neceſſe eſſe per. b. & ita erit bis neceſſe eſſe. erit ēt cōpoſitū neceſſe eſſe ꝑ aliquid, quo ſublato nihil minus erit neceſſe eſſe, quod eſt impoſſibile. Secundo, oñdo gñaliter propoſitū per rōnem infinitatis, & primo, ꝙ Deus non ſit componibilis per hoc, ꝙ omne componibile pōt eſſe pars alicuius totius compoſiti, quod eſt ex ipſo & alio cōponibili, omnis aūt pars poteſt excedi. contra rationem autem infiniti eſt poſſe excedi, ergo infinitum non eſt componibile, ſed Deus eſt infinitus. ergo non eſt componibilis. Et confirmatur ratio, & quaſi idem eſt, quia omne componibile caret perfectione illius, cum quo cōponitur, ita quod illud aliud componibile non habet in ſe omnem perfectionem, & omnimodam identitatem cum illo, quia tunc non poſſet cum illo cōponi, nullum autem infinitū caret eo, cū quo pōt aliquo mō eſſe idē, immo oē tale hēt in ſe ſecundū perfectā identitatem, quia aliàs poſſet intelligi perfectius, puta ſi haberet illud in ſe, ſicut cōpoſitum habet, & iſtud infinitum nō hēt, contra rōnem aūt infiniti eſt ſimpliciter, ꝙ ipſum poſſit intelligi perfectius, vel aliquid perfectius eo. Et ex hoc ſequitur vlterius, ꝙ ſit omnino incompoſitus, quia ſi ſit compoſitus, aut ex finitis, aut ex infinitis. ſi ex infinitis, nullum tale eſt componibile ex probatis, ſi ex finitis, ipſum non erit infinitū, qa





finita non reddunt aliquid infinitum in perfectione, ſicut modo loquimur.

AD PRIMVM argumentum dico, ꝙ ſimplicitas eſt ſimpliciter perfectionis, ſecundum ꝙ excludit componibilitatem, vel compoſitionem ex actu & potentia, vel ex perfectione & imperfectione, ſicut dicet in ſequenti qōne, non tñ ſequit̄, ꝙ oīs creatura ſimplex ſit perfectior creatura nō ſimplici, quia aliquid, qđ eſt ſimpliciter ꝑfectionis, pt̄ repugnare alicui naturæ limitatę. & ita illa nō eēt ſimpliciter & ꝑfecte talis natura, ſi hr̄et illud qđ repugnat ſibi, ſicut canis nō eſſet ſimpliciter canis perfectus, ſi eſſet ſapiens, quia repugnat ſibi ſapiētia. Similiter alicui naturæ limitatę pōt repugnare aliqua ꝑfectio ſimpliciter, & aliqua nō, & tūc nō ſequit̄ illā naturā nō eē perfectiorē, cui cōpetit talis ꝑfectio, q̄ cui repugnat, maxime qñ illi cui iſta repugnat cōuenit alia ꝑfectio ſimpliciter, q̄ *No. exemplum.* forte eſt ſimpliciter perfectior illa alia repugnante. Exēplum. actualitas eſt ꝑfectio ſimpliciter, & ſimplicitas eſt perfectio ſimpliciter. cōpoſito aūt cōuenit maior actualitas. licet non maior ſimplicitas, materiæ aūt licet cōueniat ſimplicitas, non tñ tanta actualitas, quāta cōpetit cōpoſito. ſimpliciter aūt actualitas eſt ꝑfectior ſimplicitate, & ita ſimpliciter ꝑfectus pōt eſſe illud cui cōuenit actualitas ſine ſimplicitate, q̄ illud cui conuenit ſimplicitas ſine actualitate. Sed hic vñr duo dubia. Vnū quo mō ꝑfectio ſimpliciter erit, q̄ non erit perfectio vbicūque ſit? cum de rōne ſimpliciter perfectionis ſit, ꝙ ipſum ſit ſimpliciter melius, q̄ non ipſum in vnoquoq;, ſecundū Anſel. mono. 15. Secundum dubiū eſt qūo vna ꝑfectio ſimpliciter eſt ꝑfectior alia abſolute? Ad primū dico, qđ illa deſcriptio, dēt ſic intelligi, ꝙ perfectio ſimpliciter ē melius, nō tm̄ ſuo cōtradictorio. ita. n. qđcūq; poſitiuū eſt melius, & ſimpliciter ꝑfectius ſua negatione, immo nulla negatio eſt ꝑfectio aliqua formaliter, ſed intelligitur ſic eſſe melius ipſum, q̄ non ipſum. i. quolibet ſuo incōpoſſibili, & tūc dēt intelligi hoc qđ dr̄. in quolibet eſt melius, cōſiderando qđlibet præciſe inq̄tū ſuppoſitū, nō conſiderando in qua natura illud ſuppoſitum ſubſiſtat. cōſiderando. n. aliqđ inq̄tum ſubſiſtit in aliqua natura, pōt aliqua ꝑfectio nō ſimpliciter eſſe melior ſibi, qa incōpoſſibilis, vt eſt in tali natura, quia repugnat tali naturę tñ ei inquantum præciſe ſubſiſtēs non repugnat, ſed ſi hoc modo conſideretur illam habere. erit ſimpliciter perfectius ens quam ſi haberet quodcunque ſibi incōpoſſibile. Ad ſcđm dubiū, dico ꝙ requirit declarationē quis ſit ordo perfectionum ſimpliciter. & modo bř ſupponatur, ꝙ aliquis ordo perfectionis ſit inter eas, ita ꝙ vna ex rōne ſui eſt ꝑfectior alia præciſe ſumpta. *q. 4. huius diſt.* licet qñ quęlibet eſt in ſummo. ſint tunc oēs æque perfectæ, quia infinitæ, & quælibet tūc eſt infinita. de hoc aliàs dicetur. Ad ſecundum principale dico, ꝙ dare alicui eſſe formaliter. neceſſario ponit limitationem, quia ſic dans eſſe non includit per identitatē illud cui

dat eſſe, nec poteſt ſeparari a ſic dare eſſe imperfectior, qa nec limitatio nec etiam dependentia omnimoda. licet enim ſepararetur ab eo dependentia ad materiam, ſemper tamen manet depēdentia ad efficiens, virtute cuius forma informat materiam. Et ſi inſtetur de verbo, quod dat eſſe naturę humanæ, dico ꝙ hoc non eſt dare eſſe formaliter, ſicut patebit. lib. 3. diſt. 1. Ad tertium, dico ꝙ ſapientia, ſecundum illam rōnem ſecundū quā eſt ſpēs qualitatis, & accidens in nobis, nō eſt eiuſdem rōnis in Deo. ſicut melius patebit in qōne illa. vtrū Deus ſit in genere. diſ. iſta. 8.

*q. 7. & 5.*

*a. l. iuxta hoc quæro q. 2.*

SECVNDO quæro vtrū aliqua creatura ſit ſimplex? Et arguitur quod ſic, compoſitum componitur ex partibus, & illę non ex alijs. igitur partes illæ in ſe ſunt ſimplices. Oppoſitū huius eſt. 6. de trini. capit. 5. vel. 18. & 19. vbi dicit Aug ꝙ nulla creatura eſt in ſe ſimplex.

*Tho. 1. parte sū. q. 3. artt. 4. & ar. 2. ſoluendo tertiū & quartum arg. & li. 2. contra Gen. c. 49.*

HIC DICITVR, ꝙ q̃libet creatura eſt compoſita ex actu & potentia, quia nulla eſt pura potentia, quia tunc non eſſet, nec purus actus, quia tunc eſſet Deus. ergo quęlibet creatura eſt compoſita ex actu & potētia. Præterea. quælibet creatura eſt ens per participationem. ergo eſt compoſita ex participāte & participato. Contra iſtam concluſionem arguo ſic, quia ſi in quolibet ſit compoſitio ex re & re, accipio illam rem componentem, & quæro ſi eſt ſimplex. aut compoſita. ſi ſimplex, habetur propoſitum. ſi compoſita, erit proceſſus in infinitū in rebus. Concedo igitur, quod aliqua creatura eſt ſimplex, hoc eſt non compoſita ex rebus, tñ nulla creatura eſt perfecte ſimplex, quin aliquo modo ſit cōpoſita vel cōponibilis. Et quo modo compoſita declaro ſic. qa habet entitatem cum priuatione alicuius gradus entitatis. nulla enim creatura habet entitatem ſecūdum totam perfectionem, quæ nata eſt eſſe entitatis in ſe. & ideo caret aliqua ꝑfectione, quæ eſt nata competere entitati in ſe, & ideo priuatur. ſicut talpa dicitur eſſe cęca, quia nata eſt habere viſum ſecundum rationē animalis, non ſecundum rationem talpæ, ſecundum phi. 5. met. c. de priuatione. componitur igitur non ex re & re poſitiuis: ſed ex re poſitiua & priuatione. i. ex entitate aliqua, quam habet, & ex carentia alicuius gradus ꝑfectionis entitatis, cuius ipſum non eſt capax, tñ ipſum ens eſt capax, ſicut talpa ſecundū ſe non eſt nata videre, ſed ſecundum quod animal nata eſt videre, nec tamen iſta compoſitio ex poſitiuo & priuatiuo eſt in eſſentia rei. quia priuatio nō eſt de eſſentia alicuius poſitiui. Ad iſtam etiam ſequitur compoſitio actus & potentiæ obiectiuæ, quicquid enim eſt ens, & caret aliqua perfectione entis, eſt ſimpliciter poſſibile, & terminus potentiæ ſimpliciter, cuius terminus nō poteſt eſſe ens infinitum, quod eſt neceſſe eſſe. Eſt etiam quælibet creatura cōponibilis, qđ patet de accidēte qđ eſt cōponibile cū ſubiecto. in ſubſtantia ēt patet, tā de forma, quam de materia. de ſubſtantia etiam per ſe generabili & corruptibili, patet, quod eſt receptiua accidentis. nulla igitur ſubſtantia eſſet non receptiua, niſi propter perfectionem ſui. ſed perfectiſſima intelligētia eſt receptiua accidentis, qa capax eſt ſuæ intellectionis, & volitionis, quæ non eſt ſubſtātia ſua. Probatio. quia tunc eſſet formaliter beata ſe ipſa, cuius oppoſitum probatum eſt. diſt. 1. Tum, quia quælibet intelligentia poteſt intelligere infinita, quia omne intelligibile. ergo ſi intellectio ſua eſſet ſua eſſentia. poſſet habere eſſentiā infinitam, quia haberet vnam intellectionem infinitorū. Tū, quia intellectio ſua non dependeret ab aliquo obiecto, niſi a quo depēdet ſuū eſſe, & ita nihil inferius ſe, nec etiā ſe poſſet intelligere in genere ꝓprio, ſed tantum in obiecto ſuperiori mouente, immo nihil poſſet aliqua intelligentia intelligere, niſi in Deo. Ad argumētum principale Aug. concedo, quod nulla creatura eſt vere ſimplex, quia compoſita modo prędicto ex poſitione, & priuatione, actu & potentia obiectiua, & cōponibilis alij creaturæ. Et per idē patet ad argumenta pro opin. prima, non enim eſt actus purus q caret aliquo gradu actualitatis, ſicut non eſſet lux pura, quæ caret aliquo gradu lucis, licet cum illa luce impura non miſceatur aliqua alia entitas poſitiua, ſed tantum carentia perfectioris gradus lucis. Ad ſecundum, de participare, dico ꝙ participare eſt idem quod partem capere, ita quod duplicem relationem importat, & partis ad totum, & capiētis ad captū. Prima eſt realis, nec tamen ſumitur ibi pars proprie, pro eo quod eſt aliquid rei. ſed extenſiue, prout omne minus dicitur pars maioris. omne autem infinitum tale eſt ſimpliciter minus tali, ſi aliquid tale eſt natū eſſe infinitum, quælibet aūt ꝑfectio ſimpliciter nata eſt eſſe infinita. ergo vbicunque eſt finita, ipſa eſt minor alia perfectione ſimili, & ita pars extenſiue. Secunda vero relatio. ſ. capientis ad captum eſt relatio rationis, ſicut inter dans & datum. Tripliciter tamen pars capitur. Aut pars capitur ſic, ꝙ totum captum eſt pars capientis, ſicut ſpecies participat genus quantum ad partes eſſentiales generis, non ſubiectiuas. Aut ſic, quod pars capti eſt pars capientis. Aut tertio modo ſic, ꝙ pars capti ſit ipſum totum capiens. Primis duobus modis relatio capientis & capti. poteſt concedi eſſe realis. tertio modo non. Iſte autem tertius modus eſt in propoſito, quia omnis ꝑfectio limitata, quæ tamen nō determinatur ex ſe ad limitationem, quæ eſt pars capta, eſt ipſa tota limitata. * bene autē ibi diſtingui poteſt ſuppoſitum capiens, & natura capta, ſed non eſt ſic diſtinctio realis.

*Hoc modo ſenſit Auer. 3. de anima cō. 14. nullam intelligentiam eſſe a liberatam a potentia præter primam. t. c. 27.*

*Hoc eſt theologicū contra philoſophos.*

*a. l. niſi quod ibi.*

## QVAESTIO. III.

*a. l. ſecundo.*

TERTIO quæro, ſcilicet vtrum cū ſimplicitate diuina ſtet quod Deꝰ, vel aliquid formaliter dictum de Deo ſit in genere. Quod ſic. quia Deus formaliter eſt ens. ens autē dicit conceptū dictum de Deo in quid. & iſte conceptus non eſt proprius Deo, ſed communis ſibi, &

bi, & creaturis, ſicut dictũ fuit diſ.3. ergo oportet ad hoc quòd fiat proprius. ꝙ determinetur ꝑ aliquẽ cõceptum determinantem, ille determinans ſe habet ad conceptum entis. ſicut conceptus qualis ad cõceptũ quid, & per conſequens vt cõceptus differentiæ ad cõceptum generis. Præterea Auicen. 2. Met. cap. 1. ens in ſubiecto, & ens non in ſubiecto non habent medium, & videtur loqui ſecundum ꝙ ens non in ſubiecto eſt ratio ſubſtã tiæ, & ens in ſubiecto eſt ratio accidentis. Deus igitur cum ſit ens formaliter & non ens in ſubiecto. ergo eſt ens formaliter non in ſubiecto. ergo ſubſtãtia, ſubſtantia autem, vt ſubſtantia eſt genus. Præterea. vbi eſt ſpecies ibi eſt genus. ſcd̃m Porphy. quia ſunt correlatiua, ſed natura diuina eſt ſpecies reſpectu diuinarũ perſonarum, ſecundum Dam. c. 5. ergo Deus eſt in genere. Item ſapientia formaliter dicitur de Deo. & hoc ſecundum eandem rationem, ſecundum quam dicitur de nobis, quia illæ rationes quæ dictæ ſunt diſt. 3. q. 1. de vniuocatione entis cõcludunt de vniuocatione* ſapiẽtiæ, igitur ſecundum illam rationem ſecundum quã ſapiẽtia dicitur de Deo, eſt ſpecies generis. & hoc probatur per dictum antiquorum doctorum, qui dicunt ꝙ ſpecies transfertur ad diuina, quia dicit perfectionẽ, licet non genus, quia dicit imperfectionem, vt* ſapientia trãsfertur ad diuina, licet non qualitas. Contra eſt magiſter in litera. & adducit Aug. & oſtendit per eum ꝙ remouentur a Deo illa prædicamenta artis dialecticæ.

*Cap. de ſpecie.*

*a. l. præſentiæ.*

*a. l. ſcientia.*

HIC SVNT duæ opi. extremę. vna negatiua quæ dicit ꝙ cum ſimplicitate diuina nõ ſtat ꝙ aliquis ſit conceptus cõmunis vniuocus Deo & creaturę, de qua dictũ eſt ſupra diſt. 3. q. 1. Ad hoc ponuntur quædam rationes prius non tactæ.

*Henr. in ſum. ar. 22. q. 1. 2. & 3. & art. 26.*

Prima eſt iſta. illis quæ ſunt totaliter & immediate ſub extremis contradictionis, nihil eſt commune vniuocum. Deus & creatura ſunt totaliter, & immediate ſub extremis cõtradictionis ſ. dependere non dependere, cauſatum, & non cauſatum. eſſe ab alio & non ab alio. ergo nihil eſt eis commune vniuocum. Item ſecundo ſic, & eſt cõfirmatio illius rõnis. Omnis cõceptus cõis eſt neuter reſpectu illorum, quibus eſt cõis, ſed nullus eſt conceptus neuter reſpectu contradictoriorum, quia eſt alter eorum. ergo &c. Item tertio ſic. quia primo diuerſa in nullo conueniunt, ſed Deus eſt primo diuerſus a quacunque creatura, alioquin haberet quo conueniret, & quo differret. & ita nõ eſſet ſimpliciter ſimplex, ergo Deus in nullo conuenit cũ creatura, & ita nec in aliquo cõceptu communi. Itẽ quarto ſic. vbi tantum eſt vnitas attributionis, nõ poteſt eſſe vnitas vniuocationis. ſed oportet ponere vnitatem attributionis creaturæ ad Deum in ratione entis. ergo in hoc non eſt vniuocatio. Ad hoc etiam adducitur intentio Diony. de diuinis nominibus, q ponit tres gradus cognoſcendi Deum. ſ. per eminentiã. per cauſalitatem, & per abnegationem & ponit illam cognitionem per abnegationem eſſe vltimam, quando remouentur a



Deo omnia illa quæ ſunt communia creaturis, ergo nõ intelligit ipſe, quòd aliquis cõceptus, qui eſt abſtractus a creaturis, remaneat in Deo, ſecũdum quòd fuit cõis creaturæ. Ad hoc etiã eſt Aug. 8. de tri. c. 4. vel 10. Cũ ita inquit audis bonum hoc, & bonum illud, quę poſſunt alias dici etiam non bona, ſi potueris ſine illis, quę participatione boni bona ſunt, perſpicere ipſum bonum, cuius participatione bona ſunt, ſimul enim & ipſum intelligis, cum audis hoc aut illud bonum. ſi ergo potueris illis detractis perſpicere per ſe bonum, perſpexeris Deum, & ſi amore adhæſeris, continuo beatificaberis. hæc ille. igitur vult dicere ꝙ intelligendo hoc bonũ, & illud bonum, intelligo illud bonum, cuius participatione illa ſunt bona. hoc autem eſt bonum infinitum. ergo non habeo tantum ibi conceptum boni in communi, ſed etiam boni per eſſentiam.

CONTRA iſtam poſitionem ſunt duæ rationes quæ tactæ ſunt ſuperius diſt. 3. q. 1. Vna, quia tunc non poſſet conceptus ille proprius Deo cauſari ĩ intellectu noſtro. quicquid enim eſt naturaliter mouẽs intellectũ noſtrum pro ſtatu iſto, ſiue intellectus agens, ſiue phãtaſma, ſiue ſpecies rei intelligibilis, habet pro effectu adæquato cauſare in nobis conceptum illius quiditatis, & eorum quæ continentur in tali quiditate eſſentialiter, vel virtualiter. conceptus autem ille proprius Deo neutro modo continetur in iſta quiditate, nec eſſentialiter, nec virtualiter. Quod non eſſentialiter patet. quia negas vniuocationem. Quod non virtualiter probo, quia perfectius nunquam continetur in minus perfecto. ergo nunquàm habetur in via conceptus proprius Deo. quod falſum eſt. ergo conceptus vniuocus Deo, & creaturę poteſt haberi. Reſpõſio aliquorum ad hanc rationem eſt, ꝙ ens ratum facit notitiam de ſe, inquantum ens ratum eſt, hoc eſt inquantum eſt relatum ad primum ens. & ita concipere illud ſub ratione illa, non eſt cõcipere illud ſub ratione abſoluta, ſed ſub ratione relata ad primum ens, relatio autem habet cauſare in intellectu conceptum correlatiui, ſiue relationis correſpondentis, & cũ non concipiatur, vt in ſe ſubſiſtens, relatio correſpondens, concipietur aliquo mõ virtute iſtius fundamentum illius relationis. Contra. iſtud argumentum videtur ſtare, quia ſi eſt dare* aliquod adæquatum obiecto a nobis naturaliter cognoſcibili & intelligibili, qualitercunque ſit præſens intellectui noſtro, poteſt facere conceptum de ſe, & de his quæ includit eſſentialiter, vel virtualiter, & ſecũdum iam dicta nullo modo includitur illud abſolutum, quod eſt fundameutum relationis in Deo, vt probabo, ergo ſequit̃ quòd nullo modo fiat in nobis conceptus illius abſoluti. & ita nullum conceptum alicuius abſoluti poterimus de Deo hr̃e naturaliter: ꝓbatio aſſumpti, qa licet dicta reſponſio ſupponat, ꝙ relatio in creaturis prius naturaliter concipiat̃, q̃ relatio ſibi corrñdens, vel fundamentũ relationis corrñdẽtis, qđ credo eſſe falſum qa ter-

*Henr. quo li. 10. q. 7.*

*a. l. aliud ab.*

terminus relationis naturaliter ꝑintelligitur relationi, ſicut & fundamentũ. licet ẽt ſupponat ꝙ res creata relata nõ intelligitur a nobis, niſi inquãtũ relata,quod improbatũ eſt diſt.3.q. de veſtigio. & vř eſſe cõtra Aug. 7.de trini. cap.4.vel.32. omnis res ad ſe ſubſiſtit, quanto magis Deus, loquit̃ aũt ibi de ſubſiſtẽtia vt qua naturaliter eſt res creata,& naturaliter in ſe ſubſiſtit,alioquin nõ eſſet argumẽtũ. ſi oĩs res ad ſe ſubſiſtit, quanto magis Deus, ſi idem accipiat̃ in præmiſſa, & in cõcluſione His inquã omiſſis quæ forte ab aduerſario negarentur. arguo ſic. Relatio in creaturã licet habeat in virtute ſua cauſare conceptũ relationis ſibi correſpondẽtis, tñ illa relatio correſpondẽs ſibi nõ includit in ſe aliquẽ cõceptũ abſolutum,in quo fundet̃, quia relatio Dei ad creaturã, q̃ eſt tm̃ rationis nõ includit in ſe eſſentiam diuinã, vel aliquam perfectionem abſolutã in Deo. quę ꝑfectio realiter eſt ipſa eſsẽtia: quã tñ eſſentiã,vel perfectionem abſolutã oportet ponere eſſe fundamentũ relationis Dei ad creaturam, & ita non poſſet ꝑ relationes iſtas cauſari in nobis aliquis conceptus de perfectionibus abſolutis, niſi relatio altera haberet in ſe virtualiter illud abſolutum. quod eſt propria perfectio Dei, quod eſt impoſſibile. Iſtud etiam probatur, quia ſecundũ eos eſſentia diuina nõ eſt nata facere de ſe, niſi conceptum vnicum in intellectu. ergo non eſt natus haberi de ea, niſi vnicus conceptus realis. hæc conſequentia probatur quia omnem conceptum realẽ natum haberi de ea, quantũ ad intelligentiam ſimplicem ipſa nata eſt facere in ĩtellectu, hoc enim competit obiectis imperfectioribus. Vlterius infero. ergo quodcunq; obiectũ natũ eſt facere de illa eſſentia aliquẽ cõceptum realem,natũ eſt facere illũ vnicum, qui natus eſt haberi de ea, quia ſi non illum,tunc nullum de ea. ſed nulla creatura poteſt illũ vnicum cauſare, quia tunc ex creatura poſſet cognoſci ſub rõne, qua eſt hęc eſſentia ſingularis. ergo per nullã creaturã ſecũdũ illã opinionem põt haberi aliquis cõceptus ſingularis de eſſentia diuina.

*Henr. vbi ſupra, & articu.24. q.6. & 7.*

Hæc conſequẽtia negatur, & etiã propria propoſitio probãs eam,quia effectus natus eſt facere de cã aliquẽ cõceptũ imꝑfectũ,quẽ illud obiectũ, ſi in ſe moueat nullo mõ cauſabit, ſed perfectiorem, quia imperfectionis eſt in mouente cauſare conceptum ita imperfectũ de obiecto,ad quod mouet.

* Secunda ratio tacta in quæſtione prædicta erat de cõceptu vno certo & duobus dubijs,qui certus eſt cõmunis illis.Reſpondet̃ ibi tripliciter. Primo ꝙ aliquis conceptus idem eſt certus & dubius, vt conceptus ſortis & Platonis dubius eſt.cõceptus alicuius hominis eſt certus, & tamen iſte,& ille eſt idem. Hoc nihil eſt, quia licet conceptus idem poſſet diuerſificari penes modos grammaticales; & logicales. grammaticales, vt penes quoſcunque modos ſignificandi.logicales vt penes quoſcunque modos conſiderandi diuerſos, ſicut penes vniuerſale & particulare, vel penes explicite & implicite, explicite ſicut diffinitio exprimit.implicite ſicut



cut diffinitum exprimit. & per iſtas differentias poſſunt poni, non tantum certitudo, & incertitudo,ſed etiam veritas & falſitas, congruitas & incõgruitas, tamen ꝙ idem conceptus eodẽ modo conceptus, quantum ad iſtos modos ſit certus & dubi⁹, hoc eſt idem omnino affirmare & negare, ergo ſi conceptus de ente eſt certus. & conceptus de ente creato & increato eſt dubius,non eſt hoc propter modos ſignificandi diuerſos grammaticales, nec penes diuerſos modos cõcipiendi logicales, vel igitur erit ſimpliciter alius conceptus,& alius, quod eſt propoſitum, vel conceptus diuerſificatur penes modum concipiendi paticularis & communis, quod eſt etiam propoſitum. Aliter dicitur ꝙ ſunt duo cõceptus, ſunt propinqui tamẽ, & propter iſtã propinquitatem videntur eſſe vnus.

*Henr. in ſum. art. 22. q. 1. 2. & 3.*

Contra arguitur ſic, duo conceptus ſimpliciter ſimplices nõ ſunt in intellectu, niſi vterque fuerit diſtincte ibi. quia talis aut omnino ignoratur, aut totaliter attingitur.9.Meta c.vlt.igitur de illo nõ eſt intellectus certus ſecundum aliquid,& incertus,vel dubius,vel deceptus ſecundum aliud. Sic igitur formetur ratio,ſi intellectus duos habet conceptus.ergo aliquid patet ſibi de vtroque conceptu. ſi videntur vnus aliquid non patet.conſtat,alioquin ſemper viderẽtur vnus.ergo neuter conceptus eſt ſimpliciter ſimplex, ergo non primo diuerſi & abſtractiſſimi. Præterea, intellectus habens cõceptum diſtinctũ poteſt illo diſtinguere obiectũ cognitum ab alio; conceptu, quẽ habet, ſed hic nõ põt diſtinguere. ergo non habet conceptum diſtinctũ. ergo nec propriũ, qa conceptus proprius eſt cõceptus alij repugnans. ergo cõcipiens per hunc habet cõceptũ repugnantẽ alteri. verbi gratia,viſus nõ videt aliquid repugnans nigro,quin ꝑ illud diſtinguat a nigro. cõceptus aũt voco obiecta formalia, quæ duo obiecta ſub proprijs rõnibus, quarum vna eſt primo diuerſa ab alia, ſi cõſiderãtur intellecta a me, & nõ poſſum aliter diſtincte cognoſcere,quid eſt hoc.igitur ꝓprias rõnes non intelligo,ergo nihil, vel aliquid aliud cõmune. Itẽ, breuius arguitur ſic. intellectus quãdo eſt certus, aut eſt certus de cõceptu ſimpliciter vno,aut non,ſed vno vnitate analogię,ſi primo modo, & non de hoc,qa non de illo,quia de vtroq; particulari eſt dubius.ergo eſt certus de aliquo tertio ſimpliciter vno,quod eſt propoſitum. Si ſecundo modo,arguo ſic, non poteſt intellectus eſſe certus de vno inquantum ſic vnum. ſ.de illo,qui eſt ſic vnus vnitate analogiæ, niſi ſit certus de duobus, vt duo ſunt.ergo duo * illi non videntur intellectui eſſe vnus, quia.ſ.concipiuntur, vt diſtincti conceptus. probatio antecedentis, quia analogia ſiue attributio ĩcludit eſſentialiter cõparationem vnius ad alterum, cognitio autem comparationis præſupponit neceſſario diſtinctam cognitionem comparatorum.ergo &c.

*Diuerſimode inchoatur hac ratio in originalibus com. 22.*

*a.l.illa.*

Et eſt certus de vno. hoc ẽ de illis duobus confuſe conceptis, vel certus eſt de illis ſub vnitate cõceptis. dubius eſt aũt de illis duobus diſtincte cõceptis.

Co-

Contra, quādo non poſſunt aliqui conceptus concipi ſub vnitate. niſi ſimul, vel prius naturaliter concipiantur ſub diſtinctione propria ſibi, quæ præſupponitur illi vnitati, non poteſt intellectus eſſe certus de eis inquantum habent illam vnitatem. & dubius de eis inquantum ſunt diſtincti.

Vel ſic. nō poteſt intellectus eſſe certus de illa vnitate eorū, & * dubius de diſtinctione eorum, vel ſic, non poteſt intellectus eſſe certus de eis ſub ratione alicuius vnitatis, & dubius de eis ſub ratione alicuius diſtinctionis. Sed intellectus concipiens ens dictum de Deo & creatura, ſi ſint duo conceptus, non poteſt habere conceptus iſtos ſecundum aliquam vnitatem, niſi prius naturaliter habeat eos, vel ſimul ſub ratione diſtinctorum. ergo nō poſſet eſſe certus de eis ſub rōne vnius, dubitando de eis ſub rōne multorum. probatio maioris, quia ſi certitudo eſſet de aliquo conceptu. vel de aliquibus conceptibus, dubitādo de. a. & b. vel cum dubitatione de. a. & b. ille vnus, vel illi duo conceptus cōciperētur prius naturaliter ſub ea ratione, ſub qua eſſet certitudo de illo, vel de illis, q̄ cōcipiātur a. & b. ergo per oppoſitū, ſi non poteſt concipi aliquid de. a. & b. niſi ſub diſtinctione ſibi propria concipiantur, nō poteſt intellectus eſſe certus de eis ſub rōne alicuius vnius, & dubius ſub ratione diſtinctionis. probatio minoris. ens in Deo, & ens in creatura, ſi ſunt duo conceptus habētes attributionem, non poſſunt concipi inquantū habent vnitatem attributionis, niſi prius natura, vel ſaltem ſimul concipiatur iſte & ille inquātum diſtincti. puta iſte ſub propria ratione, & ille ſub propria ratione. quia iſti ſub proprijs rationibus ſunt fundamēta vnitatis ordinis, & attributionis. Confirmatur iſtud argumētum philoſophi. 2. de anima. de ſenſu communi, quem concludit eſſe communem per cognitionem differentiæ albi, & dulcis, ex cuius differentiæ cognitione concludit quod cognoſcit extrema. Si enim poſſet cognoſcere iſta ſub ratione huius reſpectus, qui eſt differentia abſque hoc, ꝙ ea cognoſceret ſub propria ratione, tunc argumentum ſuum non valeret. ergo ſimiliter in propoſito nō poſſunt ſimul cognoſci. a. & b. ſub ratione illius vnitatis ordinis, niſi cognoſcatur. a. ſub ꝓpria ratione, & b. ſub propria ratione, cū per te nihil ſit eis commune, & ita quicunque intellectus concipit iſtos duos ſub vnitate ordinis, concipit eos diſtincte, vt diſtinctos in ſe.

*a. l. dubie.*

*T. c. 146. & circiter.*

Tertio modo reſpondetur, ꝙ nō eſt certitudo de cōceptu aliquo vno, & dubitatio de duobus, ſed eſt certitudo de duobus diſiūctis, & dubitatio de * altero illorum, vt puta certus ſum, ꝙ hoc ens eſt ſubſtantia, vel accidens. dubitando tamen determinate, vtrū ſit hoc ens, vt ſubſtantia, vel illud ens, quod eſt accidens. Contra. iſta certitudo præcedit omnem apprehenſionem quorumcunque diuidentium ipſum ens. ergo præcedit certitudinem de toto diſiūcto. antecedens probatur, quia non oportet in prima apprehenſione, qua ſcitur hoc eſſe aliquid, vel

*Ioan. Roditon li. ter. diſt. 11. q. 6. ſequitur hūc modum dicendi quare antiquiores.*

** a. l. alte rutro.*



vel ens, apprehēdere a ſe, vel ab alio, per ſe, vel in alio. & ſic de alijs diſiunctis. Contra iſtud etiam eſt tertium argumētum ſuperius dictum, quod erat de inquiſitione intellectus, quam habemus de Deo per naturalē inſtigationē, in qua illas rōnes creaturę, quæ dicunt perfectionem de ſe, ſeparamus ab impfectione, cum qua ſunt in creaturis. & eas ſecundum ſe acceptas conſideramus, vt indifferentes. & eis attribuimus perfectionem ſummam, & ſic acceptas ī ſummo attribuimus eas creatori, vt proprias ſibi. & ita arguit Aug. 15. de trini. c. 4. vel. 6. Ac per hoc, quoniā rebus creatis creatorem ſuum ſine dubitatione præponimus, oportet eū & ſumme viuere, & cuncta ſentire, atque intelligere: hoc probat ipſe ex hoc ꝙ dixit ante capitulo eodem. ꝙ viuentia non viuentibus, ſenſu prædita non ſentientibus, intelligentia non intelligētibus, immortalia mortalibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, immutabilia mutabilibus, inuiſibilia viſibilibus, incorporalia corporalibus, beata miſeris præferenda iudicamus. Quod argumentum non videtur valere, ſi talia, vt reperiuntur in creaturis, non eſſent eiuſdem rationis cum illis, quę talia in ſummo attribuuntur Deo. Cōſimilia argumenta frequenter habentur a doctoribus, & a ſanctis. ita. n. formaliter ponitur in Deo intellectus, & voluntas & non tantum abſolute, ſed cum infinitate: ita & potentia, ſapientia, & liberum arbitrium ponitur in Deo. & Anſel. de libero arbitrio. c. 1. reprehendit illam diffinitionem de libero arbitrio, quę eſt, ꝙ eſt poteſtas peccādi, quia ſecundum eum, tunc ſecundum hoc non eſſet in Deo liberū arbitrium, quod eſt falſum, quæ improbatio nulla eſſet, ſi ſecundum aliam rationem omnino diceretur liberum arbitrium de Deo & creatura. Hæc eſt etiam via Diony. quia quando in tertio gradu peruenitur ad iſtam cognitionē per remotionem. quæro an præciſe cognoſcatur ibi illa negatio, & tūc non plus cognoſcitur Deus, q̄ chymera, quia illa negatio eſt communis enti, & nō enti, aut etiam ibi cognoſcitur aliquid poſitiuum cui attribuitur illa negatio. & tunc de illo poſitiuo quæro, quomodo cōceptus eius habetur in intellectu. ſi enim non habetur in intellectu per viam cauſalitatis, & eminentię aliquis conceptus prius cauſatus in intellectu, nihil omnino poſitiuum cognoſcetur, cur attribuatur iſta negatio. Confirmatur etiā iſta rō, quia non dicimus Deum formaliter lapidem, ſed formaliter ſapientem, & tamen ſi præciſe conſideretur attributio conceptus ad conceptum, ita poteſt formaliter lapis attribui ad aliquid in Deo. vt ad ideam ſuam, ſicut ſapientia.

*Idem 11. ci. c. 16. vide 12. Met. t. c. 51. & circiter.*

*ſ. ſu radictio in opinione. Henr.*

RESPONDETVR, Deꝰ non dicitur ſapiens quia eſt in ipſo idea ſapientiæ, ſed quia eſt in ipſo perfectio ſimpliciter talis, ſed alterius rationis a ſapiētia creata. Contra, illius ſapientiæ eſt ſapientia creata noſtra quędam participatio, ſimiliter & ideæ: idem autem non participat eſſentialiter, niſi vnicam perfectionem. Item relatio

tio ideati ad ideam eſt menſurati ad menſuram, vnicũ mẽſuratũ nõ niſi ad vnã menſuram refert, idea aũt eſt menſura eiꝰ, ergo ſapientia qua Deus dicit ſapiens, cum ſit menſura eiuſdem, non diſtinguitur ab idea. Reſpondeo, idea eſt menſura ꝓpria & participatum proprium, vel magis relatio menſuræ & participati. ſapientia non ſic, ſed eſt magis fundamentum relationis menſuræ & participati & commune non proprium, quia ita participat vna creatura illam perfectionẽ, ſicut alia. * Et ſi dicas, ꝙ de Deo concludimus aliquid per rationem effectus, vbi ſufficit tantum proportio, & non ſimilitudo. Hoc non reſpondet, ſed cõfirmat argumentum, quia conſiderando Deum ſub ratione cauſæ ex creaturis bene cognoſcitur proportionaliter, ſed hoc modo nõ cognoſcitur aliqua perfectio de Deo, quæ eſt in creatura formaliter, ſed cauſaliter. ſ. ꝙ Deus ſit cauſa talis perfectionis. attributa autem ſunt perfectiones ſimpliciter dictæ de Deo formaliter. ergo talia cognoſcuntur de Deo non ſolum per viã proportionis, ſed etiam per viã ſimilitudinis. ita ꝙ oportet ponere aliquem cõceptum cõem in talibus Deo & creaturæ, qualis non eſt cõmunis in prima via cognoſcendo Deum per viã cauſalitatis. *t. com. 4.* Ad iſtud eſt auctoritas philoſophi 2. Meta. qui arguit principia ſempiternorum eſſe veriſſima, & probat hoc ꝑ iſtam maiorem, quia vnumquodque eſt maxime tale, per quod alijs ineſt vniuocatio, & exemplificat de igne, & ex hoc cõcludit, ꝙ ſempiternorũ principia neceſſe eſt eſſe veriſſima. iſta cõſequentia non valet, niſi virtute iſtius minoris, qđ principia illa ſempiterna ſunt cauſa vniuoca veritatis in alijs, ſi enim accipitur in minori, ꝙ illa principia ſunt principia ęquiuoca, vel analoga, erunt quatuor termini in ſyllogiſmo philoſophi. qđ non eſt veriſimile.

Reſpondeo. Verũ eſt, ſi deberet reduci in vnũ ſyllogiſmũ, ſed non ſic reducetur, ſed primo arguetur per locum a minori ſic. illud eſt maxime tale propter quod vniuocatio eſt. ergo multo magis eſt eminenter tale in perfectione ſimpliciter, ꝑ quod eſt effectus æquiuocus, ſed principia ſempiternorum ſunt huiuſmodi, ergo &c. *

AD ARGVMENTA opi. oppoſitæ. Ad primum, aut intelligit in minori ꝙ illa ſub extremis contradictionis totaliter, hoc eſt, quòd præciſe ſunt illa extrema contradictionis. & ſic minor eſt falſa. Deus enim non eſt præciſe hoc, ſcilicet non ab alio, quia iſta negatio dicitur de chymera, nec creatura eſt preciſe iſta negatio, ſcilicet non neceſſe eſſe, quia hoc etiam conuenit chymeræ, ſed tam Deus quàm creatura eſt aliquid, cui conuenit alterum extremum contradictionis. accipe tunc maiorem, quòd quæcunque ſunt talia, quibus conueniunt extrema cõtradictionis, ipſa non vniuocantur in aliquo. iſta maior eſt falſa, nam omnia per ſe diuidentia aliquod cõmune ſunt talia, quòd de ipſis dicuntur extrema contradictionis, & tamen vniuocantur in ipſo diuiſo, ita in propoſito poſſunt iſta ſecun-



ſecundum ſe tota recipere prædicationem contradictionis, & tamen poſſunt habere aliquid ſubſtractũ illis extremis illius contradictionis, quod eſt commune ambobus. Ad confirmationem de neutro, dico ꝙ cõceptus communis duobus eſt neuter formaliter, & ita concedo concluſionem, quod conceptus entis non eſt formaliter, conceptus creati, nec increati. ſi autẽ intelligatur ꝙ iſte conceptus eſt ita neuter, ꝙ neutrum contradictoriorũ dicatur de eo, falſum eſt. ita eſt in rationali & irrationali ꝙ cõceptus animalis neuter eſt formaliter. & tamen illud quod concipitur, nõ eſt neutrum, ſed vere eſt alterũ, iſtorum alterum enim contradictoriorum dicitur de quolibet, & tamen non oportet quẽlibet conceptum eſſe formaliter alterum conceptum contradictoriorum. *Soluendo 1. principale.* Ad ſecundum patebit in 2. ar. quòd Deus & creatura non ſunt primo diuerſa in realitate, quia in nulla realitate conueniunt, & quomodo eſſe poſſit conceptus communis ſine conuenientia in re, vel in realitate, in ſequenti dicetur. Ad aliud de attributione, dico ꝙ attributio ſola nõ ponit vnitatem vniuocationis, quia vnitas attributionis minor eſt vnitate vniuocationis, & minor vnitas non concludit maiorẽ, tamen minor vnitas poteſt ſtare cũ maiore vnitate, ſicut quæ ſunt vnum genere, ſunt vnũ ſpecie. licet vnitas generis ſit minor, q̃ vnitas ſpeciei. ita hic concedo, ꝙ vnitas attributionis nõ ponit vnitatem vniuocationis, poteſt tamen ſtare cum ea, licet hæc formaliter non ſit illa. Exemplum. ſpecies eiuſdem generis habent eſſentialem ordinem, ſiue attributionem ad primum illius generis ex 10. Met. & tamen cum hoc ſtat vnitas vniuocationis rationis generis in ipſis ſpeciebus, ita & multo magis oportet eſſe ĩ propoſito, *t. c. 2. & inde.* ꝙ ĩ ratione entis in qua eſt vnitas attributionis attributa habeant vnitatem vniuocationis, quia nunquam aliqua cõparantur vt menſurata ad menſurã, vel exceſſa ad excedens, niſi in aliquo vno cõueniant, ſicut. n. comparatio ſimpliciter eſt in ſimpliciter vniuoco. 7. Phyſ. ita omnis comparatio eſt in aliqualiter vniuoco: *t. c. 24. & inde.* quando enim dicitur hoc eſt perfectius illo, ſi quæratur quid perfectius? oportet ibi aſſignare aliquid commune vtrique, ita ꝙ omnis cõparatiui determinabile, cõmune eſt vtrique extremo comparationis, non enim homo eſt ꝑfectior homo q̃ aſinus, ſed perfectius animal. & ita ſi aliqua comparãtur in entitate, in qua eſt attributio vnius ad alterã: hoc perfectius eſt illo, quid perfectius? ens ꝑfectius, ergo oportet entitatem eſſe aliquo modo communem vtrique extremorũ, ita poſſet argui de numero, vel de diſtinctione, q̃a omnia numerata, vel diſcreta hñt aliqđ cõe. ſicut vult Aug. 7. de trini. c. 4. vel 26. ſi tres perſonæ, commune eſt eis illud, quod eſt perſona, ita ꝙ determinabile termini numeralis ſemper eſt cõe omnibus numeratis ſecũdũ Aug. Et ſi inſtetur, ꝙ non eſt proprie numerus Dei & creaturæ. Arguo de diuerſo, vel diſtinctio, vel de alio ſic, Deus & creatura ſunt diuerſa, vel diſtin-

ſtincta. vel Deus eſt alius vel aliud a creatura: in omnibus iſtis determinabile diſtinctionis, ſiue expreſſum ſingulariter, ſiue pluraliter, oportet eſſe cõe vtrique extremo, patet ĩ exẽplis, qa homo nõ eſt alius homo ab aſino, ſed aliud aĩal. probaẽ idẽ rõne, quia in relationibus ęq parẽtię extrema ſunt eiuſdẽ rõnis, alietas eſt talis relatio, ergo in q buſcunq; aliis eſt alietas vnius rõnis mutua. & p cõſequens determinabile alietatis erit vnius rõnis. huic nõ initaris, qa cõcluderet ꝙ fundamentũ ſit eiuſdẽ rõnis, vnde minor eſt cõtra articulum de alio. Et cum arguiẽ de Diony. patet prius in 3. articulo ꝙ intẽtio Diony. eſt ad oppoſitũ, quia in tertio gradu non ſtatur in ſola negatione, ſed in aliquo poſitiuo conceptu a creatura accepto, cui attribuitur illa negatio. Ad Aug. Rñdeo, ꝙ illud bonũ, cuius participatione alia bona ſunt, ꝙ intelligiẽ ĩtelligendo hoc bonũ, vel illud, vel põt poni vniuerſale ad omnia bona. & tunc eius participatione ſunt alia bona, ſicut ſpecies participant genus, vel aliquod inferius participat ſuperius, vel poteſt intelligi bonum per eſſentiam, cuius, vt cauſę participatione alia bona ſunt, & tunc uerum eſt, quod intelligendo illud bonum, intelligo bonum per eſſentiam in vniuerſali, ſicut intelligendo hoc ens, intelligo ens vt partem cõceptus, & in ente intelligo quodcũq; ens in uniuerſali. Et cum ſubdit. ſi potes illud per ſe noſſe. dico quod ly, per ſe, ſi refertur non ad actum cognoſcendi, ſed ad obiectũ, puta ꝙ cognoſcatur illud bonum, quod cognoſco in uniuerſali cum iſta determinatione per ſe. ſ. ꝙ conciperem bonum cum tali determinatione, ꝙ ſit bonum non dependens, & bonum per eſſentiã, intelligo Deum, non tñ in conceptu cõmuni. ſed in conceptu proprio. Et tunc per hoc ꝙ dicitur per ſe, contrahitur bonũ ꝙ erat cõmune, ſit proprium Deo, & iſti inhærendo per fruitionẽ eſt beatitudo, loquendo de beatitudine viæ, quia iſte cõceptus eſt ꝑfectiſſimus, quẽ poſſumus habere in via concipiendo Deũ naturaliter. Et iſta apparet eſſe intentio Aug. 8. de tri. c. 3. vel 7. vbi dicitur. Noli quærere qd ſit veritas. ſtatim .n. ſe opponunt caligines imaginum corporaliũ, & nubila phantaſmatum, & perturbant ſerenitatẽ, quę primo ictu diluxit tibi, cũ dicerem veritas. quod non eſſet verũ, ſi omnino eſſet alius cõceptus entis, vel boni in Deo a cõceptu illorum in creatura, tunc enim bene eſſet quærendum qd veritas, quia tunc eſſet veritas quærenda, quæ eſt propria Deo, nec obiicerent ſe illi phãtaſmata perturbantia conceptum veritatis, vt eſt propria Deo, quia iſte conceptus non habet phantaſmata ſibi correſpondentia. perturbant enim conceptum veritatis, vt conuenit Deo, loquendo de veritate in communi, ſicut aliàs expoſitum eſt. Si autem aliqui proteruiant, vnũ eſſe conceptum entis. & tamen nullum eſſe vniuocum iſti, & illi. Iſtud non eſt ad intentionem iſtius quæſtionis, quia quantumcunque illud, quod concipitur ſit ſecundum attributionem, vel ordinem in diuerſis. ſi tamen de ſe conceptus vnus eſt, ita ꝙ non habet aliam rationem, ſcđm quam dicitur de hoc & de illo. ille conceptus eſt vniuocus. Si etiã alio modo proteruiat aliquis, ꝙ conceptus denominatiuus, non eſt vniuocus, quia ratio ſubiecti non eſt ratio prædicati. Hęc videtur inſtantia puerilis, quia vno modo prædicatũ denominatiuum eſt medium inter prædicatũ vniuocum & æquiuocũ. Alio modo vniuocũ & æquiuocũ ſunt ĩmediata apud logicum. Primũ verũ accipiendo prędicatũ vniuocum, & ꝙ vniuoce prędicaẽ. hoc eſt, ſcilicet ꝙ rõ eius ſit ratio ſubiecti, & iſto mõ denominatiuum nõ eſt vniuocũ. Secundũ etiam verũ eſt, intelligendo de vnitate rationis eius quod prędicatur, ſic vniuocũ eſt, cuius ratio eſt in ſe vna, ſiue illa rõ ſit ratio ſubiecti. ſiue denominet ſubiectũ, ſiue per accñs dicatur de ſubiecto, æquiuocum aũt cuius ratio eſt alia, quocunque illa rõ ſe habeat ad ſubiectum. Exemplũ. animal eſt uniuocũ, non tantũ vt dicitur de ſpeciebus ſuis, ſed vt determinatur ꝑ differentias, quia habet vnum conceptum determinabilem ꝑ eas, & tamen non diciẽ de differẽtiis vniuoce, hoc eſt in quid. ita ꝙ ratio eius ſit ratio differẽtiarum, quomodo vniuoce dicitur de ſpeciebus Iſta etiam altercatio nihil eſt ad propoſitũ, quia ſi ens dicatur ſecundũ vnũ conceptum ſui de Deo & creatura, oportet dicere ꝙ ratio entis ſit ratio ſubiecti. dicetur .n. de vtroque in quid, & ita erit vniuocum vtroque modo.

ALIA EST OPINIO affirmatiua ĩ alio extremo, quæ ponit Deũ in genere, & habent pro ſe autoritatem Dama. in eliſario. c. 8. ſubiecta &c Item Boethi in libello ſuo de tri. vbi videtur dicere ꝙ duo genera manent in diuinis, hoc non põt intelligi tantũ ſecundũ modũ aliquem ſimilem prædicandi, quia 15. de trini. c. 5. dicit Aug. ſic. Si dicã ęternus, immortalis, incorruptibilis, ĩmutabilis, viuus, ſapiens, potens, ſpecioſus, iuſt⁹ bonus, btũs, ſpiritus, horum omnium nouiſſimum, quod poſui quaſi tantum videtur ſignificare ſubſtantiam, cætera vero huius ſubſtantiæ qualitates. Item idem. 5. de tri. c. 8. vel. 22. videẽ dicere, ꝙ actio propriiſſime conueniat Deo, ergo non tantũ manent modi prædicandi ſimiles duobus iſtis gñibus, & ita videtur ꝙ oporteat ĩtelligere Boethum de illis duobus generibus in ſe quod maneant. Tertio ad hoc videtur auctoritas Auer. 10. met. cõ. 7. & incipit tex. Dicuntur autẽ æqualiter ens, & vnũ: ubi philoſophus dicit aliquam eſſe vnam primam ſubſtantiam quæ ſit menſura aliarum. Cõmentator vniuerſaliter, qđ ille ſit primus motor, ergo ſicut in aliis generibus primum eſt aliquid illius generis, ita primus motor eſt aliquid de genere ſubſtantiæ. Ad hoc, ratio prima ponitur talis, quia poteſt concipi ſubſtãtia creata, & ſubſtantia increata. & neuter conceptus eſt ſimpliciter ſimplex. ergo reſoluendo remanebit ratio ſubſtantiæ indifferens ad vtrunque contrahens. & ſic indifferenter accepta videẽ eſſe ratio generis. Secũda ratio eſt, quia multa entia ſimplicia ponuntur in genere, ſicut angeli ſecundũ ponẽtes eos eſſe immateriales; accidẽtia

*a. l. denominatio.*

*a. l. argumento.*

*diſt. 3. q. 3. pag.*

*5. met. t. c. 10.*

*Albertus de Saxonia Rober tus. olchot*

*li. 1. q. 1 quare antiquiores;*

*idem 1. q. quolibet.*

etiam ſecundũ ponentes ea eſſe ſimplicia, ergo ſimplicitas Dei nõ excludit ab eo rõnẽ generis.

TENEO opinionem meã mediam, ꝙ cũ ſimplicitate Dei ſtat, ꝙ aliquis ſit conceptus cõmunis ſibi & creaturæ. non tamen communis vt generis. Prima pars probata eſt, arguendo contra primam opinionem. Secundam partem probo per Auguſt. 7. de tri. c. 5. vel 32. Manifeſtũ eſt Deũ abuſiue ſubſtantiã vocari. rõ ſua ibi eſt. quia ſubſtãtia dicit̃ ꝙ ſubſtat accidentibus, abſurdũ vero eſt ꝙ Deus alicui accidenti ſubſtet. hæc ratio ſic tenet. Nõ enim intelligit ꝙ rõ ſubſtãtiæ ſit ſubſtare accidẽtib⁹ vt ſubſtãtia eſt gen⁹, quia præmiſit ibi ꝙ abſurdũ eſt, ꝙ ſubſtãtia relatiue dicatur. Sed ſubſtãtia, vt eſt genus, eſt limitata, ſicut ſtatim poſtea probabitur, omnis aũt ſubſtãtia limitata capax eſt accidentis, ergo ſubſtãtia quęcũq;, q̃ eſt in genere, põt ſubſtare alicui accidenti, Deus nõ, ergo &c. Item arguit Aui. 8. meta. cap. 4. ꝙ Deus non eſt in genere, quia genus eſt pars, Deus autem ſimplex eſt non habens partem, & partem, ergo Deus non eſt in genere. Iſtæ duæ probationes ſunt ſimul per auctoritatem, & per rationem. Nunc oſtendo propoſitum duobus medijs. Et declarantur ex his quæ ſunt propria Deo. Primo ex ratione infinitatis. Secundo ex ratione neceſſe eſſe. Ex primo arguo dupliciter. Primo ſic. conceptus habens indifferentiam ad aliqua. ad quæ non poteſt conceptus generis eſſe indifferens: non poteſt eſſe conceptus generis. Sed quicquid dicitur cõmuniter de Deo, & creatura, eſt indifferens ad finitum & infinitum, loquendo de eſſentialibus, vel ſaltem ad finitum & non finitum, loquendo de quibuſcunque. quia relatio diuina nec eſt finita, nec infinita. nullum autem genus poteſt eſſe indifferens ad finitum & infinitum, ergo &c. Prima pars minoris patet. quia quicquid eſt in Deo perfectio eſſentialis, eſt formaliter infinitũ, in creatura vero finitũ. Secundã partẽ minoris ꝓbo. quia genus ſumit̃ ab aliqua realitate, quæ ſecundũ ſe eſt potentialis ad realitatẽ, a qua accipit̃ differentia, ſed nullũ infinitũ eſt potẽtiale ad aliquid, vt patet ex dictis in q̃one præcedẽti. a ſũptũ hoc patet auctoritate Ariſt. 8. meta. c. 5. oportet terminũ, ideſt diffinitionem eſſe orationem lõgam, q̄a ſignificat aliquid de aliquo. ita ꝙ oportet illud eſſe materiã, & illud formã. Apparet etiam per rõnem, q̄a ſi illa realitas a qua accipit̃ genus eſſet vere tota q̃ditas rei, ſolũ genus cõplete diffiniret. genus etiam & differẽtia nõ diffinirẽt, quia rõ ex eis non indicaret primo idem diffinito, vnaqueque enim res eſt ſemel ipſa. Et ideo illa rõ, q̃ bis exprimeret eam nõ indicaret* primo idem diffinito, vel quiditati illius rei. Hanc rationen aliqualiter pertractando intelligo ſic. quod in aliquibus creaturis genus & differentia accipiuntur ab alia & alia re, ſicut ponendo plures formas in homine, animal accipitur a ſenſitiua, & rationale ab intellectiua. Et tunc, illa res a qua accipitur genus, vere eſt potentialis, & perfectibilis ab illa re, a qua accipitur diffrentia.

*idem 1. q. quolibet.*

*T. c. 8.*

*ideſt ſimul.*

Ali



*Idem ſentit Auer. 1. phyſ. c. 28. & 2. phy. c. 28. de realitate partiũ diffinitionis.*

Aliquando ibi non ſunt res, ſicut in accidentibus. ſaltem in vna re eſt aliqua prima realitas a qua ſumitur genus, & alia realitas a qua ſumitur dr̃ia, dicatur prima. a. ſecunda. b. a. ſecundum ſe eſt potentiale ad. b. ita ꝙ præciſe intelligendo a. & præciſe intelligendo. b. a. vt intelligitur in primo inſtanti naturæ in quo præciſe eſt, ipſum eſt ꝑfectibile per. b. ſicut ſi eſſet res alia. Sed quod non perficit̃ realiter per. b. hoc eſt propter idẽtitatem. a. &. b: ad aliquod totum, cui realiter primo ſunt eadem. quod quidem totum primo producit̃, & in ipſo toto ambæ iſtæ realitates producunt̃. ſi tñ altera iſtarum ſine altera ꝓduceretur, vera eſſet potentialis ad eam, & vere eẽt imperfecta ſine alia. Iſta autẽ compoſitio realitatum potẽtialis, & actualis minima eſt, quæ ſufficit ad rõnẽ gñis & dr̃iæ. Et iſta non ſtat cum hoc, q̃d quælibet realitas in aliquo ſit infinita. Realitas enim ſi eſſet de ſe infinita, quantũcunq; præciſe ſumpta, non eſſet in potentia ad aliquã realitatem. igitur cum in Deo quæcunque realitas eſſentialis ſit formaliter infinita, nulla eſt a qua formaliter poſſit accipi ratio generis. Secundo ex eodẽ medio ſic. Conceptus ſpẽi non eſt tantum conceptus realitatis, & modi intrinſeci eiuſdem realitatis, quia tunc albedo poſſet eſſe genus, & gradus intrinſeci albedinis poſſent eſſe differentiæ ſpecificæ, illa autem per quæ commune aliq̃d contrahitur ad Deum, & creaturam ſunt finitum & infinitum, quæ dicunt gradus intrinſecos ipſius. ergo iſta contrahẽtia non poſſunt eſſe veræ differentiæ, nec cum contracto conſtituunt ita compoſitum conceptum, ſicut oportet conceptũ ſpẽi eſſe compoſitum, immo cõceptus ex tali contracto & contrahente eſt ſimplicior, q̃ poſſit eſſe conceptus ſpẽi. Ex iſtis medijs de infinitate, hẽt euidẽtiam rõ Aug. ſuperius tacta de ſubſtare accidẽti. Habet ẽt euidentiam rõ Auic. 8. met. de partialitate gñis ſupra tacta, quia nunq̃ eſt genus ſine aliqua partiali realitate in ſpecie, quę nõ poteſt eſſe in vere ſimplici. Arguo tertio ex ſecundo medio, ſ. ex ratione neceſſe eſſe. Et eſt argumentum Aui. 8. meta. c. 4. Si neceſſe eſſe habet genus. ergo intentio generis, vel erit ex ſe neceſſe eſſe, vel non. Si primo modo, tunc non ceſſabit quouſque ſit ibi dr̃ia. Hoc intelligo ſic. ꝙ genus tunc includeret differentiam. quia ſine illa non eſt in actu vltimo, & neceſſe eſſe ex ſe eſt in actu vltimo. Si aũt genus includat differentiam, tunc non eſt genus. Si detur ſecundum membrum, ſequitur q̃d neceſſe eſſet cõſtitutum ex eo q̃d non eſt neceſſe eſſe.

Sed hæc rõ probat q̃d neceſſe eſſe nihil cõe habet cũ alio, quia illa intentio communis eſt non neceſſe eſſe, vnde reſpõdeo, intentio intellecta non includit neceſſitatem nec poſſibilitatem, ſed eſt indifferens, illud autem in re quod correſpõdet intentioni, in hoc eſt neceſſe eſſe, in illo vero poſſibile. Hoc improbatur, ſi intentioni generis correſpondet propria realitas, & non ſic alij intẽtioni cõi, ſicut dicetur infra q̃n rñdebitur ad dubium adductum

contra ſolutionẽ primi argumenti principalis. Quo aũt ad illud quod additur in qõne de quocunq; formaliter dicto de Deo, dico quod nihil tale eſt in genere pp idẽ, quia nihil dr̃ de Deo formaliter, qđ eſt limitatum, quicquid aũt eſt alicuius gñis quocunq; ſit illius gñis eſt neceſſario limitatũ. Sed tũc eſt dubiũ, qualia ſunt illa pdicata, quæ dicuntur de Deo formaliter, vt ſapiens, bonus, &c.

Rñdeo. ꝙ ens prius diuiditur in infinitũ & finitũ q̃ in decẽ gña, quia alterũ iſtorum. ſ. ens finitũ eſt cõe ad decẽ gña. ergo quæcunq; conueniunt enti, vt indifferens ad finitum & infinitũ. vel vt eſt propriũ enti infinito conueniunt ſibi, nõ vt determinaŧ ad genus, ſed vt prius. & per conſequens, vt eſt tranſcendens, & extra omne genus q̃cunq; ſunt cõia Deo & creaturæ ſunt talia q̃ conueniũt enti. vt eſt indifferens ad finitũ, & infinitum. vt enim conueniunt Deo ſunt infinita, vt creaturæ ſunt finita. ergo illa per prius conueniunt enti, q̃ ens diuidaŧ in decẽ gña, & p conſequẽs qđ cunq; tale eſt tranſcendẽs. Sed tunc eſt aliud dubium quo poniŧ ſapiẽtia tranſcendens, cum non ſit communis oĩbus entibus, & tranſcendentia vñr cõia omnibus. Reſpondeo, ſicut de ratione generis generaliſſimi non eſt in ſe habere plures ſub ſe ſpecies, ſed non habere aliud ſuperueniens genus. ſicut hoc prædicamentum, quando, quia nõ habet ſuperueniens genus, eſt generaliſſimum. licet paucas habeat ſpecies, aut nullas. ita tranſcendens quodcunque nullũ habet genus ſub quo contineaŧ.

*Nota de ratione generis generaliſsimi non eſt in ſe habere plures ſub ſe ſpecies, ſed nõ habere genus ſuperueniens.*

Sed ꝙ ipſum ſit cõe ad multa ĩferiora hoc accidit, hoc patet ex alio, quia ens non tantũ habet paſſiones conuertibiles ſimplices. ſicut vnũ, verum, bonum, &c. Sed habet aliquas paſſiones vbi oppoſita diſtinguuntur contra ſe, ſicut neceſſe eſſe vel poſſibile, actus vel potẽtia huius. Sicut aũt paſſiones conuertibiles ſunt tranſcendẽtes, quia conſequuntur ens. nõ inquantum determinaŧ ad aliquod genus, ita & paſſiones diſiunctæ ſunt tranſcendentes, & vtrunq; membrum illius diſiũcti eſt tranſcẽdens, quia neutrũ determinat ſuum determinabile ad certum genus. & tñ vnum membrum illius diſiuncti eſt ſpeciale, formaliter non conueniens niſi vni enti. ſicut neceſſe eſt in iſta diuiſione. neceſſe vel poſſibile, & ſimiliter infinitum in iſta diuiſione finitum vel infinitum &c. Ita ẽt poteſt ſapientia eſſe tranſcendens & quodcunq; aliud, quod eſt cõe & Deo & creaturę. licet aliqđ tale dicatur de ſolo Deo. & de nulla creatura. aliquod aũt de Deo & creatura aliqua. Non oportet ergo trãſcendens, vt trãſcendens dici de quocunq; ente, niſi ſit conuertibile cum primo tranſcendente. ſ. cum ente.

ALII PROBANT Quarto modo, Deum non eſſe in genere, quia continet in ſe perfectiones omnium generũ. Sed iſtud argumentum non valet, quia continens aliquid continet illud per modum ſui. Subſtantia enim; quæ modo eſt genus generaliſſimum, vt accipitur pro omnibus ſpeciebus inferioribus, continet virtualiter omnia accidentia. ita quod

*Th. 1. parte ſum. q. 3. ar. 5. in ſol. principali. vide. vv. q. præſenti. qui habet hai*

ſi Deus



ſi Deus ſola indiuidua ſubſtantiarum cauſaret, illa haberent in ſe virtutem, vnde cauſarent omnia accidentia. Et tamen nõ propter hoc negantur ſubſtantiæ creatæ eſſe in genere, quia continẽt virtualiter accidentia per modum ſui. non per modũ accidentium, igitur ex hoc ſolo, ꝙ Deus continet perfectiones omnium generum, non ſequitur ipſum non eſſe in genere. Quia ſic continere non excludit finitatem, illa enim continere virtualiter non eſt eſſe infinitum. Sed ex abſoluta infinitate Dei hoc ſequiŧ, ſicut pri⁹ dictum eſt. Sed contra hoc inſtatur, quod infinitas ſimpliciter non concludit propoſitum, quia phi. 6. topicorũ increpat diffinitionem lineę rectę. hanc ſcilicet, linea recta eſt cuius medium non exit extrema. Per hoc ꝙ ſi infinita linea eſſet, recta eſſe poſſet, non autem haberet tunc medium, nec extrema: non eſt autem aliqua diffinitio increpanda, quia non conuenit illi, quod impoſſibile eſt eſſe in gñe. ergo non eſt impoſſibile lineam infinitam eſſe in gñe. Et ꝑ conſequens infinitas non neceſſario excludiŧ a gñe. Rñdeo, primo ad intentionẽ Ariſto. ꝙ linea recta eſt quoddam totum per accidens. Et ſi hoc totũ diffiniatur, aſſignabitur vna diffinitio correſpondens lineæ, & alia correſpondens rectæ. illud quod correſpondebit recto loco diffinitionis, non cõtradicet formaliter infinito, quia rectũ non contradicit formaliter infinito, & cuicunque repugnat formaliter diffinitio, eidẽ repugnabit & diffinitũ. Qđ autẽ in diffinitione illa, quam increpat phi. aſſignaŧ tanq̃ diffinitio recti eſt. hoc hr̃e mediũ intra extrema. iſtud formaliter repugnat infinito, ergo oportet ꝙ ſi diffinitio ita eſſet bona, ꝙ rectũ formaliter repugnaret infinito. Sed hoc eſt falſum, licet virtualiter repugnet infinito, quatenus ſubiectũ ſuũ. ſ. linea formaliter repugnat infinito: nõ ergo intẽdit dicere phi. ꝙ linea infinita põt eſſe in gñe, ſed ꝙ rõni recti non repugnat formaliter infinitas. Et ideo illa diffinitio, cui repugnat formaliter infinitas, non eſt recti, inq̃tũ rectum. Non. n. increpaſſet iſtam. Linea recta eſt lõgitudo ſine latitudine, cuius extrema ſunt duo puncta ęqua proteſa, quia hic eſſet aliquid repugnãs infinitati; ſed illud aſſignareŧ, tanquam ratio lineæ, non tanquam rõ recti, & tunc bene aſſignaretur. quia cum ipſi lineæ repugnet infinitas, bene aſſignaretur diffinitio ſibi correſpondens, cui repugnat infinitas. Sed alia eſt difficultas ad rem, vtrum linea infinita poſſit eſſe in genere quantitatis. & ſi ſic, non videntur valere duæ rationes ſumptæ ex infinitate. Reſpondeo, nunquam ad ſummũ in inferiori ſequitur ſummum in ſuperiori, niſi illud inferius ſit nobiliſſimum contentũ ſub illo ſuperiori. Sicut nõ ſequiŧ perfectiſſimus aſinus. ergo pfectiſſimũ aĩal, ſed gratia materiæ ſequiŧ, perfectiſſimus hõ. ergo perfectiſſimum aĩal, qa hõ eſt pfectiſſimum aĩaliũ. igitur non ſequitur optimum, ſiue pfectiſſimum ens ad perfectiſſimum aliquid eorum, q̃ continenŧ ſub ente, niſi illud ſit ſimpliciter perfectiſſimum ſub en-

te, quantitas autē non eſt tale, nec aliquid alicuius generis, q̃a quodlibet eſt limitatū, immo nihil eſt tale, niſi q̄d eſt ꝑfectio ſimpliciter, q̄d ex ſe pōt eſſe in finitū, & iō non ſequiť. perfectiſſima quantitas, ergo perfectiſſimū ens, nec ēt ſequitur de aliqua re alicuius gñis, ſed tñ ſequiť. ꝑfectiſſima veritas, vel bonitas, ergo ꝑfectiſſimū ens. Ita ergo cū infinitū ens non tm̄ dicat ꝑfectionē ſummā, ſed ēt nō poſſibilē excedi, nō ſequiť infinitū ens, niſi ꝑciſe ad infinitum tale, q̄d eſt ꝑfectiſſimū, in quo eſt rō entis, q̄d.ſ. dicit ꝑfectionē ſimpliciter. Et iō licet eſſet quãtitas īfinita in rõne quãtitatis, cū tñ quãtitas nō ſit ꝑfectio ſimpliciter, nō ſequiť ꝙ ſit infinitum ens, q̃a nō ſequiť, ꝙ ſit ens, q̄d nō pōt excedi ī ꝑfectione. eēt igiť infinita linea in genere quantitatis, q̃a eēt limitatū ens ſimpliciter, & exceſſum ſimpliciter a ꝑfectiori ente, ſed infinitū ens ſimpliciter nō pōt eē in gñe. Et rō eſt, q̃a prima infinitas nō tollit oēm potentialitatē, quã reqrit rō gñis, ſed tm̄ ponit infinitatē ſecundū quid alicuius imperfectæ entitatis, in qua, vt illa eſt, bñ pōt eē cōpoſitio in quocunq; gradu illa ponať, ſed ſecũda neceſſario tollit omnem potentialitatē, ſicut prius declaratū eſt. Contra iſta obijcitur, quia tunc ponunť cōtradictoria, concedendo conceptum cōem dictum in quid de Deo & creatura, & negãdo Deū eſſe in genere. Omnis.n. conceptus dictus in quid, ſi eſt conceptus communis, vel eſt conceptus generis, vel diffinitionis, alioquin erunt plura prædicata, quam docuit Ariſt. in 1. topicorum. Ad iſtud dico. ꝙ non ſunt cōtradictoria, q̄d patet auctoritatibus Aug. 7. de tri. c. vbi prius. vbi negat Deum eſſe ſubſtantiam, & tamen concedit ꝙ proprie & vere eſt eſſentia. ſed ſi eſſet conceptus aliquis æquiuocus eſſentiæ, vt cōuenit Deo & creaturę, ita poſſet eſſe conceptus ęquiuocus ſubſtantiæ, & poſſet dici ſubſtantia, ſicut eſſentia. Similiter Aui. 8, meta. c. 4. vbi negat Deum eſſe in gñe, concedit ipſum ibi eſſe ſubſtãtiã. i. ens nō in alio. Et ꝙ accipiat ens non æquiuoce ab illo conceptu, ſecundū quem dr̄ de creatura, vr̄ per ipſum primo meta. vbi dicit, ꝙ ens in ſe non habet principium, quapropter ſcientia non inquiret principia entis abſolute, ſed alicuius entis. Si autem ens haberet alium conceptum in Deo & creatura, bñ entis eſſet principium ſecundū ſe, q̃a entis ſecundū vnū conceptū, eſſet ipſum ens principiū ſecundū aliū cōceptum. Cū aūt arguis, ſi eſt dictū ī q.d. igiť eſt genus, vel diffinitio. Reſpondeo, Ariſ. 8. met. docet quale prædicatum dictum in quid ſit diffinitio. inducit enim ibi contra ideas Platonis dicta antiſtenicorum. quos in hoc approbat, dicentes terminum eſſe rõnem longam. Et poſt ſubdit, quare ſubſtantiæ eſt, cuius contingit eſſe terminum, & rationem puta compoſitæ, ſiue ſenſibilis fuerit ſiue intellectualis. primorum autem ex quib. hoc, non eſt ſupple diffinitio Et ſubdit rationē. Si quidem aliquid de aliquo ſignificat ratio diffinitiua, hoc debet intelligi virtualiter non formaliter, ſicut aliàs dictum eſt. Et ſubdit. oporter

*ſ.c. 5.*

*Aug. negat deum eſſe ſubſtãtiã, & cõcedit eſſe eſſentiam*

*Speculare infinita quantitas exceditur à minima ſubſtãtia, & à minima qualitate, quia quantitas eſt ens diminutum, & imperfectiſsimum.*

*t. c. 9.*



ter hoc quidem eſſe vt materiã, illud vero vt formã. Ex quo videtur ibi arguere, quod idea ſi poneretur, non eſſet diffinibilis, & ſi ratio ſua aliquo modo valeret propter ſimplicitatem ideæ, multo magis negaret ipſe diffinitionem a Deo, cuius eſt ſumma ſimplicitas, ſequiť igiť ex auctoritate eius, quod nihil eſt dictum in quid de Deo, vt diffinitio. Ex eodem ſequitur, ꝙ nihil omnino dr̄ de Deo in quid vt genus. quicquid enim habet genus poteſt hr̄e differentiam, & diffinitionem, quia. 7. meta. c. 23. aut genus nihil eſt præter ſpēs. aut ſi eſt, eſt quidē vt materia. & tũc cuius eſt genus, oportet ipſum ponere poſſe hr̄e drīam tanq̃ formã, ſi igiť aliquid eſt dictū de Deo in q.d, arguendo ex auctoritate Ariſt. conſtructiue non deſtructiue, ſequiť ꝙ illud nō ſit genus, nec diffinitio, ſed cum infers, eſt genus, vel diffinitio, quia Ariſ. nō dixit eſſe alia prædicata in q.d dicta. ergo nō ſunt alia, arguis ab auctoritate deſtructiue, & eſt fallacia conſequentis. Sed dices, tunc Ariſt. non tradidit ſufficienter omnia prædicata in quid dicta. Reſpondeo. philoſophus in 1. Topicorum diſtinxit prædicata propter diſtinctionem problematum, quia diuerſa problemata habent diuerſum modum terminandi ex diuerſitate prædicatorum. non ergo enumerát ibi omnia prædicata, quia non differentiã ſpecificam, licet differentiam generalem collocauerit ſub genere. & tamen differentia ſpecifica habet propriam rationē prædicati. Species etiam habet propriam rõnem ꝑdicati, aliam a diffinitione, aliquin male poneret Porphyrius quinq; vniuerſalia. Nō igiť inſufficienter diſtinxit ibi Ari. ꝑdicata, q̃a diſtinxit oĩa de quib. ꝓblemata quærenda requirunt ſpãlem ad rē terminãdi, quã ibi intendebat tradere. trãſcẽdentia, aũt nō ſunt talia ꝑdicata, q̃a nō ſunt de eis ſpecialia problemata. problema enim præſupponit aliquid certum, & quęrit dubium ex 7. meta. c. vlti. Ens autem, & res imprimuntur in aĩa prima impreſſione ſecundū Aui. 1. meta. c. 5. & iō de conceptib. illis communiſſimis non ſunt problemata ꝑ ſe terminabilia. Nō igitur oportuit ea numerari inter prædicata problematū. Sed nunquid Ariſt. iſta prædicata generalia nuſquam docuit? Reſpondeo, ex. 8. meta. docuit nihil dici de Deo, vt genus, ex auctoritate præallegata. Et tamen docuit vniuoce dici de Deo & creatura veritatem. 2. meta. ſicut ſupra allegatum eſt principia ſempiternorum eſſe veriſſima. & in hoc docuit entitatem vniuoce, dici de Deo & creatura, quia ſubdit ibi. 2. meta. quod ſicut vnumquodq; ſe habet ad eſſe, ſic ad veritatem, patet etiam ſecundum eum, ꝙ ſi ens dicatur de Deo, quod hoc erit in quid. ergo in iſtis docuit implicite aliquod prædicatum trãſcendens dici in quid, & nō eſſe genus, nec diffinitionem, & aliqua prædicata tranſcendẽtia dici in quale, vt verum, & non eſſe propria, nec tamē accidentia, ſecundū ꝙ iſta vniuerſalia cōpetunt ſpecieb. aliquorū generū, quia nihil quod eſt alicuius gñis cōuenit Deo aliquo modo. Docuit etiã idem aliquo modo

*t. cō. 43. Idē ſenſit Auer. 7. met. c. 43. & primo met. c. 17. genus eſſe formam vniuerſalem in potentia ad formã ſpecialem. ſ. differentiam. vt ſupra declarauit Docto. in hac quæſtione.*

*t. c. 59.*

*ſ. in principi. q. contra h. t. c. 4.*

*De his vide diffuſius in 12. q̃one vniuerſalium Doc.*

modo quarto Topicorum in fine, ſi ſequitur aliquid ſemper & non conuertitur, difficile eſt ſeparare, ꝙ nō ſit genus & ſubdit, poteſt vti eo, vt genere, qđ ſemper eſt conſequens, cũ non conuertatur, quaſi dicat, hoc expedit opponenti & ſubdit deinde, alio autem protendente, non in omnibus obedire. quaſi dicat, hoc expedit reſpondenti non concedere omne cõſequẽs non conuertibile eſſe prædicatum, vt genus. Et ſi non loqueretur de prædicato dicto in qd, non haberet apparentiam illud, quod ipſe docet opponentem vti tali, vt genere. ergo innuit ibi, ꝙ aliquid eſt commune prædicatum dictum in quid, quod non eſt genus. Et quod loquitur de prędicatione in quid. videtur per exempla ſua, tranquillitas eſt quies. prædicatio enim in abſtractis, non eſt prædicatio in quali. vel denominatiua. ergo &c.

AD ARGVMENTA pro ſecunda opinione.

Ad Dama. Reſpondeo licet multa verba dicat in diuerſis locis, quæ videntur dicere Deũ eſſe in genere. vnum tamen verbum quod dicit in elementario. c. 8. ſoluit omnia. ibi enim dicit ſic. Subſtantia quæ continet ſuperſubſtantialiter increatam deitatem, cognoſcibiliter autem & contentiue omnem creaturam, generaliſſimum eſt genus, non igitur dicit ſubſtantiam quæ eſt generaliſſimum continere contentiue deitatẽ, ſicut cõtinet creaturam, ſed ſuperſubſtantialiter. hoc eſt accipiẽdo illud qđ eſt ꝑfectionis in ſubſtãtia, quę eſt genus. & relinquẽdo illud qđ eſt imperfectionis, qũo dicit Aui. 9. Meta. Deũ eſſe ens per ſe. Ad Boetium dico, ꝙ nuſquam inuenitur dicere in libello illo, ꝙ duo genera manẽt in diuinis, nec breuiter genera nec differentiæ generũ, nec etiam modi eorum, nec rationes eorum manent ibi, quia ſicut genera & ea quæ in eis ſunt, limitata ſunt, ita & modi & rationes eorum, loquẽdo de rationibus primæ intentionis, quæ fundantur in iſtis, quia in limitato nõ poteſt aliquid fundari, niſi limitatum. dicit tamẽ Boetius in libello ſuo de trini. c. 6. ꝙ enumeratis prædicamentis hæc ſi quis in diuinam prædicationem conuertit. omnia mutantur, quę mutari poſſunt, ad aliquid vero oĩno nõ mutatur ibi. Et infra, eſſentia continet vnitatem, relatio multiplicat trinitatem. Et ex iſtis accipitur, ꝙ innuat ſubſtãtiam & relationẽ manere in diuinis. *Cap. 12.* Sed expreſſe dicit ibi, quòd nec ſubſtantia, quæ eſt genus, nec aliquid eius manet ibi: dicit enim cum dicimus Deus. ſubſtantiã ſignificare videmur, ſed eam quæ ſit vltra ſubſtantiam, quo modo Dam. ſubſtantiã dixit ſuper ſubſtãtialiter. *Cap. 6.* Intendit ergo ꝙ duo modi prædicãdi ſunt in diuinis. ſ. prædicati relatiui, & eſſentialis. quos modos Aug. magis exprimit. 5. de tri. cap. 6. vel 10. ad ſe & ad aliud, & omnia prædicata formaliter dicta de Deo, ſub altero iſtorũ membrorum continentur. *Clarius uide in fine. q. ſequentis ad hoc.* Sed ſub primo membro continent multa prædicata, quæ habẽt ſimilẽ modũ prædicandi qualitati, & q̃titati nõ aũt ſola illa, quæ habent ſimilẽ modũ prædicandi illis quæ ſunt de prædicamẽto

ſu



ſubſtantiæ. ſub ſecũdo aũt mẽbro continentur oĩa quæ habẽt ſimilẽ modum prædicandi quibuſcunque relatiuis, ſiue ſint relatiua proprie, ſiue non. Sed quare omnia eſſentialia dicantur præciſe prædicari ſecũdum ſubſtantiam. & contra ea diſtinguantur prædicata dicta ad aliquid: cum tamen illa prædicata dicta ad aliquid tranſeant ꝑ identitatem in ſubſtantiam ſicut & alia. Ratio aſſignabitur in ſequenti quæſtione de attributis. dubitatione ſecunda, contra ſolutionem principalem.

*1. com. 7.* Ad Auer. dico, ꝙ nõ videtur habere intentionem magiſtri ſui Ariſt. quia Ariſto. in c. 3. illius decimi quærit, an in ſubſtantijs ſit aliquid vnum, quod ſit menſura aliorum. an hoc ipſum vnum. Et probat ex intentione contra Platonem, ꝙ non ſit ipſum vnũ, ſed aliquid, cui conuenit ipſum vnum, ſicut eſt de omnibus alijs generibus, loquendo de vno, & de omnibus alijs menſuratis in illis generibus. Et concludit in fine, quare ſiquidem in paſſionibus, & qualitatibus, & quantitatibus ipſũ vnũ aliquid vnũ; ſed non hoc ipſius ſubſtantia, ſed in ſubſtantijs neceſſe eſt ſimiliter ſe habere, ſimiliter enim ſe habet in omnibus. Super quam literam ponit Commentator verba pręallegata. Sed ſi primus motor poneretur menſura ipſius generis ſubſtãtiæ, hoc ipſum vnum poneretur menſura, quia primus motor propter ſimplicitatem ſuã multo verius eſſet hoc ipſum vnum, quam idea Platonis. Quid igitur eſt menſura prima illius generis? Reſpõdeo, aliqua ſubſtãtia illius generis prima. cui conuenit vnitas. nõ eſt autem primus motor menſura intrinſeca illius generis, ſicut nec aliorum. quatenus tamen etiam eſt menſura extrinſeca omnium, aliquo modo eſt immediatius menſura ſubſtantiarũ, quæ ſunt perfectiora entia, q̃ accidentium, quæ ſunt remotiora ab ipſa, nullius tñ generis eſt menſura intrinſeca. Ad primam rationem dico, ꝙ ſi ſubſtantiam abſtrahas a creata & increata, non accipitur ibi ſubſtantia vt eſt conceptus generis generaliſſimi, quia increata repugnat ſubſtantiæ hoc modo, quia ſubſtantia hoc modo includit limitationem. Sed accipitur ibi ſubſtantia pro ente in ſe, & non ente in alio, cuius cõceptus prior eſt, & communior conceptu ſubſtantiæ vt eſt genus, ſicut patuit per Auic. vbi ſupra. Ad aliam rationem, cõcedo ꝙ compoſitio rei & rei nõ requiritur in ente in genere: ſed requiritur compoſitio realitatis, & realitatis. quarum altera præciſe ſumpta in primo ſigno naturæ eſt in potentia ad alteram, & perfectibilis per alteram, talis autem compoſitio non poteſt eſſe realitatis infinitæ ad realitatem infinitam. omnis autẽ realitas in Deo eſt infinita formaliter, ſicut ſupra declaratum eſt. ergo &c.

AD PRIMVM argumentum principale, concedo quòd iſte conceptus dictus de Deo & de creatura in quid, contrahit per aliquos conceptus dicentes quale contrahentes. Sed ipſe cõceptus dictus in quid nõ eſt cõceptus generis. nec illi conceptus dicentes quale ſunt conceptus differentiarũ, quia iſte

con-

conceptus quiditatiuus eſt communis ad finitũ & infinitum, quæ communitas nõ poteſt eſſe in conceptu generis. Iſti etiã conceptus contrahentes dicũt modum intrinſecum ipſius cõtracti. & non aliquam realitatem perficientem illam, differẽtiæ autem non dicunt modum intrinſecum realitatis alicuius generis, quia in quocunque gradu intelligatur animalitas, non propter hoc inuenitur rationalitas, vel irrationalitas eſſe modus ĩtrinſecus animalitatis, ſed adhuc intelligitur animalitas in tali gradu, vt perfectibilis a rationalitate, vel irrationalitate. Sed hic eſt vnũ dubium. quo modo poteſt conceptus cõmunis Deo & creaturæ realis accipi niſi ab aliqua realitate eiuſdem * rationis? & tunc videtur ꝙ ſit potentialis ad illam realitatem a qua accipitur conceptus diſtinguens tanq̃ differentiæ, ſicut prius argutum eſt de conceptu generis, & differẽtiæ. & tunc ſtat argumentum ſuperius factum pro prima opi. ꝙ ſi eſſet aliqua realitas diſtinguẽs in re, & alia diſtincta, vr̃ ꝙ res ſit compoſita, quia habet aliqd quo conueniat, & quo differat. Reſpondeo. ꝙ quando intelligitur aliqua realitas cũ mõ intrinſeco ſuo, ille conceptus non eſt ita ſimpliciter ſimplex, quin poſſit concipi illa realitas abſque modo illo, ſed tunc eſt conceptus imperfectus illius rei. poteſt etiam concipi ſub illo modo, & tunc eſt conceptus perfectus illius rei. Exemplum, ſi eſſet albedo ſub decimo gradu intenſionis. quantumcunque eſſet ſimplex omnino in re, poſſet tamen concipi ſub ratione

*Marg.: Not. quomodo conceptus contrahentes ſint modi contracti.*

*Marg.: a. l. generis.*

albedinis tantę, & tũc perfecte cõciperẽ cõceptu adęquato illi rei, vel poſſet cõcipi pręciſe ſub ratione albedinis, & tũc conciperetur cõceptu imperfecto, & deficiente a perfectione rei. cõceptus autẽ imperfectus poſſet eſſe cõmunis illi albedini, & alij. & cõceptus perfectus ꝓprius eſſet. Requiritur igitur diſtinctio inter illud a quo accipitur conceptus cõmunis, & illud a quo accipitur cõceptus ꝓprius, non vt diſtinctio realitatis & realitatis, ſed vt diſtinctio realitatis, & modi proprij, & intrinſeci eiuſdẽ. quæ diſtinctio ſufficit ad habendũ perfectũ cõceptũ, vel imperfectũ de eodem, quorum imperfectus ſit cõmunis, & perfectus ſit ꝓprius, ſed cõceptus generis & differentię requirũt diſtinctionẽ realitatũ, nõ tm̃ eiuſdẽ realitatis perfectę & imperfectę cõceptę. Iſtud poteſt ſic declarari. ſi ponamus aliquem intellectũ perfecte moueri a colore ad intelligẽdũ realitatem coloris, & realitatẽ differentiæ, quantumcunque habeat perfectũ cõceptũ adæquatum ꝓtimæ realitati, nõ tñ habet in hoc cõceptũ realitatis, a quo accipit̃ differẽtia, nec econuerſo, ſed hẽt ibi duo obiecta formalia, q̃ nata ſunt terminare cõceptus proprios diſtinctos. Si aũt tm̃ eſſet diſtinctio in re, ſicut realitatis, & ſui modi intrĩſeci, nõ poſſet intellectus habere proprium conceptum illius realitatis, & nõ habere cõceptũ illius modi intrinſeci rei, ſaltẽ vt modi, ſub quo conciperet, licet ille modus nõ cõciperet, ſicut de ſingularitate cõcepra, & modo ſub quo dr̃ concipi, vt patet alibi. Sed in illo perfecto cõ-

*Marg.: a. l. concipietur.*

*Marg.: Doctrina Ariſt. & Auer. vbi ſupra.*

*Marg.: Diſt. 2. q. 3.*



ceptu haberet vnum obiectum adæquatum illi, ſcilicet rem ſub modo. Et ſi dicas ſaltem conceptus communis eſt indeterminatus, & potentialis ad ſpecialem conceptum, vt realitas ad realitatem, vel ſaltem non erit infinitus, quia nullum infinitum eſt potentiale ad aliquid. Concedo ꝙ conceptus ille communis Deo & creaturæ eſt finitus, hoc eſt non eſt de ſe infinitus poſitiue. ita ꝙ de ſe includat infinitatem, quia ſi eſſet infinitus non eſſet communis de ſe finito & infinito, nec eſt de ſe finitus poſitiue, ita ꝙ de ſe includat finitatem, quia tunc non competeret infinito. ſed eſt de ſe indifferens ad finitum & infinitum, ideo eſt finitus negatiue. i. non ponens infinitatem, & tali finitate eſt determinabilis per aliquem conceptum.

CONTRA. Conceptus ille non eſt ĩfinitus actus, ſed eſt obiectum formale, ſi eſt determinabile. igitur formaliter finitum, & potentiale. igitur non eſt communis rei infinitæ. Vltima conſequentia eſt neganda. quia res infinita imperfecte intelligitur in obiecto formali finito, pro quanto illud obiectũ infinitum natum eſſet facere in intellectu tale obiectum formale, ſi diminute moueret, ſicut obiectum creatũ diminute mouens, natum eſt facere idem & ideo eſt commune vtriq; quaſi ſimilitudo communis & imperfecta. Contra. res infinita non eſt aliquid finitum, Deus eſt illud obiectum, ſi illud prædicatur inquid de Deo. ſicut homo eſt animal. Similiter Deus non eſt aliquid potentiale. Reſpondeo, quamuis compoſitio apud intellectum ſit conceptum, tamen eſt pro re extra, ſicut ſigna accipiãtur pro ſignificatis, & ſicut plures conceptus poſſunt eſſe ſigna eiuſdem rei, licet vnũ commune, aliud proprium, ita compoſitio illorũ conceptuum eſt ſignum identitatis ſignificatorum per ipſos conceptus: qa ergo ſignificatum per conceptũ finitum, vt per ſignum commune eſt id ipſum, quod ſignificatur per cõceptum Dei, ideo hęc eſt vera, Deus eſt ens, componẽdo cõceptum finitum apud intellectum cõceptui Dei, ſed nõ eſt pro finito ſignificato, ſed ꝓ infinito communiter ſignato. Tunc ad iſtam propoſitionem, Deus eſt hoc obiectum ens, Reſpondeo, Deus eſt illud, quod ꝑ hoc ſignũ ens, vt per ſignũ commune ſignatur, & ideo apud, intellectum hæc cõpoſitio eſt vera. Deus eſt ens. quæ compoſitio eſt ſignum illius idẽtitatis. Cum dicis, Deus non eſt aliqd finitum. verum eſt loquẽdo de identitate in re, quæ. ſ. eſt ſignificata, & ſignificatorum. loquẽdo autem de eſſe, vt eſt compoſitio apud intellectum, quòd de Deo in compoſitione nihil poteſt prædicari, quod eſt apud intellectum ſignum finitum, falſum eſt. Exemplum huius, homo eſt animal animal apud intellectum, vt eſt ibi obiectum formale, eſt ens diminutum. Contra. nullum ens diminutum eſt verum de forte exiſtente in re. igitur hæc eſt falſa. ſortes exiſtens eſt animal. Reſpondeo, compoſitio ſemper ſit conceptuum, & eſt ſignum & ſignatorum, ſed eſt pro obiectis materialibus,

quæ ſignificantur per conceptus, & pro identitate, quæ ſignatur per compoſitionem, ita ꝙ ſi identitas eſt ſignatorum. i. obiectorum materialium, compoſitio eſt vera conceptuũ, qui ſunt formalia obiecta. Sed ſi arguas. ergo realitas a qua accipitur, eſt finita, non ſequitur. nõ enim accipitur ab aliqua realitate, vt cõceptus adæquatus realitati, ſiue vt perfectus conceptus illi realitati adęquatus, ſed vt diminutus vel imperfectus, intantum etiã quod ſi illa realitas a qua accipitur videretur perfecte & intuitiue, intuẽs ibi non haberet diſtincta obiecta formalia. ſ. realitatem, & modum, ſed idẽ obiectum formale: tamen intelligens intellectione abſtractiua propter intellectionis illius imperfectionem, poteſt vnum habere pro obiecto formali, licet non habeat alterum. Iſtud etiã poteſt vlterius declarari, ſi cuiuslibet vniuerſalis ponitur eſſe ꝓpriũ indiuiduum, puta in re propriũ indiuiduum animalis, proprium indiuiduũ hominis, &c. tunc non tantum conceptus generis eſt potentialis ad conceptum differentiæ, ſed propriũ indiuiduum generis eſt potentiale ad proprium indiuiduum differentiæ, ſi autem accipiamus ꝓprium indiuiduũ huius conceptus ens, quod indiuiduũ eſt in Deo, & proprium indiuiduum huius, quod eſt infinitũ, idem indiuiduũ eſt, nec eſt potentiale ad ſeipſum. Sed ſaltẽ quæ res, quare entitas non habet proprium indiuidum in re, quod ſit in potentia ad indiuiduum determinatis, vt primo intelligatur hoc ens, q̃ infinitũ.

Reſpondeo, ꝙ quando aliquid eſt de ſe eſſe, & non tantum capax illius eſſe, tunc etiam eſt de ſe habens quamlibet conditionem neceſſario requiſitam ad eſſe, ens autem vt cõuenit Deo. ſ. ens per eſſentiam eſt ipſum eſſe infinitum, & non aliquid cui tantum conuenit ipſum eſſe, & ideo ex ſe eſt hoc, & ex ſe infinitum, vt quaſi per prius intelligatur aliquo modo infinitas eſſe modus entitatis per eſſentiam, q̃ ipſum intelligatur eſſe hoc, & ideo non oportet quærere, quomodo hoc ens ſit infinitum, quaſi prius conueniat ſibi ſingularitas, q̃ infinitas, & ita eſt vniuerſaliter in his, quæ poſſunt eſſe entia per eſſentiã, non per participationem. tale primo determinatur ex ſe, vt ſit tale per eſſentiam, & vt ſit infinitum tale, & vt ſit hoc de ſe. Et ſi arguis. indiuiduum includit indiuiduum. ergo commune includit commune, ergo ſi hoc ens includit infinitatẽ hãc, & ens in communi includit infinitatem in communi. Reſpõdeo. conſequentia non valet, quia indiuiduum includit perfectionem aliquam, quam non includit commune, & per illã perfectionem poteſt formaliter includere infinitum, & tamen commune ex ratione conceptus communis non includit illum, vt conceptum incluſum. ſed eſt aliquo modo determinabile per ipſum. Ad Auic. 2. Metaphyſicæ. patet per ipſum. 8. Metaphyſicæ. vt dictum eſt. Ad Dam. 5. c. patet per magiſtrum diſt. 19. quia ponit ibi ſpeciem pro aliqua ſimilitudine ſpeciei ad indiuidua. eſt tamen maior diſſimilitudo ſecundum Augu. lib.7.t.4 Ad.

& iõ Aug. de trin. negat ibi ſpeciem, ſicut & genus. Vnde illa diffinitio Porphyrij. ſpecies dicitur quæ prædicatur de pluribus in quid, debet intelligi ꝙ in illis pluribus plurificetur ſpecies ſecundum naturam. In perſonis autem diuinis non plurificatur natura diuina. Species etiam ſecundum ſe habet realitatem correſpondẽtem ſibi potentialem ad propriam realitatem indiuidui, eſſentia diuina nullo modo eſt potentialis ad relationem, ſicut dictum fuit ſupra diſtin. 5. q. 2. Ad vltimum de ſapientia. dico, ꝙ non eſt ſpecies generis, vt transfertur ad diuina, nec ſecundum illam rationem transfertur, ſed ſecundum rationem ſapientiæ, vt eſt tranſcendens, quomodo autem tale poteſt eſſe tranſcendens, dictum eſt ſuperius in ſolu. principali. ar. 3. Dubium tamen eſt de hac ſapientia, quæ eſt in nobis, vtrum ſit indiuiduum ſapientiæ tranſcendentis, vel qualitatis, an alterius tãtum: ꝙ nõ vtriuſque videtur, quia nihil idem continetur ſub diuerſis ꝑdicatis dictis in quid de eo, nõ ſubalternis, ſapientia autẽ tranſcendens, & qualitas non ſubalterna ſunt. ergo &c. Item, ſapiẽtia tranſcendens eſt paſſio entis. ergo ens non dicitur de ea in quid, nec econuerſo. ex diſt. 3. igitur nec aliquid, in quo includitur ſapientia tranſcẽdẽs, includit ens in quid, quia tunc illud eſſet ens per accidens. includeret enim eſſentialiter rõnem ſubiecti, & paſſionis, quæ non faciunt aliquid vnum per ſe, ſed tantum per accidens. Si hęc argumenta valent, vnum videtur dandum. ſ. ꝙ ſapientia in nobis, vel ſit tantum indiuiduum ſapientiæ tranſcendentis, vel tantum generis qualitatis. Non videtur dandum ſecũdum, quia tunc non eſſet in nobis perfectio ſimpliciter, quod videtur contra Augu. 15. de tri. c. 4. Omnis circa nos creatura clamat &c. Si primum detur. ergo non omnis habitus formaliter eſt in genere qualitatis, ſed omnes ſunt tranſcendẽtes, qui important perfectionem ſimpliciter.

## QVAESTIO. IIII.

QVARTO quæro vtrũ cum ſimplicitate Dei poſſit ſtare aliquo modo diſtinctio perfectionum eſſentialium præcedens aliquo modo omnẽ actũ intellectus? Arguo ꝙ non. Aug. 5. de tri. c. 5. Non ſicut in creaturis ſapientia & iuſtitia ſunt duæ qualitates, ita in Deo, ſed quæ iuſtitia, ipſa eſt & bonitas. Ex hoc arguo. prædicatio in abſtractis non eſt vera, niſi ſit per ſe primo modo. ergo iſta. ſapiẽtia eſt veritas, eſt per ſe primo modo. 7. Meta. t. c. 34. Et ita nullo modo eſt diſtinctio inter ſubiectum & prædicatum. ſed ſubiectum per ſe includit prędicatum. quia hoc pertinet per ſe primo modo. ergo &c. Contra Dam. lib. j. c. 4. ſi iuſtum. ſi bonum, ſi quid tale dixeris, non naturam dicis Dei, ſed quæ circa naturam. dicis autem aliquid quod præcedit omnem actum intellectus. ergo ante opus & actum intellectus eſt aliquid in Deo, quod nõ eſt formaliter natura.

IN ISTA Queſtione ſunt mul-

multę opiniones, quas nō omnes intēdo recitare, ſed duę ſunt tenentes concluſionem negatiuam, quæ tamen inter ſe differunt, vel contradicunt. quarum vtraque ponit, ꝙ cum ſimplicitate Dei non ſtat diſtinctio attributorum aliqua, niſi tātum rationis. Sed prima ponit, quod nec illa poteſt haberi, niſi per reſpectum ad extra Secunda ponit iſtam diſtinctionem rationis poſſe haberi abſque reſpectu ad extra. Prima innitit̄ iſti rationi, quandocunque in vno extremo eſt differētia rationis, cui correſpondet in alio extremo differētia realis, diſtinctio, vel differentia rationis ſumitur per comparationem ad diſtincta realiter. Exemplum de diſtinctione ſecundum rationem dextri, & ſiniſtri in columna, q̄ ſumitur per reſpectum ad diſtinctionem realem eorum in animali. ſimiliter de diſtinctione rationis in pūcto, vt eſt principium, & finis, quæ diſtinctio ſumitur per reſpectū ad lineas realiter diuerſas. Sed attributa diuina habent in creaturis aliqua re diſtincta, ſibi correſpondentia, vt bonitas bonitatē, ſapientia ſapientiam, & alia quæ vere dicuntur attributa, ꝑ quæ excluduntur quędam proprietates diuinæ, vt ſempiternitas, & æternitas, quæ proprie nō ſunt attributa. ergo &c.

*Tho. 1. pri. ſcripti. diſt. 2.*

*exemplū.*

*Herueus natalis quare alios antiquiores et ſpecialiter hen. quot. 5. q. 1. & 3.*

Adhærentes huic rationi tenent ꝙ ſic diſtinguuntur attributa per reſpectum ad intellectū noſtrū, intātū ꝙ. ſ. reſpectibꝰ illis correſpōdētibus in creaturis circunſcriptis non niſi vnicus conceptus, & ſimplex poſſet formari de eſſentia diuina, quæ vnico nomine exprimeretur, nam alia nomina ſi imponerentur, aut eſſent nomina ſynonima, quia idem re & ratione eſſet eis correſpondens, aut vana, quia nihil eis correſponderet. Modus eorum ponēdi eſt talis. omnibus rationibus attributorum, quæ. ſ. dicunt perfectionem in Deo, & in creaturis, correſpondet in Deo vnitas eſſentiæ, non ſecundum eſſe qđ abſolute habet, vt dictum eſt, ſed ſecundum reſpectum quē habet ad creaturam, non in genere cauſę efficientis, ſic enim nullum ſumitur attributum, vt ſapientia, quia ſapientiam facit, nec etiam ad remouendum aliquid a Deo, quos duos modos videtur dicere Auic. & Rabi moyſes. Sed inquantū eſſentia diuina comparatur ad creaturas ſecundum rationem cauſæ formalis, integritatem omnis perfectionis in ſe continēs, quæ diſperſe & imperfecte eſt in creaturis, & per hoc eſt eſſentia illa ab omnibus diuerſimode imitabilis. Vltra, iſta opi. dicit ꝙ pluralitas perfectionum attributalium, vt eſt in eſſentia diuina, eſt quaſi in potentia, vt autem eſt in conceptu intellectus, eſt quaſi in actu. Exemplū, de vniuerſali in re, & in intellectu, ſed diuerſimode habent eſſe iſta plura in diuerſis intellectibus. In diuino quidē, & beato creato, ex plenitudine perfectionis illius eſſentię ſimplicis, ipſa concipitur ſecūdum diuerſas rationes, & ex hoc prouenit multitudo conceptuum, ſecundum actum in intelligētia, ſed ab intellectu lumine naturali intelligente concipiuntur a poſteriori, inquantum ex perfectionibus realiter diuerſis, in creaturis format conceptiones & ꝑfectiones correſpōdētes in Deo ꝓportionales, nullꝰ tamē intellectus ſine reſpectu ad illa ꝓportionalia, eas actu intelligit, ſiue ab illis proportionatibus intelligat eas, vt tertius intellectus ſiue non, ſed ex eſſentia vt primꝰ intellectus, & ſecūdus: limitatæ autē perfectiones inquantū actu in intelligentia ſunt, dicuntur rōnes, & dr̄ hic ratio conceptio perfectionis determinatæ ex reſpectu ad determinatam ſibi in creatura correſpondentem.



*Goffred. quo. 7. q. 1.*

Alij declarant iſtam poſitionem ſic. ꝙ ſicut intellectus diuinus apprehendens ſuā eſſentiam ſecundū rē vnam & ſimplicem virtualiter tamē omniū perfectiones quātumcūque limitatas, & determinatas abſque limitatione, & defectu continentē, ꝑꝑ ꝙ eſt imitabilis a quibuſcūq; rebus quaſcunque ꝑfectiones limitatas importantibus, intelligēdo illam eſſentiam, vt vnā ſcd̄m rem) intelligit tñ illam aliquo modo multiplicē ſecundū rationē, vel intelligit in vna re multa ſecundum rationē, inquantū apprehendit eam ſub alia ratione imitabilē a leone, & ſub alia rōne ab aſino, & hoc inquātum aſinus & leo ſecundū diuerſas ꝑfectiones diuerſorū gradū ipſam perfectionē diuinā ſunt participātes. & imitantes vel apti imitari. Ita intellectus diuinus ſuam eſſentiam ſecundū rem ſimplicem, *virtute tñ omniū entiū perfectiones ſimplices, & abſolutas abſque limitatione, & defectu continentē apprehendens, vt ꝑꝑ eminētiā ſuæ perfectionis eiſdē ꝑfectionibus eminentius eſt perfecta, intelligit illam eſſentiam, vt vnum ſecūdum rem, & multiplici perfectione ſecundum rationem differente, perfectam. Et ſi non apprehenderet quòd creatura diuerſis perfectionibus realiter differentibus perficeretur, inquantum eſt bona & ſapiens, ſiue ꝙ iſte diuerſæ perfectiones importantur in creatura, non apprehenderet ſe ſub alia ratione perfectum ſapientia, & ſub alia ratione perfuctum, bonitate. Nec apprehēderet differentiam rationis inter ſuam ſapientiam & ſuam bonitatem, niſi apprehenderet differentiam ſecundum rem ſapientiæ & bonitatis in creatura: alioquin ab vno eodē modo ſe habente ſcd̄m rē, & ſcd̄m cōceptū ſumeret̄ vnitas, &* pluritas. Cū igitur eſſentia diuina, vt in ſe conſideratur nō ſit, niſi aliquid indiſtinctū, oīno ſimplex, re, & rōne, nō pōt dici ꝙ abſq; cōparatione eius ad aliqua, in quibus inuenitur diuerſitas rei, vel rōnis, talis diſtinctio eē poſſit, qa cū apprehendit̄ illud qđ eſt oīno ſimplex & vnicū ſub rōne, qua ſibi cōpetit ſcd̄m ſe, & abſque habitudine ad aliqd, ī quo ſit aliqua diſtinctio, ſicut apprehēſum. nō eſt niſi vnum ſcd̄m rē, ita nō pōt apprehēdi niſi ſcd̄m vnā ſimplicē rōnē. Nec ēt illa. ſ. intelligibile, & intelligēs pōt circa eſſentiā ſuam apprehendere, vt dr̄ia quædā ex cōparatione eorū adinuicē, vel vt mutuo ſe reſpicientia, niſi iam in ſua differentia exiſtere ſupponantur, ſiue quandā differentiam importantia. Quæ. n. apprehenduntur, vt quædā dr̄ia mutuo ſe reſpicientia, & quæ ēt operatione ītellectus, vt dr̄ia

*Specula-re.*

*Non eſt in originali, tamen legatur.*

*a. l. uirtualiter.*

*a. l. pluralitas.*

adinuicem comparantur, iam ī ſua differentia exiſtere ſupponuntur. Quæ aũt ex operatione rationis vel intellectus hñt, ꝙ ſint quædã entia ſecundũ rationem, & adinuicẽ rõne differẽtia, nõ poſſunt dici conſtitui in tali ſuo eſſe, & habere differẽtiã hanc ſcd̄m rõnem ex cõparatione eorũ inter ſe per operationẽ rõnis, vel intellectꝰ, īmo iſta ſecunda operatio primã neceſſario p̄ſupponit, ita ꝙ primo per operationẽ vnã rõnis, ī tali eſſe diſtincto conſtituunt̃, & ſecũdo per aliam operationẽ intellectꝰ ſic diſtincta adinuicẽ cõparant̃. ſicut. n. cũ res verę abſolute cõparantur adinuicẽ, ſupponunt̃ habere eſſe diſtinctũ ſcd̄m rẽ, ſic etiã cũ res rõnis adinuicẽ cõparantur, pręſupponunt̃ habere diſtinctũ eſſe ſcd̄m rõnem, igit̃ ſi intellectus diuinus apprehendit eſſentiã ſuam, vt differentẽ ſecundũ rationẽ ab attributis, & etiam apprehendat ipſa attributa, vt differentia ſcd̄m rõnẽ, & ſub hac differentia iſta adinuicem cõparat, in ipſa ſcd̄m ſe actualiter ſunt illa, vt ſic differẽtia, & ſub ſua actuali diſtīctione q̃ ſic habent ſecundũ ſe, mouent intellectũ diuinũ vt ipſa ſic diſtincta cõcipiat, & adinuicẽ cõparet. hoc aũt non vr̃ conueniens. Ratio iſta confirmat̃, q̄cũq;. n. differũt, aut habẽt differẽtiã ſcd̄m ſe ex, vel ſeipſis formaliter, ꝑ illud ꝙ sũt ſcd̄m ſeipſa, abſq; cõparatione ad aliqua realiter dr̃ia, & iſta differũt ſecũdũ rem. aut habent pluralitatẽ ſiue dr̃iam ex comparatione ad aliqua realiter dr̃ia, & iſta differunt ratione, & hoc patet in creaturis. Nã ſuppoſita vnitate formæ ſpecificæ ſecundũ rem, in illa diſtinguit intellectꝰ rõnẽ generis & dr̃iæ, quę dicunt̃ non diuerſæ res, ſed diuerſæ rationes. Sed hæc diuerſitas non poſſet accipi in illa re vna & ſimplici, niſi per intellectum comparetur ad aliqua realiter differentia, & ſecundum quendam ordinem illi vnicæ rei conuenientia, vnũ & idẽ etiã nõ haberet diuerſas rationes veri & boni, niſi intelligere & velle illud vnum & idem ſubiecto, eſſent alicubi actus realiter diuerſi, & adinuicem ordinati. Hoc etiam patet in Deo, quia circũſcripta cõparatione omnimoda ad diuerſas eſſentias creaturarũ realem diuerſitatẽ īportantiũ, eſſentia diuina nõ apprehẽderetur ab intellectu diuino ſub ratione diuerſarum idearum vel formarũ ſola ratione differentiũ, ſed ſub vna ratione ſimplici omnino indiſtincta.

Et hæc eſt intentio Commẽtatoris. 2. metaphy. commento. 39. vbi loquens de materia hac dicit, ꝙ vita ſapientia &c. dicuntur proprie de Deo, quia Deus dicitur proprie & vere viuens, & ſapiens &c. talia aũt & conſimilia, quæ ſignificantur per modum diſpoſitionis & diſpoſiti in rebus immaterialibus reducũtur ad vnũ ineſſe, & ad duo in conſideratione. intellectus enim natus eſt diuidere adunata in eſſe. ſed in rebus compoſitis cum diſponit cõpoſitum per formam, aut cum diſponit habentem formam, per formam, intelligit vtraque adunata aliquo modo, & differentia aliquo modo. cũ autem fuerit conſiderata diſpoſitio, & diſpoſitum in rebus immaterialibus, tunc reducuntur ad vnam intentionem omnibus modis, & nullus modus erit quo p̄dicatũ diſtinguat̃ a ſubiecto extra īntellectum ſcilicet in eſſe rei, ſed nullam differentiam intelligit intellectus inter ea ī eſſendo, niſi ſecundũ acceptionem, ſcilicet quia idem accepit diſpoſitũ, & diſpoſitionem vt duo, quorum proportio eſt adinuicem, ſicut proportio prædicati ad ſubiectum, intellectus enim poteſt intelligere idem his duobus modis ſecundum ſimilitudinem ad propoſitionem cathegoricã in rebus cõpoſitis: ſicut intelligit multa per ſimilitudinem.

*Vide com. ibi originaliter quia doct. minute recitat dicta eius.*

CONTRA iſtam poſitionem primo arguitur ſic. Quicquid eſt ꝑfectionis ſimpliciter in creaturis, principalius eſt in Deo ex ſe, & non ex reſpectu aliquo ad extra, attributũ eſt ſimpliciter perfectionis in creatura, ita ꝙ ſimpliciter eſt melius ipſum quam non ipſum, ergo &c. probatio maioris. perfectũ ſemper eſt independens ab imperfecto, ſicut imperfectum dependens a perfecto, attributalis autem perfectio in Deo eſt perfecte, in creatura īperfecte. Similiter non eſſet infinitæ perfectionis ſimpliciter, niſi eſſet continens omnem perfectionem ſimpliciter ſine reſpectu ad extra. Minor declaratur ſic, quia enim quodlibet creatum in eſſe quiditatiuo eſt limitatum, & quælibet perfectio eius ſibi eſſentialis, & ideo a nulla tali ſumitur attributum, pari enim ratione a qualibet eſſentia creata aſſumeretur attributum. ſed ab illo quod eſt perfectio accidentalis creaturæ ſiue in bene eſſe eius ſumit̃ attributum, quod dicit perfectionem ſimpliciter in ſubiecta ſubſtantia: quia licet vt natura quædam habeat gradum limitatũ, tamen vt perficiens aliud in bene eſſe eius, nullam limitationem importat. & ſic attributũ, ſic etiam in Deo non notat perfectionem primam, ſed quaſi accidentalem in bene eſſe, vnde Auguſt. 15. de tri. cap. 5. Si dicimus ſapiens, ſpecioſus, potens, ſpiritus, horum quod nouiſſimum poſuit, videtur ſignificare ſubſtãtiam. cætera vero huius ſubſtãtię qualitates Item ſecundo ſic, illa non diſtinguũtur per reſpectum ad extra, quorum quolibet continet eſſentiam diuinam ſecundum omnem rationẽ perfectionis idealem, ſed quodlibet attributum continet eſſentiam diuinam ſecundum omnem rationem perfectionis idealis, ergo &c. minor probatur, quia ratio idealis correſpondet perfectioni creaturæ, inquantum ea perficitur in eſſe quiditatiuo: & per conſequens ſub ratione illa, qua eſſentia illa eſt limitata. vnde & ſecundum diuerſos gradus limitationis creaturarum diſtinguuntur ideæ, non autem inquantum iſta eſſentia eſt perfecta ſimpliciter, quia ſic correſpondet omnibus vnum attributum in Deo, vt bonitas, aut perfectio ſimpliciter. Et ex hoc apparet probatio minoris, quia enim quodlibet attributum eſt perfectio ſimpliciter (ex declaratione minoris probationis primę) ſequitur quod quodlibet eſt, imitabile ab omni gradu limitato. probatio maioris, tum quia continens omnem ideam æqualiter videtur reſpicere om-

*Nota quod ea, quæ dicũtur in his quinque rationibus, nõ debent ſumi tanquã de mẽte Scoti dicta, ſed tãquã dicta, & cõceſſa ab aduerſario, contra quem arguit, & ideo ſunt argumenta ad hominem ex conceſſis, Th.*

*vide. 36. di. huius ad hoc.*

ne ideatū, & ita per reſpectū ad nullum poteſt diſtingui ab alio, quia ſimiliter reſpicit quodlibet, vnde ſapientia attributum non magis reſpicit ſapientiam ideatam, quam colorem ideatum, quia vtrunque æque eſt limitatum, nec ab vno magis ſumitur attributū, quam ab alio. Item tertio ſic. diſtinctio attributorum fundamentum eſt reſpectu diſtinctionis emanationum perſonalium, quia filius procedit naturaliter naſcendo, tanquam verbum conceptum in intellectu, ſpiritus ſanctus procedit libere ſpirando, tanquam amor conceptus in voluntate, & nō vt verbum, quod non poteſt eſſe, niſi eſſet aliqua diſtinctio intellectus & voluntatis ad intra, ſed productio perſonarum ad nihil extra neceſſario comparatur, ergo &c.

Item quarto ſic. Deus intelligit eſſentiam ſuam inquantū vera: non inquantum bona, & vult eam inquantum bona, nō inquantum vera: ab æterno etiam intellexit ſe intelligere eſſentiam & velle eam: ſimiliter ſine reſpectu ad extra, quia iſte actus conſequitur immaterialitatem naturalem, ergo ſine tali reſpectu includit eſſentia ſua rationem veri & boni, & ſimiliter rationem intelligentis, & intellecti: volentis, & voliti formaliter diſtinctas, ergo &c.

Item quinto ſic. beatitudo diuina conſiſtit in eius actibus perfectis intellectus & voluntatis: ſed omnia attributa diuina ſeſe mutuo reſpiciunt in perficiendo actus illos, vt patebit: beatitudo autem Dei a nullo reſpectu dependet ad extra, ergo &c. Contra rationē eius maior eſt falſa. Tum quia ita diſtinguitur eſſentia diuina ratione ab attributo, ſicut vnū attributum ab alio nunquid ſequitur, ergo eſſentia vt eſſentia non eſt ibi, niſi ex reſpectu ad extra? Tum, quia bonum, & verum in creatura diſtinguuntur diſtinctione rationis, a quibus igitur re diſtinctis ſumitur hæc diſtinctio? a nullis, ſed a vero & bono in Deo: quæ ratione differunt. Tum tertio, quia vbi eſt mera diſtinctio rationis, non requiritur reſpectus ad aliquid extra. ſicut eſt in diffinitione & diffinito, & talis eſt diſtinctio in attributis, qualia ſunt obiecta intelligentiæ diuinæ differētia ratione, licet ſint vnius actus intelligendi in Deo. Quando enim requiritur reſpectus ad extra, tunc diſtinctio partim eſt ab intellectu, partim aliunde, & hoc vel a diuerſis circunſtantibus extra diuerſimode, vt patet in exemplis adductis, de columna, & pūcto, vel ab eodem diuerſimode circunſtante: vt in ſecunda inſtantia, patet contra maiorem. Item contra minorem illius rationis arguitur ſic. cum omnia attributa pertineant ad intellectum, & voluntatem quæ ſunt principia emanationum, ad perſonas diſtinctas realiter poteſt reduci diſtinctio attributorum, ita quod illa quæ pertinent ad intellectum habent reſpectum ad gignitionem verbi. quæ autem ad voluntatem habent reſpectum ad ſpirationem: vt ſicut intellectus creaturæ naturalis non diſtinguit hæc & illa, niſi ex reſpectu ad aliqua in creaturis, ad quas re-

*Hæ tres obiectiones contra maiorem omnes sūt falſæ ſecūdū Scot: ideo ſunt ex conceſſis.*





flectit omnem ſuū intellectū. ſic intellectus diuinus, & beatus ex reſpectu ad perſonas, ad quas dirigit omnem ſuum intellectum.

*Cap. 39.*

Arguitur aliter, prima propoſitio, vnum in re eſt multa in intellectu. 12. meta. Intellectus natus eſt diuidere q̄ ſunt vnita in re, ratio eſt. cauſa vna poteſt habere multos effectus æquiuocos, qa nullus adæquat virtutem cauſæ, conceptio ſiue intellectio eſt effectus æquiuocus reſpectu obiecti. Secunda propoſitio, duæ intellectiones habent duo obiecta formalia, ſcilicet in eſſe cognito, licet habeant idem obiectum materiale in re, vel habent idem obiectum ſub alia. & alia ratione, & tunc eſt differentia rationis tantum. non autem obiectorū formalium. Ex iſtis ſic. ſuppoſitis ex diſt. 3. Quod creatura poteſt aliquem conceptū propriū Dei abſolutum cauſare in intellectu noſtro, vel perſonæ erit vnicus tantum ratione differens. ſiue ſit comparatio intellectus ſecundum rationes logicas, ſiue ad extra, vel eſt contra abſolutum conceptum aliud, & aliquid, vbi tantum relatio rationis, vel erunt multi conceptus habentes plura obiecta formalia, quæ ſint diminute idem obiectum in eſſe cognita. Quia relationes eius, vt excedens. Primo modo, facile eſt ſaluare diſtinctionem attributorum in omni intellectu etiam diuino, quia omnis pōt idem abſolutū ſub alia, & alia rōne intelligere ad extra, patet, & non minus ad intra ad perſonas, ſiquidem eſſentia intelligit a Deo differre rōne a perſona. Sed tunc ſciendo oīa attributa de Deo, non eſt ſcientia realis, quia idem obiectū formale de ſe non ſcit. ſed eſt probatio primæ, vbi euidenter eſt ſub rōne, ſi hēt rōnē ſecūdā de ſe non eſt pp rōnem, ſub qua intelligit, q̄ aliquo mō diſtinguit ipſum a ſe, abſolute intelligendo, vel ſub alia ratione. Secundo modo poſſunt poni plures conceptus abſoluti. Sed hoc vr̄ difficile iſta diſtingui in intellectu beato, quia non eſt, niſi vnicum, vt exiſtens intuitum ab illo. Item, vnum obiectū per ſe hēt in intellectu, cui eſt præſens in ſe, vnum conceptum adæquatum ſic, ſecundum veritatem illius intellectus. alioquin non poteſt ſe oſtendere illi, ſicut eſt intelligibile. Contra omnem conceptum haberi poſſibilem de iſta, iſtud poteſt cauſare, & ſi aliud, puta effectus eius poteſt cauſare imperfecte. Non poteſt cauſare pfecte. Item aliàs aliquid nunc cognoſcetur de Deo, quod in patria non videretur. Itē, theologia nulli intellectui erit ſciētia. non noſtro propter fidem, non beato propter vnicum conceptum. Theologia eſt cognitio de Deo eorum, quæ ſibi ineſſe ſolum intellectui diuino eſt naturaliter notum. igitur eorum, quæ huic eſſentiæ, vt hæc eſt, per ſe inſunt, cuius ſunt proprietates perſonales, actus notionales, attributa ſub rationibus quæ hic ſunt. Si tamen tenetur diſtinctio realis aliqua, vel obiectorum formalium. Et tertio aliqui reſpectus aptitudinales ad creaturā, vt creatiuus & reſuſcitatiu[9], remiſſiuus peccatorum, retributi-

uus. Contra primum, nihil ibi ineſt per ſe, vt vr̄ rōne eſſentiæ, quia tunc cōe tribus. Contra ſecundum, qualiter metaph. cognoſcit iſtam. Contra tertium, ſunt reſpectus rationis in potētia. Contra primam propoſitionem omnium Angelus naturaliter nouit eam vt hanc, licet non videt hanc vt hanc. ergo potuit habere theologiam. Itē quilibet cōceptus de ea eſt proprius illi, quia non communis. quære de ea, vt eſt hic.

*De hoc. 2. ſen. di. 1. q. 9.*

ALIA EST POSITIO, quæ dicit, quod eſſentia diuina abſolute conſiderata inquantū natura aliqua vel eſſentia, nullam habet diſtinctionem rationis, niſi quaſi in potentia. Commentator. 12. meta. Multiplicitas rationū in Deo, non eſt niſi in intellectu tantum, nō in re. conſiderata autem non in ſe, ſed inquantum veritas, prout ſ. habet eſſe in intelligentia poteſt dupliciter accipi, aut inquātum mouet intellectum, quaſi ſimplici intelligentia, & ſic adhuc concipitur per rōnem ſuæ ſimplicitatis, nec habet aliquā pluralitatem, niſi quaſi in potētia, aut inquantum intellectus poſt iſtam apprehenſionem negociatur circa ipſam pluralitatem attributorum, quaſi reducendo * ipſam de potentia ad actū. Primo modo intellectus naturalis ad ipſam non pertingit, ſed concipit ipſam particulatim in attributis conceptis ex creaturis ſecundum iſtam opinionē. Scđo mō. intellectus beatus, quaſi prima actione intelligēdi capit eam. Tertio modo. quaſi intellectus idem componens, & diuidēs, & ītellectus diuinus vnico & ſimplici intuitu diſtinguit rōnes contētas in eſſentia, quę ex ſua perfectione ſumma, omnes perfectiones ſimpliciter ſola rōne vel operatione ītellectus diſtinctas cōtinet. Iſtæ rōnes attributorum, quas intellectus de ſimplici eſſentia ſecundū diuerſos conceptus format, nō ſunt, niſi reſpectus fundati in eſſentia, qa * cōceptus pluriū abſolutorū intra eā impedit ſimplicitas, & ſunt conceptus plures, ne conceptus ſint ſynonimi, & in eſſentia, ne ſint vani, ſed nō ſunt reſpectus ad extra vt probatum eſt, ſed ad ītra: ſic ergo omnia attributa diuina pertinent ad intellectum vel voluntatem, quæ ad intellectum mutuo ad intra ſe reſpiciunt, ſimiliter quæ ad voluntatem mutuo ſe reſpiciunt, inquantum hæc & illa cadunt ſub apprehenſione intellectus, qui intellectus primo ſimplici intelligentia concipit eſſentiā, vt eſſentia eſt, deinde negociando circa eam, concipit, videlicet eam vt intellecta eſt, & vt intelligens, & vt ratio intelligendi. Ita ꝙ eſſentia inquantū eſſentia reſpicit alia, vt in qua ſunt fundata. vt vero eſt cōcepta & mouens intellectum ad intelligendum, dr̄ veritas, cuius propria ratio eſt, vt reſpiciat eſſentiam, vt eſſentia eſt, ſicut illud cuius eſt declaratiua, & intellectum vt cui habet declarare, & actum inteligendi, vt quo habet declarare, & ſapientiam vt habitum quo intellectus habilis eſt, vt ſibi declaratio fiat. Ipſa vero eſſentia, vt per actum intelligendi eſt conceptiua fuit ipſius. eſt ītellectus, & reſpiciverum, vt per quod manifeſtatur eſſentia, quæ concipit. ſimi-

*Hen. quol. 5. q. 1. & quoli. 13. q. 1.*

*Com. 39.*

*a. l. ipſa.*

*a. l. conceptum.*





liter de actu, & ſic etiam de pertinentibus ad volūtatē. A ſumma ergo vnitate eſſentiæ, ordinatæ ſecundū modū cōcipiēdi, primo concipiunt̄ diuerſæ rōnes attributorum, & inter illa adhuc eſt ordo, ſecundū quem mediatius, vel immediatius ordinant̄ ad emanationes, deinde cōcipiunt̄ emanationes, & ibi eſt ſtatus ad intra, deīde ſequūtur omnes reſpectus ad extra, q ſunt per accidens: ſicut autem diſtinctio relationū realium ad ſua correſpondentia, ſic relationum rōnalium ad ſua correſpōdentia, & totum ad intra ſecundum illud argumentum, quod fuit pro hac parte.

CONTRA iſtam opinionem arguitur per rationes illas quas adduxi contra primā opinionē. Primo per tertiam, quia ſecundum eos diſtinctio perfectionū attributaliū eſt fundamentum reſpectu diſtinctionis emanationū, ſed diſtīctio emanationum eſt realis, patet. nulla aūt diſtinctio realis p̄exigit neceſſario diſtinctionē q̄ tantū eſt rōnis. ſicut nec aliqd qđ eſt pure reale p̄exigit * aliud qđ eſt mere ens rationis. ergo diſtinctio attributorum non eſt tantum rationis, ſed aliquo modo ex natura rei. Aſſumptum probatur, quia ens reale quod diſtinguitur contra ens rationis, eſt illud quod ex ſe habet eſſe circunſcripto omni opere intellectus, vt intellectus eſt, quicquid autem dependet ab ente rationis, vel neceſſario præexigit illud, non poteſt habere ſuū eſſe circunſcripto omni opere intellectus, vt intellectus eſt. ergo nihil quod præexigit ens rationis, eſt vere ens reale. Confirmatur iſta ratio, quia qđ eſt poſterius naturaliter non poteſt eſſe perfectius ens ente priori naturaliter. ſed ens reale eſt perfectius ens quam ens quod eſt tantum rationis, & diſtinctio emanationum eſt realis & poſterior, ergo non fundat̄ niſi in ente reali, & diſtincto, ſed per te fundatur in diſtinctione attributorum, igitur diſtinctio artributorum non eſt tantum rationis. Hæc rō licet ſufficiat contra opinantem, tamen oportet eam confirmare propter cōcluſionem in ſe. Dr̄ ad eā, ꝙ attributa non ſunt fundamenta emanationum diſtinctarū, immo eſſentia ſola cum relationibus principiat diuerſas emanationes. tamen intellectus poſtea pōt conſiderare ipſam eſſentiam, vt cum relationibus principiat hāc & illam. & tunc pōt conſiderare rōnem naturæ & volūtatis, & tn̄ non præcedunt ex natura rei. Contra. in illo inſtanti originis, in quo generat filius, quæro an principiū productiuum eius alio modo ſe habet ad ipſum, quam principiū productiuum. ſ. ſ. ſe habet ad ipſum, aut non alio modo. ſi non alio modo. ergo non magis eſt filius, filius, nec imago patris ex vi productionis ſuæ, quam. ſ. ſ. ſi ſic, igit̄ in illis ſignis originis ante omnem actum intellectus habetur aliqua diſtinctio, & non identitas formalis. Nec valet attribuere iſtam diſtinctionem relationibus, quia omnis relatio æque naturaliter reſpicit ſuum correlatiuum, ergo eſſentia, vt ſub ratione ſpiratiui, ęque naturaliter reſpicit ſuū ſpiratum, ſicut ſub ratione gn̄atiui reſpicit generatū, vel geni-

*a. l. aliquid.*

*Tange inſtantiam de 3. ent ī tate quæ eſt naturaliter poſterior ſuis partibus, & tamen eſt perfectionis. vt 1. met. Phy. patet & alibi.*

*Hen. quoli. 5. q. 1. et in ſum. ar. 37. q. 1.*

tum,non igitur poſſet ibi ſaluari alius, & alius modus producendi naturaliter. ſ. & libere, propter relationes,ſed tantũ. ſi illud abſolutum quo producens ꝓducit, ſit alterius rõnis. Hic * ẽt arguit contra iſtã poſitionem, & ex alia ratione eorũ de obiectis veri & boni, quia ſi ab eterno Deus ex ſui immaterialitate intelligit, & vult ſe, & hoc ſub ratione boni & veri, ergo ibi eſt diſtinctio veri & boni rationum formalium in obiectis ante omnem actum, circa talia obiecta.Hoc ẽt confirmatur per argumentum eorum de beatitudine, quæ conuenit Deo ex natura rei ante omnem actum intellectus negociatiui,quia actus negociandi non eſt formaliter beatificus.illa autem beatitudo,vt dr̃, requirit propriam rationẽ obiecti,& potentiæ, & operationis. ergo &c.

*a.l.hoc.*

*Henr. vbi ſupra ſoluendo argumẽtum principale*

ISTA TAMEN poſitio exponitur ſic , ꝙ poſſumus loq de ratione,quam obiectum facit in intellectu de ſe. vel de illa,quam intellectus poteſt facere circa obiectum negociando: ſi loquamur de prima , illa eſt vnica,ſicut & vnica eſt in re. & hoc dicit in ſe opi. quod vt eſt intellecta per actum intelligentiæ ſimplicis,habet oĩo rationem indiſtincti. ſi ſcđo modo. ſic ĩtellectus põt formare circa illã vnã rõnẽ obiecti multas rõnes diſtinctas,cõferendo hoc ad illud. & hoc ſimiliter dixit illa opin. ꝙ obiectum, vt eſt in intellectu negociante,habet diſtinctas rationes quaſi formatas circa ipſum . Addit tamen iſta expoſitio. quod opinio in ſe non videtur dicere,quod illa vna ratio in ſe eſt formaliter bonitas & veritas, & quælibet perfectio ſimpliciter, & quod illa vna ratio quæ ſit in intellectu virtute obiecti, & etiam rõ formaliter bonitatis,& veritatis,&c.Opinio tñ in ſe videtur dicere, quod iſta dicunt diuerſos reſpectus fundatos in eſſentia . Quia igitur diuerſimode poteſt intelligi dicta opinio, præter argumenta iam facta, oppono alias rationes ſpeciales. Et primo oñdo, ꝙ formaliter veritas & bonitas ſint in re, & quælibet perfectio ſimpliciter ante omne opus ĩtellectus. Quia quælibet perfectio ſimpliciter eſt formaliter in ente perfecto ex natura rei, veritas formaliter eſt perfectio ſimpliciter , & bonitas ſimiliter , ergo &c.maior patet.Tum, quia aliter non eſſet Deus ſimpliciter perfectum,quia non eſſet, quo maius excogitari non poſſet. cogitaret enim maius, ſi eſſet ſic, & non ſic perfectum.Tũ , quia aliter perfectio ſimpliciter in nullo eſſet perfecte, non enim eſt aliqua perfectio in creatura perfecte,quia ibi eſt finite, nec in Deo eſt perfecte,ſi non ſit in ipſo,vt exiſtens.ſed tantum, vt quid cognitum,quia eſſe cognitum eſt eſſe diminutum,vt diſtinguitur contra exiſtens. Tũ tertio,quia tunc perfectio ſimpliciter in aliquo eſſet formaliter per participationẽ,& non formaliter in eo, a quo participaret eam.immo perfectio talis in participante non eſſet per participationẽ illius perfectionis in eã , quia nihil eſt a quo ſit participatio exiſtentis , niſi exiſtens, q̃ oĩa vñr abſurda. Minor apparet,q̃a aliter Anſ.non poneret talia eſſe in Deo , quia ſecundũ eũ mono. 15. nihil tale ponendũ eſt in Deo , qđ non eſt melius ipſum , q̃ nõ ipſum, ac ꝑ hoc perfectio ſimpliciter. Patet ẽt eadẽ minor, quia qđlibet tale põt eſſe formaliter infinitum, infinitas repugnat cuicunque,quod non eſt perfectio ſimpliciter.ergo &c.



☞ Sic arguit intellectus ſecundum ſuã rõnẽ ꝓpriã,& formalem.ſ.vt diſtinguit a voluntate eſt ꝑfectio ſimpliciter. Similiter quodlibet aliud attributũ, ſed intellectus ſecũdũ propriã rõnẽ formalẽ eſt in Deo ex natura rei vt exiſtens eſt. Intellectus aũt nõ ĩcludit ꝑ ſe aliquã relationẽ. igit̃ &c. Probat̃ prima propoſitio.q̃a ſecũdũ Anſ. qđlibet qđ eſt melius ipſum, q̃ nõ ipſum,eſt ponendũ ibi, aliter.n nõ erit ibi,niſi vnica ꝑfectio ſimpliciter.ſ.diuinitas,niſi intellectus erit res formaliter, q̃a ſi nõ,vĩ inq̃tũ includit diuinitatẽ,vnica eſſe perfectio ſimpliciter, vĩ cõparata. Scđo ſic. Idea dat intelligere perfectionẽ illã,q̃ eſt eſſentia , licet formaliter relatio eius nõ ſit ſimpliciter ꝑfectio, ita nec attributi parte, nec valet de alio & alio * gñe cãre,quia idea neceſſario ĩfinito qđ eſt ꝑfectio ſimpliciter dicit eminentiam reſpectu ideati.Tertio, quia nulla ꝑfectio ſimpliciter eẽt poſſibilis attribui , quia non erit perfectio ſecunda in bñ eſſe, quia nihil eſt ꝑfectio ſimpliciter niſi perfectio illa prima in Deo . Quarto, quia poteſt eſſe infinitas.Quinto, quia ſecundũ rõnẽ cõem Deo & creaturis hr̃ perfectio ſimpliciter. Secunda propoſitio probatur per cognitionem intuitiuam cuiuſlibet, vt obiecti intuiti in primo obiecto. Item, eſt ibi ex natura rei. Tertio,quia eſt principium realis productionis.Item, ſi nõ eſt ibi,ex natura rei , non eſt ibi ꝑ actum intellectus increati, niſi ſit proceſſus in infinitũ. Item, ſcientia de illis non erit realis, quia non ſciretur de Deo , niſi habitudo alterius ad ipſum,vel econuerſo.Item, non denominarent ipſum,vel non denominarent per eminentiam. ergo Deus ſic eſt lapis,quod eſt contra Auguſt. 15. de trini. Tertia propoſitio probatur ex prima, quia nulla relatio eſt perfectio ſimpliciter, patet de diuina. igitur nec includitur imperfectio ne ſimpliciter,hæc conſequentia patet. Quia perfectio ſimpliciter nihil includit,cui repugnat rõ perfectionis ſimpliciter,q̃a tunc ipſum erit in quolibet melius,& aliquid incluſũ in eo,non erit in quolibet melius,tũ. q̃a ꝑfectio ſimpliciter ẽ ꝑ ſe vna relatio nõ facit per ſe vnũ cũ abſoluto.Itẽ tertia probatur ex ſecũda, nã ex ſecunda ſequitur, ꝙ non põt concludi aliqua relatio rõnis imperfecta ſimpliciter , quia tunc non eſſet in ſe ex natura rei. relatio autem realis nulla ponit̃ communis tribus perſonis . Ex his ſequitur,quod quodlibet attributum, vt diſtributum ab alio eſt in Deo, vt exiſtens eſt, & vt ad ſe, & ad hanc concluſionem illatam , ſunt * aliquę rationes perfectæ ad tres alias,quę patẽt hic infra.

*a.l.cauſa.*

*a. l. quare patet ſic intra.*

Vlterius probo quòd tales perfectiones ex natura rei ante opus intellectus non habent identitatem formalem, quia

quia intellectus actu ſuo non poteſt cauſare niſi relationem rationis. Ex hoc.ſ.quòd eſt virtus collatiua potẽs cõferre hoc vt cognitum ad illud. Quæro igitur vtrum veritas dicat præciſe illam perfectionẽ, quæ eſt in re formaliter, aut præciſe illam relationem factam ab intellectu, aut vtrunque, ſi præciſe relationem rationis. ergo nõ eſt perfectio ſimpliciter, quia nulla relatio rationis poteſt eſſe infinita. ſi enim relatio realis, vt paternitas, nõ eſt formaliter infinita, quanto magis illa relatio rationis? Si ambo (cũ illa non ſint vnum niſi per accidens, quia relatio rationis cũ ente reali nunquã facit vnum per ſe, quod patet, quia multo minus facit vnum cũ ente reali ens rationis, quam paſſio cum ſubiecto, paſſio enim conſequitur ſubiectum ex ratione ſubiecti. nullum autem ens rationis conſequitur ens reale ex ratione ſui) ſepara igitur iſta duo, quæ concurrunt in iſto ente per accidens, & ſequitur tunc ꝙ veritas ſemper dicat præciſe illã perfectionem in re, & bonitas ſimiliter, & tunc vltra cum nulla ſit diſtinctio in re ſiue ſecundum opi. ſiue ſecundum expoſitionem opi. quia dicerent eandem perfectionem, vt perfectio in re eſt, vt probatum eſt, & ſine omni diſtinctione rei & rationis, ſequitur ꝙ bonitas & veritas ſint formaliter ſynonima, quod ipſi negant. Præterea intellectus intuitiuus nullam habet diſtinctionẽ in obiecto, niſi ſecundum quod exiſtẽs eſt, quia ſicut non cognoſcit aliquod obiectum, niſi ſecũdum ꝙ exiſtens, ita non cognoſcit aliqua diſtincta formaliter in obiecto, niſi vt exiſtens. Cum igitur intellectus diuinus non cognoſcat eſſentiam ſuã, niſi intuitiua intellectione: quæcunque diſtinctio ponatur ibi in obiecto, ſiue ſit diſtinctorum obiectorum formalium, ſiue vt rationum cauſatarum per actũ intellectus, ſequitur ꝙ iſta diſtinctio erit in obiecto, vt actu exiſtens eſt, & ita ſi iſta eſt obiectorum formalium diſtinctorum, in obiecto erunt iſta formaliter diſtincta, & habet tunc propoſitum, ꝙ diſtinctio talis obiectorum formalium præcedit actum intellectus. ſi autem ſit rationũ cauſatarũ per actũ intelligendi. igitur intellectus diuinus cauſabit aliquam intẽtionem in eſſentia, vt relationẽ rationis, vt exiſtens eſt, quod eſt abſurdum. Item arguitur cõtra illam expoſitionem, quia ſi de aliquo obiecto tantum natus eſt haberi vnus conceptus realis, nihil facit aliquem conceptum realem illius obiecti, niſi faciat illum vnum. de eſſentia autem diuina ſecundũ eos tantum natus eſt haberi vnus conceptus realis (quia illa tantum nata eſt facere vnum conceptum realem. nata eſt autem facere omnem realem, qui de ipſa haberi poteſt, alioquin eſſet imperfectius intelligibile q̃ ſit aliquod intelligibile creatũ, quod quidem eſt cauſatiuum omnis cõceptus realis poſſibilis haberi de eo) igitur nihil faciet in intellectu aliquẽ conceptũ de Deo, niſi faciat illũ vnicum, & ita cũ creatura nõ poſſit cauſare in intellectu illum conceptum, quia ille conceptus eſt eſſentiæ vt eſt hæc in ſe ſub propria ratione. ſequitur quòd per nullam actionem creaturæ poſſit haberi aliquis conceptus naturalis de Deo in iſta vita.



Præterea, contra concluſionem in ſe, quia ſi iſta qualitercunque diſtinguantur ratione, nõ diſtinguantur ex natura rei ſine actu intellectus, vel voluntatis. Ex hoc arguo. diſtinctio præcedens rationem primi diſtinctiui, non eſt per tale diſtinctiuum, ſed diſtinctio naturæ, & intellectus, vel voluntatis, & intellectus præcedit intellectionem, & volitionem, quæ eſt primum diſtinctiuum eorum, quæ diſtinguuntur ſecundum rationẽ. ergo illa diſtinctio naturæ & intellectus, vel voluntatis & intellectus, non erit per intellectum. aſſumptum patet. ſi enim nulla diſtinctio eorum præcederet, non magis iſta diſtinguerentur iſta intellectione, quam natura vel volitione. quicquid autem diſtinguitur intellectione, vt eſt omnino indiſtincta a natura, etiam diſtinguitur natura. Et ſi dicitur quaſi contemnendo iſtud argumentum forte ad cautelam propter defectum reſponſionis. ꝙ ſi per impoſſibile eſſet ſola ĩtellectio per ſe, ipſa diſtingueret, non autẽ natura vel voluntas. Hæc reſponſio nõ ſufficit, quia quãtumcunque aliqua per impoſſibile ſeparentur. ſi eis ſeparatis aliquid competat vni, & non alteri. hoc nõ poteſt eſſe, niſi per aliquam diſtinctionem formalem rationis iſtius a ratione illius. ſi igitur iſtis ſeparatis competeret diſtinctio intellectioni, & non naturæ. aliqua eſt diſtinctio huius & illius etiam quando non ſunt ſeparata. Separa enim per impoſſibile album ab albo, non poteris habere quod album ſit cauſa alicuius, quin albũ ſit cauſa eiuſdem, quia nulla eſt diſtinctio inter album & album. vnde nunquam eſſet hæc fallacia accidentis. iſta intellectione diſtinguuntur, iſta intellectio eſt natura. ergo natura diſtinguuntur, niſi ratio intellectionis extranearetur rationi naturæ, inquantum comparantur ad tertium, ergo illa extraneatio præuenit aliquam diſtinctionem rationis ab illa, inquantum cõparantur ad tertium, & iſta præuenit diſtinctionem rationum inter ſe. Omnis opinio in quæſtione iſta præter iſtam videtur euacuare quaſi omnes difficultates primi libri, circa productiones & perſonas, ſicut tangitur diſt. 13.

AD QVAESTIONEM reſpondeo, & dico ꝙ inter perfectiones eſſentiales non eſt tãtum differentia rationis, hoc eſt diuerſorum modorum concipiendi idem obiectum formale. talis enim diſtinctio eſt inter ſapiens & ſapientiam, & vtique maior inter ſapientiam & veritatem. nec eſt ibi tantum diſtinctio obiectorum formalium in intellectu, quia (vt argutum eſt prius) illa nunquam eſt in cognitione intuitiua. niſi ſit in obiecto intuitiue cognito. Iſta ẽt duo mẽbra ꝓbant̃ ꝑ rõnes factas cõtra ꝓcedẽtẽ opi. Eſt ergo ibi diſtinctio tertia ꝓcedẽs intellectũ omni mõ. Et eſt iſta, ꝙ ſapiẽtia eſt ĩ re ex natura rei, & bonitas eſt in re ex natura rei. ſapiẽtia aũt in re formaliter nõ eſt bonitas in re, qđ ꝓbat̃, q a ſi infinita ſapiẽtia eſſet for-

formaliter infinita bonitas, &
ſapiẽtia in cõi eſſet formaliter
bonitas in cõi infinitas. n. non
deſtruit formaliter rõnẽ illiꝰ cui
addit, quia in quocũq; gradu in
telligatur eſſe aliqua perfectio,
qui tamen gradus eſt gradus il-
lius perfectionis, non tollit ra
tio formalis iſtius perfectionis
pp iſtum gradum. & ita ſi nõ in
cludit formaliter vt in cõmuni
nec vt infinitũ infinitũ. Quod
autem nõ includat formaliter,
vt in cõi, hoc declaro qa inclu-
dere formaliter eſt icludere ali
quid in rõne ſua eſſentiali, ita
ꝙ ſi diffinitio includentis aſſi-
gnaretur incluſum eſſet diffini
tio, vel pars diffinitionis. Sicut
autẽ diffinitio bonitatis in cõi
nõ habet ſapiẽtiã in ſe, ita nec
infinita infinitã. Eſt igĩ aliqua
non identitas formalis ſapien-
tiæ, & bonitatis, inquantũ earũ
eſſent diſtinctæ diffinitiones, ſi
eſſent diffinibiles, diffinitio aũt
nõ tm̃ indicat rationem cauſa-
tam ab intellectu, ſed quidita-
tem rei, ergo non eſt identitas
formalis ex parte rei. Et intelli-
go ſic. ꝙ intellectus componẽs
iſtam ſapientiam nõ eſt boni-
tas formaliter, non cauſat actu
*a. l ſed.* ſuo collatiuo veritatẽ iſtius cõ-
poſitionis, licet * in obiecto in-
uenit extrema, ex quorum com
poſitione fit actus verꝰ. Et iſtud
argumentum de non formali
identitate, dixerunt antiqui do
ctores ponentes in diuinis ali
quam eſſe prædicationem verã
per identitatem, quæ tamẽ nõ
eſſet formalis, ita concedo per
identitatem veritatem eſſe bo-
nitatem in re, non tamen for-
maliter veritatẽ eſſe bonitatẽ.

Secundum regulam Anſel. in
mono. 15. ideo neceſſe eſt vt ſit
quicquid omnino melius eſt ip
ſum, q̃ non ipſum, nulla rela-
tio rationis eſt huiuſmodi, ni-
hil eſt enim omnino idem re,
& re circunſcriptis relationibus
rationis. igitur nihil aliud eſt il
la regula * ſua. i. Anſel. niſi ꝙ *a. l. illa.*
Deus, eſt Deus. Contra. ca. 16.
ſi quærĩ quid ſit illius natura,
qd verius rñdeĩ q̃ iuſtitia? igĩ
quodlibet dr̃ in qd. conceptus
quiditatiuus perfectus eſt tm̃ * *a. l. vnim.*
vnicus vel ſaltẽ nõ eſt diſtinctio
formalis in re inter quid & qd.
Item. c. 17. Summa ipſa natura
eſt vera vno modo, & vna cõſi-
deratione quicquid eſt eſſentia-
liter. Ad primũ dico, ꝙ eſt quid
per identitatẽ, & nõ formaliter.
ꝓbatio glo. c. 17. Dicit, iuſtitia
idẽ ſignificat ꝙ alia, vel oĩa ſi-
mul, vel ſingula. hoc nõ intelli-
gitur idẽ formaliter & primo
ſignificare, quia tunc eſſent ſy-
nonima. igitur connotare, vel
idem realiter non formaliter.
Ad ſecundum ſubdit exemplũ
de homine, qui non vno modo,
nec vna conſideratione dicitur
hæc tria, corpus, rationale, ho-
mo. quare ponit duas rationes,
quia ſecundũ aliquid aliud eſt
corpus. ſcd̃m aliud eſt * rõnale.
alia rõ, ſingulũ horũ non eſt to *a. l. ratio-nalis.*
tum hoc, qd̃ eſt homo. per op-
poſitum iſtis duobus modis di-
citur Deus vno modo, & vna cõ
ſideratione. Iſta etiam opi. cõfir
matur auctoritate Dam. 4. c. præ
allegato. & c. 9. vbi ipſe vult. ꝙ
inter omnia nomina de Deo di
cta propriiſſimum eſt, qui eſt,
quia eſſe dicit quoddam pela-
gus infinitæ ſubſtantiæ. cætera
autem vt dixit c. 4. ſunt illa quę
circunſtant naturam.

Nota pro dicto. Dama. quod
pelagus perfectionum vno mo-
do
do poteſt intelligi pro continẽ-
te actu, & formaliter in ſe om-
nes perfectiones ſub proprijs ra
tionibus formalibus, ſic nihil
vnum formaliter eſt pelagus,
quia contradictio eſt vnicã ra-
tionem formalẽ cõtinere actu
tot res. ergo &c. ſed hoc mõ ni-
hil eſt pelagus, niſi vnũ idẽtice,
qd̃ eſt Deus ſapiẽs, bonus, bea-
tus &c. hoc mõ non accipit Da-
ma. pelagus. Alio modo põt in-
telligi aliquid vnũ formaliter
cõtinẽns omnẽ perfectionẽ mo
do eminẽtiori, quo poſſibile eſt
omnes in vno contineri. Iſte au
tem eſt ꝙ nõ tm̃ contineanĩ in
eodem identice, propter infini-
tatem formalẽ continẽtis, ſic. n.
quælibet continet omnes, ſed
vltra ꝙ contineantur virtuali-
ter, quaſi in cauſa, & adhuc in
aliquo, vt prima cã a ſe cõtinen
te, & vniuerſaliſſima, qa oẽs cõ
tinẽte, hoc modo hæc eſſentia
eſt pelagus, qa in quacũq; mul-
titudine cõtingit ſtare. ad aliqd̃
omnino primũ in hac nihil eſt
primũ niſi hæc eſſentia, ideo ip
ſa nõ eſt tm̃ formaliter infinita,
ſed virtualiter continens alias,
nec tm̃ aliquas, ſicut forte intel
lectus continet ſapientiam, &
intelligere, & voluntas charita
tem, & diligere, ſed omnes, nec
ab alio, vel virtute alterius con
tinens, ſed a ſe, itaque habet in-
finitatem formaliter primariã
tam. ſ. a ſe, q̃ reſpectu omniũ,
vniuerſaliter cãlem, & virtuali
*a. l. quidẽ.* ter cõtẽtiuã, & ideo * pelagꝰ ita
cõtinens oẽs, ſicut poſſunt emi-
nẽter in vno aliquo formaliter
cõtineri. oĩa flumina intrãt ma
*Eccleſiaſtici.* re, & vñ exeunt reuertunĩ. Eſt
igitur iſta magis ꝑ ſe Deus eſt
ſapiens. q̃ iſta. ſapiens eſt bonꝰ.
Aliæ habent infinitatem for-
malẽ. & ſic cauſalẽ, vel virtualẽ
pp ordinẽ propinquiorẽ ad eſ-
ſentiã, & remotiorẽ ſaluãdum,
ſed non reſpectu oĩum habẽt ta
lẽ, nec reſpectu aliquorũ habẽt
a ſe, ſed ab eſſentia. Hæc oĩa pa
tẽt in exẽplo de ente, & paſſio-
nibus eius. ſi ponanĩ eædem, vt
neceſſe eſt, ſi vitetur infinitas.
Cõtra veriſſima veritas ponẽ-
da eſt in Deo, formalis ẽ verior,
q̃ identica tantum. Reſpondeo,
illa ponitur, ſed non cuiuſcun-
que ad quodcunque. ſi ſic acci-
piatur. maior eſt falſa de perſo-
na, & perſona. & gloſanda, eſſe
verior, quæ eſt poſſibilis, nunc
autem non eſt poſſibilis forma
lis identitas cuiuſcũque ad qd̃-
cũque, ſed tãtum * cauſalis. Ex *a. l. realis*
hoc medio arguitur ex oppoſi-
to, quia omnis vnitas ſimplici-
ter perfectionis eſt ibi ponen-
da, talis eſt identica ſine forma
li, qa eſt ſimplex & illimitata,
formalis autem non ponit illi-
mitationem. Iſtud nõ videtur,
niſi eẽt aliqua diſtinctio ex par
te rei, nõ enim eſt pelagus infi-
nitæ ſubſtantiæ propter hoc, ꝙ
multæ relationes rationis poſ-
ſunt circa ipſum cauſari, ita. n.
poſſunt per actum intellectus
circa quodlibet cauſari. Confir
matur per Augu. 8. de trini. c. 2.
vbi probat, ꝙ non ſunt aliquid
maius duæ perſonæ, q̃ vna, quia
non aliquid verius, quæ conſe-
quentia eſſet iſta? ſi tm̃ eſſet di-
ſtinctio rõnis inter ſapiẽtiã, ve
ritatẽ, & magnitudinẽ, nõ vide
reĩ aliud argumẽtũ, q̃ ſi ꝓbareĩ
ſapientia. ergo ſapiens, vel ecõ
uerſo. Ad quid etiam doctores
q tenent oppoſitã opinionẽ im
plẽt tot qnternos, oſtẽdẽdo vnũ
attributum ex alio, ſi nõ eſt in-
ter ea, niſi differentia relationũ
ratio-

rationis tãtummodo? ita enim
perfecte videretur Deus cogno
ſci quantum ad omnem cogni
tionem realem, vel conceptum
realem, vt cognoſcitur ſub attri
buto vno, ſicut ſi cognoſcat̃ ſub
ratione omnium attributorũ,
quia cognitio plurium relatio-
num rationis, non facit ad ꝑfe
ctiorem cognitionẽ realem ha-
bẽdam de aliquo. Similiter iux
ta auctoritatem Dama. prædi-
ctam, ad quid aſſignant ipſi or-
dinem attributorum, quaſi eſ-
ſentia ſit fundamentum, & quę
dam ſunt propinquiora eſſen-
tiæ, quædã proprinquiora ema-
nationibus, ſi tantum ſunt rela
tiones rationis? quis etiam or-
do per comparationem ad ema
nationes? Similiter Aug. con-
tra Maximinum. ſi potes Deum
patrem concedere ſimplicem,
& tamen eſſe ſapientem, bonũ,
& numerat ibi multas tales ꝑ-
fectiones, quanto magis vnus
Deus poteſt eſſe ſimplex, & ta-
men trinitas. ita ꝙ tres perſo-
næ non ſunt partes vnius Dei.
arguit enim ibi ꝙ ſi in eodem
ſine compoſitione & partialita
te poſſunt eſſe multæ perfectio
nes ſimpliciter, ergo multo ma-
gis poſſunt eſſe tres perſonę in
deitate ſine cõpoſitione & par
tialitate. Quod argumentũ eſſet
iſtud, ſi attributa tantum differ
rent per relationes rationis, &
perſonæ diſtinguerentur reali-
ter. non enim ſequitur ſi rela-
tiones rationis non faciunt cõ-
poſitionem in aliquo, ergo nec
relationes reales. Idem etiã Au
gu. 15. de trini. c. 3. dicit omnia
iſta eſſe æqualia. nihil enim eſt
proprie ſibijpſi ęquale. nihil au
tem eſt dicere. ꝙ aliquid ſub
vna relatione rationis ſit ſibi
æquale ſub alia relatione ratio
nis. Hil. etiam. 12. de trini. c. 5.
alloquẽs Deum patrem. ait ſic.
perfecti Dei qui & verbũ tuũ,
& ſapientia, & veritas abſolu-
ta generatio eſt, qui in his æter-
narum proprietatum nomini-
bus natus eſt. dicit igitur quod
iſtæ proprietates ſunt æternę, &
in his natus eſt filius de patre,
quaſi pater præhabens iſta, cõ-
municet ea filio. ſi autem eſſent
tantum diſtincta ratione, non
viderẽtur prius eſſe in patre ori
gine, q̃ produceretur filius? quic
quid eſt enim ibi productũ in
eſſe rationis per actum intelle-
ctus, videtur eſſe productum a
tota trinitate, & ita non eſſet in
patre, vt præcedens origine fi-
liũ, quaſi neceſſario præcedens
origine. Iſta autem non identi
tas formalis ſtat cum ſimplici-
tate Dei, quia hanc differen-
tiã neceſſe eſt ponere inter eſ-
ſentiam & proprietatem. ſicut
ſupra diſt. 2. q. vlt. oſtenſum eſt.
& tamen propter hoc non po-
nitur compoſitio in perſona. ſi-
militer iſta diſtinctio formalis
ponitur inter duas proprieta-
tes, in patre in aſcibilitatẽ. ſ. &
paternitatem, quæ ſecundũ Au
gu. 5. de trini. c. 6. non ſunt ea-
dem proprietas, quia non eſt co
pater, quo ingenitus. ergo ſi in
vna ꝑſona poſſunt eſſe duę pro-
prietates ſine cõpoſitione, mul
to magis vel ſaltem æqualiter
poſſunt eſſe plures perfectiones
eſſentiales in Deo, non forma-
liter eędem ſine compoſitione.
quia illæ proprietates in patre,
non ſunt formaliter infinitę, eſ-
ſentiales autẽ perfectiones ſunt
infinitæ formaliter. ergo quęli
bet eadem cuilibet.

CONTRA iſtam ſolutio-
nem



nem ſunt tria dubia. Primo. n.
videtur ꝙ non ſaluetur ſimpli-
citas diuina, quia ex quo poni-
tur eſſentia quaſi fundamen-
tum, & iſta quaſi circunſtan-
tia eſſentiam, videtur ꝙ iſta ſe
habent vt actus & formę reſpe
ctu eſſentiæ diuinę. Secundum
dubium, quia Aug. 7. de trini.
c. 5. vbi negat identitatem dei-
tatis, & paternitatis. non eo in-
quiens pater, quo Deꝰ, ſicut nec
eo verbum, quo ſapiẽtia. ita cõ
cedit identitatem magnitudi-
nis, & bonitatis, & perfectionũ
eſſentialiũ, quia dicit ꝙ eo ma-
gnus, quo Deus, ergo ſicut ibi
identitatem negat. ita concedit
hic. non autem negat ibi niſi
identitatem formalem, ergo il-
lam cõcedit hic. Tertium. quia
ſicut non eſſet bonitas realiter
infinita, niſi eſſet realiter eadẽ
ſapientię, ita videtur ꝙ ratio bo
nitatis nõ ſit infinita formali-
ter, niſi ſit formaliter eadem ra
tioni ſapientiæ. ergo propter eã
dem rationem, propter quam
a.l. verã. ponis *realem identitatem in-
ter iſta, deberes ponere iden-
titatem formalem rationis ad
rationem. Ad iſta. Ad primam
reſpõdeo, ꝙ forma in creaturis
habet aliquid imperfectionis. ſ.
quia eſt forma informans ali-
quid. & pars compoſiti. aliquid
etiam habet quod non eſt im-
perfectionis, ſed conſequitur eã
ſecundum ſuam rationem eſ-
ſentialem ſiue formalem. ſ. ꝙ
ipſa ſit quo aliqd eſt tale. Exẽ-
plum. ſapientia in nobis eſt ac-
cidens, hoc eſt imperfectionis.
ſed ꝙ ipſa ſit quo aliquid eſt ſa
piens, hoc non eſt imperfectio-
nis, ſed eſſentialis rationis ſapiẽ
tiæ. In diuinis autẽ nihil eſt for
ma ſecundum illam duplicem
rationem imperfectionis, quia
nec informans, nec pars, eſt ta-
men ibi ſapientia inquantum
eſt. quo illud in quo ipſa eſt, eſt
ſapiens. & hoc non per aliquã
compoſitionem ſapientiæ ad
aliquid quaſi ſubiectum, nec ꝙ
ſapientia illa ſit pars alicuius
compoſiti. ſed per veram iden-
titatem, qua ſapientia propter
ſui infinitatem perfectam per-
fecte eſt idem cuilibet, cũ quo
nata eſt eſſe. Sed obijcies, quo-
modo eſt aliquid formaliter ſa
piens ſapientia, ſi ſapientia nõ
eſt forma eius? Reſpondeo. cor-
pus eſt animatum, quaſi deno-
minatiue, quia anima eſt for-
ma eius, homo dicitur anima-
tus non denominatiue, ſed eſ-
ſentialiter. quia anima eſt pars
eius, & aliquid eius. non igitur
requiritur aliquid eſſe formam
informantẽ aliquid. vt ipſum
ſit tale per ipſum. quia forma
non eſt forma informans totũ.
quod tamen dicitur formaliter
tale per ipſam: ſi igitur veriori
idẽtitate eſſet aliqua forma idẽ
alicui, q̃ ſit identitas eius ad in
formatum, vel ad totum, cuius
eſt pars, ſufficeret illa identitas
ad hoc, ꝙ illud tali forma eſſet
tale, ita eſt in propoſito. Et tũc
ſi quęras, vtrũ ab iſto actu poſ-
ſet eẽ aliqua abſtractio formę?
Dico ꝙ nõ eſt ibi abſtractio for
mæ vt informantis, vel vt par-
tis ab informato, vel a toto. ſed
eſt ibi abſtractio formę inquan
tum per eam aliquid eſt tale ꝑ-
ciſe acceptum, non conſideran-
do identitatem eius ad illud,
quod eſt tale per ipſam.

Ad ſecundum dubium, quod
videtur habere difficultatẽ ex
verbis Aug. dico ꝙ dupliciter,
vel tripliciter eodem Deus eſt
ſa-

ſapiens, & magnus, & tamē nō ſic eodē eſt Deus, & pater. Vno modo, quia ſapientia & magnitudo ſunt perfectiones eiuſdē rationis, hoc eſt quiditatiuæ, qa quicquid perficitur iſtis perfectionibus perficitur, non vt rationibus ſuppoſiti, ſed vt rationibus quiditatiuis, non ſic autem paternitas, & deitas ſunt eiuſdem rationis. Sunt etiam alio modo eiūſdem rationis ſapientia, & bonitas, quia perfectiones ſimpliciter, non ſic autem paternitas, & deitas. Secundo modo, quia magnitudo eſt eadem deitati in quolibet, paternitas non, ſed tātum in vno ſuppoſito. Tertio modo, quia bonitas, & magnitudo &c. huiuſmodi ſunt eadem quaſi idētitate mutua. quia vtrunque eſt formaliter infinitum, propter quam infinitatem vtrunque eſt idem alteri, ſed paternitas & deitas non ſunt eadem ſic mutuo, quia vnum eorum non eſt formaliter infinitum. ſed tantum deitas eſt formaliter infinita. & propter iſtam infinitatem paternitas eſt ſibi idem, nō ecōuerſo ſic. & ex hoc eodē eſt bonus, & ſapiens, eadem inquam identitate, ſecundum perfectionem, quia vtrunque infinitum. non ſic paternitas habet ad deitatem, identitatem adæquatā, quia non eſt infinita, &c. Ad formam ergo concedo, ꝙ eo modo eodem eſt bonus & ſapiēs, quo modo nō eodem eſt Deus & pater, quia eodem eſt bonus, & ſapiens. eodem. ſ. in quolibet ſuppoſito, & eodem quaſi identitate mutua. non ſunt autem ſic eodem in quolibet paternitas, & deitas eodē ſimpliciter, ideſt ꝑfectione eiuſdem rationis eſt bonus & ſapiens. quia quiditatiue eſt bonus, & ſapiens. non ſic eodem eſt Deus, & pater, qa non eſt vtrunque quo, ibi eſſentialis perfectio illius cuius eſt, quia licet quiditas paternitatis maneat ibi, tamen illa quiditas non eſt ratio quiditatiua ſimpliciter ſuppoſiti alicuius, ſed ratio perſonalis eiuſdē. Ad tertium concedo, ꝙ ratio ſapiētiæ eſt infinita, & ratio bonitatis. & ideo hæc ratio eſt illa per idētitatem, quia oppoſitum non ſtat cum infinitate alterius extremi, tamen hæc ratio non eſt formaliter illa. non enim ſequitur. eſt vere idē alteri. ergo formaliter idem eidem, eſt enim vera idētitas a. & b. abſque hoc ꝙ a. includat formaliter rationem ipſius. b.

*Non eſt in originali.*

AD ARGVMENTVM principale, quod ſumitur de auctoritate Aug. 15. de tri. Reſpondeo, ꝙ in creaturis non eſt aliqua vera prædicatio in abſtracto per identitatem, quæ nō ſit formaliter, & ideo nunquam fuit tradita logica in creaturis de prędicatione alia formaliter vera, & alia per identitatem.

Contra entitas eſt vnitas, vel veritas quæ ſunt paſſiones abſtractæ entis & eædem ſibi. In diuinis autem eſt vera prædicatio per identitatem in abſtracto. & tamen non eſt formalis.

Ratio huius differētię eſt iſta, vt puto, quia concipiendo abſtractum vltima abſtractione, cōcipitᷣ q̃ditas, abſq; habitudine ad quodcunque, qđ eſt extra propriam rationem quiditatis. ſic igitur concipiendo extrema nulla erit veritas vniendo ea, niſi præciſe quiditas vnius extremi ſit eadem quiditati alterius extremi. hoc aūt non contingit in creaturis, quia ibi abſtrahēdo illas realitates, q̃ ſunt in eodem, puta realitatem generis, & differentiæ, & cōſiderando eas preciſiſſime, vtraque eſt finita, & neutra eſt perfecte eadem alteri: non enim ſunt modo eadem inter ſe, niſi ꝑꝑ tertium, cui ſunt eadem. & ideo ſi abſtrahātur a tertio, non remanet cauſa identitatis eorum. & ideo nec cā veritatis ꝓpoſitionis vniētis extrema illa. hęc igitur eſt falſa, animalitas eſt rōnalitas, & ecōuerſo; & hoc quacunque ꝑdicatione, quia nō tātū extrema nō ſunt formaliter eadē, ſed nec vere eadē. quiditas. n. hæc præciſe eſt potētialis ad quiditatem illam, & non eſt eadem illi, niſi propter identitatem ad tertium, a quo abſtrahuntur. ergo abſtractio illa tollit cām veritatis affirmatiue vnientis ea. Oppoſitū eſt in Deo. quia abſtrahēdo ſapientiam a quocunque, qđ eſt extra rōnē ſapientiæ, & bonitatē, ſimiliter abſtrahēdo a quocunque, quod eſt extra eius rōnē formaliter remanet vtraque quiditas præciſe ſumpta formaliter infinita. & ex quo infinitas eſt rō idētitatis eorū facta tali abſtractione præciſiſſima, remanet ratio identitatis extremorum, nō. n. hæc erant eadem præciſe ꝓpter identitatem eorum ad tertium a quo abſtrahuntur, ſed ꝓpter infinitatem formalem vtriuſque. Et ꝙ iſta ſit rō ꝑdicationis per identitatem, ſignum eſt ex hoc ꝙ non conceditur iſta. paternitas in diuinis eſt ſpiratio actiua, neque vt vera formaliter, neque vt vera per identitatē, neque paternitas eſt innaſcibilitas, & ecōuerſo, ſicut iſta cōcedit. paternitas ē deitas, & ecōuerſo. & rō vr, quia abſtrahēdo paternitatē & innaſcibilitatē ab eſsētia, ſicut ſubſtantia neutrū eſt formaliter infinitum. & ideo neutrū in ſua rōne ſic abſtractū includit rationem identitatis eius ad alterū, & ſic neutrum ſic abſtractū de altero vere prædicatur, ſed ſic abſtrahendo deitatem & paternitatem, quantumcunque remanet adhuc alterum extremum formaliter infinitū, quæ infinitas eſt ratio* ſufficiens identitatis extremorum. & ideo remanet ratio identitatis eorum, & per cōſequēs ratio veritatis compoſitionis affirmatiuæ: In iſta autē deitas eſt bonitas, remanet infinitas, non tantum in vno extremo, ſed in vtroque. ideo eſt hic veritas propter identitatem incluſam virtualiter in vtroq; extremo. Ex iſto & reſpōſione ad dictum Augu. prius adductum in ſecunda dubitatione patet illud quod ſupponebatur prius in quæſt. de genere; in reſponſione ad argumenta ſecundæ opi. quomodo ſcilicet maneat tantum duo modi prædicandi in diuinis, quia & ſi per identitatem relationes tranſeant in eſſentiam, ſiue ſubſtantiam, tamen non ita ſicut prædicata eſſentialia, quia omnia eſſentialia magis dicunt perfectiones ſimpliciter quiditatiuas. ratio autem perſonalis non dicit perfectionem quiditatiuā. & ideo omnia eſſentialia magis reducuntur ad vnum modum prædicādi inter ſe, q̃ ꝑſonalia reducātur ad vnū modū prędicandi cū eis. Et ſecūdū hoc pñt dici duo modi ꝑdicādi manere ī diuinis non

*a. l. ſufficienter.*

…ECA UNIV…ITARIA … A ADA

non tantũ ꝓpter modos concipiendi ipſa prædicata, ſed aliquo modo propter realitatem eorum quę prædicantur.

## QVAESTIO V.

DE IMMVTABILITATE Dei de qua tractat magiſter ĩ ſcđa parte diſt. q̄ tamen vr̄ poſſe cõcludi ex ſimplicitate Dei, đ qua quæſitũ eſt ſupra, Quęro vtrũ ſolus Deꝰ ſit ĩmutabilis? ꝙ nõ, quia ſi eſt ĩmutabilis. ergo immutabiliter ſe hēt ad illud, ad qđ ĩmediate ſe hēt, ergo illud aliud eſt ĩmutabile. ꝓbatio primæ conſequentię quia ĩmutabile, ꝙ eſt ex ſe primũ agens, non pōt diuerſimode ſe habere ad effectũ ſuũ, quia ſi quandoque agat, quandoque nõ, videtur eſſe ex mutatione ſui. nõ enim hoc pōt poni ꝑꝑ nouã approximationem paſſi, vel amotionē paſſi, vel amotionem impedimentorum, quia actio primi agentis non requirit iſta. ꝓbatio ſcđę conſequētię, ad quodcunque neceſſariũ neceſſario ſe habet, illud eſt neceſſarium. Oppo. Aug. 7. de tri. c. 6. Omnis creatura mutabilis, ſolus Deus immutabilis. Et ad Thim. vlti. Solus Deus habet immortalitatem. quod Aug. exponens de tri. libro. 1. ca. 1. dicit, quod vera immortalitas immutabilitas eſt.

HVIVS EXCLVSIVAE de qua quæritur pars affirmatiua probatur a philoſopho. 7. physicorum per hoc, quod omne quod mouetur, mouetur ab alio, qđ ꝓbatur, quia quieſcēte parte quieſcit totum. & non eſt procedere in infinitum in mo- *T. t. 1. & inde.* tis ab alio, quia tũc poſſet fieri ex eis vnũ infinitum mobile, ꝙ moueret̃ tempore finito, quod eſt improbatũ. 6. phyſicorũ. & *T. c. 61. circiter.* prius diſt. 2. q. 1. in reſponſione ad vltimũ argumentũ, oportet igitur ſtare ad aliquod mouens, qđ non mouetur ab alio, & per conſequens omnino non mouetur. Probatur etiam ab eo *T. c. 31. & inde.* 8. phyſicorum, illa concluſio ꝑ diuiſionem mouentium & motorum naturaliter, vel violēter. & quòd vltimo oportet ſtare ad aliquod mouens, quod non mouetur ex ſe per ſe & primo. & vlterius etiam oportet ſtare ad aliquid ſimpliciter immobile. Sed proceſſus iſti qui ſunt principales in duobus li. ſcilicet. 7. &. 8. phyſicorum. indigent maiori expoſitione: ad hoc vt rationes illæ oſtendantur valere, & ſi forte valeant, tamen diminute concludunt, ſicut aliàs oſtendetur, forte non plus concludunt, niſi ꝙ primum non mouetur, vt corpus, vel vt virtus in corpore, ſicut aĩa mouetur per accidens in corpore moto. Ideo non inſiſtendo mõ circa declarationē illarum rationum, oſtendo beruiter iſtam partem eſſe veram ex ſimplicitate Dei, quia ſi Deus eſt perfecte ſimplex (vt probatum eſt ex infinitate) ideo non poteſt mutari ad aliquam formam, quæ in ipſo recipiatur, quia etiam eſt neceſſe eſſe (vt probatum eſt ex primitate efficientiæ di. 2. quæſtio. 1.) ideo non poteſt mutari ab eſſe in non eſſe, vel non eſſe in eſſe, quæ mutatio dicitur verſio a Dam. Omni igitur immutatione ſiue ſubſtantiali ſiue accidentali dicitur Deus ſimpliciter immutabilis. *Diffuſius vide. di. 2. q. 10 de motu angelorum.*



SED PARS negatiua illius excluſiuæ ſcilicet ꝙ nihil aliud a Deo habeat immutabilitatē, habet maiorē difficultatem. *Henr. quo li. 8. q. 9.* Circa iſtam partem philoſophi a theologis diſcordant. & econuerſo. Ad quod conſiderandum, primo oportet videre q̄ fuerit intētio philoſophorũ. Et quæ motiua pro eis. Et quæ ſunt rationes contra eos. Quantum ad primum ſpecialiter de intentione Ari. & Aui. dicitur quod decem modis poteſt aliquid ſe habere ad eſſe, ſed ad ꝓpoſitum ſufficiant tres modi: poteſt enim aliquid aliud a Deo puta intelligentia alia a prima tripliciter poni eſſe. Vno modo, quod ex ſe formaliter ſit neceſſe eſſe, ſed ab alio cauſaliter. Secundo modo, quod ex ſe formaliter ſit neceſſe, ſed ab alio dependenter, ſic quod propter ordinem eſſentialem contradictio eſſet ſecundum eſſe ſine primo & non econuerſo, & ſimiliter tertium ſine ſecundo, ſed non econuerſo, & eſt ordo inter perfectius & minus perfectum, nõ inter cauſam & cauſatum. Tertio modo aliquid habet eſſe ex ſe formaliter poſſibile, neceſſario autem ab alio eſt, quia illud aliud neceſſario cauſat. Iſtorum trium modorum primus modus includit cõtradictionem, vt dr̄, & ideo illũ nõ poſuit philoſophus, qa non vr̄ veriſimile cõtradictoria poſuiſſe, ꝙ ĩcludat cõtradictionē patet ꝙ eſt cāliter ab alio, eſt ex ſe nõ eſt ens, & de ſe ē poſſibile aliter ĩpoſſibile cāret̃. Sed ꝙ ē neceſſe eſſe, nullo mõ eſt poſſibile. ergo incõueniēs eſt dicere Ari. hũc modũ poſuiſſe de ſubſtantiis ſeparatis ꝑꝑ cõtradictionem incluſam. Quod etiã negauerit tertiũ modũ, probat̃, quia etiam includit contradictionē. Confirmatur etiam hoc, quia *Cō. 41.* cõmentator. 12. met. ĩ q. Ioãnis grãmatici, vult ꝙ motus cũ ſit de ſe poſſibilis poteſt ab alio ꝑpetuari, quia haber eſſe ab alio, ſubſtantia autem poſſibilis non poteſt perpetuari, ergo ſubſtantia perpetua non eſt neceſſaria ab alio. Item, vt dicit cõmentator primo cę. & mũ. ſuper illud *com. 138.* ĩpoſſibile eſt vt nõ generabile cadat ſub corruptione, exponēs illud dicit ꝙ ſi inueniret aliqđ generabile æternum, poſſibile eſſet vt natura poſſibilis tranſmutaretur in neceſſariam. Vlterius imponitur philoſopho, *Tex. c. 138.* quòd voluit ibi primo cœ. & mũ. ꝙ quælibet ſubſtantia hēt ſuũ eſſe ex natura ſua, hęc ſemper, hęc qñq;, ita ꝙ hęc neceſſario ſemper eſt, hæc neceſſario qñq; non eſt, nec aliter poſſunt eſſe, niſi vna natura mutaret̃ in aliam, vel ꝙ duę naturæ cõtrarię ſunt ſimul ĩ eodē vt in eodē lib. 1. de cę. & mũ. &. 12. me. deducit Ari. & cõmentator. Item *vbi. ſupra* ex iſtis. ſ. primo cę. & mũ. & 12. me. oſtenditur ꝙ negauit primum modum ſupra, quia eſſe ſubſtantiæ ſeparatæ vel neceſſariæ attribuitur naturæ eius intrinſecæ, & ita nihil perpetuũ ponit cauſatum, niſi motum in cęlo, & mediante illo indiuidua generabilia & corruptibilia fieri, quę non ſunt neceſſaria, licet ſpecies eorum ſint neceſſariæ. Et ex quo poſuit aliquem ordinem rerum concluditur ꝙ hoc eſt ſecundũ ſecnndum membrum. vel ſecũdũ modũ ſecundũ, ſed in ĩcorruptibilibus dixit ſpēs neceſſario

 eſſe

*primo celi.te.c.98.*

eſſe in vno indiuiduo, ſed incorruptibilibus ſpecies dixit neceſſario eſſe in pluribus īdiuiduis & diuerſis, ita quod ſpecies de ſe ſunt neceſſario incorruptibiles, tamen per accidens corruptibiles, ſicut elementa ſecundũ ſe tota ponit īcorruptibilia, ſed ſecũdũ partes corruptibilia.

*Auer. 2. de anima c. 34.*

CONTRA ISTAM opi. quæ imponit iſta Ari. arguitur primo, ꝙ non negauerit primũ modum, hoc videtur ex intētione eiꝰ ſcđo metaphyſicę, ſempiternorum principia veriſſima eſſe neceſſe eſt, quia aliis ſunt cauſa veritatis, vnũquodq; aũt ſic ſe habet ad eē ſicut ad veritatē, patet ēt ſcđm ipſũ ꝙ omne ſēpiternũ eſt neceſſariũ ex primo cę. & mũ. &. 6. meta. c. penul. Itē. 5. met. nihil ꝓhibet quorũdā neceſſariorũ eſſe alteras cauſas. c. de neceſſario, ſi tamen de ratione cauſati eſſet poſibilitas repugnās neceſſitati (ſicut arguit dicta opi.) contradictio eſſet alicuius neceſſarii eſſe aliq̃ cauſam. Item. 12. met. concludit vnitatem vniuerſi ex vnitate finis, ergo omne aliud ab iſto fine eſt ad ipſum, vt ad finem: ſed cuiuſcunque eſt cauſa finalis, eius eſt cauſa efficiēs, ergo &c. probatio vltimæ propoſitionis: finis non eſt cauſa, niſi inquantum mouet efficiēs ad dandum eſſe, mouet inquam vt amatum, & deſideratum hoc patet ex ratione finis. 5. me. c. 2. propter quem finem agens agit, & propter quem ſcilicet finem amatum agens dat eſſe alii ad ipſum ordinando. Item commen. 12. me. concedit quod eſt ibi cauſa & cātum ſicut intellectum eſt cauſa intellectionis, & Ari. dicit ꝙ mouet, ſicut amatũ & deſideratum balneũ vt in mente mouet ſecundum cōmentatorem effectiue. Item ſaltem obiectum quantũ ad intelligere mouet effectiue, ergo & ad eſſe, qa īponit philoſopho ꝙ poſuit vnãquãq; ſubſtãtiarũ iſtarũ eſſe ſuũ intelligere. Item Aui. expreſſe ponit neceſſariũ ab alio cauſa liter. ergo ſi nō in hoc vidit cōtradictionē, quare debet negari ab Ari. ꝑ cōtradictionē, quā tu ponis. Icē cōmē. de ſubſtātia orbis. c. 3. corpus celeſte nō indiget virtute mouente in loco tm̃, ſed etiā virtute largiēte ī ſe, & ī ſua ſubiecta permanētiā ęternā, & ſequitur poſt de opi. Ariſt. dixerunt quidā ipſũ nō dicere cauſam agentem cęlũ, ſed cauſam mouentē tantũ, & illud fuit valde abſurdum eis. Reſpondet ab eis, ꝙ qui ponunt fundamenta falſa ex rōnibus veriſimilibus, cōtingit ꝙ poſtmodũ cōtradicant eiſdem ex rōnibus veris. Contra, oſtēdiſti Ari. negare primũ modũ, quia videt includere contradictionē, & nũc concedis ipſum ſibiipſi cōtradicere, ſed rōnabilius vr̃ ſibi nō īponere cōtradictoria, ſed ꝙ dicat cōſequenter ad añs falſum cōcedendo conſequēs falſum. Item ꝙ nō poſuerunt ſecundũ modũ, quem imponis ei videtur propter irrationabilitatem illius modi, probo nihil dependet ab alio in eſſendo, a quo non habet eſſe, & ita nec in permanendo ab alio, a quo nō hēt permanētiā, qa ab eodē habet eſſe & permanentiā. Nec eſt ſimile de figuris, & numeris. quia ibi prior licet nō ſit cauſa effectiuus poſterioris, eſt tamen cauſa materialis, ſicut pars quæ eſt potentia in to-

*T.c.4.* — *1. c. 138.* — *2. c. 17.* — *T.c.6.* — *t.c.52.* — *Idem ſenſit auer. in de ſubſtātia. or. c. 2 t. con 2. &. 3. con 36.* — *t. c. 36.* — *Ibidem tertio de anima tex. cō. 15. 9. me. c. 4.*





to, in propoſito aũt non poteſt poni cauſalitas niſi efficientię, & finis ſecundũ Ari. Quod etiā imponit Ari. de neceſſitate ſpecierũ in corruptibilibus, in diuerſis indiuiduis non eſt verũ, niſi quia intellexit neceſſitatē motus cęli eſſe, & ita productionē indiuiduorũ, qñ eſſet talis, vel talis approximatio agentis ad paſſum, neceſſitas. n. eſt conditio exiſtentiæ, non igit̃ cōuenit ſpeciei, niſi indiuiduis, nec eſt ſimile de elemēto ſecundũ totum & ſecundum partē, nā elementũ totum eſt ſingulare per ſe exiſtens, & principalis pars vniuerſis.

*2. de generatione in fine.*

Quod etiam imponitur ſibi, ꝙ nulla ſubſtantia eſt ab alio effectiue, vr̃ manifeſte falſum, de generabilibus, generatio n. eſt ad ſubſtantiam, ergo ipſa generatione ſubſtantia accipit eſſe, quæ prius non fuit, & ita eius, quod producitur eſt cā efficiens, nihil enim ſeipſum producit ad eſſe.

Item, ſi corruptibile ex cā intrinſeca, qñq; neceſſario nō fit, vt ſibi imponit̃, ergo a ſe corrũpet̃ ſine corrũpente exteriori. Imponit̃ ēt. Aui. tertius modus, & ꝓbat̃ ex. 6. meta. vbi dicit ꝙ cātum quantũ ex ſe ineſt ei, vt non ſit, quantum vero ad ſuam cām eſt ei, vt ſit: qđ aũt eſt ei ex ſe apud intellectũ prius eſt nō duratione eo, qđ eſt ei ex alio. Et hoc apud ſapientes vocatur creatio, dare. ſ. eſſe rei poſt non eſſe abſolute. Contra ipſum arguitur quia iſte modus includit contradictionē, quia * ſi ꝑ poſſibile ponit̃ non eſſe, ſequit̃ non tm̃ falſum, ſed ēt impoſſibile ſecũdũ ipſũ. ſ. cām neceſſariā ñ neceſſario cāre & dare eē,

*Ca. 1.* — *ſ. ab Hen.* — *a. l. quia ſi per poſſibile ponatur in eſſe.*

DE INTENTIONE iſtorum philoſophorum Ari. & Auic. neſcio, ſed nolo eis imponere abſurdiora, quam ipſi dicant, vel quam ex dictis eorum neceſſario ſequatur, & ex dictis eorum volo rationabiliorē intellectum accipere, quem poſſum. Reſpondeo igitur ꝙ Ariſ. ſimul & Auic. poſuerunt Deũ neceſſario ſe habere ad alia extra ſe, & ex hoc ſequitur, quòd quodlibet aliud neceſſario ſe hēt ad ipſum. quod quaſi immediate comparatur ad ipſum & non mediante motu, quia cum vniformitate in toto ponit difformitatem in partibus mobilis, & mediāte motu generabilia & corruptibilia difformiter comperantur ad ipſum. Tenendo illud falſum fundamentum Ariſto. ſ. ponendo ipſum eſſe cauſam neceſſariā, nō videtur contradicere ſibi ponēdo cauſatum neceſſariũ. vt vult 5. meta. c. de neceſſario, ꝙ quorundam neceſſariorum eſt altera cā. & 8. phy. & 2. metap. ſempiternorum pro principia ſemper eſſe veriſſima neceſſe eſt, vt argutum eſt, & ita ponit non tantum ſecundum modũ, ſed etiam primum modum.

ARGVO ſic. ponit primũ mouens eſſe infinitę potentiæ, infinita potentia nō poteſt immediate mouere orbem, quia nec in tp̃e, nec in nunc, ergo ponit ꝙ præciſe mouet mediate, illud poteſt intelligi tripliciter, ſed nullus trium modorum eſt poſſibilis, niſi ꝙ producat in eſſe mouens proximũ, quia alia duo ibi improbant̃, igitur intēdit talem productionē ponere. Iſtud ēt probatur, quia Ari. ponit oēs intelligentias immedia-

*t. c. 9. t. 4.* — *8. Phy. T. c. 78.* — *Vt videtur Auc. 12. met. c. 41. quol cœlũ mouetur a duplic. motor.*

te produci a primo contra Aui.
9.met.c.4. quia omnẽ motum
infinitum cauſat infinita po-
tentia, & hoc mediate, nulla au
tẽ alia a prima eſt infinitæ po-
tentiæ, quia quęlibet eſt coniũ-
cta alicui orbi. ergo finita, ergo
quicũq; motus eſt a primo me
diate mouente, & a propria in-
*7.met.cõ.* tentia motrice, immediate mo
*31. 2. de* uente. ergo prima producit illã
*generatio* motricẽ proximam, & ſic intel
*ne anima* ligit illud, intellectus producit
*liũ. & 3.* ab extrinſeco. 16. de aĩalib. qa
licet non poneret primũ agere
ſine ſecundis cauſis, tñ materia
diſpoſita ad effectũ primi prin-
cipij, primum neceſſario ſecun
dum ipſum informat materiã,
ita ꝙ illa informatio eſt vnica
non duæ, ſicut ponendo crea-
tionem, & infuſionem, ſicut ſe-
cundo de bona fortuna dr̃, ꝙ
cã ſeparata hominem ſic diſpo
ſitum immediate mouet ad ſi-
bi proficuum.

Aui. aũt vr̃ ſtatim cõtradice-
re ſibijpſi, ponendo illud eſſe
poſſibile, qa tunc neceſſariũ nõ
*a. l. com-* neceſſario * cõpararet ad illud.
*paratur.* Sed arguit ꝑ Aui. ſi eſt ab alio,
ergo in conceptu quiditatiuo
eius non cadit eſſe, ergo eſt de
*a. l. non.* ſe non poſſibile eſſe, & non *eſ-
ſe, ſicut humanitas non eſt de
ſe vna, nec plures. Conceditur
de iſto modo poſſibilitatis, quę
ſ. poſſibilitas non eſt, niſi quod
ordine naturæ hoc eſt capax hu
ius, & non eſt illud quiditatiue.
Et ex hoc patet reſponſio ad ar
gumentum factum cõtra Auic.
ꝙ quaſi contradicat ſibi, quia
nõ ſequitur tale poſſibile poſſe
*a. l. in.* non eſſe, nec põt poni *non eſ-
ſe, ſicut nec ens non eſſe vnum
Et ſic Ari. concederet poſſibile.
ꝙ eſt neceſſarium ab alio, ſed
poſſibile potentia ante actũ im *t. c. 131.*
probat primo ce. & mun.* *a. l. &.*

Sed qũo primum modum di
cunt ambo. Aui. 9. met. c. 4. &
Ari ſed an Ari. ĩtelligat de vna
tm̃ intelligentia producta, du-
bium eſt, tñ nullum aliud im-
mediate ponit a primo, niſi in
telligentiã, q̃ niſi eſſet mouẽs,
non produceret omnino, quia
ſecundum nullum triũ modo-
rum, quæ habentur ibi.

Itaq; cõcordant Ari. & Aui.
in conſequentibus ex vno prin
cipio falſo, in quo concordant,
ꝙ Deus neceſſario ſe habet ad
qd̃libet, qd̃ eſt extra ſe, ad qd̃
immediate, vel mediante im-
mutabili cõparat. Ad illa q̃ ad-
ducebant prius ad probandũ ꝙ
Ari. negaret primum modum.
Ad primũ, ꝙ nitit probare con
tradictionẽ, forte diceret Ariſt. *Vide. 1.*
poſſibile obiectiue nõ repugna *ſen. diſ. 1.*
re neceſſario, ſi producens ne- *q. 1.*
ceſſario, producit, non enim *In sũma*
requiritur ꝙ realiter poſſet eſſe *ar. 54. q.*
non tale, ſed ꝙ ordine naturæ *3.*
præintelligitur non tale. Hoc
probatur per confirmationem
argumenti, quod adducebatur
ab Henrico, quæ eſt de eſſentia
diuina, quaſi de potentia ſubie
ctiua, ſecundum ipſum, gene-
ratur filius, certum eſt enim ꝙ
iſta potentialitas quaſi ſubie-
ctiua non prohibet neceſſita-
tem, nec quaſi potentia obie-
ctiua filij, quia generans ne-
ceſſario generat. Ad illud qd̃ ad
ducebatur de primo ce. & mũ.
ꝙ vna natura mutaret in aliã,
poteſt dici quòd ſubſtantia ha
bet eſſe permanens, & ideo nõ
datur ſibi ſemper nouum, &
nouum eſſe, ergo a cauſa neceſ-
ſario cauſante ſecundum eum,
datur ſibi natura neceſſaria for
mali-



maliter, & ſic ſi poſſet nòn eſ-
ſe, mutaretur eius natura.

Per idem patet ad illud. 12.
meta. de motu. quia cum ſit de
ſe poſſibilis, non ſolum poteſt
*t. c. 41.* propter hoc ab alio perpetua-
ri, quia ab ab alio eſt, ſed quia
cum hoc ſemper habet eſſe no
*a. l. & ita* uum, & *ita non eſt forma, quę
*nunquam* eſt neceſſario ſe habens, licet
*formam,* neceſſario ſemper ſit, quia mo-
*qua eſt ne* bile totum neceſſario vniformi
*ceſsitas:* ter ſe habet ad dans eſſe vnifor
miter neceſſario ſecundũ iſtos.
Et hæc habitudo neceſſario vni
formis mobilis ad mouens eſt
cauſa motum neceſſario fieri, li
cet motus nunquam habeat eſ
ſe formaliter neceſſarium. Eſt
etiam hæc neceſſitas ineuitabi-
litatis ſine neceſſitate immu-
tabilitatis in motu, ſed ex ne-
ceſſitate ĩmutabilitatis in cau-
ſis ipſius motus. Ita ꝙ, vtraque
auctoritas per hoc ſoluitur. Sed
permanens, ſi eſt neceſſarium,
ſimul habet eſſe, quo eſt forma
liter neceſſariũ, & ita ſi ſit cor-
ruptibile contradictio erit, non
*Ubi ſupra* ſic motus. Vel argumentũ Ari.
cõtra Plato. primo cę. & mun.
procedit ex ſuppoſitione neceſ-
ſarij agentis, & tunc ſic dedu-
co. ſi cęlum poteſt perpetuari,
& ab agente neceſſario, ergo
neceſſario perpetuabitur, huic
autem neceſſario repugnat a-
*a. l. corrũ-* ctus iſte, * corrumpetur. ergo &
*pi, vel cor* potentia ad illum actum, quia
*rumpere.* cuicunque neceſſario repugnat
actus, eidem neceſſario repu-
gnat potentia ad illum actum,
licet non cuicunque contingen
ti, ergo non ſtat potentia ad
*De hoc* corruptionem, niſi ſtet poten-
*17. diſt.* tia ad oppoſita ſimul, & per
*huius.* hoc tenet illa conſequentia de
poſſibili poſito in eſſe, nam ex
poſitione poſſibilis in eſſe, non
ſequitur impoſſibilitas, nec no
ua compoſſibilitas alicui ne-
ceſſario.

QVANTVM ad ſecun-
dum principale pro iſta conclu
ſione, quæ dicta eſt eſſe inten-
tio amborum Ari. & Auic. ar-
guo ſic. in omni differentia en
tis neceſſitas eſt perfectior con-
tingentia, probatio, quia ne-
ceſſitas eſt perfectior in ente in
ſe. ergo in omni differentia en
tis, ergo in illa differentia en-
tis, quæ eſt cauſa, neceſſitas eſt
perfectior contingentia, perfe-
ctiſſima igitur cauſa neceſſario
cauſat. Reſpondetur ꝙ neceſſi-
tas eſt perfectior conditio, vbi
eſt poſſibilis, eſt autem incom-
poſſibilis rationi cauſæ vt cau-
ſa, quia ſic loquimur, & non de
eo, quod eſt cauſa. Contra hoc,
in multis diuiſionibus entis
alterum diuidens eſt perfectũ,
alterum imperfectum, & ex-
trema illa, quę ſunt perfecta in
diuerſis diuiſionibus, aut ne-
ceſſario concomitantur, aut cõ
patiuntur ſe. Exemplum, ſi di-
uidatur ens per infinitũ & infi
nitum, per neceſſarium & poſſi
bile, per potentiam & actum,
actus, neceſſitas, infinitas, aut
neceſſario ſe concomitant, aut
compatiuntur ſe, ergo cum in
diuiſione entis per cãm & cau-
ſatum, cã ſit perfectius extre-
mũ, concomitabit cum eo qd̃-
cunq; ꝑfectius diuidẽt ens, aut
poterit ſtare cum eo, & ꝑ cõſe-
quẽs neceſſitas. Præterea, ſi pri
mũ cãns naturaliter cãret, cãret
neceſſario, & tũc daret neceſſi-
tatẽ ſuo cãto, ſed nulla ꝑfectio
tollit a cãto, pp modũ cãndi ip-
ſius cauſantis æque perfectum,
cauſare aũt voluntarie non eſt

 modus

modus cauſandi minus perfectus, q̃ cauſare naturaliter, ergo pp hoc, quod eſt cauſare voluntarie, non tollitur neceſſario aliqua perfectio effectui. ergo cã cauſans volũtarie poteſt dare neceſſitatem effectui. Confirmatur rõ, quia ſi cãret naturaliter, poſſet producere plures differentias entis. ſ. poſſibile, & neceſſarium. ſi ergo cauſans voluntarie nõ poſſet cãre, niſi tñ ens contingens, videretur eſſe cã imperfecta, quia tunc cauſalitas eius non ſe extenderet ad tot effectus, ad quot ſe extenderet, ſi naturaliter cauſaret. Itẽ, aliqua cauſa neceſſario cauſat, ergo prima cauſa neceſſario cãt ſuum cauſatum. antecedens vr̃ manifeſtũ propter multas cauſas naturales, q̃ neceſſario cãnt ſuos effectus. conſequentiam probo. quia in eſſentialiter ordinatis, poſterius non poteſt habere neceſſitatem; niſi prius habeat eſſe neceſſarium. cõnexiones autem cauſatorum ad ſuas cauſas, ſunt eſſentialiter ordinatę. ergo nulla talis connexio eſt neceſſaria, niſi illa, quæ eſt primi cauſati ad ſuam cauſam, ſit neceſſaria.

*Hen. quol. 5. q. 4.* CONTRA ISTAM cõcluſionem in qua communiter concordant philo. ꝙ prima cauſa neceſſario & naturaliter cauſat primum cauſatum, Arguitur ſic. primum agens nullo *T. c. 49. 61. & 75.* modo perficitur aliquo alio a ſe, agens naturale aliquo modo perficiẽ ſua productione, vel ꝓducto alio a ſe. ergo &c. minor oñditur. quia agens naturale agit pp finem ex. 2. phy. ſed nihil vr̃ agere pp finem, quo nullo modo perficiaẽ. Sed ad iſtud primo rñdeẽ ſecundũ intentionẽ Aui. 6. meta. c. vlti. ꝙ agens perfectum agit ex liberalitate, hoc eſt nõ expectans perfectionem a producto, ſicut expoſita *ſ. q. 3. 2. partis.* eſt intentio liberalitatis. diſt. 2. q. de productionibus. Negandum igitur, videẽ quod aſſumitur. ſ. ꝙ agens naturale perficiẽ eo, quod producit, quia hoc nõ eſt niſi in agentibus naturalibus imperfectis, & cum adducitur, ꝙ agens naturale agit propter finem, non oportet ſecundum phi. agens primum naturale agere pp aliud, q̃ pp ſe, ſed *Vt habetur diſt. 1. huius q. 5* pp ſeipſum, vt pp finem, nec oportet ipſum perfici illo fine. ſed eſſe naturaliter illum finẽ. Alia ẽt reſponſio hr̃ ab Auic. ꝙ ſicut aqua ex ſeipſa eſt frigida. conſequitur autem eam, ꝙ infrigidet aliud a ſe. ita primum agens (ſi ponatur naturale agẽs ſecundũ eos) ex ſeipſo erit ꝑfectũ, ſed ꝑfectionẽ eius cõſequẽ ꝓducere ꝑfectionẽ ĩ alio. ita tñ ꝙ illa productio ꝑfectionis in alio, non ſit finis eius, ſicut nec finis aq̃ eſt infrigidare. Rõ rñſionis reducitur contra iſtas rñſiones. ꝙ ſi aqua non poſſet ſtare in frigiditate ſua abſq; hoc, ꝙ aliquid frigefaceret, non eſſet ſumme perfecta in frigiditate, quia aliquo modo dependeret ab alio ĩ frigiditate ſua. ita igitur hic de prima cauſa in entitate ſua, reſpectu entitatis primi cauſati. Sed iſta reductio nõ multum cogit, quia ſi aqua poſſet producere frigiditatem ꝑ ſe ſtantem, diceret Auic. quod quantumcunque non poſſet eſſe in ſe frigida abſque hoc, ꝙ frigefaceret, non eſſet propter hoc dependentia in frigiditate ſua, ſed perfectio completiua frigiditatis, ex qua neceſſario

pro-



produceret, vel frigus in alio, vel frigus per ſe ſtans. & ita poneret de primo ente reſpectum productionis in alijs. Vltimo videtur, quod iſta ratio poſſet ſic declarari. omne agens naturale, aut actione ſua perficitur in ſe, aut in ſuo ſimili, aut in toto, aut per ſuam productionem natura eius accipit eſſe in alio, hoc enim apparet inductiue in omnibus. intellectus ẽm agens naturaliter perficiẽ ſua actione. ignis naturaliter agẽs perficitur in ſimili, & natura ſua habet eſſe in alio in quo poſſet illa natura eſſe, ẽt igne generante corrupto. & ita videtur neceſſitas generationis in corruptibilibus ſecundum il- *t. c. 34. & 35.* lud ſecundi de anima. generatio eſt perpetua, vt ſaluetur eſſe diuinum, ſol generat vermẽ, licet non perficiatur in ſe, nec natura ſua accipiat eſſe in alio, tñ perficiẽ in ſuo toto, inquantum eſt pars vniuerſi, cuius vniuerſi aliqua pars producitur, & perfectio totius vr̃ eſſe aliquo modo perfectio partis. Deus pr̃ naturaliter producendo filium, licet nõ perficiaẽ in ſe, nec in toto, cuius ſit pars, qa nullius eſt pars, tñ ſua natura accipit eſſe in alio ſuppoſito, vel aliud ſuppoſitum accipit eſſe naturæ. Patet igiẽ inductiue iſta maior diuiſim, licet difficile ſit aſſignare pp quid iſtius maioris. Sed ſi Deus naturaliter produceret creaturam, nullum iſtorũ contingeret. nec enim perficereẽ in ſe ex tali productione, nec in ſimili, nec ĩ toto, nec natura ſua acciperet eſſe in producto. ergo nec creatura naturaliter produciẽ. Scda rõ apponiẽ contra phi. quia potentia reſpiciens aliqd obiectũ ꝑ ſe, & eſſentialiter, nõ neceſſario reſpicit illa, q̃ nõ habent ordinẽ eſſentialẽ, ſed accidentalẽ ad illud primũ. voluntas diuina reſpicit primo bonitatẽ diuinã, ad quam creaturæ hñt ordinẽ contingentẽ, nõ neceſſariũ, qa nõ ſunt neceſſariæ ad conſequendũ iſtã bonitatẽ, nec augent eam. ergo voluntas diuina iſtas creaturas non neceſſario reſpicit.

Quia volens finẽ, nõ pp hoc neceſſario vult aliud eſſe, cuius eſſe non eſt neceſſariũ ad conſequendũ illũ finẽ in ſe. Creaturæ autem non ſunt neceſſariæ ad conſequendam illã bonitatem. ideo &c. Verũ quia quodlibet aliud a Deo hẽt ordinẽ eſſentialẽ ad ipſum, licet nõ ecõuerſo, vr̃ ꝙ maior debet ſic accipi. potentia neceſſario reſpiciẽs aliquod obiectũ primũ, ad nullum aliud neceſſario ſe habet, niſi illud primũ obiectũ ſit rõ neceſſario tenẽdi ĩ illud aliud, tunc ſit minor, bonitas diuina non eſt ratio neceſſaria voluntati tendendi volitione efficaci in aliquod aliud obiectum bonum, quia nec eſt aliud neceſſarium ad conſequendum ipſam, nec etiam auget ipſam, ſiue cum ipſa plus quietat voluntatem. Sed illud æqualiter probatur de voluntate complacentiæ, ſicut efficaci. ſimiliter concludit confirmatio de ſyllogiſmo practico, cui initeris, igitur vel nega neceſſitatem vtriuſq; volitionis creaturæ, vel quære aliud medium ſpeciale, quia nec ſunt neceſſariæ ad conſequendum illam bonitatẽ, nec augent eam, ergo voluntas diuina non neceſſario illas creaturas reſpicit.

Sed

Sed iſta ratio, licet ſit in ſe aliqualiter apparens, tamen videtur contradicere aliquibus dictis arguentis: quia ponit ꝙ voluntas diuina vt reſpicit res in eſſe qditatiuo, neceſſario vult quicquid vult, & tamen res in eſſe quiditatiuo non magis habent neceſſarium ordinem ad bonitatem diuinam, quã res in eſſe exiſtentiæ. Videtur etiam ratio habere aliam inſtãtiam, quia ſicut voluntas diuina hẽt eſſentiam ſuã pro primo obiecto, ita & ĩtellectus diuinus, ergo & intellectus diuinus accidentaliter reſpiceret, quicquid aliud ab eſſentia diuina reſpiceret pro obiecto, & ita videretur ſequi ꝙ Deus non neceſſario ſciret aliud intelligibile a ſe, ſicut non neceſſario vult aliud volibile a ſe. Primam inſtantiam, quia non eſt contra veritatem, ſed contra opinantem cõcedo. Secundam excludendo, confirmo rationem, qa voluntas quę determinatur ad finem, non determinatur ad aliquid eorum, quæ ſunt ad finem, niſi quatenus per ſyllogiſmum practicũ concluditur ex fine neceſſitas illius entis ad finem. ſ. vel neceſſitas eius in eſſe, vel haberi ad hoc, ꝙ finis ſit, vel habeatur, vel acquirat̃, vel neceſſitas eius in diligi ad hoc, vt finis diligatur, vel habeatur. hoc videmus in omnibus voluntatibus, quæ ſunt ipſius finis, quia non oportet propter finem eas determinatas eſſe reſpectu alicuius entis ad finem, ſi tale ens non concludatur per ſyllogiſmum practicum eſſe neceſſarium aliquo iſtorum modorum ad finẽ. ergo cum intellectus diuinus nõ cognoſcat aliud a ſe eſſe neceſſarium ad finem vltimum quomodocunque, voluntas illa ex hoc ꝙ eſt neceſſario finis, nõ oportet ꝙ ſit neceſſario alterius a fine. Quod inſtatur de intellectu, non eſt ſimile, quia intellectum eſſe neceſſario reſpectu alterius obiecti non ponit illud eſſe aliquid ĩ entitate reali aliud a primo obiecto, quia eſſe cognitũ ab intellectu diuino, non ponit illud eſſe in ſe, ſed in intellectu pręſentialiter, non ſic eſſe volitum, immo ponit tũc, vel conſequenter illud habere aliud eſſe a volũtate, & hoc loquendo de volitione efficaci, quia quod ſic volitum eſt a Deo, aliquando eſt in effectu, non eſt igitur intellectus diuinus, ita ſe habens ad intelligibilia alia a ſe, ſicut voluntas ad alia volibilia, quia ille intellectus poteſt eſſe neceſſario omnium intelligibiliũ, quatenus ſunt ſibi pręſentia, nec per hoc ponitur aliquid aliud a Deo formaliter neceſſariũ in eſſe reali. volũtas aũt nõ poſſet eſſe neceſſario aliquorũ aliorum volibilium, niſi illa alia eſſent aliqñ neceſſaria in aliquo eſſe reali alio ab eſſe diuino.

IGITVR POTEST neceſſario complacere in oſtẽſo, non volendo illud eſſe, ſicut intellectus neceſſario intelligit illud, non intelligendo tamen illud eſſe, concedo ꝙ ſimile eſt vtrobique, & tunc cum minor probatur. ſ. ꝙ non requiritur ad conſequẽdũ finẽ, nec argumentũ æque cõcluderet cõtra velle cõplacentiæ, ſicut contra velle efficax. ideo contra ipſum videtur bona inſtantia, ꝙ neceſſario velle concludit rem in eſſe quiditatiuo, cum probatio ſua de ordine



ordine eſſentiali æque concluderet ibi, itaque formetur ratio vt hic ſupra. & minor probatur per illud de ſyllogiſmo practico, quæ probatio concludit de velle efficaci, patet. ſed non de velle complacentiæ, ꝓbatio, quia concluditur voluntatem perfecte amantem ipſam bonitatem complacere in quolibet oſtenſo participante illam. ſicut in intellectu obiectum primũ eſt neceſſario cauſa tendendi in ſecundum, quia manifeſtat ipſum, vt quãdam participationem eius.

ISTIS RATIONIBVS cuiuſdã doctoris aliqualiter ſic fortificatis addo alias rõnes. Et arguo primo ſic. Ens abſolutum quod eſt ex ſe neceſſarium * perfecte. quãtum poteſt cogitari aliquid eſſe neceſſarium, non poteſt non eſſe quocunque alio a ſe non exiſtente, Deus eſt ſumme neceſſarium ſecundum illum intellectum præacceptum. ergo quocunque alio a ſe non exiſtente, nõ propter hoc ſequitur ipſum nõ eſſe. Sed ſi neceſſariam haberet habitudinem ad primum cauſatum, illo cauſato non exiſtente, non eſſet. ergo non habet ad illud neceſſariam habitudinem. maiorem probo, quia ex minus impoſſibili non ſequitur impoſſibilius, ſicut nec ex minus falſo ſequitur falſus. Et hoc probo, quia ſi falſus habeat duplicem rationem falſitatis, & minus falſum tantum vnicam, circunſcribamus a falſiori illam rationem falſitatis, in qua excedit minus falſum, ſtante alia, & a minus falſo illam quam habet; tunc falſius erit falſum,

*a. l. ſumme.*

*Conſidera ſubtilitatem doctoris.*

& minus falſum non erit falſum, quia circumſcripta eſt ratio falſitatis minus falſi. ergo hoc poſito, falſius erit falſum, & minus falſum erit verum. & tunc ex vero ſequitur falſum. Ex hoc etiam patet tunc, quòd ex minus impoſſibili non ſequitur impoſſibilius. Sed tale neceſſarium quale deſcriptum eſt, eſt magis neceſſarium quàm quodcunque aliud neceſſarium ab eo, etiam ſecundum omnem opi. philoſophorum. ergo ex non eſſe cuiuſlibet alterius, quod eſt minus impoſſibile, non ſequitur non eſſe iſtius quod eſt impoſſibilius. Probo aliud aſſumptum, ſcilicet quòd ſi neceſſarium haberet habitudinem &c. quia habens neceſſariam habitudinem ad aliquid, non eſt illa habitudine non exiſtente. non exiſtente autem extremo, non exiſtit illa habitudo, non exiſtente igitur extremo habitudinis, non exiſtit fundamentum. Contra iſtam rationem inſtatur, quia principium deſtruitur deſtructa cõcluſione ex primo priorum, & tamen principium ex ſe videtur eſſe formaliter neceſſarium, concluſio autem non eſt neceſſaria, niſi ex principio, ergo &c. Hæc inſtantia nulla eſt, quia ſtat probatio maioris, quòd ex minus impoſſibili non ſequitur impoſſibilius, ſed nec eſt ſimile ad propoſitum, quia concluſio nõ eſt, niſi quædam veritas partialis principij, qđ habet quaſi totalem veritatem. ſicut ſingulare eſt quædam veritas partialis reſpectu vniuerſalis. In entibus autem ens cauſatum non eſt quædam entitas, quaſi par-

partialis cauſæ, ſed eſt omnino alia entitas dependens ab entitate cauſæ, & ſi ergo aliqua concluſione deſtructa deſtruat principium, non tamen ita erit de entitate in cauſa & cauſato. Ad hoc autem, vt iſtud de principio & concluſione intelligatur melius, poſſunt poni exempla. prima concluſio geometriæ, ꝙ illæ lineæ * trianguli ſic conſtituti ſunt æquales, non videtur eſſe, niſi quoddam particulare iſtius vniuerſalis. omnes lineæ ductæ a centro vſque ad circunferentiam ſunt æquales, & ita in multis alijs, concluſio non videtur eſſe, niſi particulare, vel vnius vniuerſalis, vel multorū, ex quibus ſimul infertur ſicut ſi iungamus iſti iſtam vniuerſalem. quæcunque vni & eidem ſunt æqualia, inter ſe ſunt ęqualia, & licet prędicatum primo cōueniat ſubiecto ipſius vniuerſalis. i. adęquatę nō tamē cōuenit primo tali primitate ſubiecto minus vniuerſalis, nec propter iſtam primitatem in principio, & non primitatem in cōcluſione eſt talis cauſalitas in principio reſpectu cōcluſionis, qualis eſt ī entitatib' vnius entis reſpectu alterius, ita ꝙ illa cauſalitas ī principio ponat veritatem aliam formaliter a veritate concluſionis, ſicut in entibus, entitas cauſæ eſt formaliter alia ab entitate cauſati. primitas autem prædicationis eſt propter primitatē terminorū. & termini ſpeciales, licet non ſint adæquati illis prædicatis, tamen attributio prædicati illis terminis ſpecialibus particulariter ſumptis includit in attributione eiuſdem prædicati terminis communibus vniuerſaliter ſumptis, includitur in quā, ſicut aliquid illius veritatis.

*Euclid es lib 1. a.l. circuli.*

*Prima petitio primi geometrię.*

*Primo poſte. t.c. 12.*

CONTRA, Igitur nulla veritas eſt cōplexa neceſſaria alia a veritatibus primorum principiorum, quod videtur inconueniens. Item, eſt contra te qui ſupra adducis concluſionem habere veritatem neceſſariā cauſatam contra Henr. pro Ariſt.

Secundo arguo ſic. aliquid fit contingenter in entibus. ergo prima cauſa contingenter cauſat. antecedens concedunt philoſophi, conſequentiam probo ſic. ſi prima cauſa neceſſario ſe habet ad cauſam proximam, ſit illa. b. b. igitur neceſſario mouetur a prima cauſa, b. autē eodē modo, quo mouet a prima cauſa, mouet proximam ſibi. igitur. b. neceſſario cauſat mouendo. c & c. mouendo. d. & ſic in omnibus cauſis procedendo, nihil cōtingēter erit. ſi prima cauſa neceſſario cauſat. Iſta ratio ꝑ tractata eſt diſt. 2. q. 1. de infinitate Dei, probando Deum eſſe formaliter infinitum, & ideo non oportet hic amplius immorari.

Reſpōdeo, antecedens eſt verū præciſe de illo qđ dependet ex voluntate noſtra, quantū ad fieri, nihil. n. aliud pōt dici contingēter fieri ab actib' noſtris. Sed de actibus noſtris eſt eadē difficultas eis, & tibi, an. ſ. volūtas noſtra mota a primo neceſſario moueat, niſi ꝙ tu potes ſaluare contingentiam in eius motione a primo. Illi autē nō poſſunt, vt hic arguitur.

Prętерea, & redit in idem, aliquod malum ſit in vniuerſo. ergo Deus non neceſſario cauſat, antecedēs cōcedūt philoſophi.

Iſta ratio, & duæ ſequentes non



non valent cōtra philoſophos. ſed valent nobis infra in materia de futuris cōtingentibus. Si enim eſt opus. igitur nō vult neceſſario aliquod poſſibile. ꝓbatur conſequētia, per iſtas tres rōnes. Iſta ratio, & ſequens de mobilitate in non tempore ſoluuntur ex quodam extra in primo articulo, quod ſic incipit. Arguo ſic. vbi conuincitur eſſe intentio Ariſt. ꝙ non poſſit eſſe proxima cauſa, niſi in tēpore, & motus, & aliorū dr̄ remota, pro quanto debet eſſe a cauſa proxima primo mouenti. vtraque igitur male procedit cōtra philoſophum, quaſi immediate poſſit aliquid præter intelligentiā, quā ꝓducit vnā, vel omnes. Concedo, ſed eminenter: requiritur aūt potētia cauſæ ſecundæ formaliter, vt cā proxima, quia ipſa vt eminenter tm̄ nata eſt eſſe ī cauſa remota. Cū accipitur nō requiritur cōcauſa. Dico ꝙ perfectio aliqua formaliter imperfectior eminēter requiritur, ita ꝙ eadem eminēter habita, non poteſt eſſe ratio proxima producendi, nec tamē per ſe imperfectio in proxima eſt ratio agendi, ſed talis perfectio, quæ tamē eſt imperfectio eſt ratio ſic agēdi. ſ. proximo qđ eſt imperfectius agere, alia perfectio eminentior eſt ratio agēdi, remoto quod eſt perfectius agere.

*diſt. 39. bmus.*

*Vide ſupra infra.*

*De hoc vide. 7. q. quoli. ſubtiliter ad propoſitū.*

Probo conſequentiam. quia agens neceſſario producit effectum ſuum in ſuſceptiuo, quātum pōt produci in eo, effectus primi eſt bonitas & perfectio. ergo ſi neceſſario agit producit bonitatem in quolibet, quantum ipſum ſuſceptiuum poteſt recipere, ſed habens bonitatē tantam, quantæ ipſum eſt capax, nullam habet malitiam. ergo &c. Et ſi iſtud argumentū poſſet euadi de malo in natura (ſicut factum eſt diſtin. q. 2. præallegata) tamen de malo cōtingenter facto, quod. ſ. eſt vitupera bile, non videtur poſſibilis euaſio, quin ſi aliquod tale malum eueniat, quod. ſ. ſit vituperabile, ac ex hoc ſequatur, ꝙ cōtingenter eueniat, cauſa prima non neceſſario cauſat, ſicut oſtēdit iſta deductio. Item. omnis cauſa neceſſario agens agit ſecundum vltimum potētię ſuæ, quia ſicut non eſt in poteſtate ſua agere, & non agere, ita nec intenſe & remiſſe agere, ergo ſi prima cauſa neceſſario cauſat, cauſat quicquid poteſt cauſare. poteſt autem cauſare ex ſe omne cauſabile, vt probabo. ergo cauſat omne cauſabile. ergo nulla cauſa ſecunda aliquid cauſat. Iſtam ſecundam conſequentiam probo, quia cauſa prior prius naturaliter reſpicit cauſatum, quàm cauſa poſterior, ex prima propoſitione de cauſis. ergo in illo priori, ſi totaliter cauſat, totum illud quod in ſecundo ſigno deberet cauſari a cauſa ſecunda in ſecundo ſigno in quo deberet cauſa ſecunda cauſare, nulla eſt poſſibilis actio cauſæ ſecundæ, quia iam præintelligitur totus effectus cauſatus a cauſa prima. Aſſumptum in argumento, quòd poſſit cauſare omne cauſabile, probo, quia habet potentiam cuiuſcunque cauſæ ſecundę, totam etiam, quæ eſt in cauſa ſecunda, quantum ad quodlibet ꝑfectionis, quod eſt in quacunque cauſa ſcđa, ſicut deductū eſt in qōne prius alle-

*r:ce. t.c. 116.*

*Cōtra. de patre & filio reſpectu ſ.ſ:*

gata de infinitate in via prima ſumpta de efficientia, nõ requiritur autem cum cauſa efficiente aliqua imperfectio, ſed tantum perfectio, quia cauſare effectiue eſt perfectionis ſimpliciter. ergo primum habens in ſe cauſalitatem omnem cauſæ ſecundæ quantum ad quodlibet, quod eſt perfectionis, poteſt īmediate cauſare ex ſe omne cauſabile, ſicut & cum cauſa ſecunda. Et ſi conſequens vltimum. ꝙ. ſ. cauſæ ſecundæ priuentur actionibus ſuis, non habeatur pro inconuenienti. duco ad maius inconueniens, ꝙ cauſabit, & omnia, & vnum ſolum, ita quod omnia erunt tantum vnum, quia ſicut cauſabit omnia cauſabilia, propter hoc quod cauſat omnia, quæ poteſt cauſare. ita etiam in quacunq; cauſatione cauſabit quantum poteſt cauſare, & ita perfectiſſimum, & ita omnia illa erunt illud vnum cauſatum, & tũc omnia erunt vnum.

*Secundum theo. non tamẽ philoſophos vt inquit Auer. 9. Met. c. 7.*

Item, primitas adæquationis includit totum ordinem multorum, ad quæ cauſa ſe extẽdit, ſicut alibi dicis de primitate trium perſonarum ad eſſentiã, & alia perſonæ primæ ad eandem. Ita hic, & tunc eſt in potẽtia propinqua ad ſecundũ, quãdo primum poſitum eſt. & tantum agit ſecundum, quantum poteſt ipſum agere.

Per idem medium ex neceſſitate cauſandi, & vltimata cauſatione, ſequitur ꝙ mouebit in non tempore, aut ſaltem mutabit cęlum in non tempore, ita ꝙ cęlum non proprie mouebitur. Nec valet illa reſponſio tacta ſupra. q. prællegata de infinitate, quia iſta virtus infinita habet omnem perfectionem cauſæ efficientis in ſe, quam ipſa habet cum cauſa ſecunda ꝓxima. & ideo ſequitur ꝙ immediate poteſt cauſare omnem illũ effectum in cęlo per ſe, quẽ poteſt cauſare cũ intelligentia. ergo & cauſat, ſi neceſſario agit quicquid poteſt. & vltra ſi cauſat illud immediate. ergo mutat & in non tempore, quia potentia infinita agens ſecundũ vltimum potentiæ ſuæ non poteſt agere in tempore. ſi autem aliquis motus cęli poteſt eſſe in non tempore ab iſto mouente, igitur eſt, & ſi hoc. ergo nulla eſt generatio, & corruptio in inferioribus, quę ſunt contra philoſophos. igitur illa, ex quibus ſequuntur iſta, ſunt falſa ſecundum philoſophos.

*Quia in æternis nõ differt poſſe ab eſſe tertio phy. t. c. 32.*

Item, cauſa ſecunda non tollit a prima proprium modum cauſandi eius. Reſpondeo proprius modus cauſandi eius eſt mediante cauſa ſecunda cauſare, & non immediate. Poſſet dici aliter ad primum inconueniens. ſ. ꝙ primum transferret cęlum in inſtanti ꝙ hoc non ſequitur, quia corpus non eſt ſuſceptiuum translationis inſtantaneæ. ideo virtus quæcunque non poteſt in hoc. & præcipue patet hoc in circulatione, quia ſi in nunc circulatur quælibet pars lati, erit in eodem inſtanti in eodẽ ſitu, in quo fuit prius, alioquin ſi pars non redeat omnino ad ſitum eundem, & poſtea quando complebitur circulatio, perueniet, igitur circulatur in tempore. ſequitur ergo, ꝙ ſi in nunc circuletur. ꝙ in illo nunc quælibet pars ſit in eodẽ ſitu, & quantum ad totum, & quantum ad partes, igitur circulare



lare in nunc; eſt non circulare, nec omnino mutare. Hæc ſecũda ratio bene probat, ꝙ non ponendo mouens coniunctum, ipſum primum etiam ſi ſit potentiæ infinitæ, non poterit ſphæram circulare in nunc, ſed nec in tempore propter probationem Ariſt. quia tunc finita potentia transferret in æquali tẽpore. Ex quibus ſequitur, ꝙ infinita potentia non poteſt omnino immediate ſphæram circulare. & tamen videmus eam circulari. hæc igitur eſt neceſſitas Auer. ponendi mouens coniunctum. i. immediatum, & finitum. ſine quo primum nihil transfert ſphærice. quia non poteſt niſi mediate agere propter ſui perfectionem, & imperfectionem effectus, inter quæ neceſſario requirit̃ cauſa proxima medians. Contra iſtud quæro quid eſt primum mouere mediate? aut enim quia producit cauſam proximam mouentẽ, cui dando eſſe dedit virtutem finitam mouentem, aut ſi ſecũdum eſt a ſe, primum dat ei virtutem & influentiam aliquam qua mouet, aut tertio, quia primum & ſecundum eundẽ effectũ cauſant ordine quodã abſque hoc, ꝙ cauſa ſecunda aliqd recipiat a prima, ſi tertium, ſequitur, ꝙ finita potentia ſine aliqua cauſa ſecunda mouebit in æquali tempore cum infinita; mouente tamen cauſa ſecunda. Si ſecundum, ſequitur ꝙ illud influxum ſit aliud a natura ſecundæ cauſæ, igitur ſi negatur primum habere motum pro ꝓximo effectu, eſt contra tertiũ. & in nulla intelligẽtia eſt actio contra ſecundum, & ſi dicat̃ primum eſſe de mente Ariſt. & ꝙ ipſum exponit Auic. 9. Meta. de ordine intelligentiarum. & tũc infinitas motus reducat̃ in primum, quia etiam infinitas durationis ſecundæ cauſę eſt a prima ſemper cauſante. ſicut filius ſemper gignitur, primũ autẽ ex ſe eſt durationis infinitę. ſed ſucceſſio reducatur in virtutẽ finitam mouentis proximi, ita ꝙ non ob aliud eſt ibi primũ mouens, niſi quia dans eſſe mouẽti, ſic bene ſaluatur primum efficiens, & vltimus finis, qa amatus propter ſe a ſecundo mouente, ſed non primum mouens, niſi remotum, & dans eſſe mouenti proximo.

*8. phy. t. c. 79.*

*com. 41. 12. Met.*

*Dubitatio notabilis.*

AD QVAESTIONEM quantum ad exponentem negatiuam iſtius excluſiuæ Reſpondeo concedendo concluſiones iſtarum rationum, quarum licet forte aliqua non conuincerent philoſophos, quin poſſent reſpondere, ſunt tamen probabiliores illis quę adducuntur pro philoſophis, & forte aliquę neceſſariæ. Dico tamẽ quãtum ad iſtam partem, ꝙ nihil aliud a Deo eſt immutabile, loquendo de mutatione, quæ eſt verſio, quia nihil aliud eſt formaliter neceſſarium, quodlibet etiam aliud eſt mutabile ſubiectiue, niſi propter imperfectionem negatiuam, puta vltimũ accidens, quod nullius perfectionis eſt capax, ꝓpter ſui imperfectionem, vt puta ſi ſit aliqua relatio non eſt mutabilis ſubiectiue, quia non poteſt eſſe ſubiectum alicuius, hoc eſt, qa eſt imperfectum negatiue. i. nõ capax alicuius perfectionis, ſed nihil aliud a Deo propter perfectionem ſui, eſt immutabile, quia ſi aliquid eſt tale, hoc maxime

xime eſſet prima intelligentia, ſed illa eſt mutabilis ab intellectione ad intellectionem. probatio, poteſt enim habere intellectionem cuiuſcunque intelligibilis, quia hoc poteſt intellectus noſter habere. non autem vnicam omnium, quia tunc illa eſſet infinita. ex diſt. 2. quæſt. 1. nec infinitas ſimul omniū intelligibilium, quia tunc intellectus habēs eas in actu ſimul diſtincte, videretur eſſe infinitus. ergo poſt intellectionem vnius intelligibilis habere poteſt alterius intelligibilis intellectionem. ergo eſt mutabilis.

*Clarius vide i 2. ſen. diſt. 3. q. 11. de hoc.*

AD ARGVMENTA pro opi. philoſophorū poſita. Ad illud quod arguitur de mutatione primi. ſi non neceſſario ſe habet ad proximum ſibi. Reſpondeo, ꝙ voluntate antiqua pōt fieri nouus effectus ſine mutatione voluntatis. ſicut ego volitione mea eadem continuata, qua volo aliquid iam fieri, faciam illud tunc, pro quando volo illud facere, ita Deꝰ in æternitate voluit aliqd aliud a ſe eſſe, ꝑ aliquo tēpore, & tūc illud creauit, pro quādo voluit illud eſſe. Et ſi obijcias, ſecundum Auer. 8. phyſi. ꝙ ſaltem expectabit tempus. ſi non ſtatim ponat effectum in eſſe, quando vult illum eſſe. Et præter hoc ſecundum eundem alibi. indeterminatum contingentia ad vtrumlibet, talem indeterminationē ponit, ꝙ ſic indeterminatū nō poteſt ex ſe exire in actum, vt videtur. ergo ſi in Deo erit talis contingentia ad cauſandū, non videtur poſſe ex ſe determinari ad cauſandum. Ad primum reſpondeo. exiſtēs in tēpore, & volens, aut vult efficaciſſima volitione, non reſpiciendo tempus, pro quo vult illud eſſe, aut vult illud eſſe pro aliquo tempore certo. ſi primo modo, ſtatim poneret volitum in eſſe, ſi voluntas ſua ſit perfecte potens. ſi ſecundo modo poſito ꝙ voluntas eius eſſet ſimpliciter potens, nō ſtatim poneret rem in eſſe, ſed pro tunc quando vult illud eſſe, expectaret igitur tempus, quia eſt ens in tempore, ſed applicādo ad Deum auferēdæ ſunt imperfectiones. ſi enim voluntas eius potens eſt, tamē voluntas eius non habet eſſe in tempore, vt expectet tempus, pro quo producat volitum, quod vtiq; non vult neceſſario tūc eſſe, quādo vult, ſed vult eſſe pro tempore determinato, quod tamē nō expectat, quia operatio voluntatis eius non eſt in tempore. Et cum dicis ſecundo de indeterminatione cauſæ contingenter cauſantis. dictū eſt aliàs de duplici indeterminatione. ſ. potētiæ paſſiuæ & potentiæ actiuæ illimitatæ. Deus non eſt indeterminatus prima indeterminatione ad cauſandum, ſed ſecunda, & hoc non tantum ad plura diſparata, ad quorum quodlibet eſſet naturaliter determinatus, ſicut ſol ſe habet ad multos effectus ſuos, in quos poteſt, ſed indeterminatus ad contradictoria, ad quorum vtrumlibet poterat ex libertate ſua determinari, & voluntas noſtra eſt indeterminata hoc modo indeterminatione virtutis actiuæ ad vtrumlibet cōtradictoriorum, & ex ſe poteſt determinari ad hoc, vel ad illud. Et ſi quæras. quare igitur voluntas diuina magis determinatur ad vnum contradictoriorum q̄ ad alterū? Reſpon-

*Cō. 8. & inde Idē cō. 6. & 15.*

*Vide. 7. diſtin. ſupra.*

*1. c. 9. Vt inquit Aue. 12.*



*Met. c. 53. quòd cum fuerit ita in voluntarijs non eſt quærēda alia cauſa.*

Rñdeo indiſciplinati eſt q̄rere oīum cās, & demōſtrationē ſecundū philoſophū, 4. Met. principij. n. demōſtrationis non eſt demōſtratio. immediatū autē principium eſt voluntatē velle hoc, ita ꝙ nō eſt aliqua cā media inter iſta, ſicut immediatū eſt, calorē eſſe calefactiuū, licet hic ſit naturalitas, ibi aūt libertas. & iō huius quare, voluntas voluit hoc. nulla eſt cauſa, niſi qa volūtas eſt volūtas. ſicut huius, quare calor eſt calefactiuꝰ, nulla eſt cā, niſi quia calor eſt calor, qa nulla eſt prior cā. Et ſi dicas, qūo hic poteſt eſſe immediatio cum ſit contingentia ad vtrūlibet? dictū eſt aliàs in qōne de ſubiecto theologiæ, ꝙ in cōtingentibus eſt aliquid primū, qđ eſt immediatū, & tñ cōtingēs, quia nō ſtatur ad neceſſariū, non. n. ex neceſſario ſequitur cōtingens, & ideo hic oportet ſtare ad iſtam, voluntas Dei vult hoc, q̄ eſt contingens, & tñ immediata, quia nulla alia cā prior eſt rōne volūtatis, quare ipſa ſit huius, & non alterius. Per hoc apparet ad illud quod Auic. adducit, ꝙ actio ſua eſt in eo ꝑ eſſentiam, & nō eſt in eo accidentalis. verū eſt, quia ſuū velle eſt ſua eſſentia, tñ contingēter tranſit ſupra hoc obiectū, vel illud, ſicut infra de futuris contingentibus dicetur. Per idē apparet ad argumentum principale, quia cum neceſſitate Dei ſtat quòd illud, ad quod immediate ſe habet ſit mutabile, quia immediate ab immutabili eſt mutabile ſine mutatione immutabilis, quia contingens habitudo eſt immutabilis ad proximum ſibi, & ideo extremum illius habitudinis eſt contingens, & mutabile, licet fundamentum ſit immutabile.

*In prologo. q. 3.*

*1. Prior. c. 14.*

*diſt. 39.*

AD ARGVMENTA poſita pro philoſophis. Ad primum, de illis diuidētibus ens, dico ꝙ neceſſarium eſt conditio perfectior in omni entitate, quàm poſſibile, cui conditio neceſſitatis eſt cōpoſſibilis, nō eſt aūt perfectio in illa entitate, cui non eſt compoſſibilis, quia cōtradictio non ponit aliquam perfectionem, & hoc nō eſt ex ratione ſui, ſed ex* ratione illius entis cui repugnat. & ita dico ꝙ neceſſitas repugnat omni reſpectui ad poſterius, qa ex quo omne poſterius eſt nō neceſſariū, primū non pōt habere neceſſariam habitudinem ad aliquod eorum. Et cum dicis, ꝙ omnia diuidentia perfectiora concomitātur ſe, dico quòd hoc eſt verum de diuidentibus, quæ dicunt perfectionem ſimpliciter, & ad ſe, vt actus, & infinitas, & huiuſmodi. Non autem de illis quæ dicunt reſpectum ad aliquid poſterius, quia habere neceſſariam habitudinem ad aliquid tale non eſt perfectionis, quia non ſtat cum perfecta neceſſitate illius, quod dicitur habere talem habitudinem. Hoc confirmatur, quia talis habitudo non eſt formaliter infinita, cum tamē infinitas ſit nobilius extremum in diuiſione entis. Ad aliud cum dicitur. ſi naturaliter cauſaret, neceſſario cauſaret, & tūc daret neceſſitatem ꝓducto &c. dico quòd tunc ſequitur, quòd neceſſario cauſaret, ſicut ex antecedente includente incōpoſſibilia ſequitur conſequens includens incōpoſſibilia. in antece-

** l. poſitione.*

*Nota quod hoc eſt theologicũ contra philoſophos tamen en negaret Auer. 7. me. cõ. 31.*

tecedente enim repugnat huic ꝙ eſt cauſare modus ille, q. eſt naturaliter, quia cauſare dicit ꝓductionẽ diuerſi in eſſe, & ita contingenter naturaliter dicit modũ cauſãdi neceſſariũ, & ita reſpectu neceſſarii, & ideo ſequitur cõſequẽs ĩcludẽs ſimul duo oppoſita, rõne cãtionis, & modi cauſandi, hoc modo prima ꝓpõ eſt vera. & cum addis. nulla ꝑfectio tollitur a cauſato propter modum perfectiorẽ cauſandi ipſius cauſæ. cõcedo, nec mod⁹ cauſandi volũtarie tollit aliquã ꝑfectionem a cauſabili, ſed tollit a cauſabili neceſſitatẽ, quę eſt in ſe perfectio, ſed incõpoſſibilis cauſabili, & dat perfectionẽ cãto compoſſibilẽ ſibi, ſicut volũtarie in cauſatione dicit modũ cõpoſſibilẽ cauſationi. Per hoc apparet ad confirmationem de pluribus differẽtiis entis ꝓducibilibus, dico ꝙ ens cauſabile non poteſt habere differentias iſtas neceſſarium, & poſſibile eſſe: ſed omne ens cauſabile eſt tm̃ poſſibile, & ideo nõ eſt impfectionis in cauſa, nõ poſſe cauſare iſtas differẽtias, qa ad impoſſibile nulla eſt potentia. Similiter, ſi per impoſſibile naturaliter cauſaret, & ideo neceſſario non produceret plures differentias entis, quia tantũ produceret neceſſaria nõ cõtingentia. Ad vltimũ dico, ꝙ nulla eſt cõnexio cauſati & cauſæ ſecundæ ſimpliciter neceſſaria, nec aliqua cauſa ſecunda cauſat neceſſario ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid. prima pars apparet, quia quęlibet dependet ab habitudine primæ cauſæ ad cauſatum. Similiter nulla cã ſcd̃a cauſat, niſi prima cã cauſãte cauſatũ eius, & hoc prius naturaliter q̃ ipſa cã proxima cauſat. prima aũt non cauſat, niſi contingenter. ergo ſecunda ſimpliciter cõtingenter cauſat, qa depẽdet ab ipſa cauſatione primi quę ſimpliciter contingens eſt ſecunda pars .ſ. de neceſſitate ſecundũ quid, patet. qa multæ cauſæ naturales, quãtum eſt ex parte earum, nõ poſſunt non cauſare effectus, & ideo neceſſitas eſt ſecundũ qd, q̃tũ. ſ. eſt ex pte earũ, & nõ ſimpliciter: ſicut ignis, quãtũ ex parte ſui, nõ põt non calefacere. tamen poteſt abſolute non calefacere, Deo non cooperante, ſicut perfecte apparuit de trib⁹ pueris in camino.

## DISTIN. IX.

CIRCA diſtinctionem nonam quęritur vnum, ſcilicet vtrum generatio filii ſit ęterna in diuinis. Quod non, quia vbi idem eſt eſſe & duratio, ſi aliquid eſt principium eſſe & durationis. ſed pater eſt principium eſſe filij, quia principium diuinitatis ſecundum Aug. 4 de tri. ca. 17. vel. 54. ergo eſt principium durationis filii.

Pręterea Auguſtinus. 15. de trini. cap. 15. vel. 40. Imperfectionis eſt in verbo noſtro, ꝙ eſt formabile antequam formetur, ergo imperfectionis videt̃ in verbo, quod eſt formari. hoc igitur non competit verbo diuino. Præterea, ſi generatio filii eſt ęterna, ergo filius ſemper generatur, ergo filius nunquã genitus eſt. & ita nunquam eſt filius: hæ duæ conſequentiæ probantur per Auguſtinum. 83. q. q. 37. Qui ſemper naſcitur nũquam



quã natus eſt, ergo ſi filius ſemper naſcitur, nunquam natus eſt, vltra quod nunquam natũ eſt, nunquam eſt filius igitur ſi filius ſemper naſcitur, ergo nũquam eſt filius. Oppoſitum Ambro. 1. de trini. cap. 6. & ponitur in litera. Si pater prius erat De⁹, & poſtea genuit, generationis acceſſione mutat⁹ eſt, auertat Deus hanc amentiam, ſemper igitur habuit filium. Similiter auctoritas Hyla. in litera. inter gignere & gigni nullum eſt medium .ſ. durationis. ſi igitur proprium eſt patri ſemper genuiſſe, proprium eſt filio ꝙ ſemper genitus eſt. *1 7.ri.*

AD QVAESTIONEM dico ꝙ ſic, quia generatio non eſt ibi ſub ratione mutationis (ſicut dictum eſt di. 5. q. 2.) ideo non habet terminos correſpondentes terminis generationis mutationis, ſcilicet eſſe poſt nõ eſſe, propter quos terminos repugnat generationi mutationi ęternitas, quia non poſſunt ſimul eſſe, ſed alterum ante alterum, ergo non ęternitas, ſed tãtum eſt ibi generatio. productio in eſſe ſubſtãtiæ per modũ naturæ. Ex hoc oſtendo ꝙ ſit ęterna, quia agens omnino ſufficiens, hoc eſt a nullo dependens, & producens per modum naturæ, habet productionem ſibi coæuam. & etiam productũ perfectum, ſi non agit per motum, ſed pater generans producit per modum naturæ, & eſt agens omnino ſufficiens, a nullo dependens, igitur habet generationem ſibi coęuam, igitur & genitum: quia non producit per motum. maior apparet, qa quod producens pręcederet ſuã productionẽ, hoc nõ poſſet eẽ, vt videtur, niſi, quia vel in ptãte eius eſſet agere & non agere, vel quia ſi ex ſe determinaretur ad agendum, tamen poſſet impediri propter defectum alicuius a quo dependet in agendo. hæc omnia excludunt̃ per ea quæ poſita ſunt in maiore, ſcilicet eſſe agens ſufficiens, & producere naturaliter. ſi enim iſtis poſitis pręcederet productum, hoc eſſet quia producens produceret per motum. igitur iſtis amotis & motu, non tantum productio eſt ſibi coæua ꝓducenti, ſed etiam productum. minor apparet, quãtum ad omnes conditiones, quia generans naturaliter gñat. & eſt ꝓducẽs omnino primũ, igitur a nullo alio dependet in producẽdo, & naturã ſuã nullo modo cõmunicat per motũ, quia nõ poteſt eſſe motus in natura illa. Per iſtam rationem tenet illud exẽplum Aug. 6. de tri. c. 1. de magnis, vel. 2. de paruis. de igne, & ſplẽdore, ꝙ ſi ignis eſſet ęternus haberet ſplẽdorẽ ſibi coæuũ. Iſtud exemplũ declaro ſic. qñcũq; concurrunt in aliquo rõ cõmunioris & minus cõis, qcquid in illo ſequit̃ per ſe rõnẽ cõmunioris, ſequit̃ etiã eã, vbi inuenit̃ abſque rõne minus cõmunis, hoc apparet in omnibus cõmunibus hñtibus ꝓprias paſſiones, & eorum ĩferioribus, igitur ſi in creatura cõcurrat ratio cauſantis naturaliter, & ratio ꝓducentis naturaliter, quicquid ſequitur creaturam ratione huius cõmunioris, quod eſt producere naturaliter, ſequitur etiam eam vbi inuenitur ſine cauſatione naturaliter, ſed ꝙ ignis habeat ſplendorem ſibi coæuum hoc non ſequitur ipſum pręcise

 per

per hoc ꝙ eſt cauſans naturaliter, ſed ex hoc, ꝙ eſt producẽs naturaliter, quia ſi per impoſibile non cauſaret illũ, ſed ꝓduceret ita ꝙ ſplẽdor eſſet eiuſdem naturæ cũ igne, adhuc non minus ſequeret̃ coæuitas. igitur vbi eſt vere ratio producentis naturaliter ſine ratione cauſantis naturaliter (ſicut eſt in diuinis) ibi vere ſequitur producens habere productũ naturaliter ſibi coęuum. Iſta ſolutio etiam cõfirmatur accipiendo illud, quod reperitur perfectionis ſparſim ĩ generationibus diuerſarũ creaturarum, & relinquẽdo ea, quæ ſunt ĩperfecionis. ĩ generationibus. n. ſucceſſiuorũ, hoc eſt perfectionis in eis, ꝙ dũ fiunt ſunt imperfectionis eſt in eis ꝙ non manent, ſed habent eſſe tantũ in fluxu partis poſt partem. In generatione permanentiũ, hoc eſt perfectionis ꝙ manent, & ĩperfectionis ꝙ non ſunt dum fiunt, quia hoc ponit imperfectionem in faciente. quia non eſt perfectum faciens, ſimiliter ĩ facto, ꝙ neceſſario habet eſſe poſt nõ eſſe. & in indiuiſibilib⁹ ſucceſſiuorũ hoc eſt perfectionis. ꝙ dũ fiũt ſunt, & tota ſimul ſunt. ſed imperfectionis, ꝙ raptim tranſeũt. Aggregando igit̃ perfectiones, habebitur genitũ quod ſimul generabitur, & erit & permanenter erit, hoc eſt genitũ generari, & perfecte eſſe in nunc, perfecte ſtante quod eſt nunc ęternitatis, hoc eſt ꝓpriũ.

*doctrina ſingularis peripatetica ex. 4. phyſi. &. 5. &. 6.*

*T. cõ. 1. in prin.*

Ad primum argumentum dico, ꝙ principium dicitur multipliciter, ſicut apparet. 5. meta. c. 1. & ſi accipiat eodẽ mõ, bene põt cõcedi, ꝙ ſi ſit principiũ alicuius, ꝙ ſit principiũ illius, quod eſt idẽ ipſi, ſed principium nõ conſueuit cõſtrui cũ hoc, quod eſt durationis, pro principio originis, ſed tm̃ pro principio, ꝙ ſit quaſi terminus illi⁹ durationis, a quo ſicut inſtãs dicit̃ principium temporis. & ſiue hoc ſit ex vſu ſermonis, vel ex virtute ſermonis. non cõcederetur iſta, pater eſt principium durationis filii ſine determinatione. ſed bene concederetur iſta, pater eſt principium originatiuum ęternitatis filii. Quando igitur arguis per identitatem eſſe, & durationis, quia quicquid eſt principium vnius, & alterius, concedo, ſi principium vniformiter accipitur reſpectu eſſe, & durationis. ſed ly, principium, non conſtruitur cum ly. durationis, in ratione talis principii. in ratione qualis principii. ly. principium conſtruitur cum ly. eſſe, quia reſpectu eſſe, eſt principium originatiuum. Et ideo non ſequitur, ſed eſt fallacia æquiuocationis. vel amphy. ſed ad hoc vt conſequentia teneat, oportet determinare principiũ in conſequente per hoc. quod eſt originans, vel originale, ſic pater eſt principiũ originale durationis filij. quod cõcedo, vt dictum eſt. Ad ſecundum dico, ꝙ verbum noſtrũ eſt dupliciter in fieri. Vno modo eſt in fieri ꝙ eſt ꝓpria gignitio ipſius verbi. Alio modo eſt in fieri. ꝙ eſt propria inquiſitio præcedens illam gignitionem illius verbi, quam ĩquiſitionẽ Au. vocat cognitionem volubilẽ, ꝙ verbũ noſtrũ ſit in fieri hoc ſecundo mõ, hoc eſt imperfectionis. & ex parte verbi. quia ponit nouitatem. & ex parte intellectus noſtri. quia ponit imperfectam cauſalitatem. & hoc modo verbum diuinũ non eſt in fieri.

*Vide. 27. & 28. di. huius ad hoc.*



& ideo concedit Augu. verbum noſtrũ cogitatione formari ita ꝙ pri⁹ ſit formabile, q̃ formatũ in illa inquiſitione prima, ſed ꝙ verbum noſtrũ ſit in fieri, q̃tũ ad gignitionẽ. nõ eſt imperfectionis, immo eſt neceſſariũ ad ꝑ ſe rõnẽ verbi, & erit ẽt ĩ *patria, & ita nõ eſt imperfectionis in verbo ęterno ſemper eſſe in fieri. i. gigni abſq; oĩ inquiſitione p̄uia.

*a. l. in prima.*

*c. 1. & 13*

Ad tertiũ dico, ꝙ Aug. vr̃ negare filiũ ſemꝑ naſci. in q̃ōne p̄allega cũ tñ Origenes dicat oppoſitũ, ſicut allegat magiſter in litera ſuper illud Hier. 11. Inuenta eſt. Gregorius tñ moralium, 29. ſuꝑ illud Iob. 38. Sciebas qñ naſciturus. vr̃ dicere aliqua, quib. poſſunt iſta dicta cõcordari, non poſſumus inquit dicere, ſemper naſcit̃, ne imꝑfectum aliquid videatur. ne inquit aliquid videat̃ imꝑfectũ, non dixit, imperfectio eſt, ſi dicat̃ ſemper naſci. ſed vr̃ ſignificari imperfectio, hoc eſt iſte ſermo. ſemper naſcit̃, non ſignificat generationem eſſe ita perfectam. ſicut ſermo iſte. ſignificat eandem eſſe perfectam, ſemꝑ eſt natus. iſta enim, ſemper eſt natus, magis exprimit veritatẽ, q̃ iſta. ſemper naſcitur, licet vtraq; ſit vera. Ad cuius intellectum ſciendum eſt ꝙ verba cuiuſcunq; temporis dñr de Deo vere. ſiue ſignificent actus ꝑſonales, ſiue eſſentiales. ſicut patet per Aug. ſuper Io. homi. 99. ſuper illud Io. 16: non enim loquitur a ſemetipſo, ſed quęcunque audiet loquetur. audiet inquit Aug. de ſpiritu, quod vtiq; audiuit & audit. quia ſ. ſ. audire eſt a patre filioq; procedere. & per conſequens quod audiet audiuit, & audit, ſicut qđ ſcit, ſciuit, & ſciet. igitur vult ipſe dicere, ꝙ verba omnium temporum, vere dñr de Deo, & illud apparet per illud quod adducit magiſter in litera diſ. 8. c. 2. Sed quid ſignificant iſta verba diuerſorum temporum, cũ dicuntur Deo? Reſpondeo de magis proprie poſſunt dici cõſignificare nunc ęternitatis, quã differentias temporis. non tamen illud nunc abſolute. quia non eſſet variatio, tunc diuerſorum modorum temporis ſignificandi, ſed inquantum coexiſtit partibus temporis, vt cũ dicitur, Deus genuit, conſignificatur nunc ęternitatis, vt ſic ſit ſenſus. Deus habet actum generationis in nunc ęternitatis, inquantum illud nunc coexiſtebat p̄terito. Deus generat, hoc eſt habet actum in nunc ęternitatis, inquantum nunc ęternitatis coexiſtit præſenti. & ex hoc patet, quod cum illud nunc, vere coexiſtat cuilibet differentię temporis, vere dicimus de Deo differẽtias omnium temporũ. Expreſſius tñ ſecundũ beatum Gregoriũ ſignificat̃ diuinæ generationis veritas per hunc ſermonẽ, ſemꝑ natus eſt, q̃ ꝑ iſtũ ſermonem. ſemper naſcitur, q̃a per ly, natus, ſignificatur natiuitas, vt perfecta, ſed cum ly, ſemper, ſignificatur, vt perfecta cũ omni parte temporis coexiſtere, & ita non tantum ſignificatur omni parti temporis coexiſtere, ſicut ſignificatur per iſtã, ſemper gignitur. ſed ſignificatur etiam omni parti temporis coexiſtere, ſub ratione ꝑfecta, & in hoc videtur expreſſiſſime ſignificari veritas huius proceſſionis.

## DISTINC. X.

CIRCA iſtã diſtinctionem decimã quæro vnũ, vtrũ. ſ. ſpiritus ſanctus producatur ꝑ modum voluntatis? quod non, q̃a natura eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans, ſecundum illam communẽ ſcriptionem naturæ. ſpiritus ſanctus eſt ſimilis producenti. igitur producitur per naturam, & ita non per voluntatem. Item Auer. 8. phyſi. com. 46. vult ꝙ vnius naturæ eſt tantum vnus modus communicandi. igitur ſi diuina natura communicat̃ per modum naturæ, non communicabitur ꝑ actum vel modum voluntatis. Propterea voluntas eſt potentia actiua in creaturis, non igitur factiua, & ita a ſimili in Deo voluntas, ſi eſt potentia operatiua, non videtur eſſe potentia productiuã. probatio conſequentiæ, quia ſicut in creaturis ſe hñt actiua & factiua. ita in Deo productiua, & operatiua. ſicut. n. in creaturis actiua habet actũ immanentem, & obiectum præſuppoſitum, factiua habet obiectũ productum, & actum tranſeuntem. ita in diuinis actus operatiuæ immanet, actus productiuæ non immanet, operatiua ẽt præſupponit obiectum, productiua aũt non præſupponit terminum. Item, nihil producitur actu volũtatis niſi p̄cognitum ex 15. de tri. c. 27. ergo ſi. ſ. ſ. ſic producat̃, erit p̄cognitus anteq̃ producat̃, & tũc a p̃re & filio cognoſceret̃ cognitione non intuitiua, quia cognitio q̃ eſt eius, in q̃tũ cognoſcit̃, anteq̃ producat̃ nõ vr̃ eẽ intuitiua, q̃a cognitio intuitiua nõ eſt rei, niſi vt eſt ĩ ſe pñs, & exiſtens. ergo &c. incõueniens aũt eſt ſ. ſ. a p̃re, & filio cognoſci nõ intuitiue, quia cognitio nõ intuitiua eſt imperfecta. Cõtra Aug. 5. de tri. c. 14. vel 32. ſ. ſ. exit a p̃re & filio, nõ q̃uo natus, ſed q̃uo datus, exire per modum dati, vel doni cõuenit producto per modum voluntatis, cuius eſt ex* liberalitate ſua dare vel donare ✠.

*Secundum Philoſophum.*

*a. l. ex libertate.*

AD QVAESTIONEM dico quod ſic. quia in Deo eſt voluntas, ſicut apparuit di. 2. & etiã ex q̃one de attributis diſt. 8. *q. 4.* patet etiam ex hoc, ꝙ Deus ex natura ſua eſt beatus, beatitudo non eſt ſine voluntate, vel actu voluntatis. eſt etiam in eo voluntas ſub ratione principij productiui, quia principia productiua ex quo de ſe non dicũt imperfectionem. reducũtur ad * aliquid vnum perfectum vel ad aliqua perfecta in tanta paucitate ad quantam reduci poſſunt, nõ poſſunt autem omnia reduci ad vnicum principium productiuum vel actiuum, q̃a illud vnicũ h̃ret modũ determinatũ agendi alterius iſtorum. ſ. naturæ, vel voluntatis, quia inter modos iſtos producendi nõ eſt aliquis modus medius, igitur non poſſunt hic reduci ad * maiorem paucitatem, quam ad dualitatem. ſ. principij productiui per modum naturæ & per modum voluntatis, & cum illa, ad quæ tanquã ad perfectã ſtat tota reductio principiorũ, ſint ſimpliciter perfecta, ambo iſta principia ſub rõne ꝓpria ſua ponentur in Deo, vt eſt primum producens. Et ex his vltra, probo concluſionem principalem,

*a. l. ad aliud.*

*a. l. minorem.*



in quocunque eſt principiũ aliq̃d, q̃d ex rõne ſua eſt principiũ productiuũ, illud erit in eo principium producendi, ſi eſt in eo ſine imperfectione, & nõ intelligat̃ ꝑhabere aliq̃d productum ſibi ſimpliciter adæquatũ. In Deo aũt vt probatũ eſt eſt formaliter voluntas ex natura rei, & hoc ſub rõne prĩcipij productiui liberi reſpectu amoris, & patet, ꝙ eſt ibi ſine imperfectione. igit̃ erit in Deo principiũ producendi amorẽ, & hoc ſecundum proportionẽ perfectionis ſuæ in comparatione ad obiectum pñtatum, ita ꝙ ſicut voluntas creata eſt principium producendi amorẽ creatũ tantum, quanto amore ipſa põt amare obiectum, qui dicit̃ amor adæquatus, ita illa voluntas eſt principiũ producẽdi tm̃ amorem, quanto ipſa nata eſt amare obiectũ infinitum, nata eſt aũt amare obiectum infinitum infinito amore. ergo nata eſt eſſe principium producendi amorẽ infinitum. nihil eſt aũt infinitum, niſi ſit ipſa eſſentia diuina, ergo ille amor eſt eſſentia diuina. ille aũt amor productus non eſt natus eſſe formaliter inhærens, quia nihil eſt tale in diuinis. igit̃ eſt ꝑ ſe ſubſiſtens, & non idẽ ſubſiſtens cum producente, quia nihil producit ſe. primo de tri. c. 1. igitur eſt perſonaliter diſtinctum, hãc perſonam dico ſpiritum ſanctum, quia filius non ſic producitur, vt patet diſtinctione 6. ſed per actum naturæ, ſiue intellectus.

*Diſt. 8. q. 4.*

Omne principium perfectũ alicui ſuppoſito perfecte habẽti ipſum, poteſt eſſe principium producendi, vel ſic, omni principio productiuo perfecto aliquod ſuppoſitum perfecte habens ipſum poteſt producere terminum adæquatum in comparatione ad obiectum præſentatũ, voluntas perfecta habens obiectum perfectum, vel primum, actu ſibi præſentatũ eſt principium productiuum perfectum amoris tanti, q̃to tale obiectũ eſt diligendum a tali voluntate. Sed voluntas eſt in perſona diuina, igitur aliqua ꝑſona diuina poteſt ſibi producere adæquatum amorem, hoc ſufficit hic, vnde nihil de primis. Sed in diſt. 2. quod ſi ſpiret, requirit̃ illud ad prius vel hæc mi. primi ſyllogiſmi non aſſerit, nec negat de obiecto ſecundo, ſed quod certum eſt, ſcilicet de primo dubio. omnia ſic hic ſoluuntur. Nam ex mi. infertur, quod voluntas infinita habent obiectum infinitum præſens, eſt principium productiuum amoris infiniti. quia tãto obiectum infinitum eſt diligendum hoc certum eſt, quicquid ſit de obiecto ſecundario, quia illa toto conatu diligit illud, ſi recta eſt, vel aliter poteſt diligere tanto amore. hoc dicit minor, igitur diligit, hoc ſequitur ex illo quod habet prius de voluntate actus, reſpectu iſtius obiecti. quia in neceſſario, q̃d poteſt eſſe eſt, quare primum ſoluitur dubium. Alio modo eſt principium communicandi naturam, ſecundum ſoluitur, addendo ad minorem, voluntas infinita perfecta reſpectu obiecti præſentis neceſſario diligendi ab ipſa eſt neceſſarium principium producendi amorem tantum, quanto obiectum tale eſt ab ipſa diligendũ.

*Corroberatio probationis.*

*3. Phy. 32.*

igiť volūtas reſpectu obiecti infiniti præſentis, eſt minor hæc & neceſſario & infinitum & in hoc communicationem naturę, & in hoc ſpirationem perſonæ diuinæ &c.

* HIC TAMEN ſunt tria dubia. Primum, quomodo voluntas poteſt eſſe principium communicandi naturam? cum ita non ſit in creaturis. Secūdo, quomodo voluntas poſſet eſſe principium neceſſario producēdi, & quæ neceſſitas requiritur in iſta productione. Tertio, ſi productio ſit neceſſaria, quomodo non eſt per modum naturæ, ſed diſtincta contra illam & libera?

*Henr. in ſum. ar g. 6. q. 1.*

QVANTVM ad primū dubium, dicitur quod natura dicitur in diuinis quadrupliciter. Vno modo appellatur natura ipſa eſſentia diuina in qua tres perſonæ conſiſtūt, & dicitur natura ſic pure eſſentialiter. Secundo modo dicitur natura principium actiuum naturale, & natura ſic dicta eſt vis productiua ſimilis ex ſimili, & ſic potētia generandi actiua in pr̄e eſt natura, & ſic eſt eſſentia ſe contractū ad notionale, quia eſt ipſa natura diuina dicta primo mō, natura. n. q̄ eſt ipſa eſſentia diuina, vt eſt ſub proprietate paterna determinata ad actum gn̄andi, eſt potentia gn̄andi actiue in ſolo pr̄e exiſtens. Et iſtos duos modos naturæ tangit Hil. 5. de trini. ca. 17. dicens de filio, quod ex virtute naturæ in eadem natura natiuitate ſubſiſtit. Tertio modo dicitur natura quælibet vis naturaliter exiſtēs in natura primo modo dicta, q. ſ. vis, & ſi ſit libera, tñ hoc mō pōt dici natura, & ſic voluntas in Deo dicit̃ na̅. quia. ſ. eſt naturalis potētia exiſtens in natura diuina naturaliter. Quarto mō dr̄ natura incōmutabilis neceſſitas circa aliquem actū vt natura iſto quarto mō dicta, non ſit, niſi conditio, & modus circa actum elicitum.

Ex dictis ad propoſitum dicitur quòd natura tertio modo eſt principium ſpirandi, quia voluntas eſt vis elicitiua ſpirationis, vt eſt libera liberaliter agens. quarto natura concurrit cum voluntate primo modo concurrit non elicitiue ſubiectiue tantum. ſecundo modo non concurrit omnino, ſed vltra tertium declaratur ibidem ab quartum articulum.

Ex his ad propoſitum dicitur quod nec intellectus, nec voluntas, ratione qua ſunt ſimpliciter intellectus, & voluntas, ſunt principia elicitiua actuum notionalium, per quos producitur ſimile in forma naturali ipſi producenti, quia tunc in quocunque eſſent, eſſent principia productua, vel elicitiua actuū ſimilium, quibus produceretur ſimile in forma, quod falſum eſt in creaturis, ſunt enim ſolummodo ibi principia elicitiua actuum naturalium. vt ſunt in natura diuina notionalium, & vt ſic per illam habent in ſe naturalitatem quandam ad productiones notionales, ſecundū hoc enim diximus in quæſtione quadam de emanationibus in generali, quod intellectus & voluntas, vt ſunt ſimpliciter intellectus & voluntas, modo. ſ. intellectuali, & * voluntatis agentes, tantum ſunt principia eliciti-

*a. l. voluntario.*



elicitiua actuum eſſentialium, qui ſunt intelligere, & velle, licet hoc ſit paſſiue ex parte intellectus, & actiue ex parte voluntatis, vt autem ſunt natura, & principia actiua naturaliter elicientia actus, ſunt principia actiua elicitiua actuum notionalium, qui ſunt generare, & ſpirare. & hoc neceſſitate naturalitatis, quia impoſſibile eſt Deum per principia quæ ſunt natura in ipſo, huiuſmodi actus non elicere.

*De his vide infra in impugnatione Hen.*

Contra illud de natura prius modo diſt. 5. de natura ſecundo modo diſt. 7. Item, non determinatur natura per intellectū, ſed econuerſo, quia natura dicit rationem principiandi communis multis quo, Contra. illud de voluntate dupliciter q̃d eſt aſſiſtentia.

*a. l. item contra cō ſequi pri⁹ eſt principalius.*

* *Itē̄m cōcurrendo prius eſt principalius & non concomitans. Ad cuius declarationem ſciendum, ꝙ huiuſmodi naturalitatem habent a natura diuina, in qua ſunt intellectus & volūtas, ſed aliter & aliter. qm̄ ītellectus diuinus habet ipſam coincidendo in ratione naturę quæ eſt ratio principalis elicitiua actus notionalis, & hoc iuxta ſecundum modum naturæ prædictum, vt omnino naturalitas iſta ſit præuia, & rō intellectus ſit cōcomitans, vel quaſi concomitans, ꝑp quod nō niſi modo naturæ, & naturali impetu actum ſuum notionalem eliciat, vt magis proprie dicatur pater generare natura intellectuali, quā naturali intellectu, vt intellectus potius intelligatur quaſi determinare naturā, quam econuerſo. & ſecundum hoc, ratio qua productum natura eliciente dicitur filius eſt prima. & ratio, qua dicitur verbū eſt reſpectu illius, quaſi ſecunda. Voluntas autem habet naturalitatem ipſam, non vt coincidendo in rōnem naturæ ſecūdo modo dictæ. ſed habēdo annexam ſibi quandā vim naturæ primo modo dictæ, ex hoc ꝙ fundatur in illa. vt naturalitas iſta in volūtate nullo modo ſit pręueniens eius libertatē, nec elicitiua actus eius notionalis penes ſecundum modum naturæ, hoc enim eſſet omnino contra ipſam libertatē, ſed potius vt ſit conſecutiua, & annexa libertati. & hoc non, vt aliquid quo voluntas ſuum actum notionalem eliciat principatiue, ſed vt aliquid quo aſſiſtente uoluntati voluntas ipſa ex vi quā habet, ex eo quod eſt voluntas, & libera poteſt elicere actum ſuum notionalem, quem ſine illo aſſiſtente omnino elicere non poſſet.

*Henr. vt ſupra.*

QVANTVM ad ſecundū dubium dicitur quod triplex eſt actio voluntatis. Prima, q̄ eſt elicita a voluntate vt eſt voluntas ſimpliciter abſq; oī naturalitate & neceſſitate, vt eſt illa quę procedit a libertatis arbitrio, ſiue in Deo ſiue in creatura intellectuali. & in nobis tendit ſolummodo in bonum amatū, qd̄ eſt circa ſummū bonum. Secunda q̄ eſt elicita a voluntate, vt eſt ſimpliciter volūtas, & hoc cum ſola naturalitate neceſſitatis immutabilis annexa illi actioni, vt eſt illa quę procedit a libertatis arbitrio, & tendit in ſummum bonū amatū, & aperte viſum. Tertia, q̄ eſt elicita a voluntate non vt eſt voluntas ſimpliciter, ſed vt eſt

natura

natura naturalitate ſibi anne-
xa dicto modo tertio, vt eſt illa,
quæ procedit a voluntatis liber
*a.l. in* tate * a ſolo Deo, & tēdit nō ſo-
lum in bonum ſummum ama
tum, & viſum, ſed etiam in ip-
ſum amorem procedentē, quo
incentiue amatur, licet diuerſi-
mode tendat in vtrunque, &
hoc ſecundum aliā & aliā ne-
ceſſitatem immutabilitatis an-
nexam ipſi actioni, inquātum
cuim actio ordinatur in ama-
tū ſummum ab ipſa ſola volū-
tate, ratione qua eſt libera pro-
cedit neceſſitas immutabilita-
tis in actione eius ſecunda, &
in actione eius tertia: inquan-
tum vero actio ordinatur in
amorem productum tendentē
in amatum, terminatiuum vo-
luntatis, ſic ab illa naturalitate
annexa voluntati procedit ne-
ceſſitas immutabilitatis circa
ſolum actum notionalem, eli-
citum a voluntate, vel potius
ab ipſa libertate voluntatis,
vt ei talis naturalitas eſt an-
nexa.

CONTRA DICTA
primo quantum ad hoc ꝙ po-
nit de illa aſſiſtentia naturæ ip
ſi voluntati, vt voluntas vi il-
lius aſſiſtentię poſſit cōicare na
turam. Quæro quid eſt iſta aſſi-
ſtētia? videtur ꝙ non ſit neceſ-
ſaria ad iſtam cōicationem, qa
habito ſuppoſito perfecto agē-
te conueniente actioni, & prin
cipio quo agendi perfecto, non
videtur eſſe aliquid aliud ne-
ceſſarium ad agendum, ſed per
te ſola voluntas eſt principium
quo reſpectu actus notionalis,
& cōſtat ꝙ ſuppoſitū agens eſt
perfectum, & conueniens actio
ni. igitur non videtur illa coaſſi
ſtentia eſſe neceſſaria ad talem
actionē. Præterea quādo aliquā
ſic ſe habent, ꝙ ſecundū prius
& poſterius concurrunt ad ali-
quam actionem, illud quod eſt
prius, principalius concurrit ad
illā actionem, ſed eſſentia quę
eſt natura. prout accipiunt na-
turam primo modo, in qua tres
perſonæ diuinæ conſiſtunt, eſt
prior voluntate. igitur ſi natu-
ra iſto modo concurrat ad actio
nem vt aſſiſtens voluntati, ne-
ceſſario erit principalius in iſta
productione. igitur cōtradictio
nem includit, ꝙ cōcurrat vt aſ-
ſiſtens concomitans volūtatē,
& non præueniens, vt ipſi di-
cunt. Præterea, ꝙ ponitur vni-
ca neceſſitas in voluntate. ſ. li-
bertatis, & duplex in ſpiratio- *ſ. in ſolu-*
ne. ſ. libertatis & naturalitatis, *tione ſecū-*
videtur eſſe contra ipſum, & cō *di dubÿ*
tra veritatem, quia ipſe ponit *in fine.*
actus notionales fundari ſuper *Hen. quo-*
eſſentiales, vel in eſſentialibus, *li. 6. q. 1.*
& omnes concedunt cōiter, ꝙ
actus eſſentiales aliquo modo
præcedūt actus notionales. Nō
vr̄ aūt ꝙ in fundato poſſit eſſe
aliqua neceſſitas formaliter ma
ior, quàm in eo, in quo fundat̄.
vel ꝙ duplex neceſſitas ſit ī fun
dato, & vnica in fundamento.
probo. quia tunc per impoſſibi
le, vel incompoſſibile ſeparata
vna neceſſitate ab altera, adhuc
remanebit illud fundatū neceſ
ſarium. non autem remanebit
illud in quo fundatur neceſſa-
riū, quia nō habuit niſi illā vni
cam neceſſitatē quæ circūſcribi
tur a fundamento, igitur poſſet
illa poſitione poſita neceſſitas
eſſe in fundato, & nō in illo in
quo fundatur. Ex hoc ad ꝓpoſi
tū, quia actus ſpirādi hēt neceſ-
ſitatem ex libertate volūtatis,
& præter hoc ex illa naturalita-
te



te annexa voluntati, & actus di
lectionis ſimplicis non hēt niſi
tm̄ primam neceſſitatem. ergo
circunſcripta tantū prima ne-
ceſſitate circūſcriberetur tota il
la neceſſitas, quæ erat in funda
mento, & adhuc tn̄ remanebit
alia neceſſitas in productione
illa, ſcilicet illa, quæ eſt ex na-
turalitate. Præterea videtur,
quòd tota iſta naturalitas non
conſequatur actum volunta-
tis, quia iſta competit volunta-
ti per ipſum. ex hoc ꝙ fundatur
in eſſentia diuina, igitur cum
prius ſit ratio eſſentiæ diuinæ
rōne volūtatis, quicquid conſe
quitur rōnem eſſentiæ diuinæ,
vel voluntatē rōne eſſentiæ, cō
ſequitur eam per prius, quàm
illud quod ſequitur volunta-
tem, vt voluntas eſt. & ita vi-
detur ꝙ naturalitas illa præce-
dat aliquo modo ipſam liber-
tatē, & per cōſequens impediet
*Henr. quo* ipſam libertatē. Præterea con-
*li. 5. q. 1.* tra opinantē, qđ argumentum
eſſet illud qđ ipſe facit, ſi intel
lectus & voluntas eſſent princi
piū cōicandi naturam, vn̄ tales
potentiæ? igitur in creaturis eſ
ſent tales potētiæ principia cō-
municandi naturā, ſi oīno eſſet
alia ratio formalis intellectus,
& volūtatis in Deo, & in creatu
ris. Et ſimiliter quæ eſt neceſſi
tas diſtinguendi inter volunta-
tē, quā ponit principiū eliciēdi
actum: & naturam quam ponit
coaſiſtere voluntati elicienti?
ſi tantum eſt inter iſta diſtin-
ctio rationis, ſicut videtur alibi
ſentire de diſtinctione attribu-
*Vt patuit* torum in diuinis.
*1. diſt. 1.* ALITER dico, ꝙ voluntas
*q. 4.* pōt eſſe principium cōicādi na
turā, & non voluntas, vt cōiter
ſumpta ad creatā & increatā,
ſed volūtas vn̄ īfinita eſt. eſt. n.
infinitas ꝓprius modus volūta
tis diuinæ, ſicut & cuiuſcūque
alterius ꝑfectionis eſſentialis,
hoc patet ex rōne poſita prius
ad ſolutionē qōnis, qa volūtas
eſt principium amoris ſibi adæ
quati, hoc eſt tāti amoris, quan
to ipſa nata eſt amare obiectū;
nata eſt aūt mare obiectū infi-
nitū infinito amore, igit̄ & eſt
ꝓductiua infiniti amoris, quic-
quid eſt infinitū formaliter eſt
eſſentia diuina. ergo ipſa volū
tas eſt principiū cōicandi eſſen
tiā diuinā amori ꝓducto. Et ſi
quæras a me de cōſiſtētia natu
ræ aliquo mō, dico ꝙ nō opor-
tet voluntati, vt eſt principium
cōicandi naturā aliquo mō ſpe
ciali aſſiſtendi ponere naturam
coaſſiſtere. ſic. n. natura poſſet
eſſe principiū cōicandi naturā,
& non voluntas. niſi poneretur
aliqua perfectio minor volūta-
tis, quàm naturæ. nulla eſt au-
tem talis imperfectio, quia ſim
pliciter ita eſt perfecta volūtas
infinita, ſicut natura infinita.

CONTRA iſtud arguitur
tripliciter, quod non competit
alicui, ſiue quod repugnat ali-
cui ſecundū rōnē abſolutā, nec
ſibi cōpetit, ſi eſt infinitū. Alia
ratio quaſi probatio illius pro-
poſitionis, infinitum nō dat vir
tuti actiuæ rationem alterius
virtutis actiuæ, ſed dat ſibi in-
tenſionem & in ſe, & in actio-
ne ſua iungatur minor rationi
voluntatis, vt tale principium
actiuum non conuenit, ſiue re-
pugnat ſibi communicare na-
turam, ergo &c. Item tertio,
vnde voluntas habet infinita-
tem? ſi ex ſe, igitur vbique, qđ
eſt falſum, ſicut in creatura: ſi
ab eſſentia, ergo voluntas infi-
nita

nita eſt vt habens aſſiſtentiam naturæ, ſiue eſſentiæ, quod dicit alia opi. Item arguo ſic, infinitas eſt de ſe eiuſdem rationis in intellectu & voluntate. ergo non eſt formalis rõ diſtinctarũ productionũ, quæ habẽt diſtingui ex principijs formalibus. Ad primũ ſi pro medio accipiat̃ repugnãtia, maior eſt vera, & minor falſa. nã iſta rõ volũtatis tranſcẽdens q̃ abſtrahit a finita & infinita, nõ eſt ratio repugnantię, ſed limitatio ſuperueniens illi: ſi accipitur pro medio non conuenientia, dico ꝙ principio actiuo infinito nõ cõpetit actio niſi infinita talis, qualis tranſcendens cõpetit tranſcẽdenti, nunc aũt voluntati tranſcendẽti cõuenit tranſcendẽter ſic vel ſic, & producere velle. igitur infinitę volũtati cõpetit producere infinitũ velle, non ꝑ ſe, ſed cõcomitanter infinitũ velle eſt deitas, finitũ aũt velle angeli, & nõ eſt eſſe angeli. Ad minorem dico, ꝙ cõicare naturã nõ eſt actio tranſcendens voluntatis in cõi, ſed producere velle ſibi proportionatum & obiecto. ideo infinita voluntas infinitũ producit, & ex cõſequenti naturã. Ad aliud, patet diſt. 3. a quo, quia ab eſſentia fundamentaliter, & ex ſe formaliter, itaque concedo eſſentiã requiri vt fundamentũ, etiam vt realiter idẽ, ſed illud in ſuo ſigno naturę in quo eſt formaliter infinitũ, eſt principiũ quo p̃ciſum cũ obiecto, ſicut operandi, ſic producẽdi. Ad tertiũ dico, ꝙ duo ĩ actu: *Aliud de bis in additione intra. H.* ſ. libertas & infinitas, q̃ eſt modus intrinſecus termini, habẽt duo alia correſpondentia in termino quo, ſiue principio quo. quere in vltima coll. Pariſ. vnde nõ dico infinitatẽ eſſe formã lẽ rõnem reſpectu ſpirãdi. ſed voluntatẽ infinitã, nec in hoc duo principia formalia, q̃a infinitum eſt modus intrinſecus. Aliter põt dici, ꝙ voluntas, vnde voluntas omnino ſimplex, hoc eſt non componibilis naturæ, cuius eſt potentia, nec actu ſuo. nam ex hoc ſequitur ꝙ eſt productiua actus, quia cõpetit ſibi vt eſt voluntas. & vltra act* eſt idẽ naturę. & hoc vnũ ſimpliciter omnino. ergo communicatiua naturæ.

Ad ſecundum dubium de neceſſitate, patet per idẽ, quia principiũ productiuũ põt dare ꝓducto oẽm perfectionẽ, quæ ſibi non repugnat. voluntas infinita eſt principiũ producẽdi ꝑfectũ. igit̃ põt dare producto ſuo perfectionem ſibi cõpetẽtẽ: nõ aũt repugnat ſibi neceſſitas, immo cõuenit neceſſario ſibi, q̃a nullũ infinitũ põt eſſe poſſibile, nõ neceſſariũ. igit̃ iſtud principiũ q̃d eſt volũtas ĩfinita, erit ſufficiẽs principiũ dãdi neceſſitatẽ huic ꝓducto, igitur datur, quia nulli q̃d nõ eſt neceſſariũ poteſt dari neceſſitas ex ſe, & vltra ſi eſt principium quo datur neceſſitas producto, igitur & ꝓductioni. productũ enim capit eſſe productione, nõ põt aũt aliquid capere eſſe neceſſarium ꝑ productionem non neceſſariã. *Si autem eſt principiũ quo poteſt dari neceſſitas producto.*

Contra. Dilectio creaturę eſt infinita in voluntate diuina, & tamen contingens. Et hoc habetur hic ſtatim, primum probo, &c. Reſpondeo, vt ibi non videtur, & hoc extra illa dilectio eſt neceſſaria, ſed non neceſſario tranſit ſuper obiectum ſecundarium, a quo non dependet, ſed neceſſario, ſi primum a quo quaſi



quaſi dependet, eſt etiam realiter *infinitum ex voluntate & obiecto primo. *a.l. infinita.* Contra, ſaltẽ vt tranſit ſuper obiectũ ſecundũ eſt contingens. igitur ſic nõ erit infinita, vel ex oppoſito conſequentis. Reſpondeo, non neceſſario eſt huius, nec infinitæ eſt huius, vt modꝰ habitudinis, nõ vtrobique vt modus actus finitatis habitudinem oppoſitam. Contra. vt tranſit eſt contingẽs. negatur, quia iſtí actui ſub alio modo, vel habitudine ineſt neceſſitas, licet habitudo ſit contingens. Sed ſi hoc intelligitur in antecedente, conſequenter dicatur.

Iſtud argumẽtum quaſi a poſteriori vr̃ concludere neceſſitatem productionis ex neceſſitate producti. Sed quæritur ratio a priori, ſiue cauſa quid ſit per quod voluntas iſta dat neceſſitatem iſti productioni? Reſpondeo, ꝙ nec voluntas infinita ex ſe ſola dat neceſſitatem amori producto. comparando ipſam ad quodcunque obiectum, nec ſolum obiectum amatum, q̃d eſt finis, comparatum ad quamcunque voluntatem, dat neceſſitatem actui volendi, vel productioni amoris. Primum probo. quia voluntas non eſt principium neceſſarium producendi aliquem amorem alicuius obiecti, niſi ſit neceſſariũ principium amãdi illud obiectum, voluntas autem infinita nõ eſt neceſſarium principium amandi obiectum finitũ, quia tunc Deus neceſſario amaret quamlibet creaturam, immo & omne amabile. ergo nec eſt neceſſarium principiũ producendi amorem ſuum, cõparando illud ad q̃dcunque obiectum.

CONTRA. Idẽ eſt principium producẽdi, & neceſſario producẽdi, igitur ſi infinitas voluntatis, vel magis voluntas infinita non eſt ex ſe neceſſarium principium producendi, igitur nec abſolute ꝓducẽdi, nec cõmunicandi naturam, quia ipſa non poteſt cõmunicari, niſi neceſſario, igitur & in ſolutione quæſtionis, & in ſolutione primi dubij, ita oportet exprimere de obiecto, ſicut hic in ſolutione ſecundi dubij. *Additio doctrinalis & copioſa ſubtilium dubiorum.* Cõfirmatur. quia volũtas etiam infinita nõ eſt principiũ producẽdi amorẽ obiecti infiniti, alioquin vel erunt multi ſpiritus ſancti, vel vnus erit amor ꝓductiuus omnis creaturæ, quod negas, quia tunc neceſſario amarentur. Cõcedo ergo, ꝙ ratio ad principalem ſolutionem hic, & ſimilis de verbo quantum ad intellectum, & omnia illa quæ ponuntur ſupra. diſt. 2. q. 6. non concludunt niſi accipiendo cũ voluntate hic, & cum intellectu ibi, principium comproductiuum. ſ. obiectum, ſine quo non ꝓducit, ſicut nec operat̃. Similiter dicatur ad illud, quod voluntas non eſt principium producendi, niſi vt habẽs ſibi obiectum præſens, quod eſt ſibi cõprincipium producendi, & non poteſt eſſe principium habens quodcunque obiectum, ſed p̃ciſe vt habens obiectum primũ ſibi præſens & cum illo, & hoc vel quia ante præſentiã obiecti ſcđi habet ꝓductionẽ adæquatã, q̃a cũ primo obiecto, vltra aũt adæquatã nõ põt in aliam. vel ſcđo, quia principiũ infinitũ nõ requirit aliq̃d finitũ cum cõproducẽs obiectũ ſecũdariũ eſt finitũ. vel tertio quia principium

cipium neceſſario ꝓductiuum
non habet comproductiuum il
lud, ad quod non habet habitu
dinem neceſſariã, voluntas Dei
non neceſſario reſpicit obiectũ
ſecundarium. vel quarto, quia
in iſtis generale ſuppoſitũ vnũ
eſt, ꝙ voluntas eſt principium
producendi neceſſario requi-
rens obiectum comproducti-
uum, ſicut intellectus. vnde di-
ctum eſt diſt. 2. ꝙ memoria per
fecta, quæ eſt principium com-
pletum dicendi, eſt intellectus
habens obiectum actu intelli-
gibile ſibi præſens. ita voluntas
perfecta eſt voluntas habens
obiectũ diligibile ſibi præſens,
vel actu præſentatum per intel
ligentiam. Secundum quod di-
citur de differentia primi obie-
cti, & ipſum eſt comproducti-
uum, & ſecundi, quod ipſum
non eſt comproductiuum, hoc
dubium eſt, tam de intellectu,
q̃ de voluntate. nec aliqua cau
ſa quæ aſſignatur videtur ſuffi-
cere. prima, non. quia aut intel-
ligitur adæquata extenſiue, &
petitur prin. aut intenſiue, &
falſa eſt iſta. vltra autem &c. ſi
cut patet in operatione, quia vl
tra ſic adæquatam operationẽ
quæ eſt circa primum obiectũ,
poteſt in operationem circa ſe-
cundum. nec ſecunda videlicet,
quia volo ꝙ obiectum ſecun-
dum non ſit comproductiuum,
ſed principium ſit comprodu-
ctiuum, nõ tantum notitiæ ſui,
quæ eſt ſibi præſens formaliter.
ſed obiecti ſecundi, quod eſt in
ipſa præſens virtualiter. ita ꝙ
ſicut memoria diuina continet
præciſe obiectum primum for-
maliter, & ſecundum nõ eſt in
memoria, niſi virtualiter, quia
in primo & tamẽ memoria eſt
ratio intelligentiæ operandi cir
ca vtrunque, ita eſt ratio produ
cendi notitiã declaratiuã vtriuſ
que, non quidem procedẽtem
de vtroque, ſed de infinito tan-
tum, tamen declarantem vtrũ-
que obiectum. ſ. obiectum qđ
eſt præſens formaliter, quod ha
bet in ſe ſecundum virtualiter,
ita de ſpiratione. Item, hæc vo
luntas in prima ꝓductione nõ
requirit comproductiuum niſi
infinitum, vnde probatur imꝑ-
fectio eius, ſi in ſecunda produ
ctione requireret comproducti
uum finitum. Reſpondeo, licet
quando coagit creaturæ, nunq̃
illam neceſſario requirit, ſed eſ-
ſet tunc imperfecta principia-
tio, ſed prima ſic inſtat, ꝙ ſolũ
primum obiectum eſt compro-
ductiuũ duplicis verbi, vel amo
ris. ſecundo nõ probat, quia ſic
vt volũtas operatur circa obie
ctum, ad ꝙ contingenter ſe ha-
bet, tamen reſpectu illius ope-
rationis quaſi eſt principiũ ſo-
lummodo primum obiectum,
quod contingenter reſpicit ſe-
cundum, quare non poteſt ita
eſſe in productione. Itẽ, de ver-
bo non concludit Item compla
cẽtia eſt neceſſaria. Nota in quo
cunque eſt principium produ-
ctiuum, & non impedibile, nec
dependens aliunde, poteſt illo
producere terminum, niſi ter-
mino repugnet ab ipſo produ-
ci. Item, in quocunque eſt prin-
cipium productiuũ prius q̃ ter-
minus producatur, & non re-
pugnat termino produci, ab ip-
ſo eſt producibilis. & ſimiliter
non poteſt ab ipſo produci, ſi
non eſt in ipſo prius, quam ter-
minus producatur, vtraque iſta
rum maior videtur immedia-
ta, quarum prima eſt, in quocũ-
que



que eſt principium productiuũ
perfectum prius, q̃ terminus ꝓ-
ducatur, illud poteſt tali princi-
pio terminũ producere, maior
ſecunda, in quocunque non eſt
principium prius, q̃ terminus
producatur, illud non poteſt ꝓ
ducere terminũ. Si ſimul. ideo
verbum non dicit ſe. Si poſte-
rius, ideo ſpiritus ſanctus non
generat: vtraque inquam iſta-
rum videtur eſſe maior imme-
diata. vtraque etiam minor vi-
detur immediata. vltra ſit pri-
ma concluſio pro ma. minor eſt
talis, memoria perfecta eſt per-
fectum principiũ productiuum
notitiæ declaratiuæ obiecti, tã
relucentis formaliter in memo
ria, q̃ virtualiter in illo obiecto
formali. igitur habens memo-
riam perfectam poteſt produce
re notitiam ſiue huius ſiue il-
lius. ſi prius habeat, q̃ alterius
notitiam ſic productam. ſimili
ter ſyllogizo de volũtate perfe-
cta & dilectione. tertius ſyllo-
giſmus, quia duo primi compu
tantur pro vno, & duo ſecundi
pro vno. fiat ſic. ſit concluſio ꝓ
maiori, ſit minor hæc, tota tri-
nitas habet memoriam perfe-
ctam prius, q̃ notitia declarati
ua creaturæ ſit producta, ex pri *Diſt. 1.*
ma. q. ſecundi. qa in primo in-
ſtanti naturæ completur tota
origo ſimpliciter perſonarum,
& notitia creaturæ in ſecundo
inſtanti naturæ. ergo tota trini-
tas producit notitiam declara-
tiuam obiecti ſecundarij, conſi
militer de voluntate, & amore:
conſequens videtur falſum, qa
vel producit in qualibet perſo-
na, & tunc in patre erit produ-
ctum aliquid, vel indetermina-
tis productis, quorum produ-
ctionibus conſpirat iſtas produ
ctiones, puta notitiam creatu- *Hæc eſt*
ræ in filio, & dilectionem in ſpi *ſubtiliſſi-*
ritu ſancto. etiam filius produ- *ma ſpecu*
ceret aliquid in ſe, & ſ. ſ. aliqd *latio doc.*
in ſe, itaque vitando concluſio *ſolertiam*
nem illatam, aliqua trium mi- *requirẽs.*
norum neganda eſt, ſi prima ne
getur de prius natura. quia illa
ſtat in eodem gradu originis.
vbi tamen non eſt productio,
vel gloſetur ꝙ vera eſt, ſi prius
q̃ terminus primus producibi-
lis producatur. ſit principium ꝓ
ductiuum in iſto, non ſi prius,
q̃ ſecundus: & ratio eſt, quia ſe-
cundus terminus eſt in eodem
gradu originis cum primo. vtra
que reſponſio videtur eadẽ. ſal-
tem conceditur verbũ eſſe crea-
turæ notitiam declaratiuam, &
ſpiritum ſanctum eſſe dilectio
nem creaturæ. licet non a trini
tate produci, contra diſt. 18. de
dono. & 27. de verbo. ſi negetur
ſecunda minor de obiecto ſecũ
dario, tunc difficultas redit hic
tacta ſupra. Si dicatur, vt ſupra.
tunc oportet aliter dicere de vo
luntate, q̃ de memoria, quia vo
luntati per intelligẽtiam repræ
ſentatur actualiter obiectũ ſe-
cundarium. Reſpondeo, non ha
bet ex ſe rationem diligibilis,
ſicut primũ obiectũ. tertia mi-
nor, nõ habet vim niſi de prius.
ſicut prima minor patet enim
ꝙ non eſt vera de prius origine,
de natura autem eſt dubium, ſi
tantum eſt differentia rationis
inter productionem verbi de-
clarantem primum obiectum
& declarantem ſecũdum, quia
differentia rationis non eſt pro
ordine naturæ ſufficiens. Nota
ꝙ illud, quod dicitur ibi ſupra
ſ. in quocunque eſt principium
productiuum &c. Si accipitur
prius duratione, patet minor
falſa

falſa. ſi natura, dubium eſt, &
ad aliud propoſitum, ſi origine
non facit difficultatem ad pro-
poſitum. Quod minor ſecundi
ſyllogiſmi non eſt niſi de prio-
ri natura, patet. Sed accipiendo
minorem primam tantum de
priori origine, videtur petere,
quia minor eſt eadem cum cō-
cluſione. Iſtud de prius non co-
git hic ſicut dictum eſt. ſupra vi
delicet. diſt. 5. de filio. Nota pro
tribus ſyllogiſmis ſuperius po-
ſitis, quia licet minor primi ne-
getur de priorio alio, quam ori-
ginis in diuinis. & per hoc vide
tur excludi omnis via arguen-
di de quis, & quo, quia prius ori
gine eſt idem cum concluſione
tunc prædicta. adhuc tamen re-
ſtat difficultas de principio pro
ductiuo, quæ tangitur ſupra vi-
delicet de obiecto ſecundario,
quia vel maior cui omnino in-
niteris in quæſtione de produ-
ctionibus erit falſa, vel diffici-
le eſt, ꝙ non extendatur ad ſe-
cundarium obiectum. conceſſo
vero ꝙ nō extendatur ad illud,
perit illa. q. primæ diſ. 2. de crea
tura in eſſe intelligibili, ꝙ ſit a
tota trinitate, quia a quo eſt ꝓ-
ductiue notitia creaturæ ab ip-
ſo eſt creata, vt intellecta perit
de relatione obiecti ſecundarij
ad ſcire. 35. de ideis, & perit de
ratione verbi, & ſpiritus ſancti
ad creaturas. diſt. 18. vel. 27. pri
mi. perit ꝙ ſ. ſ. non ſit neceſſa-
rio amor creaturæ, & oportet di
cere ꝙ ſit neceſſario complacen
tiæ, licet non volitio exiſtendi,
& tunc perit illud. ſ. diſt. 8. con-
tra philoſophos de neceſſitate
creaturæ. & redit illud Henr. ibi
de complacentia. ſtat enim ar-
gumentum primum. q. 1. 2. non
valet idem de reſpectu primi
obiecti, ꝙ ſpiritus ſanctus non
ita libere amat creaturam, vt
pater, quia ex productione eſt
amor, nec verbum virtute me-
moriæ, vt in ipſo intelliget, ſed
vt in pr̃e. Ad iſta. primo ad ma
iorem. principium quod eſt ra-
tione ſui natum eſt exire prius
in actum realiter producēdi in
ſubſiſtentia reali, concludit ſuũ
comproductiuum eſſe prius ori
gine. i. ſine quo non alius. & ex
hoc concludit̃ quòd ab ipſo eſt
alius, ita de ſpiritu ſancto, qđ
eſt a patre & filio diſt. 11. ſimili
ter productum, qđ natum eſt in
reali ſubſiſtentia prius produci
alio, eſt ſine quo non eſt aliud,
igitur a quo aliud, ſic tres perſo
nę ad creaturas in eſſe extra. Cō
cedo igitur ꝙ natura accepta in
ſubſiſtentia reali, vt habet om-
nia qualemcunque ordinē in
ipſa habentia, eſt realiter produ
ctiua perſonæ ſecundę ſimul ac
ceptæ, ſed omnia in ipſa, tamē
in vtraque eſt diſtinguere quid
primum eſt in ipſa, quo. ſ. perſo
na diuina eſt, & quid quaſi ad-
uentitium perſonæ, quaſi iam
conſtitutæ, quale eſt omne cō-
parans ad obiectum ſecundum
b. concedo &c. ſimiliter niſi ꝙ
iuxta prædicta in a. tres in eſſe
ſimpliciter perſonæ diuinę præ
cedunt ordine naturæ, & intel-
lectionem creaturæ, & per con-
ſequens creaturam in eſſe intel
ligibili. hoc quidem antecedēs
eſt verum ibi diſt. 1. 2. ſed nega-
tur conſequens, igitur creaturæ
producuntur a trinitate in eſſe
intellecto. ratio negationis eſt
iſta, quia ſicut operatio circa
obiectum ſecundum nō poteſt
eſſe alia realiter a quacunque.
hoc eſt realiter, vel ſubſiſtenter
ab operatione circa obiectum
primum



primum, ita nec productio cir-
ca illud, ergo nō poteſt eſſe alte
rius ſic, vel ſic realiter produ-
cti, ergo ſolus pater dicit verbũ
creaturæ ſicut & verbum eſſen-
tiæ ſuæ. Confirmatur, quia ſi-
cut hoc principium operatiuũ
habet vnā operationē adęqua-
tā ſibi, non tm̄ intenſiue, ſed ex-
tenſiue, hoc eſt circa oīa quę vir
tualiter ſunt in ipſa, ita inquā-
tũ eſt ꝓductiuum, habet vnam
productionē adæquatā vtroq;
modo, quia neutrum repugnat
vni producto. Confirmatur ēt,
quia notitia ſiue vt operatio,
ſiue vt productiua, nō pōt eſſe,
niſi eiuſdem termini primi, a-
lioquin non niſi vt ſecūdario-
rũ. ergo nulla pōt eſſe ꝓducti-
ua quæ ſit immediata alicuius
obiecti primi, vt termini. ſimi-
liter concedendo. b. nō perit. c.
quia productio obiecti ſecundi
in eſſe cognito non eſt termi-
nus realis, ſicut nec terminꝰ ac-
cipit eſſe reale. ergo eſt produ-
ctio diminuta. ſicut productũ
eſt ens diminutũ, talis produ-
ctio poteſt eſſe, quæ non eſt ꝓ-
ductio, ſed quaſi productio hu-
ius, eſt cognitio. ergo pater in
ſe per cognitionem, in qua eſt *Vide diſ. 16. huius.*
virtualiter obiectũ ſecundum
quaſi producit in ſe obiectum
illud, dum actum cognoſcit, &
cōmunicans cognitionem com
municat ſe, vt quaſi producen-
tem idem obiectum, quia po-
ſterius eſt perſona cui cōicatur.
ergo trinitas quaſi producit o-
biectũ, & ita ꝓducit in eſſe co-
gnito, quia in illo produci eſt
quaſi produci, licet ſolus pr̃ rea
liter producat in filio ex vi ge-
nerationis. & pater, & filius in
ſpiritum ſanctum communi-
cant cognitionē huius obiecti,
quæ cognitio in oībus quaſi cō
municata eſt productio, deinde
productio diminuta. Aliter, pla
nius cognitionē eſſe obiecti ſe-
cūdi eſt ipſum ꝓducere in eſſe
cognito, ſicut ipſam eſſe obie-
cti primi, eſt eſſe eius quaſi pro
ducentis cognitionē, quia pri-
mum obiectum quaſi præſup-
ponitur, & ſecundũ quaſi pro-
ducitur per hoc in actu, quia co
gnitio eſt eius. ergo realiter cō-
municās cognitionem, vt obie-
cti ſecundarij realiter cōicat il-
lā, vt producentem obiectũ ſe-
cundariũ productione, quæ ibi
pōt eſſe, quæ non eſt niſi dimi-
nuta ſiue pater, ſiue trinitas ꝓ-
ducat obiectũ in eſſe cognito,
nō perit. diſt. 35. quia idea eſt
obiectum ſecundarium, ſiue ꝓ
ductũ ſic, vel ſic. vel non produ-
ctũ, ſed quaſi. Et ſi aliquis dicat
ideā, ſic non referri realiter ad
ſcire Dei, quia idea ſic nihil eſt, *In hom. Fran. in e cnſtatu. diſt. 42. nontradicit doct.*
pari ratione nec eonnerſo ſci-
re habet aliquam relationē ra-
tionis ad obiectũ ſecundũ, quia
oīno nihil, quia ſicut nec fun-
dat, ita nec terminat aliquam
relationem. Non perit c. quia
vndecunq; producitur, vel qua
ſi producitur obiectum ſecūdũ,
perſona diuina perfectum eſſe
habet comparando intellectũ,
& voluntatem ad obiectũ pri-
mũ, tamē cōcedo ꝙ verbũ qua-
ſi ex productione ſecūdaria eſt
notitia creaturæ producta rea-
liter. ſicut pr̃ quaſi ſecundario
eſt notitia eius improducta, &
ita neceſſario filius, ſicut pr̃ eſt
notitia eius, ſed iſta relatio, nec
cũ in gñatione cōſtituit pr̃em
nec cũ gñatione filiũ de hoc fe-
cit vel poteſt dici de complacē
tia, inquantũ illud oñſum oſtē
ditur habere bonitatē partici-

patam a primo , vel aliter ſicut
perſona patris neceſſario habet
operationē volūtatis,quæ ope-
ratio eſt alicuius obiecti neceſ-
ſario alicuius contingenter , ita
ꝓducit quaſi operationē ſubſi-
ſtentē,quę neceſſario ꝓducta eſt
alicuius neceſſario, alicuius cō-
tingenter, & ſicut non ſequitur,
volitio creaturæ eſt eadem per-
ſonæ patris, igitur pater neceſſa
rio habet volitionem creaturæ,
ſed tantūmodo ſequit̄, ergo vo-
litionē neceſſario quę eſt crea-
turę, ita nō ſequitur pater neceſ
ſario ſpirat volitionem creatu-
ræ in ſenſu cōmuni, licet neceſ-
✠ ſario ſpiret volitionem, quę eſt
creaturæ. Secundū probatū eſt
de ſiui. di. 1. ꝙ volūtas ex rōne
voluntatis in cōmuni nō neceſ
ſario tendit in finem. Et ſi reſpō
deas, ꝙ voluntas poteſt cōſidera
ri vt voluntas, vel vt natura cō-
parando ad finem, vel ad ea quę
ſunt ad finem , vt comparatur
ad ea quæ ſunt ad finem eſt vo
luntas , vt autem comparatur
ad finem, eſt natura , & ſic eſt
mera neceſſitas. Iſtud improba
tur ex auctoritate , & ratione.
Ratione, quia non ſunt eiuſ-
dem potentiæ actiuæ oppoſiti
modi agendi, & maxime iſti na
turaliter, & libere, qui primo di
ſtinguunt potentiam actiuam,
quaſi voluntas comparatur ad
finem per modum naturæ, &
ad entia ad finem per modum
libertatis , ipſa non erit poten-
tia actiua vna reſpectu iſtorū,
& tunc nulla potētia erit quæ
eligat ens ad finem propter fi-
nem. nulla enim potentia eli-
git hoc ꝓpter illud , niſi velit
vtrūq; extremū, ſicut nulla po
tentia cognitiua cognoſcit con
cluſionem ꝑꝑ principiū, niſi ea-
dem cognoſcat principia, & cō
cluſiones, ſicut arguit philoſo-
phus. 2. de anima, de ſenſu cō-
muni. Auctoritas ē Aug. ī Enc.
c. 73. & ponitur a magiſtro li. 2.
di. 25. c. 5. neq; .n. culpanda eſt
voluntas, aut volūtas nō eſt, aut
libera dicenda nō eſt, qua beati
ſic eē volumꝰ, vt eē miſeri nō ſo
lū nolimꝰ, ſed nequaq̄ velle poſ
ſimꝰ: vult igit̄ dicere ꝙ volūtas
illa , qua volumus beatitudinē
eſt libera. ſed nullū finē magis
neceſſario reſpicit voluntas , q̄
beatitudinem in cōmuni. igit̄
nullum finem neceſſario reſpi-
cit. Item, iſta ratio poneret ſpiri
tum .ſ. ſpirari non libere, ſed ꝑ
modum naturæ, quia eius prin-
cipium eſſet voluntas, nō vt li-
bera, ſed vt natura. Itaque dico
ꝙ neceſſitas huius productionis
amoris adæquati, ſicut & neceſ
ſitas dilectionis qua formali-
ter habens volūtatem diligit, eſt
ex infinitate voluntatis, & ex ī-
finitate bonitatis obiecti , quia
neutrum ſine altero ſufficit ad
neceſſitatem. Iſta aūt duo ſuffi
ciunt hoc modo, quia volūtas ī-
finita non poteſt non eſſe recta.
nec poteſt non eſſe in actu re-
cto, quia tunc eſſet potentialis,
igitur neceſſario eſt in actu re-
cto. Non autem omne velle eſt
præciſe rectum, quia eſt ab illa
voluntate recta ſolū . quaſi ni-
hil ſit volēdum ex ſe, ſed tantū
quia eſt volitum ab illa volūta
te recta . eſſentia enim diuina,
quæ eſt primum obiectū illius
voluntatis eſt ex ſe volēda. Igit̄
voluntas illa de neceſſitate eſt
in actu recto volendi illud obie
ctum, quod eſt ex ſe recte volē-
dum. & ſicut ex neceſſitate eſt
principium volendi , ita ex ne-
ceſſitate eſt principium produ-




cendi amorem illius. Et tunc
dico ꝙ nec ſola voluntas infini
ta præciſe nō determinando o-
biectum cuius ſit, nec ſolum bo
num infinitū non determinādo
q̄ voluntatem reſpiciat, vt eſt o-
biectum eſt totalis cauſa neceſ
ſario diligendi, nec etiam neceſ
ſario producendi amorem adæ-
quatum , ſed infinita voluntas
habens tale obiectū , ꝙ eſt ex ſe
recte amandū perfecte pn̄s , eſt
rō neceſſario tā volēdi illud bo
num q̄ ſpirandi amorem illius
boni. & talis voluntas habens
tale obiectū pręſens, eſt princi-
pium cōmunicandi naturā diui
nam, quia principiū producen
di amorem infinitū * prædictū: (*a. l. productum.*)
talis enim amor productus pro
portionatur tā potentiæ quam
obiecto. Non eſt autem ita quā
do voluntas infinita reſpicit bo
num amabile finitum, quia li-
cet ibi actus ſit infinitus , quan
tum eſt ex parte voluntatis di-
uinæ , non tamen eſt infinitus,
quantum eſt ex parte obiecti.
Sed vtrum voluntas infinita ſit
principium infinitum non tan-
tum amandi bonum infinitū,
ſed finitum, & producendi amo
rem talis boni , & hoc vel ea-
dem productione ſecundum
rem, qua producitur ſpiritus ſ.
alia tamen ſecundū rationē, vel
oīno alia. vel nulla. d̄ hoc aliàs,
quia ſimilem habet difficulta-
tem cū productione verbi. vtrū
intellectus diuinus ſit princi- (*Infra di. 27. & in quol. q. 14. & 15. & alibi ſæpe quære ſed in ſupra ſcta additione*)
pium producendi verbum eſ-
ſentiæ diuinæ , vel verbum ali-
cuius alterius intelligibilis? &
tunc vel productione eadem ſe
cundū rem cū productione ver-
bi diuini. alia tamen ſecundū
rationem, vel alia tam ſecundū
rem, quam ſecundum rationē.

AD TERTIVM dubium (*ſubtiliter eſt diſcuſſū de hoc.*)
dicit̄ ꝙ natura agit per īpreſſio
nē ſicut intellectus, nō volūtas.

NON VIDETVR ꝙ vo
luntatem eſſe rectam ſit coaſſu
mendū cum hoc quod eſt ipsā
eſſe īfinitā, quaſi aliud ex ęquo,
quia tunc voluntas infinita nō
eſſet ſufficiens quo , communi-
candi naturā etiā habens obie-
ctū præſens , ſed voluntas infini
ta recta . Item ſi rectitudo illa
ſit conformitas ad rationem re-
ctam, ergo relatio erit principiū
productionis ſpiritus ſancti, ſal
tem vt voluntas recta, ſicut re-
cta eſt ratio volendi. Ideo ſic vo
luntas infinita oīno nihil ad-
dendo ibi obiecto præſente ne-
ceſſario eſt in actu volendi, ita
ꝙ ad nullū actū volendi eſt in
potentia contradictionis , quia
tunc cōponibilis, & ipſa ꝓ obie
cto adæquato habet infinitū vo
libile, ergo neceſſario actu vult
illud , & ita de productione vl-
tra, ſicut de neceſſaria operatio
ne. Secundo probatur ex ratio
ne potentiæ, quæ poteſt habere
obiectum adæquans capacita-
tem eius, igitur vt infinitum, &
non vt contentum ſub illo o-
biecto, quia tunc ab aliquo fi- (*Sicut Probat Ari. 12. met. t. 51. de intellectu.*)
nito dependeret in operando,
& ita vileſceret. Tertio proba-
tur ex ratione actus , quia voli-
tio infinita non dependet a fi-
nito , ergo finitum non eſt pri-
mum obiectum eius , quæcun-
que volitio ibi poſſibilis eſt in-
finita. Reſtat tertium dubium,
vbi dicit̄ ꝙ natura agit per im-
preſſionem , ſicut intellectus, (*Hen. vt ſupra.*)
voluntas autem non. Contra:
hoc falſum eſt, & improbatum
di. 2. & 5. Item non ad propoſi
tum, quia quęritur de diſtinctio
ne principii actiui in modo agē

di, ſiue eliciendi actionẽ ſiue in aliquid agat ſiue non. Alia reſpõſio, verbũ eſt formaliter notitia memoriæ, voluntas eliciens dat obiecto primum donũ, quia amorem, & in hoc ſe, nec ex iſta ratione eſt donum. vnde nec aliud ſimile obiecto pſentato. ideo amor non gignitur, nec eſt imago. ſ. ſ. ita ſicut filius: hoc quidem bene verum eſt de imagine, ſed nõ ſaluatur, quomodo hæc principia elicere poſſunt diuerſimode, quãuis ponatur aliqua diſtinctio in terminis comparatis ad principia in aſſimilari *tantum. Tertia via, ꝙ eſt neceſſitas, vt actus tendit in obiectum, non tamen vt elicitur a potentia. vel aliter. ſicut in actu quaſi iam vt elicito firmatur. nõ tamen vt quaſi prior actu elicit illũ. Contra iſta arguitur. ergo ex parte principii, vt quaſi præcedit actũ, eſt neceſſitas ad eliciẽdum, nec voluntas repugnat neceſſario, quia voluntas perfecta poteſt habere conditionem perfecti principii productiui. Itẽ, econuerſo neceſſitas non tollit libertatem propter nunc dictum. Item, neceſſario agere eſt conditio modi operandi. ergo non repugnat alteri diuidenti principium actiuum, ſicut nec modus illi, cuius eſt modus. Sicut ergo duplex eſt principium, ita duplex eſt neceſſitas conueniens, nec eſt alia ratio diſtinctionis, niſi quia, hoc eſt hoc. ergo non omnis neceſſitas eſt naturalis ſtricte accipiẽdo naturale quomodo volũtas non eſt natura.

*a. l. tamen*

AD ARGVMENTA principalia. Ad primum dico, quod illa diffinitio naturę probat, ꝙ ſpiritus ſanctus non producitur, vt ſimilis ex vi productionis ſuæ, & verum eſt quod nõ eſt imago patris, ſicut filius ꝗ ex vi ꝓductionis ſuæ procedit vt ſimilis patri. Ad ſecundum reſponſum eſt aliis diffuſe di. 2. quæſtio. 4. in illa quæſtione qua ꝗrebaẽ vtrũ poſſent plures eſſe ꝓductiones in diuinis. Ad tertiũ dicẽdũ eſt, ſicut dictũ eſt diſt. 2. q. de productionibus. ꝙ differentiæ accicentales potẽtiæ ſcilicet actiuũ & factiuum non ſunt differentiæ productiuæ potentiæ. generaliter enĩ tali principio producitur illud, cuius eſt tale principium productiuum. vel in eo in quo eſt, ſi natũ eſt illud recipere. vel in alio, vel in in nullo, ſi in nullo, quia nihil natum eſt recipere, illud tunc producitur per ſe ſubſiſtens, ſi potentia productiua ſit perfecta reſpectu ſubſiſtentis, ita eſt in propoſito, voluntas, qua producens producit, nec agit producendo in ſuppoſito, in quo eſt. nec facit producendo in alio. ſed producit terminum per ſe ſtantem, vt perſonam quæ nullo recipitur ſubiectiue. Aliter eſt reſpõſũ diſt. 6. vbi dictum eſt ꝙ productio non eſt intellectio formaliter, & quõ tunc intellectus poteſt eſſe principium nõ tantum intelligendi, ſed etiam dicendi.

*1. q. 4. 1. partis 2. diſt. In ſolutione 3. q. 2. partis 2. diſt.*

Ad vltimum dicendum eſt, ꝙ neceſſe eſt ad actum amandi, ſiue ad actum amoris, amatum eſſe præcognitum. hoc dicit beatus Aug. 15. de trini. c. 27. ſed nõ oportet ipſam dilectionem eſſe præcognitam. puta ſi offertur mihi aliquod, bonum honeſtum, non oportet quod antequam poſſem habere illum actum amandi circa illud, ꝙ





ꝙ precognoſcam illum actum. Ita in propoſito oportet eſſẽntram diuinam, cuius amor ſpirat eſſe ꝑcognitã patri, & filio & ad hoc vt ſpirẽt, ſed nõ oportet in iſto inſtanti originis concedere ſpiritum ſanctum, ꝗ eſt amor ſpiratus eſſe præcognitum patri & filio, licet in inſtãti æternitatis ſit tota trinitas nota cuilibet perſonæ in trinitate, quia diſtinguendo inter inſtantia originis, non diſtinguitur inter durationem & durationem, ſed tantum a quo, quis ſit. Aliter poſſet dici, quod in illo priori ſigno originis antequam intelligatur ſpiritus ſanctus ſpirari, pater & filius cognoſcunt ſpiritum ſanctum, vt intuitiue, licet non vt exiſtẽtem in ſe, quia cognoſcunt eſſentiam diuinam, quę eſt ratio cognoſcendi intuitiue quodcũque obiectum intelligibile, ſicut trinitas cognouit creaturã etiam intuitiue antequam producatur, quia eſſentia ſua, quã intuetur, eſt ratio perfectiſſime cognoſcendi omnia alia, & per conſequens eſt ratio cognoſcendi intuitiue quodlibet cognoſcibile, licet nullum exiſteret in ſe.

## HIC DICENDVM EST. ETC. DISTIN. XI.

*a. l. 7. idẽ habet. ca. 10.*

CIRCA diſtinctionem vndecimam Quæro duo. Primo vtrũ ſpiritus ſanctus procedat a patre & filio? Quod non. Dama. lib. 1. c. 8. A patre procedẽtem, & in filio quieſcẽtem ſpiritum ſanctum dicimus. Item ca. 11. Spiritum ſanctum dicimus ex patre, ex filio non dicimus. Item, idem in epiſtola de triſagio ad Iordanum archimãdritam in ſi. Pater, & verbum, & ſ. ſ. & ſubdit, ex patre quidẽ, filij autem & non ex filio, ſed ſpiritus oris Dei. Item, per rationem græcorum nihil tenendũ eſt vt articulus fidei, niſi quod continetur in euangelio, quod complete continet fidem, aut ſaltem in ſcriptura noui teſtamenti: ſed non videtur expreſſum in nouo teſtõ ꝙ ſ. ſ. procedat a filio. ergo &c. Item, dilectio in nobis nõ procedit a verbo, quia notitia non habet cauſalitatem reſpectu volitionis. igitur ſimiliter nec in prothotypo.

Item, voluntas ponitur tertia pars imaginis. 15. de trini. c. vlti. igitur non eſt principium producendi, ſed productum. Reſpondeo, dilectio vocaẽ voluntas, ſed voluntas potentia ꝑtinet ad parentem, licet non conſtituat parentem, ſed quaſi aduenit ſicut ſecunda fęcunditas in patre.

Item ſpiratio paſſiua eſt propria vni perſonæ in diuinis, igitur & actiua, probatio cõſequẽtiæ. vtraq; enim vr̃ æque perfecta, & æque incommunicabilis, Cõtra in ſymbolo niceno. ex patre filioque procedit. Et Athanaſius etiam in ſymbolo. ſ. ſ. a patre & filio.

IN ISTA QVAESTIONE dñr græci diſcordare a latinis, vt videntur auctoritates Dam. ſonare. ſed de iſta diſcordia dicit Lincon. in notula quadam ſuper finem epiſtolæ de triſagio, ꝙ ſnĩa græcorum eſt. ſ. ſ. eſt ſpiritus filij, ſed non procedẽs a filio, ſed a ſolo patre, per

filium tñ, & vr̃ hæc ſnĩa contra
ria noſtræ, quia dicimus. ſ. ſ. a
patre & filio procedentem. Sed
forte ſi duo ſapientes, vnus græ
cus, & alter latinus, vterque ve-
rus amator veritatis, & non
propriæ dictionis, vnde propria
eſt. de hac viſa contrarietate di
ſquirerent, pateret vtique tan-
dem ipſam contrarietatem nõ
eſſe veraciter realem, ſicut eſt
vocalis. aliquin vel ipſi græci,
vel nos latini ſumus vere hære-
tici. Sed quis audet hunc aucto
rem Ioannem. ſ. Dama. & bea-
tos ſ. Baſilium. Grego. theolo-
logum. Grego. Nazianzenum,
Cyrillum, & ſimiles patres græ
cos arguere * hæreſeos? Quis *a. l. hæreticos.*
iterum argueret hæreſeos bea-
tum Hie, Augu. & Amb. Hyla.
& conſimiles latinos? veriſimi-
le igitur eſt, quod non ſubeſt di
ctis verbis contrarijs contrario
rum ſanctorum ſententia di-
ſcors: multipliciter enim dici-
tur. ſicut hoc huius, ſic hoc ex
illo, vel ab illo, qua multiplici-
tate forte intellecta, & diſtin-
cta, pateret contrariorum ver-
borum non diſcors ſententia.
Quicquid ſit de eis, ex quo ec-
cleſia catholica declarauit hoc
eſſe tenendum, ſicut de ſubſta-
lia fidei, ſicut patet extra de
ſumma trini. & fide catho. cap.
firmiter. tenẽdum eſt, quod ſpi
ritus ſanctus procedat ab vtro-
que. Ad hoc eſt ratio talis. ha-
bens principium perfectũ pro-
ductiuum, prius quam intelli-
gatur habere productum, po-
teſt illo principio producere,
quando. ſ. principium eſt ita
perfectum, quod non depen-
det a paſſiuo, nec poteſt per ali-
quid impediri: ſed filius habet
voluntatem, quæ eſt principiũ
productiuum amoris adæqua-
ti. & habet eam, vt præintelli-
gitur producto actu voluntatis.
ergo poteſt ea producere, igitur
& ea producit. probo minorẽ.
generatio, & ſpiratio hñt ali-
quem ordinem inter ſe, ita ꝙ
aliquo mõ generatio eſt prius
ſpiratione, in illo priori cõmu-
nicatur genito omnis perfectio
diuina, quæ ſibi non repugnat,
& ita voluntas, ergo habet tũc
voluntatem, vt priorem produ-
cto per actum voluntatis, quia
adhuc non intelligitur produ-
ctio aliqua facta per modũ, vel
actum voluntatis. Aſſumptũ ẽt
de ordine iſtarũ productionũ,
licet videatur eſſe manifeſtum
ex ordine potentiarũ. probatur
tñ per hoc. ꝙ qñ duo actus pri-
mi hñt ordinem in aliquo, ſi
vterq; ſit perfecte actiuus, ha-
bebunt ẽt conſimilem ordinẽ
in eliciendo ſuos actus. addidi
aũt perfecte actiuus, ad exclu-
dendam formam ſubſtantialẽ,
& qualitatẽ in * incorruptibili- *a. l. incorporibus.*
bus, vbi licet forma ſubſtantia
lis ſit actiua, & qualitas ſimili-
ter, & forma ſubſtantialis ſit
prior qualitate, tñ qualitas ha-
bet actũ ſuũ prius. ſed hoc ẽ ex
imperfectione actiuitatis for-
mæ ſubſtantialis. In pr̃e aũt in
tellectus & voluntas ſunt per-
fecte principia actiua, & habẽt
ordinem quendam, quia fęcun
ditas intellectus conſtituit ip-
ſum patrem, non autem fęcun-
ditas voluntatis. ergo iſta fęcũ-
ditas intellectus aliquo modo
prius habebit actũ ſuũ, q̃ fęcun
ditas voluntatis actum ſuum.

Probant alij iſtum ordinem
productionis ad productionẽ
per hoc, quod ſicut ſe habet in-
telligere ad velle, ita dicere ad
ſpirare.



*Hen quo- li. 6. q. 1.* ſpirare. Sed iſta probatio vide-
tur deficere. velle enim præſup-
ponit intelligere, quia per illud
intelligere obiectum illud, cir-
ca quod dicitur eſſe dilectio, eſt
ſufficienter pręſens, & abſque
illa intellectione non eſſet ſuf-
ficienter præſens voluntati, vt
poſſet velle, ſed per actum dicẽ-
di non eſt præſens voluntati p̃-
ciſe obiectũ, cuius amor ſpirať,
quia ſi pr̃ voluntate ſpirat, in
eo tñ non hr̃ obiectum pñs for-
maliter per notitiam genitam,
qa nihil nouit notitia genita,
vt dicit Aug. 13. de tri. ſed intel
lectione ſibi ingenita habet ob
iectum ſibi præſens, & iſta eſt
notitia, quæ præſupponiť actui
ſpirandi. ergo nõ eſt ſimilis ne-
ceſſitas, quod generatio pręſup-
ponatur ſpirationi. ſicut quod
intellectio præſupponatur voli
tioni. Concedo quod inſtantia
bene probat quod non eſt ſimi
lis neceſſitas, ſed inter intelle-
ctionem & volitionem eſt or-
do propter duo. Vnum eſt pro-
pter præſentiam iam dictam.
Aliud eſt propter iſtarum potẽ-
tiarum ordinem in operando,
quia iſtæ potentiæ tales ſunt, ꝙ
vna ẽ naturaliter ordinata pri⁹
operari, quam alia, prima ratio
non eſt ratio prioritatis genera
tionis ad ſpirationem, ſed ſecũ
da. ſicut enim inquantum ſunt
potentiæ operariuæ eſt aliquis
ordo inter operationes earum,
ita inquantum ſunt potentiæ
productiuę eſt aliquis ordo pro
ductionis earum, licet non ſit
ordo neceſſitatis propter præ-
ſentiam obiecti talem haben-
dam. Exemplum huius eſt. ſi in *Exemplũ notabile.*
igne calor, & ſiccitas ſint cauſę
vel potentiæ actiuæ, natę tamẽ
ordinatæ elicere actus ſuos, ita
ꝙ ſiccitas non poſſit deſiccare,
niſi calor prius calefaciat, iſta
neceſſitas ordinis non eſt, quia
per calefactionem fit obiectũ
deſiccabile præſens ſicco, vt de-
ſiccet, ſed propter naturam iſta
rum potentiarum actiuarum,
& ſi in illo priori in quo calidũ
calore calefacit, communicaret
calefacto, vel produceret in ca-
lefacto, non tm̃ calorem, ſed ẽt
ſiccitatẽ quã habuit calefactũ,
eadẽ ſiccitate deſiccaret cũ ca-
lefaciente, quia in illo inſtanti
naturæ in quo eſt deſiccatio.
vna ſiccitas eſt in calefaciente
& calefacto. Ita intelligendum
eſt hic, quod in illo ſigno origi
nis, in quo pater producit actũ
voluntatis, principium produ-
ctiuum idem eſt in patre, & fi-
lio, & ideo filius eadem produ-
ctione producit ſpiritum ſan-
ctum cum patre.

AD AVCTORITATES Da
ma videtur poſſe reſponderi p
notulam illam in Line. de qua
dictum eſt. Prima tamen aucto
ritas eius poſſet exponi, ſi loqua
tur de voluntate, & non de ſpi
ritu ſancto, quia tunc poſſet di-
ci, quod voluntas quæ eſt prin-
cipium ſpirandi, ipſa eſt a pa-
tre in filium, quia pater cõmu-
nicat eam filio, & quieſcit in fi
lio. hoc eſt nõ vlterius commu-
nicatur ſub ratione principij ſe
cundi. licet eadem voluntas cõ
municeť ſpiritui ſancto in ſe.
ſed litera Dama. ibidem vr̃ lo-
qui de perſona ſpiritus ſancti,
& non de volũtate, qua ſpirať;
Ad rõnem illam de euangelio,
dico ꝙ Chriſtum deſcẽdiſſe ad
inferna nõ doceť in euangelio:
& tñ tenendum eſt, ſicut articu
lus fidei. quia ponitur in ſym-
bolo apoſtolorũ. ita multa alia

de ſacramētis eccleſiæ nō ſunt expreſſa in euangelio. & tamē eccleſia tenet illa eſſe tradita certitudinaliter ab apoſtolis. & periculoſum eſſet errare circa illa, quæ non tm̄ ab apoſtolis deſcendunt præſcripta. ſed etiā quæ per cōſuetudinem vniuerſalis eccleſiæ tenenda ſunt. nec Chriſt' in euāgelio docuit oīa ptinētia ad diſpēſationē ſacramētorū, dixit. n. diſcipulis ſuis in Ioanne. Adhuc habeo multa vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. multa igitur docuit eos. ſ. ſ. quę non ſunt ſcripta in euangelio. & illa multa quædam per ſcripturam. quædam per conſuetudinem tradiderunt. ſimiliter diuerſa ſymbola diuerſis temporibus ſunt edita contra diuerſas hæreſes de nouo orientes. quia quando inſurgebat noua hæreſis neceſſarium erat declarare veritatem, cōtra quā erat illa hæreſis. quæ veritas & ſi prius erat de fide, non tamen erat prius tantum declarata. ſicut tunc contra errorem illorū, qui eam negabant. Ad aliud de verbo noſtro, dico quod illud imperfectionis eſt in imagine creata. quia verbo non cōmunicatur eadem natura cum mente, & ideo nec libertas formaliter. verbo autem diuino communicatur natura patris, & eadem voluntas cum patre. & ideo habet eam vt fęcundā reſpectu productionis. ſ. ſ. quia intelligiť ordine originis p̄habere illam, anteq̄, ſ. ſ. ſpiretur. Ad vltimū dico ꝙ nō ſequitur, quia nō pōt natura diuina pluribus productionib. hr̄i in vna perſona, ſicut patebit in ſequēti. q. quia vtraque productione haberet naturam. & neutra haberet, tamen vna perſona pōt pluribus productionibus communicare naturam, & plures ꝑſonæ poſſunt vna productione producere perſonam. & ideo ſi paſſiua ſit tantum in vno, non ſequitur ꝙ etiam actiua ſit tantum in vno.

## QVAESTIO. II.

SECVNDO vtrum ſi ſ. ſ. non procederet a filio, poſſet ſtare diſtīctio realis ipſius a filio. quod non. quia ſecundum Boetium de trini. eſſentia continet vnitatem. relatio multiplicat trinitatem, ergo nulla perſona diſtinguiť ab alia, niſi quæ refertur relatiue ad illā. ſed ſi ſ. ſ. non procederet a filio, non poſſet ſtare diſtinctio realis ad ipſum. qa non referreť ad ipſum. igiť &c. Præterea Aug. 2. de ciui. c. 10. Sed iō ſimplex dr̄, ſupple, Deus, qm̄ qđ hēt. hoc eſt excepto ꝙ relatiue quæq; perſona ad alterā dr̄. ſicut pr̄ hēt filium. & non eſt filius. ſ. ſ. igiť ſi non procederet a filio, eſſet filius. quia tunc non relatiue diceret ad eum. Cōtra quinto de tri. ca. 14. vel. 32. apparet quod ſpiritus ſanctus non eſt filius, & ſi exeat a patre. quia exit nō quomodo natus, ſed quomodo datus.

*lib. 1. c. 11.*

*Goff. quo li. q. 4.*

HIC DICITVR, quòd queſtio nulla eſt, quia poſitio includens incompoſſibilia nō poteſt poni, nec ſuſtineri, quia in ea ſtatim includitur redargutio, qđ eſt inconueniens vltimum, ad quod pōt reſpondens deduci. tali enim poſitione poſita nulla regula diſputationis pōt ſaluari. ſ. cōcedēdo ſequēs & negando repugnans, quia ſtatim oportet cōcedere repugnātia, quæ includuntur in poſito. Quod autem iſtud poſitum, qđ ponitur, ſit tale. probatur. quia ſūmo neceſſario repugnat ſummum impoſſibile. quicquid eſt in Deo ad intra, eſt ſumme neceſſarium. ergo repugnans ſibi eſt ſumme impoſſibile. ergo poſitio ſupponens. ſ. ſ. non procedere a filio eſt ſumme impoſſibile, quia oppoſitū eſt ſumme neceſſarium. ſ. ipſum procedere a filio, & īpoſſibile includens incōpoſſibilia, vr̄ eſſe magis impoſſibile, q̄ impoſſibile talia non includens. ergo &c.



CONTRA iſtam poſitionem eſt hoc, ꝙ iſta poſitio vr̄ eſſe fuga qōnis, moueť. n. qō, vt inquiratur quid ſit * principiū diſtinctiuū reale filij a ſpiritu ſancto. vtrum filiatio an ſola ſpiratio actiua? quia ſi filiatio. igiť ꝑ quodcunq; incōpoſſibile circūſcripta ſpiratione actiua, adhuc remanebit ratio diſtinguendí. Præterea, licet poſitio quæ ſtatim ex intellectu ſuo includit contradictoria, nō poſſit admitti, tñ illa quæ ex intellectu ſuo tm̄ vnū contradictoriū includit, & aliud non, niſi per conſequentiā accidentalē, vel per locos extrinſecos, bene vr̄ poſſe admitti, quia tali poſitione poſita poſſunt ſuſtineri regulæ diſputationis, poteſt. n. concedi ſequens conſequētia eſſentiali, & negari repugnans. ſi autem inferatur aliud repugnans ſequens per locum extrinſecū, vel conſequentia accidētali, negandum eſt illud ſequi, qa propoſitio illa, per quā talis conſequentia teneret, deſtrueret ex poſitione. Nūc aūt ſpiratio actiua non eſt de per ſe intellectu filij, vt ꝑſona eſt, ſed quaſi paſſio cōis patri & filio, igiť circūſcripta illa, ponendo filium in eſſe filij, non ponunť contradictoria ex primo īntellectu poſiti, ſed tm̄ alterū. ſ. ꝙ filius ſit filius, & reliquū non niſi ex conſequentia accidentali, & ꝑ locū extrinſecū ex remotione quaſi paſſiones remouendo, q. ſubiectū, igiť iſta poſitio non ſic includit oppoſita, quin poſſit admitti. Itē, ſi aliquid eſſentialiter incluſum in aliquo ponať remoueri ab eo, qđ tñ nō ſit rō inhærentiæ prædicati, bene poteſt quæri an iſto vel illo circūſcripto inſit tale prædicatum, vel non?ēt quantumcunq; poſitum includat cōtradictoria, nō tñ repugnat huic propoſito, quin altera pars huius quæſiti ſit determinate danda. puta ſi circunſcribatur ab homine aīalitas, qđ tñ includit incompoſſibilia, & quæratur vtrum hoc circunſcripto poſſit hō diſtingui ab aſino, vr̄ determinate poſſe reſponderi ꝙ ſic, quia nō per animalitatem cōueniebat homini ſic diſtingui, ſed per rationalitatem, igitur licet ſpiratio actiua eſſet de rōne filij, adhuc tñ ipſa circunſcripta q̄ri poteſt vtrum filius diſtinguatur a ſpiritu ſancto vel non? quia non quæritur niſi vtrum prędicatum circunſcriptum fuit præciſe cauſa diſtinctionis, vel aliud prędicatum non circūſcriptum. Præterea aliud eſt ponere aliud, & illo poſito vlterius quęrere de aliquo propoſito.

*a. l. primū*

ſito. & aliud eſt quærere de veritate alicuius cõditionalis, quia q̃rere de aliqua cõditionali ad nihil obligat. & ſi igiť aliquam ꝓbabilitatẽ hẽret opinio dicẽdo, poſito ꝙ ſpiritus ſ. nõ ꝓcederet a filio &c: nullã tñ ꝓbabilitatẽ hẽt, qñ qõ ſic eſt ꝓpoſita, ſicut eã ꝓpoſui. vtrũ ſi ſpiritus ſanctus nõ procederet a filio, poſſet ſtare diſtinctio realis ipſius a filio? ibi. n. quæro de cõditionali quadam. ſ. ſi* ſpiritus ſanctus nõ ꝓcederet a filio, an ſequať eſſentialiter ipſum non diſtingui ab eo, ita ꝙ oppoſitũ cõſequentis non poſſit ſtare cũ antecedente: loquendo de formali intellectu eorum. Contra iſtam opinionem etiam ſunt multę auctoritates, vna Aug. 5. de tri. c. 6. vel 13. ſi pater nõ eſſet innaſcibilis, nihil prohiberet eum genuiſſe filium, & tamen iſta poſitio concomitãter includit incompoſſibilia. ſ. qđ pater non ſit innaſcibilis. Et Ricar. de tri. cap. 16. ſi ſola vna perſona in diuinitate eſſet, nihil prohiberet eam habere plenitudinem ſapientiæ, vel intellectus, cum tamen concomitanter ad plenitudinem ſapientię, vel intellectus ſequatur pluralitas perſonarum. Item, etiam philoſophus 4. Phyſi. arguit poſito ꝙ eſſet aliquod ſpacium, & non haberet corpus ſenſibile, ſed ſonum, vel colorem, quærit vtrum eſſet vacuum, & reſpondet ꝙ ſi natum eſſet recipere corpus, eſſet vacuum, ſi non, non. ergo tali poſita poſitione, quæ tamẽ per ipſum ponit incompoſſibilia, quia accidens, vt ſonum, & colorem eſſe ſine ſubiecto, poteſt quæri de aliquo, an ſequatur. ſcilicet intelligendo de naturali cõſequentia, qa & ſi poſitum includat incompoſſibilia, non tamen oĩa incõpoſſibilia naturali conſequentia, ſed ad ipſum põt ſequi aliquod contradictorium naturali conſequẽtia, & aliquod aliud nullo modo, niſi ſicut ad impoſſibile quodlibet.

*a. l. An S. ad S. S. non procedere a filio ſequatur ipſum &c.*

*t. c. 58.*

IDEO admittendo quæſtionem, eſt vna opinio, quæ dicit, ꝙ ſi non procederet ab eo, nullo modo diſtingueretur ab eo, & habet pro ſe duas rõnes. Vna ratio eſt iſta, relatio in diuinis aut diſtinguit ſecundum quiditatem, aut ſecundũ eſſe: non ſecundũ eſſe, quia ſic tranſit in eſſentiã, igitur ſcđm quiditatẽ, ſed ſecundũ quiditatẽ tñ reſpicit oppoſitũ, igitur tm̃ diſtinguit ab oppoſito. ſed poſita illa hypotheſi, non eſſent in filio & ſpiritu ſancto relationes oppoſitæ. Secunda ratio eſt talis, ſi relationes diſparatæ poſſent ſufficienter diſtinguere ꝑſonas. ergo cũ tales duę ſint in prẽ, vt generatio actiua, & ſpiratio actiua, pater eſſet duæ perſonæ. Confirmatur ratio, quia tantam diſtinctionem vidẽtur habere iſtæ relationes ſpiratio actiua, & gñtio actiua, quantã habent eorum relatiua, vel correlatiua, igitur ita poſſunt hæc diſtinguere ſicut illa. Auctoritas adducitur Anſel. lib. ſuo de proceſſione ſpiritus ſancti. Sed quia ipſum * adducit vterque pro ſe, & fit altercatio magna de intentione eius quæ fuerit, ideo hic nolo multum circa intentionem eius immorari.

*Thom. 1. parte ſũ. q. 36. art. 12. Egidius quoli. 1. q. 16. vide Tho. quoli. 4. art. 7. optime cum Scoto hic.*

*a. l. adducunt.*

CONTRA iſtam opinionem ſunt rationes, quæ ſumũtur ex duobus mediis. Primum medium eſt ex ratione formali con-



ſtitutiui. Secundũ mediũ eſt ex diſtinctiõe emanationũ. Ex primo horum arguitur, quocũque formaliter aliquid cõſtituitur ĩ eſſe, eodẽ diſtinguitur, quia eodem eſt aliquid ens, & vnum, vnitate conuenienti tali entitati, & ſi vnum, igitur in ſe eſt indiſtinctum, & ab alijs diſtinctum, ſed filius conſtituitur in eſſe perſonali filiatione, ergo & ea formaliter diſtinguiť ab omni alia perſona. igitur per impoſſibile, vel incõpoſſibile, circũſcripto quocunque alio, & maxime poſteriori filiatione, remanebit filius filiatione diſtinctus perſonaliter a quacunque perſona, aſſumptũ patet, quia filius non conſtituitur in eſſe ꝑſonali ſpiratione actiua, quia illa eſt cõis patri, & filio, & non ſunt in eo proprietates poſitiuæ aliæ q̃ generatio, paſſio, & ſpiratio actio, ergo &c. Reſpondetur ꝙ formali conſtitutiuo non diſtinguitur aliqđ a quocunque, ſed tantum ab illis, cũ quibus maxime conuenit, & a quibus non diſtinguiť aliquo alio, niſi illo formali cõſtitutiuo. Exemplum. homo rationalitate non diſtinguitur a lapide, ſed a ſpeciebus animalis cũ quibus conuenit maxime, & a quibus in paucillimis videtur diſtingui, a lapide enim diſtinguitur animalitate, quę nõ eſt formale conſtitutiuum eius, qa lapis eſt inanimatus. Ita diciť in propoſito ꝙ filius cum patre conuenit in ſpiratione actiua, & in hac diſtinguitur a ſpiritu ſancto. proprio aũt ſuo formali. ſ. filiatione diſtinguitur a patre, cũ quo maxime conuenit, quare &c. Contra iſtud, & primo. qa quodlibet hñs aliquod eſſe diſtinguiť diſtinctione conueniente illi eſſe a quocunque alio per aliquod, quod eſt de ratione eius, inquantum habet tale eſſe, filius igitur perſonaliter diſtinguitur per aliquod, quod eſt de ratione eius, inquantum eſt perſona ſpiratio actiua non eſt de ratione eius, inquantum perſona, ſed filio iam poſito, eſt quaſi proprietas aduentitia. Ex hoc patet ꝙ exemplũ adductũ non eſt ad propoſitum, quia & ſi homo diſtinguitur a lapide nõ per rationale primo, diſtinguitur tamẽ per aliquid, qđ eſt de eſſentia ſua, ita ꝙ inconueniens eſſet ipſum per nihil, qđ eſt de eſſentia ſua a lapide diſtingui, ſed tantum per riſibilitatem, ita eſt ergo in propoſito. Ex hoc etiam patet, ꝙ exemplũ concludit propoſitum, homo. n. non diſtingueretur eſſentialiter a lapide, inquãtum animal, ſi animal non eſſet de eſſentia eius, quod tamẽ eſt, licet nõ ſit vltimum conſtitutiuum eius, ſic autẽ arguitur in propoſito, quodcunq; diſtinguiť ab alio ꝑ ſe inquantũ tale, diſtinguiť per aliqđ, ꝙ eſt ꝑ ſe de rõne eius ĩquantũ tale, fili' ꝑ ſe diſtinguiť a nõ filio. igiť ꝑ aliquod qđ eſt de eſſentia eius, ſed hoc nõ eſt vis ſpiratiua. cõſequitur. n. proprietatẽ conſtitutiuã eius. ergo &c. Scđo ſic, ꝑ formale cõſtitutiuũ diſtinguiť cõſtitutũ ab oĩ alio, ẽt ſi ꝑ impoſſibile qđcũq; aliud ab illo circũſcribať, qa ꝑ illud diſtinguitur primo. i. adęquate ab oĩ nõ tali, ſed qđcũq; nõ hñs illã formã cõſtitutiuam eſt nõ tale, igiť per illã diſtinguitur ab oĩ alio nõ habẽte illam. Iſta rõ declarať, qa licet hõ non tm̃ per rõnale diſtinguatur a lapide

pide, ſed etiã per animalitatẽ, nõ ẽt primo diſtinguitur ꝑ rõnalitatẽ.i.non adęquate, q̃a tũc quodlibet diſtinctũ a lapide eſſet rationale, ſed adęquate in genere corporis, primo diſtinguiť a lapide per aĩatum. tñ circunſcribẽdo per intellectũ ab hoĩe quodcunq; aliud a rõnali, ꝑ illud ſolũ diſtingueret eſſentialiter a quocũque nõ rõnali, & ita a lapide, qui nõ eſt rõnalis. nõ igitur tm̃ illud diſtinguit realiter, quod diſtinguit adæquate. ſed ẽt illud qđ ſolũ ſi poneret, eſſet incõpoſſibile illi a quo diſtinguitur. Confirmatur iſta rõ principalis ſumpta, ex proprio cõſtitutiuo, q̃a ſi pater ꝑ impoſſibile non ſpiraret, ſed filius, adhuc tñ pater paternitate diſtingueretur a filio & ſpiritu ſancto, ſicut paternitate conſtituiť in eſſe ꝑſonali. Ex ſecundo medio ſ. ex diſtinctione emanationũ arguitur ſic, generatio diſtinguitur a ſpiratione. & hoc ꝑ impoſſibile circũſcripto omni alio a rõne generationis & ſpirationis, aut ſaltem circũſcripto hoc, ꝙ ſpiratio actiua eſſet a filio, dũ tñ ſtaret diſtinctio principiorũ generandi & ſpirandi. ergo & quodlibet tali circunſcripto ſtaret diſtinctio filij & ſpiritus ſancti. probatio conſequentiæ q̃a impoſſibile eſt vnam perſonã duabus productionibus totalibus accipere eſſe. nulla enim ꝑ ductione aliquid accipit eſſe, qua per impoſſibile circunſcripta non minus acciperet eſſe, ſed ſi ꝓductione hac & illa acciperet aliquid eſſe, & vtraq; complete, quia vtraque eſſet ꝑfecta. igitur vtraque circunſcripta, haberet eſſe per alteram cõplete, & ita neutra & vtraque acciperet eſſe. Ad iſtam rationẽ ponuntur aliquæ reſponſiones ad antecedens, & quia de hoc tractabitur diſt. 13. modo non inſiſto. concluſiones iſtarum rationum concedo, & magis patebit propoſitum declarata illa diſtinctione emanationum. Ad auctoritatem Boetij concedo, ꝙ relatio multiplicat trinitatem, ꝙ tñ non tantũ diſtinguit a relatione oppoſita, ſed a qualibet relatione diſperata, cui formaliter non eſt idẽ, q̃a ſicut in genere qualitatis albedo nõ tm̃ diſtinguitur ab altera qualitate contraria, ſed ẽt ab omni alia diſperata, q̃a nõ eſt albedo dulcedo formaliter, nec odor, & ſi aliqua diſperatę eſſet incõpoſſibilis alteri diſperatę in eodem ſuppoſito, non tantum diſtingueretur natura a natura, ſed ẽt requireretˀ diſtinctio ſuppoſitorum, ita aliqua ratio diſperata ab alia relatione diſparata diſtinguitur abſque aliqua alia incompoſſibilitate, aliquæ autẽ non tantum habent diſtinctionem, ſed etiam incompoſſibilitatem, ſiue incompoſſibilem rõnem in eodẽ ſuppoſito, quales ſunt relationes diſparatę accipiendi naturam, quia perſona quæ diſparatis modis acciperet naturam, non vnico modo haberet naturam. Ad Aug. de ciui. Dei. dico, ꝙ quælibet ꝑſona, hoc eſt ꝙ habet, niſi quod relatiuum habet correlatiuum, & non eſt illud. poſita autem illa hypoteſi ſpiritus ſanctus nõ haberet filium vt correlatiuũ & ſpirantem, & ideo non ſequitur quod ſpiritus ſanctus eſt filius, quia nõ haberet filiũ, nec ſicut ĩtrinſece, nec ſicut correlatiuũ originans, excipit autem



tem Aug. ꝙ illud quod hˀ, non eſt habẽs, q̃ñ hˀ vt correlatiuũ, non igitur acccipit Aug. niſi ꝙ hˀ, vel eo mõ quo dˀ filiˀ habere diuinitatẽ, vel quo dˀ habere patrẽ. vnus modus eſt habendo formaliter, vel eſſentialiter, alius modus eſt habendo correlatiue vel originaliter.

*Vt inquit Ariſt. in præſentato relatio nis.*

ADRATIONES ꝓ ſecunda opi. Ad primã, dico, ꝙ tã ſecũdũ quiditatẽ, q̃ ſecũdũ eſſe manet ibi relatio, quocũque.n. modo manet, ſecundũ quiditatẽ manet ſcđm eius eſſe ꝙ eſt eſſe ad aliud, q̃a q̃ditas relationis nõ põt eſſe ſine eẽ ad aliud, q̃a ĩtelligẽdo relationẽ ſine eẽ ad aliud, non intelligiť relatio, ſed abſolutũ. q̃a ſecũdũ Aug. 7. de tri. c. j. * vel. 9. ſi eſt ad aliud non eſt ſubſtantia. & ſi eſt ſubſtãtia ſiue ad ſe, iã nõ eſt relatio, quocũq; ẽt mõ tranſit eſſe, trãſit & q̃ditas. q̃a ſicut eſſe ad aliud ꝙ eſt eſſe relationis, vere eſt idẽ eſſentię, ita & q̃ditas relationis eſt idẽ eſſentiæ, nihil. n. eſt ibi, qđ nõ eſt idẽ, manet igitur & q̃ditas, & eſſe, q̃a relatio nõ eſt formaliter eſſentia diuina, q̃a ſicut dicit Aug. 7. de tri. c. 2. vel. 12. non eo verbũ, quo ſapiẽtia, trãſit aũt vtrũq, q̃a cum hoc ꝙ nõ eſt formaliter idẽ, eſt vere idẽ, ſicut ſæpe dictũ eſt. Cũ igitur dicis aut diſtinguiť ſecundũ eſſe, aut ſecundum quiditatem, dico ꝙ ſecũdũ quiditatẽ, & ſcđm eſſe ad aliud. Et cum dicis. ſic tranſit. ergo nõ ſic diſtinguit. conſequentia nõ valet, q̃a trãſit ſcđm idẽtitatẽ, & manet ſcđm formalitatẽ, & quia non oportet verã identitatẽ eſſe formalẽ, q̃a formalis rõ huius trãſeuntis, nõ eſt formaliter rõ illius eſſentiæ, in qua trãſit, ideo

*a. l. vel 6. & 9.*

*a. diſt. 8. ſpecialiter.*

huic rõni formali cõ petit, quod eſt huic propriũ, eſt aũt ei propriũ diſtingui realiter ab oĩ relatione, tã oppoſita q̃ diſperata ei incõpoſſibili, & ideo cũ hoc, ꝙ vere tranſit. vere manet quãtum ſufficit ad diſtinctionẽ realem, tã ab oppoſita relatione, q̃ etiã a relatione diſperata ſibi incompoſſibili. Ad ſecundã, cũ dicitur de duabus proprietatibus in patre, rñſum eſt diſt. 2. parte. 2. q. 2. nõ enim oportet tãtã eẽ diſtinctionẽ, vel incõpoſſibilitatẽ productionũ actiuarũ, quanta eſt productionum paſſiuarum, quia impoſſibile eſt idẽ duabus productionibus oppoſitis produci, & accipere eſſe. non autem eſt incompoſſibile idem duabus productionibus actiuis, cõicare eſſe diſtinctis ꝑſonis.

*Soluendo. 2. argu.*

Pro hac concluſione ꝙ ſ. ſ. diſtinguitur a filio &c. ſi non procederet ab eo. Nota auctoritatem expreſſam beati Anſelmi de proceſſione. ſ. ſ. c. j. in fine, vbi dicit. Sicut filius eſt, vt interim aliam cauſam dicã. quoniam nondum conſtat quòd ſpiritus ſanctus ſic de illo procedat, ideo non eſt ſpiritus ſanctus, nec ſpiritus ſanctus eſt filius, quia filius naſcendo habet eſſe de patre, ſpiritus ſanctus vero non naſcendo, ſed procedendo. Item. cap. 20. facit iſtam conſequentiam, ex intentione circa medium cap. Si inquit ſpiritus ſanctus non erit de filio, ſequitur de ſpiritu ſancto filium eſſe. Quære de veritate huius antecedentis, quia aut ideo ſpiritus ſanctus non procederet a filio, quia eſſent eadẽ ꝑſona, & ſi ſic intelligitur conſequentia Anſelmi non magis erit filius de ſ. ſ. quàm ecõuerſo.

ſo. Si autem intelligat Anſelmus, ꝙ ſi diſtinctę perſonę, igitur habetur diſtinctio inter eas ante proceſſionem, quod eſt ꝓpoſitum. Iſta auctorias eſt ponderanda.

## DISTIN. XII.

CIRCA iſtam diſt. duodecimã in qua magiſ agit de modo procedẽdi. ſ. ſ. a patre, & filio, q̃runtur tria. Primo quæro vtrũ pater, & filius ſpirent ſpiritum ſanctum, inquantum omnino vnum vel inquantum aliquo modo diſtincti? Quod inquantum diſtincti Augu. 6. de trini. c. 5. vel. 15. Spiritus ſanctus eſt communis vnio patris & filij. ex hoc accipitur communiter quod eſt nexus amborum, nexus autem non eſt aliquorum, niſi inquantum ſunt diſtincti, eſt autem nexus eorum inquantum procedit ab eis. ergo procedit ab eis inquantum ſunt diſtincti. Item, actio eſt ſuppoſiti. igitur duorum ſuppoſitorũ non eſt vna actio. ſpiritusſanctus autem producitur actione patris & filij, vt agentium, igitur inquantum diſtincti. Item, ſi producunt inquantum omnino, vnum, aut inquantum vnũ in eſſentia, aut inquantum vnum in perſona, aut inquãtum vnũ in vi ſpiratiua: non inquantum vnum in eſſentia, quia tũc ſpiritus ſanctus ꝓduceret ſe, quia eſt vnum in eſſentia cum patre & filio. nec ſecundo modo, inquantum vnum in perſona, qa ſic non ſunt vnum, nec tertio modo inquantũ ſunt vnũ in vi ſpiratiua, quia tunc ſequitur ꝙ

*Primo Meta. in proœmio.*

pater eſſet duo principia reſpectu filij & ſpiritus ſancti, propter duas vires productiuas in ipſo reſpectu eorum.

Item amor notitię genitę eſt tertia pars imaginis. igiť amor procedens eſt amor verbi. antecedens probatur diſt. 6. ꝑ Aug. Reſponſio eſt. qa tres ſunt actus voluntatis reſpectu obiecti. ſ. actus elicitus, complacentię, & imperij, tertius nullo modo in Deo, quia nec eſt in nobis reſpectu primæ intellectionis, primus namque eſt principalior, ſecundus vniuerſalior eſt, tamẽ vterque eſſentialis in Deo, ſed amor procedens eſt principaliter amor obiecti, nõ verbi, niſi ſit patris, neutrius forte ex prima productione, ſicut nec verbi, niſi eſſentiæ, in nobis omnis amor eſt procedens, ibi non, ſed tantũ amor primus obiecti diligibilis.

Contra. 5. de trini. c. 14. Pater & filius ſunt vnum principiũ ad ſpiritum ſanctum, ſicut pater, fili⁹, & ſpiritus ſanctus ſunt vnum principium ad creaturã, creatura autem eſt a tribus inquantum vnum, non inquantum diſtincti. ergo &c.

IN ISTA Quæſtione planum eſt ꝙ pater & filius ſunt vnum principium ſpiritus ſancti. hoc declaratum eſt in concilio Lugdu. ſub Greg. 10. ſicut patet extra de ſum. trin. & fi. cath. fideli ac deuota, & eſt hodie in 6. li. decretalium. Ratio autem huius veritatis eſt iſta, qa vt dictum eſt diſt. 2. pater prius origine habet actum fæcunditatis intellectus, q̃ voluntatis. in illo priori communicatur filio fæcunditas eadem, quæ eſt in patre, qa in illo ſigno originis in



in quo filius producitur per fæcunditatem intellectus, cõmunicatur ſibi a patre quicquid ei non repugnat, & ita fæcunditas voluntatis. igitur in alio ſigno originis, quando producitur ꝑſona per actum fęcunditatis ſecundæ. ſ. voluntatis, producitur a patre, & filio oĩno, vt ab vno principio propter vnam fæcunditatẽ principij ꝓductiui ĩ eis.

SED EST difficultas alia. cum enim voluntas iſta ſit vna in duobus ſuppoſitis, quæ ſuppoſita concorditer volunt iſta voluntate, & concordia connotet aliquam diſtinctionem ſuppoſitorum * concordantiũ. vtrũ pater & filius per ſe magis ſpirent hac voluntate inquantum vna, vel inquantum concors? Hic dicitur ſic, ꝙ ſuppoſita producentia ſunt diſtincta. & propter illam diſtinctionem nullo modo concederentur ſpirare inquantum plures. habent enim vnam vim ſpiratiuam. Sed vlterius illa vna vis ſpiratiua, nõ omnino ſub rõne vnitatis ſuæ eſt proximum principium fæcundum ad ſpirandum, ſed ſub ratione concordis voluntatis, vbi connotatur aliqua diſtinctio, & propter iſtam diſtinctionem connotatam ex parte principij quo, poteſt concedi ꝙ ſpirant inquantum ſunt diſtincti. Iſta opi. confirmatur per Ricar. 3 de trini. quoniam intellectus perfectam fæcunditatem habere põt ad productionem verbi, vt exiſtit in vna ſola perſona, voluntas autem ad productionem ſpiritus ſancti perfectam fæcunditatem habere non poteſt, niſi ſit in geminata perſona. & hoc quia fæcunditas intellectus conſiſtit in plenitudi-

*ſ.l. concordium. Henr. in ſum. arti. 14.*

ne perfectæ ſapientię, quæ poteſt eſſe in vnico dicente Ricar. de tri. li. 3. c. 16. nihil diffiniť cõtrarium naturæ, ſi plenitudo ſapientiæ dicatur poſſe conſiſtere in ſingularitate perſonæ. nã quantum videtur etiam ſi vna ſola perſona in deitate eſſet, nihilominus plenitudinem ſapiẽtiæ habere poſſet: fæcunditas autem volũtatis conſiſtit in plenitudine veri amoris, qui non poteſt eſſe, niſi in duobus ad minus dicente eodem Ricar. ibidem. c. 3. non poteſt amor eſſe iucundus, ſi non ſit & mutuus, quare cum in amore eſſentiali fæcunditas voluntatis nõ poſſit eſſe, niſi ſumme perfectus & iucundus ſit amor. oportet ꝙ voluntas ſi ſit fæcunda: quod ſit amor mutuus, vt ſit ſecundum eum ibidem, qui amorem impendat, & ſit qui amorem rependat. Quia vt dicit. c. 7. ſumme diligenti nõ ſufficit, ſi ſumme dilectus ſummam dilectionẽ nõ rependit, & ſecundum hoc (vt ſupra dictum eſt) ad hoc ꝙ cõmunis voluntas patris & filij ſit fæcunda ad ſpirandum ſpiritũ ſanctum, non ſufficit ꝙ ſit vna voluntas communis amborũ, & amor eſſentialis in ipſa communis, qua ambo ſimul amãt, & volunt: ſed oportet ꝙ ſit voluntas concors, & mutua duorum, qua vnus ſummum amorem alteri impendat, & ille viceuerſa eundem rependat, quo exiſtente fęcunda eſt voluntas, vt ex ipſa neceſſe ſit emanare amorẽ, qui eſt ſpiritus ſanctus, dicente Ricar. vbi prius ca. 11. Quod in amore mutuo, multũque feruente nihil præclarius, q̃ ab eo quem ſumme diligis, & a quo ſumme diligeris, aliũ æque

æque diligi velis.
Probatio itaque conſumatæ
charitatis eſt mutua commu-
nio exhibitæ ſibi dilectionis,
ita ꝙ in illo, ſicut mutuo diligi
tur, vtriuſque dilectio vt con-
ſumata ſit præhabitæ dilectio
nis conſortium. & non debet
ſic eſſe, ſed ita debet ſcribi.
In illis itaque vt dicit, ſic mu-
tuo dilectis vtriuſque perfectio
vt conſumata ſit, exhibitæ dile-
ctionis conſortem æqua ratio-
ne requirit. & hoc per vim ſpi-
ratiuam, quæ eſt concors volun
tas in mutuo amore producen-
do ſpiritum ſanctum, non ſo-
lum vt ſunt vnum in volunta-
te illa, ſiue amore, ſed vt ſunt
plures inter ſe diſtincti, quæ di-
ſtinctio connotatꝰ per hoc, ꝙ vo
luntas dicitur eſſe concors, &
amor mutuus qui nō poteſt eſ-
ſe, niſi ſit plurium, ſecūdum ꝙ
plures ſunt inſeparabiles. nam
hæc præpoſitio cum, aſſociatio-
nem importat, quæ non eſt niſi
plurium diſtinctorum, & pro-
pter hoc bene dicitur ꝙ pater,
filius, & ſpiritus ſanctus ſunt
tres coæterni, cum tamen iſta
negetur pater, filiꝰ & ſpiritus ſ.
ſunt tres æterni, per hoc etiam
ꝙ voluntas cōcors eſt amor mu
tuus duorum, licet ſit vnus &
idem, tamen non eſt eadem ra-
tio eius vt eſt a patre in filium
impenſus, & econuerſo, vt eſt a
filio ad patrem repenſus, quo-
niam ſecundum Ricar. lib. 3. c.
19. Quando duo mutuo ſe dili-
gunt, & ſummi deſiderij affe-
ctus inuicē impendunt, & iſtius
in illum, & illius in iſtum affe-
ctus diſcurrit, & quaſi in diuer
ſa tendit & pro hoc, ꝙ quaſi in
diuerſa tendit, quodam modo
ratione diuerſus eſt: ſed iſta di-
uerſitas eſt in amore, vel volun
tate eſſentiali, qua non obſtan-
te fęcunditas eſt penitus vna &
eadem in voluntate illa cōcor-
di, & amore mutuo, in qua fæ-
cunditate pater, & filius ſunt pe
nitus vnum, & vniformiter ſpi
rāt ſpiritū ſanctū, qui a duobus
concorditer diligitur, & duorū
affectus tertij amoris incendio
in vnum *conflatur. vt dicit ibi
dem Ricar. & ſecundum hoc in *a.l. confir*
ſpiratione ſpiritus ſancti du- *matur.*
pliciter eſt conſideranda patris *vel conſe*
& filij diſtinctio. vno modo, vt *ratur.*
accipiunt ſicut elicientes actū,
alio modo vt intelliguntur eſſe
concordes in amore mutuo, &
in voluntate circa rationem eli
ciendi actum. & ex diſtinctio-
ne eorum primo modo conſide
rata, nullo modo dicendi ſunt
ſpirare, vt plures. licet enim ſint
plures qui ſpirant, non tamen
propter pluralitatem, quæ prin
cipaliter eſt in illis ſpirant, ſed
ſolū ex diſtinctione eorum con
notata, & ſic pater & filius non
ſpirant ſpiritum ſanctū inquā-
tum ſunt plures in eliciendo
actionem, licet concurrant in
vnam rationem, ſecundū quā
elicitur actio, ſed vt ſunt plures
in vnica voluntate, quæ eſt ra-
tio eliciendi actum concordan
do, & amorem ſuum in illa mu
tuando.

CONTRA iſtam opinio-
nem arguitur ſic. ſi pater & fi-
lius producant ſpiritum ſanctū
voluntate, inquantum concor-
diter amantes ſe, ea. Igitur eſt
alius ſpiritus ſanctus prius pro
ductus. conſequens eſt inconue
niens, probatio conſequentiæ,
primo quia in quocūque ſigno
naturæ, vel originis eſt princi-
pium productiuum perfectum
in



in ſe, & in ſuppoſito conueniē-
re actioni in illo ſigno poteſt eſ
ſe tali ſuppoſito ratio producē-
di, ſed voluntas infinita, vt vo-
luntas infinita, intellecta ante
omne velle, habens infinitum
obiectum ſibi præſens, eſt ſuffi-
ciens principium productiuum
ſpirati amoris infiniti, & pater
& filius ſunt perſonæ conue-
nientes actioni, vel productio-
ni. ergo voluntas vt in patre &
filio, nō ītellecta vt qua forma
liter volunt, ſed vt volūtas infi
nita habens eſſentiā diuinam
præſentē ſibi ꝑ actū intelligen-
tiæ eſt prī & filio principiū ꝓ-
ductiuū ſpiritus ſancti. & ita ſi
ſpiritus ſanctus producatur per
voluntatē, inquantū volens, ſi-
ue inquantū ea pr̄ & filius dili
gunt ſe actu, ſequeretur ꝙ ante
ſpiritū ſanctū productum volū-
tate volente erit ſpiritus ſ. pro-
ductus volūtate, vt eſt actus pri
mus, qđ eſt inconueniens. Iſta
ratio de voluntate, ꝙ ſit princi
pium ſpirandi, vt voluntas eſt,
non autē vt eſt actu volēs, con-
firmatur dupliciter. Primo per
formalem rationem volunta-
tis in principiādo, quæ eſt liber
tas, quæ nō ita cōuenit ipſi vel-
le. Secūdo per ſimile de intelle-
ctu. De primo arguitur ſic. vo-
luntas, vt in nobis eſt actus pri-
mus, libera eſt ad habēdū actū
volendi, non aūt ipſe actus vo-
lendi liber eſt, ſiue principium
liberum producēdi aliquid, qa
actus volendi eſt quædam qua
litas naturalis, & ſi eſt princi-
piū alicuius vr̄ eſſe principium
naturale eiꝰ, nō liberū, ſicut ſi ex
tali actu gñaret habitus appeti-
tiuus, naturaliter gñaret, ita ꝙ
nō eſt in ptāte actus gñatio ta-
lis habitus vt videtur. ergo ma
gis vr̄ ꝙ ſaluatur ſpiritū ſanctū
produci libere ſi producatur vo
luntate, vt eſt actus primus, q̃ ſi
producatur voluntate, vt eſt a-
ctu volens vt. ſ. intelligitur ſub
actu ſecūdo. Ex ſecundo arguit
ſic. filius non producitur intel-
lectu paterno vt actu intelligēs
eſt, ita ꝙ actualis intellectio ſit
formalis ratio qua pater gene-
rat filiū, ſicut oſtenſum eſt ſu-
pra diſt. 2. ergo a ſimili volun-
tas, vt actu volens nō erit prin
cipiū producēdi ſpiritū ſanctū,
ſed voluntas vt actus primus.
Secundo probo cōſequentiam
principalē ſic. accipiēdo eandē *Parte 2:*
maiorem ſicut prius. ſ. in quo- *q. 3. & 4.*
cunque ſigno naturæ, vel origi-
nis &c. addēdo hanc minorem,
ꝙ diuina voluntas habēs obie-
ctum primū ſibi pn̄s eſt rō pro-
ducendi amorem adæquatum
illi perfectius, q̃ habens obie-
ctū ſecundariū ſibi præſens vel
ſaltē non minus perfecte. ergo
(cum eſſentia diuina ſit primū
obiectum voluntatis diuinæ,
non pater vt pater, nec filius
vt filius, quia tunc pater eſſet
formaliter beatus in pluribus
obiectis diſtinctis) voluntas ha
bens eſſentiam diuinā præſen-
tem ſibi, ſiue vt amabilem, ſiue
vt amatam, non curo, in iſta* ꝓ *a.l. produ*
batione ſecunda magis eſt pri- *ctione.*
mum producendi amorem adę
quatū illi, ꝙ vt hēt pr̄em vt pr̄,
vel filiū vt filius, pro obiecto,
vel ſaltē non minus, & ita cum
voluntas prius habeat eſſentiā
pro obiecto, q̃ pr̄em, vt pr̄ eſt,
prius ſpirabitur ſpiritus ſ. volū
tate vt eſt eſſentiæ diuinæ tanq̃
primi obiecti, quàm volūtate
vt eſt patris, vel filij tāquā obie
cti ſecundi. Cōfirmatur iſta rō,
qa eēntia diuina eſt formaliter

infinita, paternitas vt paternitas non eſt ormaliter infinita. ergo ſpiritusfſanctus q eſt amor infinitus, & hoc non tm̃ rõne volũtatis infinitæ, ſed ẽt rõne obiecti ĩfiniti. vt dictũ eſt di. 10. magis ſpirabitur volũtate vt eſt eſſentiæ diuinæ, quæ eſt obiectũ infinitum, q̃ vt eſt patris vt patris, vel filii vt filii, vt obiecti. Si dicat̃ eſſentiam non eſſe primũ obiectũ voluntatis diuinæ, ſed rõnem formalẽ in primo obiecto, ꝙ eſt perſona. Hoc falſũ eſt. Tum, quia vnũ eſt primum obiectũ voluntatis. Tum quia ratio formalis obiecti amati prius amat̃, vt cõcedit ꝓpoſitũ, quia tũc erit rõ formalis ſpirãdi eo modo quo primũ obiectũ cõcurrit ad ſpirare. Ex iſtis duabus probationibus concluditur ꝙ pater non ſpirat ſpiritũ ſanctũ, inquantum diligit filiũ primo, nec filius inquantũ diligit patrem, ſed pater & filius inquã tũ hñt eſſentiã diuinam pręſẽtem, vt obiectũ primũ voluntatis ſuæ. & hoc p ſecundã ꝓbationem conſequentiæ principalis, ſimiliter ſpirãt inquantum hñt eſſentiã præſentẽ, & nõ inquãtũ amatã actu, ſed inquãtũ amabilem præſentatã actu intelligentiæ eorũ per primam ꝓbationem cõſequentiæ. Et ſi obiicias contra primam probationem cõſequẽtię, nõne prius pater & filius ſunt amantes eſſentiam in ſe, q̃ ſpirent ſpiritũ ſanctũ? Rñderi põt, ſicut prius dictũ eſt di. 6. de productione filii, quomodo pater aliquo mõ prius origine intelligit, q̃ filius ſit generatus. & tamen non ſic, ꝙ intellectio actualis patris ſit ratio gignẽdi filium, ſed memoria in patre, ita poteſt dici de dilectione, qua pater & filius diligunt ſe conformiter & formaliter, & de actu ſpirandi. Secũdo ſic, principiũ æque perfectũ in vno ſuppoſito, ſicut in duobus, ęque eſt principium agendi in vno, ſicut in duobus, quia ad actionem nõ videtur requiri, niſi principiũ perfectum quo, & ꝙ ſcilicet ſuppoſitum agens perfectum: ſed voluntas æque perfecta eſt in vno ſuppoſito, ſicut in duobus, & vnũ ſuppoſitũ ęque perfectũ eſt perfectione requiſita ad ſuppoſitũ agẽs, ſicut duo. ergo voluntas æque poteſt eſſe principium producendi in vno ſicut in duobus, ita ꝙ illa mutuitas nõ ſit aliqua ratio producendi ex parte principii productiui: prima pars minoris probatur, quia principium quo nõ accipit perfectionem ſibi competentem a ſuppoſito, ſed dat ſuppoſito, quia eo ſuppoſitum eſt perfectum, vt poſſit agere, ergo non eſt tale principium perfectius ĩ pluribꝰ, quàm in vno, quando eſt idem principium in pluribus & in vno. Et ſi dicas quòd illud principium non eſt in vno, vt principium productiuum eſt, ſed tantũ ſic eſt in duobus, & tamen *derelinquit̃ in patre genito filio. Hoc videtur abſurdum, quia omnem realitatem tam abſolutam quam relatiuam, quam pater habere poteſt, a ſe habet ĩ primo ſigno originis, nullam ergo habet filio genito, quam non intelligatur habere prius origine, quam filius generetur, quare & illam fęcunditatem ſiue illa fecunditas ponatur relatio, ſiue aliqđ abſolutum. Item, ſi in patre eſt perfecta voluntas prius origine quam in filio, non tamen eſt prin

*a. l. derelictiue.*

*Nota doctrinam. ſcoticam.*



principium ſpirandi perfectũ per te, quæro quid intelligit̃ addi, vt ſit principiũ ſpirãdi perfectum. non aliud ſuppoſitum. quia illud nihil addit principio quo, ſed tantũ illo habet ꝙ poſſit agere. Si dilectio mutua per te huius in illum, & ecõuerſo, ergo relatio duplex rõnis erit vltimata actualitas principii ſpirandi, hoc eſt impoſſibile propter duo. primo qa nulla relatio rõnis præexigit̃ ꝓductioni diuinę, vt probabit̃ di. 13. cõtra opi. ponentem intellectũ & volũtatem in Deo diſtingui tm̃ ratione. ſecundo quia tũc eſſent duo principia formalia ꝓxima ſpirãdi, & ita duo ſuppoſita nõ ſpirarent præciſe, inquãtũ vnum. qđ eſt contra Auguſtinum. 5. de tri, c. 14. ſicut allegatum eſt in opponendo. Item, ſi haberẽt duas voluntates, poſſent concordes eſſe in tali mutuitate, ergo inquãtum concordes ſpirare, non eſt vt vnum principium ſpirare, qa nec vt vnum ſuppoſitum, nec vt unum quo, inquantum concordes. Item, aut pater voluntate & volitione vt in ipſo cum iſta relatione ad filium dilectũ, eſt totale principium ſpirandi, aut non. ſi ſic. ſequitur ꝙ filius non ſpiret, quia non habet idẽ quo, inquantum habet relationem, econuerſo. non enim* ſpirat inquantum diligens, quo diligens, quo diligere circunſcripto nihil minus ſpiraretur ſpiritus ſanctus. ſed circumſcripta relatione econuerſo. nihil minus ſpiraret̃ a patre ſpiritus ſanctus, vt totali principio per ſuũ velle, vt tendit in filiũ. Si detur in prima diuiſione ꝙ nõ, ſequit̃ ꝙ vterque inquãtũ amans alterum eſt diminutũ principiũ, & ambo ſimul vnũ principiũ, quaſi p aggregationẽ, vt duo trahẽtes nauim, nõ autem vnũ principiũ per identitatem principii perfecti. Hoc confirmat̃ per Augu. 4. de tri. c. 20. pater eſt principiũ totius deitatis. & per ipſum in auctoritate pręallegata. 5. de tri. c. 14. patet, ꝙ ſunt vnũ principiũ ſpiritus ſanctus omnino vnũ, & vniformiter, ſicut tres perſonæ ſunt vnum principiũ creaturæ: non aũt omnino vniformiter ſpirarẽt, ſi filius ſtatim in ſuo ſecũdo ſigno originis haberet fæcunditatem ſpirandi, & pater non haberet in primo ſigno ſuo omnino omnem fæcũditatem, ſed haberet ſolum in ſecundo ſigno filio genito. Et ſi inſtetur de potentia creandi, ꝙ illa non ſit in patre ante productionem filii & ſpiritus ſancti, patebit reſponſio partim hic ex ponendo intentionem Ricar. & amplius ĩ quęſtione de ordine productionum intrinſecarum ad extrinſecas. Præterea, contra illas rationes quas innuit Ricar. per ſe, ſcilicet quòd amor mutuus ſit iucundiſſimus, ex hoc ſequitur, quòd pater eſſet formaliter tali amore beatus, quia amor quo eſt beatus eſt iocundiſſimus, & tunc pater non eſſet formaliter beatus in ſe, ſed in filio obiectiue, quod eſt, *hæreticum. Item, ſecundo contra illa rationem arguo ſic. in nobis amor mutuus eſt iucundior quia per talem mutuitatem habetur in dilecto amplior ratio diligibilitatis: quicunque enim dilectus potens diligere, ſi rediligat amabilior eſt, quia non tantum bonitas quæcunque ſit ĩ eo, eſt ratio diligibilitas, ſed redamatio eſt aliqua ratio

*a.l. ſpiratur aliquid in quantum diligens.*

*In 2. di. 1. q. 1. & in quoli. q. 8.*

*a. l falsũ.*

tio diligibilitatis, & ꝓpter hoc
ipſe habens illã bonitatem,quę
eſt prima ratio diligibilitatis,&
ſimiliter redamationem eſt a-
mabilior.igitur oppoſitum erit
in diuinis vbi iſta ratio maioris
amabilitatis nullo modo pote-
rit inueniri, nec poni,non enim
filius eſt amabilior patri, quia
redamans patrem , quàm pro-
pter eſſẽtiam diuinam propter
quam primo amatur,nec iſta re
damatio eſt alia ratio amabili-
tatis in filio . Præterea amor
mutuus in nobis non eſt iucun-
dior,niſi ſciatur: ſicut non ama
tur bonitas,niſi cognita,ſic nec
amatur redamans inquantum
redamans , niſi cognoſcatur e-
ius redamatio, ſed ſi hoc modo
deberet poni in diuinis amor
mutuus iucundior,& ꝓpter hoc
tali amore ſpirari ſpiritum ſan
ctum,tunc pater & filius non
tantum inquantum redamãtes,
ſed inquantum amantes ſe,&
ſcientes ſe redamari , ſpirarent
ſpiritum ſanctũ, ita ꝙ cognitio
redamationis videtur tunc eſſe
formalius & immediatius prin
cipium ſpirandi ſpiritum ſan-
ctum, quàm amor, & ita forma
lius, & immediatius erit ſpiri-
tus ſanctus. productus per in-
tellectum , quam per volunta-
*Henr. quo lib. 5. q. 9.* tem. Præterea, contra opinan-
tem , quia tenet quod ſpiritus
ſanctus poſſet diſtingui a filio,
& ſi non procederet ab eo, pro-
pter eius diſtinctum modum ꝓ
cedendi a patre. ſi autem fęcun
ditas voluntatis ad ſpirandum
ſpiritum ſanctum , non eſt niſi
vt formaliter volũtas eſt in duo
bus , non poſſet ſpiritui ſancto
competere ſuus modus proce-
dendi alius a modo proce-
dendi filii , niſi eſſet a filio. er-
go videtur ſibiipſi cõtradicere.

QVANTVM ad iſtũ arti-
culũ cõcedo,ꝙ pater & filius ſpi
rant ſpiritum ſanctum volunta
te inquãtũ oĩno vna,quia ad ra
tionẽ principii pręciſe,vt princi
piũ. non requirit̃ niſi perfectio
eius in ſe,& ꝙ habeat̃ in pſona
añq̃ intelligatur hr̃e terminum
adæquatũ, volũtas aũt omnino
vna eſt in pr̃e & filio, & ante or
dinem originis intelligitur in
eis , quàm intelligatur habere
terminũ adæquatũ, quia ambo
ſunt ſpiratiui,& ideo voluntas,
vt in eis eſt idem principiũ pro
ductiuũ reſpectu ſpiritus ſãcti.
Sed pp verba Ricar. intelligẽda
diſtinguo ꝙ multipliciter põt
intelligi voluntas cõcors. Aut
cõcordans in aliquo actu ſecun
do elicito, puta amando idem,
& tũc vel eſſentiam, vel amãdo
ſe,& redamando, puta ꝙ pater
diligat æque filiũ , & ecõuerſo.
Vel põt intelligi concors, quaſi
hĩtualiter, inquantũ actus pri-
mus natus eſt hr̃e quaſi actũ ſe
cundum. duobus primis modis
non vr̃,ꝙ pater & filius ſpirent
ſpm̃ ſanctũ voluntate cõcordi,
vt probatũ eſt ĩ prima rõne per
duas ꝓbõnes:nec.n. dilectione
eſſentiæ, vt ꝓbatũ eſt in prima
probatione,nec ſui inuicem,vt
tactũ eſt in ſecunda ꝓbatione
formaliter ſpirant. Ergo opor-
tet ꝙ intelligatur tertio modo
voluntate concordi. ideſt volun
tate, inquantũ eſt actus primus
ĩ quo nati ſũt cõcordare ĩ actu
ſecundo concorditer ꝓducendo
amorem,tali inquam volunta-
te ſpirant,& magis vt una,quã
vt concordi , quia vt intelligi-
tur actus primus , intelligitur
vna voluntas in eis , & non ha-
bere concordiam , niſi iſto mo-





do loquendo , quia iſtæ perſo-
næ intelliguntur poſſe concor-
dari in actu quaſi ſecundo con-
corditer ſpirando. Saluando tñ
aliqualiter verba Ricar. dico,
quod quando in aliquo eodem
ſunt duo principia ordinate
actiua, illud non eſt in poten-
tia proxima ad agendum prin-
cipio ſcd̃o, niſi præintelligatur
in actu primi principij, igit̃ pa
ter non eſt oĩno fęcundus potẽ
tia propinqua ad ſpirandũ, qd̃
eſt actus voluntatis , vt princi-
pij quo. niſi intelligat̃ in actu
principij prioris,qd̃ eſt intelle-
ctus, & ꝑ conſequens voluntas
nõ eſt principiũ primũ, niſi vt
eſt in duob. Hoc ſequit̃ quia ꝑ
illã ꝓductionẽ priorẽ ſine qua
nõ eſt iſta potentia propinqua,
voluntas eſt in duobus, quia ꝑ
actũ primæ fæcũditatis cõicat̃
perſonæ productæ ſecunda fæ-
cunditas,ſ. fæcunditas volunta
tis reſpectu ſpirationis ſ.ſ.non
tñ eſt alia , aut maior fæcundi-
tas in duobus, q̃ in vno ſed ea-
dẽ & in producente, & in pro-
ducto. Exẽplũ iſtius eſt aliqua-
liter in nobis,anima enim non
eſt fecunda potẽtia propinqua
ad habendũ actũ volendi , niſi
ſit in actuali intellectione : li-
cet actuali intellectione non
formaliter producat actũ amã-
di,ſed volũtatẽ, vt eſt actus pri
mus , qui præexiſtit in anima
ante intellectionẽ, licet nõ in
potẽtia propinqua oĩo ad agẽ
dũ,ſi tunc aĩa producens intel-
lectionẽ cõicaret ſibi fęcundita
tẽ voluntatis,nõ eſſet voluntas
in potentia propinqua ad ꝓdu
cendũ amorẽ,niſi prius eſſet ꝑ
ductũ verbũ, & ita cõicata ſibi
voluntate fęcunda. & ita nunq̃
eſſet volũtas proxime fæcunda,
niſi in duob. nõ tñ ita ꝙ illa fæ
cunditas requirat de rõne ſua
eſſe in duob. quaſi ipſa nõ poſ-
ſet eſſe in vno,immo ipſa eadẽ
iã exiſteret in ipſa mente, ſed
pp ordinẽ fęcunditatũ in ꝓdu-
cendo,neceſſario oportet ſecun
dũ fęcunditatẽ, qñ eſt in poten
tia proxima, eſſe in duob. Põt
igit̃ concedi ꝙ pr̃ & filius,volũ
tate vna, q̃ eſt in eis,ſpirant, q̃
eſt perfecte fęcunda in duobus
ſuppoſitis exiſtens , quia prius
intelligit̃ cõicari genito , & ita
eſſe in duobus,q̃ quod ſ.ſ. ea ꝓ
ducat̃. Sed quomodo dilectio-
ne mutua ſpiratur ſpiritus ſan
ctus? Reſpondeo dilectione.i.
voluntate , qua pater & filius,
vt actu primo nati ſunt ſe mu-
tuo diligere. Hac inquam volũ
tate , vt exiſtente in eis , vt eſt
nata talis eſſe, qua diligunt ſe
mutuo, ſpirat̃ ſpiritus ſanctus,
non autem aliquo actu ſecun-
do quaſi dilectionis actualis
impenſæ & repenſæ. Si iſtud
non ſufficiat ad intentionem
Ricar. exponat eum qui pote-
rit, quia non videtur quod eius
determinatio bene poſſit ſtare
cum dictis Auguſt. qui attri-
buit patri & filio perfectam
rationem vnius principij reſpe
ctu ſpiritus ſancti , ſicut trini-
tati reſpectu creaturę, ſi contra
dicat prædictis. Qualiter autẽ
Aug. dicat quod pater & filius
diligunt ſe ſpiritu ſancto quaſi
ſit mutua dilectio patris & fi-
lij,ſicut videtur loqui de trini.
lib.6.c.5.exponetur diſt.32.ubi
magiſter tractat de illa quæſtio
ne vtrum pater & filius diligũt
ſe ſpiritu ſancto.

IVXTA qõnẽ iſtã eſt vna
difficultas,quaſi grammatica-
lis. vtrũ pr̃ & filius poſſent di-

ci vnus ſpirator, vel duo ſpira-
tores? Vbi multipliciter dr̄. ſed
quia vis eſt de ſignificato no-
minis, non multum immoror.
vr̄. n. ꝙ nullū tale nomen ver-
bale ſignificet principiū agēdi,
niſi vt illud natū eſt denomi-
nare ſuppoſitū actiuū, ſicut. n.
lectio ſignificat quiditatiue a-
ctum per modū habitus, & qe-
tis. ita lector ſignificat princi-
piū huius actus ꝑ modū habi-
tus & quietis, vt eſt denomina-
tiuū ſuppoſiti actiui. ſpirator
igitur ſignificat vim ſpirādi, vt
concernit ſuppoſitum, & quia
vna eſt vis ī patre & filio, & ter
minus numeralis appoſitus ali
cui determinabili ponit ſuum
ſignificatum circa illud, ideo
non vr̄ concedendū de vi ſer-
monis, quod ſint duo ſpirato-
res, quia tunc vis ſpiratiua vide
retur numerari in eis. Et ſi obi-
iciatur, ſunt duo ſpirantes, ergo
duo ſpiratores. conſequentia
probatur, quia ſicut ſingulare
infert ſingulare, ſic plurale in-
fert plurale. Reſpondeo. dico
qđ conſequentia nō valet. quia
participiū ſignificat actū, vt in
fieri. conſignificat eīm tp̄s ſicut
verbū. & ita ſicut cōcedit. pr̄ &
filius creant. ita cōcedit, ꝙ ſint
duo creantes: nō aūt cōcedit ꝙ
ſint duo creatores, ſed vnꝰ crea
tor, quia nomē verbale non ſi-
gnificat actū ꝑ modū actus, &
in fieri, ſed ꝑ modū habitus, &
quietis. Sed q̄ eſt rō quare ter-
minus numeralis concedit poſ-
*Tho. 1 per* ſe apponi terminis adiectiuis,
*ſum. q. 36.* & non ſubſtantiuis. ponit iſta
*ar. vlt. ſol* rō, quia adiectiua adiacent ſup
*uen. vlti-* poſitis, & ſignificant formam
*mum ar.* in adiacentia ad ſuppoſita, &
ideo poſſunt numerari ad nu-
merationem ſuppoſitorum. ſed
ſubſtantiua non ſignificant for
mam in adiacentia ad ſuppoſi-
ta, ſed ſignificant aliquo modo
abſoluto, vel *abſtracto a ſup- *a. l. abſtra*
poſitis. & ideo non poſſunt ſic *hendo.*
numerari, quia ſic ſignificaret
ibi numeratio formæ, & ideo
non conceditur duo dij, ſicut
conceditur duo habentes dei-
tatem. Sed iſta ratio non vide-
tur ſufficere, quia terminus nu
meralis ponit ſignificatum ſuū
circa ſignificatum determina-
bilis, ſignificatum autem ſub-
ſtantiui & adiectiui idem eſt.
non differunt autem, niſi in
modo ſignificandi. ideo videt
ꝙ terminus numeralis primo
ponat ſignificatum ſuum cir-
ca idem, & ideo ſi ſignificetur
numeratio formæ determina-
bilis ex vna parte, etiā ex alia,
nec propter illam adiacentiam
ad ſuppoſitum, quæ conuenit
vni, & non alij. non ratione ſi-
gnicati, ſed rōne modi ſignifi-
candi, poterit eſſe veritas in v-
na, & falſitas in alia. Aſſigno
aliam rationem talem, omne
dependens dependet ad aliqd
omnino, & ſimpliciter indepē
dens, nunq̄ enim dependentia
alicuius ſufficienter terminat,
niſi ad aliquid omnino indepē
dens, & ideo qn̄ duo æque de-
pendent, neutrum eſt natū ter-
minare alterū, ſed vtrunq; de-
pendet ad tertium independēs,
adiectiuum eſt dependens ad
ſubſtantiuum, qn̄ igitur adie-
ctiuum additur ſubſtātiuo, ſal-
tem inuenit independēns, ad qđ
terminat eius dependentia: qn̄
aūt duo adiectiua adduntur ſi-
bi mutuo, neutrum ad alterum
dependet, quia neutrum termi
natur ad alterum, ſicut neutrū
terminat dependentiam alte-
rius,



tius, ſed dependet ad aliquod
tertiū, quod terminat ſufficien
ter dependentiam eorum am-
borum. igitur qn̄ terminus nu-
meralis additur, ſubſtantiuo, ſi-
cut ſi dicatur duo ſpiratores,
ſtatim terminus numeralis ad
iectiuus habet ſubſtantiuū ter
minans, & quia adiectiuū de-
terminat illud quod eius depē-
dentiam terminat, ideo denota
tur ſignificatum ſui ſubſtanti-
ui numerari: qn̄ aūt addit adie
ctiuo, vt cum dr̄, duo ſpirantes,
vtrunq; eſt dependens, & ideo
neutrum determinat alterum,
ſicut neutrum determinat de-
pēdentiam alterius, ſed ambo
dependent ad tertium, qđ ter-
minat eorum dependentiā, &
determinat per ipſa. Et hoc in
propoſito eſt aliqui vel ꝑſonæ,
quaſi dicat tres aliqui, vel tres
perſonæ creantes, quia licet vſi-
tate adiectiuum maſculinū nō
ſit ſubſtantiuū, ſed tm̄ neutrū
ſit ſubſtantiuum, tn̄ in diuinis,
qn̄ adiectiuum maſculinum po
nit per ſe, tunc intelligitur ibi
eſſe ſubſtantiuū, vt quis, vel ꝑ-
ſona, vt cū dr̄. pr̄ & filius non
ſunt vnus, ſicut dicunt aucto-
ritates, licet ſit vnus Deus, quia
vnus abſolute poſitus ſignificat
adiectiue. & intelligitur habe-
re ſuum ſubſtantiuū. ſ. quis. vn̄
ſignificat ꝙ pr̄ & filius ſint vnꝰ
quis, vel vnus aliquis, vel vna
ꝑſona. qđ eſt falſum. Tunc, ad
illam cōſequentiam ſunt duo
ſpirantes, ergo duo ſpiratores:
nego eam, & cum probas quia
ſicut ſingulare infert ſingulare
ita plurale plurale, dico quod
nō oportet, ꝙ ſi ad aliquod an-
tecedēs ſequat aliqđ cōſequēs,
ꝙ ad diſtīctionē antecedētis ſe
quat diſtinctio cōſequētis, niſi
qn̄ conſequens illud diſtinguit
in antecedentib. ſicut genus di
ſtinguit in ſpēb. In propoſito
aūt, ſuppoſita ſpirantia diſtin-
guunt, & ad ſuppoſitū ſpirans
ſequit ſpirator. ſed illud conſe-
quēs nō diſtinguit, nec nume-
rat numerato antecedēte, & iō
arguēdo. ſpirans, ergo ſpirator.
duo ſpirantes, ergo duo ſpira-
tores, eſt fallacia conſequentis,
arguēdo a diſtinctione antece-
dentis ad diſtinctionē cōſequē
tis. & ſi aliqn̄ inuenit a docto-
rib. ꝙ pr̄ & filius ſunt duo ſpi-
ratores, dēnt exponi eorū aucto
ritates, & ſane ītelligi. multę. n.
auctoritates ſanctorū, quæ non
ſunt vere de virtute ſermonis,
exponendæ ſunt ſecūdum ma
giſtrum. diſt. 12.

AD ARGVMENTA re
ſpōdet. Ad primū cū arguit de
nexu, dico ꝙ pr̄ & filiꝰ nectunt
in ſpiritu ſancto, ſicut in cōi ꝓ-
ducto, & q̄ ſic nectunt in cōi ꝓ
ducto, licet ſint diſtincta, alio-
quin nō connecterent, tn̄ non
hūt cōe productū inquantum
diſtincta, ſed inquantū vnum.
vnde productum vnum eſt ab
eis inquantū ſunt vnū produ-
cens. & ita auctoritas illa eſt in
oppoſitū. Ad ſecundum dico, ꝙ
actio eſt ſingularis per ſe exiſtē
tis, nō oportet aūt eſſe alicuius
ſingularis incōicabilis ꝑ ſe exi-
ſtentis. ſicut dictum eſt diſt. 4. *q. 2.*
ſicut hæc eſt vera, Deus creat,
vel Deus eſt pater, filius, & ſpi-
ritus ſ. ita ponitur hic. ꝙ eſt ali
quis ſpirator ſingularis, cui pri
mo conuenit. i. adęquate ſpira-
re, qui intelligitur aliquo mo-
do in patre & filio, quibus con-
uenit actus ſpirandi, quia vter-
que eſt hic ſpirator, & tunc di-
ceretur quod illius per ſe exi-

ſtentis, quod eſt quaſi cõmune quoddam in re ad patrem & filium, eſt vna actio, licet illud non ſit vnum ſuppoſitum, id-eſt incommunicabile, ſicut nec trinitas eſt vnum ſuppoſitum, vna tñ creatione creat. Iſtud non vr̃ hic probabile, ſicut ibi. Deus creat; quia non vr̃ hic* aliquid per ſe exiſtens communis patri & filio; & non ſpiritui ſancto, quia tunc illud ſingulare per ſe exiſtens, licet non incommunicabiliter, realiter tñ referreẽ ad ſpiritum ſanctum, & eſſet aliquid realiter relatũ ad intra prius aliquo modo q̃ intelligeretur eſſe perſona. ita quod non omnis relatio realis ad intra eſſet ꝑſonæ, quod nõ videtur probabile. Aliter dici poteſt, quod actio non denominat vltima denominatione, niſi ſuppoſitum, vel * habens modum ſuppoſiti, dico modũ ſuppoſiti pro anima ſeparata, & pro accidentibus ſeparatis ꝑ miraculum, quæ denominantur ab actione vltima denominatione, quia per ſe exiſtunt, licet* non ſit incommunicabiliter, quia nata ſunt communicare ſe ſuppoſitis, dum tamen nihil communicant illis, nihil denominaẽ ab actione eorũ, niſi ipſa vltima denominatione, ſed oĩs forma exiſtens in alia, vt forma, ſicut dat eſſe illi, ita dat illi aliquo mõ denominari a ſua actione, & licet forma in ſuppoſito denomineẽ ab actione ſua, non tñ vltima denominatione, ſed vlterius* denominaẽ ſuppoſitũ ab eadẽ actione, ſi tñ aliqua forma ꝑ ſe exiſtẽs nata eſſet habere aliquã actionẽ ꝓpriam, ſi ipſa daret idẽ eſſe pluribus, ex quo ſuppoſita non denominanẽ actione formæ, niſi quia hñt eſſe per formã, denominarenẽ ab eadẽ actione, ſicut haberent idẽ eſſe filius formæ actiuæ. Exẽplũ. ſi vna albedo eſſet in duabus ſuperficieb⁹, vna immutatione immutarẽt, igiẽ cũ volũtas fęcunda ſit vnũ principiũ ſpirãdi, quicquid denominaẽ ab iſta actione ꝑ hoc ꝙ hẽt eſſe iſta forma. denominaẽ eadem actione. Qñ igiẽ dr̃ actio eſt ſuppoſiti. ergo pluriũ ſuppoſitorũ plures actiones. nego conſequentiã. niſi qñ plurificaẽ in eis illud, qđ eſt rõ agendi. ꝑ qđ iſta dñr denominatiuẽ agere. Et ſi obijcias. ab vna anima hoĩs ſunt multæ operationes diſtinctæ, vt intelligere, & velle, & ẽt multæ operationes ſenſitiuarũ partiũ, vt videre, audire, & talia multa, & ſi partes illæ eſſent ſuppoſita, eſſent eorũ agentiũ plures actiones. Dico ꝙ non ſemꝑ ſi vnica res eſt, eſt eius vnica rõ agẽdi. ĩmo vnica res põt includere in ſe plures rationes agendi, ſicut diceẽ de anima reſpectu ſuarum potentiarum; ſi de hoc fiat qõ. dictum autem eſt * in prima rñſione iam habita de vna ratione ſimpliciter agendi. qualiter vna rõ eſt in pr̃e & filio ad producendum ſpiritum ſanctum. Ad tertium dico ꝙ pr̃ & filius ſpirant ſpiritum ſanctum, inquantum ſunt oĩno vnũ, & nõ inquantũ ſunt vnum in eſſentia, nec inquantum vnum in perſona, ſed inquantum ſunt vnum in vi ſpiratiua. Et cũ inferẽ, ergo pater eſſet duo principia productiua ꝑꝑ duplicem fæcunditatem in eo. nego conſequentiam, quia ad hoc ꝙ dicaẽ plura producentia, requirit numeratio ſuppoſitorũ. non. n. dr̃ aliquis plures ſcientes, licet habeat plures ſcientias, ſed oporteret eẽ plura ſuppoſita ad hoc quod ſequeretur.

*a. l. aliquid.* — *a. l. habentem.* — *a. l. non ſit incommunicabiliter.* — *a. l. denominaretur.* — *a. l. in iſta ratione.* — *Vide in 2. diſ. 16.*

☞ Quia adiectiuum eſt in adiacentia eſſentiali ad ſuppoſitum quod terminat eius dependentiam, & ideo non poſſet plurificari niſi ſubſtantiuum, qđ ſiſtit eius dependentiam, plurificeẽ. hic aũt in propoſito ſuppoſitũ, qđ ſiſtit dependẽtiam adiectiui, non poteſt plurificari. & iõ adiectiua ſibi adiacentia non poſſunt plurificari, niſi propoſitio ſit falſa, & de hoc aliàs in tertio lib. vbi quæritur, vtrum ſi plures naturæ aſſumerentur a verbo eſſet vnus, vel plures homines.

** diſtin. 1.*

## QVAESTIO. II.

*a. l. tertio*

SECVNDO quæro. Vtrum pr̃ & filius ſpirent vniformiter. ſ. ſ. Qđ nõ. Augu. 15. de tri. c. 17. Spiritus ſanctus principaliter procedit a patre, non igitur principaliter a filio. ergo non vniformiter omnino.

Item, Hiero. epiſtola. 88. Spiritus ſanctus proprie a patre ꝑ filium. ergo non procedit proprie a filio.

Item, Hylarius de trini. 12. Spiritum ſanctum qui a te per vnigenitum eſt, promerear. igitur eſt a patre per filium. ergo non vniformiter ab vtroque.

Item Ricar. 6. de trini. Spiritus ſanctus ꝓcedit a patre mediate & immediate, a filio autem immediate tãtũ. ergo &c.

Itẽ, omnis cauſa prima plus agit quàm ſecunda. ex prima propoſitione de cauſis. & patet ex dicto philoſophi primo poſte. & 2. met. Neceſſariorũ principia eſſe veriſſima ſemꝑ oportet, quia ſunt alijs cauſa veritatis. ergo omne prius producens plus producit, quam ſecundum ꝓducens. ſed pater videẽ prius producere cum det filio producere. ergo &c. Contra. vno principio inquantum omnino vnũ in eis ſpirant ſpiritum ſanctũ. ex. q. præcedente. ergo omnino vniformiter.

*T. c. 5. 8. c. 4.*

RESPONDEO, actus poteſt conſiderari tripliciter, vel in ſe, vel inquantum eſt termini, vel inquantum comparatur ad ſuppoſita agentia: primis duobus modis eſt omnino vniformitas, vel potius vnitas, quia veriſſime vna actio, & vnus terminus productus: tertio modo loquendo, ſicut ipſa vis ſpiratiua communicatur filio a patre, ita etiã, quòd filius ſpiret. hoc habet a patre. & ita pater ſpirat a ſe, filius autem non a ſe.

Contra, igitur pater prius ſpirat ſpiritum ſanctum, quã filius ſpiret ſpiritum ſanctum. quia in illo primo ſigno originis in quo pater habet a ſe eſſe, habet ſpirare a ſe, & tunc filius non ſpiraret, quia ſi ſpiritus ſanctus præintelligitur habere prius eſſe a patre, quam a filio, tunc filius produceret ſpiritum ſanctum iam præexiſtentem. Confirmatur. quia quodcunque principium productiuum in ſuppoſito priori intelligitur habere terminum adæquatum, non poteſt eſſe principium producendi in poſteriori ſuppoſito, ſic eſt in propoſito. ergo & cæte.

Reſpon-

Reſpondeo de iſtis ordinibus, ſiue originis ſiue naturæ, & de multis ordinibus prioritatis, & poſterioritatis, aliàs dicetur: ſed quantum ad propoſitum dicendum, ꝙ non eſt conſimilis ordo inter patrem generantem & ſpirantem, ſicut eſt inter patrem ſpirantē & filiū ſpirantē, vnde non eſt intelligendum ꝙ pater ſpirat antequā filius ſpiret. ſicut prius origine pater generat, quàm ſpiret propter ordinem principiorum in producendo, quia tunc filius non ſpiraret, vt argumentum deducit, quemadmodum ſpiritus ſanctus non poteſt generare filium iam præintellectum generari. Sed eſt iſte ordo, ꝙ in patre eſt primo vtraque fęcunditas a ſe, ſecundo eſt in patre actus primæ fęcunditatis, & tunc in filio eſt ſecunda fęcunditas. tertio eſt actus ſecundæ fęcunditatis ſimul a patre & filio, habentibus tunc ſimul illam fęcunditatem. adhuc tamē cum aliquo ordine, quia ille actus eſt pr̄is a ſe. filij autem non eſt a ſe, ſed a patre. ſicut nec in ſecundo ſigno eſt illa fęcunditas filij a ſe, ſed patris eſt a ſe. non eſt ergo ordo originis inter ſpirationē patris & filij, quaſi ſpiret pater in aliquo ſigno originis, in quo non ſpiret filius. ſed in eodem ſigno originis ſimul ſpirant, eſt tamen ibi ordo ſpirantium in ſpirando, quia pater in illo tertio ſigno originis ſpirat a ſe, filius autem non a ſe. Ad confirmationem dico, ꝙ maior nō eſt vera. ſi illud principium nō habeat prius terminū adæquatum, antequam aliud ſuppoſitum producatur, cui cōicatur illud principium ſecundum totam eius fęcūditatem. & ſic eſt in propoſito de vi ſpiratiua, quā pater communicat filio, anteq̃ habeat terminum adęquatum, ſcilicet ſpiritum ſanctum.

*In 2. q. 1. & quoli. q. 4. & reportatio- num. q. 1. prologi & in formalitatibus & int. de primo principio, & theorematibus & met.*

PER IDEM patet ad oēs auctoritates adductas, quia propter hoc dicit Aug. patrem principaliter ſpirare. exponit enim ſe. ideo principaliter dixi, qa qđ filius ſpirat, hoc habet a patre. Dicit tamen quidam doctor, ꝙ pater ſpirat principaliter, & principalius, filius autem tantum principaliter ſpirat, quia reſpectu ſ. ſ. habet filius auctoritatem, licet pater habeat auctoritatem reſpectu filij, & reſpectu ſ. ſ. inquantum ſpirat. Alius autem doctor contradicit ſibi, ꝙ non eſt ibi aliqua cōparatio proprie dicta in aliqua forma vna. ſed tātum eſt ibi cōparatio in voce, ſicut Michael dicitur ſanctior dæmone. vbi eſt tantum comparatio ſecundum vocem, & non ſecundum aliquam formam communem in vtroque extremo. ſed illa forma eſt tantū in vno extremo, & non in altero. ita principalitas eſt in patre, vt idem ſit patrē principalius ſpirare, & principaliter ſpirare. Ad aliud de Hiero. dico, ꝙ proprietarius tātum dicitur ille qui in habendo rem nullo modo dependet ab alio. vſuarius autem qui in vtendo re dependet ab alio nō eſt proprie proprietarius. pater igitur qui vim ſpiratiuam habet a ſe, recte dicitur ꝓprie ſpirare. filius nō ſic proprie. ſ. a ſe ſpirat, licet proprie ideſt non īproprie, vel imperfectę ſpiret. Per idem patet ad Hyla. quando dicit ꝙ ſpiritus ſanctus eſt a patre per filium. diſtinguitur tamen

*Alexā. de Alex. in prin. di. q. 2. & ſupra bona. q. 1. in fi. Varro in præſenti diſt.*



tamen ꝙ aliquid determinatū per hac præpoſitionē, per, cum ſuo caſuali comparatur ad verbū tranſitiuum, vel intranſitiuum: ſi ad tranſitiuum, tunc notatur in caſuali huius præpoſitionis ſubauctoritas, vt pater creat per filiū. ſed ſi ad abſolutū, vel intranſitiuum, tunc notatur in caſuali huius p̄poſitionis auctoritas, & hoc vel efficiētiæ. ſicut hō viuit p Deū, vel cāę formalis, vt hō ſapit per ſapientiā. Et per idē patet ad Ricar. pr̄ enim eadē fæcunditate immediate ſpirat ſpiritū ſ. ſed inquātum dat filio illā virtutē ſpirādi, qua filius ſpirat, pōt dici immediate ſpirare. nec eſt hic difformitas aliqua perfectionis & imperfectionis, ſiue aliquid, qđ ponat diuerſitatem in actu, ſed tantū alius modus habendi cādem virtutē, quia pater a ſe. filius non a ſe. ſed a patre. Ad vltimū dico ꝙ illa propoſitio eſt vera de cauſa & cauſato, ꝓpter hoc ꝙ in cauſis ordinatis, eſt alia virtus cauſandi, & principalior in priore, nō aūt in principio, qđ non eſt cauſa, quia ibi non eſt alia virtus principiandi. ita eſt in propoſito. & iō non plus principiat primum principians, quàm ſecundū, ſicut nec cauſa ſuperior plus cauſaret q̃ cā ſcđa, ſi eadē virtute cauſatiua cauſaret cū cauſa ſecunda.

## POST HAEC ETC.

### DISTIN. XIII.

CIRCA iſtam. 13. diſt. in qua magiſter agit de proceſſione. ſ. ſ. prout diſtinguitur contra generationē filii. quæro vtrum ſpiritus ſanctus ſit genitus. ſiue vtrū ꝓductio ſpiritus ſancti ſit generatio, vel diſtinguatur ab ea? Quod ſit generatio probo. quia generatio in creaturis per hoc diſtinguitur ab aliis mutationibus, ꝙ eſt ad ſubſtantiam, vel per hoc ꝙ ea producitur aliquid in eſſe ſubſtantiæ. ſpiratione aūt producitur. ſ. ſ. in eſſe diuino, ſicut generatione producitur filius. ergo productio. ſ. ſ. eſt generatio. Confirmatur ratio. quia mutationes & motus diſtinguuntur per terminos formales eorum. ſecundū philoſophum. 5. Phyſ. Sed formalis terminus ſpirationis. ſ. ſ. eſt idem cum formali termino gn̄ationis, quia eſſentia cōicatur* vtrobique. ergo ſpiratio eſt generatio. Præterea. quæcunq; vni & eidem ſunt eadē, inter ſe ſunt eadē. igitur quæ eidē ſunt vniuoca inter ſe ſunt vniuoca, generatio & ſpiratio ſunt vniuocę productiones, cōparando ad idem tertiū, vt ad patrem, quia ſicut dictū eſt ſupra diſt. 7. Vtraque ꝓductio eſt vniuoca in ſe. igitur iſtæ duæ erūt vniuocę, ꝓductiones inter ſe, & ita vnius rationis. Præterea, differentia realis non dependet a differentia rationis, quia eſt perfectior. Sed differentia principiorum iſtarum productionum ſunt natura & voluntas, quæ differunt tantum ſecundum rationem, quia differentia realis abſolutorum non videtur poſſe ſtare cū ſimplicitate diuina. ergo diſtinctio iſtarum productionū, quæ præexigit iſtam, tantum erit rationis. Probatur etiā minor aliter dupliciter. Primo, quia aliàs inter intelligere & intellectum in Deo erit relatio rea-

*T. c. 4. 5. & 48.*

*a. l. utriq;*

realis. & ita diſtinſtio realis.cõſequentia probatur. quia vbicũque intellectus ex natura rei diſtinguitur ab intelligere, intellectus recipit intelligere, vel eſt rõ recipiẽdi ipſũ. & ita ibi erit relatio realis recipientis ad receptũ.Et cõfirmatur, quia ſi intellectus in Deo nõ ſit rõ recipiendi intelligere. nõ magis ꝓprie dicetur Deus intelligere intellectu, quàm voluntate.ita etiam poteſt argui de relatione prioris, quia principium eſt prius illo, cuius eſt principiũ. Scđo probatur minor, quia abſolute intellectus eſt principiũ quo, reſpectu intellectionis, & in eliciendo, & recipiẽdo.igitur eodẽ addito vtrobiq; intellect⁹ infinitus erit,ſic principium reſpectu intelligere infiniti,& ita erit ibi relatio realis. Cõtra Augu 5.de trini.c.14.vel.32.Spiritus ſanctus.procedit a patre, & filio non quomodo natus, ſed quomodo datus.

*Egi.diſt. præſenti art.2.var. 13 in præſenti diſ. T.e.4. & 48.*

HIC SVNT multę vię ponẽdi,& multi modi q̃bus diſtinguuntur iſtæ ꝓductiones. Vno modo ponitur iſtas productiones diſtingui per terminos, qui ſunt perſonæ productę. Et confirmatur iſta poſitio per illud philoſophi. 5. phy. Vbi dicit ꝙ motus diſtinguuntur per terminos,vt videtur, quia alius terminus eſt alterius motus. & licet iſtę ꝓductiones nõ ſunt motus nec mutationes, ſunt tamẽ quaſi viæ quedã ad perſonas.igitur per iſtas diſtinguuntur. Contra.emanationes non habent eſſe per terminos. igitur nec diſtinctionem. antecedens patet, quia habent ex ſe eſſe formaliter.cõſequentiã probo. quia ab eodẽ habetur eſſe,& diſtinctio.

*a. l. quia terminõ habent ex eſſe.*

Item illud de.5. phy. eſt ad oppoſitum, non enim motus diſtinguũtur penes terminos, niſi q̃a formę fluentes ſunt eiuſdẽ rõnis cũ formis terminantibus, ſed hic non eſt fluxus eiuſdem rationis cum termino, nec etiã via quaſi fluxus eſt eiuſdẽ rõnis cum terminis formalibus, quia terminus formalis eſt eſſentia, illa autem productio, quæ eſt quaſi via,eſt relatio.

*Tho.1.parte ſum.q. 36.ar.2. in ſol. vl. ar. & q. 27. ar.4. vide magiſtrum in litera.*

ALIO MODO ponitur iſtas productiones diſtingui ꝑ hoc,ꝙ vna productio eſt ab vna perſona,alia a duabus perſonis. Contra hoc,quia ſi idẽ ſit principium formale producendi aliquid ꝓpter eſſe eius in hoc ſuppoſito vel in illo non erit principium alterius rationis, quia albedo in lapide, & in equo eſt principium immutationis viſus eiuſdem rationis, ita etiam ſi eadẽ albedo eſſet in duobus, vt in vno eſſet principium immutationis vnius rationis, iſtæ autem productiones ita diſtinguuntur, ꝙ non ſunt eiuſdem rationis. ergo oportet iſtius diſtinctionis aſſignare aliam rationem,q̃ vnitatem vel dualitatem ſuppoſitorum agentiũ. Itẽ, ſecundum iſtam viam poſſunt poni infinitæ perſonæ in diuinis. poſſet enim poni quarta ꝑſona a tribus, & quinta à quatuor perſonis: nec eſſet aliqua ratio trinitatis in perſonis diuinis, ſi tantum eſſet diſtinctio ꝑ vnitatem ſuppoſiti agentis & pluralitatem,& nõ eſſet diſtinctio ꝑ rationes producendi. Itẽ, cõis diſtinctio reducit̃ ad aliqua primo diuerſa,quę eſſent diſtincta, ſi per impoſſibile eſſent ab omnibus alijs ſeparata,ergo illa diſtinctio eſt per aliqua talia,



lia, quæ eſſent diſtincta omnibus alijs per impoſſibile prætermiſſis. quę etiam ſeipſis ſunt primo diuerſa, talia non ſunt vnitas vel pluralitas ſuppoſitorum agentium, ſi non ſit aliqua alia diſtinctio in principijs agendi. ergo circũſcripto enim omni alio ab vnitate, vel dualitate ſuppoſitorum,non videtur ꝙ iſta vnitas vel pluralitas ſit prima ratio diſtinguendi productiones.

*Goſ.quoli. 3.q.5. & quoli. 7. q̃.4 Contra eſſentia ſtat cũ oppoſitis igitur diſtinguitur ab vtraq;. Reſpõdeo eſſentia nõ opponitur alicui a quo generans & genitus diſtinguãtur realiter ſpirans ſic opponitur.*

ALITER ponitur iſtas ꝓductiones diſtĩgui.q̃a vna eſt cũ alia, & cum oppoſito eius, ita ꝙ ratio diſtinctionis relationũ diſparatarum eſt diſtinctio oppoſitarum relationum, quatenus. ſ. vna relatio diſparata ſe cum compatitur duas alias relationes oppoſitas,ſicut vis ſpiratiua ſtat cum generatione actiua & paſſiua, & ideo diſtinguitur ab vtraque illarum. Contra iſtud poteſt ſic argui,ſicut contra opinionem præcedentem, non enim aſſignat iſta poſitio, quare non poſſunt eſſe infinitæ perſonæ,quia ſemper poſterior relatio poſſet ſtare cum oppoſitis relationibus prioribus.Præterea, nõ eſſet primo diuerſitas inter hanc productionem, & illam,niſi per hoc ꝙ iſta productio eẽt cũ vna & ſua oppoſita, & alia non ſtat cum ſua oppoſita, & ita iſta non eſſet prima ratio diſtin. quia prima ratio diſtin. eſt aliqua ratio * prius diſtinctorum.Contra iſtam viã, & aliam pręcedentem ſimul arguo ſic. quæro quare ſpiratio actiua poteſt ſtare cum generatione actiua & cum generatione paſſiua. & generatio actiua non poteſt ſtare cum generatione paſſiua,nulla eſt ratio niſi ꝓpter diſtinctionem ſpirationis actiuæ a generatione actiua,iõ enim aliquid eſt compoſſibile, vel incompoſſibile alicui, quia ipſum eſt tale in ſe. & non ecõuerſo.quia veritas negatiuæ firmatur. & fundatur ſuper veritatem affirmatiuæ. ideo enim homo non eſt aſinus, quia homo eſt homo. 2.perier.in fi.& 4. Meta.prius igitur eſt aliqua diſtinctio generationis actiuę, & ſpirationis actiuę propter quã eſt incõpoſſibilis generationi paſſiuæ generatio actiua.& nõ ſpiratio actiua q̃ ſit iſta compoſſibilitas vel incompoſſibilitas. ergo iſta compoſſibilitas, & nõ compoſſibilitas non eſt prima ratio diſtinctionis ꝓductionũ. Præterea iſtæ productiones diſtinguuntur. quia altera eſt per modum naturæ, altera per modum voluntatis, hæc autem diſtinctio productionum non tãtum eſt a ſuppoſitis producentibus.nec quia vna ſtat cum aliqua. & altera non ſtat cum illa.ſed ſumitur ex diſtinctione principiorũ productiuorũ, quæ habent oppoſitos modos principiandi. ergo &c. Reſpondet ſic opinans, quòd productio ibi eſt vna per modum naturæ, & altera per modum voluntatis. non quia vna perſona producatur naturaliter. & alia nõ, ſed q̃a productio vna eſt ſimilis ꝓductioni naturali, & alia eſt ſimilis productioni voluntariæ: naturale enim agẽs ꝓducit nõ præſupponens aliã ꝓductionẽ. & hoc in cõi loquẽdo, licet per accidens vnũ naturale agẽs præſupponat aliq̃d producẽs prius ipſo,ita enim productio filij eſt per modũ naturæ,quia nõ pſupponit aliã productionẽ,produ-

*v.l.primo.*

ctio voluntatis p̄ſupponit aliã
productionem, illam videlicet
q̃ eſt per modum naturæ, & in-
tellectus. & ita ꝓductio ſpiritus
ſancti eſt per modũ voluntatis,
quia ſ.ſ. producitur ſimili mo-
do illi productioni, quæ ꝓprie
dicitur eſſe productio volunta-
tis. ſ. præſupponendo aliam pro
ductionem.

Iſta expoſitio non videtur ſe
cundum intentionem ſanctorũ
attribuentium iſtas productio-
nes proprie intellectui, & volũ-
tati, quia ſi tantum debeant in
telligi diſtingui per hoc, ꝙ vna
præſupponat aliam productio-
nem, & alia productio nullam
præſupponit, non videtur ratio
ex productionibus, quare filius
ſit magis filius, vel verbum ex
vi productionis ſuæ, q̃ ſ. ſ. nec
ꝙ ſ.ſ. ex vi productionis ſuę ma
gis ſit amor q̃ filius, quod vide-
tur abſurdum. Item multæ alię
productiones poſſunt eſſe vel p̄
ſupponentes, vel non præſup-
ponentes aliquam productio-
nem, ſicut productio per modũ
artis videtur aliam productio-
nem pręſupponere. ſ. productio
nem verbi interioris in mente
artificis. ergo ſ.ſ. poſſet dici pro
duci per modum artis, quod eſt
falſum. Et præter hæc ſicut eſt
argutum diſt. 2. & 10. ex quo in
Deo ꝓprie eſt intellectus & vo
luntas, & vtrunque eſt ſufficiẽs
productiuum cum obiecto ſibi
præſente, vere producetur per-
ſona per actum intellectus, vt
principij productiui. & alia ꝑ-
ſona per actum voluntatis, vt
principij productiui. & non tan
tum metaphorice propter talẽ
ſimilitudinem extraneam. ſ. ꝓ-
duci alia pręſuppoſita, vel non
præſuppoſita.

ALITER dicitˀ ꝙ iſtę ema
nationes diſtinguuntur per re-
lationes oppoſitas. ſ. prioris, &
poſterioris, quia vna eſt prior
alia. Contra, iſta diſtinctio non
eſt prima, oportet enim dare ali
quam aliam cauſam, quare vna
eſt naturaliter prior alia, nec eſt
alia ratio, niſi vel quia iſta eſt
productio talis, & illa talis, vel
ex parte principiorum produ-
ctiuorum, vel ex parte ſuppoſi-
torum agentium. Præterea, re-
latio non diſtinguitur primo &
per ſe a relatione per relatio-
nẽ, quia relatio non refertur pri
mo, ergo cum iſtę emanationes
ſint relationes, non diſtinguun-
tur primo abinuicem per alias
relationes. ſ. per relationes prio
ris & poſterioris, & patet ꝙ iſtę
relationes ſunt aliæ relationi-
bus originis, qa ſunt inter alia
extrema, nam relatio originis
eſt inter producens & produ-
ctum. relatio prioris & poſte-
rioris eſt inter originem & ori-
ginem.

*Tho. 1. parte ſum. qõ. 27. ar. 4. ĩ ſol. ad ar. gu. pri. quare alibi, & alit*

ALITER dicitur ꝙ ema-
nationes diſtinguuntur penes
prĩcipia formalia elicitiua, quę
ponunt eſſe relationes pſonarũ
agentiũ, puta vis gñatiua & ſpi-
ratiua. Sed iſtud ẽ ĩprobatũ di.
7. ſiue ĩtelligatˀ de principio eli
citiuo, ſiue de prĩcipio determi
natiuo Et præter hoc, quomo-
do *diſtinguuntˀ illę relationes,
vt per eas diſtinguerentur rela-
tiones oppoſitæ, illę enim vidẽ-
tur minus diſtinctæ q̃ oppoſitę,
quia illæ poſſunt concurrere in
eadem perſona, puta in patre,
iſtæ non poſſunt, quia nulla ea-
dem perſona duobus modis ꝓ-
ducitur, manifeſtius eſt igitur
iſtas emanationes diſtingui, q̃
relationes oppoſitas ex parte ꝓ
ductiui. igitur aſſignare iſtarũ
diſtinctionem per illas, eſt aſſi-
gnare diſtinctionem manife-
ſtam per diſtinctionem minus
manifeſtam, & etiam nõ per in
trinſeca, qa relatiua nõ ſunt in
trinſeca ſuis correlatiuis.

*Hen. in ſũ. ar. 37. q. 7.*

*a. l. diſtinguãtur.*



*Henr. quo li. 5. q. 9.*

ALITER ponitˀ, ꝙ diſtin-
guuntur penes principia diſtin
cta ſecundum rationem, puta
penes naturam & voluntatem,
quæ habent principiare diſtin-
ctas emanationes, & tamen ip-
ſa in eſſentia non diſtinguun-
tur, niſi ſola ratione, ſicut pro-
batur in quæſtione de attribu-
tis diſt. 8. Contra iſtud, diſtin-
ctio realis non præexigit ne-
ceſſario diſtinctionem rationis,
ſed diſtinctio iſtarum emana-
tionum neceſſario præexigit di
ſtinctionem principiorum eli-
citiuorum, igitur illa ſi eſt rea-
lis. non eſt tantum per illã quæ
eſt rationis tãtum. maior iſtius
rationis ab aliquibus negatur,
& ponitur inſtãtia de ideis, quę
differunt tãtum ratione, & crea
turæ realiter differunt, & tamẽ
diſtinctio creaturarũ realis ne-
ceſſario præſupponit diſtinctio
nem idearum rationis. Contra
iſtud arguitur. & primo proba-
tur maior. ſecundo excludetur
iſta inſtantia. maior probatur ſe
cundum iſtum intellectum, ꝙ
differentia rationis in cauſa nõ
eſt ꝓpria ratio diſtinctionis rea
lis ĩ effectu. Quia ſi ſic ſit a cau
ſa, & diuerſæ rationes ſub qui-
bus cauſat, ſint. b. c. cauſata ſint.
d. e. tunc ſic. ſi. b. c. ſunt ratio-
nes proprię ipſius. a. inquantũ
cauſat. d. e. ergo. a. inquantũ eſt
ſub. b. eſt propria cauſa ipſius.
d. nam ſi non. non eſt magis il-
la differentia ratio cauſandi di
ſtincta, q̃ ſi ipſa differentia non
ineſſet, quia neutra ratio eſt ꝓ-
pria approprians cauſam ad hũc
effectum. qui igitur concedit, ꝙ
a. inquantũ eſt ſub. b. & c. cau-
ſat. d. & e. habet concedere, ꝙ
vtraque ratio ſit propria ratio
cauſæ reſpectu ſui effectus: ſed
illud conſequens eſt falſum, ꝙ
a. inquatum eſt ſub. b. eſt cauſa
ipſius. d. quia. a. inquantum eſt
ſub. b. quod eſt tantum ens ra-
tionis, tm̃ hẽt eſſe in intellectu,
quia ens rõnis non cauſatur ab
obiecto, niſi inquantum cogni-
tum. & vt ſic nõ habet eſſe, niſi
in intellectu, quod eſt * eſſe di-
minutũ, ex. 6. Meta. nihil autẽ
ſecundum ꝙ ens diminutũ eſt,
eſt propria ratio entis veri & ꝓ
pria cauſa entis ꝑfecti. Et iſtud
probatur, quia omne cauſans ve
rum ens oportet ꝙ habeat ali-
quod eſſe exiſtentiæ inquantũ
eſt cauſa, ens autem diminutũ
ꝙ. ſ. eſt ens cognitum, non ha-
bet eſſe realis exiſtentiæ. ergo
nec inquantum tale poteſt eſſe
cauſa propria alicuius realis en
tis. Et ſi dicas, ꝙ licet non ha-
beat eſſe exiſtentiæ ſui, tamen
habet eſſe exiſtẽtię intellectus
in quo eſt, quia eſſe intellectus
participat inquãtum habet eſ-
ſe in ipſo intellectu. Contra ex
hoc ſequitur, ꝙ nulla cauſatio
competit enti cognito, inquan
tum tale niſi virtute exiſtentiæ
actualis ipſius intellectus, in
quo habet eſſe exiſtentiæ actua
lis ſecundum quid, & tunc vl-
tra voluntas non erit principiũ
ſpirandi, niſi inquantum parti-
cipat rationem intellectus, &
tunc ĩtellectus diuinus erit ma
gis ratio ſpirandi, q̃ voluntas, &
ita ſequitur vltra ꝙ intellectus
reſpectu generationis verbi erit
duplex principium. ſ. immedia
tum

*a. l. ens.*

*T. com. 8.*

tum inquantum eſt principiū
productiuum, & mediatum in-
quantum ipſum eſt principiū
operatiuum, per cuius operatio
nem * obiectum habet eſſe in- (a.l. ipſū.)
quantum productiuū, ſicut co-
gnitum inquantum cognitum
habet eſſe participatum ipſius
cognoſcentis. Quod ſi non attri
buas talem actionem realē ipſi
intellectui exiſtenti, ſed obie-
cto habenti eſſe diminutum in
intellectu, ſequitur ꝙ actio rea
lis erit ipſius, quod nihil minus
eſt tale ſi illud non eſſet omni-
no, nam non repugnat alicui ꝙ
ſit ens cognitum, licet nullum
verum eſſe reale habeat. Si dica
tur hic, ꝙ intellectus diuinus ni
hil cognoſcat niſi intuitiue, &
ita illud ꝙ habet eſſe cognitum
in hoc intellectu, inquantū ta-
le habet vere eſſe exiſtentiæ, nō
autem illud quod habet eſſe co
gnitum intellectione & cogni-
tione abſtractiua, qualis eſt in-
tellectio mea de roſa non exiſtē
te modo, quę non eſt intuitiua.
Contra, illa ratio quæ ponitur
propria principio. ſ. Deo inquā
tum principiat, ponitur cauſari
per actum intellectus in obie-
cto cognito, intellectus autem
diuinus nihil cauſat in eſſentia
diuina, vt exiſtens eſt, ſicut con
cedunt illi de opi. oppoſita, qa
nulla eſt ibi differentia rationū
in eſſentia vt eſt exiſtens, ſed tā
tum vt cognita eſt, & per ſe pa-
tet. quia quicquid eſt in eſſen-
tia vt exiſtens eſt, eſſet in ea ſi
per impoſſibile non eſſet intel-
lectus negociās circa ipſam. Prę
terea ſecundo eſſentia diuina
vt in filio & ſ. ſ. habet naturali
ter prioritatem aliquam ad in-
tellectionem ſimplicem iſtius
eſſentiæ, ſicut enim ipſa (vt eſt
in patre) nata eſt mouere intel
lectum patris ad ſimplicem ſui
intellectionem, ita etiam (vt in
filio) nata eſt mouere quemcun
que intellectum ad ſui intelle-
ctionem ſimplicem, quia ſecun
dum Aug. 15. de trini. omnia vi
det pater in filio, ſicut in ſemet-
ipſo, ſed ſi eſſentia (vt in filio)
talem habet prioritatem circa
talem intellectionem ſimplicē
ſui. igitur ipſa (vt in filio) natu-
raliter præcedit omnem ratio-
nem quā poteſt intellectus ne-
gocians fabricare circa ipſam,
igitur nulla ratio fabricabilis
circa eam naturaliter præcedit
eam (vt in filio) alioquin eſſet
circulus in prioritate naturali,
quia & ratio cauſata per intel-
lectum naturaliter præcederet
eſſe eius in filio, & econuerſo.
Si autem dicas ꝙ eſſentia in pa
tre præcedit naturaliter omnē
rationem producibilem circa
ipſam, ſed (vt in filio) ſequitur
rationem iam productam per
actū intellectus paterni, & tūc
non eſt circulus eiuſdē ad idē
ſecundum eadem extrema, ſiue
ſecūdum exiſtentiam in eodē.
quia eſſentia ſecundum exiſtē-
tiam in vno ſuppoſito pręcedit,
& in alio ſequitur. * Præterea, (a.l. Præterea 3. arguitur ſic. vnius cauſa.)
tertio principaliter arguitur, &
contra iſtam reſponſionem ſic.
Vnius cauſæ in vno ordine cau
ſandi, eſt vna per ſe ratio cau-
ſandi. ergo multo magis in di-
uinis. vbi eſt primitas princi-
piandi, oportet ponere vnam ra
tionem per ſe principiandi, er-
go ratio principiandi generatio
nem verbi erit aliqua vna rea-
lis ratio per ſe, res autem, & ra-
tio, non faciūt vnum per ſe, qa
nec paſſio aliqua conſequens rē
ex natura rei, poteſt facere vnū
per

(Hic dimiſit docto. magnum ſpaciū vacuum in originali.)



per ſe cum ſubiecto, cuius eſt
effectus. ergo nec multo ma-
gis ratio, quia nō ſequitur rem
natura rei. ſed tantum conſe-
quitur eam per actum intelle-
ctus, ergo alterum iſtorum erit
præciſe principium quo ipſi pri
mi ꝓducēti, nō ratio ſola, quia
ipſa nō eſt formaliter infinita.
probatio, qa nulla relatio realis
eſt formaliter ꝑfectio infinita,
ꝓbatio. qa tūc perſona aliqua
in diuinis nō haberet oēm per
fectionē infinitā formaliter. er
go nec multo magis ens ratio-
nis poteſt eſſe formaliter infi-
nitum, & per conſequens nec
eſt principium producēdi quo
ſuppoſitum infinitum. ergo ſo
la res cui attribuitur illa ratio,
eſt principium producendi ſup
poſitum infinitum, ſed in quo-
cunque eſt principium quo, re-
ſpectu alicuius productionis,
ei eſt principium producendi,
ſi illud ſuppoſitum conueniat
tali productioni, conueniens
autem ſuppoſitum in diuinis
ad producendum perſonam in
diuinis eſt quòd non habeat ta
lem naturam productione iſta,
nec aliqua productione priore
iſta, talis autem eſt pater. ergo
ſola res erit ſibi principiū quo
producit, & nullo modo ratio
iſta. Præterea, quarto in diuinis
quod non eſt formaliter idem
alicui, non eſt vere idem ſibi, ni
ſi vel vtrūque ſit formaliter in-
finitum, vel alterum, vel ſaltem
vtrunque ſit vere idem alicui,
formaliter infinito, ſed iſtę ra-
tiones quæ ponuntur quaſi ap-
propriantes principium produ
ctiuum duarū perſonarum, non
ſunt formaliter eædem, qa tūc
non eſſent diſtinctæ rationes,
nec ſunt vere eædem alicui for
maliter infinito, quia tunc eſ-
ſent in iſto infinito ex natura
rei, ſicut ſapientia eſt in diuini
tate formaliter ex natura rei,
nec altera iſtarum eſt formali-
ter infinita, ſicut probatū eſt in
præcedenti ratione. ergo nulla
iſtarū eſt vere eadem alteri ali-
quo modo. ergo eo modo quo
ambo ſunt ibi, ita ſunt vere di-
ſtinctę, qđ videtur obuiare ſum
mæ ſimplicitati, qualitercunq;
ponatur entitas earum, quia ni
hil poteſt poni ibi eſſe ſecundū
quācunque entitatē, qđ ſit non
ſimpliciter idem alteri propter
ſimplicitatē illius eſſentiæ. Illā
inſtantiam excludo prius, quia
videtur eſſe ad oppoſitum: ſi. n.
diſtinctio creaturarum neceſſa-
rio præſupponeret diſtinctio-
nem idearum, ac per hoc Deus
ſub ratione vnius ideæ eſſet
cauſa, & propria ratio reſpectu
vnius ideati, hoc ideo eſſet,
quia eſſe diminutum Dei. ſ. eſ-
ſe cognitum, eſſet ſimpliciter
perfectius, & prius naturaliter
eſſe ꝑfecto ideati, qa ideata sūt
reſpectu Dei artificialia. & eſſę
cognitū artificis, vel exempla-
ris, in quo artificiatum habet
eſſe, eſt ſimpliciter prius ipſo
eſſe exiſtentiæ ipſius ideati, ſed
illa rō oīno deficit in ꝑſonis di
uinis, quia eſſe cognitū eſſen-
tiæ, nō pōt eſſe pri⁹ naturaliter
ꝑfecto eſſe eſſentię in ſe, & iō li
cet illa prima maior falſa eſ-
ſet, ad cuius probationem ap-
poſitæ ſunt quatuor rōnes in
agente & artificiali, nō tñ eſſet
falſa in productione naturali,
vbi eſſet cōicatio eiuſdem natu
ræ, ſicut eſt in propoſito, quia
ibi non vr̄ ꝙ aliqđ eſſe cognitū
poſſet naturaliter pręcedere na
turale eſſe ipſius naturę. Prete-

rea inſtantia illa ſumit falſum de ideis, quia illa diſtinctio rationis in Deo nõ neceſſario præſupponitur ipſis ideatis diſtinctis, nec Deus ſub rõnibus idearum eſt propria cauſa diuerſorũ ideatoũ, ſicut patebit inferius diſtin. 35. de ideis. & 45. de voluntate.

*Adã. li. 1. di. 6. q. 1. arti. 2. ſequitur hanc viã. quære Alexan. de alex.*

ALIA EST OPI. ad quęſtionem quæ ponit, ꝙ eſſentia ſub ratione vna omnino indiſtincta eſt principium iſtarum productionum, quia ſicut duo limitata poſſunt eſſe principia duorum actuum, ita idem illimitatum continens in ſe virtualiter ipſa plura, poteſt eſſe principium proprium eorundem actuum, etiam ſub ratione vna, nulla exiſtente diſtinctione in eo, ſed ex ſola illimitatione ſui ipſius. vt indiſtinctum eſt, ſicut patet de ſole reſpectu multorũ generabilium in iſtis inferioribus. Et confirmatur iſta poſitio, quia oportet ponere eſſentiam diuinam immediate habere ſapientiam & bonitatem, & eſſe quodammodo quaſi radicem. & principium illarum perfectionum attributalium. & ſine omni diſtinctione in ipſa eſſentia, alioqn ꝓcederet ĩ infinitum. igitur ita videtur poſſe poni immediatum principiũ duarum productionum. Cõtra hoc,

*a. l. quid ſit uolitio.*

quia actio volendi in nobis nõ eſt formaliter libera, ſed ipſa volũtas, qa* actio illa eſt quædã qualitas, & quædam forma naturalis in ſe: & non aliqd intellectuale habens inclinationem ad oppoſita: ita igitur in diuinis ipſa productio ſpiritus ſãcti, vt ipſa iam poſita eſt in eſſe non videtur formaliter eſſe libera, ſed præciſe libertas videtur eſſe ĩ principio huius productionis inquantum eſt huius. ſed ſi nulla diſtinctio præcedat productionem filii. & ſpiritus ſancti, prima diſtinctio, quæ eſt huius productionis, & illius, eſt vt ſunt poſita in ſe ab illo principio. ergo non eſt vna productio in diuinis per modum intellectus, ſiue naturæ, & alia ꝑ modum libertatis, quia nullũ principium præcedit quod ex ſe aliter ſe habeat ad hanc productionem, quam ad illam. & illæ productiones, in quibus eſt diſtinctio primo, omnino in ſe vniformes ſunt in naturalitate, vt iam poſitæ ſunt in eſſe. Aſſumptum de uolitione, licet poſſet multis viis probari. patere tamen poteſt per hoc, quia quicquid generat ipſa volitio, generat naturaliter, vnde habitus appetitiui virtute actuũ appetitus, ita generãtur naturaliter ex eis, ſicut habitus intellectiui generãtur naturaliter ex intellectionibus. Ex alio etiam appparet: quia tunc formaliter poſſet aliquis gaudere & triſtari libere, inquantum ſcilicet gaudiũ & triſtitia ſunt paſſiones conſequentes velle & nolle, quia illæ quæ ſunt immediate cauſæ iſtarum paſſionum ponerentur formaliter liberæ, conſequens tamen de paſſionibus videtur ſatis manifeſtũ inconueniens, quia non videtur eſſe in poteſtate voluntatis gaudere, niſi quia in poteſtate eius eſt velle illud, ad quod ſequitur gaudium. & ita nec triſtari, niſi quia in poteſtate eius eſt nolle illud, ad quod ſequitur triſtari. & ideo triſtatus de aduentu alicuius rei nociuæ ſiue diſplicibilis, ſi vult amouere triſtitiam, oportet ꝙ deſinat nolle illud, ꝙ noluit. non autem expedit ad hoc deliberare, vt ſtante nolitione, & euentu noliti non ſequatur triſtitia.



Hæc ratio ſi concluderet, concluderet neceſſario diſtinctionẽ intellectus a voluntate ĩ creatura, & hæc diſtinctionem realitatis a parte rei, quod non videtur neceſſarium. Vnde reſpõdeo, ꝙ eodem principio poteſt habere aliam & aliam habitudinẽ ad ſecundo producta, & ad duas ꝓductiones. Nunc aũt naturalitas, & libertas non dicunt eſſentialiter principium actiuum, & actiuum, ſed aptitudinalem habitudinem principii ad productum, & non habitudinem aptitudinalem, puta naturalitas determinationẽ ex ſe actus primi ad ſecundum & tertium, libertas non determinationem huius. Ad formam. Concedo neutrum poſitum eſſe liberum. igitur libertas eſt in aliquo præcedente actum. Concedo, ſed non abſolute in illo, ſed dicit reſpectum illius ad actũ, & naturalis ſimiliter dicit aliũ reſpectum eiuſdem abſolute præcedentis, ad alium actum. Similiter in propoſito eſt facilior reſponſio, quia ad vtrunque, & productionem, & productum videtur principium, quo naturaliter ſe habere diſt. 10. ſupra. Contra, igitur in quo non eſt diſtinctio, vbi eſt quo productionum, niſi tantum rationis: quia non relationem ad productionem, vel productum, niſi tantum rationis. Item libertas eſt conditio abſoluta: quia perfectio ſimpliciter. Reſpondeo, dat intelligere ſimpliciter perfectionem: ſed non dicit, niſi reſpectum. Corollariũ, igitur tota deductio. diſt. 2. de dualitate prima principiorum actiuorum non valet niſi de relationibus quæ dicunt habitudinem principii actiui ad productum. Et videtur probabile, ꝙ ad ſimpliciter vnũ ſit ſtatus, tam principio productiuo quo, licet non quod, quam in cauſa. quia eſſe quo, per te conuenit ſimpliciter vni, ſicut cauſa. Reſpondeo. Concedo quod libere & naturaliter dicant habitudinem ad agere, vel, tantum determinatam, & non determinatam: tamen concludunt in fundamentis. quia perfectionis ſimpliciter eſt eſſe abſolutum a reſpectu ad poſterius, igitur principium cui competit abſolutio maior reſpectu principiandi eſt ſimpliciter perfectius illo, cui competit determinatio maior reſpectu principiãdi. Hæc ſi principiãda ſint ęque ꝑfecta, vel principiandũ abſoluti, ꝑfectius principiando naturalis, eſt. quia ad æque perfectũ poſterius abſolutius eſt perfectius. ergo ſi velle noſtrum non ſit minus perfectum noſtro intelligere, & ex reſpectu libertatis in voluntate ad velle, & naturalitatis in intellectu ad intelligere, ſequitur voluntatem fundamentum reſpectus eſſe ſimpliciter perfectius, huiuſmodi conſonat diſtinctioni potentiarum de quo in 49. diſtin. 4. Sed quid in Deo? videtur idem ſequi, quia ſpiritus ſanctus eſt æque nobilis cum filio. igitur principium productiuum non erit ꝑfectius quod eſt abſolutius.

*Aduerte in hac additione, ne decipiaris quia ſcrupuloſa videtur.*

Reſponſio. vtrunque eſt infinitum, & inquantum operatiuum

tiuum,& inquantum productiuum. igitur nulla excellentia in formalibus. ſed tantum forte rationis comparantis formalitates infinitas ad finitas, cum quibus conueniunt, & ſic conueniens cum perfectiore concipitur habere quandam rationẽ nobilitatis, ideſt relationem ad nobilius. Ad argumentũ. ſpiritus ſanctus & filius non ſunt poſteriora principijs, nec aliqua imperfectiora, ſed eadẽ illis. Iõ abſolutio ibi non arguit maiorem perfectionem, nec determinatio imperfectionem, ſed tantum alium modum producendi. Alia via diſt. 10. quia voluntas infinita non magis eſt indeterminata ad operationem, vel productionem, quàm intellectus. Contra. ſaltem reſpectu creaturarum, intellectus naturaliter intelligit, voluntas libere vult. ergo reſpectu illarum voluntas eſt nobilior. Reſpondeo. habitudo hæc, & illa ad primas operationes & producta, ſi eſſent poſteriora, concluderent excellentiam fundamenti. Sed quando primæ operationes & prima producta non ſunt poſteriora, ſed idem, vel æqualia ſimpliciter habitudines ſtant alterius rationis, & in formalitatibus aliis, ſed ſine excellentia fundamenti ad aliud, qualitercunque illa fundamẽta comparantur poſtea ſub iſtis reſpectibus ad poſteriores operationes ad producta, quæ ſint ſimpliciter poſteriora, non ſequitur aliqua excellentia fundamenti huius ad reliquum. Nota potentia libere eſt potentia ſufficienter actiua, non dererminata ex ſe ad operandum circa aliquod obiectum, quod non eſt eius finaliter preſectiuum. Actiua de genere actionis actiuę, & ex conſequenti operatione nec ſufficienter actu operatiua, qa ſic erit actiuus intellectus, licet ſit paſſiuus ſufficienter in ſuo ordine agendi. igitur nullum actum recipit ab alio, quo agat in ſuo órdine, quia tunc eſſet in ſufficienter actiua. Non determinata ex ſe, ideſt ex ſuo actu primo, & hoc in ſuo ordine cauſandi. Sequitur ex correlatiuo ſufficienter, & ex iſto, quod ſe determinat ad agendum, non quidem alia determinatione præcedente actionem de genere actionis. ſed determinat ſe, ideſt. indeterminata ex ſuo actu primo, tamen determinatę agit nullo alio determinãte ad agere.

Hæc concluſio ſic expoſita ꝓbatur, quia quicquid eſt in ſuo ordine ſuficiens, ſi ab alio determinatur ad agendũ, iam prius fuit determinatum ad hoc in ſuo ordine, ſiue quantum in ipſo fuit. quod enim non egit: non fuit propter defectum formæ, nec determinationis ex parte eius, ſed ſuperioris a quo dependet ad agendum, & operandum operatiua, & actiua. Sed libertas magis per ſe reſpicit actionem, ſaltem immediatius, nec igitur eſt determinata ad agendum ad aliquam operationem, quæ non eſt circa obiectum eſſentialiter perfectum. ſtat autem cum libertate quod ſit determinata ad operandum circa illud, & ad agendum, per cònſequens reſpectu illius operationis, probatur de voluntate diuina reſpectu Dei. di. 10. hic immo infinita determinatur neceſſario. Sed nunquid libertas



tàs finita determinetur ad operandum circa illud? Reſpondeo. libertas non obuiat, patet de infinita, nec perfectio, probo, quia perfectionis eſt determinare ſe ad obiectum perfectum, patet de voluntate Dei reſpectu ſui, igitur perfectiori magis conuenit determinare ſe reſpectu obiecti perfectiui. voluntas creata eſt perfectior intellectu creato, & intellectus creatus neceſſario determinatur ad obiectum ſui * perfectiuum non igitur magis voluntas. Oppoſitum tenetur. diſtinctione 1. quæſtio. 4. Reſpondeo. Determinare ſe naturaliter ad quodlibet eſt imperfectionis maioris, quàm ad obiectum non perfectiſſimum libere non determinare ſe, quia determinatio ad non perfectum eſt imperfectionis. ad quodlibet autem neceſſario determinatur intellectus, quia naturaliter. igitur &c. Ad illam perfectionis eſt determinari ad obiectum perfectiuum verum eſt. Sic quod ad illud ſolum, & per conſequens nõ naturaliter. igitur perfectiori magis competit. Verum eſt vniformiter. qa voluntati diuinæ, & nulli intellectui. Sed ſi ex perfectione maiori voluntatis creatæ, quam intellectus ſtatim ĩferas, quod neceſſario determinetur ad perfectiuum, non ſequitur, quia determinatio ad neceſſitatem illam naturalem, quæ compétit intellectui, voluntati repugnat. Alia autem non poteſt cõpetere voluntati ex perfectione voluntatis in communi, ſed tantum voluntati infinitæ. aliter intellectus neceſſario determinatur ab alio, perfectionis eſt non determinari. & in determinante ſe, quod neceſſario determinet ſe ad perfectiuum, & * hoc conuenit ſoli voluntati finitæ. Vnde hæc indeterminatio voluntatis. Reſpondeo. non ab intellectu, qui neceſſario determinatur ad quodcunque determinatur, ſed impeditur per ſenſibilia, ſicut graue eſt impoſſibile ne deſcendat, immo quando hic per ſenſibilia determinatur neceſſario determinatur ſic. per hoc ad propoſitum eſt indeterminatio radicaliter ab eſſentia formaliter ex propria ratione voluntatis, quia enim natura eſt quaſi illimitata, cui ſcilicet multa poſſunt eſſe conuenientia. ideo datus eſt ei appetitus illimitatus ad oppoſita conuenientia, ſed intellectus appræhenſiuus ſe determinat ſecundum euidentiam determinatam, vt dirigat aliquid, ergo, vltra, vt determinatum ad vtrumlibet determinetur.

Prætcrea ſecundo, ſi eſſentia vt omnino indiſtincta eſſet principium duplicis productionis. ergo cum intellectus ſub ratione infiniti ſit ſufficiẽs principium productiuum, & ſufficiens ratio principiandi verbum infinitum, & voluntas ſub ratione infiniti ſit principium productiuũ amoris infiniti, & anteq̃ intelligatᷓ intellectus infinitus, & voluntas diuina infinita formaliter diſtincta præintelligitᷓ eſſentia, vt eſſentia infinita, ergo per ipſam, vt preintelligitur erit duplex productio intrinſeca, iterum ẽt qñ poſterius intelligitᷓ, ibi intellectus formaliter infinitus, & voluntas formaliter infinita, erũt

*i.l. perfectiſſimũ.*

*a.l. perfectium.*

*Vide ſupra de his quo auertitur intellectus a vero per ſenſũ aliquãdo: & aliquãdo corroboratur, vt inquit. Ari. 3. de anima. t. cõ. 32.*

duæ perſonæ infinitæ productæ
virtute illorum duorum princi
piorum, ergo erunt quatuor p-
ſonæ productæ infinitæ. Quod
ſi dicatᷣ, nunq̄ ibi eſſe infinitũ
intellectum, nec infinitam vo-
luntatem ex parte rei, ſed tm̄ eſ
ſe ibi illam vnam naturam om
nino indiſtinctam ex natura
rei, & ex eius ratione eſſe tres
perſonas, & intellectum & vo-
luntatem eſſe ibi præciſe p̄ cōſi
derationem intellectus, & ita
non eſſe ibi principia producti
ua perſonarum realium ex na-
tura rei diſtincta. Contra, ſi ali
qua ſint ibi diſtincta per actũ
intellectus, ſint. a. & b. tũc quæ
ro, aut in illa ex natura rei ſunt
diſtincta, aut non, & ſi ſic, con-
tradicis tibi ipſi. ſi non, ſed per
intellectum. ergo intellectus
ſub ratione intellectus, & non
ſub ratione naturæ diſtinguit.
aut igitur ante diſtinctionem
iſtorum eſt ibi intellectus ſub
ratione intellectus, & hr̄ propo
ſitum, ꝙ eſt ibi ex natura rei,
aut non, ſed ipſe intellectus ſub
ratione intellectus eſt ibi pro-
ductus per actum intellectus
negociantis, & diſtinguentis, &
tunc erit quærere de illo intel-
lectu, quo actu producitur, aut
ex natura rei, aut ex intellectu,
vt intellectus eſt, & * procedere *a. l. procedetur.*
tur in infinitum. vel vbicunq;
ſtabitur, ibi erit intellectus in-
quantum intellectus, & ex na
tura rei: vel prima diſtinctio q̄
ponetur ibi, erit ex natura rei,
cuius oppoſitum ponis. Præte
rea. Deus eſt ex natura rei for-
maliter beatus, & non forma-
liter in relationibus rationis.
beatitudo autem eius eſt for-
maliter in intellectione, & vo-
litione. ergo intellectus, & volũ
tas quæ ſunt principia iſtorũ,
ſunt ibi ex natura rei. Confir- *t. c. 51.*
matur iſta ratio per philo. 12.
meta. qui probat quod ſi Deus
non ſit actu intelligens, nihil
honorabile inerit ei, ſe habe-
bit enim vt dormiens, ergo ſe-
cundum ipſum non eſt perfe-
ctus ex natura rei, niſi ibi eſſet
formaliter intellectus ex natu-
ra rei, & per conſequens eſt ibi
intellectus diſtincte ex natura
rei, quia nō pōt intelligi actua
lis intellectio formaliter ſine
intellectu formaliter. Pręterea
ſi intellectus non eſt ibi forma
liter ex natura rei, ſed funda-
mentaliter. ergo intellectus for
maliter non eſt perfectio ſim-
pliciter, quia nō eſt ibi melius
hr̄e ipſum formaliter q̄ nō hr̄e
ipſum, immo per te in eſſentia
illa quæ optima eſt, non hr̄ for
maliter, ſed tm̄ oppoſito modo
habendi, ergo non poteſt con-
cludi ibi eſſe intellectum, quia
eſt p̄fectio ſimpliciter, ſed ma-
gis vr̄ ſequi oppoſitum. Quid *Idem de ci. lib 11. cap. 16. & 12. meta. t. c. 51. & 2. de generatione animaliũ. c. 1.*
gitur dicit Anſel. monologiō.
15. ꝙ quicquid eſt in Deo, me-
lius eſt ipſum, q̄ non ipſum? ſi-
cut eſt de ſapiente, & Augu. 15.
de trini. c. 4 vel 5. neque enim
diuinorum librorum auctori-
tas tantummodo eſſe Deũ præ-
dicat, ſed omnis quæ nos circũ-
ſtat natura proclamat habere
ſe præſtantiſſimum conditorē,
qui nobis mentem, rationem-
que naturalem dedit. qua viuē
tia non viuentibus, prædita ſen
ſu non ſentientibus, intelligen
tia nō intelligentibus, immor-
talia mortalibus, impotentib.
potentia, iniuſtis iuſta, bona
malis, in corruptibilia corrupti
bilibus, immutabilia mutabili
bus, inuiſibilia viſibilibus, in-
cor-



corporalia corporalibus, beata
miſeris præferenda videamus.
Ac per hoc, quoniã rebus crea-
tis creatorem ſine dubitatione
præponimus. oportet eum &
ſumme viuere, & cuncta ſenti-
re, atque intelligere. Et parum
poſt. Iuſtiſſimum, ſpecioſiſſi-
mum, optimum, & beatiſſimũ
fateamur & c. quære ibi Aug. q̄
conſequentia eſſet illa, ſi ratio
naturalis dictat beatũ eſſe me-
liorem miſero? ergo Deus eſt
beatus, ſi ipſum qđ eſt in crea-
turis melius eſt ſuo oppoſito,
hoc eſt propter eius realitatem,
& in Deo ex natura rei non eſt
aliquo modo realitas illa, ſed
tantum fundamentum cũ op-
poſito modo formalitatis hu-
ius. Quod autem intellectus,
qui probatur ibi eſſe ex natura
rei, ſit infinitus, probo. intelle-
ctus enim vt intellectus eſſen-
tiam diuinam comprehendit
vt obiectum formaliter infini-
tum, nihil autem comprehen-
dit obiectum formaliter infi-
nitum, niſi ipſum comprehen
dens ſit formaliter infinitum,
ergo &c. Præterea, intellectus
diuinus intelligit ſimul infini
ta intelligibilia ſecundũ Aug.
12. de ciui. Dei capitulo, 18. ita
nec numeros propter infinita-
tem neſcit omnipotens Deus,
& ſi vſque ad quandam ſum-
mam numerorum ſcientia Dei
peruenit, & cæteros ignorat,
quis hoc vel dementiſſimus di-
xerit? & ſubdit parum poſt. Infi
nitas itaque numeri, quamuis
infinitorum numerorum non
ſit numerus. non tamen eſt in-
cōprehenſibilis ei, cuius ſapien
tiæ non eſt numerus. Et ſi di-
cas, intellectus non eſt formali
ter infinitus, inquantum intel-
lectus, ſed inquantum eſt idē
eſſentiæ diuinæ infinitæ, & iō
non habet inquantum intelle-
ctus, quod ſit principium pro-
ductiuum alicuius perſonæ infi
nitæ, & ita non erunt duæ per-
ſonæ diuinæ. Contra hoc ar-
guo, quia hoc modo poſſet dici
quòd paternitas eſt formaliter
infinita, quia eſt idem eſſentiæ
infinitæ, & tunc non eſſet ma-
gis inconueniens filium nō eſ-
ſe formaliter intelligentem, q̄
ipſum non eſſe formaliter pa-
trem, quod eſt manifeſte abſur
dum. Probatur etiam ex alio,
quia illa quæ non ſunt forma-
liter infinita in diuinis, ſi acci-
piantur in abſtracto, non præ-
dicantur de ſe inuicem etiam
per identitatem, ſicut nec for-
maliter. Hæc enim non conce-
ditur, paternitas, & innaſcibili
tas, cuius ratio dicta eſt diſt. 8.
q. de attributis. quia illa abſtra
ctio tollit illud, quod fuit cau-
ſa veritatis ſ. identitatem extre
morum, quia vt pręciſe ſumun *q. 4.*
tur, neutrum eſt formaliter infi
nitum, & ideo neutrum vt præ
ciſe abſtractiue ſumptum in-
cludit quod ſit idem alteri, ſed
iſta eſt vera. intellectus eſt pa-
ternitas, & intellectus eſt filia-
tio, licet non ſit formalis præ-
dicatio. ergo intellectus habet
infinitatem formalem, qualem
non habet filiatio, vel paterni-
tas, vel innaſcibilitas. Et ſi quæ
ras, eſt ne intellectus omnino
infinitus formaliter ex ſe, ſicut
eſſentia? Reſpondeo. poteſt di-
ci, ꝙ ſicut diſtinguendo res ab
inuicem, aliqua res eſt infinita
a ſe, & in ſe. ſicut pater, & pri-
ma perſona in diuinis, aliqua
res eſt in ſe infinita, ſed non a
ſe, ſicut filius, & ſpiritus ſanctꝰ

 ali-

aliqua autem res ex ſe finita, &
in ſe ſimpliciter finita , ſicut
creatura. Ita conſiderando ali-
qua , quæ non ſunt formaliter
eadē pōt aliquid accipi tanq̄
infinitū in ſe, & omnino a ſe. ſi
cut eſſentia diuina, quæ eſt ra-
dix & fundamentum, quæ infi
nitatem a nullo habet. vñ Ioā.
Dam. c. 12. eſſe Dei eſt, velut pe
lagus ſubſtantiæ infinitū, & in
determinatū: aliquid aūt eſt in
finitum per ſe, & in ſe. ſed non
omnino a ſe, tanq̄ prima radix
& fundamentum oīs infinita-
tis, ſicut attributa diuina , quę
ſecundum eundem Dama. c. 5.
Dicunt aliquid quaſi circa eſ-
ſentiā, & bene poſſunt eſſe ta-
lia formaliter infinita, & in ſe,
& per ſe , ſed radicaliter in eſ-
ſen tia, ſicut in fundamento cui
ſunt eadem . Vlterius aliquid
eſt, quod nec in ſe formaliter
eſt infinitum, nec idem forma-
liter infinito , ſicut perſonales
proprietates. Sed quæ ratio qua
re iſta non habent formalem
infinitatem aliam ab eſſentia,
ſicut intellectus hēt, hoc aliàs
poterit patere.

*Deficit et Docto. dimiſit ſpaciū uacuū vide. q. 5. quoli. art. 3. & ī pro lo. reportationum, et diſt. 8. & 10. & alibi ſæpe ad hoc.*

AD ARGVMENTA
pro opinione iſta nunc vltimo
improbata, cum dicitur infini-
tum ex ſe omnino indiſtinctū
poteſt eſſe principium diſtin-
ctorum, verum eſt, vbi illa di-
ſtincta non requirunt ex ratio-
ne ſui diſtinctionem priorem
in principijs, talem autem re-
quirit productio libera, & na-
turalis , quia ad illa non poteſt
eſſe prima diſtinctio, ſed prąexi
gitur aliqua diſtinctio in prin-
cipijs, quæ aliquo modo habēt
principiare naturaliter, & libe
re perſonas diuinas. Et per hoc
patet ad confirmationem illā,
quæ adducitur ibi. quòd eſſen-
tia habet ſapientiam bonita-
tem , & omnes alias perfectio-
nes attributales ante omnem
conſiderationem intellectus, &
hoc abſque omni diſtinctione
præſuppoſita in eſſentia , verū
eſt, quia illæ perfectiones attri-
butales non requirunt oppoſi-
tum modum principiandi , nec
diſtinctionem in principijs. ita
enim eſſentia naturaliter eſt in
tellectus, ſicut eſt voluntas. ſi-
militer illa attributa non ſunt
proprie principiata ab eſſentia
diuina, licet eſſentia diuina cō-
cedatur aliquo modo habere
rationem perfectionis radica-
lis & fundamentalis reſpectu
eorum.

AD QVAESTIONEM
reſpondeo , quòd productiones
ſeipſis formaliter diſtinguun-
tur . Generatio enim formali-
ter ſeipſa eſt generatio: Et ſpi-
ratio ſeipſa formaliter ſpira-
tio. Et ex rationibus formali-
bus eorum impoſſibile eſt ge-
nerationem eſſe ſpirationem,
circunſcripto per impoſſibile
quocunque alio. Ita quod non
oportet quęrere quibus diſtin-
guuntur, quia tota ratio forma
lis vnius eſt non eadem toti ra
tioni formali alterius.

Hoc apparet per Aug. 15. de
trinita. c. 27. vbi dicit. Sic enim
videbis , quid diſtet natiuitas
verbi a proceſſione doni. Et
paulopoſt. Voluntatem de co-
gnitione procedere, non tamen
eſſe cognitionis imaginem &c.
quære totum vbi vult ex pro-
ceſſionum diſtinctione conclu-
dere diſtinctionem perſonarū
procedentium. Similiter. 5. de
trini. capitulo 9. & * 14. cur ſpi *a. l. p.*
ritus ſanctus non ſit filius, cum
tamen



tamen a patre exeat ? Et ſoluit
dicens, exit enim non quomo-
do natus , ſed quomodo datus.
ſoluit ergo ibi quæſtionem de
diſtinctione perſonarum per di
ſtinctas earum emanationes.
Et ſi obijcitur, quòd emanatio-
nes non ſunt a ſe. ergo non di-
ſtinguuntur a ſe. conſequentia
probatur. quia a quo aliquid
habet entitatem, ab illo habet
vnitatem, 4. Metaphy. quia di-
cuntur ad conuertentia ens , &
*t. c. 3.* vnum. Reſpondeo. differen-
tiæ ſpecificæ non ſunt a ſe effe-
ctiuæ , & tamen ſunt ſeipſis
primo diſtinctæ formaliter , ab
eo tamen ſunt diſtinctæ effecti
uè, a quo habēt eſſe effectiue.
diſtingui autem primo forma-
liter non eſt diſtingui per ali-
quod incluſum in vno aliquo,
& in aliquo conuenire. ſed ſe
toto formaliter diſtingui , etiā
ſi per impoſſibile omne aliud
à ratione ſua circunſcribatur.
Ita dico, quod ſi differentiæ vl-
timæ oppoſitæ eſſent, ſe totis
diſtinguerentur, & ſe totis eſ-
ſent primæ diuerſæ formali-
ter. Ita dico in propoſito, quod
ſi per impoſſibile iſtæ perſonæ
diſtinctæ, vel productiones poſ-
ſent eſſe imprincipiatæ ſe to-
tis eſſent formaliter diſtinctæ,
ita quod nihil formaliter inclu
ſum in vna, eſſet formaliter in-
cluſum in altera. Et tamen ſi-
cut principata ſunt, ita princi-
piatiue ſeu originatiue diſtin-
guuntur a ſuis principijs, intel-
lectu ſcilicet & voluntate, quæ
non tantum diſtinguuntur ra-
tione , ſicut argutum eſt contra
penultimam opinionem . ſed
intellectus formaliter non eſt
voluntas ex natura rei. Et cum
infinitas addita alicui non va-
riet rationem eius formalem,
intellectus infinitus non eſt
formaliter voluntas infinita.
Et licet non neceſſe ſit diſtin-
ctionem illam formalem redu
cere ad aliam , inquantum eſt
formalis, tamen quod eſt for-
male in principiatis reducitur
ad iſtam diſtinctionem princi-
piorum . Si dicatur quod duo
diſtinguuntur a tribus, non ta-
men duo infinita a tribus infi-
nitis diſtinguunt. Contra iſtud
quærantur argumenta.

*Hoc ſpatiū uacuū in originali Doc.*

AD ARGVMENTA
principalia. Ad primum dico ꝙ
videtur concludere contra eos,
qui ponunt quaſi ſubiectum
generationis eſſe eſſentiam di-
uinam. Nam cum in creaturis
generatio ſit naturalis ex incli-
natione principij paſſiui , non
autem ex ratione principij acti
ui, quia ſi voluntas mea gene-
raret ignem de materia illa, ge-
neratio paſſiua eſſet naturalis
propter inclinationem poten-
tiæ paſſiuæ ad formam , licet
principium actiuum eſſet libe
rum. Ita videtur ſi diuina eſ-
ſentia eſſet quaſi ſubiectum in
diuinis reſpectu proprietatum
perſonalium, æque naturaliter
inclinaretur eſſentia ad pro-
prietatem ſpiritus ſancti, ſicut
& filij, & per cōſequens produ
ctio. ſ. ſ. ſ. paſſiua eſſet ęque na-
turalis , ſicut & filij, licet ab a-
lio principio actiuo eſſet hæc
productio & illa. Sed cōtra me
nō* cōcluſit, q̄a nego ibi eē gña *a. l. concludit.*
tionē ſub rōne mutationis , &
oīno q̄dcunq; paſſiuum reſpe-
ctu actus. ſicut patuit di. 5. Sed
præciſe pono ibi generationem
ſub ratione productionis, cu-
ius termini ſunt producens , &
productum. p̄ciſe igit̄ diceī illa
gene-

generatio naturalis, quia illa ha
bitudo inter producens & pro-
ductum eſt naturalis, & natura
litas huius habitudinis eſt ex-
parte naturalitatis ipſius produ
centis, quia producit principio
naturaliter inclinato ad agen-
dum, & hoc modo non ſpirat
pater. Alio modo dicitur, ꝙ ge-
neratio ſumitur vno modo pro
generatione ſubſtãtiæ, vel alio
modo ſpecialiter pro ꝓductio-
ne viui ex viuo. & hoc modo di
citur animal generari, & non
ignis. Et ibi communiter con-
currit ex parte agentis inclina-
tio naturalis, ſiue forma natu-
ralis quæ eſt principium gene-
randi, & hoc modo vltimo vř
eſſe generatio in diuinis. Pri-
ma reſponſio forte eſt melior.
Ad ſecundum dico. ꝙ qñ com-
parantur duo ad tertiũ illimi-
tatũ ſecundum illud ſecundũ
qđ comparantur ad tertium, nõ
ſequitur ex vnione eorũ in ter-
tio vnio eorũ inter ſe. Exẽplũ,
ſi ego ſum cum Deo hic, & Pa-
pa ſit cũ Deo Romæ. ergo ego
ſum ſimul cũ Papa, non ſequi-
tur, quia Deus eſt illimitatus
ſecundum præſentiam, quia eſt
præſens omnibus locis. Ita etiã
non ſequitur. ego ſum cũ æter-
nitate. & Abraham fuit cũ æter
nitate. ergo ego ſum, vel fui ſi-
mul cum Abraham, quia Deus
æternus, & æternitas eius ſunt
illimitata. Ita dico in propoſi-
to ꝙ pater habet in ſe duplicẽ
fæcunditatem perfecte. vtraq;
aũt productio correſpondet præ
ciſe vni fæcunditati. & ideo pr̃
reſpectu duarum productionũ
eſt illimitatum, vel quaſi inde-
terminatum comparatũ ad de-
terminata. & ideo non ſequiť,
ꝙ ſi vtraque productio ſit vni-
uoca in tertio tali. ꝙ illæ produ
ctiones ſint vniuocæ inter ſe.
Contra iſtud arguitur ſic. Si ꝓ-
ductiones non ſunt vniuocæ,
ſed ſunt alterius rationis. ergo
& termini productionũ erunt
alterius rationis. ex 5. Phiſ. igi- *t. cõ. 41. & 41.*
tur cum in terminis productis
requirant talem diſtinctionem
formalem, termini non erunt
vniuoci alicui tertio. ergo ex
oppoſito ſi termini ſunt vniuo
ci alicui tertio, & productiones
erunt vniuocæ inter ſe. Præter-
ea. intellectus & voluntas pro-
ut ſunt potentiæ operatiuæ re-
quirunt diſtinctionem forma-
lem in obiectis, & ſi reſpectu
obiectorum eſſent potentiæ ꝓ-
ductiuæ, talem producerent di-
ſtinctionem in obiectis. ergo cũ
termini producti requirant ta-
lem diſtinctionem formalem.
termini non erunt vniuoci.
Præterea, productum per intel-
lectum ex vi productionis ſuæ
eſt notitia genita, productum
aũt per modum voluntatis eſt
amor procedens: ſed notitia, vt
notitia, & amor vt amor. viden
tur alterius rationis formali- *De hoc vi*
ter. ergo &c. Ad primum dico, *detur cla-*
quod illa propoſitio de moti- *rius ſupra*
bus & terminis, quæ adducitur *diſt. 7.*
ad propoſitum non eſt vera, ni
ſi quando aliæ duæ ſunt veræ,
ſcilicet, quòd forma fluens, ſe-
cũdum quã eſt motus, eſt eiuſ-
dem rationis cum forma ter-
minante, & motus, eſt eiuſdẽ
rationis cum forma fluente. Ad
propoſitum igitur applicando,
productio iſta non eſt fluxus ali
quis, neque forma fluens, ne-
que eſt eiuſdem rationis cum
forma quæ eſt terminus forma
lis productionis, quia forma-
lis terminus productionis eſt
ali-



aliquod eſſentiale. productio
autem eſt relatio formaliter,
& ideo non oportet ex diſtin-
ctione productionum conclu-
dere diſtinctionem formalem
*t. c. 23.* terminorum. Exemplum hu-
ius quod dictum eſt de moti-
bus patet ex 5. Phyſi. Quia idẽ
vbi poteſt acquiri per motum
rectum, & per motum circula-
*t. c. 21.* rem, qui ſunt omnino alterius
ſpeciei. ſicut probatur ex 7. Phy
ſi. Quia non ſunt comparabi-
les: ſed hæc forma ſecundũ quã
eſt fluxus in motu, ſi eſt eiuſ-
dem rationis cum termino nõ
eſt ex hoc diſtinctiua rationis
*In origi-* motuum. Iſta reſponſio tacta
*nali albũ* eſt ſupra diſt. 2. quæſt. de produ
*ſpatium* ctionibus, pro argumento Cõ-
*quia deſi-* menta. Et ſi obijcias, ſaltem
*nit.* primi termini, ſcilicet termini
formales erunt non vniuoci, ex
quo productiones non ſunt vni
uocæ. & ita perſonæ quæ ſunt
primi termini, erunt non vni-
uocæ inter ſe. & ita neque erũt
vniuocæ in tertio. Reſpondeo.
productio non includit forma-
liter eſſentiam diuinam. perſo
na autem includit formaliter
eam, quia perſona non eſt tan-
tum proprietas, ſiue relatio, ſed
hypoſtaſis ſubſiſtens in natura
diuina: ſicut forma non tan-
tum includit proprietatem in-
diuidualem, ſed etiam naturã
humanã, licet enim primi ter-
mini ſint eiuſdem rationis cũ
productionibus, quantum ad
hoc, quòd primi termini inclu
dunt relationes, & productio-
nes ſint relationes, non tamen
ſunt eiuſdem rationis, quaſi a-
dæquate, quia primi termini
non tantum includunt relatio-
nes, ſed etiam abſolutum, &
tunc non oportet eos tantum
diſtingui, ſicut productiones di
ſtinguuntur, quia quæ includũt
aliqua diſtinctiua, nõ oportet
tantũ diſtingui, ſicut illa, vt di-
ctum eſt ſupra diſtin. 8. q. illa.
Vtrũ Deus ſit in gñe. quia dr̃iæ
ſunt primo diuerſæ, non tñ in-
cludentia eas ſunt primo diuer
ſa. Ad aliud de potentiis dico,
ꝙ vt ſunt potentiæ operatiuæ,
non requirunt diſtinctum obie
ctum formale, immo illud idẽ
quod eſt primũ obiectũ forma-
le intellectus diuini, eſt ẽt pri-
mũ obiectũ formale voluntatis
diuinæ, ita ꝙ vtraque potentia
beatificať in eodẽ obiecto pri-
mo ſecundũ eandem rõnẽ for-
malẽ primi obiecti, nulla. n. ꝑ-
fectio quaſi radicata in ipſa eſ-
ſentia diuina eſt primo beatifi-
catiua intellectus, vel volunta-
tis diuinæ, ſed ipſa eſſentia di-
uina ſub omnimoda prima rõ-
ne, vt. ſ. eſt fundamentũ omnis
perfectionis in diuinis, ita ꝙ ar
gumentũ eſt ad oppoſitũ, quia
ſicut non requiritur diſtinctio
formaliter in obiectis, vt ſunt
potẽtiæ operatiuæ. ita nec ĩ po
tẽtiis, vt ſunt ꝓductiuæ. Ad ter
tiũ dico, ꝙ non eſt ad ꝓpoſitũ,
q̃a tenẽtes in diuinis gñationẽ
eſſe æquiuocã, in ſe haberẽt di-
cere eam in ſe æquiuocam eſſe
ꝑꝑ æquiuocationẽ termini ꝓ-
ducti a producẽte. Similiter, ha
bent dicere ſpirationẽ in ſe eſ-
ſe æquiuocã ꝑꝑ differentiã ſpi-
rãtis a ſpirato, nõ igiť ſufficeret
eis ad iſtã cõcluſionẽ, ꝙ genitũ
& ſpiratũ eſſent æquiuoca. Ar-
gumentũ aũt in ſe q̃d ꝓbet, nõ
ꝓbat niſi diſtinctionẽ geniti &
ſpirati, vel formaliũ terminorũ
gñationis & ſpirationis, & ita
non ꝑ poſitũ eorũ. Sed cõtra ar
guo ſic, nõ tm̃ notitia, vt noti-
tia, &c.

tia, & amor vt amor, ſunt alterius rōnis, ſed ēt notitia vt notitia actualis eſt alterius rationis a memoria. Et amor vt amor eſt alterius rationis a voluntate, vt eſt actus primus. ergo ſi concedatur diſtinctio formalis in terminis productionum.ſ.notitiæ & amoris, & quòd producantur iſti termini.ſ. notitia & amor virtute memoriæ & volūtatis, oportet concedere diſtinctionem formalē principij productiui a termino formali producto, & ita æquiuocationē in vnaquaque productione. Reſpondeo. poteſt dici ꝙ illud aſſumptum.ſ.ꝙ genitum ex vi ꝓductionis ſuæ. ſ. generationis ſuæ ſit notitia actualis, poteſt diſtingui de primitate originis, & primitate adæquationis. Si intelligatur de primitate originis poteſt negari, quia tunc nō eſſent tres perſonæ vniformiter Deus. eſſentia enim in patre intelligitur eſſe in eo quaſi principium, & fundamētum cuiuſlibet perfectionis. Et tunc ſi in filio præintelligitur notitia ante eſſentiam, filius tunc non haberet eſſentiam ante quodcunque aliud in ſe, ſicut non ante notitiam, & ita non eſſet vniformiter Deus cum patre. Quātum igitur ad iſtam primitatē (licet non ſit originis. corrñdet tñ primitati originis plurium ꝑfectionū ī vna creatura) poteſt dici ꝙ primum in quacunque perſona eſt eſſentia, quia qñ aliquid continet in ſe plures perfectiones cōicabiles, communicans illud vnum cōicat omnes perfectiones ī eo, eo ordine quo natæ ſunt eſſe in illo vno. Exēplū tā in diſtinctione rerū, q̃ nō rerū. tñ ex parte rei principium qdē, ſi ignis generet totū ignē & produceret tam materiam q̃ formam prius origine cōicaret materiam q̃ formam, eo ordine. ſ. quo illa ſunt in generante. Exemplum ſecundi. ignis eſt ſubſtātia corporea, inanimata, & elementum, ſicut tunc ſunt iſta per ordinem in igne generante, ita communicantur ſimili ordine igni genito, & tamen primus terminus ſecundū adæquationem eſt ignis, vt ignis, quia hoc eſt, quod principaliter intendit ignis generans, & in quo perfectiſſime ſibi aſſimilatur ignis genit⁹.ſ. ignis, vt ignis. Ita poteſt dici in propoſito, ꝙ licet eſſentia diuina in qualibet perſona ſit omnino primū, quaſi fundamentum cuiuſlibet perfectionis eſſentialis. prima tamen perſona appropriate habet memoriam, & virtute illius principij productiui ꝓducit prima productione adæquata ſecundam perſonam, & ſecunda perſona quaſi adæquata principio productiuo producitur vt notitia actualis, & ſpiritus ſanctus quaſi adæquatus ſuo principio productiuo producitur, vt amor actualis. Sed adhuc videtur ſtare argumētum. quia vniuocatio vel æquiuocatio magis videtur concludi ex primitate adæquationis quàm ex primitate originis: licet enim ſol ſit ſubſtantia, & vermis ſit ſubſtantia, non propter hoc dicitur generatio vniuoca vermis a ſole, quia non aſſimilat ſibi terminum in forma ſpecifica. Ita igitur hęc videtur æquiuocatio, ex quo primus terminus productus adequatus non eſt omnino vniuoce eiuſdem rationis cum principio productiuo. Reſpondeo & dico ꝙ non eſt æquiuoca productio, ſi principium productiuum non eſt eiuſdem rationis cum termino formali producto, loquendo de termino formali primo producto, & de principio primo productiuo. ſed requiritur ꝙ illud quod eſt principium productiuum, non communicetur eiuſdem rationis genito, & quòd illud, quod eſt terminus formalis in producto, non ſit eiuſdem rationis in producēte. oppoſita aūt iſtorum ſunt in propoſito, quia memoria eſt formaliter in notitia genita actuali, & notitia eſt formaliter in pſona generāte, licet neutrū illorum ſit prima ratio agendi, & prima ratio terminādi productionem.

*De hoc in 2. diſt. 1. q. 1.*

Exemplū huius eſt, ſi aſinus generaret aſinū. licet forma ſpecifica non ſit primū principiū producendi aſinum. & ideo ꝓpter hoc non eſt vniuoca generatio, nec æquiuoca, quia illud quod eſt per ſe formalis terminus generationis eſt eiuſdem rationis in generāte & genito, licet non ſit ibi prima ratio ꝓducendi, ſiue generādi. Quod autē aliquid eiuſdem rationis primo ſit in iſto vt ꝓducēte, & primo in illo vt in termino producto non requiritur ad generationem vniuocam. Ita poteſt poni exemplū de carne animata generante carnem animatam naturaliter virtute caloris naturalis, vbi tamen ipa anima, vel quæcunque alia forma detur non eſt neceſſario primum principium producendi in producente, & primus terminus formalis in producto, ideo hoc ſaltem non requiritur ad vniuocationem in generatione.

Ad tertium dico quòd generatio actiua & ſpiratio actiua non ſunt idem formaliter, nec primi termini formales ipſarū ſ. notitia actualis & amor actualis ſunt idem formaliter, & tamen primi termini producti illis productionibus ſunt vniuoci inter ſe, & producenti, quia perſonæ productæ habent omnino eandem perfectionem abſolutam inter ſe, & eandem cū producente. Ad tertium principale dico, ꝙ antecedens de diſtinctione principiorum ſola ratione falſum eſt. Ad primam probationem cum arguitur ꝙ oppoſitum non ſtaret cum ſimplicitate diuina. Reſponſum eſt prius ſæpe diſtinc. 2. & 8. vbi mentio habita eſt de non identitate formali abſque diſtinctione reali. Ad ſecundam probationem cum arguitur, quòd aliter eſſet relatio realis inter intellectum & intelligere. Reſpondeo. intellectus eſt potentia operatiua, & productiua primo modo, ſcilicet inquantum eſt principiū operatiuū, nec intellectus, nec ſuppoſitū cuius eſt actio habet relationē realē ad operationem realem quę nata eſt eſſe in ipſo. ſed hoc accidit in nobis, quia eſt ibi diſtinctio realis, ſeu differentia inter ipſum & operationem ad quam eſt, vt autem eſt principium ꝓductiuum licet ipſum non habeat relationem realem ad productum, quia idem eſt producto, nec ad productionem propter idem, tamen producens ipſo habet relationem realem ad productū ꝓpter diſtinctionem eorum realē. & hæc ſufficit ad hoc ꝙ productio ſit realis, ſed talis relatio non requiritur in-

ter intellectũ & intelligere ad hoc, ꝙ operatio intellectus ſit realis. Sed nec ipſe intellectus nec operans eo habet relationẽ realem ad intelligere, quia non eſt diſtinctio realis huius & illius, nec hoc, ꝙ intellectus dicitur patri eſſe principium ad intelligendum, notat relationem realem ipſius intellectus ad intellectionem, quæ ineſt patri ſecundum hoc principium, quia hoc magis videtur de gignitione q̃ de intellectione, quia gignitio maiorem diſtinctionem requirit. Nec tamen cum dicitur intellectus eſt patri principium dicendi, notatur relatio realis intellectus ad dicere. Et cum arguitur, ꝙ tunc non magis intelligeret intellectu q̃ voluntate, conſequentia non valet. nec tamen dicit ita intellectu intelligere, q̃a ſit ratio realis intellectus, vel patris ſecundum intellectum ad intelligere, ſed tantũ, quia iſta ſit aliqua perfectio operatiua, ſecundum quam nata eſt competere patri talis operatio, nec ſequitur ꝙ non magis intelligat pater in intellectu, q̃ voluntate, quia hęc operatio, quæ eſt intelligere, nata eſt primo competere intellectui. non autem eſt nata competere voluntati, nec eſt aliqua alia ratio, niſi quia intellectus eſt intellectus, & volũtas eſt voluntas, cuicunque enim principio operatiuo ex eo ꝙ tale, ſiue ſit res per ſe, ſiue vnitiue contineatur in aliquo, nata eſt competere propria operatio. Cõtra. conceditur in patre intellectũ eſſe ſibi principium intelligendi. Sed eſſe principium importat relationẽ aliquam, & ſi eſt ex natura rei principium, eſt ex natura rei relatio. & per conſequens realis. Reſpondeo. quicquid competeret alicui, ſi eſſet res realiter, hoc idẽ debet ei cõpetere, & non alteri, vbi eſt ratio vel ſecũdum rationem. hoc modo eſt in patre intellectus reſpectu intelligere, quia principium eſt omnino idem realiter cum intelligere. Ad aliã rationem de ęqualibus, & eodem addito, ꝙ ad hoc debet tenere conſequentia, & ita eſt in propoſito. Reſpondeo, ſicut dicitur in conſequenti, & ſi conſequentia teneat eodem addito adhuc tenebit, & verum eſt addito nõ deſtruente rationem conſequẽtię, ſicut eſt cum dicitur. homo, ergo animal, omnis homo, ergo omne animal. reſpectu cuiuſcũque prædicati, vel econuerſo negatiue. Ita in propoſito dico, ꝙ inęqualitas intellectionis & intellect⁹ eſt propter limitationẽ extremorum, propter quam vel ſine qua alterum excedit alterum additum ex vtroque extremo: additum autem infinitum vtrique extremo tollit ab vtroque extremo limitationem, & ideo inæqualitatem, & ideo tũc non ſequitur ꝙ ſint inæqualia, immo æque perfectionis eſt intellectus infinitus, & intelligere infinitum. Et ſi obijciatur contra hoc, ꝙ infinitas non tollit omnem inæqualitatem, q̃a albedo infinita adhuc excederet in perfectione nigredinem infinitam. Dico ꝙ infinitas addita alicui limitato, ex ſe eſt infinitas ſecundum quid qualis. ſ. poteſt competere rationi talis limitati. quia non dicit infinitatem, vel illimitationem, niſi ratione illius cui additur, quia hoc non poteſt eſſe formaliter ſim-



ſimpliciter infinitum. Infinitas autem addita alicui perfectioni ſimpliciter. cui. ſ. non repugnat infinitas ſimpliciter, eſt infinitas ſimpliciter in illa ratione, & ideo eſt ſimpliciter infinitas. intelligere autem & intellectus ſunt ex ſe pfectiones ſimpliciter formaliter, nec ex ſe limitationem includunt. & ideo infinitas addita vtriq; dicit infinitatem ſimpliciter, non tantum in iſtis rationibus, ſed concomitanter in entitate, veritate, & bonitate, & omni perfectione ſimpliciter vniuerſaliter, quia omnis perfectio ſimpliciter mutuo, & vnitiue ſe includit. & ideo intelligere infinitũ ſimpliciter æqualiter intellectui infinito, & econuerſo.

## PRAETEREA &c. DIST. XIIII. & XV.

CIRCA iſtam. 14. diſt. & duas ſequẽtes. ſ. 15. & 16. Vbi magiſter agit de * miſſione temporali ſpiritus ſancti, quęrit vnũ generaliter quantum ad omnes perſonas. Vtrum quælibet perſona diuina mittat quãlibet ꝑſonam. & mittatur? Videtur ꝙ ſic. quia quicquid eſt eſſentiale in diuinis conuenit tribus. Miſſio tam actiua q̃ paſſiua eſt quid eſſentiale, quia dicit reſpectum ad creaturas, reſpectus autem ad creaturam communis eſt tribus. Quod autẽ tam mittere, q̃ mitti dicat reſpectum ad creaturam, probatur, quia dicitur de Deo ex tẽpore, nihil autẽ dicitur de Deo ex tempore, niſi quod dicit reſpectũ ad creturã. Item in Io. de patre dicit ſaluator & de ſeipſo. Ad eum veniemus &c. ergo pater etiã venit temporaliter ad aliquem. hoc venire dicit aliquem effectum trinitatis. ergo videtur ꝙ pater poſſit mitti a tribus perſonis, ſicut filius, & ſpiritus ſanctus. Item, ſecundũ Aug. ad Dardanum quælibet perſona, dat & datur. ergo pari ratione mittit, & mittitur. Contra Augu. 4. de trini. c. 20. Sed pater cum ex tempore a quo quam cognoſcitur non dicitur miſſus, nõ enim habet de quo ſit, aut ex quo ꝓcedat. Ad hoc etiã adducit magiſter auctoritatem Auguſt. in litera.

*a. l. proceſſio.*

*Ca. 14.*

IN ISTA Quæſtione videt̃ eſſe opinio magiſtri ꝙ mitti non conueniat tribus, ſed tãtum duabus perſonis procedentibus. quia ſecundum Aug. nulla perſona mittitur, niſi quę habet aliam, de qua ſit, ſecundum hoc. mitti dicit reſpectũ ad creaturam, tamen connotando reſpectum proceſſionis æternæ. ſed mittere eſt commune tribus ſecundum magiſtrũ, quod probatur per auctoritatem Augu. 2. de trini. c. 6. vel 2. vbi dicit Augu. de filio. Proinde mitti a patre ſine ſpiritu ſancto nõ potuit. Et probat, quia pater intelligitur miſiſſe eum ſecundum ꝙ fecit eum ex fęmina, qđ non fecit pater ſiue ſpiritu ſancto. ergo ſpiritus ſanctus miſit filium. Et conſtat, ꝙ ipſemet ſe ipſum met miſit. ſicut habetur ab Aug. eodẽ. c. ergo mittere cõuenit cuicunque perſonæ. Et hoc probat magiſter per rationem, quia aliàs aliquid efficeret vna perſona trinitatis, quod nõ alia, cum mittere ſit effectũ aliquem creare.

CON-

CONTRA iſtam opinionem poteſt argui. Si mitti importat aliquo modo duplicem reſpectum æternum & temporalem. cum non dicat reſpectū niſi ad eum cui mittitur, vel ad mittentem, pater ꝙ primus eſt cōmunis tribus, quia eſt reſpectus rationis ad extra. ſecundus aut eſt realis, aut rationis. Si rationis, ergo poteſt eſſe in patre reſpectu ſui, ſicut pater poteſt dari, & dare, nō enim repugnat patri mitti, propter reſpectum rationis tantum. Si mitti dicat reſpectum realem tantū ad mittentē, puta proceſſionē a mittēte, igitur mittere non eſt eſſentiale. quia tunc ſpiritus ſanctus non mitteret filium, cum nō ꝓducat eum. Vel arguitur ſic.

Si mitti includat relationem æternam, aut ergo reſpectu eius cui mittitur perſona, quod non contingit, quia hoc eſt temporale, aut ad mittentem, & tūc omnis miſſus a mittente ab eo procederet. & ſic cum filius dicatur mitti a ſpiritu ſancto, procederet ab eo.

Præterea. mittere & mitti videntur idem ſignificare. licet diuerſimode quantum ad modos grammaticales. igitur ſi vnum connotat aliquem reſpectū ad intra, & reliquum connotabit. Si igitur mitti connotat produci. igitur mittere connotat producere. Et ita neutrum eſt mere eſſentiale. vel ſi vnum nō cōnotat reſpectum ad intra, nec reliquum. ſed tantum reſpectū ad aliquid. extra. Et ita vtrūque erit commune tribus. Et hoc eſt ꝙ ſic breuiter poteſt argui. Si mitti includit produci. ergo mittere includit ꝓducere. ergo ſpiritus ſanctus non mittit filium, quia non producit eum.

Præterea. mittere & mitti videntur dicere relationes oppoſitas, ergo ſi mittere non includit producere, nullo modo correlatiuum includit correlatiuū. Conſequentia patet per hoc, quoniam acceptis duabus correlationibus, ſicut primum ſe habet ad tertium, ita ſecundū ad quartum, & econuerſo, ſed mittere & mitti dicunt correlationem, & producere & produci ſimiliter, igitur ſi perſona quæ mittitur, producitur, mittere eſt producere.

VIDETVR aliter poſſe dici ad quæſtionem. Manifeſtum eſt enim ſecundum intentionē Aug. 4. de tri. c. 20. ꝙ pater non dicitur miſſus, ergo oportet ꝙ mitti cum hoc, ꝙ dicit reſpectū ad extra, connotet productionē ad intra. Et tunc rationabile videtur cōſimiliter dicere de mittere, ꝙ licet dicat principaliter reſpectum actionis actiuę ad extra, tamen connotat reſpectum productionis actiuæ ad intra, & ſic neutrum eſt mere eſſentiale. ſed mitti tantum conuenit perſonæ productæ, & mittere tātum perſonæ producenti. Et ita ſunt duæ perſonæ mittentes. ſ. pater & filius, & duæ tantum miſſæ. ſ. filius & ſpiritus ſanctus. Nec aliqua perſona ſe ipſam mittit, nec producta producentem. Huius ſimile poteſt haberi in alio, nam pater dicitur per verbum creare. Et poſſet cōcedi filium creare per ſpiritū ſanctum, non autem ſic econuerſo, vbi creare per filium non dicit abſolute actionem ad extra, ſed actionem cum auctoritate, & in hoc connotat productionem actiuam in operāte reſpectu



ſpectu illius perſonæ per quam quaſi ſub auctoritatiue operatur. Ita poſſet dici, quòd mittere perſonam eſt operari per eā, & ita operari effectum cum illa perſona per modum auctoris dantis illi perſonæ actionem, quod tantum conuenit ꝓducenti reſpectu perſonæ productæ. Et mitti diceret idem, quòd ſub auctoritatiue operari virtute perſonæ mittentis, quod non eſt, niſi quando perſona operans accipit ab alia virtutem agendi. Et ad illud quod magiſter adducit pro ſe de Augu. quòd ſpiritus ſanctus mittit filium. Et quòd filius mittit ſe, poſſet exponi primo, primum de filio incarnato, non de filio vt incarnando, quomodo Ambro. in tertio lib. de ſpiritu ſancto. cap. 2. vel 3. dicit, quòd ſpiritus domini miſit filium, ſicut legitur Iſaiæ 1. Spiritus domini ſuper me &c. bene dicit Ambroſ. Spiritus domini miſit me ad prædicandum, quia quaſi filius hominis eſt miſſus & vnctus, nam ſecundum deitatem non ſuper Chriſtum eſt ſpiritus, ſed in Chriſto. ergo illa auctoritas Iſaiæ, quæ dicit Chriſtum miſſum a ſpiritu ſancto intelligitur de Chriſto homine, non autem de miſſione verbi æterni incarnandi. Similiter poſſet exponi illa auctoritas, ꝙ filius miſit ſe.

Ad argumentum etiam magiſtri, poſſet dici ꝙ conſequētia non valet, quia commutatur qualiter vel quale in quid, vel res in modū, nō. n. ſequitur filius non operatur per filiū, ſicut pater operatur per filiū. ergo pater aliquid operatur ꝙd non filius, ſed ſequitur, ergo aliquo modo alio operatur pater, quo modo non operatur filius, quia* auctoritatiue, & hoc eſt verum. Ita etiam ſi pater mittat filium & non filius ſe, debet inferri, ꝙ auctoritas agendi effectum in creatura eſt in patre, & non in filio, & hoc eſt verum.

*a. l. per auctoritatē.*

LICET AVTEM hæc via videatur probabilis, tamē quia auctoritates Aug. videtur ſonare non tantum de Chriſto homine miſſo, ſed de verbo eo miſſo, quia incarnādo, ſicut ipſe dicit intelligitur miſſio ipſa incarnatio, ideo poteſt teneri opinio magiſtri hoc modo ſecundum Aug. 4. de tri. c. 20. cū ex tempore cuiuſquā prouectus mente concipitur, mitti quidem dicitur. Et planius hoc idē paulo poſt. Mitti eſt de filio cognoſci, ꝙ a patre ſit. Ita ſpiritum ſanctum mitti eſt cognoſci ꝙ ab illo procedat: mitti ergo eſt manifeſtari perſonam procedere, nec conuenit omnibus perſonis, quia non omnes procedunt, & mittere eſt manifeſtare perſonam procedere, hoc manifeſtare eſt mere commune, quia tota trinitas manifeſtat perſonam procedentem procedere, ſed manifeſtari perſonam procedere connotat perſonam procedentem. Et ſi iſta ſunt ſignificata iſtorum vocabulorum, quia ſignificata accipiēda ſunt ex vſu auctorum, ſequitur ꝙ mittere ſit mere eſſentiale, nec connotat reſpectum realem æternum in mittente. Sed mitti connotat reſpectum in perſona miſſa quatenus manifeſtatur eius proceſſio æterna.

*Quid mittere, mitti, ut capitur in diuinis.*

na. Et poſſet quidem aliud verbũ imponi, ꝙ ſignificaret manifeſtare perſonã ꝓcedere, & eius paſſiuum quod ſignificaret manifeſtari perſonam procedere, & illud actiuum eſſet cõmune tribus perſonis, paſſiuum tantum competeret duabus perſonis, quæ producuntur.

SECVNDVM hoc ad argumenta quæ ſunt contra opi. magiſtri. Ad primum dico, ꝙ mitti dicit reſpectum rationis ad mittentem formaliter, ſed connotat reſpectum æternum, non quidem ad mittẽtem, quia mittẽs, ſed ad aliquem indiſtincte, vnde hæc propoſitio eſt neganda, ꝙ mitti nullũ reſpectum dicit, niſi ad eum cui mittitur, vel ad mittentem, ſi intelligatũ inquantũ mittens, & hoc tam de principali ſignificato, quam de connotato: dicit enim connotãdo reſpectũ ꝓcedentis, & hoc ad producens, non inquatũ mittens, qa etiam aliqua perſona mittẽs põt eſſe non ꝓducens. licet ſẽper ꝓducens ſit mittens.

Quia tota trinitas manifeſtat perſonam procedentem ꝓcedere, ſed manifeſtari perſonam procedere, nec conuenit omnibus perſonis, nec omnes procedunt. Exemplum de memoria, ꝙ ſignum ſecundũ Aug. manifeſtant memoria, intelligentia, & voluntas, in quo tamen ſigno memoria manifeſtatur, vnde hoc manifeſtare eſt mere commune.

Ad ſecundum cõcedo ꝙ actiuum & paſſiuum ſignificant idem, ſub alio & alio modo grãmaticali, ſed aliquid idem poteſt eſſe cõnotatum in vtroque quod non diuerſificatur penes iſtos modos. Manifeſtare quidem, & manifeſtari, quæ principaliter importantur, diuerſificantur penes illos diuerſos modos, ſed nõ ita hoc quod eſt perſonã procedere, illud enim eſt quod connotatur vniformiter, tam per actiuum quam per paſſiuum. Exemplum huius in aliis, ſcio ignem calefacere, & ſcitur ignẽ calefacere, licet hic ſit variatio grammaticalis, quã tum ad ſcire, & ſciri, non tamen quantum ad illud, quod notatur eſſe terminus ipſius ſcire, illud enim vniformiter ſe habet vtrobique. Et ſi imponeretur vnum actiuum ad ſignificandum hoc totum, ſcire ignem calefacere, ſuum paſſiuum non cõnotaret, ſciri ignẽ calefieri, ſed tm̃ ipſum ſciri per modum paſſiui. & illud aliud connotaretur ꝑ modum actiui. Et per hoc patet ad illam confirmationem, mittere & mitti, ſunt correlatiua, quantũ .ſ. ad formalia ſignificata, & vtrunque dicit per ſe reſpectum rationis, tamen vnũ iſtorum poteſt includere, vt cõnotatum, aliquod extremum relationis, & reliquum non includere correlatiuum illius, ſicut in exemplo poſito apparet, quod illud verbum ſic impoſitum includeret calefacere, & tamẽ verbum paſſiuum correſpondens ſibi non includeret hoc, quod eſt calefieri.

AD ARGVMENTA principalia. Ad primum dico, ꝙ non omne dictum de Deo ex tempore eſt commune tribus, quando importat non tantum reſpectum ad creaturam, ſed cũ hoc connotat reſpectũ intrinſecum, ſicut eſt de mitti. Ad ſecũdum concedo, ꝙ pater venit in uiſibiliter & in habitat, ſed tamen non dicitur mitti, quia nõ habet de quo ſit, non enim manifeſtatur procedere, niſi procedat, tamen manifeſtari poteſt abſolute, vel manifeſtari quod producat, ſed manifeſtari ſic, non notatur per mitti.

Ad tertium concedo quod quęlibet perſona dat quamlibet, quia dare eſt liberaliter cõmunicare, quælibet autem ſeipſam communicat liberaliter voluntate, vt ſui eſt. Nec ſequitur ex hoc ꝙ quęlibet mittat quamlibet, quod iam patet, quia dare non includit talem reſpectum intrinſecum, qualem includit mitti.

*4. topi.*

## NVNC DE SPI. S. &c.

### DISTIN. XVI.

*Hæc diſtin. 16. ponitur tota additio quæ alibi non habetur.*

CIRCA diſt. 16. quæritur vtrum conueniat ſpiritui ſãcto miſſio viſibilis? vř ꝙ nõ. Au. 4. de tri. ca. 9. & ponitur in litera. Fateamur filium minorem factum, & intantũ minorem, inquantũ factum, & intantũ factũ inquã tum miſſum, igitur filius eſt hic qui eſt ſic miſſus viſibiliter, qa de illo ibi loquitur ꝙ ſic eſt minor, igitur ſi ſpiritus ſanctus ſic mitteretur a patre & filio, eſſet minor patre & filio, quod non conceditur. Item ſi ſpiritus ſanctus mitteretur viſibiliter, aut concurrit cum ea miſſione reuelatio interior, aut nõ: ſi non, fruſtra fieret miſſio exterior in aliquo viſibili ſigno, quia tunc ad nihil eſſet vtilis. Si autem concurrat reuelatio interior, tũc fruſtra fieret miſſio, vel apparitio exterior viſibilis, quia tale ſignum ſenſibile exterius diſtaheret a reuelatione interiori, cum occupatio circa exteriora diſtrahat intellectum ab interiori conſideratione.

Contra eſt magiſter in litera, & allegat Auguſtinum, & Iohannem. 14. cap. Cum venerit ille paraclitus veritatis. Et iterum ibidem, ſi enim abiero mittam vobis eũ. vbi loquitur de miſſione temporali.

Reſpondeo, cum perſonam mitti, ſit eam manifeſtari procedere: vt patet alibi quæſtione præcedente: & miſſio paſſiua viſibilis eſt cum ſigno ſenſibili cognoſci perſonam procedere, quod quidem ſignum oportet eſſe conueniens ad manifeſtandum ſuam proceſſionem, ergo cum ſpiritus ſanctus poſſit manifeſtari procedere ſigno ſenſibili conueniente ſuæ proceſſioni, ſequitur quod ſpiritus ſanctus poterit viſibiliter mitti.

De miſſione vero ſenſibili filii, quę fuit per incarnationem, dicetur in tertio libro.

Ad primam rationem, dicendum quòd non eſt ſimile, quia ſpiritus ſanctus non vnit ſibi naturam ſigni ſenſibilis, quo ipſius proceſſio manifeſtetur, & ideo non oportet quod illa quę conueniunt naturæ talis ſigni, quòd conueniant ſpiritui ſancto, ſed filius vniuit ſibi naturam humanam in vna perſona, & ideo quæ dicuntur de iſta natura, vere dicũtur de diuino ſuppoſito ſuſtentificante illam naturam, vnde filius poteſt dici minor patre ratione naturæ aſſumptæ, non ſic autem ſpiritus ſanctus, quia non habet in tali natura eſſe ſpeciali modo,

niſi ſicut in ſigno. Et concedo, quod fruſtra eſſet reuelatio exterior, niſi concurreret illuſtratio interior, & reuelatio talis: quia illa apparitio exterior non eſt, niſi quoddam ſignum ſenſibile repræſentans tale ſignificatum ex inſtitutione humana ad placitum, & non ex natura, quæ ęque poſſet, quantum eſt ex ſe aliud ſignificare, ſicut illud ſi placeret inſtituenti, & ſi non eſſet reuelatio interior non cognoſceretur per talē apparitionem exteriorem, non enim poteſt ſignum ſenſibile ex inſtitutione cognoſci, ꝙ ſignificet ex ratione repræſentantis, vel repræſentatiui, niſi cognoſcatur per repræſentatum repræſentatiuum. Ad probationem dico, ꝙ licet intellectus diſtrahatur ab intelligendo quando occupatur ſenſus circa ſua ſenſibilia alia a ſuo intelligibili, quod tunc intelligit, quia ſic potentiæ ſeinuicem impediunt, nec mutuo ſe iuuant in actibus, tamen quando ſenſus occupantur circa ſingulare ſenſibile, cuiꝰ vniuerſale ꝑ ſpeciē ītelligitur, vt videlicet quando ſenſus ſentit illud obiectum, quod phantaſiatur, & intellectus intelligens non diſtrahitur. tunc intellectus maxime confortatur, quia tunc potentiæ circa idem obiectum ſibi adminiſtrant eius præſentiam, vt a qualibet ſecundum eius proportionem apprehendatur: hoc patet in exemplo, quando volumus colere Chriſtum & paſſionem eius compati, facilius eā cōtemplamur, ſi imaginem crucifixi frequentius intuemur, & ex tali intuitione talis ſpecies in phantaſia generatur, & hoc totum eſt modo propter ordinē naturalem potentiarum primarum in agendo, prophetæ vero erant diſtracti per ſenſibilia, nec eos ſenſibilia multum iuuabant ad prophetiam, quia non erant eis conuenientia, nam talia parum faciunt ad reuelationem, quæ eſt de his, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. quę hominibus enarrare nō licet ſecundum apoſtolū Cor. 13. ſed erat aliquod ſenſibile eis præſens in imaginatione, quia vt communiter omnes prophetæ erant multum imaginarii, patet per Auguſtinū. 12. ſuper Gen. quare &c.

## IAM NVNC &c. DISTIN. XVII.

CIRCA iſtam diſt. 17. in qua magiſter agit de miſſione inuiſibili ſpiritus ſancti quęruntur ſex. Primo quæro, Vtrum neceſſe ſit ponere charitatē creatam formaliter inhærentem naturæ beatificabili.

Quod non Auguſtinus. 8. de trini. cap. 7. Qui diligit proximum, conſequens eſt vt ipſam præcipue dilectionem diligat, dilectio autē eſt Deus, cōſequēs igitur eſt, vt diligat deum. Quęro quomodo accipit dilectionē in minori, ſi formaliter, habeo propoſitum, ſi effectiue, tunc erunt quatuor termini, quia maior non eſt uera, niſi de dilectione formali qua diligitur proximus.

Si etiam dicas, quod præter iſtam dilectionem, quæ eſt ſpiritus ſanctus, eſt alia dilectio formaliter, ergo fallacia conſequentis eſt in argumento, arguendo ſic, diligit dilectionem formaliter, ergo hanc, quia antecedens poteſt verificari pro alia, ſi ergo argumentum debeat tenere, oportet quod Deus ſit formaliter dilectio, quæ eſt formaliter in diligente reſpectu proximi. Item de tri. 15. c. 18. nullum eſt iſto Dei dono excellentius, ſupple, quod eſt charitas, ſed nullum donum Dei eſt excellentius ſpiritu ſancto, ergo ſpiritus ſanctus eſt charitas. Iſtud argumentū ſimiliter non valeret, niſi eſſet de charitate formali, & quod ſpiritus ſanctus præciſe erit illa. Si dicatur ad iſtas auctoritates quòd ſ.ſ. dicatur charitas cauſaliter. Obuiat in hac litera magiſter adducens Auguſtinū quòd ipſe intelligat formaliter, dicit enim in 15. de trinita. capitulo 17. Neque enim dicturi ſumus, non propterea Deum dictū eſſe charitatem, quòd ipſa charitas ſit vlla ſubſtantia, quæ Dei digna ſit nomine, ſed quòd donū ſit Dei, ſicut dictum eſt de Deo, quoniam tu es patientia mea, non vtique propterea dictum eſt, quia Dei ſubſtantia eſt noſtra patientia, ſed quod ab ipſo nobis eſt, ſicut alibi legitur. Quoniam ab ipſo eſt patientia mea. hunc quippe ſenſum facile refellit ſcripturarum ipſa locutio, tale enim eſt. tu es patiētia mea, quale eſt, domine ſpes mea, & Deus meꝰ miſericordia mea, & multa ſimilia. non eſt autem dictum domine charitas mea, aut tu es charitas mea, ſed ita dictum eſt. Deus charitas eſt, ſicut dictum eſt. Deus ſpiritus eſt



Præterea per rationem. omnis creatura poteſt intelligi nō bona, quia eſt bona per participationem. charitas non poteſt intelligi non bona. videt̄ enim bona per eſſentiam. ergo &cæt. Contra Auguſt. de moribus eccleſiæ. 4. c. Pertractans illud ad romanos. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti. & cæte. Charitas inquit Dei hic dicta eſt virtus, quæ animi noſtri rectiſſima eſt affectio.

## QVAESTIO. II.

SECVNDO iuxta iſtam quæſtionē aliam in generali propono de habitu. Vtrum ſit neceſſe in habitu ponere rationē principij actiui reſpectu actus? Quod ſic. habitus eſt quo habens vtitur cum voluerit, ſecundum Commentatorem. 3. de anima. *com. 18.* Super illud oportet, vt in ea ſit intellectus. hæc inquit eſt diffinitio habitus, vt habitu intelligat illud quod eſt proprium ſibi ſecundum ſe. & quando voluerit abſque hoc, quod indigeat in eo aliquo extrinſeco. Sed vti competit agenti. nam patiens principio paſſiuo non vtitur.

Præterea. quatuor conditiones attribuimus habenti habitum, primo quod operatur delectabiliter, faciliter, expedite, *2. et h. e.* & prompte, ex qualibet poteſt *3. & inde.* argui propoſitum.

Ex prima, quia actus qui fuit prius diſconueniens agenti nō fit ſibi cōueniens, niſi ipſum inquantum agens aliter ſe habeat, igitur per iſtum habitum per quem conuenit ſibi ſic operari, fit conueniens ſibi, & ita delectabile ipſum aliter

ſe hēt habitu agens inquantū agens. Ex ſecunda. via arguitur, quicqd eſt ex ſe ſumme diſpoſitum ad patiendū non indiget facilitari, vt patiatur, ſed potentia habituabilis, ſicut voluntas & intellectus eſt ex ſe ſumme diſpoſita ad recipiendū actus, quia non habet contrarium, & pp hoc nō indiget motu ad hoc vt agat. ergo habitus per quem facilitatur diſponit ipſam ad agendum non ad patiendum. Ex tertia conditione arguitur. Quia cui competit impediri, ei competit expeditio, ſed impediri conuenit agenti, qn̄ virtus eius actiua deficit, & ab alia ſuperat. igit̄ habitus p quem conuenit alicui expedite operari ē ipſius, vt actiuum eſt. Ex quarta via arguit̄. Quia cuius eſt tarde, & nō prompte operari, eius eſt ēt promptitudo. ſed nō prōpte operari conuenit agenti inquantum actiuum, nō paſſiuū. ergo & prōptitudo, quā tribuit habitus pertinet ad agens, inq̄tum agens. Præterea, ad principale habitus inclinat potentiam ad actum, duplex autē eſt inclinatio. ſ. potentiæ paſſiuæ ad formam. & potentiæ actiuæ ad agere, habitus non inclinat primo modo. nam actus recipitur in potētia immediate, alioquin actus perfectus & imperfectus non haberent idem ſuſceptiuum. ergo inclinat ſecundo modo, vt principium actiuum agere, quod eſt propoſitū. Præterea ſecundū philoſophū. 8. phyſi. & 2. de anima. anima ante ſcientiam eſt in potentia eſſentiali, habens autem ſcientiam eſt in potentia accidentali. quod autem reducit de potentia eſſentiali ad accidentalē

*7. philo. tex. c. 20. & Auer. 3. de anima c. 24. ſcribit ꝙ potentia paſſio & receptio æquiuoce dicuntur de materialibus & immaterialibus*

*t. c. 3 2. t. c. 55.*

reſpectu operationis, vr̄ eē principium actiuum reſpectu eius, quia eſt quo habens operatur. vnde phi. vult. 2. de anima. ꝙ ſicut ſciētia eſt qua ſcimus, ita aīa eſt qua viuim⁹, & ſentim⁹, & intelligimus. Et p conſequēs ſicut anima eſt quo agimus actus vitales, ita ſcientia eſt quo actiue ſpeculamur. Præterea, aliquis habitus eſt practicus, & talis eſt actiuus vt prudentia. aliquis factiuus, vt ars. ratio practici in communi & ſpecialiter factiui vr̄ concludere in tali habitu rationem principij actiui. Contra. relatio non eſt principium actiuum, nec aliquid eſſentialiter includens relationem. habitus autem eſt ad aliquid ſecundum phi. 7. phy. ergo &c. Confirmatur. quia nō minus requiritur entitas realis abſoluta in principio motus, q̄ in termino motus. Si ergo habitus caret entitate abſoluta, quæ ſufficiat ad terminandum motum ſecundum philoſophū ibi. multo magis caret ea quæ requiritur in principio actiuo. Præterea, vnius actionis videt̄ eſſe vna potētia actiua. 5. phy. ſecundum Commenta. c. 37. & 38. Sed non ſolum habitus eſt potentia actiua reſpectu operationis, quia tunc ipſe habitus eſſet potentia, quia potentia eſt quā ſimpliciter poſſumus. & habitus non eſſet illud, quo ſimpliciter perficitur potentia. ergo ſolum illud quod perficitur per habitum eſt principiū actiuum actionis. Confirmatur iſta ratio. quia vna actio requirit principium formale, quo eliciatur per ſe vnum, aggregatum autem ex potentia & habitu eſt vnum per accidens, non per

*t. c. 5. c. 24*

*t. t. 17. & 5. meta. t. c. 20.*



per ſe, igitur totum non poteſt eſſe quo reſpectu operationis p ſe vnius. Præterea. accidens nō eſt principium agendi in ſubiectum proprium, ſed operatio ad quam ponitur habitus recipitur frequenter in potentia, cuius eſt ille habitus. ergo reſpectu iſtius nō eſt habitus principium actiuum. Præterea aliqui habitus ſunt in potentijs ſenſitiuis, appetitiuis, & ille appetitus non eſt actiuus, quia ſecundum Dama. ſenſus non ducit ſe, ſed ducitur. ergo nec forma. i. habitus eius poteſt eſſe principium actiuū. quia ſi eſſet, oporteret quod concurreret cum potentijs in agendo.

*Cap. 22. vel 22. 2. lib.*

ADISTAM ſecundā qōnem dr̄ quòd aliter eſt de habitu acquiſito, & aliter de habitu infuſo, nā ab alio eſt actus hominis naturalis, & expeditio actus propter indeterminationem quam habet natura reſpectu iſtius actus. Et ideo virtus acquiſita eſt perfectio naturæ præſuppoſite in ratione principij actus, ſed ſi virtus ſupernaturalis eſſet perfectio naturæ pręſuppoſitæ in iſto eſſe; cui correſpondet talis actio, tunc ipſa tantum facilitaret naturā, ſicut virtus acqſita: ſed hoc eſt falſum, īmo ab eodem eſt eſſe gratuitū, & ſimpliciter elicitur actio gratuita ſecundum illum gradum. Ita ꝙ virtus acquiſita eſt virtus ſecundum illam rōnem virtutis, quæ ponitur. 2. ethi. Virtus eſt q̄ habentē perficit, & opus eius bonum reddit, ſed virtus theologica non ſic, ſecundum illam rationem virtutis, q̄ ponit̄ primo de cęlo, ꝙ. ſ. virtus eſt vltimum in potentia.

*Hen. quo li. 4. q. 10.*

*Cap. 5.*

*t. 116.*

CONTRA iſtam opin. ſi ſic intelligat quòd habitus ſupernaturalis eſt ſimpliciter principium reſpectu actus. Arguo ſic. quo quis poteſt ſimpliciter operari, illud eſt potentia, ſed habitus ſupernaturalis per te eſt huiuſmodi. igitur habitus ſupernaturalis erit potētia. antecedens patet, quia potentia eſt qua ſimpliciter & primo poſſumus. Præterea, ex hoc ſequitur vlterius quòd non plus erit voluntas bona, ſi operetur per habitum charitatis, quam lignum perficitur in agendo, ſi agit per calorem ſibi accidentaliter inhærentem. nam ſicut ex hoc nulla conuenit actio ligno per formam ligni, ſed tantum illi accidenti, quod recipitur in ipſo, ita etiam videtur ꝙ actio illa quæ competeret charitati, vt principali principio, nullo modo competeret voluntati, vt voluntas. Ex hoc ſequitur vlterius quòd ſicut calor, ſi eſſet ſeparatus, æque calefaceret, ita charitas, ſi eſſet ſeparata, æque ageret: nam omnis forma quæ eſt principium totale agendi, vt eſt in ſubiecto, ſi per ſe eſt, poteſt per ſe operari. Et ita ſequitur euidenter propoſitum, quòd habitus eſt potentia. Præterea, operatio non elicitur libere, cuius principium actiuū eſt mere naturale & agens per modum naturæ. Sed habitus cum non ſit formaliter voluntas, nec per conſequens formaliter liber, ſi eſt pricipiū actiuū, erit mere naturale, ergo operatio eius non erit libera, & ita nullum velle erit liberum, ſi eliciatur ab habitu, vt à totali principio actiuo. Præterea. tūc homo habens ſemel charitatem,

tem, nunquam poſſet peccare mortaliter. quod eſt inconueniens. probatio conſequentiæ. quia habens formam aliquam actiuam ſibi prædominantem nunq̃ põt moueri contra inclinationem illius formæ p̄dominãtis, ſicut nunq̃ corpus mixtũ graue poteſt aſcendere contra inclinationẽ terræ prædominãtis, ſed charitas ſi eſt principiũ actiuum totale prædominatur ipſi voluntati, quæ non poteſt in actum illum. ergo voluntas ſemper ſequetur inclinationẽ charitatis in agendo, & ita nunquam peccabit. Præterea, actus non eſt meus, qui non eſt in poteſtate mea, ſed actio ipſius habitus non eſt in poteſtate mea, quia ipſe eſt actiuus, non erit liber, ſed principiũ naturale. ergo illud diligere non erit meũ, nec potero dici agere iſta operatione, & ita actiones meritoriæ non ſunt voluntatis, nec ſuppoſiti volentis, quod eſt inconueniens.

a.l. Alia via. * ALIO MODO poſſet dici quod virtutes acquiſitæ & infuſæ nõ differunt modo prædicto. ſed eodem modo comparantur ambæ ad ſubſtantiam actus. Et tunc eſt vnus modus dicendi, ꝙ actus habet ſubſtantiam a potentia, ſed intenſionẽ talem vel talem habet ab habitu, ita ꝙ quaſi duobus in actu Goſ. quol. 9. q. 4. ſ. ſubſtantiæ, & intenſioni correſpondeant duo in rõne principij vel cauſæ. Contra iſtud arguo ſic. intenſio actus non eſt aliquid extrinſecum accidens actui, ſed gradus intrinſecus actui, ita quod actus intenſus eſt quoddam per ſe vnũ, ſicut hoc indiuiduum in ſpecie, non ergo poteſt eſſe aliud principiũ ſubſtantiæ huius actus, & intẽſionis ſuæ, quia a quo eſt hoc t.c.31. indiuiduum, ab eodem eſt gradus intrinſecus proprius huic indiuiduo. non enim poteſt recipere naturam ab aliquo, & hanc ſignatam, quin recipiat eam in certo gradu. Iuxta hoc quaſi ex eodem medio poſſet argui, ſicut prius argutum eſt ad principale, quia cũ actus intenſus ſit per ſe vnũ, & aggregatum ex potẽtia, & habitu ſit vnum per accidens, non põt totum hoc eſſe principium illius. Sed iſta forma arguendi nõ cogit, vnde poſtea ſoluet, ſed primum cogit, quia vnde eſt, hoc inde habet certum gradum intrinſecũ huic. Pręterea ſecũdo. q̃cunque principium actiuũ naturaliter concurrit cum cauſa libera agente, cauſa illa libera agente oportet ꝙ illud principium naturaliter coagat quãtum poteſt. Exemplum de voluntate & potẽtia inferiore naturaliter agente, quantum eſt de ſe, tale enim, licet impediat ab agendo, quando liberũ non agit, tamen libero agẽte ipſum neceſſario agit, quia per modũ naturæ quantum eſt de ſe agit, coagit illi libero quantum põt. ergo ſi habitus determinatus in voluntate det intenſionẽ determinatam actui, tunc voluntate operante ad ſubſtantiam actus, neceſſario dat habitus illam intenſionem ſibi correſpõdentem. Et ita quantumcunq; ex modico conatu volũtas operetur, ſemper eſſet actus eius æque intenſus. quia ipſa cauſante ſubſtantiam actus habitus, quia agit per modum naturæ, cauſaret quod ſuum eſt neceſſario. Præterea, ſi habitus det intenſio-



tenſionem actui, hoc erit in aliquo gradu finito, ſignetur iſte gradus, & ſit. a. voluntas igitur cum habitu illo poteſt habere actum intenſum in hoc gradu. fiat aliqua alia voluntas perfectior iſta voluntate ſecundum proportionem. a. gradus ad actum in vno gradu. puta ſi. a. eſt gradus. 8. in actu, fiat voluntas excedens primam voluntatem in. 9. gradibus. iſta igitur voluntas ſine habitu poſſet habere actum æque intenſum, ſicut illa voluntas cum habitu. ergo non præciſe eſt ſubſtantia actus a potentia. ita quod non intenſio. Præterea, ſola voluntas infinita circunſcripta omni ratione habitus poteſt habere actum infinitum. ergo volũtas in quocunque gradu naturę poteſt in actum determinati gradus: antecedens patet. quia voluntas infinita non eſt receptiua alicuius habitus, quia non deficit ſibi aliqua p̄fectio poſſibilis volũtati. cõſequentia probat, 2. top. cõ. 29. quia ſicut ſummũ ad ſummum, ita ſimpliciter ad ſimpliciter, & quilibet gradus ad gradum ſibi correſpondentem.

TERTIO MODO attribuendo habitui aliquo mõ rõnem principij actiui reſpectu actus, poteſt dici ꝙ habitus eſt cã partialis actiua, cum quo ipſa potẽtia ẽt eſt cã partialis reſpectu actus perfecti procedentis a potentia & habitu, licet ipſa poſſet eſſe totalis cauſa reſpectu actus imperfecti præcedentis generationem habitus. Et tũc de diſtinctione illarum cauſarum partialium, & etiam qũo faciant vnã per ſe cauſam totalem, dicendum eſſet, ſicut dictum eſt ſupra diſt. 3. q. de cã notitiæ genitæ. Sed tunc eſt dubitatio. ſ. q. 7. cũ illa duo non ſint cã eiuſdem ordinis, vel rationis, ſicut duo trahentes nauim, qđ eorum habet rationem cauſæ prioris, vr̃ quod habitus, quia cauſæ prioris eſt determinare ſecundam, non econuerſo, habitus autem determinat potentiam ad agendum, & non econuerſo & inclinat eam. Inclinare aũt eſt ſuperioris reſpectu inferioris, non econuerſo. Sed oppoſitum huius vr̃ primo quia potentia vtitur habitu, nõ ecõuerſo & qđ vtit alio eſt principalius in agendo, & illud quo vtit eſt quaſi inſtrumentũ, vel cã ſecunda. Similiter ſecũdo potentia eſt illimitatior in agendo, quam habitus, eo quod ad plura ſe extendit. ſed ſuperior cauſa videtur eſſe illimitatior extenſiue. ergo &c.

Præterea tertio ſic, habitus eſt cauſa naturalis. igitur ſi ipſe eſt cauſa principalis mouens potentiam, moueret eam per modũ naturæ, & per conſequẽs cum potentia agat eo mõ, quo mouetur, ageret per modũ naturæ. Nam agens qđ agit inquantum mouetur, ſi mouetur per modum naturæ, agit etiam vlterius per modum naturæ, & ita oĩs actio potentiæ habituatæ eſſet naturalis, & nulla libera, quod inconueniens eſt. Itẽ quarto, habitus eſſet potentia, quia eſſet illud quo primo habens poteſt operari. Præterea quinto, qñ ſunt duæ cauſæ ordinatæ, quarum vna eſt cauſa alterius. illa quæ eſt cauſa alterius eſt ſuperior cauſa. ſed potẽtia eſt cauſa habitus ſaltẽ mediantibus actibus, & nullo modo econuerſo.

CON-

CONCEDO igitur propter iſtas rationes ꝙ tenēdo habitum eſſe cauſam partialē reſpectu actus, erit cauſa ſecunda, & non prima, ſed ipſa potentia erit cauſa prima, & abſolute non indiget habitu ad operandum. Minus tamen perfecte operabitur ſine habitu, q̃ cū habitu, & hoc poſito æquali conatu ex parte potentiæ. Quia quando duæ cauſæ concurrunt ad aliquem effectum, vna ſola nō poteſt, ex ſe ĩ ita perfectū effectum, ſicut ambæ ſimul. Et hoc modo ſaluatur, quod actus eſt intenſior a potētia & habitu, q̃ a potentia ſola, non quidē ꝙ potentia ſit cauſa ſubſtantiæ actus, & habitus ſit cauſa intenſionis, quaſi duobus cauſatis correſpondeant duæ cauſæ, ſed ꝙ ambæ cauſæ concurrentes poſſunt producere effectum perfectiorem, q̃ altera ſola, qui tamen effectus ſecundum ſe totum, & vt per ſe vnus eſt a duabus cauſis, ſed in diuerſo ordine cauſantibus.

CONTRA iſtam opinionem arguo ſic. nulla diſtincta ſpecie ſunt æquiuocę cauſæ ſibijnuicem agentes, habitus & actus diſtinguuntur ſpecie. ergo non ſunt ſibiinuicem cauſæ æquiuocæ agentes, ſed actus neceſſario eſt cauſa æquiuoca in generatione habitus acquiſiti ſaltem, ergo non econuerſo, ꝓbatio maioris, quia cauſa æquiuoca eminenter continet in ſe perfectionem effectus. non autem poſſunt duo diſtincta ſpecie ſe inuicem eminenter continere. Præterea comparādo ad eandem cauſam primam duos effectus. videtur ꝙ alter iſtorū habeat determinatum ordinē mediatum vel immediatum, priorem vel poſteriorem, & hoc loquendo de tota ſpecie alterius iſtorum duorum effectuū. hoc apparet inductiue in paſſionibus conſequentibus idem ſubiectum, in quo eſt neceſſario determinatus ordo, ꝙ vna immediatius ſequitur ſubiectum, q̃ altera, & hoc ſecundū totam ſpeciem, ita ꝙ ille ordo non variatur in quibuſcunque indiuiduis. igitur reſpectu potentiæ quæ eſt cauſa cōis actus & habitus, habebunt iſti duo effectus ordinem determinatum, quia vel neceſſario actus ſecundum totam ſpeciem præcedit habitum, vel econuerſo. Et cum aliquis actus de neceſſitate præcedat habitū, vt cauſa eius, habitus omnino nō prędit aliquem actum, vt eius cauſa per ſe. Præterea ſi habitus ſit cauſa partialis reſpectu actus & æquiuoca. igitur cauſa huius cauſæ erit perfectior, q̃ ſit cauſa æquiuoca eiuſdem. cōſequentia patet, quia in cauſis æquiuocis cā cauſæ perfectior cā eſt, q̃ cauſa proximior cauſato, ſed actus eſt cauſa generationis habitus. igitur ſi potētia cū habitu poteſt in actum perfectum, multo magis ſi eſſet ſub actu generatiuo, habitus poſſet in eundem actum perfectum, quod videtur inconueniens, qa duo actus perfecti non poſſunt eſſe in eadem potentia. aut ſaltem, ſi poſſunt, non videtur ꝙ vnum iſtorum poſſit eſſe aliquo modo actiuum reſpectu alterius. Præterea, ſi habitus eſt quaſi cauſa ſecunda ſupplendo aliquem gradum cauſalitatis, qui deeſt potentiæ, poſſet igitur fieri habitus ita perfectus, ꝙ ſup-



ꝙ ſuppleret vicē totius potentiæ, & ita aliquis habitus ſolus ſine potentia poſſet eſſe cā ſufficiēs, & in rōne habitus, & in ratione potētię. Et vniuerſaliter ĩ agētibus eiuſdē rōnis, vr̃ ꝙ ita poſſit intēdi virtus vnius, quòd æquabitur duobus. Præterea, ſi teneretur ꝙ in motu intenſionis & remiſſionis indiuiduum præexiſtens corrūpatur, neceſſe eſſet ponere habitū nō eſſe cauſam actus, quia corrumpitur illo actu quo intenditur. cā aūt nō eſt cauſa, quando corrumpitur, quia quod nō eſt, nullius eſt cauſa.

QVI vellet tenere cōcluſionē iſtarū rationum, poſſet negare ab habitu oēm rōnem principij actiui. Et dicere ꝙ habitus tantū inclinat ad operationem quaſi actus prior cōueniens cū actu ſecundo, & determinans ad actū illum. ſicut grauitas eſt actus prior determinās, & inclinās ad determinatum vbi, licet ſecundū aliquos grauitas nō ſit principiū reſpectu eſſe in illo vbi, & illud vr̃ ꝓbabile, qa nulli debet attribui cauſalitas reſpectu alicuius, niſi talis cauſalitas ſit euidēs ex natura rei, vel cauſæ, vel cauſati. Nulli ēt cauſæ negāda eſt perfecta cauſalitas, niſi manifeſte appareat imperfectio cauſalitatis in ea, qa nullam naturam negandū eſt perfectionem habere, qua non eſt euidēs eam carere, nulla autem videtur neceſſitas ponere aliquam cauſalitatem actiuā in habitu reſpectu actus, quia ſine hoc ſaluabuntur omnes cōditiones, quæ communiter attribuūtur habitui, nulla eſt ēt neceſſitas auferendi à potentia perfectam rōnem cauſalitatis, vt attribuatur partialis cauſalitas potentiæ. ergo non eſt aliqua cauſalitas habitui attribuēda. aſſum ptū patet, qa illæ quatuor conditiones, quę habitui attribuūtur videlicet ꝙ eſt quo habens faciliter operatur, delectabiliter, prōpte, & expedite, ſaluantur propter ſolam inclinationē habitus, quā tribuit potentiæ vt receptiua eſt operationis. Delectatio quidem eſt ꝑ conditionem recipientis, cui cōuenit operatio recepta & obiectum circa quod eſt operatio. nunquam enim delectatio eſt in factione quæ pręciſe eſt factio, ſed quia actio eſt in agēte, poteſt eſſe actio delectabilis ꝓpter conuenientiam agentis ad obiectum. hanc autem conueniētiam poteſt tribuere habitus ex hoc ꝙ inclinat ad actionem & obiectum. ergo & delectabilitas non includit rationē principij actiui, ſed tantū cōuenientiam principij paſſiui ad actionē & obiectū, & hoc ad actionē q̃ eſt de gñe qualitatis, nō quæ eſt de gñe actionis, de qua dr̃a actionū dictum eſt ſupra diſt. 3. Quod quędā eſt actio quę eſt qualitas. & illa cōuenit potentiæ habituatæ quæ ꝑ habitum inclinatur ad talē actū, & ad obiectū terminās talē operationem, non habituatæ autē non ſic conuenit, nec talis forma, nec tale obiectū. Similiter quo ad conditionem ſecundā, difficultas in operatione accidit ex hoc, ꝙ receptiuū operationis non eſt diſpoſitum ad recipiendum, & non ſolum ex defectu virtutis actiuæ, ergo ſi receptiuum ſit diſpoſitum erit facilitas in agendo, inquantum agens agit circa tale paſſum. Simi-

q. fina. vide in 4. diſ. 13. et in quoli. q. 13.

Similiter deexpeditione, & prō
ptitudine. nam impeditio & tar
datio agentis in agēdo pōt eſſe
ꝓpter indiſpoſitionē ipſius paſ
ſi, potiſſime quādo idē eſt agēs
& patiens, vel recipiens, ita ꝙ
ipſum non operabit̄ prompte,
quia eſt indiſpoſitum ad operā
dum. hęc etiam indiſpoſitio nō
eſt ad agendum actione de ge-
nere actionis, ſed ad habēdum
actionem de genere qualitatis.
Nihil. n. dr̄ formaliter operari
inquātū elicit operationē, ſed
inquātū recipit eā in ſe. Quali-
ter aūt oīa alia habitui attribu-
ta ſaluantur attribuendo totam
actionē potētiæ, & nullā habi-
tui, patebit ſoluēdo argumenta
ad principale. Sic igit̄ patet. qua
liter duabus primis vijs de ha-
bitu, tanq̄ incōuenientibus de-
relictis duæ vltimę tanq̄ proba-
biles poſſunt ſuſtineri. ſ. tertia
& quarta, attribuēdo ſcd̄m ter-
tiā viā aliquam cauſalitatē ha-
bitui, non ſolū rationē princi-
pij paſſiui. Vel ſecundū quartā
negando ab habitu rōnē actiui
ꝙ ſit tanq̄ forma inclinans ad
aliquā formam vlteriorē reci-
piendam, licet nō ſit rō recipiē
di reſpectu eius, ſicut grauitas
inclinat deorſum, licet nō ſit ra
tio receptiua eius, quod eſt eſſe
deorſum, ſed corpus inquātum
*a.l. omnis.* eſt receptiuū *alicuius vbi. Argu
mēta quę ſunt contra iſtas duas
vias vltimas, quia vtraque po-
teſt probabiliter ſuſtineri, po-
ſtea ſoluentur ſecundum alter-
utram iſtarum.

HOC TENENDO de
actu quo ad ſubſtantiam actus,
ſiue quo ad gradum intrinſecū,
tertio quātum ad materiā iſtā.
Reſtat inquirere vlterius de bo
nitate accidentali actus, qualis
eſt bonitas moralis, & de habi
tu morali. Vtrum habitus mo-
ralis inquantum virtus ſit ali-
quo modo principium actiuū
reſpectu bonitatis ī actu. Quod
ſic videtur, qa per Ariſt. 2. Ethy.
virtus eſt quæ habentem perfi-
cit, & opus eius bonum reddit.
Et non reddit bonum illud in
ratione principij paſſiui, quia *Ca.5.*
non eſt ratio recipiendi. ergo in
ratione principij actiui. Præte-
rea, virtus eſt diſpoſitio perfe-
cti ad optimū ex. 7. phyſi. non
autem diſpoſitio paſſiua, quia
vt prius nō eſt ratio recipiendi. *T.c.17.s.*
ergo actiua. Confirmatur ratio, *tp.*
quia ſic ſe habet optimum ad
optimum, ſicut bonum ad bo-
num, ſed cum optima ratio ſit
principij actiui. ergo ſecundū
iſtam rationē virtus perficit po
tentiam, & ita ad agendū. Præ
terea, virtus eſt moderatrix paſ
ſionum, non moderatur autē ꝑ
rationem principij paſſiui, quia
obiectum, ex quo eſt cauſa natu
ralis, cauſat actum ſecundū vlti *2.Ethy.*
mum potentiæ ſuę. ergo quan-
tum poteſt, ſi nō impediat̄ per
aliquid cōtra agens. igit̄ ſic ſum
me agens impediendo obiectū
ſiue ſic agere in reprimēdo paſ-
ſionem, moderatur eam per ra-
tionem principij actiui. Præte-
rea quarto ſic. dicit philoſophꝰ
2. Ethy. ꝙ non habens iuſtitiā,
& ſi poſſit operari iuſta, non ta-
mē iuſte. & ita de alijs actibus,
bonitas autem moralis requi-
rit operari iuſte, vel fortiter &
ſic de alijs. ergo virtus eſt tale
principium actus inquantum
bonus, quia ſine ea non poſſet
eſſe actus bonus.

Item tanto perfectior eſt vir
tus reſpectu actus ſui, q̄ ars re-
ſpectu ſui, quanto virtus eſt me
lior



lior arte, ſed omnis ars eſt cau-
ſa vnde principium motus re-
ſpectu operationis ſecundū cō-
men. 1. Ethy. comento. 10. in fi
ne. Itē probat. 4. c. ex intentione
*a.l. libertatis.* per multas rationes, & hoc de
habitu *liberalitatis, ꝙ magis
conſiſtit in bona actione, & da
tione q̄ bona poſſeſſione & re-
ceptione.

SED OPPOSITVM
*3.Ethy.c. 3.* huius arguitur per hoc, bonitas
moralis in actu, non dicit niſi
relationem, quia actum eſſe cir
cunſtantionatum debitis circū
ſtantijs non eſt aliquid abſolu-
*2.Ethy.c. 6.* tum in actu, ſed tantum com-
paratio debita actus ad illa qui
bus debet conuenire. ergo illud
non habet aliquod principium
actiuum proprium. ſicut nec ali
quis reſpectus. Præterea, ſi ha-
bitus inquantū virtus eſſet prin
cipium actiuum bonitatis mo-
ralis in actu, cum habitus non
ſit virtus niſi ex reſpectu. ſ. ex
conformitate eius ad pruden-
tiā. eſt enim habitus electiuus
medij, vt determinatur a recta
ratione. ergo aliqua ratio relati
ua in habitu eſſet rō principij
actiui, quod eſt impoſſibile.

QVANTVM ad iſtum ar
*Auer. 7. phy.c.17.* ticulum dici poteſt, ꝙ ſicut pul
chritudo non eſt aliqua quali-
tas abſoluta ī corpore pulchro.
ſed eſt aggregatio omnium con
uenientium tali corpori. puta
magnitudinis, figuræ, & colo-
ris, & agregatio omnium reſpe
ctuum, qui ſunt iſtorum ad cor
pus, & ad ſe inuicem. Ita boni-
tas moralis actus eſt quaſi qui-
dam decor illius actus, includēs
aggregationem debitæ propor
tionis ad omnia ad quæ debet
actus proportionari. puta ad po
tentiam, ad obiectum, ad tem-
pus, ad finem, ad locum, ad mo-
dum, & hoc ſpecialiter vt iſta
dicantur a recta ratione debere
conuenire actui. Ita ꝙ pro om-
nibus poſſumus dicere ꝙ con-
uenientia actus ad rationē re-
ctam eſt qua poſita actus eſt bo
nus, qua non poſita quibuſcū-
que alijs conueniat non eſt bo-
nus, quia quantūcunque actus
ſit circa obiectum qualecūque,
ſi non ſit ſecundum rationem
rectam in operante, puta ſi ille
non habeat rectam rationem
in operādo, nō eſt bonus actus,
principaliter igitur conformi-
tas actus ad rationem rectā ple
ne dictantem de circunſtantijs
omnibus debitis illius actus eſt
bonitas moralis actus, hæc aūt
bonitas nullum habet princi-
pium proprium actiuum, ſicut
nec aliquis reſpectus, maxime
cum ille reſpectus conſequatur
extrema poſita ex natura extre-
morum, impoſſibile enim eſt
actum aliquem poni in eſſe, &
rationem rectam in eſſe, quin
ex natura extremorum conſe-
quatur in actu talis conformi-
tas ad rationem rectam. relatio
autem conſequens extrema ne
ceſſario non habet cauſam pro
priam aliam ab extremis. Quā
tum igitur ad iſtam conditionē
actus accidentalem, quæ eſt bo
nitas moralis non oportet ali-
quē habitum habere aliquā rō
nem ꝓprij principij actiui, niſi
inquatū habet rōnem principij
actiui reſpectu ſubſtātiæ actus,
q actus natus eſt cōuenire com
pleto dictamini prudētię. Et ad
illum actum in ſe inclinat ha-
bitus aliquis ex natura habi-
tus. Et ex hoc ex conſequenti in
clinat ad actū, qui ſit cōformis
rectæ rationi, ſi recta ratio īſit
ope-

operanti. Sicut autem dictum eſt de bonitate morali actꝰ: ita proportionabiliter dicendũ eſt de habitu, ꝙ virtus moralis nõ addit ſuper ſubſtantiam habitus, vt eſt forma de genere qualitatis, niſi conformitatem habitualem ad rationêm rectam. Idem enim habitus in natura, qui generaret̃ ex actibus abſtinentiæ elicientis, cum ratione erronea in eliciente manens poſt, cum ratione recta eſſet poſt virtus abſtinentiæ, & prius non fuit habitus virtutis, quamdiu non fuit ratio recta abſtinendi, nec tamen aliquid mutatũ eſt circa iſtum habitum in ſe, ſed tantum nunc coniungitur prudentiæ, prius non.

Non dico coniungi in eodẽ ſubiecto, ſed cum hoc coniungi ſibi vt regulę & priori, cui iſte habitus ſubòrdinatur inquãtum motiuus. Et iſta ſubordinatio, vel conformatio eſt eſſentialis ratio virtutis. Et forma abſoluta vt præciſe motiua ſub tali reſpectu, eſt pręciſe actiua ad actum habentẽ conſimilem reſpectum, quia quod conuenit regulato, & regulæ, & ſic habitus vt virtus, eſt p̃ciſe motiuus ad actũ rectũ moraliter, qui vt abſolute talis forma, eſt abſolute actiuus ad actum talẽ in ſubſtantia, nec ibi habet rationem eſſe formæ ſubordinatæ reſpectu prudentiæ.

Coniungi igitur prudentiæ attribuit habitui, vt eſt forma de genere qualitatis eſſe virtutem, quando iſte habitus ex natura ſua natus eſt eſſe conformis prudẽtiæ. Et ita nihil aliud in entitate abſoluta dicit habitus, qui eſt virtus moralis ab illo, qui eſt talis in natura, & nõ virtus, ſi ſit ſine prudentia, & ꝑ conſequens, nullam aliam cauſalitatem poteſt habere, vt eſt virtus, q̃ vt eſt talis qualitas naturalis, niſi ꝙ vt coniungitur prudentiæ natus eſt eſſe cauſa ſecunda, quaſi directa prudẽtia reſpectu effectus communis amborũ. vt autem eſt ſine prudentia, non poteſt eſſe cauſa ſecunda reſpectu eius, ſicut viſus in frenetico non poteſt eſſe potentia libera per participationem, quia ille non poteſt habere vſum voluntatis, quæ eſt libera ꝑ eſſentiam. In ſano autem viſus habet vſum potẽtiæ liberæ per participationem, & eſt cauſa quaſi ſecunda reſpectu voluntatis. Sed adhuc quando eſt cauſa ſecunda reſpectu prudentię, cauſalitatem propriam cõuenientem ſibi in ſuo ordine cauſandi habet præciſe ex hoc, ꝙ ẽ talis forma, vel qualitas in natura, non autem per reſpectum conformitatis, vel coniunctionis ad prudentiam, ſed nec vt cauſa ſecunda poteſt aliquam cauſalitatem habere reſpectu actus, niſi rõne naturæ abſolutæ in ipſo, & non ex tali cõiunctione prudentiæ, qa licet cauſa ſecunda coniuncta primæ aliter agat q̃ ſine ea. nõ tamen habet virtutem propriã actiuam ex coniunctione tali, ſed ex natura ſua abſoluta. ergo nec ex parte actus inquantũ eſt bonus moraliter, nec ex parte habitus, inquantum eſt virtus moralis, poteſt inueniri ratio ſpecialis, ſecundum quã virtus, vt virtus, ſit principiũ actus, vt bonꝰ moraliter, niſi iſta quę eſt ex parte habitꝰ & actus quãtum ad naturam eorum.

Iſte reſpectꝰ aptitudinalis ſe
quitur



quitur ex natura extremorum, ſed actualis non. Eſt enim iſte habitus ex ſpecie ſua ſubordinabilis in agendo prudẽtiæ, nõ autem ſubordinatus in agendo ex natura ipſorum, etiam ſimul exiſtentium in eodem. quando enim appetit ſecundum iſtum habitum, & non ex dictamine prudẽtiæ, ſi hoc eſt poſſibile, tũc non ſubordinatur, nec actus eſt bonus moraliter. Contra ſemper vtitur iſto, vt virtus. quia vt ſubordinabilis. nõ enim eſt virtus præciſe, vt actu ſubordinatus in agendo, quia tunc nihil agens nullam haberet virtutẽ. Item, omnis reſpectus, qui non eſt extremorum, habet propriam cauſam quæ hic. Ad primum vtitur illo, non vt virtuoſus, ſed aliter, licet eo quod eſt virtus. non tamen vt eſt virtus. quia licet ad eſſe virtutem ſufficiat ſubordinalitas, cum adduci eo vt eſt virtus, requirit̃ ſubordinari, quia hoc eſt ſubordinabili. Ad ſecundum, reſpectus in effectu eſt a duabus cauſis coniunctis in agendo, nec ꝑ formã vniꝰ ad ſe nec alterius, ſed ambarum non etiam coniunctarum in ſubiecto, ſed tantum coniunctarum in actualiter agendo, & coniunctarũ ex dictamine prudentiæ habitus mouet ad appetendum: coniunctio igitur talis iſtorũ in actualiter agendo, eſt bene relatio in effectu. niſi quod bene moraliter hic haberetur a ſola prudentia ſiue habitu alio mouente. Sed quod bene mouet, & faciliter & delectabiliter, ſicut. 2. Eth. iuſte. Sed vnde eſt iſta coniunctio iſtorum in agendo? quia eſt reſpectus extrinſecus. Reſpondeo, a naturalitate abſoluta iſtorum eſt iſta coniunctio primo & ſecũdo relatio in effectu. Sed quid abſolutum eſt ab iſtis, vt ille reſpectus cauſetur ſecundo? Reſpondeo, a prudẽtia eſt actus abſolutus in intellectu, & ab illo actu vt cauſa priore & regula, & ab appetitu. vt regulato, eſt actus abſolutus appetendi. Sed coniunctio cauſarum præcedit natura effectum communem, nihil abſolutum eſt a duabus cauſis priuſquam ſit earum coniunctio. Difficultas conſequens. vnde eſt actio primo, nõ vnde eſt coniunctio ſecunda in actione? Si primum ordine naturæ eſt abſolutum cauſatum. Inde relatio eius ad vtranque cauſam, & inde ecõuerſo vtriuſque ad ipſum. Inde vnius ad aliam coniunctio.

Iſtam ergo quintam viam de actione virtutis moralis reſpectu actus, vt eſt bonus moraliter, nõ oportet pertractare quaſi aliam ab illis, quæ tangunt de ſubſtantia habitus, & ſubſtantia actus. Et ita breuiter quantum ad totam quæſtionẽ iſtam oportet tenere vel tertiam, vel quartã viam, de omni habitu.

TENENDO tertiã viam, quæ videtur plus attribuere habitui, poteſt dici ſic, ꝙ ſicut ſi eſſet in lapide grauitas aliqua, quæ non eſſet ſufficiens principium actiuum reſpectu deſcenſus deorſum, eſſet tamen partiale principium actiuum ſicut dicetur in ſecũdo lib. de grauitate ſufficiente, qđ eſt totale principium actiuum reſpectu deſcẽſus. *Diſt. 2. q. 30.* Iſta inquam grauitas diminuta cum alia potentia motiua principaliter mouente ad deſcenſum, poſſet diminute agere. ita ꝙ potentia alia motiua

ex

ex æquali conatu agente deſcẽſus eſſet velocior, qui cauſaretur ab iſta potentia motiua & grauitate diminuta intrinſeca mouente, q̃ ille qui cauſaret a ſola potentia motiua extrinſeca cum æquali conatu mouente. potentia tamen motiua extrinſeca poſſet cum tanto conatu mouere corp⁹ neutrũ, cuius nulla eſſet grauitas nec leuitas, ſicut illud corpus moueretur a grauitate intrinſeca & a potentia motiua extrinſeca remiſſe agente. Ita in propoſito habitus mouet potentiam quaſi quoddam pondus, qui tamen ex ſe non ſufficit ad eliciendum actiue ipſam operationem. Sufficit autem ſola virtus potentię actiuæ ſine tali pondere. ſed quando ambo concurrunt, ita tamẽ ꝙ non maior ſit conatus ex parte potentiæ nunc q̃ prius, perfectior operatio elicit, q̃ poſſet elici ab ipſa potentia ſola, & videtur pro iſta via eſſe experientia communis qua quis poteſt experiri ſe habituatum ex æquali conatu poſſe habere perfectiorem operationem q̃ poſſet habere non habituatus, quæ ꝑfectio actus non poſſet attribui habitui, ſi eſſet tantum principium paſſiuum inclinans, quia ſaltem. vt videtur in priori inſtanti naturę in quo elicit prius quã recipiatur in potentia, eſſet ęqualis ratio principij actiui in eliciendo, & ita æque perfecta operatio eliceretur in ęquali conatu a potentia habituata, ſicut non ab habituata, quod eſt falſum.

HANC VIAM tenendo ad argumẽta principalia rñdeo.

Ad primũ. quamuis dicatur habitum non eſſe formam abſolutam propter illa verba philoſophi. 7. phyſi. tamen tenendo omnem qualitatem eſſe formam abſolutam, & cum qualitas primæ ſpeciei non eſt minus qualitas q̃ alterius ſpeciei, poteſt dici ꝙ aliquid cui relatio eſt eadem poteſt eſſe principium actiuum, licet relatio non ſit principium actiuum, nec ẽt illud idem cui relatio eſt eadẽ per rationẽ relationis eſt principium actiuum, ſed per rationem abſoluti. cui relatio eſt eadem. Diſtinctio iſtorum .ſ. relationis & eſſentię abſolutę cui relatio eſt eadem, poteſt patere ex multis etiam alijs vijs dictis ſupra, vbi cum identitate perfecta reali ponitur non identitas formalis. Et hoc magis patebit in ſecundo diſt. 1. vbi dicetur ꝙ creaturæ ad Deum relatio eſt eadem eſſentiæ abſolutæ rei creatę, & tunc non formaliter eadẽ. pro tanto igitur poteſt exponi philoſophus qui dicit habitum eſſe ad aliquid. quia per identitatem includit reſpectum, & tamen non eſt tantum reſpectus, ſed eſt quoddam abſolutum, & ideo poteſt ſibi cõpetere actio, tanquam principio agendi.

*T. cõ. 17.*

*Diſt. 2. & 8.*

*q. 4. & 5.*

Dubium eſt de reſpectu ad ꝑſe obiectum ſi eſt idem habitui certum eſt ꝙ ille reſpectus vnde dicitur virtus quæ eſt ad regulam eſt extrinſecus adueniẽs, vnde non oportet propter intentionem. Ariſt. ire ad reſpectum identitatum habitui. Sed ſufficit ꝙ omnis habitus ſit ad aliquid, non ſecundum gradus diuiſibiles. Contra. accidens per accidens non diuiditur, igitur nec illud cui accidit. vnde eſt locus forte vna ratio de reſpectu extrinſeco, alia de per accidens

*☞ Hoc idem ſẽſit Ari. in ſi. præſenti qualitatis de ſcientia.*



dens &c. Addendum eſt igitur ad minorem philoſophi ſic. Omnis habitus eſt identice ad aliquid non ſecundum gradus diuiſibiles, & ſic eſt maior vera. quicquid enim identice eſt ad aliquid non ſecundum gradus diuiſibiles, non poteſt terminare motum, ſed mutationẽ bene poteſt terminare. vnde habitus non continue generatur vt ſit motus, ſed ſi habet gradus, quilibet eſt indiuiſibilis, & in quolibet indiuiſibili reſpicit obiectum, & quilibet ſimplici mutatione generatur quę non terminat motum in illa forma, ſed forte motum in paſſionibus, & finibus, & quibuſcunque alijs. nam magis & minus in forma non ſufficiunt ad motum in illa, niſi quilibet gradus ſit diuiſibilis, vt poſſit continue procedi ab vno in alium. non enim componitur motus ex mutationibus, itaque nõ eſt medium philoſophi ad aliquid, ſed ſic ad aliquid. ſ. ꝙ non eſt ſecundum gradus diuiſibiles, ſed in quocunq; gradu indiuiſibiliter reſpicit illud, ad quod eſt identice relatiuum, ex hoc ſicut ex manifeſtiori ſequitur forte ipſum abſolutum, quod ſic reſpicit, non habere gradus diuiſibiles, non autem ſequitur hoc tanquam ex cauſa, immo abſolutum non habere gradus diuiſibiles cauſa eſt eius, quod eſt reſpectum non eſſe diuiſibilem, quia relatio ſuſcipit magis & minus ex fundamento, non econuerſo, licet quandoque econuerſo poſſit eſſe cauſa innoteſcendi. Iſta autem indiuiſibilitas reſpectus identici abſoluto non prohibet ipſum abſolutum eſſe principium agendi, ſicut patet de qua cunque forma actiua, ſi qua eſt indiuiſibilis habet reſpectum identicum ad Deum, non igitur ſequitur non terminat motum propter relationem indiuiſibilem identicam ad Deum. ergo non eſt principium agendi propter illam, quia relatio identica indiuiſibilis repugnat formæ acquiſitæ per motũ, non autem formæ actiuę, poteſt dici quod illa ratio philoſophi non concludit propoſitum, niſi diminute.

*Sed quid de quantitate quæ non habet gradus. quæ tamẽ eſt motus.*

*te cuius fundamentum eſt quantitas.*

Ad confirmationem rationis poſſet dici,* ꝙ maior abſolutio requiritur in termino motus, quàm in principio agẽdi, quia nihil poteſt terminare motum quod habet relationem eandẽ ſibi, non ſic de principio actiuo. Vel quod magis eſt ad rem poteſt dici, quòd illa ratio philoſophi non concludit propoſitum niſi diminute, & ad habendum concluſionem ſuam q̃ intendit habere, oporteret eã alio modo pertractare, quàm verba primo ſonant, circa quod nolo modo immorari, vel oporteret alias rationes ipſius declarare ad dictam concluſionem probandam. De hac autem quæſtione, vtrum ſcilicet habitus ſit aliquod abſolutum, dicetur aliàs. Ad ſecundum argumentum dico, quòd vnius actionis eſt vnum principium per ſe, & hoc in vno ordine principiandi, tamen poſſunt eſſe multa principia in diuerſo ordine principiandi, quorum non ſit vnitas, niſi vnitas ordinis, licet quandoque cum vnitate ordinis concurrat vnitas accidentis, & ſubiecti inter hæc ordinata, ſed hoc accidit. Ita etiam in

*✠ a. l. quia.*

*In 3. materia de virtutibus & in quoli. 3. & in qō. collationum.*

*Sed quid de equalitate & inæqualita-*

propoſito habitus & potentia ſunt duo principia alterius ordinis, & vtrũque in ſuo ordine eſt vnũ per ſe, & cum iſta vnitate ordinis concurrit vnitas accidẽtis & ſubiecti inter hæc ordinata, ſed hoc accidit, quia ſi ita poſſet coniungi cauſa prima cum ſecunda ſine informatione tali vnius ab altera, ſicut coniunguntur, qñ informatur vna ab altera, eodem modo poſſent habere vnitatem ſufficientem ad cauſandum vnum effectum. Quando igitur dicitur ꝙ vnius actionis per ſe eſt vna cauſa actiua, concedo in vno ordine. ſed in alio ordine principiandi bene põt eſſe alia, & alia cauſa, & hoc ſiue hæc, & illa conſtituant vnũ per accidens, ſiue non, ſed tantum vnum vnitate ordinis. Et licet ſit ibi vnitas per accidens, adhunc tamen ſemper ſaluatur vnitas ordinis principii ad principium. Per hoc apparet ad illam confirmationem de vnitate principii formalis, concedo talem vnitatem in illo, quod eſt principium quo in vno ordine principiandi. Ad aliud dico, ꝙ accidens bene poteſt eſſe principium alicuius effectus receptibilis in ſuo ſubiecto, ſicut ſpecies intelligibilis eſt principiũ intellectionis receptæ in intellectu poſſibili. & ita forma poteſt eſſe principium quo reſpectu tranſmutationis ſui ſubiecti.

Ad aliud de appetitu ſenſitiuo, dico quod iſte habet rationem principii actiui aliquo modo, licet nõ actiui libere. & hoc eſt quod Dam. intelligit quod non ducit, ſed ducitur, ideſt non dominatur actioni ſuę. quod eſt ducere. ſed reſpectu actionis ſuæ determinatur ab agente ad certam operationem. & hoc eſt duci. quòd autem appetitus ſenſitiuus, licet non ſit liber, ſit aliquo modo actiuus. & etiam ſenſus, dicetur aliàs. In 3. vbi ſupra & diſt. 15. & in 2. quolibeto & ſuper li. de anima.

ARGVMENTA quæ facta ſunt contra ſecundam viam ponentem habitum eſſe principium actiuum intenſionis in actu. quæ videntur eſſe cõtra iſtã viam pro tanto, quia iſta ponit actum elicitũ ab habitu, & potentia agente cum æquali conatu eſſe intenſiorem, quam elicitum a potentia ſola. diſcurrendo per illa oſtendo, quod nõ repugnant huic viæ.

De primo patet, quia nõ pono duo diſtincta in actu habentia duo principia diſtincta, ſed idẽ actus per ſe vnus habet duo principia ĩ diuerſo ordine principiandi.

Ad ſecundum cõcedo, quod infertur, ſcilicet quod potentia operante ex ęquali conatu ſemper actus ſit intẽſior habitu coagente, quam non coagente, ſed ex hoc non ſequitur illud incõueniens, quod ſequitur contra aliam viã, videlicet ꝙ potentia ex quocunque conatu agente actus ſit æque intenſus ſemper. hoc ibi ſequitur quia tota inſio attribuitur habitui. ſed non hic, quia intenſio attribuitur duabus cauſis, & potentiæ quidem ex maiori vel minori conatu. habitui autem ſemper ęqualiter, quantum eſt de ſe. Ad tertium concedo ꝙ poſſet fieri voluntas in puris naturalibus, quę actum intenſiorem eliceret quã alia voluntas cum habitu, hoc non eſt inconueniens ponendo iſta



iſta duo eſſe principia ordinata, ſicut eſſet inconueniens attribuendo totam intenſionem habitui, & non potentiæ. per* idem ad quartum.

*a.l. illud.*

ADARGVMENTA quæ facta ſunt contra tertiam opi. quæ eſt quarta in ordine. Ad primum oportet negare maiorem, quia oportet dicere quod duo diſtinctarum ſpecierũ poſſunt eſſe ſibi inuicem cauſæ ęquiuocæ partiales, licet non totales. Ad probationem eius quę eſt per eminentiam cauſæ ęquiuocæ. Reſpondeo iſta probatio tenet de cauſa totali, & non pono circulum in cauſis ęquiuocis totalibus. Ad aliam probationem dico qđ duo effectus cõparati ad vnã cauſam communẽ eorum poſſunt habere ordinem mutuum ad ſe inuicem in ratione cauſæ partialis, ſicut ſpecies intelligibilis, & intelligere comparando ad intellectũ agentem, & poſſibilem, quia reſpectu intellectionis partialis cauſa eſt ſpecies. & poſſet poni ĩtellectio eſſe aliqua cauſa ſpeciei pro quanto intendit eam. Ad aliud poteſt dici, quòd non oportet omnem actum generatiuum habitus eſſe rõnem agẽdi quo, ſicut habitus genitus poteſt eſſe ratio quo, queadmodum virtus ſolis non poteſt eſſe principiũ quo reſpectu omnis actus, reſpectu cuius forma genita a ſole poteſt eſſe principiũ quo. Cum vero dicitur quòd quicquid eſt cauſa cauſæ &c. verum eſt ſicut remotum quo, ſed nõ ſicut immediatum quo. Ad* tertium dico quod in quãtocunque gradu habitus non poſſet ſupplere totam vicem potentiæ, quia & ſi cauſalitas eius ſit diminuta, & cauſalitas potentiæ diminuta, tamen alterius rationis eſt cauſalitas habitus, quàm cauſalitas potentiæ. quia ex ratione ſui habitus eſt cauſa ſecunda, qua.ſ. potentia poteſt vti, & ita ſi in infinitum augeretur, nũquam poſſet fieri principium vt ens, ſicut virtus generatiua patris quãtumcunque augeretur, non poſſet fieri virtus ſolis. Non igitur eiuſdẽ rationis eſt cauſalitas habitus cum cauſalitate potentiæ, vt illa intẽſa poſſit aſcẽdere ad iſtã, ſed ſemper ſunt alterius rationis. & tamen hęc cum illa cauſans cauſat actum perfectiorẽ, quam ſi ſolũ cauſaretur ab vna illarum. Ad vltimum illud ſuppoſitũ negabit in materia ſequẽti de augmẽto charitatis &c.

*de. hac vide. ſupra di. 3. q. 7. & 15. b. quoli.*

*a.l. ad quartum.*

QVI VVLT tenere quartam viam, quæ eſt quinta in ordine, poteſt reſpondere ad rationes principales adductas pro prima parte. Ad primum, potẽtia, vel potens vtitur habitu. quia ipſa eſt quædam inclinatio ad operationem, non quidem vt potentia actiua ad agere, ſed vt forma prior inclinat ad formam poſteriorem, ſicut grauitas ad deorſum.

Ad illas conditiones quatuor diceretur quòd delectatio eſt ex conuenientia operationis ad potentiam & obiectum, circa quod eſt operatio, quæ conuenientia eſt obiecti ad potentiam inquantum recipit actionem, & non inquantum elicit eam, quia factio ſola vt factio nunquam eſt delectabilis.

Et ideo propter delectationem nunquam oportet ponere rationem principii actiui. Similiter facilitatio, expeditio & prõ

ptitudo ponuntur ratione paſſi,
quia paſſum poteſt difficulter
recipere quando non eſt diſpo-
ſitum, & impedite, & tarde, vel
non prompte. Et ratione in di-
ſpoſitionis paſſi eſt ibi diffi-
cultas, tarditas, & indiſpoſitio,
ergo agens poteſt expedite,
prompte, & faciliter, agere pro-
pter diſpoſitionē paſſi, & habi-
tus eſt talis diſpoſitio in paſſo.

Quando igitur dicitur quod
non eſt difficultas ad patiendũ,
quia paſſum eſt ſumme diſpo-
ſitum. Reſpondeo, quod per
abnegationem contrarii eſt di-
ſpoſitum, ſed non per rationem
diſpoſitionis conuenientis. Exē
plũ de ligno ſicco & neutro: li-
gnum quidem neutrum eſſet
ſumme diſpoſitum ad calorem
priuatiue, ſcilicet per caren-
tiam cuiuſcunque diſpoſitionis
oppoſitę, non autem ſumme di
ſpoſitum poſitiue per poſitio-
nem diſpoſitionis conuenien-
tis, qualis eſt ſiccitas. Et ſi iſta
conuenientia eſſet cum ſenſu,
*a. l. ſimi-* lignum ſiccum * delectabiliter
*li ter.* calefieret, non ſic lignum neu-
trum, quia non ſic ſibi cõuenit
forma recepta.

Ad aliud de inclinatione, poſ
ſet dici ꝙ inclinat ſicut forma
prior ad ſuſceptionem formæ
poſterioris, ſicut grauitas incli-
nat ad eſſe deorſum, etiam ſecũ
dum eos qui dicunt grauitatem
reſpectu deſcẽſus non eſſe prin
cipium actiuum, nec oportet ſic
paſſiue inclinans eſſe rationem
recipiẽdi formam ad quã incli
nat, ſicut nec grauitas eſt prin-
cipium receptiuum vbi.

Ad aliud de ſcientia, dico ꝙ
ſcientia per q̃ anima reducitur
de potẽtia eſſentiali ad accidẽta
lẽ, eſt ſpecies ĩtelligibilis ipſius
obiecti, & de illa concedo ꝙ ip- *de hoc vi-*
ſa eſt principium actiuum re- *de. q. 3.*
ſpectu conſiderationis, ſed illa *pro'o. in-*
ſpẽs non eſt habitus, de quo lo *prima ad*
quimur, ꝗ eſt qualitas derelicta *ditione q.*
ex actibus frequenter elicitis, *lateralis*
iſta enim ſpecies præcedit na- *ſubtilliter*
turaliter primũ actum elicitũ
circa obiectum circa quod eſt.
Et licet iſta ſpecies poteſt eſſe
radicata in intellectu, & cum
fuerit radicata poſſet dici habi-
tus, non tamen eſt iſte habitus
qui generatur ex actibus fre-
quẽtibus, ſicut dictum eſt. ideo
omnia verba quæ loquũtur de
ſpecie, tanquam de habitu, non
procedunt ad intellectum hu-
ius quæſtionis, nec etiam il-
la quæ accipiunt ſcientiam pro
iſta ſpecie. Diſtinctio iſtorum
habituum, ſcilicet habitus qui
eſt ſpecies intelligibilis, & ha-
bitus intellectiui, proprie dicti
patebit in 2. li. di. 3.

Per hoc apparet ad illud ꝙ
adducitur de eſſe quo, dico quod
ſcientia ſtricte accipiendo pro
habitu acquiſito, ex ſpeculatio
nibus, non eſt proprie quo ſpe-
culamur, ſed quædam inclina-
tio ad faciliter, & delectabiliter
ſpeculandum. illud autem quo,
vt principio actiuo ex parte o-
biecti ſpeculamur, eſt ſpecies in
telligibilis.

Ad aliud dicitur quod habi-
tus intellectus practicus dici po
teſt, quia inclinat ad praxim,
non quod illa praxis ſit eius vt
principii actiui: ſed quaſi ter-
minans inclinationem eius ſic,
aut ipſius potentiæ habitua-
tæ: vel alterius potẽtiæ vt prin-
cipii actiui, ſicut electio recta
practicæ actiuæ elicitur a vo-
luntate & non a prudentia, quæ
tamen eſt habitus practicus re-
ſpectu



ſpectu iſtius electionis, quia in
clinat ad eam, licet non ſit prin
cipium actiuum eius.

AD ARGVMENTA
*a. l. illa.* *alia adducta pro* quinta opi.
*a. l. pro* quæ eſt ſexta in ordine, quæ vi
*tertia. 9.* dentur oſtẽdere, quod habitus
*quæ eſt.* moralis, inquantum eſt virtus,
eſt principium actiuum actus,
inquantum eſt moralis.

Reſpondeo, ꝙ bonitas mo-
ralis (vt prædictum eſt) eſt in-
tegritas omnium conditionũ
in actu, & circunſtantiarum, &
hoc præcipue, vt illæ conditio-
nes dictantur a recta ratione
debere ineſſe actui ſimpliciter.
ergo eſt neceſſarium ad bonita
tem actus moralis, quod eam
pręcedat dictamen completum
rõnis rectæ, cui recto dictami-
ni conformetur tanquam men
ſuratum menſuræ, ſed nõ opor
tet iſtud dictamen eſſe ab habi-
tu intellectiuo aliquo modo,
puta prudentia, nec iſtum actũ
conformẽ dictamini elici ali-
quo modo ab habitu morali
*a. l. ſimi-* appetitiuo. * Simpliciter enim
*liter.* dictamen rectum præcedit pru
dentiam, quia per ipſum gene-
ratur primus gradus prudẽtiæ,
& ita ſimiliter recta electio prę
cedit habitum moralem, quia
per ipſam electionem genera-
tur virtus moralis in primo gra
du, tũc igĩt in primo actu recte
dictar ſine prudentia generata,
& recte moraliter eligit ſine
virtute morali generata. tamẽ
prudentia ex primo actu, vel
alijs pluribus rectis dictamini-
bus generata magis inclinat ad
conſimilia dictamina elicien-
da, ideſt ad recte concludendũ
concluſiones ſyllogiſmorũ pra
cticorum de omnibus circun-
ſtantijs, quę debẽt eſſe in actu
eliciendo. Similiter virtus mo
ralis generata poſt primum a-
ctum magis inclinat ad actus
eliciendos ſimiles illis, ex qui-
bus eſt generata. Intelligendũ
eſt autem quod illud, quod ge- *2. ethi.*
neratur de virtute morali, eſt
quædam qualitas de cuius rõ-
ne, vt eſt abſolute talis quali-
tas, non eſt conformitas eius ad
prudentiam: poſſet enim ea-
dem qualitas generari ex acti-
bus ſimilibus in eade ſpecie
elicitis ſine prudentia. immo
cum ratione erronea, ſi ineſſet.
ſed iſta qualitas quæ genera-
tur ex iſtis actibus ſecundum
ſpeciem naturæ, non eſt virtus
ex hoc, quòd eſt quędam quali
tas, ſed ad hoc neceſſario requi
ritur conformitas eius ad pru-
dentiam, vel ꝙ eſt expreſſius
ipſius coexiſtentia, cum prudẽ
tia in eodem operante. ſemper
quidem ſiue prudentia inſit, ſi-
ue non, ſemper habitus iſte eſt
natus eſſe conformis pruden-
tię ſi ineſſet, ſicut habitus abſti
nendi generatus ex actibus fa-
ctis ex ratione erronea ſemꝑ,
quantum eſt ex ſe, natus eſt eſ-
ſe conformis prudentię, licet
prudentia non inſit quemad-
modum alius habitus genera-
tus ex actibus exceſſiuis, non
eſt natus eſſe conformis.

Quando igitur qualitas quæ
nata eſt eſſe conformis pruden
tiæ coexiſtit cum ea, tunc non
ſolum habet conformitatem
aptitudinalem, ſed actualem
ad prudentiam, quia ad ſimi-
lia inclinat vterque habitus. &
actus elicitus ſecundum incli-
nationem iſtorum duorum ha
bituum eſt bonus moraliter. ꝗ
ſi eẽt elicitus ſecũdũ inclinatio
nẽ illius ſolius qualitatis, q̃ eſt

 mate-

materialiter virtus moralis, prudentia non coexiſtente in eodem operante, nec inclinante ad actum illum. non eſſet actus ille bonus moraliter. Sic igitur patet ꝙ iſta qualitas, quæ eſt materialiter virtus moralis, q̃ per hoc hẽt completiue rõnem virtutis moralis, quia coexiſtit prudentiæ ſe habet ad prudentiam, qñ ineſt ſicut cã ſecunda ad primã, & hoc reſpectu eiuſdem effectus communis eliciẽdi ab eis, tunc enim prudentia eſt quaſi cauſa prior, & habitus moralis eſt quaſi cauſa poſterior. Iſtæ autẽ duæ cauſæ ſimul concurrentes ad actum eliciendum poſſunt ei attribuere bonitatem moralem, quam nõ poſſet ſolus habitus ſecundus ſibi tribuere, ſi eſſet ſine prudentia, vel ſine ratione recta. Tribuere quidem moralem bonitatẽ eſt tribuere conformitatem ad rationẽ rectam, & hoc tribuit qualitas illa non ex hoc ꝙ qualitas ſolum, ſed quia in cauſando coexiſtit prudẽtiæ ſimul inclinanti, patet igitur ꝙ iſta qualitas, q̃ eſt virtus, ex hoc ꝙ eſt virtus non habet cauſalitatem ſpecialem reſpectu bonitatis moralis in actu, ſed tantum ex hoc ꝙ eſt virtus habet coexiſtẽtiam cum quadam alia cauſa eiuſdẽ actus, quæ cã ſimul concurrens ad eliciendum actum tribuit illi actui bonitatẽ moralem, quia conformitatẽ moralem ſibijpſi, ſed adhuc tñ habitus iſte nullam cãlitatẽ hẽt reſpectu actus ex iſta rõne, q̃ eſt coexiſtentia eius cũ prudẽtia, ſed tm̃ ex rõne naturæ ſuæ, vnde eſt hęc qualitas. Et iõ nullo mõ eſt concedenda cãlitas aliqua ſpãlis habitus vñ moralis. vltra illam quæ concedit̃ ſibi, vnde eſt iſte habitus. Et eſt aduertendum ꝙ iſta bonitas vt attribuitur prudentiæ ſic inclinanti (ſicut dictum eſt in principio) non neceſſario conuenit habitui prudentiæ nec ſoli, ſed actui illi q̃ natus eſt eſſe actus prudentiæ, qui eſt dictamen rectũ ſi. n. illud in ſit & ſecundũ eũ tanq̃ ſecũdũ menſurã appetitus appetat rectus eſt act⁹ moraliter. Et ſi illud dictamen rectũ non ineſſet, tñ prudẽtia ineſſet, ſecundũ q̃ intellectus poſſet recte dictare, adhuc actus elicitus ſine dictamine recto non eſſet perfecte bonus. Itaq; prudentia qñ nõ ineſt, ſufficit ad actum moralem dictamen rectum, qñ autem prudẽtia ineſt, ipſa nõ ſufficit ſine actu ſuo elicito, & ita iſtam rectitudinẽ quam tribuit prudentia actui morali, tribuit mediante actu proprio prudentiæ.

AD ILLAS *aũt auctoritates adductas pro quinta via quæ vñr ſonare ꝙ virtus, vnde virtus, effectiue cauſat bonitatem moralem actus. Primo ad illam dc. 2. ethi. opus eius bonum reddit dico, quod vel reddit inclinando. & hoc ſibi competit in eo quod hæc qualitas in ſpecie naturæ, vel ſi hoc non ſufficit, ſic enim inclinaret ſine prudentia, reddit igitur vnde virtus eſt. i. vnde coexiſtens prudentiæ, reddit quidem in ſuo gñe cauſæ, quia vt cã ſecunda & hoc virtute cãæ ſuperioris q̃ eſt prudentia. Si igit̃ teneat̃ tertia via, puta de actiuitate habitus, tunc reddit actiue, ſed vt cã partialis ſecunda. Si autem teneatur quarta via, tunc reddit per modũ inclinationis, & hoc non

*a. l. igitur.*



non ex hoc ſolo, ꝙ ipſa inclinat, ſed ex hoc, ꝙ ipſa virtus cũ prudentia virtute inclinat. Ad aliud de moderari dico ꝙ virtus moralis non moderat̃ actiue paſſionem; quaſi eam factã ab obiecto faciat eſſe minorẽ. obiectum enim delectabile pręſens naturaliter mouet ſecundum vltimum ſui, ſed habitus poteſt facere obiectum minus conueniens potentiæ habituatę, q̃ potentiæ non habituatæ, ſicut graui diſcõueniens eſt ſurſum magis q̃ corpori neutro, licet grauitas non eſſet principiũ actiuum deſcenſus. Ita potentiæ ſecundum ſe cõueniens eſſet aliquod delectabile exceſſiuum, potentiæ aũt habituatę per habitum inclinantem ad actus moderatos eſt diſconueniens, vel non ita conueniens illud delectabile exceſſiuum, & pro tanto quaſi per repugnantiã formalẽ vel virtualem ad habitũ habitus diſconueniens vel excedens moderat̃, ne delectabile immoderate delectet. Et ex hoc nõ ſequit̃ aliqua actiuitas habitus, ſicut nec humiditas in ligno, licet ipſa moderet̃. ne ignis ita vehementer calefaciat, ſicut corpus ſiccum hẽt actiuitatem. Aliter põt dicit ꝙ virtus moderat̃ paſſionẽ, nõ iã factam ſed fiendam, pro quanto inclinat potentiã, & hoc cũ prudentia coexiſtẽte. vt fugiat immoderata delectabilia q̃ nata ſunt ĩferre delectationes immoderatas, & nõ admittat niſi delectabilia, quæ nata ſunt moderate delectare, & in hoc moderat̃ non quidem delectationẽ inexiſtentẽ minuendo, ſed ĩmoderatã, q̃ ineſſet, præcauẽdo. Ad aliud, ꝙ ſine iuſtitia non poteſt quis operari iuſte, dico ꝙ in primo actu, qñ eſt dictamen rectũ generatiuum prudentiæ, & conformat̃ illi electio alicuius iuſti, ibi nõ tm̃ operat̃ iſtũ, ſed iuſte opera eligens. ſed dẽt intelligi ꝙ nõ iuſte ſine iuſtitia operatur ſecundũ oẽm perfectionẽ, ſecundũ quã poſſet aliquis iuſte operari, quarũ vna eſt delectabilitas & facilitas in operãdo, ꝙ nõ cõpetit potentiæ non habituatæ ſicut habituatæ.

AD PRIMAM qõnẽ dr̃ eſſe op. magiſtri ꝙ ſolus. ſ. ſ. inexiſtens ſine aliquo habitu medio informante voluntatẽ mouet ipſam ad actum meritoriũ aliter, q̃ moueat animã ad credere, & ſperare, quia ad credere & ſperare mouet mediantibus habitibus fidei & ſpei, & ita dicitur negaſſe omnem charitatem creatam. Pro hac concluſione poteſt argui duabus vijs. Prima accipitur ex imperfectione formæ, vel habitus, vel non neceſſitate ad mouendum. Vbi arguo primo ſic. ſicut ſe habet actus naturalis ad naturalem habitum ſiue acquiſitum, ita vr̃ ſe habere actus habitus infuſi ad habitum infuſum, ſed habitus acquiſitus tm̃ facilitat, & tribuit delectabiliter operari, non aũt dat ipſam ſubſtantiã actus. ſicut patet. i. q. p̃cedẽti. ergo ſimiliter infuſus, tm̃ tribueret delectabiliter operari, aut ſaltẽ illud tribueret ſi ineſſet, ſed peccator iã iuſtificatus primo nõ delectabiliter elicit actũ diligendi Deũ. ita. n. vr̃ ei difficilis reſiſtẽtia a vitijs & cõtinuatio bonorũ operum, ſicut qñ erat in peccatis, vel nõ multo facilior quouſq; p̃ pugnã, & victoriam paſſionum acquiſiuerit

*Vide. 3. ethi. c. 8.*

uerit habitum, & tunc delecta-
bile operatur. igitur non eſt ali
quis habitus infuſus illi iuſtifi
cato, quia illo delectabiliter
operaretur, ſi ineſſet. Præterea
ſi oſtenderetur bonũ superna-
turale voluntati in puris natu-
ralibus, voluntas illud ſufficien
ter amabit, quia ſufficiẽter ha-
bet obiectum proportionatũ,
& approximatum. ergo non re-
quiritur aliquis habitus infu-
ſus ad diligendum bonum ſu-
pernaturale. Aſſumptum pro-
batur, quia ſi minus bonum oñ
ſum voluntati nude poteſt dili
gi ergo maius bonum. ergo ſi
ex puris naturalibus volun-
tas põt aliquid diligere, põt di
ligere ſummũ bonũ, ſi ſibi oñ-
dat. Præterea, actus ille diligen
di, qui eſſet illius habitus ſuper
naturalis, eſſet ẽt ſupernatura-
lis, & ita crearet immediate, ſu
pernatutalia. n. non producunt
in eſſe ꝑ aliquã mutationẽ de
aliquo, ſed tñ per creationẽ. ſi
creat actus. igit non præſuppo
nit aliquid ſuæ creationi. Præ-
c. 8. terea, habitu contingit vti cum
hñs voluerit. Commẽ. 3. de ani
ma. ſed non experitur quis ſe
poſſe illo habitu vti cum volue
rit, non enim cum voluerit põt
faciliter & delectabiliter elice
re actns feruẽtes amandi. ſicut
patet de contemplatiuis, qui
qñq; experiunt ſe magnã dele-
ctationem hr̃e, qñque ẽt cum
æquali conatu minorem, vel
nullam. Secunda via accipit ex
hoc quòd ſpiritus ſanctus ſuffi
ciat mouere ſine habitu, vbi ar
guitur primo ſic. prima cauſa
poteſt per ſe illud quod põt cũ
ſecunda, quæ ſecunda eſt tantũ
modo cã agens, vel ſic accipiat
maior, cauſa prima poteſt ꝑ ſe
quicquid poteſt cum cã ſecun-
da, quæ non eſt de eſſentia rei,
hoc addo ꝑꝑ materiam, & for-
mam in compoſito, & Deus nõ
poſſet compoſitum ſine partib.
intrinſecis componentibus cã-
re, ſed habitus, ſi ineſſet, nõ ha
beret cauſalitatem neceſſariã
reſpectu actus, niſi aliquo mo-
do cauſæ agentis, ſaltem patet
ꝙ non formalis, nec materia-
lis de qua, igit cauſalitas eius
erit extrinſeca, igitur quicquid
poteſt. ſ. ſ. cum habitu cãre in
actu, hoc poteſt ſine habitu, 1. phy. t. c. 41. & 50.
pluralitas ſine neceſſitate non
vr̃ ponenda, quia ſuperfluit.
Præterea, voluntati habenti ha
bitum, ad hoc quod agat ſecun
dum illum, oportet. ſ. ſ. coopera
ri, alioquin non eſſet cauſa pri-
ma in oĩ actione creaturæ, non
aũt cooperat, quia voluntas ha
bet iſtum habitum. quia tũc.
ſ. ſ. nõ eſſet cã prima, ſed quaſi
cã ſecunda reſpectu volũtatis
habentis habitum, quia deter-
minaretur per habitum volun-
tatis ad coagendũ voluntati, er
go econuerſo, quia cooperat vo
luntatii, deo voluntas ſecundũ
illũ habitum operat, ſed æque
põt cooperari, & in primo in-
ſtanti naturæ voluntati nõ ha-
benti charitatem. ergo &c. Præ
terea. filius Dei ſic eſt vnitus
noſtræ naturæ, ꝙ operabat ope
ra illius naturæ. ita quod illi
actus vere dicebantur eſſe filij
Dei, vt ſuppoſiti agentis. Et ta-
men nihil per hoc derogat aſ-
ſumptæ naturæ, quin ipſa eſ-
ſet principium ſuarum opera-
tionum, ergo a ſimili ſpiritus
ſanctus poteſt aliquo modo
vniri voluntati, vt ipſe agat
opera volũtatis, nec ꝑ hoc dero
gatur naturæ voluntatis in ali-
quo,



quo, vt principij operatiui. Præ
terea. intellectus eſt magis paſ-
ſiuus, q̃ voluntas, & minus acti
uus, igit magis indiget aliquo
actuante, ad hoc quòd poſſit in
actum ſuum, ſed ponitur poſſe
in viſionem beatam abſq; om
ni forma informante, ex hoc ſo
lo ꝙ eſſentia Dei eſt ſibi pñs,
quaſi per modum formæ. ergo
multo magis voluntas põt in
oẽm actum ſuum ſine forma
informante per hoc ꝙ ſpiritus
ſanctus ſit ſibi quaſi forma ad
diligendum.

CONTRA iſtã cõcluſio-
nem ſiue ſit ſecundũ intentio-
nẽ magiſtri ſiue non, arguitur
duabus vijs. Prima accipit ex
iuſtificatione peccatoris, ſiue ex
acceptione diuina. & hoc abſq;
Ezec. 12. & 18. actu elicito. Secũda ex ratione
actus meritorij. Et prima via
arguitur ſic. peccator ante pę-
nitentiam eſt iniuſtus, poſt pę-
nitentiam eſt iuſtus. ſicut ſcri-
ptura communiter vocat pecca
torem iniuſtum, & liberatum
a peccato iuſtum. Ex hoc argui
tur. iniuſtitia cũ ſit formaliter
priuatio, non põt auferri ab ali
quo, niſi ei det habitus oppoſi-
tus, quia priuare priuationẽ, eſt
habitũ ponere, qa ſunt imme-
t. c. 15. & inde idem 5. meta. t. c. 27. diate oppoſita circa aptum na-
tum. 10. meta. aĩa eſt apta nata
recipere iuſtitiam, ergo ille iu-
ſtificatus, qui factus eſt de iniu
ſto iuſtus, recipit habitum op-
poſitum illi priuationi. ſi enim
nihil ĩeſſet ſibi formaliter nũc
quam prius, non magis careret
priuatione nunc, q̃ prius car-
uit. Præterea. peccator ante pę-
nitentiam eſt indignus vita æ-
terna, poſt pęnitentiam eſt di-
gnus, nõ eſt autem dignus niſi
ꝑ aliquid formaliter ſibi inhæ
rens, cui ſecundum regulas di-
uinę iuſtitiæ iudicat vita ęter-
na reddenda, & nil tale prius
habuit, igitur aliquid poſitiuũ
eſt formaliter in iſto. ꝑ qđ eſt
dignus vita æterna. Præterea.
Deus non acceptat peccatorem
ad vitam æternam, iuſtum tñ
acceptat. Quæro quid eſt acce-
ptare ad vitam æternam? hoc
non eſt velle voluntate bene
placiti beatificare pro nunc, qa
tunc beatificaret ſtatim. ergo
hoc eſt velle iſtum ſecundũ di-
ſpoſitionem, ſecundum quam
nunc habet eſſe dignũ tali præ
mio, quem prius non voluit eſ-
ſe dignũ. Iſta diuerſitas nõ põt
poni (vt vr̃) in voluntate diui-
na, quia nihil eſt ibi nouũ, qa
immutabilis, non igit hoc erit
niſi propter diuerſitatem a par
te illius, quia illo eodẽ modo
ſe hñte voluntas diuina eodem
modo vult ipſum ſe hr̃e. Cõfir-
mat iſta rõ, quia volitio diuina
q̃ eſt omnino vnus actus in ſe,
non hẽt rõnẽ oppoſitorũ actnũ
ſiue diſtinctorũ abſq; oĩ diſtin
ctione obiectorũ, hoc enim vel
le diuinum non eſt velle* quod a. l. quorundam.
dam bñplaciti, vel nolle, niſi il
la obiecta diſtĩguant. alioquin
contradictoria erunt vera abſq;
oĩ diſtinctione cãnte iſtã verita
tem. ergo cũ Deus velit iſtũ iu-
ſtificatum ad aliquid, ad quod
non vult peccatorẽ, ꝑꝑ quã di-
uerſitatem dr̃ diligere iuſtos, &
odire peccatores in ſcriptura,
ſequitur quod iſta diſtinctio ſe
cundum rationem ex parte vo-
litionis diuinæ neceſſario req-
rat diſtinctionem actualem ex
parte ipſorum obiectorum. ali
ter igitur ſe habet iſte in ſe, qñ
dr̃ dilectus a Deo, vel acceptus
ad vitam æternã. aliter quãdo
oditus.

oditus. Vltimo ſecundum iſtã viam arguitur ſic, quia ſi nihil aliud eſt in anima illius poſt pęnitentiam quàm ante, non videtur ꝙ aliquo alio modo ſe habeat ad Deum, nec Deus ad ipſum, quia non videtur ibi eſſe alietas propter mutationem aliquam ex parte Dei factam. ergo ſi concedatur, ſicut videtur neceſſarium, ꝙ aliquo modo aliter ſe habet ad Deum, & econuerſo hoc eſt propter mutationem ipſius, & ita aliquid in fiet ſibi formaliter de nouo. nõ autem infiunt ei de nouo fides & ſpes, quia manent iſta in peccatore, ergo charitas. Poſſet etiã argui ſecũdum iſtam viã, quia Deus offenſus peccatori prius, poſtea pœnitenti remittit offenſam, hoc non eſt per mutationem aliquam voluntatis diuinæ, ſicut in me poteſt eſſe, qñ remitto offenſam, igitur hoc eſt propter hoc ꝙ ille cui remittitur offenſa, aliter ſe habet in ſe. Sed iſtud argumentum non concludit ſicut patebit in quarto diſt. 1. q. 6. vbi dicetur quòd prius natura Deus remittit offenſam peccatori, q̃ det ei gratiam. Vnde argumenta ſi qua valent ſecundum iſtam viã accipienda ſunt ex iuſta acceptatione paſſiua, & ordine ſiue dignitate ad vitam æternam, quæ cõueniunt iuſtificato, & non peccatori, ſicut argutũ eſt prius, nõ autem ex ſola remiſſione offenſæ, quod ſecundũ ſe eſt minus q̃ iuſtum eſſe. Ex ſecũda via arguitur ſic. nihil dicitur formaliter agere aliqua actione, niſi principiũ illius actionis ſit forma agentis. hoc accipitur ex ſecũdo de aĩa, vbi ex hoc ꝙ aĩa eſt quo viuimus & ſentimus.

*Diſtin. 1. q. 6.*

*t. c. 5. & 24.*

cõcluditur ꝙ aĩa eſt actus & forma ſic agentis. igit̃ cũ operatio meritoria ſit volũtatis, vel hoĩs p̱ voluntatẽ operãtis, ſequitur ꝙ illud quo meritorie agit, ſit forma eius, hoc aũt quo meritorie agit non põt eſſe pura natura, quia tunc ex ſolis naturalibus poſſet meritorie agere, qđ vr̃ error Pelagij, igitur requirit̃ aliqd ſupernaturale, non fides, vel ſpes, patet, quia manent in peccatore. ergo charitas. Præterea, nulla actio eſt in poteſtate agẽtis, niſi ipſum habeat formã ſecundum quã poſſit agere. Si. n. per aliquid tm̃ extrinſecum coaſſiſtens ſibi, quod non eſt in poteſtate eius poſſit agere. talis actio nõ eſt in poteſtate eius, ſicut nec coaſſiſtentia illius extrinſeci eſt in poteſtate eius, ſed ſpiritũ ſanctum coaſſiſtere voluntati non eſt in poteſtate volũtatis, ſicut nec vniuerſaliter actio cauſæ ſuperioris ẽ in poteſtate cauſę inferioris. igitur ſi ex ſola tali coaſſiſtentia poſſit agere, & nõ habeat in ſe formã, qua ſufficiẽter poſſit exire in actũ meritoriũ, ſequitur ꝙ actus meritorius non erit in poteſtate eius, qđ vr̃ inconueniens. Præterea. ſi ſpiritus ſanctus moueat ſpecialiter volũtatem in actionem meritoriam, ſequitur ꝙ. illa motio eſt creatio alicuius in ipſa voluntate, & reſpectu illius voluntas non habebit aliquam cauſalitatẽ, ſed tantum receptionem paſſiuam. igitur vel illud eſt actus diligendi. & ita ſequitur quòd actus diligendi nullo modo eſt a voluntate, vel iſtud eſt aliqd naturaliter præcedens actum diligendi, & illud voco habitum, quia perfectio prior actu

*Vide 11. diſt. 2.*

quæ



quæ accipitur in potentia habituali videtur eſſe habitus. Præterea quarto, non minor identitas eſt patris ad filium, quàm poſſet eſſe quæcunque vnio ſpiritus ſancti ad voluntatem, quia in eadem natura, ſed propter illam identitatem non dicitur pater operari aliquid filio, ſicut patet ſecundum Auguſt. 7. de trini. cap. 1. & 4. quòd pater non ſapit ſapientia genita. ergo nec multo magis voluntas dicetur aliquid operari propter vnionem ſpiritus ſancti cooperantis ad ipſam.

AD SOLVTIONEM huius quæſtionis tria ſunt videnda. Primo, ſi debeat poni aliquis habitus ſupernaturalis gratificans naturam beatificabilem, Secundo ſi ſimpliciter ſit neceſſarium talem habitum poni ad quod talis natura beatificetur. Tertio quid circa hoc ſenſerit magiſter. Quantum ad primum articulum poteſt dici, ꝙ ex nullo actu quem experimur, nec ex ſubſtantia actus, nec ex intẽſione actus, nec ex delectatione, ſiue facilitatione in operando, neque ex bonitate ſiue rectitudine morali actus, poſſumus concludere aliquem talem habitum ſupernaturalem ineſſe, quia quocunque iſtorum dato poſſet aliquis habens charitatem cognoſcere certitudinaliter ſe eſſe in charitate. ex hoc ſcilicet quòd actum illum ſibi experiretur ineſſe, vel actum ſic intenſum ſibi ineſſe, vel ſic delectabiliter, vel faciliter ineſſe, vel recte rationi conſonum eſſe. Ratio autem quare non poteſt concludi ex actu, vel aliqua conditione ipſius actus, talem habitum ineſſe, eſt, quia vel actus poteſt ex ſola potentia habere omnia prædicta concurrẽte ratione recta, ſicut tenendo quartam viam in præcedenti ſolutione poſitam, vel ſi concurreret habitus aliquis propter aliquam conditionem prædictarum, poſſet * ille eſſe aliquis habitus acquiſitus. poſſet enim amicitia acquiſita tantam intenſionẽ actui dare, ſicut cauſa ſecunda cum potentia vt prima, poſſet etiam tantam facilitatẽ & delectationem tribuere, poſſet etiam habitus ita conſonus eſſe rationi rectæ ꝙ actus elicitus nullam conditionem euidẽter apparẽtem haberet, ex qua neceſſario cõcluderetur ipſum elici ſecũdum habitum ſupernaturalem. Quod ſi dicas. ſubito mutatur voluntas vt intenſe, & faciliter, & delectabiliter operetur, & hoc modo conſono ſupernaturali rationi, hoc eſt ad dictamen fidei, & non poteſt ita ſubito acquirere habitum amicitiæ ordinatæ conſonum fidei, igitur habet habitũ aliquem non acquiſitum quo ad ſubito agendum inclinatur. Reſpondeo. voluntas poteſt ſatis ſubito mouere quantum ad actus naturales, qui ſubſunt totaliter poteſtati eius, quia ſicut dicit Auguſt. primo retractationum. c. 22. nihil tam eſt in poteſtate volũtatis quàm ipſa voluntas. igitur ex tali ſubitatione non poteſt concludi propoſitum. Dico igitur ꝙ vltra omnes conditiones prędictas videlicet vltra intenſionem actus, delectationem, facilitationem in agẽdo rectitudinem ſiue bonitatem, & conformitatem rationi

*a. l. iſte.*

tioni

tioni rectæ, ſiue rectæ ſecundū dictamen prudentiæ, ſiue ſecundum dictamen fidei, vltra inquam hęc omnia creditur eſſe vna conditio in actu, videlicet ꝙ eſt acceptabilis Deo, nō quadam communi acceptatione ſolummodo, quatenus acceptat omnem creaturam, vel quo ēt modo vult actū * ſubſtractum peccato, alioquin non eſſet ab ipſo, ſed ex acceptatione ſpeciali, quæ eſt in voluntate diuina ordinatio huius actus ad vitam æternam, tanquàm meriti cōdigni ad primum, hoc modo credimus etiam naturam noſtram beatificabilem iuſtam, eſſe habitualiter acceptam, hoc eſt qñ non actualiter operatur, adhuc tamen voluntas diuina eā ordinat ad vitam æternā tanquàm dignam tanto bono ſecundum diſpoſitionem, quam habet habitualiter in ſe. Propter hanc acceptationem naturæ beatificabilis habitualem, ēt quando non operatur & propter acceptationem actualem actus eliciti a tali natura, oportet ponere vnum habitum ſupernaturalem, quo habens formaliter acceptet a Deo, a quo actus elicitus eius acceptetur tanquàm meritorius. ſic enim nō videtur acceptari natura, vel actus ſine aliquo habitu informāte, quia ſicut argutum eſt, non videtur Deus aliam volitionem ſecūdū rationē habere de obiecto nullo modo diuerſificato, nec etiā actus vt acceptabilis Deo videretur eſſe in poteſtate agentis, niſi illud, quo formaliter ageret ſic, eſſet forma eius. Sed dubiū eſt qualiter habitus iſte ſit ratio acceptandi naturam, & actum: Ratio enim acceptandi naturam videtur eſſe ſicut quidam decor naturæ complacens voluntati diuinæ. Ita quòd ſiue ponatur habitus iſte actiuus, ſiue non actiuus, ex hoc ſolo quòd eſt talis forma decorans, & ornans animam, poteſt eſſe ratio acceptandi naturam, ſed ad actus acceptationem plus requiritur quàm quòd agens habeat hunc decorem ſpiritualem, alioquin habens talem habitum nō poſſet habere actum indifferentem aliquem, nec peccare venialiter, quod eſt incōueniens: conſequentia patet, quia neutrum iſtorum tollit iſtum decorem operantis, & ita vtrunque eſſet acceptum, ſi actus acceptaretur ex ſolo decore operantis. Oportet igitur dicere, ꝙ iſte habitus pręter hoc, quòd eſt decor ſpiritualis, etiam eſt inclinans ad determinatos actus, & hoc ſiue non actiue ſecundum quartam viā poſitam in ſolutione præcedentis quæſtionis, ſiue quod magis videt actiue ſecundum tertiā viam. Quod probatur primo, qa alioquin videretur, ꝙ ſine iſto poſſet haberi actus intenſiſſimus diligēdi Deū, & hoc tā in via q̄ in patria, & ita beatitudo, quia in illo inſtanti naturæ, in quo elicitur actus a principio actiuo, ſi ſola voluntas eſſet principium actiuum: ipſa eſſet principium, inquantum actiuum ęque perfectum ſine iſto habitu, ſicut cum iſto, & ipſa potentia poſſet æquali conatu agere, vt patet. ergo perfectiſſimus actus diligendi ſine habitu tali haberi poſſet.

*a.l. ſubtractum.*

*ſ. uia prima cōtra magiſtrū.*

Secundo probatur idem, quia alioquin non videretur

verum



verum eſſe quod dicit Augu. de libero arbi. ꝙ gratia ſe habet ad liberum arbitriū, ſicut ſeſſor ad equum, quia ſeſſor actiue regit, & mouet equum qualiter vult, nec etiā illud quod dicit in epiſtola ad Sixtum: voluntate inquit concomitante non præeunte, pediſſequa, non domina, nō autem eſſet volūtas pediſſequa gratiæ, ſi ipſa gratia nulla cauſalitatem haberet.

*Etiam ad bonifacium.*

SED TVNC eſt vlterius dubium de iſto habitu comparato ad potentiam operantem, quæ videlicet iſtarum debet dici prima cauſa, & ſecunda? Videtur enim ex dictis ꝙ gratia eſt cauſa prima. Sed oppoſitū oſtēditur. Primo, quia potentia vtitur habitu, & non econuerſo. Et ſecundo, quia actio non eſſet libera, ſi gratia eſſet prima cauſa, voluntas enim naturaliter moueretur, quia gratia naturaliter moueret, & ſicut voluntas non libere moueretur, ita nec libere ageret, cum non ageret, niſi quia mota. Tertio, quia vt videtur voluntas ſemel habens gratiam, nunquā poſſet peccare, quia cauſa ſecunda ſemper ſequitur motionē cauſæ primæ, nec poteſt moueri ad oppoſitum illius, ad quod prima cauſa mouet. Quarto, voluntas eſt illimitatior ad actus, quàm ipſe habitus, illimitatio autem ad plures effectus videtur competere cauſæ ſuperiori. Hic poteſt dici quòd in actu meritorio, de quo eſt ſermo, duo cōſiderare oportet. Videlicet illud quod præcedit rationem meritorij, & in hoc gradu includitur, & intenſio actus, & ſubſtantia actus, & rectitudo moralis. Vltra hoc conſidero, & ipſam rationem meritorii, quod eſt ſic eſſe acceptum a diuina voluntate in ordine ad pręmium, vel acceptabile eſſe, ſiue dignū acceptari.

Ponitur quòd ad actum meritorium non ſufficit voluntas cum charitate, ſed requirit influentia ſpecialis, nō formę permanentis, ſed mouentis, ſicut inſtrumentum habet ab * agere principali vltra formā. Prima rō eſt, quia forma naturalis datur alicui, vt agat, qa talis actio eſt ſibi proportionata, igitur nō datur nobis, vt agamus, ſed vt agamur. Ro. 8. Quæcunque ſpiritu Dei aguntur. Et hoc, quia talis actio eſt improportionata. Confirmatur Io. 4. Fiet in eo fons, & non ſitiet. Exemplum. gratia eſt vt pondus, non vt ars. Pondus nō eſt principium operatiuū, igitur eſt vt figura ſphærica data maſſæ plumbeę. Exemplum aliud. gratia comparatur vi actiuæ generatiuæ matris, hanc habet mater, quia animam humanam habet, ſed diminutam, & non potentem in actum, niſi moueatur a vi actiua patris. Secunda ratio, gratia nunc non ſanat perfecte naturam. accipitur ab Auguſt. de natura & gratia, vbi dicit generaliter, ſicut oculus ſanus non poteſt videre ſine lumine, ſic nec etiam iuſta anima viuere recte ſine luce ſpirituali. Confirmatur Rom. 7. de lege carnis. Smiliter quid oremus vere ſcimus, ſpiritus poſtulat. Tertia ratio, actus conſideratur tripliciter. Primo, vt eſt a libero arbitrio. Secundo, vt eſt ab ipſo gratia informato. Tertio, vltrá hoc, vt eſt ab ipſo moto a ſpiritu ſācto. Primo modo,

*a.l. abagente.*

do, non eſt dignus præmio. Secundo mō eſt dignus, ſicut paruulus baptizatus, ſed non condignus Ioan. 4. Fons cuius aqua non aſcendit vltra ſui principium. Tertio modo eſt condignus. Hoc ſecundum membrū verius eſſet, ſi actus eſſet cōplete meritorius per aliquid, quod eſſet in merēte, acceptare enim non eſt in ipſo, ſed eſt actio diuina. actio autem diuina non videtur per ſe requiri ad meritum, quod etiam probatur, quia reſpectu huius acceptari videt̃ eſſe meritū. nam aliquis actus dignus eſt, aliquis alius non, igitur antequam intelligatur acceptatus eſt aliquid in actu, quo dignus ſit acceptari. ergo tunc eſt in ipſo ratio meriti, ſaltem reſpectu acceptationis. Cōtra. ratio meriti non habetur cōplete, niſi habeatur ratio digni, vel digne ordinabilis ad præmium, quod eſt beatitudo. & hoc digne ſecundum iuſtitiam cōmutatiuam ſiue retributiuā, ſed quicunque actus ex ſolis intrinſecis agenti non habet hūc ordinem. tunc enim Deus non poſſet ei, qui ſic operatus eſt nō retribuere beatitudinem, nam iniuſte eam ſibi ſubtraheret. hoc autem eſt falſum. ergo talis ordo ſecundum iuſtitiam eſt ex ſola voluntate diuina gratuite ordinante, & ita ratio meriti cōplete erit ex ordinatione volūtatis diuinę illius actus ad præmium. Et quod adducitur pro ſecundo membro, ꝙ actio diuina non eſt de ratione meriti. Reſpondeo, relatio in actu merentis ad actionem diuinam eſt de ratione meriti, quæ relatio nō eſt ſine actione diuina. Si dicas, ꝙ tunc non eſt in poteſtate merentis mereri, ſicut nec in poteſtate eius eſt illa actio diuina. Similiter, principalius erit Dei mereri q̃ mei, quia principalius in merito eſt ex actione diuina. Ad primum dico, ꝙ actus q̃ eſt meritū, eſt in poteſtate mea ſuppoſita influentia generali, ſi habeo vſum liberi arbitrij & gratiam, ſed completio in ratione meriti non eſt in poteſtate mea, niſi diſpoſitiue, tamen ſic diſpoſitiue ꝙ ex diſpoſitione diuina ſemper ſequitur illud cōpletiuum ad agere meum, ſicut ſemper ſequitur animatio ad organizationem factam a cauſa naturali. Per idem dico ad ſecundum, quia licet principalius. i vltimum & completiuū in merito ſit a Deo, non ſequitur tamen, ergo Deus meretur, quia meritum eſt actus potentiæ liberæ, & ſecundum inclinationem gratiæ elicitus acceptus Deo vt præmiabilis beatitudine, & ita mereri eſt ſic agere, Deus autem non ſic agit. Contra, ſaltem principalius in merito eſt a Deo, Reſpōdeo. ſi principalius dicatur vltimum completiuum, concedatur. ſi vero dicatur prima realitas, vel perfectior realitas, negetur. quia actus eſt abſolutum quid. & prius natura iſta acceptione paſſiua, & magis ens ea. Ad illud quod ſecundo adducitur pro ſecundo membro, ꝙ actus meretur acceptari? Reſpondeo, in hoc eſt ratio meriti ſecundum quid, quia non eſt ordinatio actus ad beatitudinem, vt ad primum iuſte reddendum pro tali actu, & cōceditur, ꝙ acceptatio iſta paſſiua diuina non includitur in rōne meriti ſcd̃m qd, ſicut nō requirit̃ in rōne meriti de cōgruo, quo-

*Hac litera ab illo loco hoc ſecundū, vſque ibi infra, vlterius ſicut in actu, et in aliquibus originalibus notatur additio.*



*De hoc vi diſt. 36. huius.*

quo attritus meretur iuſtificari. Et quod prædictum eſt, eſt intelligendū de acceptatione æterna, qua Deus ab æterno præuidens hunc actū ex talibus principijs eliciendum, voluit ipſum eſſe ordinatum ad præmium, & ita actu voluntatis ſuæ ordinando ipſum ad præmium, voluit ipſum eſſe meritum. qui ſecundum ſe conſideratus abſque tali acceptatione diuina ſecundū ſtrictam iuſtitiam non fuiſſet dignus tali præmio ex intrinſeca bonitate, quam haberet ex ſuis principijs, quod patet, ſemper pręmium eſt maius bonum merito. & iuſtitia ſtricta nō reddit melius pro minus bono. iō bene dicitur ꝙ ſemper Deus p̃miat vltra meritum condignū. vniuerſaliter quidem vltra dignitatem actus, qui eſt meritū, quia ꝙ ille actus ſit condignū meritum, hoc eſt vltra naturā & bonitatem actus intrinſecā, ex mera gratuita acceptatione diuina. Et forte adhuc vltra illud, ad quod de communi lege eſſet actus acceptandus quandoque Deus præmiat ex mera liberalitate. Vlterius, ſicut in actu meritorio ſunt duo prædicta ſcilicet ſubſtantia actus cū rectitudine & ratio meriti. ſic habitus gratiæ eſt quædam qualitas præter relationem illam quam habet ad rationē rectā, inquantum eſt habitus bonus formaliter, habet ſpecialem relationem ad voluntatem diuinam acceptantem ipſum vel ſubiectum habens ipſum, habitus ille ſecundum ſubſtantiam inclinat actiuę ad actum ſecundum ſubſtantiam. Et hoc actiue, vt cauſa partialis, tenēdo tertiā viam in præcedenti ſolutione. & in hac cauſalitate habitus eſt cauſa ſecunda, & potentia cum prima. ſicut dictum eſt in ſolutione præcedenti de habitu communiter & potentia ponendo habitū actiuum, & hoc probant rationes nūc adductę. Sed accipiendo actum ſecundū rationem meritorij poteſt dici ꝙ principaliter illa conditio cōuenit actui ab habitu, & minus principaliter a voluntate. magis enim acceptatur actus. vt dignus pręmio quia elicitus a charitate, q̃ quia eſt a voluntate libere elicitus, quamuis vtrunq; neceſſario requiratur. Exemplū huius poteſt poni de diuiſione alicuius corporis mediante cultello ipſa quidem diuiſio abſolute magis eſt a potentia diuidente q̃ a cultello. & ideo potentia motiua fortior velocius diuidit. ſed tamen inquantum hæc diuiſio comparatur ad viſum ſub ratione acceptabilis, vt cui placeat magis attribuit̃ cultello, quia lenitas partium diuiſarum quę placet viſui magis eſt ex acutie inſtrumenti q̃ ex efficacia virtutis principaliter diuidendis. Similiter ſonus magis eſt ex percuſſione corporis ſonātis quàm ex percuſſionis ordine, & tamen vt acceptabilis auditui magis eſt ex ordine pcuſſionis q̃ ex efficacia potentiæ pcutiētis, imo poſſet eſſe efficacior vis percutientis. & tñ omnino non acceptaretur auditui, quia non eſſet ſonus armonicus. Aliud exemplum. & ſi enim pater ſit cauſa principalius reſpectu filij, & mater minus principalis, tamen ipſa poteſt eſſe cauſa principalior filij inquantum dilecti vel diligibilis alicui. hoc eſt ꝙ filius magis dili-

*Vide alia exempla in reportationibus.*

diligatur, quia eſt matris vt gignentis quàm quia eſt patris vt gignentis. Ita Deus poteſt ordinaſſe aliquem actum acceptare tanquam dignũ tali præmio vel acceptabilem, vel acceptandum eſſe, quia ad illum actum inclinat habitus aliquis vt principium actiuum eius partiale & ꝙ principalius per hoc acceptetur vel acceptabilis ſit quã quia eſt a reliqua cauſa partiali. Secundum igitur hoc poteſt exponi illud Augu. charitas eſt ſicut ſeſſor ad equum. Et illud etiam ꝙ voluntas reſpectu gratiæ pediſſequa eſt & non præuia. hoc quidem verum eſt reſpectu actus, inquantum meritorius eſt. ſed non inquantum eſt iſte actus in ſubſtãtia. Et primum exemplum eſſet omnino idem vel ſimile, ſi equus eſſet liber & ſeſſor per modum naturæ eſſet dirigens equum ad certum terminum, tunc magis placere poſſet, & hoc alicui ordinatę voluntati, curſus equi, ex hoc ꝙ eſt ſecundum inclinationem naturalem ipſius ſeſſoris ad certum terminum, quàm ex hoc ꝙ equus vi ſua motiua velociter curreret. tunc etiã poſſet equus ex ſua libertate ſeſſorem deijcere, vel præter eius directionem in terminum alium ſe mouere. & in primo quidẽ fieret equus omnino non acceptabilis, quia non haberet ſeſſorem, propter quem acceptaretur a tali voluntate. In ſecundo, licet equus talis eſſet acceptabilis, non tamẽ curſus eius acceptaretur, quia non eſſet ſecundum directionẽ ſeſſoris. Hoc modo in propoſito. voluntas enim eſt quaſi equus liber, & gratia quaſi ſeſſor per modũ naturę inclinans ad obiectum per modum determinatum. ſecundum huius inclinationem actus volũtatis placet, aliter non placeret, ſicut quando eſt peccatũ veniale vel actus indifferens: quando autem ſeſſor abijcitur, quod fit per peccatum mortale, omnino ipſa voluntas fit diſplicens. hoc etiam modo voluntas eſt pediſſequa, quia non ex ſe ita determinate inclinat ad terminum, propter quam inclinationem actus acptatur ſicut gratia inclinat, & voluntas poteſt illud participare a gratia, quia competit gratiæ magis per eſſentiam q̃ ſibi, & in hoc ipſa erit cauſa ſecunda. tamen in eliciendo actũ volũtas habet primam rationem motiui. ita ꝙ in cauſando aliquid intrinſecum actui, non ſit voluntas ſecunda cauſa, ſed in eſſendo, propter quod actus acceptetur, quod dicit reſpectum eius ad extrinſecum: ſatis quippe poſſibile eſt præter cauſam principaliorem effectus compętere illi effectui aliquam relationem ad extra minus principaliter q̃ propter cauſam eius principalem, ſicut patet in exẽplis ſupra poſitis. habet autem & habitus ille ſicut & quilibet alius habitus moralis, inclinare determinate ad obiectũ ſiue ad finem ex virtute obiecti quã aliquo modo participat, nã ſicut habitus intellectualis habet aliquo modo in ſe obiectũ p̃ſens tanq̃ ſub ratione obiecti intelligibilis. Ita habitus moralis habet quodammodo obiectum in ſe ſub ratione boni diligibilis: & ita ſicut ille habet virtute obiecti quodammodo agere ad pręſentiam obiecti, ita iſte virtute obiecti ſuo modo contenti habet inclinare in obiectũ. Et ex hoc apparet quõ habitus magis determinate inclinat ad obiectum quàm potẽtia, quia determinatius includit obiectũ. Et ſecundum hoc etiã poſſet dici quòd illa cauſalitas partialis, quæ attribuitur habitui, conuenit ſibi ex parte, qua obiectum dicitur actiuum reſpectu actionis, & nõ ex ea parte qua potentia dicitur actiua, quia magis habitus vim ſuam habet ex obiecto, quod determinate includit quàm ex ipſa potentia. Et ſi tunc arguatur ſicut argutum fuit in præcedenti ſolutione, ꝙ habitus determinat & inclinat potentiam. ergo eſt cauſa prior. Reſpõſio quæratur alibi. Reſpondeo ꝙ verum eſt inquantum actus eſt meritorius, ſed non inquantũ actus ille eſt in ſubſtantia. vel aliter negatur conſequentia. vide ſupra diſt. 3. q. penul. ſed forte nõ ſoluit, quia alia via eſt apparẽs. ſ. 4. q. præcedentis.

*ſ. in tertia uia pro parte prima dubij, ibi pertractari.*

*Additio aliorum.*

DE SECVNDO articulo dico quòd Deus de potentia abſoluta bene potuiſſet acceptare naturam beatificabilem, acceptatione ſpeciali prædicta, exiſtentem in puris naturalibus. Et ſimiliter actum eius ad quem eſſet inclinatio eius mere naturalis, potuiſſet acceptare vt meritorium. Sed non creditur ita diſpoſuiſſe ꝙ naturam puram vel actum eius ſic acceptet, quia actum ex puris naturalibus eſſe meritorium, appropinquat errori Pelagij. ideo veriſimilius creditur, quòd acceptet naturam & actum eius tanquàm meritorium per habitum ſupernaturalem. Sed eſt duplex dubitatio. vna quomodo aliquid in natura creata poſſit eſſe ratio quare acceptatur a voluntate diuina, vel abſolute vel tali modo, cum nihil in creatura ſit ratio actus diuini, nec in ſe, nec vt tendit ſuper tale obiectum. Alia quia circunſcripto omni bono ſupernaturali, eſt diſtinguere inter amicum & inimicum, vt inimicus dicatur in quo eſt peccatum non deletum, & ideo manet offenſa. non inimicus dicitur in quo non eſt offenſa. ſed ante collationem omni boni ſupernaturalis poſſet alicui inimico dimitti offenſa, ſicut dicetur in quarto diſtin. 1. quæſtio. 6.

*Vide in reportatis diſtin. præſenti ſoluẽdo primũ ar. 2. q. ad hoc.*

Ad iſta reſpondeo. Nota ꝙ inimicus non eſt amicus, quia aliquis condonans alteri offenſam per hoc, quòd non amplius quærit vindictam pro offenſa, non ſit amplius eius inimicus, ſed non propter hoc ſequitur quòd ſtatim eum recolligat vt amicum, nec quòd reſpiciat eum vt inimicum contrarie, ſed negatiue. q. ſ. nec vellet ſibi malum, vt inimico, nec bonum vt amico. quare ibi. Ad primum poteſt dici ꝙ in homine eſt aliquid quod reddit ipſum acceptabilem de lege ordinata, & illud dicitur acceptabile ſcd̃m quid, quia non eſt bonum niſi quia acceptum. Ad ſecundum dici poteſt, quòd inter amicum & inimicum eſt dare medium, ſcilicet nec amicum nec inimicum poſitiue. Negatiue non, quia ſi non habet peccatum nec etiam gratiã, quod Deus facere põt, nec eſt inimicus nec amicus poſitiue. Quantum igitur ad iſtum articulũ non eſt neceſſariũ ponere

*Additio. Aliorum.*

*Vide diſt. 16. & 14. 4. & 41. diſt. huius ad hæc.*

nere habitum ſupernaturalem gratificãtem, loquendo de neceſſitate reſpiciente potentiam Dei abſolutam, præcipue cum poſſit dare beatitudinem ſine omni merito, præcedente. licet ſit neceſſarium loquendo de neceſſitate quæ reſpicit potẽtiam Dei ordinatam, quam ordinationem colligimus ex ſcriptura & ex dictis ſanctorum, vbi habemus ꝙ peccator eſt indignus vita ęterna, & iuſtus dignus.

QVANTVM ad tertium articulum poſſet dici quòd magiſter non negat omnem habitum ſupernaturalem. ipſe ꝗppe diſt. 37. c. illo. illud quoque mirabile adducit Augu. ad Dardanum dicentem ꝙ ad templũ Dei pertinent pueri ſanctificati, qui nõ valẽt cognoſcere deũ, ergo Deus inhabitat paruulũ, qui tamen non poteſt habere actum elicitum circa Deum. Iſta inhabitatio quæ competit paruulo regenerato, & non alii nõ poteſt eſſe ſine omni habitu ſupernaturali in ipſo paruulo, nec enim poteſt poni propter actũ, quia talem actum non habet nec habere poteſt, nec propter naturam ſolam, quia non inhabitat alium paruulum non regeneratũ, cum in eo ſit eadem natura. ſimiliter. 26. diſt. lib. 2. videtur ponere gratiam creatam in anima. Itaque poteſt dici quòd magiſter poſuit vnum habitum, quo informante animã ſpiritus ſanctus inhabitat, & vt inhabitans quaſi perficit potentias habitibus ſupernaturalibus, duas quidẽ intellectus & voluntatem fide & ſpe ad credendum & ſperandum, ſed voluntatem nullo alio habitu ad amãdum quàm iſto per quem dicitur inhabitare, quia actus iſte amandi eſt ita perfectus ꝙ poteſt attribui immediate illi habitui, quo formaliter inhærẽte ſpiritus ſanctus inhabitat tãquam perfectiſſimo habitui nõ ſic præſens actus credendi & ſpirandi attribui immediate 1 cor. 3. illi habitui per quem ſpiritus ſanctus inhabitat ꝓpter imperfectionem iſtorum actuum & perfectionẽ illius habitus, quo ſpiritus ſanctus inhabitat mentes: iſte enim debet eſſe ita perfectus, quòd nec in patria euacuetur, quando anima erit templum Dei, tunc enim non manebũt credere & ſperare. Et hoc modo auctoritates Aug. faciũt pro magiſtro, non ꝙ nullus ſit habitus ſupernaturalis formaliter gratificans animam, ſed ꝙ non alius ab iſto, per quem ſpiritus ſanctus inhabitat animã, eo modo quo habitus credendi & ſperandi alius eſt ab habitu quo inhabitat. & hoc patebit ſoluendo rationes quæ adducũtur pro prima parte. q. Secundum hoc igitur non videtur magiſter diſcordare ab aliis, niſi quia vel ponat gratiam alium habitum eſſe a charitate, vel ſaltẽ dicat iſtum habitũ qui realiter eſt gr̃a, formaliter eẽ in volũtate & nõ in eſſentia animę: ꝗa tunc non inhabitaret ſpiritus ſanctus per habitum vnum quaſi radicalẽ reſpectu fidei & ſpei, niſi primo inſint, ſed inhabitaret per habitum formaliter informantẽ voluntatem, qui quodam ordine naturæ eſſet poſterior fide & ſpe. Sed tenendo eundem habitum eſſe realiter charitatem & gratiam, vtrum ille habitus informat eſſentiã animæ primo. & ſic. a ſ. ſ. inhabitã-



habitante eſſentiã animæ fluãt virtutes informãtes potentias, vel ſit in volũtate formaliter iã præſuppoſitis fide & ſpe in potentiis, de hoc in ſecũdo lib. di. 26. ſaltem charitas nõ videtur alius habitus realiter ab iſto per quem ſpiritus sãctus inhabitat animam, & ita non ſic ſpiritus ſanctus per habitũ mediũ aliũ ab iſto, quo inhabitat, mouet ad diligere, ſicut mouet ad credere, & ſperare.

ADARGVMENTA principalia. Ad primũ dico ꝙ argumentũ Aug. ſic tenet, omnis diligens ꝓximũ diligit dilectionẽ ſuã formaliter, ſi cõuertit ſe ſuper illam: omnis autem diligens dilectionem ſuam formaliter diligit ſpiritum ſanctũ, qui eſt dilectio per eſſentiam, ergo omnis diligens fratrẽ diligit ſpiritũ ſanctũ. ſecũda ꝓpõ in ordine, quæ tñ erit maior in ſyllogiſmo diſponendo probat̃ ſic, quia ordinate diligens minus bonũ magis debet diligere aliud maius bonum, præcipue qñ in minori non eſt ratio diligibilitatis niſi a maiori bono dilectio autem mea formaliter eſt minus bona quàm: dilectio illa bona ꝑ eſſentiã quę eſt ſ. ſ. & p̃ciſe ab iſta dileſtione illa habet rationem diligibilitatis. Iſtud ergo argumentum Au. probat Deũ eſſe diligendum, non tamen ꝙ ſit dilectio mea formaliter, nec ꝗ nõ ſit in me alia dilectio formaliter debẽt quippe intelligi duo ſyllogiſmi in argumento Au. quorum vnus eſt iſte. diligens fratrem diligit dilectionẽ qua formaliter diligit. iſta autem eſt dilectio participans. ergo diligit dilectiorrem participatam. Vlterius alius ſyllogiſmus: diligens dilectionem participantem debet diligere dilectionẽ per eſſentiam. Deus eſt dilectio per eſſentiã, ergo &c. De ſecundo argumẽto eius, videlicet de dono excellentiſſimo dici põt quòd argm̃ ſic tenet. nullũ donũ creatũ eſt excellẽtiꝰ charitate creata. ergo charitas eſt ꝑfectio ſimpliciter. & non ex ratione ſui includens limitationem. conſequẽtia iſta probatur, quia omni dono qđ nõ eſt perfectio ſimpliciter, eminentius eſt aliquid in creaturis, qđ formaliter eſt perfectio ſimpliciter. vlterius omnis perfectio ſimpliciter formaliter competit ſpiritui ſancto ex hoc ꝙ ipſum eſt donum ſimpliciter excellentiſſimũ, ac per hoc Deus quia Deus põt dare ſeipſum, & ita excellẽtiſſimũ donũ eius eſt Deus. igit̃ ſ. ſ. ex hoc ꝙ eſt donũ excellentiſſimum ſimpliciter eſt omnis perfectio ſimpliciter, ſed cum hoc ſtat ꝙ iſta perfectio ſimpliciter in nobis ſit participata, & alia eſſentialiter ab ipſa perſona diuina, quæ eſt perfecta hac perfectione ſimpliciter. Abſolute ergo argumenta Aug. pręſupponũt vnũ verũ ꝙ Deus ſit formaliter dilectio, & formaliter charitas, & non tantum effectiue, ſicut dicitur ſpes vel patientia mea, quia efficit patientiam tanquam non perfectionem ſimpliciter, & ideo non conuenientem ſibi formaliter, ſed charitatem efficit in anima & dilectiouem tanquam perfectionem ſimpliciter. & ideo ſibi formaliter conuenientem, quemadmodum alio modo facit bonitatem alio modo humanitatem. ex hoc quippe ꝙ facit humanitatem non ſequitur ꝙ

ſit formaliter homo, ſed tm̃ cau
ſa effectiua hominis, ſed ex hoc
ꝙ efficit bonitatem ſequitur ꝙ
ſit formaliter bonitas, & ratio
eſt, quia omnis perfectio ſimpli
citer quæ eſt in cauſato reducit̃
ad cauſam formaliter habentē
iſtam perfectionem, non ſic de
perfectione limitata. Sed quid
faciunt iſtę auctoritates ſic in-
tellectæ ad propoſitū magiſtri?

Rn̄deo. quia ille habitus quo
inclinatur anima ad diligendū
meritorie eſt perfectio ſimplici
ter intantū vt iſta perfectio ſim
pliciter cōueniat formaliter ſpi
ritui ſancto, ſequit̃ ꝙ iſte habi-
tus poſſit eſſe īmediatus habi-
tus reſpectu dilectionis, quę eſt
perfectio ſimpliciter, & per hoc
ſ. ſ. vt inhabitans per iſtū habitū
īmediatus cauſat illū actum q̃
credere vel ſperare, reſpectu quo
rum nō pōt eſſe aliqua cauſa ꝓ
xima quæ ſit perfectio ſimplici
ter. Sed cōtra iſtam ıñſionem
arguo ſic. vr̃ primo. ꝙ ꝓpoſitio
ſit falſa cui inititur, videlicet ꝙ
omni perfectione nō ſimplici-
ter in creaturis eminētior ſit, ſi-
ue perfectior aliqua ꝑfectio ſim
pliciter. videt̃. n. habere inſtātiā
de eſſentia ſupremi angeli, quæ
non eſt perfectio ſimpliciter, &
tñ nulla res nobilior illa vr̃ eſſe
in tota creatura. pręterea, male
vr̃ ratio & intentio Aug. adduci
ad intentionē magiſtri, quia ex
prima rōne habet̃ ꝙ ſpiritus ſā-
ctus eſt formaliter dilectio per
eſſentiam. Ex ſecunda habet̃ ſi
quid valet ꝙ ſpiritus ſanctus eſt
formaliter charitas per eſſentiā.
quomodo ex hoc infertur ꝙ nō
eſt ī nobis aliqua dilectio habi
tualis, ſiue charitas alia ab iſto
habitu, per quē ſpiritus ſanctus
dicit̃ inhabitare? Iſte quippe ha
bitus quo. ſ. ſ. inhabitat, vel nō
eſt perfectio ſimpliciter, ſed ali
qua limitata, vel ſi eſt, nō ſequi
tur, quin alius habitus ab iſto
poſſet poni proximū principiū
eliciendi actum meū diligendi
meritorie. nam iſte actus eſt li-
mitatus & perfectio limitata.

Aliter pōt dici de rōne Aug. *vide. 1. re-*
ad propoſitum magiſtri. ꝙ ſ. ſ. *portationū*
vt inhabitans per illum habitū *hic. 3. mo-*
immediatius cauſat iſtum actū *dos expo-*
quam credere vel ſperare, re- *nendi ma-*
ſpectu quorū non poteſt eſſe ali *giſtrum ſol*
qua cauſa proxima, quæ ſit per- *uendo. 2.*
fectio ſimpliciter. Ad aliud pa *ar. cp. in*
tet. quomodo charitas eſt bona *laterali ſi*
per participationem ex diſt. 8. *us. in 2.*
q. 2. vbi expoſitum eſt quomo- *di. princi*
do forma ſimpliciter participat *pali.*
cauſam ſuam.

AD ARGVMENTA ꝓ
opinione quę imponit̃ magi-
ſtro, quę videlicet negat habitū
ſupernaturalem gratificantem.
Ad primum dico ꝙ iſte habitus
ſimpliciter dat acceptabiliter o-
perari, & etiam dat aliquam a-
ctiuitatem reſpectu actus, ſicut
aliqua cauſa ſecunda reſpectu
eius, ſed non dat delectabiliter,
neque faciliter, quæ conueniūt
habitui acquiſito inquantum
diſtinguitur ab infuſo per hoc
quod acquiritur ex frequenter
agere. Ad ſecundum quamuis
aliqui dicant voluntatem in pu *vt Tho.*
ris naturalibus nullum actum *& hēri.*
poſſe habere circa obiectum ſu-
pernaturale viſum, tamen hoc
improbatum eſt diſt. 1. q. 4. Cō
cedo igitur ꝙ poſſet habere a-
ctum circa tale obiectum oſten
ſum ſiue nude, ſiue per actum fi
dei. ſed iſte actus circa obiectū
oſtenſum a fide non eſſet meri
torius, quia non eſſet ſecundum
inclinationem illius habitus,
ſecun-



ſecundum quem ſolus Deus di
ſponit acceptare actum, nec ēt
in prima eſſet beatitudo, quia
nō eſſet ita perfectus, ſicut poſ-
ſet haberi a tali potentia, ſi eſ-
ſet ꝑfecta proportionaliter ha-
bitui ſupernaturali. Et ſi obij-
cias quod ille actus circa diui-
nam eſſentiam viſam poſſet eſ-
ſe ita perfectus, quod totaliter
quietaret voluntatem, quia eli
ceretur ſecundum totum cona
tum eius, & per conſequens eſ-
ſet beatificus. Quod etiam vr̃.
quia talis voluntas haberet qc
quid vellet, & nihil vellet ma-
li, hoc autem eſt eſſe beatum ſe
cundum Augu. 13. de tri. c. 5. vel
15. Reſpondeo ꝙ non ſolum il-
la voluntas non eſſet beata, qa
nō haberet quicquid vellet eo
modo quo deberet velle. debe-
ret enim velle acceptabiliter di
ligere, & hoc non haberet, ſed
ēt non eſſet beata, quia non ha
beret actum ita perfectū ſicut
competeret ſibi in gradu natu-
*a. l. habi-* ræ ſuæ. nulla enim potentia *ha
*tuabilis.* bitualis poteſt habere actū ita
perfectū ſine habitu, ſicut cum
habitu. immo quanto potentia
eſt perfectior, tanto minus pōt
hr̃e actū proportionabilē ſuæ
perfectioni, ſi careat omni ha-
bitu, qa ex quo eſt ſimilis pro-
portio geometrica duarū poten
tiarum inęqualium ad habitus
proportionaliter profectiuos, e-
rit aliqua proportio arithmeti-
ca, & ita ſimpliciter magis defi
cit potentia perfectior, ſi nō ꝑfi
ciat̃ per habitū, q̃ potentia im-
perfectior. Qđ ēt addit̃, quia ha
bet quicquid vult. Rn̄deo non
tanta volitione quanta pōt or-
dinate appetere illud obiectū,
pōt. n. ordinate appetere hr̃e il
lud tanto actu, quantus cōpete
ret ſibi ex natura potentiæ &
habitus proportionalis ſibi, &
nō tm̃ ita ꝑfecto actu, ſicut cō-
petit ſibi ex puris naturalib. nō
aūt hr̃et primo mō, ſed tm̃ ſe-
cundo mō. Contra illud. vr̃ ꝙ
tunc nulla volūtas eſſet beata,
q̃ non hr̃et charitatē maximā, *contra 2.*
cuius eſſet capax. Prętetea, ſicut *viam ſol*
argutū fuit in præcedenti ſolu- *uendo. q. 2*
tione ex rōne qua potentia eſt
ꝑfecta ī ſummo gradu potētiæ,
pōt ī ſupremū gradū ſeu in ſu-
premū actū, ita ꝙ nihil deficit
ſibi ex defectu habitus. ergo vo
luntati in quodcunq; gradu ni-
hil deficit in iſto gradu ꝑꝑ defe
ctum habitus. Ad primum rn̄-
deo, ꝙ non pōt ordinate velle
hr̃e obiectū beatificum maiori
actu q̃ correſpondente meritis
ſuis. talis nō eſt maximus, cu-
ius eſt capax, ſemꝑ tñ ē maior
illo, quem poſſet hr̃e exiſtens
in puris naturalibus. Ad ſecun-
dum dico, ꝙ voluntas infinita
continet in ſe eminenter per
identitatem totam perfectio-
nē habitus, & ideo nullam per
fectionē minorē dat actui, quia
non intelligit̃ informari habi-
tu, ſed potentia finita nō inclu
dit per identitatē habitum pro
portionalē ſibi. & iō pōt defice
re a perfectione ſibi conueniē-
te in agendo, ſi non ꝑficiat̃ ha-
bitu. Ad tertium dico ꝙ actus
iſte non creat̃, loquēdo proprie
de creatione, tum quia reſpe-
ctu eius concurrit aliqua a cau
ſa ſecunda actiua, creatio autē
eſt ſolius agentis primi ſine cā
ſecunda, tum quia hic præſup-
ponitur aliquod receptiuū ip-
ſius actus, puta volūtas: in crea
tione autem nihil ſuſceptiuū
præſupponitur, qñ igitur dr̃ ꝙ
omne ſupernaturale creatur, ſi

cōcedaŕ de oī actu primo ſuper
naturali, non oportet concede-
re de ſupernaturali, q̨ eſt actus
ſecundus, quia ad ipſum cōcur
rit potentia creata, & in rōne
actiui aliquo mō, & in rōne re
ceptiui. tñ pōt dici ſupernatu-
ralis rōne formæ ſiue habitus
concurrentis ad eius productio
nem. licet non immediate cree
tur. Aliter pōt dici, ꝙ actus non
eſt proprie ſupernaturalis, q̨a
& ſi habitus præſuppoſitus ſit
a cauſa ſupernaturali, imme-
diate tñ iſte poſitus in eſſe, eſt
cauſa naturalis reſpectu ſui a-
ctus, & ideo actus qui produciŕ
per talem habitum non eſt pro
prie ſupernaturalis. ita enim
naturaliter poteſt ſe habere ad
actum ſuum forma, quæ ſuper
naturaliter produciŕ, ſicut ſe ha
bet ad actū ſuum forma, q̄ eſt
mere naturalis, ita ꝙ dr̄ia in ꝓ
ductione formarū non cāt nec
concludit diſtinctionem earū
in comparatione ad ſuos effe-
ctus. Ad quartum dico ꝙ in po
teſtate voluntatis eſt non impe
dite vti iſto habitu, & quando
cum æquali conatu operaŕ vo-
luntas, habitus æqualiter ſibi
cooperatur, q̨a habitus ex par-
te ſui agit per modum naturæ,
nec tamen ſemper erit æqualis
delectatio conſequens actū eli
citum, delectatio quippe eſt ab
obiecto quod attīgitur ꝑ actū,
& non tantum ab ipſa potētia
agente circa obiectum. nunc au
tem qñ obiectum non eſt pñs
in ſe, ſed in ęnigmate poteſt ab
obiecto delectatio diuerſimo-
de cauſari, nunc plus, nunc mi-
nus, licet actus circa ipſum &
æque intenſus ſemper eliciaŕ
ex æquali conatu. Quod igiŕ dŕ
de contemplatiuis, verū eſt de
deuotione, hoc eſt de delectatio
ne conſequente actū, non autē
de ipſo actu amandi elicito, q̨
qñq; eſt intenſior & magis me
ritorius, licet ipſum ſequaŕ mi
nor delectatio, vel quaſi nulla:
& qñque minorem actū & in
ſe & in acceptatione diuina cō
comitatur maior delectio ad al
liciendum paruulos, vt auidius
ſequantur illud, cuius dulcedi-
nem prægustarunt.

AD PRIMVM de ſecun-
da via concedo ꝙ. ſ. ſ. poſſet a-
ctum cauſare immediate in vo
luntate, & ipſum tanquam a ſe
creatum acceptare tanquā di-
gnum vita æterna. ſed nec tūc
iſte actus eſſet voluntatis, vt in
poteſtate eius, nec credimus ip
ſum talem actum acceptare,
quia diſpoſuit actum liberi ar-
bitrij, & qui eſſet in ptā te eius
acceptare. Ad ſecūdum dico ꝙ
ſ. ſ. cooperari igni ad calefaciē-
dum nō eſt miraculum, coope-
rari autem aquę frigidæ ad ca-
lefaciendum, ſi tamen ſine con
tradictione poſſit ſibi cōpetere
aliqua cauſalitas reſpectu cale-
factionis, hoc eſſet miraculum.
Ita dico in propoſito, ꝙ ſ. ſ. co-
operari voluntati habituatę ad
actum eliciendum ſecundū il-
lum habitum hoc eſt de cōi le-
ge, qua Deus aſſiſtit cauſæ ſecū-
dæ ad ſuum actū, ſed ipſum co-
operari voluntati non habitua
tæ eſſet miraculum, ſi tamē vo-
luntas ipſa poſſet operari. Dico
ergo quòd. ſ. ſ. cooperaŕ volunta
ti hñti charitatē, non quidē q̨a
hēt charitatem, ita ꝙ charitas
eius ſit cā prior mouens ſ. ſ. ad
cooperandum, ſed quia. ſ. ſ. oī
cauſæ ſecundæ generaliter co-
operatur ad illum actū ad quē
ſecūdū formā ſuā ordinaŕ, qūo
eſt



eſt diligere in volūtate habitua
ta. Cum igitur dicis ꝙ prius
operaŕ. ſ. ſ. q̄ voluntas habeat
charitatē, falſum eſt, niſi intel-
ligatur de prioritate eminen-
tiæ. ſicut cauſa ſuperior: ſimul
quippe cooperatur. ſ. ſ. volunta
ti habenti charitatem, & ipſa
operatur: aut ſi concedatur ꝙ
prius cooperetur. ſ. ſ. q̄ habeat
charitatem, non ſequitur. ergo
æque poſſet cooperari volunta-
ti non habenti charitatem, q̨a
non ita cooperatur non haben
ti formam ad agendum ſicut
habenti. Ad tertium dico ꝙ ſi
per cōicationem idiomatū ope
rationes humanæ vere dicanŕ
de verbo, tñ actus proprij verbi
in natura diuina non erant in
poteſtate illius hominis, vt ipſe
inquātū hō poſſet mereri acti-
bus illis: nō. n. Chriſtus in hoc
nobis meruit, ſi fili[9] Dei q̨ erat
in carne, creauit aīas cū patre
& ſpiritu ſancto. Et ita ad pro-
poſitum non merebiŕ voluntas
mea, ſi. ſ. ſ. qūocunque coniun-
ctus ei cauſet in ea actum dili-
gēdi. Ad vltimum dico, ꝙ licet
illud faciat difficultatem tenē-
tibus ſpeciem eſſe actū primū
reſpectu ītellectus, ꝑ quē intel-
lectus pōt in actū ſecūdū, ſicut
lignū cālē calefacit calore, q̨a
ſi hoc eſſet verum eſſet difficile
ſaluare ꝙ intellectus nō infor
matus aliqua forma poſſet in
operationes, tñ ſecundū illam
viā quā dixi. di. 3. huius primi.
ꝙ obiectū, ſiue in ſe, ſiue ī ſpē,
eſt ſicut cā partialis concurrens
cū intellectu ad cāndū intelle-
ctionē, non facit aliq̄ difficulta
4. & 7. tē, quia obiectū in ſe pñs, qūo
erit in pr̄ia, ſufficit abſq; oī in
formatione ad cāndū viſionem
vel ex ſe ſolo cū intellectu. Et
ſi arguiŕ ꝙ ſine habitu informā
te pōt eſſe viſio perfecta. ergo
& fruitio perfectiſſima. Rñdeo,
nullus negat cōiter in gloria
habitū luminis gloriæ in intel-
lectu. Et iſte ex parte ītellectus
poteſt poni correſpondere cha-
ritati ex parte voluntatis. a. l. 3.

## QVAESTIO. III.

QVARTO circa au- & ponitur
gmentum charita li. 2. diſt.
tis. Suppoſito ꝙ 26. ca. 3.
charitas poſſit au- hæc. q. po-
geri, ſecundum il nitur in re
lud Augu. ad Bonifa. Charitas portationi
mereŕ augeri, vt aucta mereaŕ bus & in-
& perfici. Et ſecūdū illud Aug. ter addi-
6. de trini. c. 7. vel. 8. In rebus in tiones hic
corporeis idem eſt melius eſſe, vt infra
quod maius eſſe, aliqua autem habes alio
charitas eſt melior altera, quia quodam-
ei correſpondet maius pręmiū modo ſtilo
eſſentiale. ergo aliqua charitas
eſt maior alia: hoc inquam ſup
poſito, Quæro de mō augmen-
ti charitatis, & primo, vtrū tota
charitas præexiſtens corrūpaŕ,
cum noua induciŕ, ita ꝙ nulla
realitas eadē numero maneat
in charitate maiore, & minore.
Quod ſic arguo, quia aliàs ipſa Boet. de
forma augereŕ ſubiectiue, quia trini.
ipſa eadē manens tranſmutare
tur de minori ad maius, hoc eſt
falſum, q̨a forma ſimplex ſub- t. c. 31. &
iectum trāſmutationis eſſe nō 35.
pōt. ſecūdum auctoritatem. 6.
principiorū. ergo non pōt chari
tas ſic augeri. Contra, primo de
generatione, auctū oportet ma
nere, ergo & in augmento quo
cunque non eſt corruptio præ-
exiſtentis.

HIC DICITVR ꝙ ni- Goff. quol.
hil charitatis ꝑexiſtētis manet 7. q. 7 hāc
idē numero in charitate aucta, opi. ſequi-


ſed

tur. vv. burle. & alij plures. ſed totum qđ præfuit corrũpit,
& aliud indiuiduũ perfectius il
lo gñatur. Ad hoc ponit rõ, quia
termini ſunt incompoſſibiles
ex.2. phy. igit huius motus vel
mutationis, quo charitas auget
termini erunt incompoſſibiles.
ergo illud quod eſt terminus
t.c.26.& alibi. ad quem ſimpliciter eſt incom
poſſibile termino a quo, ergo
non includit idem numero. Cõ
firmatur iſta ratio quia ſicut in
Goff.quol. 7.q.4. ſpeciebus ponitur magis & mi-
nus pp ordinẽ eſſentialem ſpe-
cierum, ita vr ponendum ſuo
modo in indiuiduis eiuſdẽ ſpe-
ciei, ſed ſpecies perfectior quæ
dr maior, eſt ſimplititer alia na
tura ab imperfectiore, ita ꝙ ni
hil idem numero naturæ infe-
rioris manet in ſuperiore, im-
mo ſuperior eſt perfectior in fe
riore, quia actualior, vt patet in
formis ſubſtantiarum ſepara-
tarum, vnde Deus qui eſt actua
liſſimus eſt ſimpliciſſim⁹. ergo
in indiuiduis eiuſdem ſpeciei
nihil imperfectionis idem nu-
mero manet in perfectiore.

CONTRA iſtam poſitio-
nem arguitur. ſex vijs.

Quarum prima ſumitur ex
præſuppoſitione formæ in au-
gmento illius formæ, & ſecun-
dum iſtam viam arguo primo
ſic. licet non neceſſe ſit Deũ au-
gere charitatem in illo inſtan-
ti in quo elicitur actus merito
rius, quo meretur charitas au-
geri, tamen poteſt tunc augere
charitatem, ita quod augmen-
tum quod quis meretur, ſimul
tpe det qñ actus elicitur. Ex hoc
arguo, iſte actus qui meret au-
gumentũ charitatis eſt merito-
rius. igitur præſupponit charita
tem in iſto inſtanti, in quo eli-
citur, quæro quam. non iſtã no-
nam partem, quæ acquirit, qa
iſta ſequitur actum ſicut præ-
mium meritũ, ergo præſuppo-
nit iſtã q̃ præexiſtebat, & ꝑ con
ſequens nõ corrũpit illa in illo
inſtanti, quia ſi ſic, tunc in illo
inſtanti non poſſet actus meri-
torius elici, in quo tamen quis
meret augmentum charitatis.
Si aũt proteruiat quis, ꝙ Deus
nunq̃ auget charitatẽ in inſtan
ti, in quo hr actus meritorius
reſpectu augmenti, ſed ſemper
poſterius duratione, ꝑ eo ꝙ nõ
auget pp actum inquantũ elici
tur, ſed inquantum eſt in acce
ptatione diuina, & hoc mõ ma
net poſt inſtans, in quo elicit,
& tunc poſt ipſum confert au-
gmentũ. Licet iſta mõo oĩo
ſit improbabilis, pro eo ꝙ non
euadit difficultatẽ in alijs, pri-
mo quidẽ quia in virtutib. mo-
ralibus & intellectualibus, vir
tus auget per actũ elicitũ, & nõ
qñ actus ille nõ eſt, quia qđ nõ
eſt nihil cãt, ergo qñ actus ille
ineſt, tunc eſt rõ augendi habi-
tum. ergo ſi tunc generetur no
uum indiuiduum, & corrumpi
tur indiuiduum quod præfuit,
ſequitur ꝙ actus augmẽtatiuus
habitus non elicietur ab habi-
tu, ſed a ſola potentia, quod vi-
detur inconueniens, quia tunc
ſecundum dicta in præceden-
ti quæſtione actus augmenta-
tiuus habitus eſſet imꝑfectior,
quàm alius nõ augmentatiuus
habitus elicitus ab habitu.

Et ſi etiam concedat conclu-
ſionem, quòd actus augmenta-
tiuus habitus acquiſiti elicitur
a ſola potentia, quamuis hoc
videatur inconueniens, non ta-
men euadet hãc difficultatem
ſpecialẽ, ſi ponatur ſpecies in-
telligibilis augeri per actus in-
telli-



telligendi, quia non poteſt ille
actus elici a ſola potentia cir-
cunſcripta ſpecie, quia ſicut pa
q.6.&7. tuit diſ. 3. huius primi, non ſuf-
ficit intellectus ſine ſpẽ ad actũ
intelligendi eliciendũ. ergo nõ
põt aliqua intellectio augere
ſpẽm, qua elicitur a ſola poten
tia, illa igit intellectio augmen
tatiua ſpeciei præſupponit ſpe
ciem, & nõ illud indiuiduũ, qđ
gñatur, ergo indiuiduum præ-
exiſtens non corrũpit. Qđ ſi ne-
get intellectionẽ augere ſpẽm
intelligibilẽ. Vltima inſtantia
ad propoſitũ eſt iſta: volũtas ꝑ
actũ ſuũ põt remittere actũ in
telligẽdi, qđ probat, qa poteſt
totaliter corrũpere intellectio-
nẽ, & amouere intellectum ab
hoc actu, & tñ volitio illa re-
miſſiua intellectionis pſuppo-
nit neceſſario intellectionẽ, nõ
aliquã nouã q̃ ſequat ipſam vo
litionem. patet igitur aliquam
præcedentem ipſam volitionẽ.
& per conſequens intellectio
præexiſtens non corrumpitur
per eam.

Si nullum agens põt intende
re formã, q̃ inuenit in paſſo ꝑ
fectiorem illa quam poſſet ip-
ſum ex ſe cauſare in paſſo, tota
rõ ſecunda deficit, quia tũc nũ-
quam actus intendit habitum;
niſi ad tm gradum, quãtũ poſ-
ſet ex ſe inducere, & ita illum
poſſet inducere ſi erit nouum
indiuiduum, ſed nihil præexi-
ſtentis maneret idem, ſed quia
eſt verũ ꝙ actus vltimus æque
ĩtenſus cũ primo intendit habi
tũ vltra gradũ inductũ per pri-
mũ, vel ẽt ſecundũ. iõ prima
propoſitio vr neganda. Sed tũc
ad dubiũ an ita ſit in calore ꝙ
calor remiſſior adueniens intẽ
dit intenſiorem inuentum in
paſſo, vr ꝙ non, ſicut hic. Põt di
ci ꝙ agens vniuocum non intẽ
dit intẽſiorem formã ſuam in-
uentam in paſſo, ſed magis ecõ
uerſo. Agens æquiuocũ inten-
dit, quia natũ eſt agere in hoc,
& ſua forma eſt nobilior gra-
du effectus æquiuoci, licet non
poſſet ex ſe ſtatim in tantũ gra
dum effectus æquiuoci, ita ꝙ
lumen intenditur in infinitũ,
ſi luminaria eiuſdem ſpeciei
infinita apponantur circa me-
dium, quorum quodlibet intẽ-
dit lumen in illo medio.

Secunda via eſt ex perfectio-
ne illius formæ quæ inducitur
per argumentum, vbi arguo pri
mo ſic. In actibus augmentati-
uis habitus actus decimus po-
teſt eſſe imperfectior primo, &
tñ ꝑ actũ decimũ augetur habi
tus ad aliquem gradum, ad quẽ
non potuit primo augeri ꝑ pri-
mum, vel ſecũdũ actum, quod
non poſſet eſſe ſi totum præexi
ſtens corrumpatur, quia perfe-
ctio primi, vel ſecundi actus in
ſe erat maior & per cõſequens
indiuiduum in cuius generatio
nem potuit primus actus, po-
tuit eſſe perfectius illo indiui-
duo, in quod potuit decimus
actus. ergo ꝙ pfectius ſit illud,
quod ſequit decimum, quã pri-
mum, non erit, quia nouum
indiuiduum generatur virtute
decimi, ſed quia præexiſtenti
generato per actus præcedẽtes
aliquid additur, & ita mane-
bit præexiſtens. Si dicatur ꝙ p̄-
cedentes actus eliciti a charita
te maneant in acceptatione di
uina, licet non in ſe nec in alio
impreſſo a ſe, vel ab eis. Non
ſoluitur argumẽtum in acquiſi
tione habituum naturalium &
moralium.

Præ-

Præterea, ratio non ſoluitur in
agentibus naturalibus: pono.n.
ꝙ alicui calido in nouem gra-
dibus adueniat aliquod calidū
in gradu minori, illud poteſt
aliquo modo intendere calidū
illud nouem graduum, & per
cōſequens illud quod eſt in ter
mino actionis, eſt perfectius in
caliditate quàm ſit ipſum agēs
adueniens, & augmentans, hoc
eſſet impoſſibile, ſi eſſet indi-
uiduum nouum generatū per
actum illius calidi iam præſen
tis. Probatur maior per philo-
ſophum 8. Phyſ. Virtus exten-
ſa maior eſt in maiori magni-
tudine, igitur ſi a principio vir
t.c. 78. & inde. tus in maiori magnitudine ap-
proximetur paſſo magis aget,
ſed parum eſt quo ad actionē,
ſi ſit vna continua magnitudo
maior, vel multæ ſint æquales
illi vni contiguatę. igitur cali-
dum minus, extenſiue cōtigua-
tū magis aget quocunque cali-
do a principio facto ad perfe-
ctiorem formam inducendam,
ſi igitur a principio magnū ca-
lidum per ſe ageret, non indu-
ceret formā, quantam induce-
ret, ſed ſi aliud parum erit ſibi
additū, igitur reliquū paſſum
in potentia ad gradum induci-
bilem ab illo minori calido ſi
coegiſſet, igitur minus adue-
niens reducet ad actum illum.
Reſpondeo, totum conceditur
vſque ad vltimam conſequen-
tiā, ſed illa negatur, q̃a minus
adueniens nō inuenit paſſum
in diſpōne cōtraria, quam poſ-
ſit vincere, ſed ab illa vincitur.
Ideo ſimpliciter patietur, & ſi
quid modicum contra agat, hoc
erit remittendo intenſius, ſed
finaliter vincetur. Nec poteſt
euadi hoc per ordinem graduū,
puta quòd agens poteſt redu-
cere ad gradum perfectiorem
illud paſſum, quod fuit ſub a-
liquo imperfectiori gradu, qđ
non potuit in principio redu-
cere, ſicut agens poteſt anima-
re paſſum, quod prius fuit or-
ganicum, & tamen non orga-
nicum non poteſt reducere ad
perfectionem tantam, & hoc
propter ordinem formarum,
vel graduum in forma, propter
quem ordinē exiſtens ſub im-
perfectiori poteſt ſtatim duci
ad perfectius, non ſic ſi non eſ-
ſet ſub illo gradu. Non valet
inquam hæc reſponſio, quia ſi
calidum 8. graduum intendat
calidum decem graduum, &
iſta intenſio fiat per caloris cor
ruptionem præexiſtentis, & ge-
nerationem noui indiuidui,
igitur in illo inſtanti in quo ge
neratur calidum 10. graduum
genitum excedit in perfectio-
ne ipſum generans, quod eſt
impoſſibile igitur non fit ſic
*augmentatio. Tertia via ſu- a.l.in
mitur, & accipitur in natura-
libus, & in actione contrarij
per contrarium, calidum enim
agens in frigidum antequam
corrumpat totaliter frigidum,
remittit ipſum, ſi in iſta re-
miſſione generatur indiuiduū,
quæro a quo generante, ſi non
fugiatur ad agens vniuerſale,
quæ fuga eſt hic irrationabilis,
nō poteſt aſſignari aliquod par
ticulare generans huius indi-
uidui, quia calidum remittens
frigidum non poteſt per ſe ge-
nerare aliquod indiuiduum fri
gidi. igitur nec nouū remiſſum.
Quarta via ſumitur ex hoc qđ
philoſophus concedit eo modo
motū in accidentibus, quo ne-
gat ī ſubſtātijs, & per cōſequēs
magis



magis & minus in accidētibus,
ſicut requiruntur ad motū, non
ſic in ſubſtantijs: ſi aūt nō eſſet
augmentū in accidenribus, niſi
1. Phy. t.c. 1. & 10. ꝑ corruptionē præexiſtentis, &
gñationē noui. & tali mō pōt
inueniri magis & minus ī ſub-
ſtantijs, igitur non ſaluatur ma
gis motus hic, q̃ ibi. Quinto ar-
guitur per hoc, ꝙ natura ſub
determinato gradu magis vel
minus eſſet ſpecies ad indiui-
dua. & hæc erit ſpecies inferior
contenta ſub ſpecie naturæ. &
ita nulla ſpecies naturæ inten-
ſibilis, vel remiſſibilis erit indi
uidua, ſeu ſpecialiſſima. conſe-
quentia prima probatur, quia
quicquid dicitur per ſe in quid
de indiuiduis, & eſt per ſe vnū
eſt ſpecies eorū: natura in de-
terminato gradu tali vel tali di
citur in quid de indiuiduis, &
eſt per ſe vnū, quia tota natura
ſecundū hunc gradū eſſentiali-
ter eſt eorū quæ habent naturā
in tali gradu. & gradus nihil ad
dit qđ accidat naturæ. patet er-
go ꝙ natura ī tali gradu eſt ſpe
cies, patet ēt ꝙ natura ī tali gra
du eſt minus cōe ſpecie naturę
in ſe. igitur erit ſpēs inferior in
ordine naturæ. Sexto, & vltimo
arguitur, quòd ſi ratio addu-
cta propoſitione valeret, con-
cluderet eodem modo de quā-
to molis, ſicut de quanto virtu-
tis, & ita quando quantum mo
lis augeretur, nihil proprie ma
neret idem. ergo in augmenta-
tione proprie dicta quantitas
molis aucta non remaneret ſe-
cundum quantitatem præexi-
ſtentem, quod videtur inconue
niens. Reſpondetur ſecundum
iſtam poſitionem concedendo
concluſionem, ꝙ ita eſt nouum
indiuiduum quanti molis, qñ
aliquid eſt maius, ſicut aliquid
intēſius eſt aliud īdiuiduū qua
litatis vel quantitatis virtualis.
Sed cōtra hoc arguitur, q̃a duo
vñr ſequi inconuenientia. Pri-
mo, ꝙ ſi rarefiāt ſpēs vini, erit
quantitas molis maior q̃ prius,
q̃a rarefactionē concomitatur
maior quātitas. ergo illa quāti-
tas quę fuit vini nō manet poſt
rarefactionē. igitur nec manet
ibi ſanguis, q̃a nō tenetur cōi-
ter ibi ſanguis manere, niſi quā
diu manēt accidentia, quæ* effe
cerūt vinū cōuerſum. Aliud in- a.l affecerunt.
conueniens, q̃a tunc videreř ꝙ
talis rarefactio non poſſet eſſe
virtute agētis naturalis, vel ꝙ
ageret agens naturale non præ.
ſuppoſita materia aliqua, vel
ſubiecto, patet, quia ibi nō præ
ſupponitur materia ſubſtātia-
lis, quia ibi nō eſt ſubſtātia al-
terabilis, nec ēt præſupponitur
ibi quantitas eadē numero ma
nēs per te. & tñ agens naturale
pōt (vt vř) ſic rarefacere, vel cō-
denſare iſtas ſpecies, igitur agēs
naturale poteſt agere non præ-
ſupponēdo aliquid in ſua actio
ne. Ad iſta inconuenientia re- Goff. vbi prius.
ſpondetur. Ad primū ꝙ quan-
diu manent accidentia ſimilia
illis, quæ * effecerunt vinum, a.l. affecerunt.
manet ſanguis, licet aūt nō ma
neant eadem, manent tñ ſimi-
lia poſt rarefactionē. Ad aliud,
conceditur ꝙ virtus naturalis
poteſt agere nullo manente cōi
ſub terminis, non tamen creat,
quia hic poſterius naturali or-
dine ſequitur prius, ita non eſt
in creatione. Contra iſtas re-
ſponſiones arguitur. quia cum
quātitas illà nouā numero dif-
ferat a præexiſtente, & nō alio
modo differat quantitas aquæ
a quantitate vini, niſi numero
tan-

tantum, quia non ſpecie. patet, ſequitur quòd propter talem permanentiam accidentiũ ſpecie non numero non plus manet ſanguis ſub quantitate iſta noua, quàm maneret ſub quantitate aquæ ſi ibi eſſet, præcipue cum iſta quantitas noua non magis inclinetur ad * afficiendum vinum, cuius quantitas fuit prior quàm ad * afficiendum aquam. Contra aliam reſponſionem, videtur eſſe inconueniens, quòd virtus naturalis actiua non ſupponat in actione ſua ſubiectum. Præterea, quæro quomodo vnũ iſtorum ſequitur ad reliquum, aut ſine actione naturalis agentis, & hoc eſt manifeſtum inconueniẽs, quia tũc agẽs naturale fruſtra ageret, quia ſine eo illud conſequens adeſſet. ergo nõ ſequitͣ niſi per actionem naturalis agentis. ſed tale agẽs non poteſt ponere effectum in eſſe ſine cã materiali, niſi poſſet creare, qđ repugnat naturali agenti. Præterea, ſecundũ hoc poſſet dici ꝙ agens naturale effectiue inducit animam intellectiuam, quia ipſa naturali ordine conſequitur ad organizationem corporis. conſequens habetur communiter pro inconuenienti.

** a. l. efficiẽdum.*
** a. l. efficiẽdum.*

AD QVAESTIONEM, igitͣ propter rationes improbantes iſtam opinionẽ & præcipue duas vel tres primas teneo concluſionem oppoſitam, ꝙ realitas illa poſitiua quæ erat in charitate minore, manet eadẽ realiter in charitate maiore, qualiter autem hoc fit, patebit in ſolutionibus ſequentium quęſtionum. Ad argumentum in oppoſitum, dico ꝙ non ſequitur. manet forma eadem in indiuiduo perfecto, & imperfecto. ergo ipſa mutatur ſubiectiue, quia nõ manet ſicut materia ſub forma, ſed ſicut natura in indiuiduo, ſupra quam quidlibet indiuiduũ aliquid addit. Et ratio defectus cõſequẽtiæ eſt, qa illud qđ eſt ſubiectum vnius indiuidui naturæ, eſt etiam ſubiectum alterius indiuidui, & illud ẽt eſt poſſibile, & mutabile ab indiuiduo in indiuiduũ. ipſa autẽ forma ſicut vnius indiuidui non eſt ſubiectum, ita nec alterius. & per conſequens nec mutabilis de vno ad aliud.

*Alia quæſtio addita aliqualiter cõpoſitor priori.*

SVPPOSITO charitatẽ poſſe augmentari, quia ſecundum Auguſt. 6. de trini. c. 7. In his quæ non mole magna ſunt, hoc eſt maius eſſe, quod melius eſſe, quæritur de modo augmentationis. Et primo vtrum in augmentatione charitatis, charitas pręexiſtens corrumpatur cũ noua inducitur? Quod ſic, quia ſi non corrumperetur, tunc forma charitatis mutaretur de minori ad maius. hoc eſt falſum, quia forma ſimplex ſubiectũ tranſmutationis eſſe non poteſt. Cõtra. primo de generatione, oportet auctũ manere. ergo & charitatem præxiſtentem auctam per nouum gradum charitatis ſequentis oportet manere, & non corrumpi.

*Boe. de trini. lib. 1. c. 3.*

*T. c. 31. & 45.*

*Coſ. vt ſupra. ethic.*

HIC DICITVR ꝙ in omni intenſione cuiuſcunque formæ de nouo aduenientis gradus formæ præcedens corrumpitur in aduentu alterius gradus ſequentis, quia termini motus ſunt incompoſſibiles. gradus iſte præexiſtens & ille de nouo adueniens in illa augmẽtationis mutatione formæ ſunt termini-



termini illius mutationis. ergo non ſunt ſimul, igitur vna corrumpitur in aduentu alterius. ergo &c. Huic opinioni addo duas confirmationes, prima ſit iſta. Eodem modo ſe habẽt magis & minus in eadem ſpecie, quomodo ſe habent proportionabiliter magis & minus in diuerſis ſpeciebus, ſed in diuerſis ſpeciebus quãto vna ſpecies eſt perfectior alia, tanto perfectius continet eam, & modo ſimpliciori, ita ꝙ ſecunda ſpecies contenta ab ea non facit additionem ad ipſam, igitur cum ſimplicitas ſit perfectio in omnibus formis, videtur etiam ꝙ in eadem ſpecie forma ſimplicior ſit perfectior non habens gradum, vel formam præexiſtentẽ ſibi additam. Itẽ, conſimili modo ſe habent maius & minus in formis accidentalibus, quomodo ſe habent in formis ſubſtantialibus, ſi in ſubſtãtia eſſet maius & minus. Sed ſecundũ omnes ponentes maius & minus in forma ſubſtantiali ſubſtãtia perfectior & in eadẽ ſpecie eſt ſimplicior alia non faciens additionem cum minus perfecta, ſed continens aliam modo ſimplici, vt ponitur de anima Chriſti, ꝙ non fuit compoſitior anima Petri, ſed ſimplicior, & tamen perfectior in eſſentia animæ. igitur eodem modo de forma accidentali. Contra iſtã opinionem arguitur ſic. ſuppoſito quòd poſſibile ſit Deum augere charitatem in illo inſtanti, quo elicitur actus meritorius. ponatur igitur in eſſe, quòd tũc augeat. quæro tunc a qua charitate elicitur actus iſte meritorius, quia neceſſario ab aliqua charitate elicitur, vt prius oſtenſum eſt, non a charitate infuſa de nouo, quæ augebat charitatem in illo inſtanti, in quo fuit ſub actu, quæ eſt primum talis actus, & ſequitur aliquo ordine actum illum meritorium, nec elicitur a charitate pręexiſtente, quia ſecundum te illa corrumpitur, nam in infuſione poſterioris charitatis corrumpitur prior. igitur in illo inſtanti in quo charitas augetͣ, eſt actus meritorius, & tamen a nulla charitate quod eſt impoſſibile. Dices, quòd Deus non auget charitatem in illo inſtanti, quo elicit actum meritorium, ſed actus charitatis tranſit, & ſtat in acceptatione diuina tanquã quoddam remunerabile, & tunc Deus acceptando actum meritorium dat poſt augmentationem charitati præexiſtenti, vt quoddam prǫmium actus. & non dat ſimul in eodem inſtanti præmium cum merito, ſicut non dedit angelis bonis in primo inſtanti naturæ in quo meruerunt beatitudinem, ſed in alio inſtanti naturæ poſteriori. Contra. licet iſtud poſſet dici in propoſito de virtutibus infuſis, non tamen poteſt dici in augumentatione virtutum naturalium, moralium, & intellectualium, & maxime moralium. Nam virtus moralis augetur per actus morales. ſicut generatur ex eis. 2. Ethy. actus igitur qui augmentat & auget virtutem moralem non auget niſi quando eſt: quando igitur auget, quęro vtrum eſt ab aliqua virtute vel non, ſi ſic a qua virtute? non præcedẽte. quia illa corrumpitͣ, nec a gradu quem nũc facit. qa ille eſt poſterior, ſicut effectus ſua

ſua cauſa. igitur quando auget virtute non eſt ab aliqua virtute, ſed hoc eſt impoſſibile, quia tunc non eſſet virtuoſus, & tamen generaret virtutem, quod eſt cõtra philoſophum.2. Ethy. & contra omnem intellectum, quia ex ſimilibus actibus ſimiles actus generantur. Eodẽ modo poſſet argui de habitu intellectuali intelligibili, dum eſt actus ſpeculandi, augmentatur habitus intellectualis, vel ſpeculatiuus, quia quod non eſt nihil facit, ſed ille actus non eſt ab habitu præcedente, quia tũc non eſt talis habitus, ſed corrũpitur in illo inſtanti, in quo eſt augmentatus, nec a gradu ſequenti, quia ille ſequitur. igitur non poteſt dici ꝙ talis aliquo modo augeat, quia nullus eſt terminus aliunde, per quẽ fiat augmentatio. Item voluntas poteſt remittere actum intelligendi, quia poteſt omnino per ſuum velle actum eius corrumpere auertendo ipſum a cõſideratione omnis obiecti ſecũdarij, ne ipſum determinate cõſideret, ſed omnem actum volũtatis naturaliter p̃cedit actus intellectus. In illo igitur inſtanti in quo volũtas remittit actũ intellectus per actum ſuum imperatum, oportet intellectum eſſe in actu ſuo non in actu intenſo preexiſtente, qa ille actus non manet intenſus, quando voluntas ſic eum remittit per poſitum. nec in actu remiſſo, qa ille naturaliter ſequitur actum voluntatis. igitur ſi actus remiſſus non ſit aliquid realitatis actus intenſi, ſequitur ꝙ in illo inſtanti in quo voluntas eſt in actu ſuo reſpectu alicuius obiecti, ꝙ reſpectu illius obiecti nõ ſit naturaliter prius intellectus in actu, & tunc voluntas vult in cognitũ, quod eſt impoſſibile.

Secundo arguitur ſic. ſuppoſito ꝙ actus ſecundus, vel tertius poſſit intendere habitum, licet non ſit perfectior nec intenſior primo actu. tunc arguo, ſi actus poſterior intendit habitum, & tamen non eſt neceſſario intenſior nec perfectior actu quocũque præcedente: non igitur generat nouum indiuiduum charitatis perfectius, quod eſt contra te. probatio conſequẽtię, qa actus generans habitum nõ poteſt ipſum generare, niſi ſecundum proportionẽ ſuę virtutis: ſi igitur iſte actus qui eſt imperfectior primo actu generat indiuiduum charitatis & perfectius hic. vel erit in virtute actũ præcedentium, & tunc manent, & non corrumpuntur ſicut ponit opi. vel virtute propria, & tunc effectus erit perfectior ſua cauſa totali in virtute, quod eſt falſum. Tertio ſic, calidum corrũpens frigidum prius remittit frigidũ. cum enim ſint duo motus ſimul intenſio & augmentatio in calore, & remiſſio in frigiditate motus. ſ. intenſionis caloris & remiſſionis frigiditatis. igitur ſecundum hanc opi. generatur nouum indiuiduum frigidi. Quæro tunc terminum a quo iſtius motus ad frigiditatem, non poteſt dici ꝙ frigiditas maior præcedens, quia illa frigiditas corrumpitur: nec ſequens gradus frigiditatis remiſſior, quia tunc effectus excederet ſuam cauſam in entitate & perfectione, quod non eſt intelligibile ſecundum Augu. ſuper Gene. & 83. q. q. 2. *T.c.17.& 87.* Item, omne quod mouetur, dum mouetur, partim



partim eſt in termino a quo, & partim in termino ad quem. 6. phyſi. ſi igitur calidum agat in frigidum in toto motu frigidũ habet aliquid de termino ad quem. ſ. de calido. ſi igitur in toto motu non remittatur frigidum antequam corrumpatur, ſequitur ꝙ contrarium in ſummo, & non remiſſum ſit cũ aliquo gradu ſui contrarij: & cũ non habeant iſtæ formæ latitudinem, ſequitur ꝙ contraria in ſummo poſſunt eſſe ſimul, remittatur autem frigidum. igiť ſecundũ hanc opinionem generatur aliud ſuppoſitum frigiditatis, ſed illud non generatur ex frigido præcedente, quia illud corruptum eſt. igitur generatur ex calido, & ita calidum generaret frigidum, quod eſt impoſſibile. Item quarto ſic. ſi ſemp corrumpitur forma præcedens, ſequitur ꝙ non poſſit eſſe motus ſecũdum gradus formę qualitatis, quia ſtatim quando receditur a termino a quo, generatur alia foma, igitur tantum erit motus in qualitate ſecundum gradus mobilis, ſed hoc eſſet falſum, quia tunc eſſet motus continuus, cuius tamen partes non copularentur ad aliquẽ terminum communẽ, quia mutatio copulans, quæro in quo eſt, aut eſt in aliquo diuiſibili, aut in aliquo indiuiſibili, non in parte diuiſibili, quia nulla pars tota ſimul alterať, ſed pars ante partem ſecundum iſtã opinionem, igitur eſſet iſta mutatio in indiuiſibili, & ita punctꝰ fieret calidus. Item ſequitur ẽt, ꝙ omne calefactibile, dum calefit, infinitis caloribus calefiat, quia ſi fiat motus præciſe ſecũdum gradus mobilis ſucceſſiue cum infinitę partes ſint in mobili, vt in calefactibili ſaltem in potentia, & nulla pars mobilis in eodem gradu caloris calefieret cum alia, ſed alio calore & in alio gradu, ſequitur ꝙ totum fiet calidum infinitis gradibus caloris, quod eſt impoſſibile. Præterea, ratio eorum non valet, quia tunc cõcluderet vniuerſaliter de omni augmento, & ita in augmẽto corporali terminus pręcedens, & gradus augmentans eſſent incompoſſibiles, quod eſt deſtruere augmentum. Reſpondetur ſecundũ iſtã viam concedendo concluſionẽ, ꝙ ita eſt nouum indiuiduum quanti molis, quando aliquid fit maius. ſicut quando aliquid fit intenſius ſecundum virtutẽ fit nouum indiuiduum intenſionis. Sed contra hoc videntur ſequi duo inconuenientia. Primum ꝙ ſi rarefiant ſpecies vini in ſacramento altaris, erit quantitas eius maior ſecũdum molem, q̃ prius: quia talem rarefactionem concomitatur maior quantitas, quantitas autem quæ fuit vini, poſt rarefactionẽ non manet ibi, ſed corrumpitur ſecundum iſtam opinionẽ. igitur non manet ibi ſanguis poſt rarefactionem ſpeciei vini, quia non tenetur communiter ꝙ ſanguis ibi manet niſi q̃diu manent accidentia & ſpecies accidentium quæ affecerũt vinum conuerſum in ſanguinem. *De hoc in 4.diſt.10. & 12.q. 5.& 6.* Aliud inconueniens ſequitur, quia tunc videretur ꝙ talis rarefactio non poſſet eſſe virtute agentis naturalis, vel ꝙ agẽs naturale ageret de nihilo. nulla materia vel ſubſtãtia præſuppoſita, quod videtur impoſſibile. conſequentia paret, quia ibi

ibi non præſupponitur in tali rarefactione materia ſubſtantialis, quia ſubſtantia non eſt ibi alterabilis; nec præſupponitur etiam per te eadem quantitas numero manens ante rarefactionem, & tamen agens naturale poteſt iſtas ſpecies ſic rarefacere & condenſare, & ita agens naturale poteſt agere nihil præſupponendo ſuæ actioni. Reſpondetur ad iſta inconuenientia. Ad primum dicitur, ꝙ q̄diu manēt accidentia ſimilia illis quæ affecerunt vinum, manet ſanguis: licet autem nō maneant eadem, manent tamē ſimilia poſt rarefactionem. Ad aliud conceditur ꝙ virtus naturalis poteſt agere nullo manen te communi ſub terminis, non tamen creare, quia hoc poſterius naturali ordine ſequitur prius. igitur non eſt in creatione. Contra iſtas reſponſiones arguitur, quia cum quantitas illa noua numero differat a præexiſtente, & non alio modo differat quantitas aquæ a quantitate vini, niſi numero tantum, quia non ſpecie, patet. ſequitur, ꝙ propter talem permanentiā accidentium eorumdem ſpecie non numero, non plus maneat ſanguis ſub quantitate illa noua, q̄ maneret ſub quantitate aquæ ſi ibi præciſe eſſet, cū iſta quantitas noua non magis inclinetur ad afficiendum vinū, cuius quantitas fuit prior, q̄ ad afficiendum aquam. Contra ſecundam reſponſionem, quæro quomodo vnum iſtorum ſequitur ad alterum, aut ſine actione agentis, & hoc eſt manifeſtum inconueniens, quia tunc agēs naturale fruſtra ageret, qa ſine eo illud conſequens eſſet. igitur non ſequitur, niſi p actionem agentis naturalis: ſed tale agens non poteſt ponere effectum in eſſe ſine cauſa materiali, igitur per dictam conſtitutionem in eſſe nō prohibetur creatio, vel actio talis, qualis repugnat agenti naturali. Præterea ſecundum hoc poſſet dici quòd agens naturale effectiue inducit animam intellectiuam. qa ipſa naturali ordine conſequitur ad organizationem corporis, conſequens habetur communiter pro inconuenienti. Cōcedo. ergo concluſionem iſtarū rationum, & ꝙ illa realitas poſſitiua, quæ eſt in charitate minore, manet eadem in charitate realiter maiore, nec corrumpitur, niſi quantum ad eſſe q̄d habuit prius per ſe, & manet in alio vt pars in toto. Exemplum de materia per ſe vel forma per ſe, quæ non corrumpuntur vt ſunt in toto, ſed manent perfectius in toto, q̄ quando habuerūt eſſe per ſe. hoc patet in quātitate molis quando augmentatur. Ad rationem illius opinionis dico, ꝙ termini motus per ſe, cuiuſmodi ſunt priuatio & forma, ſunt incōpoſſibiles, ſed forma remiſſa & ipſa augmentata nō ſunt per ſe huius termini motus, quia forma remiſſa non eſt priuatio, ſed potentia quædam, non tamen oportet ꝙ forma, quæ per accidens concomitatur terminum a quo per ſe corrumpatur. Ad primam cōfirmationem dico ꝙ eſt oppoſitum, quia ordo ſpecierū eſt ſecūdum eſſentias & quiditates, & ideo vna non continet eſſentiam & quiditatē alterius, ſed ordo ſecundum gradus eiuſdē formæ eſt ſecundum partes ma-

*Eadem cō cluſio qua prius.*





teriales, quę poſſunt eſſe ſimul, & forma quanto eſt ſub talibus pluribus gradibus formæ, tanto eſt intēſior & perfectior. oppoſito igitur modo eſt hic, & ibi. Ad aliam confirmationem dico, quòd eſt ad oppoſitum, quia philoſophus eo modo quo concedit maius & minus in accidentibus, negat in ſubſtantijs maius & minus: hic autem, ſcilicet in ſubſtantia non negat ſecundum partes molis, immo ſic concedit ibi. igitur iſto modo negat maius & minus in accidentibus. ſ. ſecundum partes molis. negat autem in ſubſtantijs maius & minus ſecundum gradus formæ. igitur iſto modo concedit in accidentibus. vnde quia ponit formam ſubſtantialem in ſe indiuiſibilem, ideo nullum gradum formæ ponit cū alio, oppoſito modo in accidentibus: quia forma accidētalis eſt diuiſibilis ſecundum gradus. ideo quilibet gradus compatitur alium, & perficitur eo. Ad rationem principalem, dico ꝙ forma nō eſt ſubiectū mutationis, ſed ſe habet reſpectu diuerſorum graduum eius, ſicut ſpecies ad duo indiuidua, quæ de nouo habent eſſe ſpeciei, quia cum multiplicantur indiuidua de nouo, ſpecies modo eſſe incipit in vno indiuiduo, & modo in alio. vnde non eſt motus formæ ſecūdum iſtos gradus, quia non ſunt accidentia ſuperaddita naturæ formæ, ſed ſunt modi intrinſeci dicentes certum gradum quantitatis virtualis illius formæ &c.

*Oppoſitū tamē ſēſit Auer. de celis 3. co. c. 67.*

Contra Goffre. ſunt duæ rationes ſupra ad minus. vna ꝙ in alteratione nulla ſit mutatio continua, quia eius vt ſubiecti, alia quia mobile ſimul erit calidum multis caloribus, quia in motu pars remotior a mouente non eſt tam intenſa in forma cum propinqua, ſed quod ponitur ibi ſupra. hic ſub vacat. non eſt certum quòd ibi ſupponitur, quòd. ſ. remiſſius adueniens intendat intenſius. & quantumcunque ſecundum gradum, ſed magis econuerſo, & tunc paſſum eſt contrarium, quatenus imperfectum, & ideo potens vincere perfectius, ſed vincitur, ideo non agit, vel ſi quid reagit, magis remittet intenſius, vt aſſimilet, ſic non videtur inſtantia niſi de luminibus, & ſpeciebus, forte ibi minus virtuoſum primo agente intēdit eius effectum, & tamen non poſſet ſecundum ſe, niſi in remiſſius forma, quam inuenit in paſſo, quæ cauſa ibi, ſi calidum non ſic agit? Argumentū quintum oportet ſoluere, in ſumma qcquid cōcludit tūc maior eſt falſa ratione illius partis in quid, qa q̄d abſtrahit ab omni conditione indiuiſibili, etiam a magis, ſicut ab hac cæcitate 8. Meta. vt numeri magis eſt conditio indiuiſibilis non ſignata, ſicut hæc, ſed vaga, quia poteſt eſſe idem gradus, licet non idem hoc. ſed non econuerſo. non enim poteſt eſſe hoc indiuiduum, niſi ſit huius gradus. Contra, igitur gradus prius intelligitur determinare naturam quàm hic, & per ſe in illo priori aliquod accidens & communis differentia ſibi. Reſpondeo communis eſt, ſed non vniuerſalis, quia indiuiſibilis.

*Vide ſupra.*

Cōtra ſaltē pſonale p ſe eſt medium inter ſpeciē ſpecialiſſimā, & indiuiduū. Similiter quædā ſpecies ponuntur diſtingui penes gradus formæ, vt animalia penes gradus ſenſitiuæ, & angeli penes gradus intellectiuæ. Reſpondeo, ſpecies dicit quid, vel ſpecies ſpeciei ſub gradu quid. quantū virtute, quantū non eſt differentia di. 8. huius. Ad argumentum Goff. Reſpondeo, per ſe terminus a quo eſt primo indiuidui. Sed quis eſt terminus poſitiuus a quo, neceſſario requiſitus. Reſpondeo, gradus imperfectus. Contra, manet in termino ad quem. Reſpondeo, non manet actu diſtincto, ſicut fuit terminus a quo, ſed manet in potētia*intellecta ſicut pars. Contra. illud ſub omni re abſoluta manet idem reſpectus, non eſt ratio termini a quo, vel ad quem. Eadem videtur difficultas de aqua diuiſa & vnita, quis terminus a quo, & ad quē? ſi enim terminus a quo diuiſionis eſt tota aqua, & hæc pars ſeparata, & illa eſt terminus ad quem, vterque terminus præfuit idem numero ſecundum quodcūque abſolutum: eſt hic alia vis, quia ſecundū hoc aquę diuiſæ connumerantur. igitur manet eadē vnitate numerali vtriuſque, ſemper connumerantur, ſed in toto manet eadē vnitas numeralis vtriuſque, alioquin neutrum maneret eodem modo numero, & ita nō erit cōtinuatio præxiſtentium, ſed ſimpliciter generatio, & corruptio tertii ex ipſis. Qui diceret partes in toto abſoluto habere eſſe abſolutum totius, reſpectu cuius proprium eſſe ipſarū eſt materiale. 5. meta. c. de cauſa materiali, vt partes totius. poſſet dicere quòd gradus prior manet in toto ſecundum aliquod eſſe abſolutum, ꝙ non præfuit. Similiter de aqua vnita alii aquę, ſed ſemper quæritur quis eſt terminus a quo incōpoſſibilis ſecūdum aliquod abſolutum? illud non aſſignatur. Ideo breuiter reſpondeo, ꝙ terminus a quo p ſe eſt incompoſſibilis, non autē ad quem, ille eſt priuatio. Sed terminus poſitiuus a quo, non eſt incompoſſibilis termini ad quem, niſi vt coniungitur per ſe termino, niſi diuidendo incōpoſſibilitatem, quod hoc nō eſt hoc, ideſt ꝙ hoc & hoc non ſimul perficiunt idem, vt actus in actu dictincto, ſic quidem dupliciter eſt prior gradus incōpoſſibilis termino ad quem, qa nunquam eſt ille, etiam quando eſt in illo, nunquam eſt actus diſtinctus illius, cuius eſt terminus ad quem actus diſtinctus. Sed iſtorum duorum modorum diuidendo etiam prius, non ſufficit ad terminos motus, quia albedo non eſt dulcedo. Secundus non poteſt ponere oppoſitum termini a quo, propter aliquod abſolutum in ipſo: quia eſſe actum diſtinctum nihil dicit ſuper illū gradum abſolutum, vt manet, niſi præciſionem eius, quod eſt eſſe in alio, vt pars in toto, & ita ponere ſic terminum, eſt ponere formaliter ſub ratione relationis, itaque teneo illud.

T. 4. 2.

a.l. intellectus.

Ad aliud de aquis. Reſpondeo, ſicut pars in toto eſt quędam & in actu terminante generationem, quia diuiſio nō eſt generatio. nō tamen eſt in actu diſtincto, qui eſt actus cum pręciſione pcitatis, ita correſpōdet

ſibi



ſibi vnitas ſecundū primam rationem actus, & illa manet in diuiſione etiam in vnione. ſecūdū aūt rationem actus diſtincti correſpondet vnitas, quę eſt proprie principiū numeri. Ad formā, prima cōſequētia tenet loquendo de vnitate ſecūdo mō, quia numerus eſt diſtinctorum, quæcunque partes cōtinuę ſunt vnū numero, loquendo ſtricte de numero alterius, minor eſt falſa, de vnitate numerali. ſcđo modo vera eſt prima. nec tamē ſequitur idem habere duas vnitates numerales, ſed idem ſecūdum eſſe abſolutum habet vnicam proprietatem, dū manet: ſecundum autem eſſe pręciſum correſpondet ſic, vnitas connumerata, & ſicut accidit ſibi eſſe præciſum, ita accidit ſic ſuam vnitatem eſſe connumeralem, qn̄ enim ſuum eſſe eſt pręciſum ſua propria vnitas eſt connumeralis: quando vero non, ſed eſt ī alio præciſe vt aliquid eius, tūc ſua ſecundum ſe vnitas ꝓpria nō eſt cōnumeralis, ſed aliquid vnitatis connumeralis. Ita quod illud quod dicitur vnitatem eſſe proprie cōnumeralem, requirit ipſam eſſe præciſam, qa numerus eſt diſtinctorum.

QVINTO. Suppoſito quòd charitas prior non corrumpatur quando augumētatur charitas, quæro propter aliam op. de augmento charitatis. Vtrum illud poſitiuum charitatis præexiſtētis, quod manet in augmento, ſit tota eſſentia charitatis intenſe? ita quòd ſi poneretur charitas intenſa ſine ſubiecto, nullam realitatem haberet poſitiuam in ſe eſſentialiter aliam ab illa, quæ præfuit in charitate remiſſa. Et quòd hoc modo realitas charitatis præexiſtentis ſit tota eſſentia, & realitas charitatis actiue probat. Primo, quia. 8 meta. formæ ſunt ſicut numeri quo ad hoc, ꝙ ſicut numerus quilibet additus numero numerum variat, ita quilibet gradus in forma additus variat ſpeciē, ergo in eſſentia huius formę nō poteſt addi aliquid manente eadem ſpecie, Supponitur autem ꝙ intenſa eſt eiuſdem ſpeciei cum remiſſa, ergo non additur ibi aliquis gradus vltra realitatem ipſius formę. Præterea 10. meta. c. pen. dicit philoſophus ꝙ differentiæ formales mutant ſpeciem, differentia graduum in eſſentia formæ ſi eſſet, eſſet differentia formalis. ergo &c. Pręterea, Porphyrius dicit ꝙ differentia formalis non recipit magis nec minus, eſſe inquit vniuſcuiuſque vnū, & idem eſt, neque intenſionem recipiens neque remiſſionem. Præterea auctor. 6. principiorum. forma eſt ſimplici & inuariabili conſiſtens eſſentia. Præterea, ſi realitas aliqua aduenit præexiſtenti, ergo charitas aucta non erit in ſpecie, quia includet aliquid accidentale naturæ ſpecificæ. vel ſi ipſa ſit in ſpecie per ſe nihil includit niſi pertinens ad naturam ſpeciei: & ita charitas minor, quæ non includit illum gradum, non erit in ſpecie.

T.

T. c. 23.

C. de differentia.

Contra. ſi charitas maior nō plus realitatis haberet, quam charitas minor. tunc charitas cuiuſlibet beati eſſet ęqualis in natura charitatis charitati xp̄i. & cum ſecūdum Auguſtinum. 6. de tri. cap. 7. In rebus incorporeis idem ſit maius eſſe, quod melius eſſe, charitas cuiuſlibet beati eſſet æque bona & merito

ria cū charitate animę Chriſti, & ita foret quilibet ęque eſſentialiter beatus cum Chriſto, q̄a prēmium eſſentiale correſpondet quantitati charitatis, quod eſt impoſſibile.

*Tho. in 2. q. 52. artic. 2.*

OPINIO innitens argumentis factis, ad primam partē videtur dicere, quòd prēſcindendo formam a ſubiecto non eſt magis & minus in forma ſecundum ſe per realitatē additā: & quia ſecundum auctoritates ſanctorum, oportet ibi ſaluare aliquo modo magis & minus, oportet ibi ponere magis & minus ſecundum ineſſe ipſius accidentis ipſi ſubiecto, quod quidē ineſſe eſt ſibi eſſe, & ita maioritas accidentis, quantum ad ineſſe attribuitur vel maiori diſpoſitioni ſubiecti, vel maiori amotioni oppoſitioni indiſponētis.

CONTRA iſtam opi. arguo primò ſic, contraria in ſummo ſunt incompoſſibilia in eodem, in gradibus vero remiſſis non. hoc non eſt niſi aliquid eſt in contrario intenſo, ꝙ non eſt in remiſſo, ſi enim tota realitas eſt in remiſſo, quæ eſt in intenſo, non eſt repugnantia intenſi ad intenſum, ſicut nec remiſſi ad remiſſum, ſed illa incōpoſſibilitas non eſt habitudo ad ſubiectum, nec ex habitudine aliqua ad ſubiectum, prior enim eſt incompoſſibilitas formarum in ſe, quam ſit formarum in ſubiecto recipiēte: quia enim ſūt incompoſſibiles in ſe, ideo non poſſunt recipi in eodem, non econuerſo, ergo iſtud qd̄ eſt rō in compoſſibilitatis in formis intēſis oppoſitis, eſt aliquid poſitiuum in eis ſecundū ſe non tm̄ in ordine ad ſubiectum. Præterea, idem non pōt bis produci. & per conſequens non pōt aliqua realitas habita per aliquā mutationem acquiri. ergo iſta realitas quę acquiritur per motū, vel mutationem intēſionis, nō eſt eadem poſitiue cum iſta quę præfuit, quia tunc illud ꝙ prēexiſtit realiter acquireretur, Item, ſuppono quòd impoſſibile eſt eſſe motum, vel mutationem realem ſine termino reali. Ex hoc arguo ſic in augmētatione charitatis, charitas minor eſt terminus a quo, & charitas maior eſt terminus ad quē, & iſta eſt productio realis. igitur neceſſario eſt ad aliquem terminum realem ſecundum ſuppoſitum, non ad realitatem quę præceſſit præciſe, quia idem nō poteſt bis produci. Realitas prēcedēs fuit terminus alterius productionis igitur ad aliam realitatem. Præterea, ſi forma eſt īdiuiſibilis dat ſubiecto eſſe indiuiſibile, & indiuiſibiliter, non enim ſubiectum eſt tale ſecundū formam, niſi quia forma eſt talis. ergo ſi forma eſt talis, ꝙ in ipſa ſecundū ſe non eſt aliqua maioritas pfectionis, nec ſubiectū ſcd̄m eā dicet̄ magis tale.

Præterea. contra illos modos quibus ponit̄ magis & minus in forma, primo cōtra illum modum de diſpoſitione ad magis & minus, ſi enim eſt eadem diſpoſitio ideſt ſecundum rationem vnius diſpoſitionis ad magis & minus, & iſta eſt forma, ſeq̄tur ꝙ ī aliqua forma eſt magis & minus. ſi autem ad aliquam formā eſt diſpō non ſecundū rōnē vnius diſpōnis ad magis & minus, ſicut volūt aliqui dicere ꝙ in aere humiditas eſt diſpoſitio ad maiorē caliditatē, & ſiccitas in igne eſt diſpō ad maiorē calidi-

*Egid. & Henr. vbi*



*iſta quotatur inferius.*

caliditatē. Primo contra illum modum de diſpoſitione ſubiecti, pp̄ q̄ dr̄ forma ſuſcipere magis & minus. Illa diſpoſitio aut eſt aliqua forma, aut non: ſi ſit forma, & ſecundū illā dr̄ ſubiectū magis & minus diſpoſitū. igitur ſequitur propoſitū ꝙ in aliqua forma eſt magis & minus. Si non ſit forma, ſecundū quā ſubiectum dr̄ tale, ſed alia forma. igit̄ ſubiectum dr̄ magis tale ſecundum illā formam pp̄ aliquā diſpoſitionē præcedentē, & tunc quærendū eſt de illa diſpoſitione, aut eſt aliqua forma, aut non, & ſic eſt proceſſus in infinitū in diſpoſitionibus, vel oportet dare magis & minus in aliqua forma. Præterea. prius oportet hr̄e diſpoſitionē, anteq̄ moueat̄ ad terminū motus, quia nihil mouet̄ ad aliqd niſi diſponatur ad ſuſceptionē eius. Cum ergo in omni motu in termino eius aliquid acquiratur, quod non p̄fuit in principio motus, ſequitur ꝙ aliquid aliud acquirit̄ in termino, q̄ illud ſolū rōne diſpoſitionis.

Dr̄ ꝙ magis & minus eſt in diuerſis ſubiectis pp̄ diuerſas diſpoſitiones nō eiuſdē rōnis, ſed contrarias, ſicut ignis dr̄ magis calidus q̄ aer, quia in aere humiditas eſt diſpoſitio ad minorem caliditatem aeris, & ſiccitas in igne eſt diſpoſitio ad maiorem caliditatem. & ideo non eſt iſta maioritas in aliqua vna diſpoſitione.

Contra hoc arguo. vna ſpecies ſecundam ſe totam videt̄ habere in ſuſceptiuo rationem vnius diſpoſitionis, ſicut ſubiectum ſuſceptiuum ſpeciei eſt vnius rationis & vnius diſpoſitionis, vnde omnia indiuidua vnius accidētis habent diſpoſitionem vnius rationis, ſicut & formā eiuſdem rationis. ergo circunſcripto omni alio, quod non eſt diſpoſitio propria, poteſt eſſe magis & minus in indiuiduis eiuſdem ſpeciei, & ita intenſio & remiſſio ſecundum formam illius ſpeciei abſque hoc, ꝙ præcedant tales diſpoſitiones contrariæ & oppoſitæ in ſubiectis, & tunc quærit̄ vt prius, quare eſt aliquid nūc magis diſpoſitum, q̄ prius, vt prius argutum eſt. Præterea, ſi præcedant tales diſpoſitiones ad magis & minus, tunc non erit motus vnus ab intenſo ad remiſſum, nec econtra: nihil. n. mouetur ad remiſſum, niſi quatenus habet diſpoſitionem iſtam conuenientem receptioni eius, intenſum autem non habet diſpoſitionem iſtam conuenientē remiſſo, ergo oportet ad hoc ꝙ poſſit moueri ad remiſſum, ꝙ moueatur ad diſpoſitionem conuenientem gradui remiſſo. Et ita etiam oportet ad hoc vt ex remiſſo fiat intenſum, quòd prius fiat motus a diſpoſitione quæ eſt a remiſſo ad diſpoſitionē quæ eſt ad intenſum, & ita nunq̄ vnus motus immediate erit ab intēſo ad remiſſum, q̄a nō hn̄t idē ſuſceptiuum immediatum diſpoſitum. Alia via q̄ dicit de indiſpoſitione. ſiue de amotione contrarij indiſponētis, vr̄ improbari per hoc quòd in angelis in ſtatu innocentiæ non erat aliqua indiſpoſitio maior vel minor ad charitatē. ergo oēs recepiſſent charitatē ęqualē, qd̄ nō tenet̄. Itē, angeli boni nō habuerūt in medio aliq̄ diſpoſitionē, & tn̄ nō habuerūt ęqualē charitatē. vn̄ n̄ ſeq-

*Egid. quolib. & q. 14. & quol. 6. q. 9. Hen. quoli. 14. q. 1.*

*Egid. quol. 1 q. 9.*

tur quilibet Angelus in eadē
ſpē æqualiter diſponiť ad gra-
tiam. ergo quilibet æqualē hēt
gratiam. Tertia ēt via q̄ teneť
a quibuſdā de radicatione for-
mæ in ſubiecto, vr̄ improbari,
quia illa radicatio aut eſt ali-
qua forma abſoluta, & habeť
propoſitum, quia in tali eſt ma
gis & minus, aut non. ſi nō, ſed
tm̄ reſpectus, vr̄ tunc, quòd nō
poſſet habere magis & minus,
niſi per magis & minus in fun
damento, ſicut abſuluta nō cō
ueniunt in reſpectu, niſi p̱ fun-
damentū. Tunc ēt non proprie
ſaluať forma intenſior, quia ali
qn̄ forma min⁹ radicata in ſub
iecto pōt eſſe in ſe intenſior, ſi-
cut rubor qui eſt ex verecūdia,
eſt intenſior rubore, qui eſt qua
litas poſſibilis in alio.

a.l.primā AD ISTAM qōnem con
cedo præcipue p̱p̱. tres primas
rōnes contra illā opinionē ad-
ductas, ꝙ realitas poſitiua quę
præexiſtit in charitate minore,
non eſt tota realitas poſitiua,
quæ eſt in charitate maiori,
immo ſi eſſent charitas maior
& minor ſeparatæ a ſubiecto,
maior hr̄et in ſe realitatem
poſitiuam minoris & aliam ad
ditam, ſi per impoſſibile tolle-
reť oīs habitudo ad ſubiectū, ſi
cut quantitas molis, ſi poneret
ſeparata a ſubiecto, ēt ſi p̱ im-
poſſibile nō hr̄et inclinationē
ad ſubiectū, vna tn̄ eſſet maior
alia, & iſta hr̄et in ſe totā reali
tatē poſitiuā minoris & aliq̱d
additū. Ad argumēta in oppoſi
tum. Ad primū de numeris di-
co, ꝙ procedit ex defectu intel-
lectus phi. comparat quidē ibi
quiditates ad numeros, inq̄tū
ſunt diffinibiles, eo modo quo
Plato loquebať de quiditatib.
ponendo quiditates ſeparatas:
ſubſtantiæ quidē hoc mō acce-
ptæ. i. quiditates rerū cōparanť
numeris ſecundū quatuor pro-
prietates. quarū vna eſt iſta. ꝙ
quodlibet additum variat ſpe-
ciem, & intelligo ſic, ꝙ de vna
ſpecie faciat aliam, vel de non
ſpecie faciat ſpeciem, quælibet
enim dr̄ia addita diffinitioni,
vt indicat quiditatem, ſpeciem
aliam a præexiſtente cōſtituit,
autem ſi præexiſtens fuerit rō
generis determinat ad rōnem
ſpeciei, quæ non habebať ante
additionem dr̄iæ. Exemplū de
intellectiua aīa addita ſenſi-
tiuæ. dico igiť ꝙ additum qui-
ditati acceptæ ſecundū rōnem
quiditatis alterat ſpeciē altero
dictorum modorū, ſed qđ ad-
diť quiditati nō vt quiditas eſt,
non mutat: gradus aūt individu-
dualis quicunq;, ſicut & dr̄ia
indiuidualis, contrahens ad eſ-
ſe hoc, ſiue vnitas vel plurali-
tas indiuidualis, & br̄ quæcun-
que conditio indiuidualis ad-
dita naturæ ſpecificæ, non addi
tur ſibi quantum ad rōnem q̱-
ditatiuā. ita ꝙ ſecundū iſtā rō-
nem determinet eā, & p̱p̱ hoc
non mutat ſpēm quiditatis cui
addiť: nihil. n. pōt neque aliq̄
ſpeciem p̄exiſtentem mutare
in aliam ſpeciem, neq; de non
ſpē in aliquā ſpeciē, niſi ipſum
additū ſit rō ſpeciei. & tale nō
eſt aliqua conditio indiuidua-
lis. Ad formam tunc auctorita
tis dico, ꝙ ſi adderet aliquid qđ
eſſet pars quiditatiua, quidita-
ti p̄exiſtenti, mutaret ſpeciem,
ſicut ſi addať aliquid, quod eſt
pars numeri numero præexiſtē
ti mutať ſpecies numeri. ſi aūt
addať aliquid qđ non eſt natū
eſſe pars numeri. puta aliquod
acci-



accidens. puta ſi ītelligereť vna
vnitas ternarij intenſior fieri,
q̄ prius fuit in ſe, non mutareť
ſpecies: ita in propoſito quęcū-
que dr̄ia indiuidualis, vel gra-
dus additus quiditati non eſt
nata eſſe pars quiditatis. Perin-
de patet ad Prophirium, qui ſi
mili modo loquiť de dr̄ia inq̄-
tum eſt p̱ ſe pars diffinitionis,
& hoc modo conſiſtit in indi-
uiſibili. hoc eſt accipiendo illā
indifferentiam ſecundū quam
abſtrahitur ab indiuiduis, quæ
indifferentia totalis eſt gradus
eius, vt differentia ſpecifica, ſic
nō recipit magis & minus, q̱a
quæcunq; magis & minus poſ-
ſunt competere indiuiduis hoc
modo, & ſunt omnia intra iſtā
indifferentiam differentiæ ſpe-
cificæ, & non addunt differen-
tiæ ſecundum hanc indifferen
tiam. Ad aliud de. 10. meta. po-
teſt reſponderi per idem vocan
do differētiam formalē dr̄iam
quiditatiuam. Poteſt etiam di-
ci ad formam ꝙ non oīs dr̄ia
formarum eſt formalis, loquen
do proprie de formali, prout vi
delicet dr̄ia formalis eſt dr̄ia ſe
cundum formas, ſicut non oīs
dr̄ia hominū, eſt dr̄ia in huma
nitate. cuius rō aſſignať reali-
ter & logice. Realiter ſic, pn̄t
hoīes hr̄e humanitatem & dif-
ferre, licet nō per humanitatē,
& ita in humanitate non diffe
runt. ita poſſunt puræ formæ
differre, & tn̄ non per formali-
tatem differunt, & ita neq; for
maliter, quia idem eſt differre
formaliter proprie loquendo,
quod differre in forma, vel per
formam. Logice ſic. quia ſicut
terminus differentiæ intelligē
dus per negationem incluſam
in dr̄ia reſpectu illius negatio-
nis pōt accipi confuſe, & diſtri-
butiue, ita ēt illud quod deno-
tať eſſe rō formalis dr̄iæ, quale
eſt illud qđ conſtruiť cū differ-
re, vt in quo, vel ſecundum qđ
denotatur ꝙ poſſet confundi a
negatione. nō aūt ad negatio-
nē inferioris ſequiť negatio ſu
perioris, ſed eſt deſtructio ante
cedentis. Ad aliud de. 6. princi-
pijs dico, quòd ſicut probat ſim
plicitatem formæ, ita concedē-
da eſt ſibi concluſio, probat aūt
ſimplicitatem oppoſitam quan
titati molis, q̱a ipſa addita non
facit maius ſecundū molē. for-
ma enim poſita in ſubiecto nō
eſt aliquid maius quàm prius
fuit: concedať igiť ſimplicitas
formę, oppoſita quantitati mo
lis, ſed hoc nihil contra intēſio-
nē, quæ pertinet ad quantitatē
perfectionis & virtutis. Ad rō-
nē aliam, dico ꝙ hoc quod dr̄
aliquid accidere naturæ ſpe-
ciei, poteſt intelligi duob. mo-
dis. Vno modo ſic, ꝙ ſit extra
rōnē quiditatiuam ſpeciei, qūo
dr̄ dr̄ia accidere generi, & ſic ac
cipiť accidens in fallacia acci-
dentis pro extraneo, quod eſt
extra rōnem alterius. Alio mo-
do dr̄ accidens quod non facit
per ſe vnum cū eo cui accidit.
ſicut albedo in corpore. primo
modo dico ꝙ ſicut albedo intē
ſa aliquid hēt quod accidit na-
turæ ſpēi, ita ēt hēt albedo re-
miſſa, īmo oē indiuiduū aliq̱d
hēt quod accidit naturæ ſpēi,
aliàs non contraheretur natu-
ra ſpeciei. ſecundo modo dico
ꝙ albedo intenſa nō habet ali-
quid, quod accidit naturæ ſpēi,
quia iſte gradus qui intelligiť
addi ſecundum ſe naturæ facit
vnū per ſe cum natura, ſicut q̄-
cunq; dr̄ia indiuidualis addita

naturæ facit vnum per ſe cum
natura. Qñ igiẽ dicis, ſi inten-
ſum includit aliquid, quod ac-
cidit naturæ ſpeciei. igiẽ remiſ-
ſum qđ non includit iſtud non
eſt in ſpecie. conſequentia non
valet loquendo de accidere pri
mo modo ſumpto, quomodo
& nõ alio antecedens eſt verũ.

SEXTO pp tertiam opi-
nionem circa augmentum cha
ritatis, quæro, vtrum charitas
augeatur per extractionem par
tis nouæ de potentia ad actum.
ꝙ ſic. Primo, vbicunq; eſt mu-
*patet. 3. et 5 Phy. ex diffinitione motus.* tatio ibi eſt extractio alicuius
de potentia ad actum: augmen
tatio charitatis eſt mutatio. er-
go in eius augmẽtatione opor-
tet ponere extractionem illius
de potentia ad actum, ſed non
eſt exitus de potentia ad actũ,
niſi actus educatur de poten-
tia. ergo charitas ſic educitur,
ſed non extrahitur tota de po-
tentia ad actum. ergo ſecundũ
partem. Item, charitas intendi
tur, ſicut concedit iſte. ergo mu
tatur. igitur vt prius pars noua
extrahitur de potentia præexi-
ſtentis ad actum. conſequen-
tia prima patet, quia intendi
includit mutari. Item, ſi chari-
tas augeatur. ergo eſt ibi gene
ratio alicuius totius compoſiti,
quia omnem mutationem con
comitatur generatio aliqua,
ſed omnis generatio eſt compo
ſiti. 7. meta. & 8. ergo in augmẽ
tatione charitatis generaẽ ali-
quod compoſitum, non com-
poſitum ex anima & charitate,
*t. cõ. 22.* quia tunc charitas non creare-
*27. & 32.* tur: creatio enim non requirit
aliquod ſubiectum. generaẽ igi
tur compoſitum ex parte p̄exi-
ſtente & ſequenti. & per conſe
quens illa extrahit de potentia
ad actũ. Contra, ſi charitas au-
getur per extractionem eius de
potentia ad actũ, aut igitur per
extractionem de potentia ſub-
iecti. ſ. animæ, vel voluntatis
aut charitatis præexiſtentis: nõ
primo modo, quia tunc eſſet
forma naturaliter educta, &
ita forma naturalis, qđ eſt fal-
ſum & contra fidem. ſecundo
modo non, quia forma charita-
tis præexiſtens, & ſequens eiuſ-
dẽ ſunt rõnis. ergo vna non eſt
prĩcipiũ materiale reſpectu al-
terius de quo educaẽ. Cõfirmaẽ, *de tri. lib.*
quia forma ſimplex ſecundum *1. c. 3.*
Boetiũ ſubiectũ eẽ nõ põt. Hic
dicit vnus magiſter tria. primũ
ꝙ poſſibilitas ad augmentatio-
nem in forma infuſa nõ eſt ac-
cipienda ex parte ſubiecti, vel
materiæ, & cum non ſit educta
de potentia materiæ; ſed eſt ac-
cipienda ex parte formæ ipſius
in ſe, quæ in ſua eſſentia partes
habet, nam vt eſt ſub minori
quantitate eſt in potentia, vt
educatur ad actum quantitatis
maioris. Secundo dicit, ꝙ hæc
augmentatio non eſt p aliquid
eiuſdẽ naturæ appoſitum, quia
augmentatio in formis nõ eſt
per partiũ appoſitionẽ in ſub-
ſtãtia, vel eſſentia ipſarum, ſed
in virtute per quam augmenta
tum efficacius põt in ſuã opera
tionẽ propriam, quod non face
ret ſi ſimile apponereẽ ſibi, qa
tepidum additum tepido in æ-
quali gradu non facit magis ca
lidum. Tertio concludit ꝙ fit
augmentatio per extractionem
talium partium virtualium in
ſubſtantia habitus in actũ, qua
rum quælibet educta de poten
tia partis præcedentis ponit au-
gmentũ, & non ſolũ ponit au-
gmentũ in ſubſtantia habitus,
ſed



ſed ẽt in virtute, quia ſubſtan-
tia & virtus in forma idẽ ſunt,
ſicut pars extracta facit augmẽ-
tũ in virtute charitatis p̄ceden-
tis, q̄ eſt in potentia non rõne
ſui ſubiecti, ſed rõne ſuæ natu-
ræ ad actũ, vel gradũ extractũ.
Contra iſtam opi. vr̃ ꝙ contra-
dicat ſibi. nã iungendo primũ
cũ tertio. & econuerſo. ſequiẽ
oppoſitum ſecundi. quia ſi fiat
augmentatio in charitate p ex-
tractionem partium virtualiũ,
tunc aut p iſtam extractionem
hr̃ aliqua entitas realis noua,
vel non. ſi non, ergo iſta extra-
ctio non erit aliqua actio. & p
conſequens augmentabiẽ cha-
ritas ſine actione diuina: ſi au-
tem eſt aliqua realitas ad quã
terminaẽ iſta extractio, q̄ non
eſt præciſe realitas prior, qa cõ
cedit latitudinẽ in eſſentia for-
mę, nec prior realitas corrumpi
tur ſecundum ſic opinantẽ, igiẽ
terminaẽ ad aliquam realitatẽ
aliam a priori. & cum faciat
vnum per ſe cum priori, aliter
non eſſet augmentatio, ſequiẽ
ꝙ hoc ſit per appoſitionẽ vnius
realitatis ad aliam: igitur pone
re augmentationem charitatis
fieri per extractionem, eſt pone
re eã fieri per appoſitionẽ. Itẽ
ſic opinans inquantum ſic dif
fert a ponente augmentationẽ
fieri per appoſitionẽ dicit mi-
nus rationabiliter, quàm dicit
ipſe, quia ab eodem generatur
habitus & augmẽtaẽ ex. 2. ethi.
generatur autẽ habitus huius
charitatis a Deo, igiẽ & augmẽ
taẽ ab ipſo. hoc autẽ non eſt ſe-
cũdum eſſe in ſubiecto ſolum,
ſicut probatum eſt contra ſecũ-
dam opi. in p̄cedenti qõne, nec
qa prior gradus corrũpiẽ. ſicut
probatũ eſt contra primã opin.
ergo eſt, quia Deus augendo ad
dit aliã realitatẽ p̄cedenti. ergo
non fit per extractionem illius
gradus a ſubiecto, ſed p additio
nẽ noui gradus ad gradũ pręexi
ſtentẽ: magis. n. proprie dr̃ au-
gmentatio per appoſitionem q̃
per extractionem. Reſpondent
iſti ꝙ hic extractio eſt virtua-
lis, & non partis accidentalis:
Cõtra, neceſſario eſt ibi aliqua
actio realis & paſſio quæ termi
natur ad aliquid, & non ad ali-
quid præexiſtens, quia tunc idẽ
acciperet bis eſſe. ergo ad aliq̃
realitatẽ nouã, & ſic appoſitio
& cõpoſitio cum ſint eiuſdem
rõnis. ergo nulla differẽtia eſt,
niſi ꝙ prima opinio dicit ali-
quid apponi, & iſta dicit aliqđ
extrahi. Dico ergo ꝙ non eſt
ibi extractio, nec iſtum modum
concipio, quia talis productio
non eſſet productio, ſed dico ꝙ
eſt ibi noua realitas addita præ
exiſtenti, ſicut partes vel gra-
dus non quiditatiui ſed indiui
duales & exiſtentiæ.

Ad primam rationem dicen
dum quod non ſequitur ſubie-
ctum exit de potentia ad actũ:
ergo forma educitur de poten-
tia ad actum, quia ſiue educa-
tur naturaliter de potentia ad
actum, ſiue ſupernaturaliter
infundatur, ſemper ſubiectum
eius exit vniformiter de po-
tentia ad actum, & non forma
ipſa. & ideo in illa conſequen-
tia eſt fallacia conſequentis,
quia non omnis mutatio ſub-
iecti eſt per operationem na-
turalem educentem formam
de potentia materiæ, vel ſub-
iecti, ſed ſubiectum vniformi-
ter mutatur a priuatione for-
mæ ad formam, vndecunque
ſit iſta forma, vel naturaliter
edu-

educta, vel per infuſionem im-
miſſa. Ad ſecundũ dico ꝙ non
ſequitur charitas intendit. ergo
charitas mutat̃: ſicut nõ ſequi-
tur quãtitas molis auget̃, igitur
mutatur, vel mouetur, nam ſo-
lum ſubiectũ mutatur non for-
ma, niſi metaphorice, & impro
prie. vnde forma quæ proprie
dicitur augeri & intendi, non
proprie mutatur, niſi per acci-
dens inquantum eius ſubiectũ
mutatur, ſicut ſubſtantia quan
ta mutatur, & non quantitas, li
cet quantitas ſit ſecundũ quã
ſubſtantia quanta mutatur &
augetur, ſumendo augere meta
phoricę, nam habens formam
mutatur ſecundũ eam, licet ip-
ſa non mutetur: tenendo tamẽ
ꝙ ad intendi ſequitur mutari
proprie, dico ꝙ forma non intẽ
ditur nec augetur, quia nõ mu-
tatur. ſed ꝙ habẽs eam dicitur
intendi & mutari ſecundũ eã,
& iſto modo charitatem inten-
di nõ eſt aliud quàm ſubiectũ
eius (vt animam) ſecundum eã
intendi, & ideo ſecundum ſe
proprie non cõceditur iſto mo-
do ꝙ charitas intenditur, ſed
ſubiectum eius ſecũdum eam.
vnde dicit Aug. & habetur in
litera. Charitas non creſcit, ſed
homo hñs eam creſcit ſcd̃m eã,
nomen tamen mutationis at-
tribuitur diuerſimode diuerſis:
nam alicui attribuitur, vt ter-
mino primo, vt cum dicitur ꝙ
compoſitum generatur, & mu-
1. Phyſ. t. c. 82. tatur alicui vt ſubiecto, vt cum
dr̃ materia generatur, ita in pro
poſito augmentatio dicitur ali
quãdo de ſubiecto augmẽtatio
nis, qñq; de forma vt ꝓximo
& formali termino augmẽtatio
nis iſtorũ modorũ. ſcd̃o mõ dr̃
forma intendi & mutari primo
modo ſubiectũ eius. Ad tertiũ
cõcedo ꝙ cõpoſitũ primo gñā-
tur, vt aĩa chara in augmẽtatio
ne charitatis, ꝙ cõpoſitũ inclu-
dit ſubiectũ & terminũ, & qñ
dr̃ ꝙ tũc non eſſet creatio, dico
ꝙ in eodẽ inſtanti tp̃is in quo
charitas, vel gr̃a creatur infun-
dit̃ aĩæ, ſed ĩ alio & alio inſtãti
naturę, qa prius natura gr̃a vel
charitas creatur q̃ aĩæ infunda
tur, licet totũ ſit in eodẽ inſtãti
tp̃is, vñ duplex eſt ibi mutatio,
vna a nõ eſſe charitatis, vel gr̃æ
ad eſſe gr̃æ, & hæc eſt vere mu-
tatio quæ eſt creatio, & non eſt
mutatio proprie dicta, qa nihil
p̃ſupponit nec naturã nec ſubie
ctũ ei⁹ ſuſceptiuũ. Alia eſt mu
tatio a ſubiecto nõ charo ad eẽ
charũ, & ſic mutat̃ aĩa a nõ eſſe
charo ad eſſe charũ, & iſta mu-
tatio nõ eſt ſimpliciter creatio,
quia præſupponit ſuſceptiuũ.
& iõ hæc mutatio ſcd̃m qd põt
dici gñatio, & totũ cõpoſitũ ſe-
cũdũ qd gñatur tale & nõ ſim-
pliciter, qa ſubſtãtia q̃ eſt termi
nus gñationis præfuit vel p̃ſup
ponit̃ in infuſione gr̃ę gñatur
ſecũdũ eſſe gratũ & accidẽtale.

PRAETEREA &c.
DISTIN. XVIII.

CIRCA iſtã diſ. 18. Diſt. notabilis ad dita quæ non eſt in alijs.
quæro vnũ, vtrum
donũ dicat ꝓprie-
tatẽ p̃ſonalẽ. ſ. ſ.
Quod nõ vr̃, quia
ſecũdũ Aug. 15. de tri. c. 19. Spi
ritus ſ. intantũ donum Dei eſt,
inquãtum datur eis quibus da-
tur, ſed non quia datur eis qui-
bus dat̃ habet ſuam proprieta-
tẽ perſonalẽ, quia ſic datur ex
tempore. ergo ex ſua proprieta
te perſonali nõ habet ꝙ ſit do-
nũ, quia ſecundum eundẽ ibi-
dem, vbi ſupra, apud ſe inquit
aũt De⁹ eſt, & ſi nemini detur,
quia Deus erat p̃ri & filio coæ-
ternus, antequã cuiq̃ daretur,
hoc ſit quantũ ad illã qõnem
qua magiſter quærit vtrũ. ſ. ſ. ea
dẽ rõne dicatur donũ, & datũ.
Item ſecundo ſic. ſi. ſ. ſ. ex ſua
ꝓprietate perſonali dicatur do
nũ, cũ per ſ. ſ. dantur dona, per
donũ darentur dona, ſed hoc vi
detur impoſſibile, quia donum
includit rõnem donabilis, igit̃
ſi includeret rõnem donãtis, in-
cluderet relationes oppoſitas. ſ.
dantis & dati. hoc ſit quantum
ad primã qõnem magiſtri, an
per ſ. ſ. donum donantur dona.
Tertio ſic. ſi ſ. ſ. ex proprietate
ſua ſit donũ, ergo ex proprieta-
te ſua eſt donabile, quia oẽ do-
num eſt donabile, quero cui ſit
donabilis? non patri & filio cer-
tũ eſt, igitur creaturæ, ſed hoc
eſt falſum. ſ. ꝙ dicatur donũ ab
æterno ex ſua proprietate per-
ſonali, quia donabilis creatu-
rę, quia tunc eadem ratione fi-
lius diceretur donũ, quia ab æ-
terno ꝓceſſit a patre, vt donabi
lis creaturæ. vnde dr̃ in Iſa. fi-
lius datus eſt nobis &c. hoc quã
tum ad tertiã quæſtionem ma
giſtri vtrum. ſ. ſ. ſit donabilis
patri & filio, vel tantum no-
bis? Item quarto ſic, proprie-
tas perſonæ procedentis dicit
proceſſionem qua accepit eſſen
tiam. ergo ſi donum ſit proprie
tas perſonalis ſpiritus ſancti
donum dicet proceſſionẽ eius
qua ſpiritus ſanctus procedit,
& accepit eſſentiam, ſed donũ
nõ dicit niſi donationẽ quę nõ
competit. ſ. ſ. ab æterno cũ non
prius daretur quàm eſſet cui
daretur. ergo proceſſus eius nõ
eſſet ab æterno, quod falſum
eſt. Item quinto ſic. quo aliqua
perſona accipit eſſentiam, eo
habet eſſentiã, ſed ſpiritus ſan-
ctus proceſſione accipit eſſen-
tiam, ergo proceſſione habet
eſſentiam. ergo eodem addi-
to vtrobique, quo habet eſſen-
tiam, eo eſt eſſentia, ſed pro-
ceſſione habet eſſentiam. er-
go proceſſione eſt eſſentia, quia
ſi habet eſſentiam eſt eſſentia.
ſic igitur ſequitur quòd ſpiri-
tus ſanctus dono ſit eſſentia;
quod falſum eſt, quia ſpiritus
ſanctus non eſt eo donum, quo
Deus, nec filius eo filius quo
Deus, eo autem quo eſt Deus
eſt eſſentia, ergo non eo eſſen-
tia quo procedit, nec eo donũ
quo Deus. hoc eſt quod dicit
Aug. de trini. cap. 1, de magnis.
Item ſexto ſic. donum habet re
lationem ad illud, cui datur, igi
tur ſi ſpiritus ſanctus habet ex
proceſſione quòd ſit donũ crea-
turæ, per conſequens haberet
quod ſit ſpiritus creaturæ: hoc
falſum eſt, quia eadem ratio-
ne filius eſſet filius creaturæ,
cum ſit nobis datus, & hæc ra-
tio innuitur in 4. quæſt. magi-
ſtri, an filius poſſit dici noſter,
cum ſit nobis datus, ſicut. ſ. ſ. di-
citur noſter.

Item ſeptimo ſic. inter dan-
tem & datũ eſt relatio, ſed ſpi-
ritus ſanctus dat donum, ergo
ſi ex proprietate ſua perſona-
li ſit donum, igitur ſpiritus re-
ferretur ad ſe ſecundum rela-
tionem donantis & donati, ſi-
ue dantis & dati. ſed nulla re-
latio realis vel perſonalis eſt
eiuſdem ad ſe. ergo &c. Hoc
ſit quantum ad quintam quę-
ſtionẽ magiſtri an ſpiritus ſan
ctus referatur ad ſeipſum.
Contra Auguſt. 4. de trini. c. 20.
Sicut

Sicut enim inquit natum eſſe eſt filium a patre eſſe, ita mitti eſt filio cognoſci, ꝙ ab illo ſit: & ſicut. ſ. ſ. donum Dei eſſe, eſt a patre procedere, ita mitti eſt cognoſci ꝙ ab illo procedit. & ſequitur, nec poſſumus dicere ꝙ ſpiritus & a filio non procedat, ergo ſ. ſ. eo eſt donum quo a patre filioque procedit, & ꝑ conſequens donum eſt proprietas perſonalis. ſ. ſ. Item Aug. 5. de trini. ca. 2. ſed tamen, inquit ille, ſ. ſ. qui non trinitas, ſed in trinitate intelligitur, in eo ꝙ ꝓprie dicitur. ſ. ſ. relatiue dicitur cum ad patrem & filium refert, quia & ſ. ſ. & patris & filij ſpiritus eſt: ſed ipſa relatio nõ apparet in hoc nomine. apparet aũt cum dr̃ donũ Dei, donũ. n. eſt patris & filij, quia & a patre & filio procedit. hæc ille. ergo donum eſt proprietas perſonalis eius, ſecundum quam a patre filioque procedit.

HIC DICITVR ꝙ donũ poteſt accipi tripliciter, ſiue ęquiuoce ſicut habere poſſumus ab Augu. in auctoritatibus prædictis. Vno modo aptitudinaliter. Secũdo modo habitualiter. Tertio modo actualiter: tertio modo loquitur Augu. in prima auctoritate allegata, de dono: ſecundo modo loquitur Augu. 5. de trini. c. 15. vbi inquit vtrũ ergo erat ſupple donum, anteꝗ̃ daret, ſed nondũ erat donũ, aut eo ipſo quo daturus erat eũ Deꝰ, iam donum erat antequam daretur &c. parum poſt reſpondit dicens, ſed quia ſic procedebat vt eſſet donabile, iã donũ erat, & antequam eſſet cui daretur.

Primo. ſ. aptitudinaliter donum dicitur vt aptum natũ eſt dari, vt ei non repugnat dari. & ſi in futuro non daretur ſicut loquitur Augu. in auctoritatibus ad oppoſitum, & iſto modo donum habet rationem proprietatis ꝑſonalis, vel eſt donũ ex proceſſione ſua. ſ. inquãtum donabilis. Sed hoc non concedo, licet diſtinctionem approbemus & ꝙ ſit falſum arguitur, quia proprietas perſonalis eſt ad intra, & non ad extra, ſed donabilitas illa non eſt ad intra, ſed ad extra vt ad creaturam, quia nõ ad patrem nec ad filium ergo &c. probo ma. quia perſona ꝗlibet diuina habuit perfectum eſſe diuinum, & perſonale antequam fuit aliqua creatura, quia ex ſe eſt neceſſe eſſe. Creatura vero in nullo eſſe nec intra nec extra eſt neceſſe eſſe, neque in eſſe exiſtentiæ nec in eſſe eſſentiæ. ſ. diminuto ſiue intellecto, ratio huius eſt, quia neceſſitas eſt conditio exiſtentis, & tale eſſe abſtrahit ab exiſtentia, etiam hoc eſſet magis inconueniens, quàm ſi eſſet neceſſe eſſe in eſſe reali, ſed quod eſt ex ſe neceſſe eſſe prius eſt ꝗ̃ illud quod eſt poſſibile, vel non neceſſe eſſe. ergo in illo priori eſt perſona tertia, ſiue eius proceſſio, & non eſt reſpectus eiuſdẽ ad creaturã, ꝗa non eſt intelligere aliquã relationem eſſe ad creaturam, niſi creatura eſſet, vel intelligatur eſſe, quia relatio requirit terminum ſimul cũ ipſa eſſe. Secundo probatur ma. ſic. quia relatio rationis nõ per ſe includitur in perſona diuina, quæ eſt ens reale, & ſi includere relationem rationis eſſet ens rationis, & ſi cum hoc plura realia includere, quia conſtitutum ſequitur debiliorem partem, ſed relatio Dei ad creaturã ſiue



ſiue actualis, ſiue habitualis ſiue aptitudinalis eſt ens rõnis. ergo &c. Itẽ a principale ſic. vna perſona non conſtituitur formaliter duabus relationibus diſtinctis, ſed. ſ. ſ. per ſpirationem paſſiuam quę dicit reſpectũ ad ſpirantes conſtituitur in eſſe ꝑſonali, ſed ſi relatio aptitudinalis eſſet neceſſaria ad hoc, ipſa eſſet alia relatio ab illa, probo tum quia ſunt ad diuerſos terminos, tum quia vna eſt realis, alia rationis.

*De his vide. 6. q. 4.*

RESPONDEO. Primo ad rem in ſe. Secundo ad intentionem Aug. Quantum ad rem dico ꝙ nulla perſona conſtituitur in eſſe perſonali per aliquẽ reſpectum ad creaturam, nec aliqua proprietas perſonalis dicit reſpectum ad creaturam, immo quicquid eſt intrinſecum in diuinis, ſiue abſolutum ſiue reſpectiuum in quocunque eſſe reali ſiue intelligibili abſtrahitur ab omni reſpectu ad creaturã, & eſt prius quocunque eſſe creaturæ, ita ꝙ ſi per poſſibile, vel incompoſſibile nihil aliud a Deo poſſet eſſe in aliquo eſſe, nihilominus eſſet ĩ Deo quicquid ſibi conuenit ad intra ſecundũ quodcunque eſſe eſſentiale vel perſonale, quia prius intelligitur tota trinitas in eſſe perſonali ſecundum quodcunque eſſe, ꝗ̃ creatura intelligitur ſecundũ aliquod eſſe, quia quodcunque eſſe attribuitur creaturæ, ſiue reale, ſiue diminutum, illud eſt a tota trinitate, & ideo creatura ſecundum quodcunque eſſe eius neceſſario eſt poſterior omni eſſe ad intra, & ideo nihil intrinſecum in diuinis includit neceſſario reſpectum ad creaturam, quę eſt poſterior. ergo cum reſpectus quo. ſ. ſ. dicitur donũ ſit ad creaturam, quia non eſſet donum niſi creaturę cui daretur, quia non patri nec filio ſic datur, ſequitur ꝙ donum non ſit proprietas conſtitutiua ſpiritus ſancti, ſed tantum ſpiratio paſſiua, quæ accipit eſſe a patre & filio, quæ proprie ſignatur hoc nomine. ſ. ſ. in ſenſu cõpoſitionis quicquid dicat Aug. 5. de trini. c. 11. ꝙ. ſ. eius relatio magis apparet ĩ hoc nomine donũ, ꝗ̃ in hoc nomine. ſ. ſ. Dico ergo quod maxime apparet illius tertiæ perſonæ proprietas conſtitutiua hoc nomine. ſ. ſ. non intelligendo per ſpiritũ ſanctũ naturam intellectualẽ vel ſpiritualem, quia ſic hoc nomẽ ſpiritus eſt cõe tribus perſonis. ſed accipiendo. ſ. ſ. pro ſpirato volũtate vnica & ſancta patris & filij, ꝗa talis voluntas habes obiectũ infinitũ infinite diligibile ſibi præſens eſt principiũ ſufficiẽs producẽdi amorẽ infinitũ, & per cõſequens per ſe ſtãtẽ, ꝗ ſpiritus dr̃. Tamẽ ꝑꝑ auctoritatẽ Aug. eſt ſciẽdũ ꝙ donũ multiplicit er põt accipi. Vno modo põt donũ dici ꝗđcunq; liberaliter productum, & ſic dari nihil aliud eſt, niſi liberaliter ꝓduce re, & dari liberaliter ꝓduci. & iſto mõ põt cõcedi. ſ. ſ. ab ęterno datũ eſſe & donũ, ꝗa ab ęterno ſpiratur, & ſic donũ nõ dicit niſi proprietatẽ ꝑſonalẽ, quia ab æterno. ſ. ſ. eſt ſpiratus, vnde ſic dare & dari nihil aliud eſt ꝗ̃ ſpirare, & ſpirari, & ſic non loquuntur ſancti de dono, nam concedunt ſpiritum eſſe donum ab æterno, ſed non dari ab æterno, quia ipſum dari ab æterno includit creaturam cui datur fore ab æterno. non enim

*De hoc diſtin. prima ſecundi. q. 1.*

enim poteſt aliquid dari niſi ſit illud cui datur. Alio modo poteſt intelligi per donum amor concors patris & filij, quo pater impendit amorem filio, & ille rependit amorem eundē quo modo loquitur Ricar 3. de tri. de amore, & ſic non intendit hic Aug. loqui de dono, quia ſic donum, quod idem eſt ꝙ amor, eſt mere eſſentiale ſecundū vnā opi. vel mere perſonale ſecundum aliam opi. Et ideo dico ꝙ donum per ſe aliquid vnū principaliter ſignat, & aliud ex conſequenti connotat, & ſic eſt vniuocum: ſignat enim per ſe reſpectum rationis ad creaturam, & tunc ſignat aliquod eſſentiale, & non per ſe, vel principaliter ſignat proprietatem notionalē alicuius perſonæ: connotat tamē notionalem vt ſuperius de dari dictū eſt, vel ſi dicatur ꝙ ſignat vtrunque per ſe, tunc erit ęquiuocum, & non ſignat per ſe vnum. Supponendo tamen ꝙ ſignat aliquid per ſe, dico ꝙ primo & per ſe ſignat reſpectum donabilitatis ad creaturam, vel donaturi vel donandi, quia donum poteſt tripliciter accipi reſpectu creaturæ, vt dixit prior opi. & in hoc bene, ſed tamen connotat proprietatem tertiæ perſonę procedentis a patre & filio, quia amor eſt verus ex vi proceſſionis ſuæ & ſic vere libere donū. Inter enim omnia dona dantis primum donū quod dat & quiſquis dare poteſt eſt amor eius, quem primo dat amato, qui eſt ratio cuiuſcunque alterius doni, nihil .n. habet rationē doni niſi inquantū cadit ſub actu amoris, nō .n. cultellus, vel roſa, neque aliqđ exterius habet rationem doni vel meretur nomen doni, niſi quia communicatum amicabiliter actu amatorio voluntatis, ideo omnia dona dicuntur talia ratione amoris dantis, & ſi non recipientis. ſpiritus autem ſanctus ex vi proceſſionis ſuæ eſt prius amor & infinitus & procedens per actum amoris a patre & filio eum liberaliter ꝓducentibus, & ita donum ſi ſit eſſentiale per ſe ſignans reſpectum ad creaturam connotabit tamen neceſſario proprietatem ſ. ſ. qui eſt primus amor eſſentiæ procedens a patre & filio ꝑ actum amoris. & ſic intelligendæ ſunt auctoritates Aug. ſuperius ad partē oppoſitam allegatæ, ꝙ donum dicat proprietatē perſonalē. ſ. ſ. per connotationem, & non ſecundum ſuam principalem ſignificationem. hoc per exemplum declaratur. hoc nomen dator nō ſignat primo reſpectum virtutis ſpiratiuę p̄ris & filij, ſed primo ſignat reſpectū rationis ipſius ad creaturam connotando proceſſionem paſſiuam, vel proprietatē perſonalem. ſ. ſ. per reſpectum tamen ad virtutem ſpiratiuā, per quam producitur primus amor ſpiratus infinitus. eodem modo donum non primo modo ſignat proprietatem perſonalem. ſ. ſ. Ad primam rationē principalem patet reſponſio ꝑ ea quæ dicta ſunt, quia donum non primo ſignat proprietatē perſonalem. ſ. ſ. nam intantum eſt donum, inquantū datur eis quibus datur, & ita per ſe ſignificat reſpectum ad creaturam, connotat tamen proprietatem ſ. ſ. Ad ſecundum concedo ꝙ ꝑ donum dona dentur, quia per amorem qui eſt primum donum

num



num dantur dona omnia, ſicut dictum eſt. Ad probationem dico ꝙ non eſt oppoſitio in relatiuis, niſi accipiantur reſpectu eiuſdem: non enim opponuntur in eodem paternitas & filiatio, ita ꝙ idem reſpectu diuerſorum ſit pater & filius, qa poteſt eſſe filius patris ſui, & tamen pater filij quem generat. non tamen poteſt eſſe filius patris ſui, & ipſius pater, quia tunc idem produceret ſe, quod eſt inconueniens. primo de tri. c. 1. ſ. ſ. autem eſt donum inquātum connotat eius proceſſionē perſonalem, & eſt ſimul cū patre & filio dator, vel donator cuiuslibet doni, quod datur creaturæ, nec eſt hoc inconueniens ꝙ ſit dans & donum vel datum reſpectu diuerſorum. Ad tertiū dicendum ꝙ donabile dicitur vno modo qđ eſt aptū natū donari, alio modo dicit idem, qđ eſt poſſibile dari, nec ſunt iſta eadem, quia aliquod eſt poſſibile eſſe tale. quod tamen non eſt aptum natum eſſe tale. lapidē enim eſt poſſibile ferri ſurſum, & tamen non eſt aptum natū eſſe ſurſum, nec habet ad hoc aptitudinem: corpus ēt neutrū, quod nec de ſe eſt natum ferri ſurſū nec deorſū, vt corpus circulare poſſibile eſt deferri deorſum, & ſurſum. ſecundum autē primum modum perſona. ſ. ſ. habet ex proceſſione ſua, & a proprietate perſonali aptitudinem. quia ſ. ſ. procedit vt amor donabilis, non ſic filius, ſed vt verbum declaratiuum eſſentiæ patris. & ideo non procedit filius proprietate perſonali, vt habens aptitudinem, vt detur, procedit tamen penes ſecundū modum, vt poſſibilis dari a patre, & a filio & a ſpiritu ſancto: & ita non ſunt idem vt patet in exemplo præallegato. Ad quartum concedendum eſt ꝙ ſ. ſ. p̄ſtet eſſentiam ſine vllo temporis initio de patre filioqne proceſſio, ſicut dicit Aug. 15. de tri. & ꝙ iſta proceſſio includatur in hoc nomine donum, non vt principale ſignificatum, ſed vt connotatum. Ad quintum dicendum ꝙ illa eſt falſa quo ſpiritus ſanctus habet eſſentiam, eo eſt Deus, quia proceſſione habet eſſentiam, non tamen ea eſt Deus. nam non eo pater quo Deus, neque eo. ſ. ſ. quo Deus, ſicut patuit ſuperius per Aug. filius etiam natiuitate habet eſſentiam, non tamen naſcibilitate eſt Deus, ſed deitate: & cum probatur perſonam habere eſſentiā, eſt ipſam eſſe Deū. ergo eodem addito vtrobique, quo perſona habet eſſentiam, eo eſt Deus. nego conſequentiā. ſed eſt fallacia figuræ dictionis penes primum modum, nam ablatiuus quando conſtruitur cum verbo adiectiuo conſtruitur cum eo, vel in ratione principij actiui, vel in ratione actionis & fieri, vt lignum habet eſſe calidum calore vel igne, ibi iſte ablatiuus calore ſignificat, ꝙ calor habitus in ligno ſit principiū calefactionis in ligno. Cū vero dicitur lignum habet eſſe calidum calefactione conſtruitur ablatiuus in ratione factionis & fieri, ſed quādo ablatiuꝰ conſtruitur cum verbo ſubſtantiuo, conſtruitur cum eo in ratione principij formalis eſſendi, vt cū dicitur, lignum eſt calidum calore, & ita in propoſito. ſ. ſ. habet eſſentiam proceſſione, conſtruitur ablatiuus cum

cum

cum verbo in ratione actionis quaſi in eſſe & fieri. ſed cum dicitur, proceſſione eſt eſſentia & Deus, ſignificat ibi ꝙ proceſſio ſit formalis ratio, qua eſt Deus, quod non eſt, & ſic eſt ibi fallacia figurę dictionis ex ſimili terminatione. Ad ſextum dicendum ꝙ. ſ. ſ. dicitur donum creaturæ & ſpiritus noſter ſecundū illum reſpectum quem connotat ex ſua proceſſione, quia ſicut donum primo ſignificat reſpectum ad creaturam connotando tamen æternam proceſſionem. ita econuerſo. ſ. ſ. primo ſignificat proceſſionē æternam, vel perſonam illam conſtitutā, connotando reſpectum aptitudinalem ad creaturā. filius autem ex proceſſione ſua non ſignificat reſpectum ad creaturā, nec illum connotat, quia naturaliter, & non per modum doni procedit. exit enim non quomodo datus. ſed quomodo natus. Aug. 5. de trini. Ad ſeptimū dico ꝙ ſ. ſ. eſt datiuus ſui quantum ad extra. ſed iſte reſpectus non eſt proprietas eius.

* NVNC POSTQVAM. &c. DISTIN. XIX.

CIRCA iſtam diſt. 19. quæro duo, primo vtrum perſonę ſint æquales ſecundum magnitudinem? Quod non, quia in prædicamentis dicitur, ꝙ quantitati proprium eſt ſecundum eā ꝙ aliquid æquale vel inæquale dicatur quantitas non eſt in Deo ſecundum Aug. 5. de trini. c. 1. Deus eſt magnus ſine quantitate, & bonus ſine qualitate. ergo &c. Item nihil eſt ponendum in Deo quod dicit imperfectionem, æqualitas eſt huiuſmodi probatio. quia repugnat pfectioni in creaturis, quod patet per Aug. 83. q. q. 41. Si omnia inquit eſſent æqualia non eſſent omnia. igitur perfectio vniuerſi nō poſſet ſtare cū ęqualitate. æqualitas igitur non eſt in omnibus melior ſuo oppoſito. igitur non erit perfectio ſimpliciter. igitur non erit in Deo tanquam eſſentiale vel commune tribus. Tertio ſic pfecta ęqualitas eſt mutua. hic non eſt mutua ſecundum Aug. 6. de trini. c. vlt. imago ſi perfecta eſt ęquatur ei cuius eſt imago, nō illud ſiue imagini. Oppoſitū in ſymbolo Athanaſij perſonę coęternæ ſibi ſunt & coęquales. Et magiſter in litera probat hoc ſpecialiter per Auguſt. de fide ad Pe. c. 1.

*Ca. de quantitate.*

HIC PRIMO videndum eſt de qualitate proprie ſumpta. Secundo de ipſa generaliter ſumpta. Et tertio qualis eſt æqualitas in ꝓpoſito. Et quarto oſtendendum eſt, ꝙ hoc modo in diuinis perſonis ſit vere & perfecte æqualitas.

DE PRIMO philoſophus. 5. Met. c. de relatione diſtinguit tres relationes fundatas ſuper vnum. ſ. idem ſimile & æquale, & loquendo de iſtis ſtricte, & proprie appropriantur diuerſis generibus. vt identitas ſubſtantiæ, æqualitas quantitati, & ſimilitudo qualitati, & ita forte poſſent aliæ relationes proprie fundari ſuper res aliorum generum, ſicut ꝓportionabilitas ſuper relationem, ſiue ſimilitudinem duarum proportionum. Et hoc videtur Auic. dicere ſaltem de eis tribus relationibus communibus, quas expreſſe ponit philoſophus. dico tñ ꝙ fundamētū remotū iſtarū relationū eſt res illius generis. puta æqualitatis fundamētū eſt res de genere quantitatis. ſimilitudinis eſt res de genere qualitatis. idētitatis eſt res de genere ſubſtantiæ. proximū tñ fundamentum, vel ratio proxima fundandi eſt vnitas talis rei, qa ſuper rē talis generis (vt diuerſa eſt) fundant relationes diſperatę & nō cōes.

*de hoc in ſecundo diſt. 3.*

DE SECVNDO dico ꝙ quodcunque ens eſt in ſe quid. & hēt in ſe aliquē gradū determinatum in entibus, & eſt forma, vel habens formā. Et ſcđm hoc ſicut pōt tripliciter conſiderari quodcūque ens. ita etiam ſup ipſum pōt fundari triplex relatio cōmniter ſumpta, qa identitas ſuper quodcunq; ens inquantum eſt quid, & æqualitas & inæqualitas ſuper quodcunque ens inquantum habet magnitudinem aliquam perfectionis, quæ dicitur quantitas virtutis de qua dicit Aug. 6. de tri. ca. 7. ꝙ in his quæ non magna mole ſunt idem eſt melius eſſe quod maius eſſe. Similitudo autem vel diſſimilitudo poteſt fundari ſuper quodcunque ens, inquātum eſt quale & qualitas quędam. de hoc modo qualitatis loquitur philoſophus 5. Met. c. de qualitate. ꝙ vnus modus qualitatis eſt differētia ſubſtantiæ. i. differentia eſſentialis. & hoc modo īdiuidua eiuſdem ſpēi ſunt eſſentialiter ſimilia, inquantum habent eandē differentiam ſpecificam. quæ eſt vt qualitas eſſentialis ipſorum. Et hoc modo cōiter, & nō ſtricte accipiendo iſtas relationes cōmunes dicit philoſophus 10. Met. ꝙ omne ens omni enti comparatum eſt idem, vel diuerſum, ita ꝙ omne ens omni enti cōparatum eſt æquale vel inæquale. ſicut igitur fundamētum identitatis, æqualitatis & ſimilitudinis hoc modo cōiter ſumptarum eſt ens in cōi comparatum ad quodcunque ens in communi, ita & illæ relationes ſunt tranſcendentes, licet non conuertibiles cū diſiūctione tñ, diuidentes ens, ſicut diuiditur in neceſſariū & poſſibile.

*T. c. 19.*

*t. c. 12.*

DE TERTIO dico ꝙ ſicut nullum genus nec aliquid alicuius generis dr̄ de Deo formaliter, ita nec paſſio alicuius generis. & per cōſequēs nec aliqua relationū cōium ſecūdum ꝙ ſtricte ſumuntur, vt. ſ. ſunt paſſiones generum determinatorum: ſed quia ens dicitur formaliter de Deo, & quæcunque paſſio conuertibilis cum ente, & paſſionum nō conuertibiliū, ſed diſiunctarum ſemper extremū nobilius. Iō hoc mō illud extremū dicet̄ de Deo, qđ vel dicit nobilitatē, vel nō repugnat nobilitati, ſed reliquū repugnat.

DE QVARTO dimittendo nunc de identitate & ſimilitudine, de qbus nūc nō eſt qō. dico de æqualitate ꝙ ipſa eſt pfecte in pſonis diuinis. Et licet ęqualitas aliquorū entiū cātorū poſſet ſumi ſcđm q̃titatē continuā, ſiue diſcretā, & ſcđm continuam vel permanentē vel ſucceſſiuam, ac per hoc poſſet quęri. vtrū in perſonis diuinis eſſet æqualitas ſecundum numerū, ſi ibi eſſet perfectus numerus, & an ibi eſſet perfecta ęqualitas ſecundum durationem, vel ſecūdū ęternitatē. quę corrñdet quantitati ſucceſſiuæ in creaturis,

tis, primũ tamẽ nõ pertinet ad
diſtinctionẽ iſtã, ſed ad diſ. 24.
nec de hoc tãgit hic aliquid ma
giſter, quia nõ ponit ibi nume-
rũ poſitiue, ſed forte in illa di-
Ca. 2. ſtinctione tangeť. De ſcđo ali-
qualiter tangit magř. & addu-
cit Augu. de fide ad Pe. & ꝓba
tum eſt diſ. 9. De tertio eſt qõ,
ſ. de æqualitate ſecundũ magni
tudinem, & ꝙ iſta ſit perfecta
in diuinis, ꝓbatur Tũ ex funda
mento remoto. ſ. magnitudine,
Tũ ex ratione ꝓxima fudamen
ti. ſ. vnitate. Primum patet ex
hoc, ꝙ magnitudo virtutis non
eſt perfecta, niſi ſit infinita, qa
nõ repugnat ſibi infinitas, & ni
hil eſt perfectũ, cui non repu-
gnat infinitas, niſi ſit infinitũ,
omnis autem alia magnitudo
q. 1. virtutis finita eſt. ſola iſta eſt in
finita ſicut patuit di. 2. De ſe-
cundo probatur propoſitum.
qa in omnibus aliis æqualibus
eſt diminuta vnitas magnitudi
nis ſecundum quam æquales di
cuntur, quia illa magnitudo nu
meratur in ipſis ęqualibus. hic
aũt eſt perfecta vnitas magnitu
dinis, & tamẽ eſt cũ hoc diſtin-
ctio ſufficiens relatiuorum, quę
requiritur ad relationem realẽ.
Sed hic eſt vnum dubium, quia
cum magnitudo tranſeat in eſ-
ſentiam, non videtur ꝙ relatio
fundata ſuper magnitudinem
ſit alia a relatione fundata ſu-
per eſſentiam, vt eſt quid. & ita
non videtur differre æqualitas
ab identitate. Aut ſi æqualitas
& ſimilitudo poſſent attendi in
illis quæ videntur quaſi paſſio-
nes eſſentiæ, non attenduntur ĩ
eis niſi inquantum habent ma
gnitudinem virtutis. iſta autem
magnitudo non eſt aliud attri
butum a perfectione tali, quia

dicit modum intrinſecũ illius.
ſicut ſæpe ſupra dictum eſt, ergo
ſi ſimilitudo ſit ſecundũ talem.
ꝓprietatẽ, ęqualitas ſecundum *Di. 8. q. 3. & 4.*
magnitudinẽ illius proprietatis
ñ differret a ſimilitudine ſcđm
iſtam proprietatem, & ita vř ꝙ
æqualitas, ſcđm ꝙ ęqualitas, nõ
ſit hic ponenda, qa neque vt di- *de his vide clarius in quoli. q. 6.*
ſtincta ab identitate, loquendo
de æqualitate infinitę eſſentię,
neq; vt diſtincta a ſimilitudine
loquẽdo de qualitate, quę eſt in
magnitudine perfectionum at-
tributalium. Eſt etiã aliud du-
bium, quia videntur ponendæ
æqualitates perſonarũ infinitæ
ſi poſſent eſſe infinitę perfectio-
nes attributales. quęlibet enim
habet magnitudinem ſuam, tan
quam modũ intrinſecum ſui ſe
cundum ſuam rationẽ propriã.
ergo quot ſunt perfectiones at-
tributales, tot magnitudines e-
runt & ęqualitates. Ad iſta quę
re reſponſiones diſt. 31. *Vide reportationes de præſenti. & in quoli. q. 5. & 6. ad hoc.*

AD ARGVMENTA
principalia. Primũ dico ꝙ non
eſt ibi quantitas molis, ſed vir-
tutis. Et ſi nomẽ quãtitatis ap-
propriatur ad magnitudinẽ mo
lis, magnitudo autem non ap-
propriatur ad magnitudinem
molis. tunc poteſt proprie cõce-
di ꝙ eſt magnitudo ibi ſine quã
titate. & ita magnitudo vere eſt
fundamentum æqualitatis trã-
ſcendentis, quia hoc modo om-
ne ens eſt magnũ vel paruum,
æquale vel inæquale. licet ma-
gnitudo iſta non ſit fundamen-
tum æqualitatis prout eſt paſſio
quantitatis, quę eſt genus. Sed
cõtra iſtud arguitur, quia nõ vi
detur verũ ꝙ aliquid poſſit dici
de Deo, niſi illud ꝙ eſt de intel-
lectu illius dicať de eo. ergo cũ
de intellectu magnitudinis ſit
quan-



quantitas, magnitudo non po-
teſt concedi in Deo, & negari ibi
quantitas. Item quærenti quã-
tus eſt Deus, bene reſpondetur
ꝙ eſt immẽſus. ſi aũt non eſſet
ibi quantitas, qõ nulla eſſet. Itẽ
paſſio cõmunis toti generi non
conuenit alicui ꝑ differẽtiã ſpe
cificam. æqualitas eſt paſſio cõ
munis toti generi quantitatis.
ergo non cõuenit alicui per ali
quam differentiam ſpecificam
de genere quantitatis, & ita nõ
poſſet poni in Deo aliqua dif-
ferentia de genere quãtitatis, ne
gando ibi genus quantitatis. &
ꝙ per talem differentiã ſit ibi
æqualitas. Ad primum, Reſpon
deo ꝙ magnitudo eſt æquiuocũ
1. t. 18. ſecundum ꝙ eſt ſpecies quan-
titatis diſtincta cõtra multitu-
dinem. 5. meta. & ſecundũ ꝙ
opponitur paruitati, & eius cõ-
t. c. 18. c. 20. cretum ꝙ eſt magnum opponiť
paruo iſta diſt. ſatis habetur a
philoſopho. 5. me. & 10. in ſi
mili de longo & breui. multo
& pauco. multo & vno. primo
modo non transfertur magnitu
do ad Deũ, nec differẽtia eius vt
aliquid eius, ſicut patet ex di. 8.
qa tunc transferretur genus ꝙ
q. 2. includitur in eo. Nec etiam ſe-
cundo mõ, vt magnũ proprie ſu
mitur. & dicit paſſionem quan
titatis, qa etiã propria paſſio nõ
eſt ſine ſuo ꝓprio ſubiecto. Sed
alio mõ magnitudo eſt paſſio
entis diuiſa cõtra paruũ, & ſic
ĩ omni ente eſt alterũ extremũ.
hoc patet ꝑ philoſophũ. 5. met.
c. de quãto. Sunt aũt & magnũ
1. t. 18. & paruũ, & maius & minus &
ſcđm ſe & adinuicẽ dicta, quãti
paſſiones ſcđm ſe transferunť ẽt
& ad alia hæc nomina. q. d. pro-
prie ſumpta dicũt paſſiones ꝓ-
prias quãtitatis. cõmuniter ſũ-

pta dicunt paſſiones cões entis.
Ad aliud, quãtus eſt Deus. negã
da eſt qõ eſſe rationabilis, ſi ne
getur in Deo quãtitas. ſi aũt cõ-
cedať, qõ erit rationabilis, ſed
tunc cõcedenda eſt eſſe quãtitas
virtutis, nõ molis. Tertia ratio
non concludit, niſi ꝙ æqualitas
vt eſt paſſio generis quantitatis
nõ conuenit Deo per aliquã dif
ferẽtiã generis quantitatis, nec
transferť ad diuina. & concedo
ꝙ nulla differẽtia de genere quã
titatis conuenit Deo, nec aliqua
paſſio illiꝰ generis cõuenit Deo,
ſed paſſio tranſcendens. Ad ſecũ
dũ principale dico, ꝙ ꝑfectionẽ
ſimpliciter. i. q̃ formaliter poſſet
eſſe infinita, non dicit niſi ali-
quid ꝙ poteſt eſſe eſſentiale in
diuinis & ad ſe, & tale aliquo
modo præintelligitur relationi
bus originis, cuiuſmodi ſunt ſa
pientia, bonitas &c. æqualitas
autem non præintelligitur re la
tionibus originis, nec poteſt eſ-
ſe ad ſe pater enim non eſt æ-
qualis ſibi ſed filio, & ideo ęqua
litas hoc modo non dicit perfe-
ctionem ſimpliciter, dicit tamẽ
perfectionem quæ in omni na-
tura comparando ad aliquid
eiuſdem naturę melior eſt ſuo
oppoſito, quia oppoſitum eius
de neceſſitate dicit imperfectio
nem, non enim eſt inęqualitas
in eadem natura, niſi alterũ in-
diuidũ imperfecte habeat illã
naturã, ex quo igitur relatio põt
eſſe inter ſuppoſita ĩ iſta natura
imꝑfectionis, eẽt inęqualitas ĩ
eis, qa in altero poneret ꝑfectio
nẽ diminutã, æqualitas aũt non
eſt ibi ĩperfectionis, immo ma
gis præexigit perfectionem ſim
pliciter, quia præexigit naturã
perfectã, & perfecte in vtroq;
relato, & hoc eſt qđ dicit Aug.

lib. de quãtitate animę loquẽs ad diſcipulũ. æqualitatẽ inquit inęqualitati iure præponis. nec quem quã ęſtimo humano ſenſu præditum, cui non illud videatur. Hoc vtique verum eſt comparando aliqua in eadem natura, & ſimpliciter qbus cõpoſſibilis eſt æqualitas magis poſſunt eſſe perfecta quàm illa quibus æqualitas nõ eſt compoſſibilis, quia illorum aliquod neceſſario eſt imperfectũ.

Tunc cum probas de perfectione creaturæ. Reſpondeo, ꝙ aliqua ſunt neceſſaria ad perfectionẽ creaturarũ, quæ tamẽ non dicũt perfectionem ſimpliciter. & hoc eſt qa creaturę de ſe ĩperfectę ſũt, & ſine illis nõ poſſunt habere ꝑfectã perfectionẽ quanta & qualis eſt eis poſſibilis, & ideo illa aliqualiter ſupplẽt imperfectionẽ creaturarũ, ſicut dictũ eſt ſupra diſt. 7. vbi negatũ eſt ꝙ differẽtia ſpecifica alicuius ſit* perfecte ſimpliciter.

*a.l. perfectio.*

Ita dico ꝙ ꝑfectio limitata, nõ poteſt eſſe tanta in vna natura limitata, ſicut poteſt eſſe in pluribus naturis ordinatis, & ideo ibi ordo naturæ, hoc eſt perfectionis inæqualis, neceſſarius eſt ad maximam perfectionem eis compoſſibilem, non autem eſt ſimpliciter neceſſarius ad ꝑfectionem maximam, quia illa poteſt eſſe in natura perfectiſſima illimitata ſine ordine perfectionis inæqualis. Et ſi arguas, ꝙ ordo eſt perfectionis, & ordo videtur requirere inæqualitatem. Reſpondeo, dico ꝙ ordo originis ſtat cum perfectione. ordo autem inæqualitatis non ſtat cum perfectione. non igitur omnis ordo eſt perfectionis, ſed aliquis ſtat cum perfectione in eadem natura, & aliquis non.

*12. me. ad finem.*

Ad tertium dico. ꝙ aliquãdo ſuper aliquam relationem communem fundantur relationes oppoſitæ diſquiparantiæ, ſicut ſi dicatur aſſimilans & aſſimilatum. iſta dicunt relationẽ actiui ad paſſiuũ, fundatam ſuper hãc relationem cõmunem, quę eſt ſimilitudo: aſſimilãs. n. eſt cauſans ſimilitudinẽ, ſicut dealbans eſt cauſans albedinẽ, & aſſimilatum eſt cauſatum ſecundum ſimilitudinem, ſicut dealbatum eſt cauſatũ ſecundũ albedinem. eſt igitur hic relatio actiui & paſſiui in aſſimilante & aſſimilato, ſicut videtur ĩ dealbante & dealbato, ſed in dealbante illud in quo fundatur relatio actiui, eſt abſolutũ. in hoc aũt ſcilicet in aſſimilante illud in quo fundatur relatio actiui, eſt relatio ęquiparantiæ. Et tale nomen quod importat duas relationes tales. vnam cõmunem & aliam diſquiparantiæ, quantum ad aliam cõmunẽ relationem mutuitatem habet ad correlatiuum illius relationis, non autem mutuitatem habet ad correlatiuum ſecundum relationem diſquiparantiæ. Ita etiam hic coæquari ĩportat relationẽ coęquati ad coæquans, & illa æqualitas mutua eſt, filius enim qui coæquatur patri eſt ęqualis patri, & econuerſo. ſed alia relatio per modum paſſiui, ſcilicet accipere æqualitatem ab alio, illa non eſt mutua, ſed cõpetit præciſe filio, & relatio oppoſita diſquiparantiæ, ſcilicet coæquare conuenit patri, ideſt dare æqualitatem filio. eſt igitur imago æqualis, & econuerſo: ſed ſola imago coæquatur intelligendo duas relationes ꝓdictas.

QVAE-



## QVAESTIO. II.

*1. phy. 1. de Gen. 1. & 3. met. & 2. de anima.*

SECVNDO quæro de circuminceſſione perſonarum. Vtrum quęlibet perſona diuina ſit in alia? Et arguit ꝙ nõ. quia ſi quodlibet eſſet in quolibet ſecundũ opin. Anaxa. eſſet maxima cõfuſio. ergo ſi ꝑſonę diuinę eſſent in ſe inuicẽ, cõfuſę eſſent cõtra illud Athanaſij. Nec confundentes ꝑſonas, nec ſubſtantiã ſeparantes. Et cõfirmat rõ, quia indiuiſibile nõ diſtinguit ab indiuiſibili, niſi ſit extra illud, quod probatur per phi. 6. phy. quia duo indiuiſibilia ſimul poſita non faciũt maius, quia eſſent vnum indiuiſibile. igitur cum ꝑſonæ diuinæ ſint indiuiſibiles. ſi ſunt ſimul, non ſunt diſtinctæ.

*1. c. 2. & inde.*

Præterea ſicut perſonam eſſe in perſona eſſet diſtinctio aliqua. ergo & cõpoſitio. probatio conſequentię. ſi aliquid eſſet in deitate, quod non eſſet ipſa, tunc deitas eſſet componibilis, vel cõpoſita, qđ patet ꝑ Aug. de ci. dei. 11. c. 10. & ponit diſt. 8. Iõ ſimplex eſt Deus, quia eſt illud qđ habet, excepto ꝙ perſona dr relatiue ad aliã, & nõ eſt ipſa. ergo ſi ꝑſona hẽt aliquid in ſe, qđ non eſt ipſa, ipſa eſt cõpoſita vel cõponibilis, qđ eſt falſum, & pri⁹ improbatũ. Itẽ, in eodẽ in quo eſt filius eſt filiatio, in patre eſt filius ꝑ poſitã circũinceſſionẽ, ergo in patre eſt filiatio. Et vlterius, illud in quo eſt filiatio eſt filius. ergo pater eſſet filius. Præterea ſi pater eſt in filio, & filius eſt in patre. ergo pater eſt in ſe. conſequentia probat per philo. 4. phyſi. ſi aer in igne, & ignis in cęlo. ergo aer eſt in cęlo. igitur a ſimili hic. Et confirmatur per illud philo. in antepredicamentis. quicquid ſequitur ad prædicatum ſequitur ad ſubiectum. Et per iſtas maximas. quicquid ſequitur ad conſequens ſequitur ad antecedẽs. & quicquid antecedit ad antecedẽs antecedit ad cõſequens, & qđ eſt prius priore eſt prius poſteriore. & quicqd eſt cã cãæ eſt cã cauſati. Item, ſi pater eſt in filio, ergo Deus eſt in Deo, & & vlterius. ergo Deus diſtinguitur a Deo. Item, quod exit ab alio non eſt in eo, ſed filius exit a patre, vt dicitur Ioan. 16. Exiui a patre.

*1. c. 14.*

Contra Ioan. 14. capit. Ego in patre & pater in me eſt. Et magiſter adducit auctoritatem in litera, Ambro. Augu. & Hylarij.

ISTIVS quæſtionis veritas eſt plana, & certa ex auctoritate Saluatoris, in Ioanne, & alibi in multis in locis, & etiã ſanctorum exponentium. Sed vt aliqualiter poſſit intelligi, tria ſunt videnda. Primo de modo, quo perſona eſt in perſona. Secundo, quæ ſit ratio iſtius inexiſtentiæ. Tertio, ſi iſte modus eſſendi in. poſſet reduci ad modum aliquem eſſendi in, repertum in creaturis, loquendo de illis modis, quos ponit philoſophus. 4. phyſic. vel vtrum poſſet declarari per aliquem modũ, qui poſſit in creaturis inueniri.

*t. com. 23*

DE PRIMO dicitur ſic. quòd duobus modis poteſt intelligi aliquid eſſe in alio. Primo, ideſt ſecundum totum, ſicut vinum eſt in amphora, vel ſecũdũ partẽ, & hoc

*Henr. in ſum. arg. 1. & quol. 6. q. 1.*

duplicitcr, vel ita ꝙ pars ſit in alio, & nihil eius ſit, vt pes auis in laqueo, & nihil eius eſt, & ꝑ hoc auis tota dr̄ eſſe in laqueo, vel ꝙ pars eius ſit in alio, & ſit aliquid eius. & per hoc illud cuius eſt pars, dr̄ eſſe in illo, in quo pars illius dr̄ eſſe. ſicut ſi aliquod mõſtrum habens duo capita, & duo corpora, hr̄et tm̄ duos pedes, tunc vnum diceret eſſe in alio per pedem eius, qui eſt alterius. Ad propoſitum dr̄ ꝙ pater non eſt in filio primo modo, quod probatur dupliciter. Primo quia illud quod eſt in alio primo, q̃libet pars eius eſt in eo ęque primo, ſicut ſi terra primo eſt in cẽtro, quælibet pars terrę eſt ęque primo in cẽtro, quantum eſt ex ſe. igit̄ ſi pater primo eſt in filio, quælibet pars patris primo erit in filio, & ita paternitas eſt ęque primo, ſicut deitas in filio. Et ex hoc vltra ſicut deitate filius eſt Deus, ita paternitate filius erit pater, qđ eſt falſum. Secũdo q̃a illud in quo primo eſt aliquid, vr̄ quaſi ambire illud, & penetrare, & continere. idem autem reſpectu eiuſdem continere, & contineri, ambire & ambiri, nõ eſt intelligibile, ergo & cæt. Oportet igit̄ ꝙ ſicut in creaturis dr̄ aliquid ſecũdũ partẽ eſſe in alio, & non primo. ita vna ꝑſona dicat̄ eſſe in alia ſecundũ aliquid ſui, non eſt aũt ſecũdũ aliquid ſui, qđ nihil ſit eius, in quo eſt, quia illud eſſet relatio perſonalis perſonę inexiſtẽtis, & iſtud non eſt rõ, quia perſona eſt in perſona, ſicut patebit in ſecundo articulo, in quo concordo ſecũ, ergo illud eſt eſſentia, q̃ ita eſt aliquid inexiſtẽtis, ꝙ eſt aliquid eius in quo coexiſtit. Et ꝙ ꝓp iſtã eſſentiã filij, in exiſtentẽ patri, filius ſit in pr̄e probat̄, quia vbicunq; eſt fundamentum relationis alicuius, ibi eſt relatio fundata in eo, ergo vbicunque eſt eſſentia, in qua fundatur filiatio, ibi eſt filiatio. Diſtinguit̄ tñ de perſona q̃ eſt in alia, & in qua eſt alia. quia licet perſona, quæ eſt in alia, ponatur in ea non primo, ſed per aliquid ſui. i. per eſſentiam, tamẽ perſona in qua eſt alia. eſt in qua primo eſt alia in ſe tota, quia ſe tota hẽt aliquo mõ rõnem ambiẽtis, & cõtinẽtis deitatem, quæ licet non ſit pars ꝑſonæ in exiſtentis, eſt tñ aliquid perſonæ.

CONTRA illud. primo eſſe in. non dicit aliquid ad ſe, ſecundum oẽm opi. igit̄ relationem perſonæ ad perſonam, nõ relationem originis, quia illa non eſt eiuſdem rationis in extremis. perſonæ autem vniformiter ſunt in ſe inuicem ſecundum iſtos. ergo dicit relationẽ communem, ſed relatio cõmunis ſecundum eandem rationẽ fundamẽti, eſt in ſuppoſito qđ refertur, & in ſuppoſito, ad qđ refertur, ſicut ſimilitudo requirit eãdem rationem albedinis in ſimili, quod refertur, & in ſimili ad quod refertur. igitur ſi illud aliud ad quod refertur ꝑſona inexiſtens, ſit tale primo ꝙ in ipſo ſit perſona illa. ſequitur quòd perſona inexiſtens primo erit relata illa relatione, & non per aliquid ſui præciſe. Secundo ſic. qñ aliquid dr̄ eſſe in alio ſecundũ partẽ, eodem modo eſt in iſto ſecundũ partẽ, qũo iſta pars eſt in iſto. primo. Exẽplum. ſi hõ ſit in terra per pedem, ſicut pes eſt in terra localiter,





caliter, ita hõ eſt in terra localiter per partem, non aũt ſi pes eſt ibi quaſi in loco, hõ erit ibi ſicut forma in materia. ita ẽt ſi albedo eſt in hoĩe ſecundũ partẽ, quia ſecundum faciem, eo modo eſſendi in. quo eſt in facie primo. puta vt accidens in ſubiecto. eo inq̃ mõ eſt in hoĩe ꝑ partẽ, quia ſicut in ſubiecto. ergo ſi filius eſt in pr̄e ꝑ eſſentiã, q̃ formaliter eſt in pr̄e, ſequitur ꝙ filius erit in pr̄e quaſi formaliter, licet ſecundũ aliq̃d ſui, qđ non eſt eſſe in, ſecundũ circũinceſſionem. R̄ndet̄ ꝙ maior eſt vera, loquendo de illo, qđ eſt rõ proxima alicuius eſſendi in, non aũt de rõne remota. eſſentia aũt vt eſt formaliter in pr̄e, non eſt rõ proxima filij eſſendi in pr̄e, ſed remota. proxima autem eſt, vt eſt ſub proprietate perſonæ inexiſtentis. Cõtra hoc cõcedit ꝓpoſitũ, q̃a illud dr̄ cõuenire alicui primo, qđ non cõuenit ei ſecundũ aliquã partẽ ſui, ſed ſecundum ꝙ eſt ex oĩbus partib. ſuis integratũ. [5. phy. t. c. 1. & 2. de motu.] igit̄ ita hic, cũ nõ ſit in ꝑſona ſecundũ iſtos, niſi relatio & eſſentia, quicquid conuenit perſonę, nõ ꝑciſe rõne alterius iſtorũ. ſed rõne eſſentiæ cũ relatione ſimul, vel econuerſo. hoc cõuenit ſibi primo, q̃a hoc dicit ꝑſonã ſecundũ ſe totam. Præterea proprietas perſonæ, vt eſt incõicabilis, nõ cõuenit formaliter eſſentiæ, ſicut eſſentia non gñat, nec gñatur, nõ diſtinguit, nec refertur. nec ẽt econuerſo proprietas q̃ eſt eſſentiæ, vt cõicabilis. conuenit perſonæ, quia iſte eſt proprius modus eſſentiæ, vt diſtinguitur a perſona, quia eſſentia eſt vna in tribus. perſona autem nullo mõ, nec primo, nec ſecundũ aliquid ſui eſt vna in tribus. igitur iſte modus eſſendi in, quo eſſentia eſt ĩ patre, vt quaſi forma, puta vt qua pater eſt Deus, nullo modo conuenit perſonæ, quia iſte eſt proprius modus eſſentiæ, ſecundum quod diſtinguit̄ a ꝑſona.

QVANTVM ergo ad iſtũ *articulum dico, ꝙ ꝑdicatũ cõuenit alicui toti primo, vt primo', diſtinguitur contra illud, quod eſt ſecundum partem. [a. l. argumentum.] vt dr̄. 5. phyſi. in principio. quod non cõuenit ei ꝑciſe, q̃a parti illius conuenit, [t. c. 1.] & ꝑ oppoſitũ nihil dr̄ cõuenire alicui toti ſecũdõ partem, niſi qđ cõuenit parti & ꝑ partẽ dr̄ de toto. [t. c. 1.] ſicut patet per phi. 5. phy. in eius exemplo. Sanat̄ hõ, quia torax eius ſanat̄ : nã formaliter ſanari dr̄ de torace, & primo, & ꝑ conſequens per hoc de toto, cuius totius torax eſt pars, tale prædicatũ primo inhærens alicui toti, aliqñ nulli parti ipſius totius ineſt, aliqñ aũt cuilibet parti ineſt. Exemplum primi. triangulus primo habet tres angulos &c. & tñ nulla pars trianguli loquendo de partibus integralibus, habet hoc prædicatũ, ſ. habere tres. Similiter hõ primo eſt riſibilis, & tamen nulli parti eius primo ineſt hæc paſſio, & compoſitum generat̄ primo, licet nulla pars eius generetur primo, loquendo de iſto mõ eius, qđ eſt gñari, & ita vniuerſaliter in oĩb. ſubiectis etherogeneis, & paſſionib. eorũ, & rõ eſt iſta, quia natura talis ſubiecti adæquata eſt tali ꝑdicato, quã adæquationẽ notat talis primitas, [t. com. 2.] ſicut patet ex diffinitione vniuerſalis primo poſteriorũ, & nã illius totius adęquati

quati in nulla parte ſaluať, & iō eius paſſio nulli parti cōuenit. Exemplū ſecundi eſt. & ſi ignis ſit primo calidus, qualibet pars ignis eſt primo calida. Ita ēt phi. 7. phy. arguit, ꝙ nullum corpus poteſt a ſe moueri, primo, quia tunc quieſceret ad quietem partis: non. n. primo moueť, niſi motus ineſſet cuilibet parti eius. ſi. n. alicui parti eius non ineſſet motus, tunc toti primo non ineſſet. & ita eſt vniuerſaliter in ſubiectis hōgeneis & paſſionibus eorum, ꝗa natura iſta cui primo. i. adęquate conuenit talis paſſio, ipſa eſt eiuſdē rōnis in parte & ī toto. igiť ꝑdicatum adęquatū tali naturæ conuenit cuilibet, in quo eſt ipſa natura, & ita conuenit parti: non igiť pp rōnē primitatis oportet ꝑdicatū, qđ cōuenit toti naturæ cōuenire parti, immo nunꝗ pp hoc oportet ꝙ cōueniat parti, ſed præciſe qñ natura totius eſt eadē in toto tali, & in parte eius. Ad propoſitum ꝙ dico iſte modus eſſendi in, non eſt per illum modum quo natura eſt in ſuppoſito, vel forma in materia, ſed ſicut ſubſiſtens eſt in ſubſiſtente, ſecundum Hyla. 7. de tri. ca. 6. vbi dicit ſic. ineſſe non vt aliud in alio, vt corpus in corpore, ſed ſic ineſſe ac ſubſiſtere, vt in ſubſiſtente inſit, vt ſit ita ineſſe, vt ipſe ſubſiſtat. Subſiſtere autem, ſi incommunicabiliter per ſe eſſe conuenit perſonæ primo. non enim de perſona diciť, quia de eſſentia vel de relatione dř, ſicut ēt agere in creaturis vel produci primo cōuertit ſuppoſito toti. i. non ſibi. quia parti. ergo & ſubſiſtere. In primo conuenit perſonæ, licet. n. natura primo inſit parti, vt natura in ſuppoſito. illa tñ nō eſt ſubſiſtentia. vel inexiſtentia ſubſiſtētis in ſubſiſtēte, ſed ꝑciſe illa inexiſtentia, qua totus filius inexiſtit pñtialiter, & intime in toto pře, cui alludit illud Ambro. in hymno. In patre totus filius, & totus in verbo pater.

t.c.1.et 2.

ET TVNC ad argumenta dictę opi. contra iſtud membrum. Ad primum dico. ꝙ illa maior eſt dupliciter falſa. Primo quia non oportet illud ꝑdicatū. qđ primo cōuenit toti, cōuenire alicui parti, vt ex determinatis ſatis patet. Scđo ꝗa ſi alicui parti cōuenit, vel toti rōne alicuiꝰ partis, nō oportet alteri parti cōpetere rōne cuiuſcunq; partis, & maxime, qñ illę partes nō ſunt eiuſdē rōnis in integrando totū. ſicut hō eſt primo rōnalis, ꝗa dřia ſpecifica, ſicut rōnale primo dř de ſpecie. primo ēt hō hēt actū illū, ꝗ cōuenit aīali rōnali inquantū rōnale. ſ. intelligere vel rōcinari, & tñ nō ęqualiter conuenit iſtud ꝑdicatū vtriq; parti hoīs, ſ. aīæ & corpori. forte. n. formaliter pōt dici de aīa, & nullo modo de corpore, non tñ dř de hoīe, ꝗa de aīa, quia tunc cōpeteret homini ſecundū partē, ſicut eſſe longū competit homini ſecundū partem, quia ſecundū corpus. Et ſi etiā intelligere neutri parti cōpeteret, ita ꝙ nō poſſet dici de ea, non tñ æqualiter ſe habet vtraq; pars ad inhærentiā ꝑdicati totius, non. n. eſt ita corpus rō inhærentię huius ꝑdicati, ſicut aīa, & hoc ꝗa illę partes. ſ. corpus & aīa non ſunt partes eiuſdē rōnis, in integrando totum, ſed altera materia, altera forma. materia ēm non

ſ. Splendor paternæ generaliter.



non eſt ratio operandi, ſicut forma ipſi toti primo operāti. Ita igitur in propoſito, pp patrem primo eſſe in filio, non oportet concedere diuinitatē eſſe in filio, vel paternitatē illo modo eſſendi in, ſi tñ concedereť, non oportet adhuc concedere ex æquo, quia non ſunt eiuſdem rōnis in perſona, ꝗ includit eas. Et vlterius cū arguitur ſi æque eſſent in patre. ergo ſi vnū formaliter, & reliquū, non valet, ſed eſt fallacia ęquiuocationis, quia in antecedente accipiēdo illa eſſe in pře, accipitur eſſe in ſubſiſtente, vt pñtialiter, & in conſequente inferť alius modus eſſendi in, qui non eſt ille modus formaliter, licet ꝑſupponať illi mō eſſendi in, vnde ex modo eſſendi in, per pñtiam, concluditur modus eſſendi in, per informationem. Ad ſecundō dico. ꝙ illud non eſt tm̃ cōtra mēbrū iſtud, de eſſe in primo, ſed eſt contra concluſionē principalem. Ita ēt vř eſſe impoſſibile in creaturis, ꝙ idē reſpectu eiuſdem cōtineat & cōtineať, vel rōne partis contineatur, & rōne totius cōtineat, ſi- 7.
cut ꝙ idem primo contineat & contineať. Et iō rñdeo ad argumentū, & dico ꝙ iſte modus eſſendi in, non debet cōtinentiam. ſed pñtiam ſubſiſtētis in ſubſiſtente, & ita eſt vnius rōnis in vtroq;, ꝗa ſicut hoc ſubſiſtens eſt pñs illi, ſic illud iſti.

QVANTVM ad ſecūdū argm̃ dico, ꝙ nec eſſentia ſola eſt rō huius inexiſtentię, nec relatio ſola. Primum probo, quia tunc př eſſet in ſe, quod eſt falſum, eo mō quo intelligit ſaluator. patrem eſſe in filio, & filiū in pře, ꝗa ſic ineſſe requirit diſtinctionē realē. Scđm probo. tū quia relationes originis non ſunt eiuſdem rōnis in perſonis relatis, & ita ſi illæ eſſent formales rōnes eſſendi perſonarū in ſeinuicem, non eſſent perſonæ in ſeinuicē vniformiter, qđ eſt contra ꝑdicta. Tū ſcđo. quia ſi ꝑ impoſſibile ipſe Deus produceret aliū Deū, non eſſet iſte Deus in illo, ꝗa ſecundū Dam. c. 5. Si eſſent duo dij, nō poſſent eſſe ſimul, & ita neuter eēt immenſus, & ita nec Deus, tñ vere eſſet relatio producentis ad ꝑductum. Tum tertio, quia ſi per impoſſibile duæ perſonę eſſent ſine origine, ſed cñ haberent eādem eſſentiā, cum diſtinctione reali. eſſent in ſeinuicem, quia non poſſet eſſentia vnius perſonæ eſſe in alia, niſi ipſa ꝗ omnino eadem eſt illi eſſentiæ, eſſet in ea, licet alio modo eſſendi in. Tū quarto quia in creaturis ſūt vere relationes originis, & principiantis & principiati, & tñ ibi pp diuerſitatē naturæ in ipſis relatiuis neutrū eſt in alio. Et ex his ſequiť, cū non ſit in perſona niſi eſſentia, & relatio ſecundū cōem opi. ꝙ ambo erūt totalis rō inexiſtētię. Et ad intelligēdū ꝗ̄o hoc ſit, poteſt accipi exemplū in creaturis, de ſimilitudine. nihil. n. eſt ſibi ſimile, ſed alteri, ſimilitudo tñ fundať ſuper vnitate, ſecundū phi. 5. met. c. de ad aliquid. nec igiť ſola diuerſitas relatiuorū, nec ſola vnitas fundamenti ſufficit ad ſimilitudinem, ſed ambo requiruntur per ſe, ſicut vna cauſa totalis, ita hic. nec diſtinctio perſonæ inexiſtentis, & in qua eſt alia, nec vnitas eſſentiæ per quam ſunt in ſe inuicem, eſt tota rō inexiſtētiæ,

ſ. arguendo contra 1. opi.

t.c. 20.

tiæ, ſed ambo ſimul. Sicut ta-
men in ſimilitudine eſt princi-
palior ratio vnitas fundamenti
q̃ diſtinctio ibi extremorum, &
ſimiliter immediatior, ita hæc
pōt poni immediatior, & prin-
cipalior ratio inexiſtētiæ iſtius,
vnitas eſſentiæ quàm diſtin-
ctio perſonarum.

QVANTVM ad tertium
argumentū dico, ꝙ iſte modus
eſſendi in, non eſt aliquis iſto-
rum modorū formaliter, quos
ponit philoſophus 4. Phyſ. for-
maliter dico, q̄a omnes illi mo-
di ſunt per hoc, ꝙ contentū eſt
aliquid cōtinentis. q̄uo nō ecō
uerſo, vel per hoc, ꝙ continēs
eſt aliq̄d cōtenti, quomodo nō
econuerſo. neutra illarum ratio
num eſt in propoſito, quia di-
uerſitas eſt ibi maior ratio eſ-
ſendi in, quàm vnitas, cōtrariū
eſt in propoſito, ideo bene dicit
Hyl. 3. de tri. & ponitur in lite-
ra. naturaliter enim intelligen
tia humana rationem huius di
cti non capit, nec exemplum
aliquod rebus diuinis compara
tio humana præſtabit. Colligē
do tamē ea, quæ ſunt perfectio
nis in creatura, tollēdo ea quę
ſunt imperfectionis. poſſunt po
ni aliqua exempla huiuſmodi
eſſendi in: licet haberi perfe-
cte nō poſſint, tamen imperfe-
cta exempla imperfecte repræ-
ſentantia illum modum eſſen-
di in, poſſunt adduci. Primo
quidem de illapſu eſſentiæ di-
uinæ reſpectu creaturarum ad
quem illapſum concurrunt ſi-
mul immenſitas naturæ diui-
næ, & eius manutenentia: cir-
cūſcribat̄ ergo ab illapſu ratio
manutenētiæ, ita ꝙ reſeruetur
ratio præſentiæ propter immē-
ſitatē, abſque ratione conſer-

a.l. Aliquid contēti eſt aliquid continentis.

uationis, ſiue rōne potētiæ acti
uæ pertinentis ad manutenen-
tiā. hoc circūſcripto, ſicut Deus
(quia immenſus) præſens eſt
omni creaturæ, ita tūc intellige
retur præſens alicui abſq; hoc
ꝙ illud manuteneat. & tunc ſi
ponatur vna natura in præſen-
te, & in illo cui eſt pręſens, pro-
pter quā naturam vnā oporteat
ipſum eſſe præſens, erit exēplū
ad ꝓpoſitū de iſto modo eſſen-
di in. Aliud exemplū eſt de aīa
non informāte corpus, præſen-
te tñ corpori, ſicut in inſtanti
mortis, aut de angelo nō infor-
mante corpus ipſi tñ præſente.
aut de corpore glorioſo præſen
te corpori nō glorioſo, vel me-
lius exēplū, ſi poſſet corpus glo-
rioſum inexiſtere alij corpori
glorioſo æque ſubtili. In his
oībus eſſe in, eſt ſubſiſtentis &
pręſentis nō per informationē,
nec per modum partis. Et ſi in
iſtis addatur vnitas naturæ, quę
de neceſſitate naturæ exigat ta-
lem præſentiam eſt perfectius
ſimile. Aliud ēt eſt exemplū de
potētijs aīæ, quę ſi ponātur dif-
ferre ex parte rei, & cū hoc tñ eſ
ſe idem realiter eſſentiæ aīę, de
neceſſitate vna erit in alia, q̄a
in alia eſt eſſentia aīæ cui illa
potentia eſt eadē, igit̄ diſtincta
aliquo mō realiter erunt indi-
ſtincta. Sed ſi vtrūque iſtorum
eſſet per ſe ſubſiſtens, ſubſiſtēs
diſtinctū erit in ſubſiſtēti præ-
ſentialiter, & erit exēplū eſſen-
di in.*pro oīb⁹ iſtis exēplis. Et
ad declarationē duorū articu-
lorū p̄cedentiū pōt addi, ꝙ in
iſto mō eſſendi in, vtrūq; extre-
mū ſcd̄m eandē rōnē eſt ī alio,
quia hic notatur pn̄tia mutua,
nō cōtinētia extremi ab extre-
mo, q̄a ſi intelligat̄ corpus eſſe
in

a.l. pra.



in loco, hoc eſt ſicut contētum
a cōtinente, non. n. eſt hoc mō
in, ſed ſi intelligantur duo cor-
pora eſſe in eodē loco in ſe in-
uicē, hoc eſt ſcd̄m eandē rōnē,
quia ſunt ſimul, & ſimultas di
cit relationē cōem vnius rōnis
in extremis, & ſi per impoſſibi
le circūſcribatur locus & pona-
tur ſimul præſentia corporum,
erit relatio vnius rōnis in ex-
tremis, & vtrunque in altero ſi-
ne continentia, vel vnius ab al-
tero, vel amborum a tertio.

AD ARGVMENTA
principalia. Ad primū dico, ꝙ
confuſio eſſet ſi quodlibet eſſet
in alio ſcd̄m opi. Anax. quia ſic
quodlibet eſſet ī alio, ſicut pars
eius, ſicut vr̄ philoſophus impo
nere ſibi, ſed perſona nō eſt in
ꝑſona ſicut pars eius, & iō non
ſequit̄ cōfuſio. Cū cōfirmat̄ rō
per illud 6. Phyſ de indiuiſibi-
libus. Rn̄deo ꝙ aut illud eſt fal
ſum, ꝙ indiuiſibilia quātitatis
nō ſunt diſtincta, niſi differant
ſitu (de quo aliàs,) aut ſi eſt ve-
rū. nihil eſt ad propoſitū, q̄a rō
iſta quæ eſſet ibi, nō eſſet in ꝑ-
ſonis diuinis, quibus nō cōue-
nit ſitus. Ad ſcd̄m dico ꝙ deitas
eſt cōis oī ſubſiſtenti in natura
diuina, & eſt aliquid ſubſiſten-
tis in natura diuina, & ideo nō
poſſet realiter diſtingui ab ali-
quo, niſi eſſet aliquo modo cō-
ponibile cum iſto, quia non eſt
intelligibile ꝙ in aliquo ſubſi-
ſtente ſint plura, niſi vnum ſit
componibile cū altero. perſona
aūt nō eſt aliquid cuiuſcunque
ſubſiſtentis in natura iſta, & iō
licet perſona ſit in perſona, nō
tñ oportet ꝙ ſit ipſa vel cōponi
bilis ipſi, ſicut oporteret dicere
de deitate Ad tertiū dico ꝙ cōn̄.
abſtractū dicitur eſſe in aliquo,

In 2. di. 2. et in met.

aut de virtute ſermonis deno-
tatur eſſe in, ſicut forma in in-
formato, ſicut cū dr̄ color eſt in
lapide, non ſignificatur eſſe in,
ſicut pars in toto, ſed ſicut for-
ma in informato, & tunc iſta
propoſitio eſt neganda. filiatio
eſt in patre, & tunc prima con-
ſequentia non valet. Aut hoc
non hr̄ de virtute ſermonis, ſed
ex vſu, ſicut dicimus calorē eſſe
in luce, non ſicut in ſubiecto, &
tunc concedi poteſt iſta, filiatio
eſt in patre, accipiēdo eſſe in, ꝓ
inexiſtentia intima, ſicut iam
dictum eſt, nec ſequitur vltra.
igitur pr̄ eſt filius, ſed eſt falla-
cia æquiuocationis inferendo
ex antecedente, quaſi in, accipe
retur ibi per modum formæ.
Ad quartū dico, ꝙ iſte modus
arguendi tenet vbi vera eſt ta-
lis propoſitio per quam tenet
talis modus arguendi. tenet au
tem generaliter per talē propo
ſitionem, quicquid habet ali-
quā habitudinē ad aliquid, ha-
bet ſimilem habitudinem ad
illud ad quod illud aliud habet
habitudinē talem, iſta propoſi-
tio frequenter vera eſt in rela-
tiuis ſuppoſitionis, & ſuperpo-
ſitionis, nō tñ eſt vniuerſaliter
vera. Sed de iſto non dico mo-
do quia argm̄ hoc procedit de
eſſe in, quod vt ſumitur in ꝓpo
ſito notat relationem cōmunē.
Quantum igitur ad relationes
cōes dico, ꝙ iſta propoſitio eſt
vniuerſaliter falſa, puta quic-
quid eſt ſimile ſorti, eſt ſimile
oī ſimili ſorti. hoc. n. includit,
ꝙ aliquid ſit ſimile ſibijpſi, q̄a
illud cadit ſub iſta diſtributio-
ne oī ſimili, ſed ad hoc ꝙ ſit ve
ra oportet addere ſpecificatio-
nē iſtā omni alij a ſe, & tūc vir
tute talis propoſitionis ſpecifi-
cantis

cantis tenet talis modus arguē-
di.procedendo non cōuertēdo.
puta nō ſequitur,ſortes eſt ſimi
lis Platoni,plato eſt ſimilis ſor-
ti.igitur ſortes eſt ſimilis ſorti,
quia ꝓpoſitio iſta eſt falſa,quic
quid eſt ſimile ſorti , eſt ſimile
omni ſimili ſorti , niſi addatur
omni ſimili ſorti alij a ſe,& tūc
nō includitur ſortes ſub iſta di-
ſtributione.nec pōt argui cōuer
tendo ad ſortē, ſed tantū proce
dendo . Sed adhuc talis additio
non ſufficit ad veritatem talis
propoſitionis,nec ad efficaciam
talis argumētationis. Sed opor
tet addere ꝙ medium,ad quod
comparantur extrema, ſit limi
tatum ſecūdum talem,rationē
quia non ſequitur, quicquid eſt
ſimul cum.a. eſt ſimul cū om-
ni eo,cum quo.a.eſt ſimul, om-
ni inquam alio a ſe, ſi ipſum a.
ſit illimitatum, quia tunc exi-
ſtens Pariſius eſſet ſimul cum
exiſtente Romæ , quia ſunt ſi-
mul cum deitate immenſa , &
illimitata ad illos,nec ēt omnia
iſta ſufficiunt niſi addat̃ ꝙ me-
dium non varietur, vt compara
tur ad extrema. Ad propoſitum
ergo dico ꝙ argumentum non
valet,quia arguitur conuertēdo
non procedendo , & propoſitio
confirmans talem modū arguē
di falſa eſt, argumentū tñ philo
*vbi ſupra.* ſophi.4. phyſi. tenet ꝗa arguit
tantum procedendo, & accipiē
do medium limitatum , & non
variatū , ſed argumentū eſt in
relatiuis ſuppoſitionis,& ſuper
poſitionis. vnde non multū eſt
ad propoſitum de eſſe in,in pro
poſito vt dicit relationem com
munem.Vt tamen de relatiuis
diſquiparantiæ breuiter dica-
tur.dico ꝙ talis modus arguen
di, generaliter non tenet niſi ꝑ

rationem prioris & poſterioris,
quod fere eſt commune omni-
bus talibus relatiuis. quicquid
enim eſt prius priore eſt prius
poſteriore. Et vt generalius di-
catur,quicquid habet ordinem
ad aliquid habet ſimilem ordi-
nem ad quodlibet aliud, ad qđ
illud habet ordinem talem: iſta
propoſitio eſt vera in ordine eſ-
ſentiali,non intelligendo con-
ditionem ſpecialem ordinis.pu
ta mediationem vel immedia-
tionem,propinquitatem vel re
motionem. Quia igitur eſſe in,
ipſius aeris in igne dicit ordi-
nem eſſentialem , & ſimilem
modum dicit eſſe in. ignis in cę
lo,tenet illa conſequentia pro-
cedendo , & hoc quia procedi-
tur ſecundum rationem genera
lem ordinis , non ſpecificando
ordinem mediatum vel imme-
diatum, propinquum vel remo
tum. vnde non ſequitur. a. eſt
pater. b.b. pater. c. ergo. a. eſt
pater. c. vt pater denotat imme
diatum ordinem ad. c. vt ad fi-
lium , ſed bene ſequitur vt no-
tat principiantem in commu-
ni,prout pater extendit̃ ad auū,
vel proauum &c.Ad aliud con-
cedo. ꝙ Deus eſt in Deo,& hoc
concedit Hyla.7.de trini.Sed cū
infertur . ergo Deus diſtingui-
tur a Deo.nego conſequentiam
propter fallaciam conſequen-
tis,hæc enim præpoſitio, in,nō
notat virtutem cōfundendi ſuū
caſuale , nec hoc habet , & ideo
poteſt caſuale eius ſtare ꝓſup-
poſito aliquo determinato in
determinate t diſtingui autem
diſtribuit terminum huius re-
lationis confuſe & diſtributiue
propter negationem incluſam,
& ideo caſuale huius præpoſi-
tionis non infert terminum
huius



huius relationis, ſicut non ſe-
quitur,Deus generat Deum. er-
go Deus diſtinguitur a Deo,pro
pter ſimilem rationem. Ad vl-
timum dico quòd exitus filij a
*a.l.proceſſus.* patre eſt * proceſſio producti a
producente , nunc autem talis
exitus nihil prohibet,ꝗn exiens
maneat in eo , a quo exit, quia
recipit eandem naturam cū eo
a quo procedit.

NVNC OSTENDERE &c.
DISTIN. XX.

CIRCA iſtam diſt.
20. quęro vnum.
Vtrum tres perſo-
næ ſint æquales in
potentia? Arguo ꝙ
non , quia tunc ſicut pater po-
teſt generare, & ita filius poſſet
generare. probatio huius conſe
quentiæ tum quia Aug. contra
Maximinum lib. 3. Si pater nō
poteſt generare ſibi filiū ęqua -
lem eſt impotens.ergo econuer
ſo,ſi non eſt impotens, ſed om-
nipotens poteſt generare filiū,
& per conſequens poſſe genera
re pertinet ad omnipotentiā. &
ita ſi filius non poteſt genera-
re,non eſt ęque potens vel ęqua
lis potentiæ cum patre, tū quia
filius non eſſet omniſciens , ſi
nō ſciret generationem patris,
nec igitur omnipotens ſi non
poſſet in iſtam generationem.
Præterea Ricar. 2. de trini. c. vl
timo,probat ꝙ non poſſunt eſſe
plures omnipotentes, quia tūc
vnus poſſet facere alium nulli
potentem.ergo a ſimili videtur
argui in propoſito , ſi ponantur
plures perſonę diuinæ æquæ po
tentes & * ſicut iſta conſequē-
*a.l.ſic.* tia Ricar. fuit declarata diſt.2.
per duas vias,conſimilibus vijs

etiam declaro in propoſito de
duabus perſonis.* Primo , quia *a.l.prima.*
vna perſona poſſet ſuo velle ꝓ
ducere omnia poſſibilia , & eis
productis in eſſe, perſona alia
non poſſet ea producere , eadē
.n.nō poſſunt bis totaliter pro-
duci.Et cōfirmatur iſta proba-
tio,quia pater prius ordine ori
ginis habet velle creaturarum
quàm filius,& filius ſecundum
Hyla.eſt potens per ſe, licet nō
a ſe.igitur prius origine quàm
filius producat intelligitur pa-
ter producere , & ita in iſto ſi-
gno in quo filius intelligitur de
bere producere, nulla ſunt ibi
poſſibilia.* Secundo, quia om- *a.l.ſecunda.*
nipotens poteſt ſuo velle im-
pedire omnia poſſibilia alte-
rius omnipotentis,ſi eſſet,quia
non eſt neceſſe voluntates eo-
rum concordare in alijs a ſe,
quia iſta omnia contingenter
volunt, ita hic non videtur ne-
ceſſarium eſſe , quòd voluntas
vnius perſonæ concordet in
actu volendi alterius perſonæ.
Quod ſi dicas eandem eſſe vo-
luntatem eorum , & ideo con-
cordare in alijs volendo ea-
dem.

Contra,forma quæ eſt prin-
cipium agendi,ſi eſt in pluri-
bus,eodem modo eſt princi -
pium agēdi vnicuique eorum
ſicut ſi eſſet in vno tantum, ſi-
cut ſi albedo eſſet in duabus ſu
perficiebus,eſſet eis principium
diſgregandi eodem modo , ſi-
cut ſi eſſet in vno tantum , ſed
ſi voluntas eſſet in ſolo filio
eſſet principium volendi cōtin
genter lapidem eſſe, ita ꝙ illa
volūtate poſſet filius velle ęque
lapidem eſſe, vel non eſſe . igi-
tur poſito quòd ſit in patre erit
principiū in filio cōtingēter vo
len-

lendi vel non volendi lapidem, ita quicquid ponatur in patre, filius poteſt æque velle lapidē eſſe vel non eſſe, & ita ſi pr̄ vellet lapidē eſſe, & filius nō: vnus omnipotens faciet alium nullipotentem, impediendo omnia poſſibilia volita ab eo. Itē, *T.c.4.* prima cauſa plus cauſat q̄ ſecūda, *T.c.2.4.* propoſitione prima de cauſis, & ſecundo Meta. & primo poſte. ſed pater dat filio virtutē creandi, & non econuerſo. ergo pater plus poteſt Contra. magiſter diſt. 19. iſtius in litera. Et adducit Aug. de fide ad pe. ca. 2. Item, Aug. contra Maximinum c. 3. probat iſtam concluſionē tripliciter. *Cap. 15.* Primo auctoritate ſaluatoris in euangelio Ioan. Omnia quæ habet pater mea ſunt. Secundo per rationē quia ſi non potuit dare potentiam ęqualem, fuit impotens, ſi noluit, fuit inuidus. Tertio per ſimile, quia pater corporalis generaret ſibi filium æqualem ſi poſſet vel maiorem. ergo multo magis in propoſito.

RESPONDEO omittēdo potentiam logicam quæ dicit modum compoſitionis ab intellectu factæ, & potentiam metaphorice dictam, qualis eſt in geometricis ſecundum ꝙ ipſi geometræ imaginantur punctum eſſe in potentia ad lineā. & lineam ad ſuperficiem, hic potentia ſumitur proprie. Vno modo ſicut dictum eſt diſtin. 7. prout eſt differentia entis oppoſita actui. Alio modo ſecundū ꝙ ſignificat idem quod principium, ſicut loquitur de ea philoſophus .5. Meta. cap. 9. *t.1.17.* Et potentia iſto ſecundo modo ſumpta diuiditur in potentiam actiuam, & paſſiuam, & ſi vtrolibet modo ſumatur poteſt intelligi aut pro ipſa relatione principij quam ſignificat, aut pro fundamento proximo iſtius relationis. Ad * propoſitum, planū eſt *a.l.primū* ꝙ in Deo oportet ponere potentiam actiuam, cum ſit principium efficiēs ex diſt. 2. & æqualem ſicut de iſta loquitur magiſter diſt. iſta. Et huius ęqualitas poteſt ītelligi dupliciter, aut ſecundum extenſionem obiectorum poſſibilium ad quæ ſe intendit potentia, aut ſecundum intenſionem illius potentiæ in ſe. Exemplum. potentia calefactiua dicitur æqualis extenſiue, ſi ad æqualia calefactibilia ſe extendat: ſic omnis charitas eſt æqualis, quia extendit ſe ad omnia diligibilia ex charitate ſecundum intenſionem, ſi æque perfecta ſit. potentia & in æque perfectiuis actū poſſit elicere, licet non tot poſſibilia ſibi ſubeſſent, ſicut ſubeſſent alij potētiæ, vt patet poſito iſto caſu, qui ponitur diſt ꝙ calor productione ſibi adæquata produceret alium calorem. Et iſtę duę equalitates frequenter concomitantur ſe. poteſt tamē intelligi vtralibet ſine altera Loquendo autem de æqualitate extenſionis non eſt difficultas, niſi de actibus notionalibus, & de terminis iſtarum actionum, quia illi duo termini non ſunt producibiles ab omnibus pſonis, ſed filius a ſolo patre, ſpiritus ſanctus autem a patre & filio. *Egi.dere. vna diſt. praſenti.* Vnde quo ad hoc dicitur ſic, ꝙ potentia generādi pertinet ad omnipotentiam in patre non in filio. Quod declaratur dupliciter. Primo, quia omnipotentia eſt ad omne quod non includit cōtradictionem. ſed patrem gene-

*rare



rare non includit contradictionem, filium autem generare includit contradictionē. ergo &c. Præterea ſecundo, aliter eſt de actionibus tranſeuntibus ad extra. & aliter de actionibus immanentibus intra, poſſibilitas actionis tranſeuntis iudicatur ex ratione actionis in ſe, & termini eius: poſſibilitas aūt actionis immanentis non iudicatur ex his præciſe, ſed cū hoc in cōparatione ad agens, in quo manet talis actio. cum igitur generatio ſit actio immanens, poſſibilitas eius iudicanda eſt non tantum ex ipſa in ſe, & cū hoc ex termino eius, ſed quia eſt poſſibilis illi ſuppoſito agenti, in quo debet manere: eſt autem compoſſibilis generatio patri & non filio. igitur idem quod prius. Tertia declaratio addit̄, quia omnipotens dicitur quod poteſt in omne illud ad quod habet formam per quā poteſt, *a.l.ſi.* & non dicitur impotens * quia non poteſt in aliquam actionem, ad quam ſe non extendit ſua forma, ſicut ignis non dicitur impotens, quia non poteſt frigefacere, quia non habet potentiam ad frigefaciendum. pater autem habet formam conueniētem generationi, & filius non, igitur pater non eſt omnipotens ſi non poteſt generare, non autem filius eſt impotens ſi nō poteſt generare. & ita poſſe generare pertinet ad omnipotentiam patris, & non ad omnipotentiam filij.

CONTRA iſtud, nō comparando generare ad aliquod ſuppoſitum, quæro, aut illud vt eſt geniti tanquam termini eſt aliquid ad ꝙ nata eſt eſſe aliqua potentia actiua, aut non: ſi ſic. ergo in quocunque non eſt potentia ad illud, non eſt in eo omnipotentia, hoc eſt non eſt potentia ad omne illud ad qd̄ nata eſt eſſe potentia, ſi non. ergo in nullo eſt potentia ad illud. & ita non pertinet ad omnipotentiam patris. Confirmationes etiam non valent. Prima non, quia omnipotens poteſt in omne illud quod eſt terminus potentiæ ſimpliciter, & hoc producendo illud in eo, in quo natum eſt produci, ſi natum eſt produci in aliquo vel producendo ipſum in ſe ſubſiſtens, ſi nō eſt natum produci in aliquo, non autem oportet ꝙ poſſet producere omne tale formaliter in ſe, ſicut poteſt producere curſum animalis in animali, vt in homine vel aſino, in quo natus eſt eſſe curſus, ſed hoc non poteſt producere in ſe, nec poteſt formaliter currere, quia tunc per illud verbum neutrum ſignificaretur ꝙ talis forma eſſet in ipſo formaliter: licet igit̄ fili' nō poſſit formaliter generare, vt generatio ſit in ipſo, nec poſſit principiare generationem in ſe ipſo, tamē ſi iſtud ſit terminus omnipotentiæ, oportet dicere ꝙ filius poſſit principiare generationem in eo in quo nata eſt eſſe. nullo autem modo filius poteſt principiare generationem in ſe, nec in iſto in quo non eſt nata eſſe, tamen omnipotens vt poteſt actionem illam cauſare in eo quod poteſt eam recipere, ſicut non eſſet omnipotens ſi non poſſet cauſare intellectionem in intellectu potente recipere eam. generare autē non poteſt aliquo modo eſſe a filio, nec vt in filio, nec in alio. igitur ſi generare eſt terminus om-

omnipotentię ſimpliciter, filius
non erit omnipotens. Secunda
etiam nõ valet, quia quod ha-
bet formam limitatam ad agẽ
dũ non eſt omnipotens ad agẽ
dum, licet enim ignis ſit potens
ignire, & calefacere, ſi non poſ-
ſit frigefacere, non eſſet ſimpli-
citer omnipotens, quia forma
eius limitata ad vnum actũ cõ-
cludit ipſum non eſſe ſimplici-
ter potentem. ergo filium non
habere formam conuenientem
omni actioni, quam actionem
nata ſit potentia ſimpliciter re
ſpicere, concluderet filium non
eſſe ſimpliciter omnipotentẽ.
Itẽ iſta via nõ ſaluat, quomodo
pater & filius ſint æque poten-
tes, quia pater poteſt in actum
generationis, qui per te eſt ter-
minus potentiæ ſimpliciter, in
quem actum non poteſt filius,
& ita non erunt æque potentes
quantum ad extenſionem.

*De hoc vide diffuſius 7. q͞o. quolib. & diſt. 42. huius.*

QVANTVM ergo ad iſtũ
articulum dico aliter, ꝙ poten-
tiæ actiuæ primum correlatiuũ
eſt poſſibile non communiter
ſumptum vt opponitur impoſ-
ſibili, quia hoc modo poſſibile
eſt Deum eſſe, & tamen illud
poſſibile non eſt terminus ali-
cuius potẽtiæ actiuæ. ergo opor
tet, ꝙ poſſibile vt eſt potẽtię a-
ctiuæ correlatiuũ ſumatur deter
minatius, hoc autem non vide
tur niſi ſcundũ ꝙ Auic. accipit
poſſibile. 6. Met. & alibi frequẽ
ter prout opponitur ei ꝙ eſt ne
ceſſarium ex ſe, & tunc cũ quod
libet intrinſecum Deo ſit in ſe
formaliter neceſſarium, vel per
identitatem cum eſſentia, quæ
eſt formaliter ex ſe neceſſaria,
nihil intrinſecum Deo erit ter
minus potentię proprie dictę, &
ſi hoc eſt, cũ ad omnia alia ab
eſſentia diuina eandem ratio-
nem principii habeant tres p-
ſonæ, quia prius intelligitr prin-
cipium illud producendi crea-
turas communicatum tribus, q̃
poſſit habere actum producen-
di iſta alia, ſequitur ꝙ æqualis
erit potentia trium perſonarũ
quantum ad numerum poſſibi
lium. Aſſumptum autem decla
ratur in q. illa de ordine produ-
ctionum extrinſecarum ad in-
trinſecas 2. li. q 1. Et breuiter pa
tet ex hoc ꝙ ſi ſit principiũ ne-
ceſſarium reſpectu vnius pro-
ductionis, & contingens reſpe-
ctu alterius productionis, prius
eſt principium producendi ne-
ceſſarium q̃ contingens: quic-
quid autem ſit principium pro
ducendi perſonas, neceſſario ſe
habet ad productionem illarũ.
cõtingenter autẽ ſe habet prin
cipium producẽdi creaturas ad
ipſas creaturas: prius igitur cõ-
municatur tribus perſonis, q̃
poſſit habere actũ reſpectu poſ
ſibilium extra. Ex hoc apparet
ꝙ potentia eſt æqualis in per-
ſonis diuinis non tantum quã-
tum ad extenſionem, ſed etiã
quantum ad intenſionem: ſiue
enim potentia accipiatur pro
abſoluto, quod eſt fundamentũ
relationis principij, patet ꝙ il-
lud ſecundum eandem magni-
tudinem eſt in tribus, non tan-
tum ſecundum eandem magni
tudinem ſecundum quid, ſed
ſimpliciter, ſicut dictum eſt in
q. pręcedente de æqualitate ma
gnitudinis, ſiue accipiatur pro
relatione fundata ſuper illud
abſolutum, eadem relatio eſt
trium. & ſi quam habet magni
tudinem, eadem eſt magnitudo
illius relationis in tribus. & ita
omnimodo eſt æqualitas poten
tiæ



tiæ & ſecundum extenſionem
& ſecundum intenſionem.
Quod autem dictum eſt de pri
mo correlatiuo potentiæ acti-
uæ quòd ſit poſſibile, intelligen
dum eſt de poſſibili obiectiue,
ſcilicet ꝙ eſt terminus poten-
tsæ non de poſſibili ſubiectiue,
quia illud non eſt correlatiuũ
conuertibile reſpectu potentiæ
actiuæ. Non enim omnis po-
tentia actiua habet aliquod ſic
poſſibile ſibi correſpondens,
ſed ſolum illa potentia actiua
quæ eſt tranſmutatiua. Aequa-
tur igitur poſſibile obiectiue,
vt correlatiuum potentiæ acti-
uæ, non autem poſſibile ſubie-
ctiue, & tale eſt illud poſſibile
de quo adductus eſt Auic. quod
opponitur ex ſe neceſſario for-
maliter. Quod autem iſtud dif-
*1. 1. 1.* ferat a neceſſario ex ſe forma-
liter, ſiue a producente, poſſet
confirmari per philoſophum.
5. Met. vbi vult ꝙ principium
& cauſa conuertuntur realiter.
omne autem cauſatũ eſt aliud
a cauſa. ergo & poſſibile, hoc
*1. c. 17.* eſt principiatum eſt aliud ſecũ-
dum eum a principio. Confir-
matur etiam per rationem po-
tentiæ actiuæ poſitam in 5. Me
taph. quòd ipſa eſt principium
tranſmutandi aliud inquan-
tum aliud. ergo multo magis
eſt principium producendi a-
liud, quia non poteſt cauſa-
tum ita eſſe idem cauſæ, ſicut
actiuum poteſt eſſe idem paſ-
ſiuo in creaturis. Sed tunc re-
ſtat dubitatio, quomodo po-
tentia generandi dicatur potẽ-
tia, cum non ſit reſpectu alicu-
ius poſſibilis ſecundum præ-
dicta? Reſpondeo poſſibile po-
teſt ſumi adhuc magis exten-
dendo nomen, quàm vt oppo-
nitur neceſſario ex ſe dicen-
do illud eſſe poſſibile quod op-
ponitur neceſſario eſſe a ſe, &
hoc modo omne originatum
eſſet poſſibile. Sed nec ſic vi-
dentur ſancti communiter lo-
qui, nec etiam philoſophi, &
hoc modo poſſet concedi fi-
lium eſſe poſſibilem, quia ori-
ginatum, & ita potentiam cor-
reſpondentem actiuum huic
termino eſſe potentiam.

Verius tamen conceditur fi-
lium eſſe principiatum, & non
poſſibilem, in patre tamen con
ceditur potentia actiua gene-
randi, quia potentia actiua in
creaturis aliquam dicit per-
fectionem: poſſibilitas autem
ſibi correſpondens quæ repu-
gnat neceſſitati ex ſe dicit im-
perfectionem. transfertur igi-
tur ad diuina nomen vnius ꝙ
ſignificat perfectionem, no-
men autem alterius correlati-
ui, quod dicit imperfectionem
non transfertur in ſe, ſed in ali
quo communiore ſe, vt ſic ex
parte producentis dicatur eſſe
potentia, & tamen ex parte pro
ducti non dicatur eſſe poſſibili-
tas, ſed tãtum ratio principia-
ti. Ex hoc apparet irrationabi- *Varro in*
litas illius dicti, ꝙ ſub omnipo *præſenti*
tentia de virtute ſermonis cõti *diſt. q. uni*
neatur potẽtia generãdi. nõ aũt *ca. art. 3.*
ſecundum vſum ſanctorũ, quia
& ſi aliq̃n ſancti vel doctores
dicant potentiam generãdi eſſe
potentiã, & generari eſſe termi
nũ potẽtiæ, tñ de virtute ſermo
nis neutra eſt vera ſimpliciter
loquendo de potentia, prout re-
ſpicit terminum poſſibilẽ, ſed
ampliando rationem potentię
ad rationem principij, prout in
communi reſpicit principia-
bile. Hoc modo loquendo ad

qõnem de ęqualitate potentiæ in diuinis perſonis. Rñdeo & dico ꝙ etiam ſic ſunt æquales, q̃a ſecundũ magiſtrũ di. 7. huius li. Eadē eſt potētia, qua pater põt generare, & filius põt generari. Sed tũc iſta æqualitas potentiæ nõ eſt ad idē, ſicut ſi poneretur æqualitas potentiæ in colore ad immutandum viſum, & ſapore ad immutandum guſtũ, eſſent quidem iſta duo ęqualis potentiæ, non tamen haberēt eãdem potentiã, nec ad idē. Ita in propoſito loquendo de potētia hoc modo extenſiue ad actũ notionalē, ęquales ſunt pater & filius in potentia extenſiue & intēſiue, quia potentia quæ eſt in patre ad actũ generandi, eſt æque perfecta ĩ filio & ad æqualia obiecta, nõ tamen eſt hoc modo omnino eadem potentia, ſicut potentia eſt eadem quæ eſt reſpectu eiuſdē poſſibilis, & hoc modo concedendũ eſt ꝙ in filio non eſt omnis potentia, vel non eſt in eo potētia ad omne, accipiendo ſic potētiã extenſiue, licet in ipſo ſit omnipotētia, quę dicit potentiã ad omnia poſſibilia. Et ſi quæras ſi idem abſolutũ eſt in patre & filio, ſuper qđ fundatur potentia æqualis ſecundum extenſionem & intenſionē, etiam illa quę eſt ad ĩtra, quare non eſt potentia omnis eadem in vtroque? Reſpondeo dico, ꝙ & ſi idē abſolutum qđ eſt potentia, ſit in patre, & filio: non tamen ſub ratione potentiæ, quantum ad actum notionalem eſt in vtroque, quia non eſt ſub rõne prioris ad illũ actũ & potētia ſiue prĩcipiũ requirit ordinē prioritatis ad terminũ.

AD ARGVMENTA principalia. Ad primum dico negando illam conſequentiam primam, quantum eſt forma cõſequentiæ. Cum probatur per Aug. contra Maximinum, reſpondeo ꝙ illud argumentum Aug. non tenet per locũ intrinſecum, quaſi per locũ a toto in quantitate ad partem totius in quantitate, quaſi poſſe generare ſit aliquod poſſe, ſed tenet ꝑ multas propoſitiones ſubintellectas, & habet illud argumentum reduci ad multos ſyllogiſmos, hoc modo conceſſit Maximinus patrem filium generare, ſed non æqualem.

Contra, Auguſtinus arguit ſic, ſi genuit, & nõ potuit generare filium æqualem ſibi, ergo fuit impotens, probatio huius conſequentię ex quo dedit filio deitatem etiam ſecundum Maximinum. quia aliter non eſſet generatio. ſed deitatem minorem ſecundum eum deitate patris. ergo deitas non eſt infinita ex ſe, quia infinito non poteſt eſſe aliquid maius, nec infinitũ poteſt minui, & ſi deitas non eſt infinita, ergo habens eam nõ eſt omnipotens. nihil enim eſt omnipotens, cum omnipotentia requirat potētiam infinitam, niſi habeat infinitam eſſētiam. Non igitur tenet conſequentia hic, quaſi ſub iſta vniuerſali cõtineat̃ iſtud ſingulare, ſed quia iſtud vniuerſale, ꝙ eſt omnipotens cõcomitatur infinitas eſſentiæ, & ita cõmunicabilitas in æqualitate. Et ſimiliter ſequit̃, ſi pater nõ põt intelligere, pater nõ eſt oĩpotens, ſed nõ ſequit̃ per locũ intrinſecũ, quaſi intelligere patris ſit terminus oĩpotentiæ, ſed per iſtas ꝓpõnes ſubintellectas, ꝙ nõ põt intelligere, nõ habet omnem per-





fectionē ſimpliciter, & tũc non eſt ĩfinitæ eſſentiæ, ac per hoc nec omnipotēs. Cũ arguit̃ poſtea de oĩ ſciēte, dico ꝙ ſcientia nõ requirit ordinē determinatũ ad ſcibilia, nec ordinem prioris, nec ordinē poſterioris, quia põt eſſe ſiue reſpectu prioris, vt obiecti, ſiue poſterioris: potentia autem requirit determinatum ordinem ad terminũ, vt prioris ad poſterius, & ideo ſcientia de neceſſitate extēdit ſe ad omne ens, q̃a omne ens eſt ſcibile, potētia autem nõ extēdit ſe (vt ad obiectũ) ad omne ens, ſed tãtum ad ens poſſibile, ꝙ quomodocunque ſumendo poſſibile natum eſt eſſe poſterius, & iõ non eſt ad illud qđ nõ eſt natũ eſſe poſterius, & ideo nõ ad illud, qđ eſt natum eſſe ĩ perſona infinita idē illi perſonæ. Cũ poſtea arguitur per Ricar. dico ꝙ argumentum valet ſi ponerent̃ duo dij per ĩpoſſibile. ſicut declaratũ eſt diſt. 2. nõ aũt de duabus perſonis æque potentibus. Cum probat̃ primo, ꝙ vna perſona poſſet facere aliam nullipotentē, volendo omnia poſſibilia, & ponēdo ea in eſſe. dico ꝙ non põt velle iſta, alia perſona non volente, & ita non ponerētur in eſſe ab vna perſona, alia perſona non volente, & ea in eſſe non ponente. Sed ſicut in eodem inſtãti naturæ intelligunt̃ tres perſonæ hr̃e principiũ ſufficiens ponendi ea in eſſe, ita in eodem inſtanti intelligunt̃ hr̃e actũ quo ponuntur iſta in eſſe. Sed ſi ponerētur duo dii, vnꝰ ꝓpria actione poſſet omnia ponere in eſſe, & aliud nõ poſſet producere iſta eadē ꝓductione. ergo vel iſta eadē nõ poſſet ꝓducere, & iõ nõ eſſet omnipotēs, vel poſſet producere illa alia actione, & ita idem poſſet bis accipere eē, ꝙ eſt ĩpoſſibile. Ad ſcđam probationem, ꝙ vnus omnipotens poſſet impedire alia volita ab alio, dico ꝙ illa probatio bona eſt de duabus voluntatibus, quia per impoſſibile habēs ſuã voluntatem poſſet vti ea contingēter ad quodlibet aliud obiectum a ſe, non ſic aũt eſt de duobus habentibus eandem voluntatem, quia propter eãdem neceſſitatem eſt vnus vſus voluntatis, propter quam voluntas eſt vna. Et ideo non poteſt vna perſona iſta voluntate velle, & alia non velle. ſicut non poteſt vna perſona habere iſtã voluntatem, & alia non habere illam. Cũ obiicitur contra iſtã reſponſionem, de forma quę eſt in duobus ꝙ ſit principium operandi eodem modo vtrique ſicut ſi eſſet in vno ſolo, concedo ꝙ filius nõ quaſi naturaliter vel coacte vult voluntate iſta, quaſi pater volēs prędeterminauit filium ad volendum idem, & non ſit in poteſtate filii idē velle, ſicut erat in ptãte patris. Sed in eodem inſtãti naturę pater & filius intelliguntur habere voluntatem, & æque libere *quemlibet actum volendi habere, vt eſt illius obiecti. ſicut ſi alius non haberet iſtam voluntatem. Eſt igitur illa forma cuilibet habenti principium vniformiter operandi, ſicut eſſet ſi ille ſolus haberet eam, ſed non eſt alicui habenti principium operandi, & alii principiũ non operandi operatione quæ eſt eadem illi volũtati, ſicut iſta nõ eſt eadem voluntas & non voluntas, vnde neceſſitas iſtius cõſequentiæ, ſi pater vult hoc, fi-

a. l. quilibet.

lius vult hoc, non eſt contra libertatem volitionis filii. ſicut nec contra libertatem volitionis meæ eſt iſta conſequentia, ſi volo, volo. ita nec ibi. ſi pater vult. a. filius vult. a. quia idem velle eſt patris & filii. Ad aliud de cauſa prima & ſecunda reſponſum eſt di. 12. ꝙ iſta propoſitio veritatem habet propter aliam virtutem ſiue vim cauſandi in cauſa priori & poſteriori, & illa quæ eſt prior eſt principalior, & hoc fallit ī principio priori ſecundum originē & poſteriori, in quibus eſt eadē vis vel virtus cauſandi reſpectu tertij: cuius vis eſt in propoſito: & ideo in propoſito nō valet.

*9ō. a. ſoluē do vltimū argumentum.*

## HIC ORITVR QVÆST. &c.

### DISTIN. XXI.

CIRCA iſtam diſt. 21. quæro vnum, vtrū hæc ſit vera. ſolus pr̄ eſt Deus. Qđ ſic. ſolus De⁹, qui eſt pater eſt Deus. ergo ſolus pr̄ eſt Deus. antecedens patet, quia ſolus De⁹ qui eſt pater eſt trinitas. conſequentia probatur per ſimile, quia ſequit̄. ſolū aīal qđ eſt hō currit. ergo ſolus hō currit. Itē, ſolus Deus eſt pr̄. ergo ſolus pater eſt Deus, antecedens patet per exponentes. conſequentia probatur per conuerſionem excluſiuę. Item, ſolus Deus eſt Deus. ergo ſolus pater eſt Deus.

Tum quia in antecedēte ſtat perſonaliter, quia eſt indefinita, ſimiliter probatur conſequētiā, quia antecedens infert vtrāque exponentem conſequentis & quòd inferat exponentem affirmatiuam probo, quia ſequitur, ſol⁹ Deus eſt Deus, ergo omnis Deus eſt Deus: & ita pater eſt Deus. ergo ſequitur affirmatiua exponens conſequens. Sequitur etiā ſolus Deus eſt Deus. ergo non alius a Deo eſt Deus. ergo non alius a patre eſt Deus. probatio huius conſequentiæ. hic videtur fallacia conſequentis. alius a Deo. ergo alius a patre: ergo arguendo negatiue eodem ordine erit bonum argumētum. probatio aſſumpti, quia ſi alius a Deo inferret aliū a patre: hoc eſſet propter diſtributionem termini relationis diuerſitatis, ſed non diſtribuitur, probatio: quia tunc eſſet omnis propoſitio falſa: vbi prædicaretur relatiuū diuerſitatis de aliquo, puta quæcunque talis, homo eſt diuerſus vel aliud, datur enim hic intelligi correlatiuum primum huius relatiui, & per conſequens ſequeret̄ quòd homo eſſet alius ab alio. Et ſi terminus relationis diſtribuatur, ſequitur quòd ſit alius a quocunque alio, igitur alius a ſe.

Item, negatiua exceptiua, & affirmatiua excluſiua de patre excepta cōuertuntur Matthæ. 11. Nemo nouit *patrem niſi filius, ergo ſolus filius nouit, igitur ſolus eſt Deus. Item. 6. trini. cap. 7. tantus eſt ſolus pater, quantus eſt ſimul pater & filius. igitur ſolus pater eſt ſic magnus, igitur ſolus pater eſt Deus. Ad primum nemo vel nullus homo Deus dicitur homo: homo fecit nuptias filio ſuo. igitur accipiatur commune Deo, & nullus Deus, & nullus

*Matt. 11. a. l. filium niſi pater ergo ſolus pater ergo*



lus intellectualis, vt ſit ſubſtantiuum niſi quod nouit. concedatur. & iſta minus intellectualis alius a patre, quia alius notat alietatem in ſignificato ſui ſubſtantiui. ſic vniuerſaliter vbicunque habet ſubſtantiuū commune tribus, vera eſt propoſitio, tamen ſolus, & tamen vnus. Ad ſecundum patet. Omni ſolus ſumitur ſincathegorematice. Oppoſitum patet per Aug. 6. de tri. 8. c.

AD QVÆSTIONEM poteſt fieri diſtinctio ſicut diſtinguitur communiter, & bene, quod ſolus poteſt teneri cathegorematice & ſincathegorematice, ſolus quippe ſignificat idem quod non cum alio, ſicut patet per philoſophum primo elenchorum. Iſta autem negatio aſſociationis poteſt intelligi determinare aliquid in ſe ſiue in natura rei, vel determinare aliquid vt eſt extremū compoſitionis in habitudine ad aliud extremum, puta negando aſſociationem alterius ab iſto in recipiendo prædicationem talis prædicati. Primo modo non admittitur in diuinis hoc nomen, ſolus, quia nihil eſt ibi ſolitarium. Secundo modo conceditur quandocunque nō aſſociat̄ ſubiecto aliquid de quo dicat̄ idē pdicatū, ita non eſt pdicando eſſentiale de perſonali, quia eſſentiale cōuenit alij ab iſto incluſo, & ideo talis ꝓpoſitio negatur. Declaratio iſtorū. ſ. qualiter ſincathegorema diſponit extremum intellectus componētis, & diuidentis reſpectu alterius extremi. Et quomodo differat ſincathegorema ab intentione ſecunda, & quomodo diuerſæ determinationes ſincathegorematicę īter ſe differūt, longū tractatū requireret, ſed non oportet hic immorari pp alia magis neceſſaria. Probat̄ ēt falſitas propoſitionis propoſitæ ꝑ illam cōem regulā in ſophiſmatibus, affirmatiua excluſiua infert vniuerſalē affirmatiuā de terminis tranſpoſitis, igitur iſta, ſolus pr̄ eſt Deus, infert iſta m. oīs Deus eſt pr̄, vel oīs perſona diuina eſt pr̄. Regula iſta probatur ex rōne excluſionis, q̄ videlicet notat ꝑciſionē in illo, cui additur reſpectu alterius extremi, ſiue præciſam commenſurationem. ſ. ꝙ alterū extremum non excedat illud, & hoc notat iſta vniuerſalis affirmatiua de terminis trāſpoſitis, & maxime in terminis cōibus, vbi pōt vtrunque extremum accipi vniuerſaliter. Probat̄ ēt logice ꝑ vnā propoſitionē q̄ exprimit totū intellectū excluſiuæ. Iſta. n. tm̄ homo eſt riſibilis, licet ponat̄ cōiter hr̄e duas exponentes ſufficiēter, tn̄ exprimitur ꝑ iſtam, nullus non homo eſt riſibilis. ex qua ſequitur nullum riſibile eſt non homo per conuerſionem. Et vltra, igitur nullum riſibile non eſt homo, ꝑ illud ſecūdi periarmenias. ex negatiua de pdicato infinito, ſequit̄ affirmatiua de ꝑdicato finito, & negatiua de pdicato negato. Quod probatur per primū principiū. de quolibet affirmatio vel negatio &c. & hoc in prædicatis ſimplicib. quia negando iſtam conſequentiam negantur vtraq; oppoſita ab eodem: & vltra, ergo oē riſibile eſt homo per æquipollētiā primo. Hic aliqui inſtāt quaſi vno correlatiue incluſo aliud nō excludit̄, quia vnū eſt cōiter

*Cap. 4.*

ter de intellectu alterius, quia
poſita ſe ponunt &c & ſunt.ſi-
t. c. 8. mul natura. Sed hoc eſt contra
intenſionē phi. 1. phy arguen-
tis. ibi ſi tm̄ principiū eſt, prin-
cipiatū non eſt. ergo correlati-
uum non eſt de intellectu cor-
relatiui ſicut aliquid eius, puta
pars eſſentialis, vel integralis,
ſed ſicut aliquid ad quod termi
natur intellectus eius, & tale
eſt ſufficienter diuerſum ab in
cluſo tanta diuerſitate, quanta
diuerſitas requiritur ad hoc ꝙ
ipſum excludatur.

AD PRIMVM argumē-
tum antecedens diſtinguitur ſe
cundum compoſitionem & di
uiſionem, ſicut iſta, omnis ho-
mo qui eſt albus currit, ſenſus
compoſitionis falſus eſt, qa ibi
Deus determinatur ad ſtandū
pro patre per iſtam implicatio
nem, qui eſt pater, ſicut deter-
minatur homo ad ſtandū pro
homine albo in ſenſu compo-
ſitionis ibi. homo qui eſt alb.
& tunc conſequentia tenet. Sē-
ſus tn̄ diuiſionis verus eſt, quia
tunc enunciantur duo prædica
ta de eodem ſubiecto. de quo
ambo ſunt vera. ſ. de Deo eſſe
patrem, & eſſe Deū, quaſi enun
ciarent iſta duo in duabus pro
poſitionibus cathegoricis copu
latis ſibi inuicē, quarū neutra
ſpecificaret alterā, & tunc cōſe
quentia non valet a ſuperiori
ad ſuū inferius cū excluſione.
Et ſi obijcit ꝙ ſimilis cōſequē
tia tenet in creaturis in ſenſu
diuiſionis. Rn̄deo. ſi cōe idem
in numeratum poſſit cōpetere
pluribus inferioribus, non te-
neret illa conſequentia in ſen-
ſu diuiſionis. tenet.n. ibi p̄ciſe,
qa illud aīal qđ eſt rōnale, di-
uidendo nō eſt aliud ab aīali,
qđ eſt rōnale in cōponēdo. In
propoſito aūt rō illa nō tenet,
quia iſte idē Deus, qui eſt pr̄ in
ſenſu cōpoſitionis nō ē filius,
qui diſtīguit̄ a pr̄e. Et ita Deus
qui eſt pr̄, in ſenſu diuiſionis
pōt dici vere de aliquo, de quo
nō dr̄ in ſenſu cōpoſitionis: nō
ſic aūt de aīali, qđ eſt hō, quia
illud ī ſenſu diuiſionis de nul
lo vere p̄dicat̄, de quo vere non
p̄dicat̄ idē in ſenſu compoſitio
nis vel econuerſo. Et iō p̄dicat̄
ibi indifferenter, nō ſic hic. cū
non ſit idē antecedens ſecundū
cōpoſitionem, & diuiſionem.
Var.lib.3. Aliqui ēt diſtinguunt principa
dist 2.qō. lem propoſitionem quaſi iſta.
11.ſ. Boe. ſolus pater eſt Deus. poſſit hr̄e
lib. 1.diſ. ſenſum compoſitionis falſum,
4.dub.3. & ſenſum diuiſionis verum, ad
literali. ducens illud Priſciani ſecundo
conſtructionum. inter exigens
& exactum cadit aliquid me-
dium. Sed iſtud non eſt logice
dictum, nec grammatice. Lo-
gice non. quia tunc non poſſet
aliquid contrahi, vel determi-
nari per aliquam contradictio
nē, vel determinationē: quan-
tumcunque enim immediate
adderetur alicui determinatio
cathegorematica, vel ſincathe-
gorematica. vt homo albus cur
rit, vel omnis homo albus cur-
rit, adhuc reſtaret diſtinguere,
ſicut hic in ſenſu compoſitio-
nis & diuiſionis, & in vtroque
ſenſu reſtaret vlterius diſtin-
guere. & ſic in infinitum. nec
poſſet aliquis ſenſus determi-
nate exprimi. nec docuit phi. in
talibus multiplicitatem ſecun-
dum compoſitionem & diuiſio
nem. ſed tantum in illis vbi ea
dem materialia compoſita &
diuiſa diuerſum ſenſū faciūt:
iſta autem materialia. omnis
homo



homo currit, vel omnis homo
albus currit. compoſita & diui
ſa, nullū alium ſenſum faciūt.
ſecus eſt hic. iſte videt nūc me
currere, componendo nūc ad-
uerbium cum verbo præceden
te vel ſequēte. Nec ēt eſt dictū
grammatice. quia exigens &
exactū dicunt̄ conſtructibilia,
a.l.à pueris. quorū alterū dr̄ a* Priſciano re
gere alterum ex vi aliqua, non
eſt autem ſincathegorematicū
conſtructibile reſpectu cathe-
gorematici, quaſi vnum regat
aliud ex aliqua vi. Et ideo li-
cet hic cadat medium vel im-
plicatio media cappa ſortis. i.
cappa quæ eſt ſortis, non tamē
hic, homo albus, & omnis ho-
mo albus.

Ad ſecundum dr̄ ꝙ excluſi-
ua non conuertitur. philo. vero
hoc non oſtendit, quia determi
nat de ſimplicium propoſitio-
num conuerſionibus, q̄ perti-
nent ad ſyllogiſmum cathego-
ricum, & ſimplicem, Sed ꝙ cō-
uertatur, patet per probata.

Ad ſecundū dico. ꝙ illa non
eſt ſua *conuerſa, nec illa *con
a.l. nō eſt ſequentia tenet, ſed eſt fallacia
conuerſio. conſequentis, quia ſicut proba
a.l.conſe- tum eſt in ſolutione qōnis, ex-
quentem. cluſiua eſt conuertibilis cū vni
uerſali affirmatiua de termi-
nis tranſpoſitis. ergo inferre ex
cluſiuam ex excluſiua de termi
nis tranſpoſitis æquiualeret il-
lationi vniuerſalis affirmatiuę
ex vniuerſali affirmatiua de
terminis trāſpoſitis. In tali aūt
illatione vniuerſalis ex vniuer
ſali, eſt fallacia conſequentis.
oīs hō eſt aīal. ergo oē aīal eſt
hō, a ſuperiori ad ſuū inferius
affirmādo. Ita eſt in propoſito.
Et probat̄, qa ſemp̱ ex vi ſer-
monis procedit̄ ab inferi ad ſu-
perius cū diſtributione. Prædi-
catū.n. vniuerſalis affirmatiuæ
non notat̄ eſſe cōuertibile, ſed
ſtat ꝙ ſit ſuperius ad ſubiectū.
ergo ex diſtributione ſubiecti
vniuerſalis, nō ſequit̄ diſtribu-
tio prędicati reſpectu eiuſdem.
nec pōt ſequi diſtributio p̄dica
ti reſpectu inferioris ad aliqd,
ſi non ſequit̄ diſtributio p̄dica-
ti reſpectu ſuperioris ad illud,
arguendo. ergo ſic. oē. b. eſt. a. er
go oē. a. eſt. b. eſt fallacia conſe-
quentis, quia ex diſtributione
eius quod notatur eſſe inferius
non ſequit̄ diſtributio ſuperio
ris. & hoc reſpectu prædicati,
quod notatur eſſe inferius ad p̄
dicatum ſuperius, ſed eſt falla-
cia conſequentis. ſicut arguere
tur. oīs homo eſt aīal. ergo om
ne aīal eſt ſortes. Sed cū probat̄
illa conſequentia p̱ cōuerſionē
propoſitionis excluſiuæ. Rn̄deo
non oīs illatio in terminis tran
ſpoſitis notat tantā vnionē ex-
tremorū, quantā hr̄i pōt virtu
te primæ. vn̄ vniuerſaliter ne-
gatiua non cōuertit̄ in particu-
larē negatiuā in terminis tran-
ſpoſitis, licet inferat eā. Ad pro
poſitū dico, ꝙ illa de terminis
tranſpoſitis q̄ tm̄ capit de intel
lectu excluſiuæ affirmatiuæ, q̄-
tū aliqua pōt capere de termi-
nis tranſpoſitis eſt vniuerſalis
affirmatiua. ſicut probatum eſt
in ſecūda rōne ad ſolutionem
principalē, ergo talis excluſiua
affirmatiua cōuertit̄ in vniuer-
ſalē affirmatiuam, & pari rōne
econuerſo. vniuerſalis affirma-
tiua in excluſiuā affirmatiuā.
Et ſi obijcias. ergo Ari. male do 2. priorū. c. 2.
cuit, & inſufficienter conuerſio
nes, nō docēdo vniuerſalē affir
matiuā cōuertēdā in excluſiuā
affirmatiuam. Rn̄deo, ꝙ con-

*Doctrina peripatetica. 1. priorum. c. 9. & 10.*

uerſiones docuit, propter perficiendam imperfectionem imperfectorum ſyllogiſmorũ, non autem excluſiua alium locum teneret in perficiendo ſyllogiſmum imperfectum, quam aliqua indefinita non excluſiua, quia non aliam concluſionem inferret quam prius inferebatur in ſyllogiſmo imperfecto.

Et ideo bene & ſufficienter docuit conuerſiones quantum neceſſarium ſibi fuit ad propoſitũ. Ad tertium dico quòd ex negatiua exponente antecedens, non ſequitur negatiua exponens conſequens. Cum probatur, quia non ſequitur. alius a Deo. ergo alius a patre. nego, quia illa conſequentia non eſt bona. Et cum vlterius probať, ꝙ terminus huius alietatis non diſtribuitur, quia tunc eſſet impoſſibilitas enunciandi tale relatiuum de aliquo. Reſpõdeo, ꝙ in oĩbus relatiuis æquiparãtię commune ſecundum ſe acceptum, vt commune eſt, non refertur, quia ex quo, vt cõmune eſt abſtrahitur ab omnibus relatiuis, ſiue terminis relationum, quia relatio realis nõ eſt niſi diſtincti ad diſtinctum, ſed ſi vt ſic referretur oporteret ibi dare terminum ſibi relatum diſtinctum. Et ideo non referreť ad aliquid eiuſdem rationis cũ relato, ſed referretur ad aliquid alterius rationis. refertur igitur tale relatiuum tantum pro ſuo inferiori, ſicut ſimile non refertur pro ſimili in communi ad ſimile, ſed pro aliquo inferiori, quod poteſt diſtingui a ſimili ad quod refertur. ita etiam eſt de differenti. non enim refertur ad differens in communi, quaſi ad primum correlatiuũ, quaſi eſſent duo extrema prima relationis. & vtrunque cõmuniſſimum ad omne differẽs, ſed differens eſt differẽs ab hoc differenti. Et ſi obijcias quod relatiuum dat primo intelligere ſuum correlatiuum commune. Reſpondeo, non eſt tale correlatiuum eius, vt cõmune niſi ipſum vt ſumptum pro aliquo inferiori, pro quo diſtingui poteſt a correlatiuo. Exemplũ huius eſt in rebus, quia ſi tota natura ignis eſſet in vno indiuiduo, illud indiuiduum nõ poſſet generare, quia ſi ſic, tunc generaret alium ignẽ, in quo eſſet tota natura ignis., & eſſent quaſi duæ ſpecies ignis. quod eſt impoſſibile. Et tamen nunc in vno indiuiduo natura ignis eſt ratio generandi, quia habet vnitatem ſufficientẽ pro principio actiuo, & diſtinctionem ſufficientem. Ita hæc ſimilitudo eſt ratio alicui referendi, vel terminãdi relationem, ſed nec refertur nec terminat, niſi accipiatur pro diſtincto in quo ſit, ita quod nec vnitas, nec diſtinctio eſt per accidens, ſed vtrumque per ſe reſpectu talis relationis. ſicut dictum eſt in.q. de circumince ſſione. Non enim ſequitur, non alius a Deo, ergo non alius a patre, ſed in affirmatiua eſt bona conſequentia ratione diſtributionis termini huius relationis propter negationẽ incluſam in ratione alietatis. Ad aliam probationem cum dicitur, ſolus Deus. ergo ſolus pater, vel ſolus filius.

Reſpondetur, quòd ſubiectũ excluſiuæ poteſt comparari, vel ad excluſionem vel ad prædicatum. primo modo habet ſuppoſitionem ſimplicem, quia excluſio



cluſio fit ab eo ratione ſignificati, ſecundo modo habet ſuppoſitionem perſonalem, quia prædicatum attribuitur ſibi ꝓ ſuppoſito. Contra iſtud. vnum extremum in vno actu componendi & diuidendi habet rationem vnam, ſecundum quã accipitur reſpectu alterius extremi, quia diuerſæ rationes accipiendi idem extremum reſpectu eiuſdem termini, non videntur ſtare cum vnitate actus componendi. Et ſi dicatur ꝙ reſpectu excluſionis ſupponeret ſub vna ratione, & vt accipitur ſub excluſione reſpectu prædicati ſupponit ſub alia ratione. Contra ſubiectum nõ ſupponit reſpectu ſuæ diſpoſitionis, ſed reſpectu prædicati, & ita præciſe habet illam ſuppoſitionem, quam intelligitur habere reſpectu prædicati, vt accipitur ſub ſua diſpoſitione. Ideo dico aliter, quòd ſubiectum affirmatiuæ excluſiuæ ſupponit confuſe tantum, ſicut & prædicatum vniuerſalis affirmatiuæ, quod probatur ex conuertibilitate earum, quia reſpectu extremi eiuſdem ſtante eodem modo diſtributiue arguere ex parte alterius a confuſa tantũ diſtributiua, eſt fallacia figuræ dictionis, & ſub termino ſic ſtã te confuſe tantum, non licet deſcendere. Poſſet tamen dici in propoſito aliter, quàm in creaturis, videlicet quòd Deus ſub excluſione ſtat pro hoc Deo, q̃ communis eſt tribus perſonis, *q.2.q.1.* quæ reſponſio tacta eſt diſtin. 4. pro quo ſtatibi ſubiectum; Deus eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, & poſſet etiam valere diſtinctione. 12. quid eſt illud ſubiectum, cui primo cõuenit agere reſpectu creaturarum, quia hic Deus, vt eſt hac deitate Deus, non intelligendo aliquam perſonalẽ proprietatem, licet omne prædicatum, quod verum eſt de hoc prædicato primo verum ſit de patre per ſe, ſed non de ſolo patre, ſed de filio & ſpiritu ſancto.

## POST PRÆDICTA. &c. DISTIN. XXII.

*Hic poſſet aſſignari ſecunda pars principalis huius lib.*

CIRCA iſtam diſt. 22. quæro vnum, vtrum Deus ſit nominabilis a nobis viatoribus aliquo nomine ſignificante eſſentiam diuinam. vt hic.

*Henr. in ſum. arg. 22. q. 1. & 3.*

HIC DICITVR quòd ſicut Deus intelligitur a nobis, ita poteſt & a nobis nominari. ſecundum igitur quòd diuerſimode aliqui aſſerunt de cognitione Dei ab intellectu viatoris, ita conſequenter dicunt diuerſimode de poſſibilitate etiam nominamdi Deum, & qui negat conceptum vniuocum deo, & creaturæ, & ponit duos conceptus analogos, quorum ſcilicet, alter qui eſt creaturæ attribuitur alteri illi. ſcilicet, qui eſt Dei, dicit ſecundum hoc conſequenter ꝙ Deus eſt nominabilis a viatore nomine exprimente illum conceptum analogum.

*Quæro eo prolixius in reportatis hanc. q. & in aliquibus originalib. antiquis ſcripti angelici, plura adduntur vt patet. in.*

*Hen. quolib. 5. q. 1. & quolib. 13. q. 1.*

SED CONTRA iſtam poſitionem ſpecialiter arguo. Quia omnis conceptus realis poſſibilis haberi de eſſentia diuina, natus eſt fieri in intellectu virtute illius eſſentiæ, probatur, quia quodcunque obiectum intelligibile minimum natum eſt facere in intellectu con-

cõceptum omnem realem poſſibilem haberi de eo, ſed ſecundum iſtos tantum vnicus conceptus realis natus eſt haberi de eſſentia diuina virtute eius, licet intellectus negocians poſſit plures conceptus cauſare, & fabricare circa idem obiectum: ergo quodcunque obiectum poteſt facere conceptum realem in intellectu de Deo, poteſt facere illum vnicum (quem conceptum illa eſſentia eſſet nata de ſe facere) ſed ille vnicus eſt huius eſſentiæ, vt eſt hæc. ergo quodcunque obiectum faciat aliquam notitiã de Deo in intellectu noſtro, faciet ſecundũ opin. iſtam conceptum eius vt eſt hæc eſſentia, & ita nominabilis eſt a viatore, * nomine ſignificante hanc eſſentiam vt hæc.

a. l. notitia.

POTEST DICI breuiter ad quæſtionem, ꝙ iſta propoſitio communis multis opi. quòd ſcilicet ſicut aliquid intelligitur. ita & nominatur, falſa eſt ſi intelligatur preciſe, quia diſtinctius poteſt aliquid ſignificari, quàm intelligi, quod videtur perſuaderi ex hoc, quia cum ſubſtantia non ſit intelligibilis a viatore, niſi in conceptu communi entis, ſicut probatum eſt diſt. 3. ſi non poſſet diſtinctius ſignificari, ꝗ intelligi, nullum nomen impoſitum a viatore ſignificaret aliquam rem de genere ſubſtantiæ, ſed ſicut preciſe concipitur ab intellectu viatoris aliqua ꝓprietas ea qua imponitur nomen, quæ proprietas communiter exprimitur per ethymologiam nominis, ita preciſe talis proprietas ſignificaretur per nomen, puta per hoc nomen lapis nõ ſignificaretur aliquid de genere ſubſtantiæ, ſed tantum aliquid de genere actionis, puta læſio pedis quam exprimit ethymologia huius nominis, & fuit ratio a qua imponebatur nomen. ita poteſt argui de omnibus alijs nominibus impoſitis rebus de genere ſubſtantiæ, ꝙ nullum eorum ſignificat aliquid, niſi proprietatem accidentalẽ aliquam, quæ intelligebatur ab imponente, vel oportet dicere ꝙ ipſe diſtinctius nominabat ſubſtãtiã quã intellexit. Qualiter autem hoc ſit poſſibile poteſt intelligi ſic ſecundum viam Aug. 6. de trini. cap. 6. qua probat compoſitionem in omni creatura, nam concipiuntur ab aliquo multa accidentia concurrentia in eodem, puta talis qualitas, & talis quantitas. & probatur neutrum illorũ eſſe alterum, quia vtrunque illorum manet ſine altero. probatur etiam ſecundo vtrique illorum aliquid aliud eſſe ſubiectum commune, quia vtrumlibet illorum poteſt deſtrui non deſtructo altero. ergo aliquid concluditur eſſe ſubiectum vtrique, vt quantitati, & qualitati: illud autẽ quod ſubeſt non concipitur in conceptu quiditatiuo, niſi entis, vel huius entis. Et tamen frequenter accidit ꝙ talis qualitas, & talis quantitas coniunguntur in aliquo, & alibi non cõiunguntur, & hoc nõ eſt ex natura qualitatis & quantitatis, vt præoſtenſum eſt ſupra. concluditur igitur ꝙ hoc eſt ex natura illius tertij, in quo fundantur ambo iſta, non aũt coniunguntur talia in iſto tertio, qualia in illo. Ex quo ẽt diuerſimode coniun-

gun-



guntur in diuerſis concluditur ſubſtratũ iſtis eſſe diuerſum a ſubſtrato illis, & ex hoc concluditur tertiũ illud eſſe aliud ab alio tertio. ergo cognoſcit aliud tertiũ eſſe ſubſtratũ, & ſimiliter ꝙ ſit aliud a ſubiecto alterius. Neq; n. cognoſco diſtincte q̃d ſit in ſe, niſi ꝙ ſit ens, vel res affecta talibus accidentibus, vnde vlterior conceptio quã poſſim de illo habere quid ſit, eſt res aliqua habens talia accidẽtia, & relationes. Ad propoſitũ. ergo non accidentibus illis, ſed iſti alij ſic diſtincto quicquid ſit, quod eſt cum iſtis coniunctis, quæ intelliguntur, imponitur nomen aliquod, illud videtur eſſe proprium ſignum huius ſub ratione qua hoc, ita ꝙ imponens nomẽ intendat illam eſſentiam de genere ſubſtantiæ ſignificare, & ſicut intẽdit ſignificare, ita nomẽ quod imponit eſt ſignũ, & tñ ipſe nõ intelligit illud diſtincte, q̃d diſtincte intendit ſignificare per hoc nomen vel per hoc ſignũ. Exemplum eſſet, etiam ſi quis imponeret characteres hebræos neſciens voces hebreas in particulari. ſciens tamen ꝙ aliqua vox eſt prima, aliqua ſecunda, & aliqua tertia. imponeret ſic. aliqua eſt prima & quæcunque ſit illa, volo ꝙ ſignificetur tali nomine, vel tali charactere, illi characteres eſſent ſigna illarum vocum hebræarum, quas aliquis hebræus diſtincte cognoſceret obiectis ſibi talibus ſignis, non hebræus autem & ſi cognoſceret quid ſignificaretur per iſtas figuras, non tamen illud quod ſignificatur diſtincte cognoſceret, ſed tantum in ratione primæ vocis vel ſecundæ.

Breuiter igitur dici poteſt ꝙ ad minus nomina multa imponũtur, quæ ſignificant Deũ in cõmuni, quia ſic naturaliter põt concipi a ſimplici viatore, vt patet diſt. 3. vel ſi verum eſt ꝙ diſtinctius poteſt ſignificari, ꝗ concipi, poteſt Deus nominari a viatore nomine ſignificante hanc eſſentiam. Quicquid ſit de iſtis, veriſimile eſt Deum nominari tali nomine, & hoc ſiue illud nomẽ ſit impoſitum ab ipſo Deo, vel ab angelo cognoſcẽte ipſum Deum, vel a viatore: veriſimile eſt enim ꝙ multa nomina ſint in ſacra ſcriptura diſtincte illam eſſentiam ſignificantia, ſicut iudæi dicunt de nomine Dei, quod vocant tetragramaton. Et vr̃ Deus dicere. Exo. 3. hæc dices filijs Iſrael, q̃ eſt, miſit me ad vos. hoc nomen mihi eſt in æternum. Et cap. 6. Ego dominus qui apparui Abraham &c. nomẽ meum Adonai non indicaui eis. Eſt ergo Deus nominabilis a viatore nomine ſignificante propriam eſſentiam, vt eſt hæc eſſentia, quia viator poteſt vti illo ſigno, & intendere exprimere ſignificatum illius ſigni, ſiue ipſe impoſuerit illud ſignum, ſiue alius quicunque qui cognouit ſignificatum, & tali ẽt ſigno põt viator vti, tanquam nomine, licet non potuerit illud imponere tãquàm ſignum. Si autem iſta propoſitio eſſet vera, ꝙ nullum nomen poteſt alicui imponi diſtinctius, ꝗ intelligatur. hæc tamen eſt falſa, ꝙ nullus põt vti nomine diſtinctius ſignificante rem, quàm ipſe poſſit intelligere. Et ideo ſimpliciter concedendum eſt, ꝙ multis nominibus vti poteſt viator exprimen-

Vide t. q. 9.

men-

mentibus eſſentiam diuinam * ſuper ratione eſſentiæ diuinę.

*a. l. ſuper.*

*a. l. ant.*

POST* PRAEDICTA differendum nobis videtur de nominum diuerſitate &c. diſt. 22. ſecundum ꝙ ait apoſtolus ad Rom. 10 Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. ſecundum hoc magiſter ĩ iſto primo libro, poſt quàm oſtendit quid de Deo, & diuinis ſit credendum, in hac ſecunda parte docet qualiter de creditis loquēdum eſt, & ꝙ iſta diuiſio ſit ſecundum intentionem eius patet conſideranti literam huius diſt. in princ. Hæc autem pars diuiditur in duas in procemium tractatum, qui incipit ibi. Illud ergo pręcipue, & illa diuiditur in duas. In prima determinat de nominibus diuinis in cōmuni ponendo duas differentias nominum dictorũ de Deo, ſecundo exequitur de illis differentijs ſeparatim, & ſingillatim & illa pars incipit ibi. Sciendum eſt. ergo, & illa ſecunda in duas. In prima determinat de illis nominibus, de quibus ſufficit breuiter tractare. In ſecunda determinat, de quibuſdam, quæ ſpecialem & difficiliorem tractatum requirunt. ſecũda incipit ibi in prin. diſt. 35. Cunque ſupra differuimus. prima in duas. Primo determinat de nominibus abſolutis. ſecundo de relatiuis in diſtin. 26. Nunc de proprietatibus perſonarũ. Prima in duas. Primo de nominibus abſolutis ponit regulam ex qua apparet diſt. eorum a nominibus relatis. Secũndo excipit ab illa regula cōmuni hoc nomē, perſona, & hoc in diſt. 23. Prædictis adijciendum, prima in duas, q̃a primo ponit regulã illam, & probat eam per Aug. ſecundo adducit probationem Aug. qua probat concluſionem illam aſſumptam ſecunda ibi, Deus autem non eſt magnus ea magnitudine &c.

*Additio huius. 22. diſtin. ad tex magis pertinenz.*

CIRCA iſtam diſt. quęro vtrũ Deus ſit nominabilis ab homine viatore, aliquo * nomine ꝓprio? Quod non, Aug. de verbis domini. c. 34. quicquid poteſt fari non eſt ineffabile, Deus autem eſt ineffabilis: hanc minorem probat Aug. per hoc quidem, continuo ſubdit dicens. Si enim raptum ſe dicit apoſtolus Paulus vſque ad tertium cęlũ, & audiſſe ineffabilia verba, quãto magis & ipſe ineffabilis eſt, qui talia demonſtrat? Præterea Aug. ſuper Ioannem Homilia. 19. exponens illud Ioannis. 5. Non poteſt filius facere quicq̃, niſi quod viderit patrem faciētem. dicit ꝙ videre filij, eſt ipſum eſſe verbum patris, quod demonſtrari verbo non poteſt. Præterea, Hyla. 3. tri. c. 9. ſermonem humanę naturæ virtus generationis excedit. Item, Amb. 1. trini. c. 5. Vox ſilet non mea tantum, ſed & angelorum, loquimur de generatione filii. Præterea, per rationem. Nihil poteſt ſignificari ab aliquo, qđ ab ipſo nō poteſt intelligi. Sed Deus ab homine viatore conceptu proprio non poteſt intelligi, ergo &c. Maior probatur auctoritate Ariſto. & Commen. 4. Meta. etiam ad propoſitum Auctoritate Aug. 7. tri. c. 4. verius cogitatur Deus, quàm dicitur, & verius eſt quàm cogitatur, & per philoſophum primo Periermenias. Voces ſunt notæ paſſionum. i. conceptuum. ergo non poteſt

*a. l. ſermone.*

*De fide ad reneratũ.*



poteſt eſſe alicuius ſignificati remoti, niſi ſub ratione ſub qua conceptus eſt ſignum proximũ illius. Minor probatur Exodi. 33. Non videbit me homo & viuet. & per rationem, quia ille conceptus proprius, ſi habetur includeret virtualiter notitiam omnium illorum propriã quæ neceſſario inſunt Deo. hæc conſequentia probatur, quia vniuerſaliter etiam in creaturis cōceptus proprius ſubiecti virtualiter includit notitiam propriã illorum, quæ inſunt ſubiecto, & tũc ſequitur vltra, quòd ſicut habens proprium conceptum ſubiecti poteſt naturaliter ſcire omnia ſcibilia ſimpliciter de ſubiecto. Ita viator habens talem conceptum poſſet naturaliter ſcire omnes veritates de Deo neceſſarias, & per conſequens omnia illa de quibus habemus fidem quantum ad vnitatem & trinitatem in diuinis, & quantum ad potentiam creatiuam & incarnatiuam, & ſic de alijs neceſſario cōuenientib⁹ ipſi Deo. Oppoſitum videtur in pſalmo. In iſrael magnum nomen eius. & Exod. 3. hæc dices filijs iſrael. Qui eſt, miſit me ad vos. hoc nomē mihi in æternũ.

Item, Augu. contra Adamantium. c. 3. Illi ſublimitas inęſtimabilis, vt auribus congruat humanis ſonis ſeruanda eſt.

Præterea, per rationem viator poteſt habere proprium cōceptum de Deo, ergo & nomine proprio nominare. Antecedens probatur, quia naturali ratione poteſt cognoſcere aliquod ens eſſe primum, & infinitum. & illud eſſe vnicum, & eſſe hoc. ergo poteſt habere conceptum de illa * eſſentia vt eſt hæc. talis conceptus maxime videtur proprius eſſe de quocunq; obiecto. ſ. concipere ipſum vt eſt hoc in ſe.

*a. l. ſubſtãtia.*

HIC EST OPINIO talis. Nomen ſiue verbum vocis debet eſſe ſimbolum inter loquentem & illum cui loquitur, ſic ꝙ res ſignata ſit nota vtriq; in ſe, & notum etiam ſit vtriq; ꝙ nomen ad ſignificandum ipſam rem ſit inſtitutum. ſed * veritas diuinæ eſſentiæ nota eſt ipſi Deo ſoli, quo ad rationem immenſitatis ſuæ, ergo ſolus Deus nomen ſibi proprium vocale poſſet * imponere. Subdit. q. pro ſecunda mi. ſumēda ſub prima ma, quòd beati cognoſcunt illam eſſentiam in ſe, ergo aliquo verbo, vt ſigno illius eſſentiæ ſub ꝓpria ratione poſſunt ipſi Deum nominare, ſiue illud verbũ ſit inſtitutũ a Deo, ſiue ab aliquo beato. Tertia mi. eſt quòd viator non poteſt concipere * diuinam eſſentiam, nec ſecundum rōnem immenſitatis, quia eſt proprium Deo, nec eo modo quo beati vident, & ideo ſignum impoſitum illi eſſentiæ primo modo, vel ſecundo modo non poſſet eos ducere ad aliquam diuinæ eſſentiæ notitiam, ſicut nec ſe producit cæcus natus ad notitiam coloris per verba, ſicut videntes colorem & cognoſcentes per rememorationem perducunt ſe ad coloris notitiam.

*Henr. in ſum.*

*a. l. vnitas.*

*a. l. appropinquare.*

*Quare T. & eardiũ.*

*a. l. eum:*

Quarta mi. Intellectus viatoris aliquo modo poteſt concipere Deum, ergo proportionabiliter nominare. Addit ibi ꝙ nullum nomen proprium Deo ad placitum viatoris impoſitum, poteſt eſſe translatũ a creaturis. quia quodlibet ēt tale nomen

men eſt commune creaturis, & primo illis impoſitum. Sed debet illud nomen primo & principaliter ei imponi, pro tantillo tamen, ꝙ de Deo a creaturis poteſt cognoſci. Infert vlterius ꝙ hoc nomen Deus ex impoſitione ſua ſignat ꝙ eſt perfectionis ſimpliciter. quaſi in ſumma & in generali reſpectu aliorũ nominum, * quæ quaſi particulariter exprimunt aliquid quod rõnem dignitatis habet ĩ Deo, vt ſunt, ſapiens, bonus &c. hoc etiam nomen, Deus, primo eſt ſibi impoſitum, ita ꝙ creaturæ non conuenit niſi translatiue ſicut Moyſes dictus eſt De' Pharaonis Exo.7. Ideo inter omnia nomina latina, nomen propriũ eſt ſibi hoc nomen Deus, & ſic eſt proprium ſibi in lingua græca hoc nomen Theos.

*a.l. quare*

DE RATIONE huius opi. quomodo maior habeat veritatem, dicetur in ſolutione. q. ſed minores vel diuerſę partes eiuſdem minoris dubię videnť. Prima quidẽ ꝙ ſolus De' cognoſcit ſe ſub ratione immẽſitatis ſuæ, quantum ad aſſirmatiuam, ꝙ ipſe ſic cognoſcat ſe, eſt certiſſima, ſed quantum ad negatiuã, ꝙ nullus intellectus ſub illa ratione illũ cognoſcit improbatur ſic. Nulla potentia operatiua poteſt perfectiſſime quietari niſi in obiecto includente ſummam perfectionem poſſibilem obiecto adæquato ipſius potentiæ. Immenſitas ſiue infinitas eſt perfectio ſimpliciter poſſibilis enti, vel vero vel cuiuſque rationi tranſcendenti, & aliquod eorum eſt obiectum adæquatum cuiuſcunque intellectus, ergo intellectus creatus non perfecte quietatur niſi in Deo ſub ratione immenſitatis ſuę. Ma. apparet & in exemplo de viſu, & * conuenientiſſimo viſibili, & etiam ratione, quia quocunque alio habito, adhuc inclinatio potentiæ eſt aliud nõ habitum, & principalius q̃ ad iſtud habitum. Prima pars mi. probata eſt diſt.2.q.1. Et ſecunda pars diſt.3.q.3. Secundo ſic, ſola intellectio comprehenſiua Dei repugnat intellectui creato, ſed alia de Deo ſub ratione immẽſitatis eius poteſt eſſe nõ comprehenſiua eius, ergo &c. Minor probatur, quia actus cõprehenſiuus obiecti infiniti eſt infinitus intenſiue, quia eſt ita perfectus in ratione actus ſicut obiectum in ratione obiecti, & ideo ſimpliciter adæquatus, ſed obiecti vt immenſi, poteſt eſſe actus nõ infinitus, quia ſicut obiectum poteſt eſſe ſimpliciter perfectius actu, & hoc ſub illa ratione ſub qua eſt obiectũ actus, ita infinitum ſiue infinite actus. Confirmatur, quia non apparet quare circa obiectum ſub ratione infinitatis non eſſe poſſet vel haberi actus perfectior in vno, & minus ꝑfectus in alio. Ex hac parte mi. improbata improbatur concluſio correſpondens. Primo ſic, nominãtem obiectum ſub aliqua ratione non oportet comprehendere illud ſub illa ratione, ſed ſufficit ꝙ diſtincte apprehendat illud dici. Intellectus creatus poteſt ſic apprehendere Deum ſub ratione immenſitatis. vt patet ex rationibus iam poſitis. igitur &c. Maior probatur, quia Adam impoſuit nomina propria diuerſis ſpeciebus animalium Gene.2. & tamen non cõprehendit illas, quia tunc æque per-

*a.l. conueniri.*



perfecte nouiſſet eas, ſicut anima Chriſti, ꝙ non tenetur. Tertio quia ſignum naturale verius ſignificat q̃ ſignum ad placitum, intellectio creata poteſt eſſe ſignum naturale Dei ſecundum rationem immenſitatis illius. igitur ſic intellectus poteſt imponere ſignum ad placitum ſibi ſub illa ratione. Minor probatur, qa intellectio, vt eſt obiecti, eſt naturale ſignum eius primo periermenias. Paſſiones sũt notæ rerum & * naturalitatis. & hoc ideo quia propria intellectio eſt propria ratio obiecti. probatũ eſt etiam prius ꝙ alia intellectio creata põt eſſe Dei ſub ratione immenſitatis. Secundo quia nomen quodcunque eſt ſignum finitum etiam ſi imponatur a Deo ſibi ſecundum rationẽ immenſitatis ſuę. ergo ad hoc vt ſit alicui intellectui ſignum, non oportet ꝙ illud habeat intellectionem infinitam, poteſt igitur Deus quocunque nomine nominari ab intellectu finito, immo plus, nõ poteſt Deus ſe nominare aliquo nomine, ita excedente nomen * quo nominabilis eſt a beato, quantumcunque comprehenſio Dei excedit apprehenſionẽ beati: nec mirum, quia nec neceſſario in nobis eſt proportio nominis ad nomen in ſignificãdo, ſicut intellectionis ad * intellectum imponentis vel * diſponentis, & ideo nomẽ ab vtrolibet impoſitum poteſt eſſe ſignum ambobus. ergo ita hoc nomen impoſitum a Deo comprehendẽte poteſt eſſe commune ſibi & beato, quia tantum finite ſignificat, nec per conſequens infinitam intellectionẽ in vtente requirit. Quarta pars mi. licet ſit in ſe vera, tenendo ꝙ viator non poteſt habere ꝓprium conceptum quiditatiuũ de Deo, & beatus nomen imponit ad ſignificandum conceptũ proprium qualẽ habet de Deo. Tamen arguitur ꝙ repugnat dictis iſtius alibi. Primo ſic, conceditur enim viatorem aliquẽ conceptum quiditatiuum poſſe habere de Deo, & patet ꝙ aliàs nullum poſſet habere qualitatiuum, vel relatiuum de ipſo. Nam conceptus qualitatiuus ſemper requirit conceptum quiditatiuum cui inſit, ſed ſecundũ ipſum non poteſt haberi conceptus quiditatiuus de ipſo cõmunis Deo & creaturæ, igitur erit proprius, nam ſimpliciter primo diuerſus a cõceptu creaturæ, ergo nomen impoſitum a beato ipſi Deo ſub propria ratione, non ſic erit viatori, ſicut nomen coloris cæco nato. Si dicatur ꝙ non poteſt viator Deũ intuitiue intelligere ſicut beatus. Hoc non obſtat, quia nunquàm per nomen ſit cognitio intuitiua rei ſignificatæ, ſed tãtum quædam rememoratio ad conſiderandum rem prius notam. Apparet in exemplo. Nã cæcus non natus, qui aliquando vidit colorẽ bene vtitur nomine coloris tanq̃ ſigno communi ſibi & videnti. quia vterque per rememorationem poteſt intelligere colorem, licet cęcus nunc non poſſet intueri colorem. Secundo ſic, obiectũ perfectum poteſt facere in intellectu proportionato quemcunq; conceptum realem poſſibilem haberi de ſe, hoc probatur, qa etiam * hoc poteſt obiectũ minus perfectum. Sed eſſentia diuina ſecũdum iſtũ in intellectu pro-

*a.l. naturaliter.*

*a.l. quã,*

*a.l. intellectionẽ.*

*a.l. vtentis.*

*Quære hen. quoli. 6. q.1. & quoli. 23. q. 1.*

*a.l. &.*

proprio non poteſt cauſare niſi vnicum conceptum realem: alij autem ſi habentur, habentur per negationẽ ſui intellectus, ergo vnicus conceptus realis eſt poſſibilis de illa eſſentia. igitur ſi habet aliquem conceptũ de Deo, habet illum. ille erit proprius. Nec accipitur in iſta ratione, conceptus pro actu concipiendi, ſed pro obiecto formali * terminante actum. Huius rationis licet maior videatur probabilis, tamen negaretur de intellectu proportionato. i. infinito, quia ille eſt comprehẽſiuus vnico conceptu, & ita non capax multorum de obiecto, ſicut * intellectus non comprehenſiuus, negaretur etiam de quocunque intellectu, intelligẽdo de obiecto immediate in ſe mouente, quia ipſum propter perfectionem ſuam non moueret ad conceptus imperfectos poſſibiles haberi de ſe per motionem aliorum obiectorum imperfecte ducentium in cognitionem eius.

*a. l. tendẽte.*

*a. l. intellectiuus.*

AD QVAESTIONEM præmitto quędam. Primo ꝙ nomen quodcunque aliquid ſignificans, ꝙ huic ſoli *conuenit poteſt dici proprium nomẽ huic, ſed ſimpliciter nomen propriũ huius non eſt niſi ꝙ primo ſignificat hoc ſub ratione ꝓpria, quia ſolum illud eſt proprium ſignum vocale huius. Secundo præmitto ꝙ nominari ab aliquo poteſt intelligi dupliciter, vel vt nomen imponente, vel vt nomine vtente, & vtrunque dupliciter. ſ. perfecte, vel imperfecte, perfecte vti nomine eſt non tantum vti nomine vt re quadam naturali formando. ſ. ſonum illum, ſic enim poteſt auis edocta formare, ſed eſt vti nomine vt ſigno non tantũ conceptus poſſibilis haberi ab aliquo per illud nomen, ſic poſſet latinus aliquod verbum hebręum proferre hebręo neſciens quid diceret, ſed vt ſigno conceptus habiti ab vtente, vt ſic perfecte vti nomine ſit illo vti, vt ſigno conceptus proprij expreſſiuo, vti autem illo vt quoddamodo cauſa ſimilis conceptus habendi ab audiente per rememorationem non eſt neceſſarium ad perfecte vti ſimpliciter, ſed ad perfecte vti illo vt ſigno communi inter duos: & ideo requiritur ad hoc quod eſt vti nomine perfecte moraliter, quia requiritur ad vtẽdum nomine ad finem debitum, & hãc vtranque perfectionem tangit Aug. ſuper Ezechi. 13. Verba inſtituta ſunt per quæ in alterius notitiã quiſque cogitationes ſuas proferat (per quæ quiſque cogi. ſuas ꝓferat) ecce perfectio prima. (in alterius notitiam) ecce ſecunda. Intellige alterius vel quaſi alterius, quia quandoque aliquis ſeipſum loquendo efficacius ducit in intelligendo per rememorationem q̃ ſine loquela intelligeret, & in notitiã non eſſe nouam, ſic loquimur Deo orando. Item, de prima perfectione (cogitationes ſuas.)* ſub diſtinguo, vel habet conceptũ ita proprium ſicut nomẽ ſignat & tunc ſignat ꝑfecte (cogi. ſuas) vel hẽt minus propriũ, vel cõfuſum, vt pote non habens niſi cõceptum animalis proferat hãc vocem homo, intendens illud exprimere audienti quod alij concipiunt per nomen, & ad quod eſt impoſitum ſciens ipſum eſſe impoſitum alicui ſpeciali

*a. l. poteſt in eſſe.*

*a l. in in- chi.*

*Quare Plato. & Ariſto.*

*a. l. diſtinguo.*



ciali ſub animali, quod tamen non intelligit in particulari ſicut ſignificatur per hoc nomẽ. Eſt igitur hic ordo vti nomine, vt re tali vlterius vt ſigno ad placitum alicuius, cuius tamẽ nullũ conceptũ habet vt ens, niſi in hoc vniuerſaliſſimo quod eſt aliquid ſignificatũ hoc nomine. Tertio vti nomine vt ſigno alicuius, cuius conceptũ vniuerſalem tantum habet vt ens, intendit tamen illud exprimere, vt ſignificatur per nomen, licet illud ſic in particulari non concipiat. Quarto vti nomine vt ſigno expreſſiuo proprij conceptus in particulari, & ſemper hic prior gradus eſt imperfectior reſpectu poſterioris. Primus igit̃ eſt imperfectiſſimus, vltimus ſimpliciter perfectus.

HIS PRAEMISSIS ad q. ſit prima concluſio ꝙ poſſibile eſt Deum ſimpliciter nomine proprio nominari a viatore imperfecte ſecundum tres gradus primos prædictos. Secunda concluſio eſt, non eſt hoc poſſibile perfecte. ſ. ſecundum quartum gradum. Tertia concluſio eſt, qualiter de facto a nobis nominatur. Prima probatur, quia ſi non. hoc eſſet quia nõ poteſt habere conceptum propriũ de Deo, & oportet rem ſic concipi, ſicut nominatur: ſed iſta ſecunda eſt falſa. probo. de nulla ſubſtantia habemus conceptũ proprium & per ſe. ſi igitur nõ eſt poſſibile diſtinctius nominare quàm cõcipere. ſequitur ꝙ viator nullo nomine ſignificat aliquam ſubſtantiam diſtincte neque vtens nomine, neque aliq̃d nomẽ impoſitum a viatore ſignificabit aliquam ſubſtantiã diſtincte. cõſequens eſt falſum, igitur & antecedens. Nam illa propoſitio prima, ꝙ non intelligimus aliquam ſubſtantiam diſtincte, probata eſt ſupra diſtin. 3. Qualiter autẽ oppoſitũ conſequentis ſit verum, qa hoc eſt præambulum ad propoſitũ, declaratur primo de nominatione ſubſtantiæ vtendo nomine impoſito, ſecundo de nominatione eius imponendo ſibi nomen. Primum ſic, hæc minor per hoc nomẽ, homo, non intẽdimus tantum ſignificare animal, patet, ſed aliquid ſub animali diſtinctum ab equo, & alijs. Vnde hæc eſt nobis nota tãquam vera, homo per ſe diſtinguitur ab equo &c. nec intendimus per hoc nomen ſignificare aliquod accidens vel aliqua accidentia. immo ſpeciem in genere ſubſtantiæ tantum. vnde hæc eſt nobis vere cognita, homo per ſe diſtinguitur a quocunque accidente diſtinctione etiam maxima, quia ſecundum genus generaliſſimũ, nec intendimus ſignificare aliq̃ deſcriptionem ex animali & accidente, vel accidẽtibus, immo aliquid per ſe vnum, & in ſe natum habere vnum per ſe conceptum diffinitiuũ. Maior. ꝙ aũt intendimus ſignificare ſub propria ratione. nec tamen illud ſi intelligimus nominamus imperfecte ſecundum tertium gradum, & modum vt dictum eſt prius, quare &c. Conſimiliter patet de impoſitione, ſicut de vſu. ſicut enim ſi Adã intelligẽs hominem ſub propria ratione impoſuiſſet ſibi nomen ꝓpriũ, quo ego vtens intendo illud ſignificare, ſicut nomen eſt ſibi impoſitũ, de quo tñ non habeo conceptũ niſi in vniuerſali im-

*q. 1. 2. 3.*

*Vt inquit Ariſt. 1. Poſte. t. c. 29.*

perfectū, vel per accidens, vel in quadam deſcriptione, ſic ſi idē nondū nominatū ſicut intelligerem, poſſem ſibi nomen imponere, intendens per illud nomē ſic ipſum ſignificari, ſicut nunc intendo per nomen ſignificare ab alio ſibi impoſitum, & hoc modo licet quãdoque imponēs non habuit conceptū de re, niſi in quadam deſcriptione. quam ſignificat ethimologia nominis, non tamen impoſitū eſt nomen ad ſignificandū illā deſcriptionem, ſed illam ſubſtantiam cui⁹ eſt illa deſcriptio, ſicut hoc nomen lapis non eſt impoſitū ad ſignificandū actionem iſtam lædere pedē, quia tunc lapis per ſe eſſet in genere actionis, ſed imponitur illi ſubſtātiæ ſub ꝓpria ratione, cuius eſt hęc deſcriptio lædens pedes: hoc patet etiam, quia idem quando imponuntur multa nomina ſecundū multas proprietates non ab ea dē proprietate, ſed alia, vt lapis petra, nec imponuntur illis ꝓprietatibus, quia tunc nō eſſent eiuſdem per ſe numero, immo nomen vnum alicuius eſſet de genere actionis, aliud alicuius de genere paſſionis, vt petra pede trita. patet igitur ꝙ alia eſt ratio, a qua nomen imponitur, & hoc ſignificat ethimologia. Alia cui imponitur, & ita licet imponens nō habuit diſtinctū conceptum, niſi rationis a qua impoſuit, non tamen illi nomē impoſuit, ſed illi ſubſtantię cuius eſt hæc deſcriptio, & hoc ſub propria ratione, quam tamen non ſic intelligit, per conſequēs iſte nominat vt imponens imperfecte ſecundum tertium gradum.

*Solutiones ar. principalium & alia notanda quare in reportatis diſ. & q̄ præſentibus.*

PRAEDICTIS &c. DIST. XXIII.

CIrca iſtā diſ. 23. quæro vnum, vtrū perſona ſecundū ꝙ dicit aliquid cōmune patri, filio, & ſpiritui ſancto, dicat pręciſe aliquid ſecūdę intētionis? Quod non, probo quia perſona eſt terminus productionis realis, & adoratur, ſecunda intentio non terminat productionē realem, nec adoratur. ergo &c. Pręterea trinitas in diuinis non eſt tantū conceptuū, ſed rerū contra errorem Sabellij. Cōtra. omne cōe pluribus vniuocū, & diſtinctū, & plurificatū in eis dicit de eis ſecundū aliquā rationē vniuerſalis, perſona eſt cōmune vniuocū patri, & filio, & ſ.ſ. & plurificatū in eis etiam ſecūdū Aug. 7. de tri. c. 4. & 6. ergo dicitur de eis ſecundū aliquā rationē vniuerſalis. Et ſi dicat aliquā intentionem ſecundā. vere eſt in diuinis aliqua rō vniuerſalis, ꝙ nō videtur incōueniens. ſi vero dicat intentionē primā, erit in diuinis aliquod vniuerſale reale cōe. & ita aliqua realitas potētialis, quod videtur inconueniens.

*Egidius henricus.*

HIC DICITVR ꝙ perſona tm̄ dicit intentionem ſecūdam, quia ſicut indiuidum reperit cōmuniter in omni natura, ita ſuppoſitum in natura ſubſtātiali, & perſona in natura intellectuali, ſed indiuiduum & ſuppoſitum dicunt tantum rem ſecundę intentionis, ergo & perſona dicit tantum rem ſecundæ intentionis. Cōfirmatur ratio, quia natura in qua ſunt iſta, vt eſſentia non eſt per ſe ratione iſtorum. ponitur enim in diffinitione

nitione



nitione iſtorū vt additū. igitur nō variat rōnes formales iſtorū. Item omne cōe dictū de pluribus dicitur de eis ſcd̄m rationē alicuius vniuerſalis. ergo ſi perſona ſignificet rem primę intētionis cōem tribus, illa dicet de eis ſub rōne generis generaliſſimi, aut alicuius intermedii, aut ſcd̄m rōnem ſpeciei ſpāliſſimę, quorū oppoſita ſūt manifeſta. Quod nō ſit ſpēs ſpecialiſſima, manifeſtū eſt, qa tūc ſequeret, ꝙ duę erūt quaſi ſpecies ſpāliſſimæ reſpectu earūdē perſonarū. deitas .n. ſecundū Dam. c. 5. notat quaſi ſpeciem circūplectiuā Hypoſtaſeon. & perſona etiam notabit ſpeciem ſpecialiſſimā reſpectu earundē, ergo &c. Additur huic opinioni, ꝙ licet pſona dicat aliqd ſecūdæ intentionis, non tm̄ dicit illud in abſtracto, ſed in concreto, & ideo pōt prædicari de re primę intentionis, & ſupponere pro ea. Exemplū, ſpecies eſt ſecunda intētio, ibi accipitur ſpecies ꝓ ipſa intentione in ſe, & ſpecies prædicat de pluribus differentibus numero, ibi accipitur ſpecies ꝓ re quā* denotat: non .n. prędicatur hic, hæc intentio ſpecies de pluribus vt videt, ſed homo vel aſinus de qbus dicitur hęc intētio.

*a. l. denominat.*

CONTRA iſtud. & primo contra opinantem, quãdocunque a formalibus conſtitutiuis aliquorum pōt abſtrahi aliquod cōe primæ intentionis, pari ratione vel maiori poteſt abſtrahi aliquid cōmune a conſtitutis per illa. perſonæ autem diuinæ ſecundū iſtos conſtituunt per relationes formaliter, ab illis autem conſtitutiuis pōt abſtrahi aliquid cōe reale primę intentionis. paternitas enim eſt relatio, filiatio eſt relatio, & hoc vniuoce ſumendo relationem, quia poteſt eſſe certitudo de cōceptu relationis ad intra, dubitando de quolibet conceptu ſpeciali. & talis ſic certus non tm̄ habet certitudinem de voce, ſed de conceptu aliquo, ergo conceptus ille de relatione in cōi alius eſt a conceptu illius in ſpeciali. ergo multo magis a conſtitutis per iſtas relationes poterit abſtrahi aliqua res primæ intentionis. aſſumptum autem de vniuocatione relationis magis patebit inferius in iſta. q. Contra* opi. in ſe, quia omnis intentio ſecunda, eſt relatio rationis, non quæcūque ſed pertinens ad extremum, vel actū intellectus componentis, vel diuidentis, vel ſaltem conferentis vnum ad alterum, hoc patet qa intentio ſecunda ſcd̄m omnes cauſatur per actū intellectus negotiantis circa rem primæ intētionis qui non poteſt cauſare circa obiectū, niſi tantum relationem rationis, perſona aūt nō dicit relationem rationis, & pręcipiue non dicit relationē pertinentem ad actū intellectus* cōparantis. Quod aūt non dicat aliquam relationem rationis videtur, quia tunc ſaltē neceſſario coexigeret correlatiuū ad quod referetur, quia impoſſibile eſt intelligere relationem, & non eſſe ad aliquem terminum, & correlatiuum. ſicut omnis intentio ſecunda requirit correlatiuum ad quod refertur, vt ſpecies reſpicit genus pro ſuo correlatiuo, & particulare vniuerſale pro ſuo correlatiuo, & ſic de aliis. perſona autem nō dicit alicuius perſona, vel ſaltē nō dicit extremū intellectus cōferentis.

*a. l. ſtatim arguendo.*

*Vide in reportatis diſtin. 25. q. 2.*

*a. l. componentis.*

'Tertia, rō, ꝙ dicit intentionē
relatio rationis, quia extremū
inquantum vno modo dicit in-
tentionem primam, concede ꝙ
negationem duplicis incōmuni
cabilitatis per ſe ſignificat vlti-
mate, igitur non intentio ſcđa.
Contra, negatio eſt non ens in-
communicabile dignitatis. Re-
ſpondetur vltra eſſentiam con-
notatur de modo poſitiuo quod
ſequitur incōmunicabilitas. Du
bium eſt, ſi perſona illum per ſe
ſignificat, ſi non, tunc eſt tantū
commune negatiuum, ſi ſic quā
do illud non vniuerſale nec in-
cludit, quia illa ſequitur om-
nem primam negationem, non
ſequitur modus poſitiuus, qūo
cōtrahit̄ ad vltima diſtinctiua?

Item, duco rationem eorum
ad oppoſitum, quia vnitas eſt
*T. c. 3. & ende.* paſſio entis, ſicut patet .4. meta
phy. & per conſequens conſe-
quitur rem ex natura rei, & ma
xime eſt verum de illa vnitate
quæ eſt vera vnitas, cuiuſmodi
eſt vnitas indiuidui. ergo talis
vnitas non dicit intentionem
ſecundam: & ſicut non vnitas
in communi, ita nec vnitas in
natura intellectuali: ſi igitur
perſona dicat vnitatem in na-
tura intellectuali. ſicut indiui-
duum in communi, ſequitur op
poſitum concluſionis eorum.
Præterea contra rationem ſecū
dam Augu. de doc. Chriſti. &
ponitur in litera diſt. 1. & di.
25. primi lib. dicit ꝙ res quibus
fruendum eſt ſunt pater, filius,
& ſpiritus ſanctus, vñ ſecundū
ipſum tres ꝑſone ſunt tres res.
res aūt non videtur dicere ſecū
dam intentionem, & tamen eſt
cōmune tribus perſonis, & nu-
meratur in eis. ergo nō oportet
dicere perſonā ſignificare ſecun
dam intentionem, quia eſt cōe
numeratum in multis, magiſter
etiam diſt. 25. c. 8. exponit tres
perſonas per tres ſubſiſtentias, *A. l. 5. & 6.*
vel tres ſubſiſtētes: ſubſiſtentia
autem non videtur ſignificare
rem ſecundæ intentionis, & ta
men eſt cōmune tribus, & nu-
meratur in eis. Item. prædicta
opi. querit quomodo perſona
poſſit vniuoce prædicari de plu
ribus indiuiduis niſi ſit vniuer
ſale, ſed eandē difficultatē petit
de relatione, & eodem modo
ſequitur. magis .n. videtur ꝙ a
conſtitutis poſſit abſtrahi com-
mune, quam a conſtituētibus,
ſed quo modo pōt abſtrahi ali-
quod cōe primę intentionis, &
tñ non vniuerſale reale, dicetur
diſt. 26. Pręterea. contra additū
arguo ſic, adiectiuum non deter
minat aliquid, niſi illud ad qđ
terminatur eius dependentia,
ſed adiectiuū non poteſt termi-
nare dependentiam alterius a-
diectiui, quia æqualiter depen
dent, & ambo ſunt æque depen
dentia. ergo neutrum determi
nat alterum, ergo ſi hoc nomen
perſona ſit tale concretum non
poteſt terminare dependentiā
alterius, cuiuſmodi eſt ille ter-
minus numeralis, tres. igitur nō
bene diceretur ꝙ ſunt tres per-
ſonæ, niſi intelligendo aliquod
ſubſtantiuum quod determine
tur per vtrumque adiectiuum,
ſed non eſt dare aliquod ſubſtā
tiuum tale ſubintellectum. er-
go &c.

Non pōt terminare dependē
tia alterius adiectiui cuiuſmodi
eſt terminus numeralis tres. igi-
tur nec per ipſum determinat̄.
Rñdeo. multa ſunt concreta
quę nō ſunt adiectiua ſicut cā,
genus. ſpecies. Contra adiecti
uum



uum arguis, non contra cōcre-
tū. Etiam poſt illa verba poſita
in principio rñſionis ad qōnē
ibi. Ad qōnem reſpondeo. quia
ſic ſequeretur animam eſſe per
ſonam. quod eſt inconueniens.

AD QVAESTIONEM
reſpondeo quòd accipiendo dif
finitionem perſonæ quam po-
*Libro de duab. naturis & vna perſona Chriſti.* nit Rica. 4. de tri. c. 22. qđ eſt in
tellectualis naturæ incommu-
nicabilis exiſtentia, per quam
diffinitionē exponitur vel cor-
rigitur diffinitio Boetij dicen-
tis quòd perſona eſt rationalis
naturæ indiuidua ſubſtantia,
quia ſic ſequeretur animam eſ-
ſe perſonam.

Multi volunt addere & deita
tē eſſe perſonam, & ēt non con-
ueniret proprie Deo, quia indi
uiduū non eſt niſi vbi eſt diui-
duum, quod nō conuenit Deo.
Similiter tm̄ proprie nomē per
ſonæ cōueniret homini qui cō
ſimiliter ſolus proprie dicitur
rationalis.

Quod eſt inconueniens. Dico
ꝙ nihil proprie eſt in hac diffi
nitione Ricar. quod ſignificet
intentionē ſecundā, quia ex na
tura rei ſine oī operatione in-
tellectus eſt in p̄re natura intel
lectualis, & entitas incōicabi-
lis. Iſta aūt incōicabilitas du-
plex eſt, qđ pōt intelligi ex ſu-
pradictis. 1. di. 2. quia cōicabi
le pluribus dr̄ dupliciter. vno
modo dr̄ cōicabile pluribus qđ
eſt idem cuilibet eorum. ita ꝙ
quodlibet ſit ipſum. ſicut vni-
uerſale dr̄ cōicari ſuis inferio-
ribus. Alio modo cōicat̄ alicui
vt forma, qua aliqd eſt tale ſe-
cundū ipſum, ſed nō eſt ipſum,
vt aīa cōicat̄ corpori, & vtroq;
mō deitas eſt cōicabilis, & neu
tro modo ꝑſona eſt cōicabilis.
Deus hēt vnā cōicabilitatem,
aīa aliam, diuinitas vtrāq;. Et
ita duplex eſt incōicabilitas ꝑ-
tinens ad rōnem perſonæ ꝑꝑ
quod anima ſeparata, licet ha-
beat primam incōicabilitatē,
tñ non eſt perſona, quia nō ha
bet ſecundam, & vtraq; incōi-
cabilitas requirit̄ ad rōnem ꝑ-
ſonæ, & eſt in re ex natura rei,
& ita nihil de ratione perſonæ
dicit intentionem ſecundam.
Contra iſtud poteſt obijci, quia
ſecundum iſtud videtur ꝙ per-
ſona tantum ſignificet duplicē
negationem duplicis commu-
nicabilitatis.

ITEM, ARGVO ſic. ſi
perſona dicit formaliter incō-
municabilitatem, ergo forma-
liter dicit negationem, ſed ne-
gatio eſt ſecunda intentio, cum
ſit ens rationis. ergo perſona di
cit rem ſecundæ intentionis,
quod eſt propoſitum. Reſpon
deo, quòd perſona non tantum
dicit communicabilitatem, ſed
dat intelligere naturam intel-
lectualem in qua eſt, ſicut indi-
uiduum. ſ. naturam in com-
muni. Dubito tamen ſi dicat *De hoc in 3. diſt. 1. clarius habetur.*
exiſtentiam formaliter cum du
plici incommunicabilitate, aut
dicat tantum formaliter incō-
municabilitatem, & exiſtentiā
in concreto tanquam modum
habēdi naturam, vt ſit ſenſus:
perſona eſt incōicabilis habēs
exiſtentiā in natura intellectua
li, & poſito quod ſic eſſet. ad-
huc dico quòd perſona non di-
cit intentionem ſecundā, quia
ſecunda intentio ſolū cātur ꝑ
intellectū negotiantē circa ob-
iectum. quicquid igitur mouet
intellectū ad intellectum ante
negotiationem non eſt intētio
ſecunda, ſed res mouens intel-

 lectum

lectum mouet ad negationem ſui obiecti ante negotiationem intellectus, quia negatio talis conſequitur rem ex natura rei ante negotiationem, & hoc iō eſt, quia vnum oppoſitorū mouet ad notitiam ſui oppoſiti ante negotiationē intellectus, pp
1. thopi. c.21. quod dicit philo. ꝙ eadem eſt ſcientia oppoſitorum, ideo quāuis ponatur perſonam tantum dicere formaliter negationem, non tamen intentionem ſecūdam, quia negatio quæ conſequitur ex natura rei, non eſt ſecunda intentio. & præcipue negatio in genere. cuius eſt incōmunicabilitas, quando igitur dicitur quod negatio eſt ens rationis, dico quod eſt negatiua entitas ex natura rei. ſicut em̄ ſortes eſt homo ex natura rei, ita eſt nō aſinus ex natura rei, ſunt autem negationes in intellectu entitatis, quia prima motio intellectus non ante affirmationem ſed negationem eſt ad apprehenſionem negationis. ſic igitur teneo quod perſona non ſit nomen ſecundæ intentionis ſed primæ, & quòd formaliter ſignificet duplicem negationem communicabilitatis, & ꝙ importet naturam intellectualē, & forte formaliter etiam importat exiſtentiā perſonæ, & tunc non tantum negationem cōmunicabilitatis importat, ſed etiā poſitiuum aliquod, vel forte non dicit formaliter exiſtentiam, & tunc de formali ſignificato eſt tantum duplex negatio dans intelligere duplex poſitiuum, ſ. naturam, & modum habendi naturam, & per hoc quacunque via data, patet ad argumenta quod ſi perſona dicat exiſtentiā in abſtracto, & modum habendi naturam in concreto eſt formaliter poſitiuum, & tunc perſona eſt formaliter exiſtentia incommunicabilis habens naturam intellectualem, ſi autem tātum formaliter importat negationem, tunc connotat exiſtentiam in natura intellectuali. & ſic ſtat pro illo quod eſt incommunicabile, & ſic adoratur, & eſt terminus productionis realis.

Ad aliud argumētum patet diſt.25. alibi. Et ſi hoc ſit verū tunc videtur dubium quomodo negatio poſſit eſſe communis tribus perſonis, niſi affirmatio aliqua ſit eis communis, ꝓpter quam inſit eis talis negatio qa, negatio non vr̄ trib. conuenire, niſi conſequatꝰ affirmationem, non eſt autem deitas iſta affirmatio, quia ipſa non numeratur in tribus, ergo oportet dare aliquod cōmune poſitiuum prius ab eis abſtractū, quam ſit negatio talis, & tunc habetur propoſitum. Si etiam dicat perſona talem negationē præciſe, non videtur dicere totā rationem perſonæ, quia perſona dicit rem ad dignitatem, vel ad perfectionem pertinentem, negatio autem nullam dignitatem, vel perfectionē ponit. Videtur etiam quòd dicat relationem rationis per hoc ꝙ ſuum oppoſitum. ſ. communicabile tantum dicit relationem rationis in eſſentia diuina: eſt enim eſſentia cōmunicabilis filio, & tñ eſſentia nō referꝛ realiter ad filium, ergo incommunicabile dicit relationem rōnis. Ad primum iſtorum dico ꝙ ab vltimis diſtinctiuis & cōſtitutiuis perſonarū nihil poteſt abſtrahi commune dictum de eis in q.d. quia illa ſunt primo diuerſa. i. nihil idem realiter includētia, tunc enim eſſet quærere de eis per quid diſtinguerentur, & iō omne commune abſtractū ab eis, vel eſt conceptus omnino negatiuus, vel ſaltem non eſt quiditatiuus conceptus vnius rōnis: certum eſt aūt ꝙ aliqua negatio cōis pōt abſtrahi ab illis vltimis, & hoc vnius rōnis, quia negatio eſt vnius rōnis ꝑ hoc ꝙ repugnat affirmationi vnius rōnis: quibuſcunque igiꝛ repugnat affirmatio vnius rōnis, conuenit negatio vnius rōnis, & ita tribus perſonis & ēt diſtinctiuis illarum vltimis poteſt competere negatio aliqua communis, ſi illa dicatur eſſe incōmunicabilitas, & ſi ponatur incommunicabilitatem ſolam eſſe de per ſe rōne conſtitutiui perſonæ, ita ꝙ perſonalitas ſit incōicabilitas ſubſiſtentis in natura ītellectuali, & ita omnia alia præter primū ſint addita in rōne perſonæ, tunc ꝑſona proprie nō diceret aliquē cōceptum proprie poſitiuum. Sed tñ non dicet aliquē conceptum ſecundæ intentionis. Oīs enim conceptus eſt intentionis primæ. q natus eſt fieri immediate a re ſine opere, vel actu intellectus negociātis, qualis eſt cōceptus nō tm̄ poſitiuus, ſed negatiuus. Tñ dubitaꝛ qūo pōt negatio eſſe cōis ſine poſitiuo cui inſit? Rñdeo, quantūcunq; diuerſis, ſi nihil etiā cōe haberēt, pōt eſſe negatio cōis. ſicut non ſortes eſt cōe vniuocum ad oīa alia a ſorte entia, & non entia. Et licet illa quibus negatio eſt cōis habeant aliquod poſitiuum cōe. non tñ oportet ꝙ ꝑ illud commune inſit eis negatio communis, non rationalitas enim conuenit vltimæ drīe aſini & æqui, & non ꝑ aliquid commune in illis quibus cōuenit iſta negatio, quia vel nihil eſt cōe differentijs vltimis, vel ſi entitas eſt eis cōis non pp entitatem conuenit eis talis negatio., ſicut nec propter entitatē repugnat eis talis affirmatio. Et ſic dicendum quòd maior eſt falſa, quia negatio eſt vnius rationis, qa opponitur affirmationi vnius rationis, & non qa cōſequitur affirmationē vnius rationis, non homo. n. eſt vnius rationis, quia homo cui opponiꝛ eſt vnius rōnis, & non quia conſequiꝛ affirmationē vnius rōnis, non homo. n. cōe eſt enti & non entis, quibus nihil affirmatiuum ſiue poſitiuū eſt cōe. Cum ſecundo obijciꝛ, ꝙ negatio non dicit aliquid ad dignitatem pertinens, & ad hoc etiā pñt adduci rationes ad principale, quia negatio non adoraꝛ, nec etiam eſt terminum actionis realis. Poſſet dici quòd negatio in genere differt a negatione extra genus, & a priuatione. priuatio quippe reqrit ſubiectum aptum, vel ſecundum ſe, ſi eſt priuatio ſecundum ſe, vel ſecundum genus, ſi eſt priuatio ſecundum genus, ſicut talpa dr̄ cęca. 5. metap. c. de priuatione.
Negatio extra genus abſolute t.c. 27. nihil requirit, quia æqualiter dicitur de ente & de non ente. Negatio autem in genere quaſi mediat, quia requirit ſubiectū de quo dicatur, non tamen aptitudinem ad formam talem forte negationem importat diuerſitas, de quo aliàs, quia negat identitatē vel notat non iden-

 tita-

titatem talem in ente. ergo talem poteſt nominare incommunicabilitas, vt importaſ in perſona, quia notat negationē duplicis cōmunicabilitatis in natura intellectuali, nec tamen dicit aptitudinem ad aliquam communicabilitatem, ſed negationem illam in natura poſitiua intellectuali, & ita dicit aliquid pertinens ad dignitatem, non ratione ſignificati, ſed rationi connotati & ſubiecti, & ſic poſſet concedi perſonam generari & adorari, ſicut cęcus ambulat vel amatur, non quod cęcitas ſit ratio ambulandi, ſed quod illud in quo eſt talis priuatio ſit ſubiectum reſpectu talis prædicati. Cum arguitur de communicabili & incommunicabili dico quòd vnum oppoſitum poteſt eſſe relatio rationis, & alterum relatio realis, vel ſaltem negatio vel priuatio realis alicuius relationis. ſicut idem perfecta identitate dicit relationem rationis. 5. meta. c. de eodem, & tamen diuerſum quod negat iſtam identitatem conuenit rei abſq; actu rationis & intellectus: & ratio eſt, quia licet aliquid non conueniat rei, niſi ex opere, vel actu intellectus, tamen poteſt repugnare rei ex ſe ſine actu intellectus. ſicut ſorti vniuerſalitas repugnat, quæ tamen non conuenit homini, niſi per actū intellectus operantis, & negotiantis circa hominem.

t. cō. non habente.

Et ſi igitur communicabilitas dicat tantum relationem rationis in eſſentia, tamen poteſt repugnare perſonæ ex aliquo quod eſt in re, & propter idem poteſt ſibi incommunicabilitas competere Iſta igiſ via ſuppoſita ſicut certa ꝙ a perſonis poteſt abſtrahi aliquis conceptus negatiuus negationis in genere, & hoc non ſolū à perſonis quaſi conſtitutis, ſed etiam a formalibus cōſtitutiuis earū. Eſt dubitatio vlterior, vtrū tale cōe ſolūmō negatiuū ſit abſtrahibile ab eis, vel aliquod cōe poſitiuū? Et vr̄ ꝙ oporteat ponere aliqđ poſitiuum poſſibile abſtrahi ab eis pp verbū Augu. de doctrina Chriſtiana, & verbum magiſtri in litera diſt. 25. quæ adducta ſunt contra opinionem. Poteſt dici, quod ab indiuiduis non tantum poteſt abſtrahi ſpecies quæ dicit quiditatem indiuiduorum, ſed ēt aliquid quaſi proprium.

HIC DILIGENTER &c.

DISTIN. XXIIII.

CIRCA iſtam diſtinctionē vigeſimamquartam, q̄ro vtrum in diuinis ſit proprie numerus.

RESPONDEO. Aut ponitur, quod numerus habeat vnitatem formalem, reſpectu cui⁹ formalitatis vnitates ſunt materiales, & ſicut mateari illius formæ. Aut ponitur, quod numerus eſt tantum vnus aggregatione vnitatū, ſicut aceruus lapidum dicitur vnus aggregatione lapidum. Quod horum verum ſit, aliàs videbitur, quando tractabiſ de numeris. Primo modo dico, ꝙ in diuinis non eſt numerus, quia quęlibet perſona diuina eſt infinita, & quęlibet proprietas perſonalis eſt eadem infinito. Sed nihil qđ eſt ex ſe formaliter infinitum,

quare Hē. quol. 5. & 6.

quare hoc in reportatis ad hoc



nitum, vel idem infinito, eſt potentiale, vel pars alicuius, quia tunc eſſet aliquid maius infinito, quia totum eſſet maius infinito, ſi tamē pars eius eſſet infinita. Et ideo illam poſitionem tenendo non erit numerus in diuinis. Si ſecunda poſitio vera eſt. ſ. ꝙ numerus eſt tantū vnus aggregatione vnitatum, cū aggregata ſint ſimpliciter diuerſa, ita quod non faciunt, nec ſunt aliquid per ſe vnum, ĩmo ſunt minus vnum quàm illa q̄ ſunt vnum per accidens, & quę ſunt in diuinis ſunt idem alicui vere vni naturæ, quod eſt eſſentia, ſequitur ꝙ nulla eſt aggregatio ibi rei ad rem. Et ita nullus eſt numerus ſecundum iſtam ſecundam poſitionem. Si tñ numerus habeat eſſe in intellectu tm̄, ſimul concipiente plura vna, vel plures vnitates, cū intellectus aliquis poſſit cōcipere tres perſonas ſimul, vel vnā ſolā, non concipiendo tres perſonas, & non ſit conceptus ita perfectus concipiendo vnā perſonā, ſicut concipiendo tres perſonas. vnde aliqui diſtincti articuli fidei reſpiciunt diſtinctas perſonas, poſſet poni ꝙ ibi eſt vnus numerus, quaſi vnus cōceptus totalis trinitatis in intellectu. Sed omittendo de numero, an ſit in intellectu, & loquendo de numero in re. dico ꝙ numerus ſimpliciter non eſt in diuinis, tenendo alterutrā illarū duarū opi. primarū. cōcediſ tñ ibi numerus ſecūdū q.d. ſ. cū hac determinatione pſonarū, quia ibi ſit abſtractio illius a numero. qđ non dicit imperfectionē. ſ. *diſtinctionē, ab eo qđ notat impfectionem; diſtinctionis, aut in vtroq; numerorū, aut ſaltē in altero. ſ. a potētialitate. ſi numerus eſt vnus ſecundū formā, vel a diuerſitate. ſi numerus eſt vnus p aggregationē vnitatū plurium, bñ tñ ibi concediſ diſtinctio ſine diuerſitate, vel potentialitate, vel etiā aggregatione, quia dicunt imperfectionem aliquam in vnitate.

Sed quid de continuis.

i. l. diſtinctionis.

CIRCA ILLVD decimo meta. de vno, quod conſtituit numerum &c. vnum apud intellectum vnitate & primitate ordinis poteſt habere rationem menſuræ ſecundum rōnem. numerus eſt tale vnū per diſtantiam certam vnitatis vltimæ a prima. igitur numerus eſt menſura ſecundum rōnem: ſic forte diceret Aug. de tpe. Contra, menſuratum ſecundū aliquid ſui menſuraſ, ſi ſecundū quantitatē, ergo ipſum in ſe q̄tū diſtinctū. Tenēdo cōem viā, dico ꝙ de ratione numeri ſunt tria. Primum eſt, ꝙ vnitates q̄ ſunt partes numeri ſunt vnius rationis, & non tantum conceptus vnius, ſed ſingularia eius hinc & inde ſunt vnius rationis. Secundum, quòd vna ſunt diſtincta. ita quod ſic vnū non includat ſic vnum. ideo vnitas naturæ non facit numerum cum vnitate ſuppoſiti, nec cū vnitate formalitatis, quia natura in vno includitur & aliud includit. Tertio, requiritur quòd in vtraque vnitate vel vtroque numero ſit potentialitas partis ad totum.

t. c. 1. & 10.

Cap. 4. & inde. Lib. 5. ti. c. 12.

Propter primum Deus non connumeratur creaturæ, quia illa vnitas ſingularis, quæ eſt in Deo exiſtens non eſt eiuſdē rationis, cum alia, quia tunc cō traheretſ p infinitū, & ita Deus eſſet

eſſet compoſitus, propter ſecundum album, & dulce non ſunt duo. tamen dulcedo & albedo ſunt duo, ratio grammatica eſt, quia terminus numeralis adiectiuus determinat ſubſtantiuum, ideſt* ſubiectum. In primo notantur eſſe duæ vnitates diſtinctæ, in ſecundo eſt forma & forma, propter idem albedineitas, & coloreitas ſunt duo, non tamen albedo & color, q̃a ſic vnum includit ſic vnum, ſicut album cum etiam includit vtranque naturam. Præterea poſſet etiam iſtorum aſſignari ratio, & diſtinctio per principium, quia vnitas ſuppoſiti naturæ, & formalitatis non ſunt vnitates vnius rationis, ideo nulla connumeratur alij propter tertium, nec intra, nec extra, aliquid intrinſecum Deo eſt cōnumerabile, quia nec potentiale, tamen extēdendo numerum ad diſtinctionem entium conceditur numerus in diuinis, & hæc duo, ſcilicet entitas & diſtinctio numeratorum requiritur ad numerū, ſed nō ſufficit, ideo vbi propter iſta ſola ponitur numerus, imperfecte ponitur. ſic tres perſonæ. Corrolarium ternarius lapidum eſt per ſe vnum ſecūdum opinionem communem, ita ꝙ non tantum eſt hic, hic, hic, ſed trinitas perſonarum eſt tantum, hic, hic, hic, nec magis vnum alio modo diceretur, ſi numerus poneretur in intellectu, quia tunc concordaretur vtrobique. Contra. Boetius hic eſt vere vnum, in quo nullus eſt numerus.

*a .l.ibi eſt ſubiectum in primo. & eius notatur eſſe duæ unitates &c.*

*1.tri.c.3.*

Item, vnus eſt prius natura quàm duo. Item, pars quàm totum. Item Auic. ſecundum ſubſtantiam aut ſecundum relationem. Solutio. vnum duplex ſynonimum quod conſequitur formam, & principium numeri addit ſuper vnum rationem menſuræ, & ideo eſt de genere quantitatis, & eſt aliud quod conſequitur formam propter materiam, ſic duplex numerus 5. Metaphy. vel triplex formalis, mathematicus, & ſenſibilis, primus eſt ibi, & eſt ab vno, & ſeruat vnitatem, ſecundus non eſt ibi. Reſpondeo, numerata ſunt plura diuiſa, vnde partes in toto non numerantur, niſi in potentia, ſed quæ ſunt nata contineri in vnitate vnius continui, omnia nata ſunt eſſe vnum, & ideo vnius ſpeciei, & in materia alia & alia, Aliter non eſt numerus ſimpliciter. ſed cum determinatione formatum. in Deo nulla ſunt diuiſa abinuicem propter vnitatem eſſentiæ, per oppoſitū in ſpecie īmateriali eſt numerus formalis. Item, quod libet eſt ibi quaſi ſpecies. non autem ſunt plura ſub eadē ſpecie contenta. igitur tantum numerus ſecundum quid. ſ. cum additione perſonarum & attributorum, ita quòd ſi vnius ſpeciei indiuiſio prohibet. ſi diuiſio eſſentiæ alia diuiſio prohibet. cōuenit tñ cū numero mathematico in aliquo q̃a ab vnitate eſſentiæ, vt a radice, onē. differt etiā quia hic vnitas non diuiditur, ſed quaſi ſpecie diſtinguitur. in hoc cōuenit cum numero formali, ſed ille nunquam radicatur in vna forma ſingulari, & eſt ibi differentia per formas abſolutas, hic vero non.

Ad primum non eſt vnū numero, quia non conſtituit numerum. Ad ſecundum loquitur de numero cum determinatione. ſ. perſonarum. Ad tertiū multitudo eſt nobis magis nota, & poſitione ſignificatur, ſed eſt vnitatū diuiſio, quæ eſt negatio vnionis, ideo nō eſt multitudo ſimpliciter, niſi cum determinatione, ecōuerſo in deo, licet ſecundum modum nominis ſignificet, negationem, illa tamen negatio non eſt ibi negans, & ita ſecundum rem vera poteſt.



### PRAETEREA &c.
### DISTIN. XXV.

CIRCA iſtam diſt. 25. quæro, vtrum perſona in diuinis dicat ſubſtantiam, vel relationem. ſine argumentis?

*a.l.Reſpō deo ſine argumentis.*

RESPONDEO, quod perſona non dicit relationem propriam, quia hoc nomen perſona, eſt commune tribus, ſecundum Aug. 7. de trini. c. 7. ſi tres perſonæ ſunt, commune eſt eis hoc quod eſt perſona, & nō cōmunitate æquiuocationis, ſicut hic homo eſt communis ſorti & Platoni, hoc quidem eſt ęquiuoce, quia pronomen hoc, qđ demonſtrat hoc ſignificat. Non ita hic, quia æquiuocum nō numeratur in æquiuocatis. Non enim dicuntur piſcis & ſydus, duo canes, quia numeratio alicuius in aliquibus requirit vniuocationem eius in eis. perſona eſt ſic cōis ꝙ numeratur in eis. Nec dicit relationem cōem, qđ probatur per Aug. 7. de. tri. c. 5. ꝙ pr̄ non eſt perſona filij, nec econuerſo. Et iſta ratio pōt deduci ſic, ad quodcunque dicitur relatiuum inferius, ad idē dicitur relatiuum ſuperius. licet non primo. Exemplum. ſi duplum eſt duplum dimidij. & hoc primo, duplum eſt multiplex dimidij, licet non primo. Et non ſolum hoc, ſed etiam vſque ad generaliſſimum eſt relatiuum dimidij. licet non primo, ideſt adæquate. ergo ſi perſona diceret relationem communem, tunc pater, ſicut eſt pater filij primo, ita pater eſſet perſona filij per ſe, licet nō primo, quod eſt falſum. Nec perſona dicit ſubſtantiam ſecundam, ideſt quiditatem, quia illa nō numeratur in tribus perſonis. perſona autem numeratur ſecundum duas opiniones tactas in q. de perſona. diſt. 23. quia ſecundū vnam opinionē perſona dicit negationem in genere communem tribus, & ſic non ſignificat ſubſtantiam nec relationem, connotat tamē aliquid poſitiuum. Et primo connotat illud de quo primo prędicatur, puta patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, non quaſi ex primo intellectu ſuo, ſed ſicut cōmune connotat inferius, pro quo ſupponit. Secundo cōnotat relationē, quā patri cōueniat talis negatio communis, & filio ſimiliter. Tertio & vltimo, connotat eſſentiam, quę licet ſit in primo connotato, non autem eſt in eo ratio iſtius negationis,

Si autē teneatur alia opinio in qōne illa de perſona. ſ. ꝙ perſona dicat aliquid poſitiuū abſtractum a tribus, vt quaſi proprium non vt ſpecies, tunc dici pōt ꝙ ſignificat poſitiuum, ſed nec ſubſtātiam nec relationē, &

& hoc extendendo ſubſtantiam, tam ad primam, quã ad ſecundam, ſed aliquod poſitiuum indifferens ad vtranq;. ratio enim ſubſiſtentis indifferens eſt ad abſolutum, & relatiuum, tenendo perſonas diuinas eſſe relatiuas primo. Ex conſequenti tamen dat intelligere ſicut ſuperius ſuum inferius illud pro quo accipitur relatiuum ſuperius de quo dicitur perſona, puta patrem, filium, ſpiritum ſanctum. Et ſecũdo ipſas relationes, & tertio eſſentiã. Ita ꝙ vtraque opi. poſita diſt. 23. concordat in hoc, ꝙ perſona de prima ratione ſua non dicit relationem nec ſubſtãtiam, & hoc nec primam nec ſecundam. ſed ſecundũ vnã opinionẽ dicit conceptũ negationis in genere cõis tribus, quę diſtinguit in eis. ſecũdũ aliã opinionẽ dicit cõceptũ poſitiui cõmunis diſtincti in eis. Et ſecũdũ vtrãq; opinionẽ tale cõe ſiue poſitiuũ ſiue priuatiuũ connotat ſicut ſuum inferius illud de quo formaliter dr̃, puta patrem, filiũ, ſ.ſ. Et quaſi ſecũdo connotat formalia diſtinctiua in eis. Et tertio eſſentiã communẽ in eis. Sed obijcitur ꝙ perſona ſignificet ſubſtantiam ſecundã .i. quiditatem per hoc quod dicit Aug. 7. de tri. c. 4. quærẽdo. per hoc qđ eſt tres pſonæ, & rñdet ad q. illam qua quæritur in diuinis quid tres, quid aũt * quærit eſſentiã. Prętereà, dicit Aug. 7. de tri. c. 5. ꝙ nõ eſt aliud Deũ eſſe, & perſonam eſſe, ergo perſona eſt mere eſſentiale, & per conſequens ſignificat ſubſtantiam ſecundã & quiditatẽ. Ad primũ reſpõdeo ꝙ quid, quandoque quærit diffinitionẽ, quã doque quærit illud de quo aliquid dicitur. primum patet. ex. 1. Topi. Diffinitio eſt oratio indicans quid eſt eſſe rei. Secundum etiam patet per philoſophum. 10. Metaphyſi. totaliter quærendum eſt quid vnum, quemadmodum & quid ens, tanquàm non ſufficens, quia hoc ipſum iſtius natura. Intendit dicere ꝙ nõ ſufficit dicere ipſum vnũ eſſe principiũ, ſicut aliqui antiqui philoſophi ipſum vnũ eſſe principiũ dicebant, ſicut platonici, ſed aliqd de quo dr̃ vnum. Et ſecundum hoc quęſtio iſta quid eſt elemẽtũ, duplicẽ habet rñſionẽ, vnã aſſignando elemẽti diffinitionẽ, aliã aſſignando illud de quo dr̃ elementum, puta ignis eſt elemẽtum. Nunc autem catholicis confitentibns tres. ſecundũ canonicã epiſtolã Io. 5. ca. quæſierunt hæretici quid tres, non interrogãtes huius nominis diffinitionem, ſed quid eſſet illud ſubſtãtiuũ, quod determinaretur per illud adiectiuum tres, ſiue de quo diceretur. & ad hoc bene reſpondetur per hoc quod eſt perſona. Cum igitur accipitur quòd quid quærit de eſſentia, non eſt verum generaliter nec ſpecialiter in propoſito. Ad ſecundum de Aug. patebit diſt. ſeq. quòd perſona eſt ad ſe tam in ſe, quàm ĩ ſuis inferioribus, licet non ita ſit ad ſe, ſicut eſſentia eſt ad ſe. Et hoc ſi ponitur diuinas perſonas eſſe conſtitutas in eſſe pſonali per aliqua abſoluta. Si autem hoc non ponatur, difficile videtur exponere auctoritatem beati Aug. ſed de hoc dicetur ibi.

a l. conuenit eſſentiæ.

C. s. 4.

T. c. 7.

ET RELATIO infra ſuũ genus, non diſtinguitur niſi per illa



illa, ſupra quæ fundatur, & ſic nõ eſt in ea vere ratio vniuerſalis, niſi quia ſuper vniuerſale fundatur. exemplum, de ſimilitudine, & albedine. omnis autem relatio diuina fundatur ſupra eſſentiam, quæ nullo modo poteſt habere rationem vniuerſalis, quia natura vniuerſalis eſt ſola illa quæ ex ratione quiditatis eſt natura tantum ſecundum Auic. 5. Metaphy. non concernendo rationem vniuerſalis vel particularis, ſed nata in ſe recipere rationem vtriuſq;, ſingularitatis per eſſe terminatum in ſuppoſito, vniuerſalis vero per hoc quòd eſt nata cadere in conſideratione intellectus, vt vna ſecundum rationẽ, tamen applicabilis per prædicationem pluribus in quibus eſt multiplicata. eſſentia autẽ de ſe eſt ſingularitas quædam. quamquàm igitur relatio prædicetur vniuoce de paternitate, & filiatione, non tamen eſt vniuerſalis.

## NVNC DE &c.

### DIST. XXVI.

CIRCA iſtam diſtin. 26. quero vtrũ perſonæ diuinę cõſtituantur in eſſe perſonali per relationes originis? Quod non. relationes originis ſunt alterius rationis, ſicut relationes ſpecie differentes in creaturis, quod apparet. plus enim differt paternitas a filiatione quàm filiatio a filiatione, vel paternitas a paternitate. ergo conſtituta per eas formaliter differunt ſpecie, perſonæ igitur differunt ſpecie, & ita generatio eſt æquiuoca in diuinis, quæ improbata ſunt diſtinctione 7.

Item, qua ratione relationes originis conſtituunt perſonas, eadem ratione relationes communes conſtituerent eas, & ita eadem perſona conſtitueretur duplici formali conſtitutiuo, quod eſt inconueniens. Conſequentia probatur per hoc, quia relationes cõmunes ęqualem diſtinctionem requirunt in extremis, ſicut relationes originis. & eodem modo ſtãt cum vnitate eſſentiæ. ergo ęqualiter diſtinguunt.

Præterea, relationes oppoſitæ de ſecundo modo relatiuorum poſſunt fundari in eodem, ſicut voluntas mouet ſe, relatio autem mouentis & moti pertinent ad ſecundum modum relatiuorum, ergo pari ratione relationes producentis & producti, quę pertinent ad eundem modum, poſſunt eſſe in eodem, & ita per eas non diſtinguuntur ſuppoſita. Confirmatur ratio per Boetium, qui in fine lib. ſui de tri. dicit quòd relatio iſta eſt quaſi eiuſdem ad ſe, ergo relationes iſtæ non diſtinguunt. Contra. Boetius ibidem. ſubſtantia continet vnitatem, relatio multiplicat trinitatem.

RESPONDEO. opinio quorundam eſt ſicut præpoſitiui, quòd perſonæ ſeipſis diſtinguuntur. Et ita non eſt quærere quo formaliter diſtinguuntur, vel quibus conſtituuntur, quia non habent conſtitutiuũ. Confirmatur poſitio iſta, quia perſona diuina eſt quę ſimplex ſicut eſſentia, eſſentia autem pro-

propter ſui ſimplicitate m ſeipſa diſtinguitur a quocũque,igitur & perſona. Item , abſtractũ & concretum idem ſignificant, ergo paternitas & pater.ergo dicere patrem diſtingui paternitate eſt dicere ipſum ſeipſo diſtingui.

CONTRA iſtud arguitur ſic. Quæcunque nõ ſunt primo diuerſa aliquo ſui diſtinguuntur,quia quæ ſe totis diſtinguũtur,ſunt primo diuerſa,ſi enim non ſunt primo diuerſa,ſed aliquid idem entia, tunc non eo diſtinguuntur, quo ſunt idem, ſed aliquo ſui,quo nõ ſunt idẽ. Sed perſonę diuinæ nõ ſunt primo diuerſæ,quia ſunt eiuſdem eſſentiæ,ergo adhuc eſt quęrere quo diſtinguuntur.Item plures proprietates ſunt in eadem perſona,ſicut in patrę innaſcibilitas, & generatio actiua , & diſtinguuntur hic ſecundum Augu.5.de trini.c.6.vbi vult quod ſi pater non eſſet ingenitus,poſſet tamen eſſe pater, & econuerſo. ergo & ſi ꝑ impoſſibile vna non diſtingueret patrem ab aliquo , poſſet aliqua diſtinguere & econuerſo. ergo ſemper eſt aliquid , quo diſtinguitur pater a filio, ita ꝙ non primo ſe toto. Item,in patre eſt generatio actiua, & ſpiratio actiua. & ſpiratione actiua non diſtinguitur a filio, quia illa eſt in filio.ergo pater non ſeipſo toto æque primo diſtinguitur, ſed aliquo qđ eſt in eo.Item, in pręfatione de trini.dicitur. in perſonis proprietas, non autem perſona eſt in ſeipſa hoc modo, ſicut proprietas intelligitur eſſe in perſona. ergo aliquo modo perſona dici poteſt diſtingui proprietate formaliter, quomodo non diſtinguitur ſeipſa primo.

ARGVITVR etiam ab alijs aliter contra ipſum,quia ſi pater ſe toto diſtinguiť a filio. pari ratione & a ſpiritu ſancto. & ſi eodẽ diſtinguitur ab vtroque. ergo eandem habitudinẽ habet ad vtrũque. igitur & ecõuerſo vterque habet ad ipſum eandem habitudinem eiuſdem rationis.ſicut ſi Paulus eſt ſimilis Petro , & Lino. ergo Petrus & Linus habent ſimilitudinẽ eandem , & relationem eiuſdẽ rationis ad Paulum. Et tunc filius videtur diſtingui a patre relatione eiuſdem rationis cũ ea, qua diſtinguiť. ſ.ſ. a patre. Sed forte iſtud argumentum nõ cõcludit, quia quocũque pater cõſtituitur in eſſe perſonali. eo diſtinguitur primo perſonaliter a filio.& ſ. ſ. non tamen ſequitur econuerſo. ꝙ filius & ſpiritus ſanctus diſtinguerentur aliquo eiuſdem rationis a patre. *Herueus brito ſequitur hãc viam.*

ALIA EST OPINIO communis quæ dicit perſonas cõſtitui per relationes. Pro hac opinione allegatur auctoritas Chriſti in euangelio. Matth. vltimo.ſicut poſtea tangetur infra contra tertiam opinionem. *Tho.1.parte ſum.q. 49.ar. 2.* Adducitur ad hoc Boetius de trini.qui multa videtur tangere de hoc.Et Aug. ſimiliter. 5. de tri. c.8. Quapropter illud præcipue teneamus,quicquid ad ſe dicitur præſtantiſſima illa & diuina ſublimitas ſubſtantialiter dici. Et paulopoſt. Quicquid ad ſeipſos de ſingulis dicitur, non pluraliter in ſumma, ſed ſingulariter accipiatur. Et ibidẽ 23. de paruis. Quicquid ergo ad ſeipſum dicitur,Deus de ſingulis perſonis ſingulariter dicitur.i. patre,filio. & ſ.ſ.Et ibidẽ.c.11. *Cap.8.de magnis.* vel 27.ꝙ autem proprie ſingula in eadem trinitate dicuntur nullo modo ad ſeipſa , ſed adinuicem, aut ad creaturam dicuntur , & ideo relatiue, non ſubſtantialiter ea dici manifeſtum eſt. In his expreſſe videtur haberi , ꝙ omne dictum ad ſe conuenit tribus,& eſt commune tribus , & quicquid non eſt commune tribus eſt relatiuum vel relatio.conſtitutiuum autẽ & diſtinctiuum perſonæ non commune tribus.ergo eſt relatiuum, vel relatio. Item Augu. 11.de ci.Dei.c.10.Deus eſt quicquid habet,excepto ꝙ vna perſona dicitur ad aliam & nõ eſt ipſa. nam habet pater filium, nec tamen eſt ipſe filius. & filius habet patrem , nec tamen eſt ipſe pater. Item Boetius de trini.in fi..Ita igitur ſubſtantia continet vnitatem, relatio multiplicat trinitatem . Et multa alia verba ibidem ad hoc. Item Dam.c. 1. Et quoniam pater & filius & ſpiritus ſanctus ſecũdũ omnia vnum ſunt præter in generationem, & generationem, & proceſſionem. Et ibidem. ca. 10.In his ſolis enim hypoſtaticis proprietatibus abinuicem differunt hæ ſanctæ tres hypoſtaſes. Item Dam.3. de trini. c. 5. Differentiam autem inquit hypoſtaſeon. i. perſonarum in ſolis tribus proprietatibus.anetio.i. incauſabili, & paternali & etiaci.i. cauſabili & filiali,& cauſabili & proceſſibili recognoſcimus.



Item videtur Ricar.dicere de trini. 3. Quod perſonę non diſtinguuntur in diuinis , niſi per alium & alium modum habendi eandem naturam.ergo. Item Anſel.de proceſ. ſpiritus ſancti dicit , ꝙ in diuinis omnia ſunt vnum.vbi non obuiat relationis oppoſitio.

ITEM PER rationẽ,quia ſi per abſolutum conſtituitur ꝑſona in diuinis,ergo abſolutum additur abſo'uto , ſed abſolutũ additum abſoluto neceſſario facit compoſitionem. Sed ſi in abſoluto aliquo conueniunt ꝑſonæ diuinæ,conſtat ꝙ non eodem abſoluto.quo conueniunt, diſtinguuntur perſonaliter. ergo abſoluto alio, ergo eſt ibi abſolutum,& abſolutum.ergo cõpoſitio.hoc non ſequitur de relatione, quia relatio nihil addit ſupra ſuum fundamentum, nec facit compoſitionem cum eo. Aliter confirmatur iſta poſitio , & iſta ratio,ꝗa relatio vno modo poteſt tranſire in ſubſtãtiam, & per hoc non facere cõpoſitionem cum abſoluto. Alio modo poteſt manere per cõparationem ad oppoſitum , & ita diſtinguitur realiter. *De hoc vide. 3. q. quoli.* Iſtæ duæ rationes non vidẽtur competere abſoluto , quia abſolutũ vel omnino manet, vel omnimode tranſit. Si omnimode trãſit, non diſtinguit ſicut nec eſſentia,in quam tranſit.Si omnimode manet,ergo compoſitio.

Item,eadem natura non poteſt eſſe in diuerſis ſuppoſitis abſolutis niſi diſtinguatur in eis,licet enim poſſit eſſe in diuerſis ſuppoſitis relatiuis , quia idem illimitatũ poteſt eſſe fundamentum plurium relationũ in diuerſis ſuppoſitis,non tamẽ in diuerſis ſuppoſitis abſolutis videtur poſſe eſſe . niſi diſtinguatur & numeretur in eis. Si enim ſunt duo ſuppoſita abſoluta, videtur ꝙ quicquid eſt in vno ſit aliud a quocũque quod eſt

eſt in alio. ergo eſſentia diuina numeraretur in perſonis, ſi perſonæ diuinæ cõſtituerentur in eſſe perſonali per abſoluta. Itẽ, ſecundũ omnes relationes ſunt in perſonis diuinis. ergo ſi non conſtituunt perſonas, videntur ſequi duo inconuenientia. Primo, ꝙ erunt ibi quaſi accidentales & aduentitiæ perſonis cõſtitutis, quod videtur eſſe contra ſimplicitatem diuinarum perſonarum. Secundo, ꝙ tales relationes quæ ſunt propri ęperſonis, erunt relationes rationis, quia relatio Dei ad creaturam ideo non eſt realis, quia pręſupponit diuinam perſonam in eſſe perfecto. & non dependentem ad creaturam, nec naturaliter, vel neceſſario coexigentẽ eam ad ſuum eſſe perſonale. igitur a ſimili idem videtur in ꝓpoſito. ſi perſona prima ſit abſoluta, non dependebit ad ſecundam. patet, quia etiam præintelligitur perfecta in ſua habitudine perſonali ante ſecundã perſonam. & per cõſequens nõ neceſſario coexigit perſonã ſecundam ad ſuum eſſe perſonale. ergo habitudo eius ad ſecundam perſonam, erit tantum relatio, vel habitudo rationis.

Præterea ſi proprietas abſoluta aliqua conſtitueret, non eſſet tantum virtualiter in Deo, quia tunc non eſſet magis tali proprietate hæc perſona q̃ aſinus. Includit enim Deus virtualiter perfectionem aſini in ſe. ergo oportet ꝙ ſit ibi actualiter. ergo eſt ibi vt actus. ergo dans eſſe. ergo in diuinis eſſent tria eſſe. Præterea, proprietas illa abſoluta ſi faciat vnum cum eſſentia. alterum eſt actus. alterum vero potentia, & alterum perfectio alterius eſſentia non perficit illud perſonale, quia non præſupponit illud, ſed magis econuerſo. ergo abſolutum perſonale erit perfectio eſſentię. Et ſequuntur duo inconuenientia. Primum, ꝙ eſſentia ſecundum ſe non ſit perfecta omnino. Aliud, ꝙ vna perſona nõ ſit omnino perfecta, quia non habet abſolutum alterius perſonæ, quod eſt perfectio, ex præoſtenſis. Et confirmatur hoc ſecundum, quia ſecũdum Anſel. mono. 15. præter relationes omne aliud eſt ſimpliciter melius ipſum q̃ non ipſum, aut nõ, ſed in aliquo melius non ipſum q̃ ipſum, quod ſecundo modo ſe habet, non eſt in Deo ſecundũ ipſum, ergo omne aliud a relatione quod eſt in Deo, eſt ſimpliciter melius ipſum q̃ non ipſum. ergo erit perfectio ſimpliciter. Et ex hoc ſequitur ꝙ nulla perſona erit ſimpliciter perfecta, quia nulla habet abſolutũ alterius. Sequitur etiam ꝙ duæ ſunt quid perfectius, q̃ vna, qđ eſt contra Aug. 8. de trini. c. 1. & 3. Præterea tertio, multiplicato aliquo abſoluto multiplicatur omne aliud abſolutum circunſtans illud. Exemplum, multiplicata quantitate multiplicabitur albedo. & econuerſo. ergo ſi ſic ſint diſtinctæ proprietates abſolutæ, quæ circunſtant eſſentiam diuinam, diſtinguerẽt etiam eſſentiam diuinam. Et confirmatur maior. quia plura eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe in eodem, iſtæ ſi ponuntur erunt eiuſdem ſpeciei, quia ſi non, erũt igitur alterius ſpeciei, & ita oportebit quærere ꝑ quid alterum iſtorum ſit in cõmunicabile. ſicut enim ponit paternitatem, quæ differt ſpecie a filiatione non poſſe eſſe de ſe incommunicabilem, ita ſequitur de. a. in patre ſi ſit abſolutum, & b. in filio ſi differant ſpecie, ꝙ neutrum erit de ſe incommunicabile, & oportebit ſtare ad aliqua propria eiuſdem rationis. Confirmatur iſta ratio ſaltem, quia non ſunt plura eiuſdem rationis in eodem perfecto, ſicut in diuinis non ſunt plura verba, neque plures patres, quia hoc videtur eſſe imperfectionis, ꝙ in aliqua natura poſſint eſſe plura omnino ſimilia. ergo in natura diuina ſimpliciter perfecta non erunt plura abſoluta eiuſdem rationis. Quarto, ſi proprietas abſoluta a. exprimatur, vel pullulat ab eſſentia. & ſimiliter. b. & expreſſum eſt in eodem ſuppoſito cum eo a quo exprimitur, ſecundum iſtum modum exprimendi, qui ponitur. ergo a. & b. erunt in vna perſona, & ita nulla perſona originabitur ab alia, quia propria earum erunt in eadem perſona numero, immo ſequitur quòd non erit diſtinctio perſonalis. Quinto, ſequitur, ꝙ non ſit ibi origo, quia perſona originata per originẽ capit eſſentiam, ſed perſona ſi eſt abſoluta præcedit ipſam relationem originis. igitur ſecunda perſona præcederet in eſſendo ipſam originem paſſiuã, & ita nõ haberet eſſe per eam.

DE MODO igitur ponendi qualiter poſſit relatio conſtituere perſonas, & eaſdẽ diſtinguere, declaratur per hoc, ꝙ ꝓducens neceſſario diſtinguitur a ſuo producto realiter, q̄a idẽ non producit ſeipſum ſecundũ Aug. de tri. c. 1. ergo erit aliqua relatio realis, & diſtinctio realis aliquorum quæ ſunt in eſſentia diuina. Non aũt poſſunt ibi eſſe aliquo modo per informationem propter ſimplicitatem diuinam. ergo erunt perſonæ per ſe ſubſiſtentes in illa natura, ergo erunt per ſe realiter diſtinctæ. Qualiter autẽ ex hoc non ſequatur diſtinctio eſſentiæ in qua ſubſiſtunt, declaratur, quia idem illimitatum põt eſſe fundamentum relationũ oppoſitarum, & tunc illa relatio dicitur vno modo manere, & alio modo tranſire. Et circa hoc fiunt multæ altercationes ſecundum quã rõnem relatio diſtinguat. Sed breuiter poſſet dici ſcđm iſtam viam, ꝙ relatio ſecũdũ ꝙ relatio nõ eſt formaliter eſſentia, quia ſcđm Aug. 7. de trini. cap. 1. Si eſſentia eſt ad aliud iam non eſt eſſentia. Et poteſt argui ſimiliter econuerſo. ſ. ſi relatio formaliter eſt entitas ad ſe, igitur non eſt relatio. Ipſa etiam ex hoc, quòd eſt relatio, eſt oppoſiti neceſſario, vt termini, ita quòd comparare eam ad eſſentiam, non includẽdo habitudinem ad oppoſitum, eſt non comparare relationem ad eſſentiam. Et ex hoc ꝙ eſt oppoſiti neceſſario diſtinguitur realiter ab illo. & tamen non oportet eſſentiam realiter diſtingui, quia eſſentia non formaliter eſt relatio diſtincta. Nec oportet ibi eſſe compoſitionem, quia licet relatio maneat ſic, quòd non eſt fotmaliter eſſentia, tamen relatio propter infinitatem eſſentiæ tranſit in eam ſecundum perfectam identitatem ad eam. manet igitur formaliter relatio, quia ratio eius

ſecundum quam eſt formaliter relatio, non eſt ratio eſſentiæ, & tranſit propter perfectam identitatem ad eſſentiam, licet non in identitatem formalem, & illud manere ſic ſufficit ad diſtinctionem formalem, & realem ſine aliqua diſtinctione eſſentiæ. Et ex hoc, ꝙ eſſentia iſta ſimplex eſt, iſta diſtinctio non erit informantium ſed ſubſiſtentium. Et ex hoc ꝙ illa eſſentia eſt infinita iſtud manere formaliter eſt ſine compoſitione. In ſpeciali autem ponitur vlterius, ꝙ non quæcūque relationes etiam reales conſtituunt perſonas diuinas, nec eas diſtinguunt, ſed relationes originis, quia illę primo pullulant ī eſſentia diuina, quia primo in eſſentia diuina eſt duplex fęcūditas inquantum eſt intellectus infinitus, & voluntas infinita. Et mediantibus iſtis ſtatim pullulant relationes originis pertinentes ad communicabilitatē naturæ quæ natura vel eſſentia diuina communicatur ſecundū iſtam duplicem fæcunditatem iam dictam, quibus iam præintellectis pullulant communes relationes ſemper præſupponētes iſtas. Et ideo tales relationes communes & ſi ſint reales, non tamen diſtinguunt, nec conſtituunt perſonas.

*In aliquibus libris ponuntur hic tres rationes ſpeciales quas facit doc. pro opin. præcedente tanquā peculiares & modus dicendi eius proprius, qui habentur primo repo rtatio uum diſ. præſ. nti.*

CONTRA iſtam concluſionem arguitur quadruplici via. Primo comparando relationem ad relatum. Secundo comparando relationem ad originē. Tertio ex propria ratione ipſius conſtitutiui. Quarto per auctoritates.

QVANTVM ad primam viam arguitur ſic. primo, relatione aliquid refertur formaliter ſicut albedine aliquid albatur, non aūt ipſamet relatio refert, quia ſcd̄m beatum Augu. 7. de tri. cap. 2. omne relatiuum eſt aliquid excepta relatione, & in principio tertii cap. ſi pr̄ inquit non eſt aliquid ad ſe, nō eſt quod refertur, ex hoc videtur ꝙ relatio non refertur, ſed illud ꝙ refertur eſt aliquid ad ſe: quod etiam probat̄, quia illud quod refert̄ relatione nō eſt aliquid poſterius ea, nec ſimul natura, ergo eſt prius naturaliter, & ita eſt ad ſe. Sed eſſentia diuina nō refertur realiter, quia non diſtinguitur realiter, ergo tantum ſuppoſitum refertur, ergo prius eſt ibi realitas ſuppoſiti naturaliter quā relatio, nō igitur primo ſuppoſitum diſtinctum conſtituit̄ ī eē ſuppoſiti ꝑ relationē.

*q. 1. quare ibi & adde hic legendo.*

Et ex hoc vltra infero, & eſt ꝓbatio aſſumptorū, ſi ſuppoſitū primo realiter refertur, ſequit̄ ꝙ ſuppoſitum primo non* cōſtituitur in eſſe ſuppoſiti per relationem. Probatio iſtius vltimæ conſequentiæ. omne compoſitū neceſſario præexigit partes, & partiū vnionem. Et hoc non tantū in compoſito per ſe vno, ſed in cōpoſito per accidēs vno, ſicut.n. eſſentia hominis præexigit eſſe corporis, & eſſe animæ, & vnionē eorū. ita eſſe omnis albi p̄exigit eſſe hominis, & albedinem & vnionem eorū, ergo eſſe alicuius relati, quod dicitur referri primo, quaſi totū quoddam, præexigit relationem vt formam, & illud ꝙ refertur relatione, quaſi ſubiectum & vnionem iſtorū. Prius igitur aliquid informatur relatione, q̄ ſit aliquod relatiū, quaſi cōpoſitum, qđ dicatur referri primo. Illud aūt prius informatum

*a.l. diſtinguitur ſiue conſtituit ſuppoſitū diuinum relatione.*



tū relatione poteſt dici referri, quia omne informatum aliqua forma, poteſt dici tale. ergo nihil in diuinis poteſt dici referri, niſi aliquid ſit, quaſi totum, qđ denominatiue dicatur referri. illud vero non conſtituetur relatione formaliter, tanquam per ſe incluſa in ipſo. patet quidē ex differentia relati primo ad illud, quod denominatiue dicit̄ referri. Et illud non poteſt eſſe, niſi ſuppoſitum: vt primo oſtēſum eſt, ergo. Confirmatur iſta ratio in ſimili, quia ſicut homo non, eſſet animatus * primo, niſi corpus eſſet quaſi prius informatum anima: ita vt videtur erit in propoſito, quòd nihil erit relatum primo quod conſtituatur in eſſe formaliter primo relatione: niſi aliquid prius ſit relatum, quaſi denominatiue per denominationem realem a relatione. Iuxta hoc poſſet argui, ſed minus efficaciter ſic. Si relatio non refertur, nec eſſentia diuina, patet igit̄ quòd tantū perſona refertur: Sed qđ refertur prius eſt ad ſe, probo ſecundum Augu. 7. de tri. cap. 1. vel 3. Quapropter ſi & pater non eſt aliquid ad ſeipſum, nō eſt omnino qui relatiue dicat̄: hoc etiam probatur ratione, qa quod refertur non eſt ſimul natura cum relatione, nihil enim ſimul eſt cum relatione, niſi relatio, igitur illud quod refertur eſſet relatio, & ita relatio referretur. Nec poſterius eſt relatione, quia quod eſt quale qualitate, non eſt poſterius qualitate. Similiter de quantitate & aliis formis. ergo a ſimili de relatione. ergo oportet dare tertiū mēbrū. ſ. ꝙ illud quod refertur eſt prius relatione, & tunc videtur ſequi, ꝙ ſit abſolutū, quia nihil videtur prius relatione, niſi abſolutum. Item ſecundo relatio realis pręexigit extrema realia, vel diſtinctionem realem extremorum. ergo nulla relatio realis cauſat primo diſtinctionē realem extremorum. ergo neq; hic, probatio antecedentis, phyloſophus. 5. metaphy. c. de eodem, probat identitatem non eſſe relationē realem, quia non præexigit realem diſtinctionē extremorum. Si dicatur, ꝙ illa relatio non eſt realis, quæ nec præexigit. nec facit diſtinctionem realem extremorum, Cōtra ergo iſtud argumentum extrema non ſunt diſtincta realiter. ergo non eſt relatio realis. non valet, aut enim accipitur in antecedente, ꝙ extrema nō ſunt diſtincta realiter diſtinctione præcedente relationem, & tunc non ſequitur. ergo relatio non eſt realis, quia ſic poſſet accipi in propoſito: aut accipitur in antecedente, quod extremo non ſunt diſtincta diſtinctione facta hac relatione, ſi ſic accipis. ideo non eſt facta diſtinctio realis extremorum per illā, quia illa non eſt relatio realis, ergo inferre ex antecedente ſic ſumpto, relationem non eſſe realem, eſt inferrē. quia nō eſt realis. ideo non eſt realis, quod nihil eſt. Aliter dicitur, ꝙ maior eſt uera de accidentali relatione, quæ aduenit extremis iam diſtinctis. talis non eſt iſta, ſed eſt conſtituens ſuppoſitum formaliter diſtinctum per ipſam. Contra iſtud, relationi vnde relatio eſt conuenit quod ſit ad aliud quia ſi non eſt ad aliud non eſt relatio. alioquin poſſet dici, ꝙ paternitas poſſet eſſe relatio

*a.l: per ſe.*

*Text. non habente cōmentum.*

*Ariſt. in prædicamento relationis.*

 latio

latio realis abſque filio, ſi non, oporteret aliquo mō extrema relationis eſſe diſtīcta, ſicut nec extrema idēritatis: aut ergo hęc paternitas eit ad aliud diſtinctum ſola filiatione, aut ad aliud diſtinctum diſtinctione priori, quàm illa quæ eſſet a filiatione. Si ſecundo modo habetur propoſitum, ſi primo modo. ergo arguendo, paternitas non eſt ad diſtinctum. ergo nō eſt realis, eſt arguere ſic. huic relationi non eſt relatio realis oppoſita. ergo non eſt realis. Sed hæc videtur eſſe manifeſta petitio principii, quia antecedens non videtur eſſe manifeſtius conſequente. nullum igitur argumentum haberetur in multis relationibus ad concludendum eas non eſſe reales per hoc, ꝙ non ſunt inter extrema realiter diſtincta, ſed eſſe communiter petitio principij. Item tertio ſic. omnis relatio primo terminatur ad abſolutum. primus autem terminus relationis in perſona eſt alia perſona, & non eſſentia, quia ſicut non refertur, ita non terminat relationem. Ita enim terminus relationis diſtinguitur ſicut relatum: ergo perſona inquantum eſt diſtincta ab alia terminans relationem eius ad ſe, eſt abſoluta. maior declarabitur diſt. 30. quæſtione de relatione Dei ad creaturam.

EX SECVNDA via arguitur primo ex ordine quem neceſſario requirit originatio, qui videtur duplex. Nam principium originans videtur prius originato, videtur etiam prius *origine. Ex prima via arguitur primo ſic. originans eſt prius originato: relatiuum nullo modo eſt prius ſuo correlatiuo, qa ſunt ſimpliciter ſimul. ergo &c. Confirmatur ratio, quaſi ex oppoſito concluſionis ſic. ſi perſonæ non ſunt abſolutæ, ſed primo relatiuæ, tunc non erit aliud patrem originare filium, quàm patrem habere filiū correlatiuum, ſed patet ꝙ pater ex ſe, eo quod pater habet filium correlatiuum: quia in nullo inſtanti, nec naturæ nec originis, poteſt intelligi pater ſine filio, vel niſi intelligatur habere filium. igitur pater ex ſe ſine origine habet filium. ergo non originat eum, ſi nihil originatur niſi ſuum correlatiuum. Hoc manifeſtius ſic arguitur, illud non originatur, qđ poſito innaſcibili, & circumſcripta omni actione, habet ſuum totum eſſe, tale eſt correlatiuum innaſcibilis, quia ex ſola natura relationis quæ eſt actus primus, circumſcripta omni actione, ſiue actu ſecundo, correlatiuum innaſcibilis eſt innaſcibili exiſtente. ergo &c. præterea relatio nō poteſt originari, niſi aliquo abſoluto prius originato, & hoc aut in relato, aut in termino: ſicut nec motus poteſt eſſe in ad aliquid, niſi per accidens, quia eſt per ſe ad aliqd abſolutum in ſubiecto, vel in termino relationis, vt patet. 5. phyſi. ergo perſona diuina quæ primo originatur, non poteſt eſſe tantum relatio ſubſiſtens, ſed oportet ponere aliquid abſolutum, quod primo originetur. Confirmatur iſta ratio, maxime ſi negetur eſſentiam eſſe formalem terminum huius productionis. tunc enim nec originatū erit ad ſe, nec formalis terminus generationis, vel originationis, quod videtur inconueniens. Præterea tertio. Omne relatiuum æque naturaliter reſpicit ſuum correlatiuum. ergo æque naturaliter ſpirans reſpicit ſpiratum, ſicut generans generatum. igitur ſi producitur vtraque productione tantum relatiuum, vtrunque æque naturaliter producitur. & ita non erit in diuinis duplex productio. ſ. per modū naturæ & voluntatis, tunc enim æque vere poteſt dici quòd & ſ. ſ. producitur per modum naturæ, ſicut & filius, quod eſt cōtra omnes. Item quarto, tunc nulla productio in diuinis erit generatio, quia generatio eſt ad primam ſubſtantiam, vt ad productum, hic autem ponitur relatio, vel relatiuum primum productū. ergo erit productio in genere relationis, & non generatio.

*2. i primo originali.* *i. ĩ primo.* *t.c.10.* *4. ipſa.* *4. ipſo.*

Item ex * ſecunda via ſecundæ vię ſic. ſuppoſitum aliquo modo præintelligitur actioni, quia prius intelligitur vnūquodcunque per ſe eſſe, q̃ per ſe agat. in illo priori ſi eſt ſuppoſitum ad ſe. habetur propoſitum. ſi non eſt ſuppoſitum ad ſe, ſed ad aliud, vt ad filium, ergo ſimul intelligitur filius. & ita filius præintelligitur generationi, & ita filius non eſt terminus generationis. Et confirmať, quia quacunque prioritate vnum correlatiuum præintelligitur alicui, eadem prioritate pręintelligitur reliquum, eidem propter ſimultatem relatiuorum.

*5. in primo.* *a. l. prioritate arguitur ſic primo.*

Iuxta hoc poſſet argui de tertia prioritate. ſ. relationis ad perſonam, quæ probatur per phi. 7. meta. c. 3. forma enim eſt prior compoſito ſecundum phi. ibi. ergo paternitas eſt prior perſona prima, & ꝑ conſequens relatio oppoſita pr̄nitati erit prior perſona prima. igiť ipſa non hr̄ a prima perſona per actionem primæ perſonæ. conſequentia de relatione oppoſita probať per ſimultatem correlatiuorū.

*t.c.71*

QVANTVM ad tertiam viam arguitur primo ſic. Quicquid conſtituit formaliter in aliquo primo eſſe, & in vnitate correſpondente tali eſſe, ſe toto repugnat diſtinctioni oppoſitæ illi vnitati, & eſſe. Exemplum, ſi rationale primo conſtituit hominem in entitate, & vnitate ſpecifica, ſe toto primo repugnat diſtinctioni ſpecificæ, ita quòd circunſcribendo ꝑ impoſſibile, vel impoſſibile qđcunque aliud a rationali, quod non eſt de intellectu eius, ſtante ſolo intellectu rationalis repugnabit ſibi diuiſio in diuerſas naturas ſpecificas. Et probatur iſta propoſitio, quia ſi non toti conſtitutiuo repugnat talis diſtinctio. ergo per aliquid ſui ſibi repugnat, ſit illud. a. ſi ipſi. a. ſe toto repugnat, habetur propoſitum: ſi nō, ſed repugnat ipſi. a. per. b. erit proceſſus in infinitum, vel vbicūque ſtabitur illud erit vltimum conſtituens in tali vnitate, & illi ſe toto repugnabit diſtinctio oppoſita tali vnitati. igitur (ſi paternitas conſtituat primum ſuppoſitum in eſſe perſonali ſub ratione incōmunicabilis) oportet ꝙ paternitati primo ex rōne ſua repugnet cōicabilitas, ſed hoc vr̄ falſum multipliciter, Tū primo, qa ſecundū illos qui tenent hanc opi. nulla quiditas de ſe eſt incommunicabilis. ergo nec pr̄nitas. Tum ſcđo. quia pr̄nitas non eſt de ſe

Rr 3 hæc

hæc circunſcripto omni eo, ꝙ
non eſt de formali ratione pa-
ternitatis,circunſcripta. n. dei-
tate, q̄ non eſt de formali rōne
paternitatis ſecundū Aug. 7.de
tri.c. 2. & 4. ꝙ non eo pr̄, quo
Deus. paternitas non eſt de ſe
formaliter infinita, & per cōſe-
quens non eſt de ſe hæc, probat̄
hæc conſequentia, continēns ꝑ
identitatē aliquid, qđ eſt extra
eius rōnem propriā vel primā,
eſt quodammodo illimitatū. er
go cōtinēs formaliter tale, hoc
eſt ſimpliciter illimitatum, vel
infinitum, continentia.n.for-
malis requirit maiorē ꝑfectio-
nē continentis. Ex hoc vltra, ſi
paternitas nō eſt de ſe hęc. nec
multomagis erit de ſe incom-
municabilis, quia incommuni
cabilitas præſupponit ſingula-
ritatem. Tum tertio, quia quæ
libet relatio diuina originis eſt
æque eadem eſſentiæ diuinæ.
ergo ſi ex illa conttaheret ali-
quam incōicabilitatem, quęli-
bet æqualiter eam cōtraheret,
ſed hoc eſt falſum, qa ſpiratio
actiua, licet ſit hæc, non tñ in-
cōicabilis eſt. quia eſt in duob.
patre, ſ. & filio. Ex hoc aūt quar
to probatur, quia cum oppoſi-
ta relatiua videantur vniformi
ter ſe hr̄e ad incommunicabili
tatem, & ſpiratio actiua non ſit
de ſe ſic incōicabilis. ergo nec
ſpiratio paſſiua ſibi oppoſita.
ergo non conſtituet. ſ. ſ. in eſſe
perſonali, quod eſt falſum, ſi
ponatur relationem conſtitue-
re. Tum quinto, quia etiam ſi
ponerentur quæcunque poſitio
nes impoſſibiles, vel incompoſ
ſibiles, ſtante intellectu ratio-
nalitatis, repugnaret ſibi diui-
di in plures naturas ſpecificas,
puta, ſi ponatur, quòd rationa-
le eſſet differentia ſpecifica co-
loris, & quod ille color poſſit
cauſare ſubſtantias de nihilo,
vel quæcunque talia, poſita au
tem hac poſitione impoſſibili,
quod ꝓprior eſſet productio vo-
luntatis, quam intellectus, ſal-
uata ratione generationis, &
ſpirationis, ſpitatio actiua eſ-
ſet in vno ſuppoſito, & genera
tio actiua tunc eſſet in duobus,
quia tunc. ſ. ſ. in primo inſtanti
in quo ſpiratur communicaret̄
vis generatiua, ergo modo ge-
nerationi actiuæ in ſe, non re-
pugnat in ſe formaliter com-
municabilitas. Ad iſtud argu-
mentum de primo incommu-
nicabili rñdet̄ dupliciter. Vno
modo, ꝙ paternitas, licet nō ſit
incōicabilis, vnde paternitas,
tñ paternitas diuina, ſiue vnde
diuina, eſt incommunicabilis.
Aliter dr̄, ꝙ p̄rnitas ſubſiſtens
qualis eſt iſta, quæ eſt in Deo,
eſt incōicabilis, ſed non pater-
nitas inhærens qualis eſt crea-
ta. Contra primam reſponſio
nem, licet concludant vltimæ
tres rationes, vel probationes,
tñ arguo aliter dupliciter. Pri-
mo ſic, qñ * hæc duo cōſtituūt
per ſe aliquod tertium, neutrū
illorum habet ab altero illam
conditionem, q̄ eſt propria ſibi
inquantum conſtituit, ſed vtrū
que hēt ex ſe primo, verbi gra-
tia, materia & forma cōſtituūt
per ſe compoſitum. & materia
non habet a forma potentiali-
tatem q̄ eſt eius cōditio in cān-
do cōpoſitū. Nec forma hēt a
materia aliq̄ actualitatem, quę
eſt eius conditio in cāndo com
poſitum, ita & in diffinitione,
genus non habet a differentia
conceptum determinatum, vel
determinabilem, nec differētia

*non habentur in alio codice.*





habet a genere conceptum ſpe-
cificum indiuiſibilem in plura
ſecundum ſpeciem. ergo ſi per
ſona conſtituatur ex eſſentia
& proprietate incommunica-
bili, neutrum habebit ab alte-
ro, quod eſt ſibi proprium, ſed
ſicut eſſentia non habet com-
municabilitatē a proprietate,
ſed eſt ex ſeipſa cōicabilis, cir-
cūſcribendo per intellectū pro
prietatē, ita proprietas non ha-
bebit ab eſſentia incōicabilita-
tē, ſed erit ex ſe primo talis cir
cunſcripta ꝑ impoſſibile eſſen-
tia. Præterea, eſſentia non dat
incommunicabilitatem patri,
vt mere eſſentia eſt, quia ipſa
eſt communicabilis, ergo vt ip
ſa intelligitur hr̄e virtualiter
paternitatem in ſe. Et ita idem
vt virtualiter in eſſentia erit rō
incommunicabilitatis ſuiꝓſi⁹,
vt formaliter tale, quod eſt in-
conueniens.

Tum, quia de illo vt eſt vir-
tualiter in eſſentia, quærā aut
eſt cōicabile, aut incommuni-
cabile. Si communicabile, non
erit ratio incommunicabilita-
tis paternitati, vt formaliter in
ſe. Si incōicabile & ab eēntia,
ſecundum illam reſponſionem
iterum arguit̄, ꝙ non ab eſſen-
tia vt mere eſſentia, ſicut prius.
& ſic in infinitū, aut communi
cabile, aut incommunicabile.
Tum quia nulla vnitas verius
vel intenſius conuenit alicui,
vt eſt vnum virtualiter tantū,
quam vt eſt vnum formaliter,
& hoc loquendo de vnitate ꝓ-
pria illi, & hoc patet ſicut de
entitate ꝓpria. Tū quia qđ eſt
in aliquo, eſt in eo ꝑ modum
eius, ergo qđ eſt in eſſentia vir-
tualiter vt p̄ciſe eſt in ea, nō eſt
ibi vt incommunicabile.

*Vt inquit Aue. 3. de anima cō. 5.*

Contra illud quod reſpondet̄
poſtea de relatione ſubſiſtente,
quod ipſa eſt incommunicabi-
lis. quæro cum prius oporteat
intelligere aliqd eſſe hic quā
ſubſiſtens. quæro per quid pa-
ternitas ſit hic, non de ſe, cum
non ſit formaliter infinita, er-
go nec multo magis eſt de ſe
ſubſiſtens. ergo nec de ſe eſt in
communicabilis. Secūdo prin
cipaliter arguitur ſic. quan-
tum ad iſtam viam, ab vltimis
diſtinctiuis, & conſtitutiuis ali
quorum non poteſt abſtrahi
aliquod commune dictum in
quid de eis. probo, quia ſi eſt
aliquid commune eis, illo com
muni non diſtinguerentur pri-
mo, ſed aliquo contrahente di-
ſtinguerentur. & ita non ſunt
primo diſtinctiua. ſi igitur ſunt
primo diſtinctiua, nihil eſt eis
commune dictum in quid de
eis. a paternitate autem, & filia
tione abſtrahitur hoc commu-
ne dictum, quod eſt relatio quę
videtur eis commune eſſe, &
vniuoce. pōt enim intellectus
certus eſſe de relatione, & du-
bius de hac relatione, vel illa.
igitur & iſta a quibus abſtrahi
tur non ſunt primo diſtincti-
ua. Reſpondetur negando mi-
norem, dicendo quòd relatio-
nes diuinæ ſunt primo diuer-
ſæ. Contra hoc eſt argutum
frequenter, & poteſt vnum me
dium iterari, quia tunc ſciens
vnam originem in diuinis, &
neſciens vtrum illa originatio
eſſet generatio, vel ſpiratio, nul
lum conceptum haberet, niſi
de voce. vana igitur eſſent illa
problemata quæ fiunt de ge-
neratione ſiue de productione
in communi, & ſoluuntur pro
propria media, antequam quę-

raĩ de productionibus in ſpãli. Tertio principaliter ſic, primū conſtitutiuum ſuppoſiti in aliqua natura videtur facere per ſe vnum cum illa natura, quia non vr̃ ꝙ aliquod vnum per accidens poſſit eſſe primū ſimpliciter in aliquo genere ſecundum phi. 2. phy. primū autẽ de quo natura dr̃ per ſe eſt eius ꝓpriū ſuppoſitū. ergo, &c. Sed ſicut in creaturis relatio eſt alterius generis ab abſoluto, & iõ non facit per ſe vnum cum eo, ita in diuinis non vr̃ conceptus vnus eſſe per ſe abſoluti, & relationis. ergo ſi pſona iſta duo includat eſſentialiter, eſſentiã ſ. & relationem, non vr̃ eẽ ſuppoſitum per ſe vnum, & primū talis naturæ, ſed quaſi ſuppoſitum per accidens. Et ita videĩ, quòd poſſit dari aliquid prius conſtitutiuum per ſe ſuppoſiti in illa natura. Confirmatur rõ ſic. prima identitas videtur eſſe primæ naturę ad proprium ſuppoſitum. ergo illa identitas, nec eſt per accidens, nec quaſi per accidens, ſed omnino per ſe, ergo ſuppoſitum non includet aliqd, quaſi alterius generis a natura. Confirmatur ſecundo, qa aliter magis per ſe eſſet identitas naturæ creatæ ad ſuppoſitum ſuum, quã naturæ diuinę ad ſuum, quod vr̃ inconueniẽs. Confirmatur tertio, quia ſecunda ſubſtantia dicit totum quod quid eſt primæ ſubſtantiæ, ergo in prima ſubſtantia non cõcurrit aliqua quiditas diſtincta a quiditate ſecundæ ſubſtãtiæ. ergo nec quiditas relationis, q̃ eſt diſtincta a quiditate eſſentiæ pertinet ad rationem primæ ſubſtantiæ. Si enim prima ſubſtantia includit per ſe quiditatem diſtinctam a quiditate ſubſtantiæ ſecundæ, ergo non magis eſt per ſe ſuppoſitū ſubſtantiæ, quàm illius quiditatis alterius, & ita neutrius, vel vtriuſque. Nec valet hæc reſpõſio, quia hic quiditas eſt illa ꝑ identitatem, & ideo idem per ſe vnum poteſt eſſe per ſe ſuppoſitum vtriuſque quiditatis. hoc enim non ſaluat per ſe vnitatem ſuppoſiti, quia ſuppoſitum ponitur per ſe ſuppoſitum quiditatis acceptæ ſecundum formalem rationem, non autem propter identitatem realem & non formalem ipſius ad aliam. Tunc enim per ſe ſuppoſitum entis, eſſet per ſe ſuppoſitum vnius propter veram identitatem vnius ad ens, ita ꝙ ſuppoſitum per ſe vnum, eſt tã tum per ſe ſuppoſitum quiditatis per ſe vnius formaliter. Et ꝑ conſequens nullius formaliter diſtinctæ ab illa. Et per conſequens nullam naturam formaliter diſtinctam includet per ſe primo, quia non eſſet ratio, quare non eſſet per ſe ſuppoſitum illius quiditatis diſtinctæ, quã per ſe primo modo includeret. Si inſtetur hic de attributis, nõ eſt ſimile, quia nullum attributum conſtituit per ſe ſuppoſitum deitatis, ſed eſt quaſi paſſio ſecundum Dama. lib. 1. c. 4. & 9. Et non eſt inconueniens quaſi paſſionem cum quaſi ſubiecto, quaſi per accidens eſſe idem, & etiam cum ſuppoſito ſubiecti, licet ſit inconueniens primū ſuppoſitum primi ſubiecti eſſe in ſe ens per accidẽs. Ad iſtam tertiam rationem, q̃ procedit ex per ſe vnitate ſuppoſiti naturæ diuinæ. Rñdetur ꝙ relatio conſtituit, vt tranſit in

*2. c. 66.*

*Tho. & Egidius.*



in eſſentiam, & ita non vt eſt alterius generis, nec propter hoc ſequitur, ꝙ conſtitutū ſit abſolutum, quia relatio ſeruat illud, quod eſt propriū ſibi. bñ tñ concediĩ, ꝙ illud qđ derelinquiĩ ꝑ relationẽ eſt abſolutum, quia illud derelictum eſt eſſentia diuina. Contra iſtam rñſionem arguitur ſic. Et quæro aut relatio conſtituit, vt eſt idẽ eſſentiæ formaliter, ſiue quiditatiue, aut non. Si ſic, ſequuntur duo inconuenientia, vnum ꝙ relatio non erit relatio, quia ſecundū Aug. 7. de tri. Si eſt ad alterū formaliter, iam nõ eſt ſubſtantia: & pari rõne, ſi eſt formaliter ſubſtantia, iam nõ eſt ad aliud. Similiter aliud ſequiĩ inconueniens, quia quicquid conſtituitur aliquo, inquãtum eſt formaliter abſolutum, eſt formaliter abſolutū, & ita ſuppoſitum conſtitutum eſſet formaliter abſolutum. Aut conſtituitur relatione inquantū tranſit, ſiue eſt idem eſſentiæ non formaliter, ſed realiter, & cum hoc ſtat ꝙ conſtituatur relatione proprie, vt relatio eſt, quia relatio nullo modo poteſt conſiderari in diuinis, quin ſit realiter eadem eſſentiæ. Si igiĩ ſecundum aliquem modū conſiderata conſtitueret ſuppoſitū, non prohiberetur conſtitutum eſſe ens per accidens, dato ꝙ ſic cõſtitueret, cū ſecundū oẽm modum cõſiderata eſt realiter eadẽ eſſentiæ, licet non formaliter, ſequiĩ ꝙ ex hoc ꝙ ipſa, vt realiter eadẽ eſſentiæ cõſtituit, nõ prohibeĩ cõſtitutū eſſe ens ꝑ accidens. nõ aũt põt* cõſtituere vt magis idẽ eſſentiæ q̃ realiter, niſi vt formaliter idem, ſed nõ eſt idẽ formaliter. Præterea, qđ dr̃ relationem derelinquere eſſe abſolutum, hoc vr̃ repugnare ſibijpſi, quia* forma non derelinquit aliud eẽ a ſe, ſicut albedo non derelinquit aliud in albo, quo eſt album, quam ſeipſam. ergo proprietas conſtituẽs ſi conſeruat hoc quod eſt ſibi proprium, derelinquit hoc qđ eſt ſibi propriū, & nihil aliud: Similiter quomodo eſſe abſolutum poſſet derelinqui a proprietate relatiua ſi præcederet eam in perſona? Quarto principaliter arguitur ſecundū iſtã tertiam viam ſic. prima ſubſtãtia eſt maxime ſubſtantia ſecūdum philo. in prædicamentis, & hoc non eſt imperfectionis, ergo vr̃ ꝙ hoc modo poſſet poni prima ſubſtantia in diuinis, videlicet perſonà, cui maxime competat ſubſiſtere. i. per ſe eſſe. relatio autem nõ videĩ poſſe formaliter conſtituere aliquid ſubſiſtens, nec per conſequens primam ſubſtantiam. Confirmatur etiam, quia cum ſecunda ſubſtantia non includat aliquid, quod nõ eſt formaliter ſubſtantia. igiĩ nec prima ſubſtantia q̃ eſt maxime ſubſtantia includet, quia ſubſtãtia nõ eſt ex nõ ſubſtãtia. Confirmaĩ iterū rõ. quia ſi oportet in his q̃ ſunt ad aliqd in diuinis, nõ tm̃ ponere qditatẽ. puta nõ tm̃ paternitatẽ, ſed ẽt hãc pr̃nitatẽ, & vltra hanc ẽt ſub rõne incõicabilis, & hæc oĩa competere ſibi. inquantū eſt ad aliud. & vt non eſt formaliter illud, quod eſt ad ſe. quare non poteſt ita in eo quod eſt ad ſe, non ꝑ illud formaliter quod eſt ad aliud, haberi hoc, quod eſt incõmunicabile? Et confirmaĩ iſtud vltimo efficaciter, quia in ſubſtan-

*a. l. conſiderari.*

*a. l. quia vt formaliter non eſt idem.*

*Tota hæc litera vſque ibi. Ex quarta uia etc. in aliquibus originalibus omittitur.*

*1. phy. t. c. 20.*

ſtantia creata, licet imperfectio
nis ſit limitari ad vnã ſubſiſten
tiam, ſiue ad vnum eſſe perfe-
ctiſſimũ, quod nullo mõ eſt de
terminabile vel contrahibile,
nec poteſt eſſe aliquid alicuius.
tamen ꝙ natura ipſa ſine alio
alteri⁹ generis poſſit habere vl-
timum eſſe, qđ nõ eſt natũ ali-
quo alio cõtrahi, hoc nõ eſt ali-
cuius imperfectionis. quia hoc
eſt cõe ſubſtantijs, & cõceditur
ſubſtantijs, & negatur ab acci-
dentibus propter eorũ imperfe
ctionem. ergo vr̃ ꝙ natura diui
na, vt eſt ad ſe, habebit vltimũ
eſſe actuale, & vltimã vnitatẽ
abſque limitatione ad eſſe ſub-
ſiſtẽtiæ vnius. Rñdetur ad hãc
rõnem quartam, quæ ꝓcedit ex
ratione primæ ſubſtantiæ, dicẽ
do ꝙ relatio hẽt vim proprieta
tis incõicabilis primæ ſubſtan-
tiæ, & ideo habet vim cõſtituẽ-
di hanc primam ſubſtantiã, vel
ſuppoſitũ ſecundæ ſubſtantiæ.
Quod confirmatur per hoc, qa
quæ ſparſa ſunt in inferioribus
vnita ſunt in ſuperioribus, &
ideo licet alio conueniat alicui
in creaturis eſſe ad aliud, & ſub
ſiſtere, vel eſſe quo, & ſubſiſte-
re, tamẽ iſta pñt eodẽ cõpetere
Deo, vel perſonis diuinis. Con-
tra iſtud arguit̃ ſic. quæro quã
vim intelligis, aut vim cauſę ef
ficientis, aut formalis? Si efficiẽ
tis, quaſi cauſabit ibi quãdã rea
litatem abſolutam, quæ for-
maliter conſtituet ibi primam
ſubſtantiam, & ita conceditur
propoſitum, quòd ſubſtantia
conſtituitur aliqua realitate ab
ſoluta, & cum hoc additur vnũ
aliud impoſſibile, quòd rela-
tio poſſet cauſare illam reali-
tatem abſolutam. Si ſecundo
modo, ſcilicet formaliter, cum
nulla forma habeat vim conſti
tuendi aliquid formaliter, niſi
tale quale natum eſt eſſe tali
forma, ſicut albedo non habet
vim conſtituendi aliquid, niſi
album, & quæ includuntur in
albo. ſequitur quòd relatio quę
eſt eſſentialiter habitudo ad
aliud, non habet vim conſti-
tuendi aliquid ad ſe⁊c.

Confirmatio illa nihil vide-
tur valere. non enim fit talis
vnio in Deo, niſi propter infi-
nitatem eſſentiæ diuinæ, quæ
in ſe includit vnitiue omnem
perfectionẽ ſimpliciter, & om
nem etiam realitatem ſibi cõ-
poſſibilem, proprietas autem
non eſt infinita formaliter. er-
go non oportet in ea vniri om-
nem realitatem, & maxime nõ
illam quæ videtur ſibi forma-
liter repugnare, aut non poſſe
in ea includi. quaſi maiorem
perfectionem diceret formali-
ter, quàm iſta, vel omnino non
minorem⁊c.

EX QVARTA via argui
tur per auctoritatem Auguſt. 7.
de trini. cap. 1. 2. & 6. omne re-
latiuum eſt aliquid excepta re-
latione. ergo ſicut deduxit pri-
ma ratio, videtur concedere ꝙ
illud quod refertur eſt aliquid
ad ſe. Item, in eodem c. 4. om
nis res ad ſe ſubſiſtit, quãto ma
gis Deus? & loquitur de ſubſi-
ſtere quod conuenit ſubſtãtiæ,
prout græci accipiũt ſubſtãtiã.
accipiunt autem ipſi ſecundũ
eum ſubſtantiam, ſicut nos per
ſonam. ergo ſubſiſtere quod cõ
uenit perſonæ inquantum per-
ſona numeratur in tribus, pro
ut, ſcilicet dicuntur tres ſubſi-
ſtentes illud eſt ad ſe ſecundũ
eum: & videtur dicere, quòd in-
conueniens eſt perſonam diui-
nam



nam ſubſiſtere ad aliud, hoc
modo accipiendo ſubſiſtere⁊c.
Item tertio, omnia quæ ponun
tur in diffinitione perſonæ, ſi-
ue a Boetio de duabus natu-
ris, ſiue a Ricard. 4. de trini. cap.
22. & 23. ſunt abſoluta, ita ꝙ
nullum illorum includit rela-
tionem eſſentialiter. & diffini-
tio debet exprimere intrinſe-
cam rationẽ diffiniti. ergo &c.
Ad auctoritates Auguſt. iam
adductas hic in quarta via re-
ſpondetur, quòd Auguſt. loqui-
tur de formali ſignificato hu
ius nominis perſona, non de
materiali. formaliter autem ſi
gnificat hoc nomen perſona a-
liquid indiſtinctum in ſe, & ab
alio diſtinctum in natura intel
lectuali, accidit autem huic ſi-
gnificato formali per quid ſit
talis diſtinctio. tamen in ali-
qua natura neceſſe eſt illud di-
ſtinctiuum eſſe abſolutum, ſi-
cut in natura creata, in aliqua
autem relationem ſicut in pro
poſito. Contra hanc reſponſio-
nem arguo aut Auguſt. intel-
ligit in illo ſignificato formali
perſonæ indiſtinctum in ſe, &
diſtinctum ab alio ſecundum
eſſentiam & tunc non magis
haberet concedere, ꝙ ſint tres
perſonæ quàm tres eſſentiæ, ſi
ue tria diſtincta ſecundum eſ-
ſentiam, quod videtur manife-
ſte contra intentionem ſuam.
vbi vult quòd aliter vtimur nos
nomine ſubſtantiæ quàm græ-
ci. igitur ipſi vtuntur pro prima
ſubſtantia, & concedunt tres
ſubſtantias, eo modo quo nos
tres perſonas. ergo nos proprie
ſecundum eum cõcedimus tres
perſonas, aut intelligit indiſtin
ctum in ſe ſecundũ ſubſtantiã
incõicabilem, & ſic diſtinctum
ab alio, & tunc ſi illud ſecundũ
formale ſignificatum eſt ad ſe,
habetur propoſitum⁊c.

TERTIA OPINIO con *Io. de Ripis in 1. ſuo di. 25. & 26. eſt huius opi. bona li. 1: di. 5. q. 1.*
cordans rõnibus & auctoritati-
bus adductis contra ſecundam
opi. ponit diuinas perſonas eſſe
abſolutas, qđ ne videatur no-
uum, & extraneũ, adducitur di-
ctũ cuiuſdam antiqui doctoris,
diſtinguentis aliquid dici du-
pliciter ſecundũ ſubſtantiã. di-
cit enim ſic intelligendum eſt,
ꝙ ſicut dicit Ricard. de ſancto
Victore, dici ſecundum ſubſtan
tiam eſt dupliciter. Vno quidẽ
mõ indicãdo ſubſtãtiam ſcđm
naturam cõem, & ſic dicitur ho
mo ſecundũ ſubſtantiam. Alio
modo indicando ſubſtantiam,
vt ſuppoſitũ certũ vt quidã hõ.
primo modo dicere ſubſtantiã
eſt dicere quid. ſecundo modo
dicere ſubſtãtiam eſt dicere ali-
quid: dicit igitur ꝙ hoc nomen
ſubſtantia vel eſſentia dr̃ ſecun
dũ ſubſtantiã, quia indicat na-
turã cõem, ſed hoc nomẽ perſo
na dr̃ ſcđm ſubſtantiã, quia in-
dicat ſuppoſitũ certũ & diſtin-
ctũ. natura aũt cõis nõ multipli
catur nec refertur. & ideo quod
dicit ſubſtantiã ſcđm naturam
cõem, ita dicitur ad ſe, ꝙ nullo
modo põt dici ſcđm relationẽ,
& hoc mõ diuiditur ex oppoſi-
to cõtra ad aliquid, ſuppoſitũ
autem ſiue hypoſtaſis natũ eſt
plurificari, & ad aliud cõparari,
& ita referri, & quod ſic dicitur
ſecundũ ſubſtantiã, nihil impe
dit rõne relationis ſuperaddi-
tæ dici ſecundũ relationem, &
hoc vult dicere Ric. de ſancto
Victore. ſecundũ hoc igitur po-
neretur ꝙ perſonæ diuinæ di-
ſtinguerẽtur per aliquas reali-
tates incõicabiles, abſolutas,
non

non tñ illa cõſtituẽtia, & diſtin
guentia eſſent abſoluta primo
modo, ſed ſecundo modo, quia
& ſi non eſſent formaliter rela-
tiones, conſtituta tamen per ip
ſas eſſent referibilia. Et ſi obij-
ciatur. quo modo tunc ſaluabi-
tur communis ſcientia ſancto-
rum dicentium perſonas diſtin
gui per relationes? Ad hoc po- *Bonauẽ. in 1. diſt. 26. q. 3.*
teſt accipi quoddam dictũ eiuſ-
dem doctoris, idem enim do-
ctor in q. illa an proprietates di
ſtinguant perſonas. dicit ꝙ ſecũ
dum ꝙ ſunt habitudines, non
diſtinguunt perſonas, ſed ſecũ-
dum ꝙ ſunt origines: quod ve-
rum, licet forte ipſe non ſic in-
telligat, poteſt exponi ꝙ origi-
nes non diſtinguunt perſonas
formaliter, ſed quaſi principia-
tiue. ſicut motus in creaturis. &
maxime ſi eſſet in mouente &
non in moto, non diſtingueret
terminos talis motus formali-
ter, ſed effectiue, eo ꝙ pertine-
ret ad genus cauſæ efficientis:
quemadmodum etiam ſi natu-
ra humana poneret in vno ho-
mine, & ipſa non poſſit multi-
plicari niſi per generationem,
poſſet dici ꝙ generatio multi-
plicat homines, non quidẽ for-
maliter, quaſi homines diſtin-
guerentur formaliter a genera-
tionibus, vt ſunt generationes,
ſed quaſi effectiue, quia gene-
ratio reducitur ad genus cauſæ
efficientis, ita poſſet dici in pro
poſito quòd natura diuina non
communicatur ſuppoſitis, niſi
per originem. & ita origine di-
ſtinguuntur perſonæ in natu-
ra, quaſi principiatiue reducen
do ad ipſum principians, quod
diſtinguit non formaliter, ſed
quaſi correſpondenter diſtin-
guenti effectiue in creatura, Et
tunc poſſet poni exemplum. ꝙ ſi
cut ſi anima intellectiua primo
perficeret, vel conſtitueret cor
in eſſe ſuppoſiti, & ſecundo
cor animatum, poſſet produce-
re manum in eſſe ſuppoſiti. nõ
eſſent aliqua diſtincta in natu-
ra animati niſi per origines, &
tamen formaliter eſſent aliqua
abſoluta, quorũ vnum produci-
tur per alterum in ipſis, tamen
vere eſſent relationes producen
tis, & producti. non * æque mi- *a. l. enim*
nus ſaluãtur relationes, ſed ma
gis, vt videtur, ſi ponantur ali-
qua abſoluta, quæ poſſent refer
ri, quàm ſi non ponantur ali-
qua talia abſoluta. Per iſta duo
dicta. primum de duplici abſo-
luto, ſecundum de origine di-
ſtinguente, quaſi correſponden
ter primo principio effectiuo
in creatura nõ formali, poſſunt
multę auctoritates exponi, quę
videntur in contrarium.

CONTRA ISTAM op.
poteſt obijci quòd ipſa non vi-
detur ſtare cũ fide. primò quia
Saluator exprimens Math. vl-
ti. totam veritatem fidei, quæ
de trini. tenenda eſt, nominat
tres perſonas nominibus rela-
tiuis. In nomine inquit patris,
& filii, & ſpiritus ſancti. Simi-
liter Ioan. in canonica ſua pri-
ma. cap. 5. Tres ſunt qui teſti-
monium dant in cęlo, pater, ver
bum, & ſpiritus ſanctus. Et ge-
neraliter vbicunque ſcriptura
canonica loquitur de perſonis
diuinis, exprimit eas nominib⁹
relatiuis. videtur igitur quòd
ponere eas eſſe abſolutas con-
tradicat ſcripturæ, & ita etiam
fidei. Secundo, quia eccleſia, vel
quicunque exprimit veritatem
tenendam de trinit. exprimit
perſonas nominibus relatiuis.
ſicut



ſicut patet in ſymbolo apoſto-
lorum, in ſymbolo Athanaſij.
& in ſymbolo Niceno. & in
alijs quibuſcunque auctenti-
cis declarationibus fidei. per ec
cleſiam vniuerſalem. ergo op-
poſitum repugnat fidei, vt ipſa
eſt ab eccleſia declarata. Ter-
tio. quia ſancti, & communi-
ter doctores chatolici de iſto
articulo tractantes, tantum po-
nunt & ſaluant trinitatem per-
ſonarum relatiuarum. quo-
rum doctrinam ſaltem mul-
torum auctenticauit eccleſia
vniuerſalis. ſicut patet in ca-
none. diſtin. 15. Sancta Roma.
igitur dictis iſtorum ſanctorum
contradicere eſt contradicere
eccleſiæ auctenticanti dicta eo-
rum.

Si dicatur ad iſtam obiectio-
nem, quòd dicta opi. non ſolũ
fidei non repugnat, ſed quòd
magis eſt, ſcripturæ ſanctæ con-
cordat.

Primum oſtenditur duplici-
ter. Primo ſic. quia quicquid
de trinitate ſacra ſcriptura tra-
didit, vel eccleſia declarauit. vel
doctor auctenticus manife-
ſte aſſeruit. hæc dicta opinio.
concedit videlicet quòd tres
perſonæ congrue exprimun-
tur nominibus patris, & filij,
& ſpiritus ſancti quia conce-
dit ibi vere relationes originis,
quia concedit veram origina-
tionem vnius perſonæ ab alia,
quæ eſt generatio, & ita per-
ſona generans eſt pater, & per-
ſona genita eſt filius, & proceſ-
ſionem tertiæ a duabus, & ita
procedẽs eſt ſpiritus ſanctus, &
ſpiratur voluntate caſta, & ſan-
cta: ſed non dicit ſcriptura, nec
vniuerſalis eccleſia alicubi, de-
clarando ꝙ ꝑſonæ ſolũ his rela
tionibus diſtinguũtur, ſicut nec
dicit ꝙ diſtinguuntur proprie-
tatibus abſolutis. Nunc aũt li-
cet tenendum ſit pro vero, quic
quid tradidit auctoritas, nõ tñ
eſt negãdũ eſſe verũ, quicquid
ipſa nõ tradidit: multa inquit
ille Chriſti ſecretarius Io. ope-
ra, & ſigna fecit Ieſus, quæ non
ſunt ſcripta in libro hoc. Io. vlt.
certe nec alicubi, quia addidit:
exiſtimo mũdũ nõ poſſe capere
libros. Logice ẽt loquendo pa-
tet, ꝙ locus ab auctoritate nega
tiue nõ tenet. Secũdo ſic. nihil
eſt aſſerendũ eſſe de veritate fi-
dei, niſi qđ traditur in ſcriptu-
ra, vel ab vniuerſali declarat̃ ec
cleſia in ſcriptura, vel ex altero
iſtorũ ſic tradito, vel declarato
neceſſario, & euidẽter infertur.
tale nõ vr̃ eſſe ꝑſonas nullis ꝓ-
prietatibus abſolutis diſtingui.
igit̃ &c. Prima pars minoris vr̃
plana, ꝙ ſcriptura nuſq̃ hoc tra
didit, quia relationes affirmat,
abſolutas proprietates nuſq̃ ne
gat. Secunda pars patet. q̃a quę
cunq; tenẽda eccleſia circa arti
culos de tri. declaraſſe inuenit,
continentur in ſymbolo apoſto
lorũ, vel Athanaſij, vel Niceno.
vt extra de ſum. tri. & fi. ca. capi
tulis, firmiter. & dãnamus. quæ
duo capitula edita fuerũt in cõ
cilio gñali ſub Innocẽtio. 3. ce-
lebrato, vel extra de ſum. tri. &
fi. ca. fideli. & eſt hodie in 6. lib.
ꝙ capitulum editum fuit in cõ
cilio Lugdu. generali ſub Greg.
10. celebrato. non inueniuntur
plura ſcripta autentica declara-
tionem eccleſiæ circa articulũ
de trini. continentia. nec in ali-
quo iſtorum declaratur ꝑſonas
per proprietates relatiuas cõſti
tui. patet intuenti. Tertia pars
minoris probatur, quia rõnes q̃
ſiunt

fiunt ad inferendum propoſitũ ex tradito per ſcripturã, vel declarato per eccleſiam, videntur omnes eſſe ſolubiles, ſicut poſtea reſpondebitur ad eas. Secundum .ſ. ꝙ hæc opi. ſcripturæ concordat, oſtenditur per illud prouer. 30, vbi poſt multas quęſtiones motas de Deo, quærit Salomon: quod nomen eius, & quod nomen filij eius ſi noſti? Ex hoc arguitur ſic, omnis quæſtio aliquid certum ſupponit, & aliquod dubium quærit. ex. 7. Meta. c. vlti. hic igitur eſt certũ filiũ eſſe. & quæritur, quod eſt nomen eius. & pari ratione per naturam relationis ſupponitur illud cuius eſt filius eſſe. ſ. patrem, & quæritur quod eſt eius nomen, igitur hoc exiſtente certo. ſ. hunc eſſe filium, & hũc patrem. dubium eſt quod nomen huius, & quod illius. ſed ſi iſtæ perſonæ primo conſtituantur in eſſe perſonali per paternitatem, & filiationem, proprium nomen huius eſt pater, & proprium illius eſt filius. & ita eſſet certitudo de filio, & non dubitatio quod nomen eſſet eius. ergo Salomon videtur intendere, ꝙ non primo conſtituantur filiatione, & paternitate ſic, ꝙ nec filius ſit proprium nomen eius, ſed ſcito ꝙ ſit filius, adhuc reſtat quærere ſecundũ ipſum quod nomen eius. Hoc breuiter ſic arguit̃ ad impoſſibile deducendo, dato ꝙ proprium nomẽ perſonæ, quæ eſt filius ſit filius quod ſequitur ſi primo conſtituatur relatione, vel filiatione. igitur idem quærit Salomon, & ſupponit. ſupponit enim proprium nomen perſonæ, & quærit quod eſt nomen eius. Sed ſi dicto mõ reſpondeatur ad obiectionem de fide, factam contra tertiam opi. Contra hanc reſpõſionem arguitur. Primo ſic, quare voluit ſaluator pſonas noĩbus relatiuis exprimere, ſi ſunt abſoluæ; & abſoluta, ſi ſint, nõ latuiſſent eum, & congruum videtur baptiſmum dari inuocando perſonas diuinas ꝓprijs nominibus ipſarum. Secundo ſic. articulus qñ traditur a Chriſto, conueniens eſt illum accipere ſecundum illum intellectum, qui maxime põt haberi a Chriſto. talis eſt de perſonis relatiuis, & nullo mõ de abſolutis. Tertio ſic. conſequentiæ ſanctorum, & doctorum ſupponendæ ſunt eſſe neceſſarię. ſed illis vtẽdo vel ſimilibus concluditur ex manifeſte credito, ꝙ perſonæ non ſunt abſolutæ, ſicut patet in multis deductionibus magiſtrorum.

AD PIRMVM forſan diceret aliquis ꝙ propter duo ſaluator ſic expreſſit perſonas congrue, primum quia nos docuit ſicut eramus capaces. ſi autem ſunt proprietates abſolutæ vidit eas nos non poſſe concipere, vel nõ concipere ita faciliter ſicut relationes, quia nec ꝑ viã cauſalitatis & eminentiæ poſſunt cognoſci a nobis, cum nõ ſint perfectiones ſimpliciter, nec per aliquid ſimile in creatura, ſicut forte poſſumus concipere relationes ex relationibus originis in creaturis, quia illis incommunicabilibus abſolutis ſi ſint, nulla ſunt ſimilia ĩ creatura, immo nec alicui incommunicabili increato eſt aliqd ſimile, quia quodlibet tale primo eſt diuerſum a quocunque alio, & hanc impoſſibilitatem vel difficultatem cognoſcendi

illas



illas abſolutas proprietates ſi ſint, poſſet quis concipere ex p̃miſſa q̃ſtione Salomouis. Exẽplum huius patet in communi modo loquendi, vbi expreſſius & frequentius exprimimus ꝑſonas aliquas nominibus relatiuis q̃ abſolutis, quia illa nomina ſunt notiora, tamen conſtat perſonas quas intendimus illis nominibus exprimere, eſſe in ſe abſolutas. verbi gratia. Hoc fecit Papa, vel epiſcopus, vel rex. nõ ita ſæpe dicimus Petrus, vel Ioannes, quia officia ſunt notiora perſonis abſolutis, ita poſſet eſſe hoc, ꝙ originem perſonæ poſſumus cõcipere per proprietatem abſolutã ſi habet vel nõ poſſumus, vel non ita faciliter. Secundo, quia ſi ſint proprietates abſolutæ, & ſecundum hoc perſonæ poſſent nominari nominibus abſolutis, ſic tamẽ nominãdo eas nõ exprimitur illis nominibus tãtum de neceſſitate fidei quantum iſtis. pater filius & ſpiritus ſanctus, qa iſtis non tantum exprimitur diſtinctio perſonarum, ſed etiam origo, quæ eſt in eis, & aliquo modo ex cõſequẽti vnitas eſſentię, quia in tali origine perfecta eſt communicatio eiuſdem eſſentię. per tria nomina abſoluta non ſic exprimerentur hæc omnia. Ad ſecundum forſan aliquis diceret primo, ꝙ ille intellectus quem Chriſtus expreſſit. ſ. ꝙ ſint perſonę relatiuę, eſt abſque dubitatione tenendus, ſed de eo quod tacuit. ſ. an ſint abſolutę non eſt magis contra intellectum articuli vna pars q̃ alia, niſi oſtendatur repugnare intellectui quem expreſſit. Secundo diceret, ꝙ articulum fidei reſtringere ad intellectum ſpecialẽ. qui tñ traditus eſt ĩ generali, quaſi non poſſit intellectus generalis eſſe verus, niſi ſpecialis ſit verus, hoc videtur articulum reducere ad incertitudinem, videtur enim incertũ quod poteſt ſine incerto teneri ſaltem maior reuerentia videtur fieri articulo in vniuerſali tradito, ſi dicatur intellectũ eius vniuerſalem poſſe eſſe verum quocunque ſpeciali poſito vel negato, quod non eſt traditum vt tenendum, q̃ ꝙ non poſſit eſſe verus, niſi aliquod determinatum ſpeciale ſit verum. Exẽplum huius in alijs articulis. creator cęli & terræ, non oportet hoc artare ad hoc quod niſi omnipotentia in Deo aliquo modo diſtinguatur a voluntate nõ potuit creare, & ita de parte oppoſita. ſimiliter verbum ſactũ eſt homo. non oportet artare ad multa ſpecialia, nec ad aliquod illorum, cum quorũ quolibet. & etiam oppoſito poteſt ſtare hoc verum. Aptius exemplum videtur ſi Iudęis erat traditum vt crederent Deum eſſe vnum, & de trinitate nihil explicite non ſolum minor reuerentia, ſed irreuerentia, & falſitas eſſet aſſerere hunc articulũ non poſſe eſſe verum, niſi eſſet vnus perſonaliter, ſicut eſt eſſentialiter, & tamẽ hoc videretur tunc eſſe magis conſonum verbis arriculi eis traditi q̃ oppoſitum, ſicut igitur illi tũc neutram partem debuerunt aſſerere eſſe neceſſario tendendã, ſed vtraque poſita neceſſario tenendum eſſe illud, quod in generali fuit eis traditum, ita videtur quod circa articulos nobis in vniuerſali traditos non debeamus aſſerere ſiue declaratione

ec-

eccleſiæ neceſſario hoc ſpeciale, vel illud eſſe tenendum, cũ quorum vtroq; poſſunt articuli ſtare, vt traditi ſunt. non. n. Deus qui ſcit in ſpeciali iſtam veritatem ſine cauſa, tantum ſecundum intellectum vniuerſalem tenenda de fide tradidit, & nec ad hũc modum ſpecialem nec ad illum tanq̃ ex fide tenendũ arctauit. Tertio quia in propoſito non videtur propter reuerentiam iſtarum perſonarum dicẽdum, ꝙ ſint tantum relationes in eſſentia. niſi hic certiſſime traderetur, & hoc propter modicam entitatem relationis reſpectu entis abſoluti. Ad tertiũ diceret forſan aliquis ꝙ præciſe propter rationem ſolubilem a quocunque fiat non eſt tenendum aliquid eſſe de ſubſtantia fidei, nec forſan propter concluſionem talis rationis quatenus præciſe eſt per illam rationem concluſa ſic arguens ſe exponeret morti, nec aliquis ſecũdum rectam rationem ſe deberet exponere. oportet igitur habere maiorem auctoritatem ad hoc, vt aliquid teneatur eſſe de fide, q̃ ꝙ ſanctus aliquis ſic arguat. ſæpe enim quis arguit quod nõ omnino aſſerit, licet illud ꝙ ſãctus auctenticatus ab eccleſia quantum ad doctrinam aſſerit eſſe tenendum ſit certum, tamẽ aliȩ auctoritates dubiȩ poſſunt exponi, & multomagis aliorum minus auctenticorum ſcribentium. Iſto modo diceret aliquis nihil inueniri contra opi. prædictam.

A D I L L A quæ ſecundo modo videntur eſſe contra eã. Reſponderetur diſcurrendo per ordinem. Ad illas auctoritates & rationes quæ contra eam vel pro ſecunda opi. ſuperius ſunt inductæ.

Ad primum de euangelio videtur iam ſupra reſponſum.

Ad auctoritates Aug. 5. de trini. Reſpondet per diſtinctionẽ poſitam in principio opi. quod Aug. loquitur de his quæ ſunt ad ſe, ita quòd nec ſunt relatiua nec referibilia, ſed etiam oppoſita relationi, ſicut patet ꝑ exẽpla ſua. videtur enim ipſemet dicere ibi ꝙ aliquid eſt ad ſe, licet ſit referibile ad aliud. ſicut expreſſe vult Aug. 7. de trini. c. 4. vbi tractans quomodo Græci dicunt tres eſſe ſubſtantias. vult ꝙ ſubſiſtere ſecundum ꝙ competit ſubſtantiæ illo modo ſumptȩ ſit ad ſe. Subdit enim ibi, ſi aliud eſt Deo eſſe, & aliud ſubſiſtere, ſicut aliud eſt Deum eſſe. & aliud patrem eſſe: relatione igitur ſubſiſtit ſicut relatione gignit. Et ex hoc infert, itaq; ſubſtantia iam non erit. ſubſtãtia, quia relatiuum & infra. Abſurdum eſt autem vt ſubſtantia relatio dicatur. omnis enim ſubſtantia ad ſe ſubſiſtit? quanto magis Deus quid expreſſius q̃ ſubſtantia ſecundum ꝙ Græci accipiunt eam. ſ. pro perſona. ſ. ſubſtantia prima non ſecunda ſit ad ſe, & ad ſe ſubſiſtat illo ſubſiſtere, quod competit ſubſtantiæ ſic dictæ. Et ſi obijciatur ꝙ iſta verba Aug. de ſubſtantia & perſona non debent magis accipi de perſonali q̃ de eſſentiali. quia dicit ꝙ eodẽ dicitur Deus & perſona. Reſpondeo. eodem. i. aliquo dicto ad ſe diſtinguendo illud quod eſt ad ſe, contra illud quod eſt ad aliud, eo ꝙ pater non eſt perſona filij, ſicut nec eſt Deus filij, quemadmodũ ſortes nõ eſt ſortes alicuius, ſicut nec homo alicuius. i. intelligendo vt correlatiuum, ſed non oportet ꝙ omnino eodem ſit Deus & perſona. ita ꝙ perſona omnino ad ſe dicatur, ſicut Deus dicitur ad ſe vel deitas, quia tunc ſicut nõ ſunt tres deitates, & ꝑ hoc nec tres magnitudines ſecundũ eũ, quia magnitudo dicitur omnino ad ſe ſicut deitas, ſic nec eſſent tres perſonæ, quod ipſe negaret. quæ igitur omnino ſunt ad ſe non numerantur, quæ omnino ad alterum, non ſunt communia tribus: quæ autem ad ſe, ſed non omnino ad ſe, ſed referibilia, quia non repugnat eis referri ſunt communia, ſed numerantur aut poſſunt dici propria, a quibus poteſt abſtrahi aliquod commune numeratum.



Ad Auguſt. 11. de ciui. dei. cap. 10. cõcedo ꝙ pater eſt quicquid habet excepto relatiuo quod habet, & non eſt ipſum, habet quidem correlatiuum, ſicut pater habet filium. & ideo concedo quòd prima perſona eſt quicquid habet, ad quod nõ refertur. non eſt autem ſecũda perſona quam habet, vt correlatiuũ, licet iſta relatione non primo cõſtitueretur. Ad Boetiũ qñ dicit ꝙ relatio multiplicat trinitatem &c. dico ꝙ doctor ille accipit relationem pro origine, & ſic intelligendo accipitur multiplicare non pro formaliter diſtinguere, ſed quaſi principiatiue correſpondenter principio effectiuo: & hoc quidem non extorquere verba, multiplicare enim eſt multa facere. ſicut Chriſtus multiplicauit panes euangelicos. & tamen ipſe non fuit forma illa, qua formaliter multiplicabantur panes illi, & Deus creãs multiplicat animas. non tamen eſt ipſe fotma, qua formaliter animæ ipſæ diſtinguuntur.

Ad Ioan. Damaſ. dico quòd vna eius auctoritas ſoluit aliam. quia cap. 8. vel 9. præciſe ponit ingenerationem. & in lib. tertio. cap. 5. ponit paternalem proprietatem. iſte autem duæ proprietates diſtinguuntur ſecundum Auguſt. 5. de trini. cap. 6. igitur excludendo omnia alia in patre in cap. primo. præter ingenerationem intelligit per ingenerationem omne perſonale patris, & ita vbicunque excludit ab aliqua proprietate alicuius ſuppoſiti omne aliud per illam proprietatem incluſam, includit omne aliud perſonale, & ita includeretur ibi realitas abſoluta, ſi qua eſſet. & maxime includeretur, vt videtur, quia in creaturis incluſo accidente non excluditur ſubiectum, & ita incluſa relatione in perſona diuina non excluditur illud quod refertur ea. ſicut ſi diceretur, quòd ſola paternitas eſt, non propter hoc excluderetur pater, qui paternitate eſſet pater.

Ad Ricar. dico quòd modus exiſtentiæ alius eſt, & hoc pertinet ad originem. ſed ex hoc non ſequitur, quòd originatum non ſit aliquid ſubſiſtens ad ſe diſtinctum aliqua realitate perſonali abſoluta ab originante.

Ad Anſel. ſimiliter dico ꝙ omnia ſunt vnum & eadẽ, vbi non obuiat relationis oppoſitio, vel formaliter, ſicut relatio obuiat alicui relatiuo, vel

ſicut natū referri relatione oppoſita, & iſto modo perſonę ſi eſſent abſolutę diſtinguerentur quia in eis ſunt relationes principiantes.

ADRATIONES ꝓ ſecunda opi. reſpondetur. Ad primam poteſt dici ꝙ ſi realitas abſoluta aliqua conſtituat perſonas, non tamen facit compoſitionem cum eſſentia diuina, ſicut nec relatio conſtituens faceret, qđ cōfirmatur per locum a maiori quia realitas proprie ſubſiſtentiæ in creatura non facit compoſitionem cum natura. relatio autem in creaturis facit compoſitionem cum fundamento, vt aliàs declarabitur. ergo ſi hæc relatio poteſt non facere compoſitionem cum eſſentia, multomagis nec realitas ſuppoſiti faciet compoſitionē cū realitate naturę. Et cū confirmatur ratio. quia abſolutū aut manet omnino, aut tranſit omnino. dico ſicut dictum eſt declarando ſecundo poſitionem quòd relatio manet ex hoc quòd eius ratio non eſt formaliter ratio eſſentię. & tranſit quia ſecundum perfectam idētitatem eſt eſſentia, ita dici poteſt ꝙ realitas abſoluta ſi conſtituat perſonam, tranſit quidem per perfectam identitatē ad eſſentiam, manet tamen, quia non eſt formaliter realitas eſſentiæ. Et confirmatur iſta reſponſio, quia perfectiones attributales videntur eſſe abſolutę & non relatiuæ, ſicut dictum eſt ſupra di. 8. q. de attributis, & tamen manent, & tranſeunt, ita ꝙ non faciunt compoſitionem, nec ſunt idem formaliter ipſi eſſentię, & ſi aliqua illarum ſecundum rationē formalem haberet diſtinguere realiter ab altera, ita diſtinctio eſſet per eam formaliter & non per eſſentiā, & tamen non eſſet compoſitio. Ad ſecundū ar. dico ꝙ ponendo perſonas relatiuas. oportet ponere eas vere ſubſiſtentes, & in eis eſſe eādem naturam indiuiſam. hoc non poteſt poni propter aliquā imperfectionem, perſonarum in ſubſiſtendo, quia ponuntur ita vere ſubſiſtentes ſicut ſi eſſent abſolutæ. ergo oportet ꝙ ponatur propter infinitatem eſſentię, quę eſt in ſubſiſtentibus: ſed eadē eſſet infinitas eſſentiæ, ſi perſonæ eſſent abſolutę. ergo non oportet tunc naturam diuidi, ſicut nec ſi proprietatibus relatiuis conſtituantur. probatur igitur iſta. omnis natura communis ſuppoſitis abſolutis diſtinguitur & purificatur in eis. hæc quidem vera eſt in creaturis, ſed in propoſito petit concluſionem principalem. Ad tertium inſtando dicitur ꝙ patri conſtituto in eſſe perſonali, & filio etiam conſtituto in eſſe perſonali quaſi aduentitia eſt proprietas ſpiratio actiua ſecundum aliquos. & tamen non eſt quaſi accidentalis ſecundum eos, nec etiam relatio rationis, quare igitur non poſſet intelligi in propoſito perſonam conſtitui in eſſe perſonali realitate abſoluta, & ei quaſi conſtitutę in eſſe tali relatione. aduenire ſecundum modum intelligendi relationem. & non tamen eſſe nec accidentalem, nec rationis. Et cum ꝓbatur ꝙ ſit relatio rationis per ſimile de relatione ad creaturā, dico ꝙ non eſt ſimile. illa enim relatio ad creaturam non eſt ex neceſſitate naturę fundamēti, ſicut eſt hic. Quarta ratio innititur propoſitioni huic. ſ. omne abſolutum eſt actus, & per conſequens dans eſſe, hæc improbatur multipliciter. Tum quia in creaturis. vbi maxime videtur habere probabilitatē, habet inſtantiam de proprietate hypoſtatica, quia illa non eſt dans eſſe, quia tūc natura humana in Chriſto non haberet idem eſſe, quod haberet dimiſſa. Similiter actus dans eſſe dat operationē, proprietas hypoſtatica ī creaturis non dat operationem, quod patet per Dam. lib. 3. c. 15. b. Naturales, & non hypoſtaticas animus, & voluntates, & operationes. Si enim hypoſtaticas ideſt perſonales dabimus eas etherotheleas ideſt aliud volentes, & etherouergias ideſt aliud operātes. tres hypoſtaſes ſanctę trinitatis dicere cogemur, vbi ipſe ex hoc ꝙ perſonæ diuinæ nō habent tres operationes, cōcludit ꝙ operatio non eſt hypoſtatica. & hoc in communi ſiue de proprietate abſoluta, ſiue relatiua. Prætera tertio, in omni eo qđ aliquo modo habet eſſe aliquo, præter illud quod dat ſibi eſſe, eſt aliquid ratione cuius recipit eſſe. patet de compoſito ex materia & forma, & omnibus aliis compoſitis ex actu & potētia. igitur in omni hn̄te eſſe per aliquid dans eſſe, eſt aliquid quod non eſt actus dans eſſe. ſed ratio recipiendi eſſe, & ita videtur in ſuppoſito naturæ: quia cum ſuppoſitum habeat eſſe. & natura det eſſe, proprietas hypoſtatica erit ratio recipiendi eſſe. Ad argumentum tunc poteſt dici, quòd cum dupliciter ſit ratio entitatis quiditatiuæ ſcilicet & hypoſtaticæ, ſicut quiditatiuę eſt dare eſſe q̧ a ipſa eſt de ſe communicabilis, ita hypoſtaticę eſt vt non ſit actus dans eſſe, quia de ſe eſt incommunicabilis, vt quo, & licet in creaturis proprietas indiuidualis det eſſe, quia eſt alicuius gradus entitatis, poſitiuæ, vltra entitatem quiditatiuam naturæ. tñ vltra entitatem ſingularem proprietas ſuppoſiti nullam entitatem dat: immo nullum poſitiuum addit ex prima quæſtione. 3. lib. & licet illud adderet, tamen non eſſet ratio dandi eſſe, quia hic natura exiſtens in qua includentur natura & entitas ſingularitatis eſt ratio totalis dandi eſſe, & ita quicquid intelligatur aduenire, ſiue poſitiuum, ſiue priuatiuum, ſiue abſolutum, ſiue reſpectiuū non dabit eſſe. quia per illud quod iam præintelligitur, datur eſſe. licet igitur in diuinis non ſit proprietas perſonalis tantum negatio, ſed aliqua proprietas, vel entitas poſitiua, tamen quia natura diuina eſt de ſe hic per ſe exiſtēs, ipſa habebit totam rationem dandi eſſe, ſicut & in creaturis, & licet natura exiſtens det totaliter eſſe, non propter hoc proprietas adueniens eſt tantum negatio, immo ſi adueniret proprietas poſitiua, nihil tolleretur ab hac natura exiſtente. ita nec in diuinis tolletur ab hac natura quæ eſt de ſe exiſtens, quin dabit totaliter eſſe perſonæ, licet in perſona intelligatur proprietas perſonalis poſitiua. Ad argumentum igitur cum probatur ꝙ ſit actus, cum non ſit ibi tantum virtualiter, ſed actualiter. dico

ꝙ eſt ibi fallacia æquiuocatio-
nis. vno modo enim actus eſt
differentia oppoſita potentiæ.
& hoc modo diuidit omne ens.
Alio modo actus cum potentia
conſtituit aliquod totum. ſicut
T.c.15. loquitur philoſophus .8. meta.
de porentia & actu, quod non
eſt verbum de potentia oppo-
ſita actui. quia illa non manet
cum actu. iſta igitur proprietas
non tantū eſt virtualiter in eſ-
ſentia diuina, ſicut eſt aſinus,
qui eſt in potentia ante actum,
& per conſequens hæc proprie
tas eſt actu ibi prout actus op
ponitur tali potentię, ſed non
ſequitur, ergo eſt actus dans eſ
ſe, ad hoc enim requireretur, qđ
eſſet actus formalis, hoc enim
modo materia daret eſſe. quia
eſt in compoſito in actu, non
in potentia ante actum.

Secunda ratio videtur defice-
re. quia iſtud non habet ſe ad
eſſentiam, vt perfectio ad per-
fectibile, vt diffuſe declaratum
eſt etiam de proprietate rela-
tiua perſonæ. di. 5. vbi dictum
eſt quòd perſona non componi
tur ex eſſentia & proprietate ſi
cut ex quaſi potentiali & quaſi
actuali. immo eſſentia habet
magis rationem actus: ſi igitur
iſta proprietas intelligatur po-
ſterior aliquo modo eſſentia
non tamen eſt perfectio eius.
ibi enim eſt idem ordo origi-
nis & perfectionis. & ideo pri⁹
origine eſt prius perfectione. ſi
cut fuit tunc declaratum diffu-
ſe. Secundo dato, ꝙ aliquo mō
ſe haberet ad eſſentiam vt in-
formans ipſam, non tamē eſſet
perfectio ſimpliciter, quia ſecū
dū Anſel. ratio ꝑfectionis ſim-
pliciter eſt, ꝙ ſit in quolibet me
lius ipſum quàm nō ipſum, ꝙ
eſt impoſſibile. de ꝓprietae hy
poſtatica, quia illa de ratione
ſui repugnat cōtradictorie cui-
libet alii ab illo cuius eſt, & ita
non poteſt in quolibet alio eſ-
ſe melius ipſum quàm non ip-
ſum, qa cuilibet alij repugnat.
ſic igitur ad rationem patet ꝙ
falſum aſſumitur ſi accipiatur
ꝙ iſtud abſolutum perficiat eſ-
ſentiam, nec probatio huius
valet per hoc ꝙ aliquo modo
ſequitur & non pręcedit, quia
in diuinis ſicut poteſt poni prę
ceſſio, actus & forma eſt pri-
mum. Tertio dato ꝙ habere-
tur hoc quod informat, non ſe-
quitur ꝙ ſit perfectio ſimplici-
ter: nec illa quæ inferuntur vl-
terius, ſcilicet ꝙ eſſentia diui-
na non ſit ſimpliciter perfe-
cta. vel ꝙ vna ꝑſona non ſit ſim
pliciler perfecta in ſe. Pręterea.
Iſta ratio melius concluderet
contrarium de relatione, quia
ꝓbabilius videt̃ ꝙ relatio poſ-
ſit eſſe perfectio q̄ ꝓprietas hy
poſtatica ſit perfectio, quia nul
li proprietati hypoſtaticæ con-
uenit eſſe perfectionem, nec in
creaturis, nec in aliis, alicui ta-
men relationi ſecundū propriā
rationem conuenit eſſe ꝑfectio
nem. aliqua. n. eſt perfectior al
tera, vt patet de ęqualitate re-
ſpectu inęqualitatis. quia ſecū
dum Aug. de quantitate animę
c. 7. inæqualitati æqualitatem
iure præponis, nec quiſquam
omnino eſt vt opinor humano
ſenſu præditus, cui non id vi-
deatur. hoc autem non eſt tan-
tum a fundamēto. poteſt enim
inæqualitas fundari in funda-
mentis perfectioribus quàm
ęqualitas. patet etiam quòd ſi
eſſet tantum ex fundamento,
Auguſtinus faceret petitionem
prin-



faceret petitionem principij.
intendit enim concludere ex-
cellentiam, puta circuli ad figu
ras rectilineas, & hoc facit ex
æqualitate & inæqualitate, qa
ſi illa excellentia non eſſet niſi
ex fundamentis, & ex illa con-
cluderet excellentiam funda-
mentorum, circulum faceret.
Si dicatur, quòd dictum Augu.
verum eſt ratione fundamento
rum proximorum, non remoto
rum, proximum autem funda-
mentum æqualitatis eſt pari-
tas. Hoc falſum eſt, & nihil
ad. b. quæro autem, aut par di-
cit aliquid ad ſe, & tunc poteſt
intelligi aliquid eſſe par abſq;
hoc, quod ſit alicui par, & ſimi
liter tunc vnde perfectionem
habebit paritas reſpectu impa-
ritatis in triangulo? vel enim
paritas diceret quantitatem &
tunc vel eandem cum illa quæ
communiter ponitur fundamē
tum æqualitatis, & tunc non
erit diſtinctio aliqua alia quā
rationis inter fundamentum
proximum & remotum, vel a-
a.l. diceretur. liam, & tunc in iſto æquali* di-
ceretur eſſe duas quantitates,
vel fingas aliquem modum a-
lium, quo paritas poſſit eſſe ab
ſolutū perfectius imparitate,
& aliud a quantitate. Si autē
dicas relationem ſicut videtur
manifeſtum. ergo relatio fun-
dabitur per ſe in relatione, im-
mo videtur dicere eandem re-
lationem, quam æqualitas. quā
tum enim eſt par quanto, & ę-
quale quanto. Ad illud Anſe.
mono. reſpondetur quòd lo-
quitur tantum de quiditatib.
non de proprietatibus hypoſta
ticis, quod probatur. Primo per
exempla eius de ſapientia &
veritate ex vna parte. auro &
plumbo ex alia parte. Secun-
do per rationem, quia ſolum
illud eſt perfectio ſimpliciter
quod poteſt eſſe in aliquo infi-
nitum. ſolum illud erit in ali-
quo melius non ipſum, quàm
ipſum, quod ex ſe eſt finitum,
hæc conueniunt quiditati, ſci-
licet eſſe finitum vel infinitū,
non autem proprietati hypo-
ſtaticæ, quia proprietas perſo-
nalis diuina qualiſcunque ſit,
nec eſt infinita formaliter nec
finita. Similiter proprietas hy
poſtatica repugnat cuilibet præ
terquam vni cuius eſt. ergo nō
poteſt eſſe cuilibet melior ipſa,
quàm non ipſa. ſed nec alicui,
excludit autem Anſel. ab vni-
uerſitate quiditatum relatio-
nem ſecundum quiditatem. &
tunc omnis quiditas abſoluta,
vel eſt perfectio ſimpliciter vel
limitata, ſed non ſequitur ex
hoc propoſitum de proprietate
hypoſtatica abſoluta.

Tertia ratio habet maiorem
falſam in omnibus ordinatis
eſſentialiter ex forma, licet gra-
tia materiæ quandoque ſit ve-
ra. & ſimiliter in omnibus non
ęquę illimitatis: in nullo enim
ordine eſſentiali ex propria ra-
tione prioris, & poſterioris, o-
portet ipſa cōmultiplicari, ſed
poteſt ſtare multiplicatio po-
ſterioris ſine multiplicatione
prioris, ſed non ecōuerſo. ſimi-
liter qn̄cunque aliqua duo cō-
parant̃ ad aliquod tertium, qđ
eſt illimitatū, eo modo quo il-
la duo non ſunt illimitata, non
oportet* cōdiſtingui in eis. Exē a.l. condiuidi.
plū. aīa intellectiua cōparatur
ad partes, quia quodāmodo eſt
illimitata, eo modo quo partes
non ſunt illimitatæ. non opor-
tet animam diſtingui indiſtin

ctis partibus, illa igitur maior eſt falſa dupliciter ad propoſitũ, primo quia eſſentia eo modo quo eſt ibi prioritas prior eſt ipſis proprietatibus, nõ ecõ uerſo, ſecundũ eos igitur non oportet eſſentiã diſtingui ad diſtinctionem iſtarũ ꝓprietatũ, & ſecundo quia eſſentia eſt formaliter infinita, iſtæ aũt proprietates non ſunt formaliter infinitæ, & non oportet infinitum formaliter diſtingui ad diſtinctionem eorum, quæ non ſunt formaliter infinita. Si etiã maior acciperetur generaliter quibuſcunque abſolutis circũſtantibus idem, habet inſtantiam manifeſtam de anima & potentijs, quę potentiæ multiplicantur, non multiplicata anima. Sed ſi hic euadant ſpecificando maiorem de his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſicut accipit illa prima confirmatio maioris, nec tunc propoſitio eſt vera vniuerſaliter in relationib. patebit enim diſtincti. 8. tertij libri. quomodo plura eiuſdem ſpeciei eſſe in eodem abſoluto, non eſt contradictio, ſi aliquid illorum non ſit actus alterius adæquatus ei in quo eſt. Cum autem maior declaratur per inductionem, fit fallacia conſequentis, quia accipiuntur aliqua ſingularia non ſimilia propoſito. puta in quibus diſtinctio priorum conſtituit diſtinctionem poſteriorum, vel in quibus eſt conſimilis limitatio vtrobique, & non illimitatio in vno reſpectu alterius. ex his enim non poteſt propoſitum inferri vniuerſaliter, quia falſa eſt, vbi deficiunt conditiones ſicut in propoſito.

a.l. ad illud.

Sed ad * aliud vltimum additum ad confirmationem maioris, per idem, quod in eodem ſimpliciter perfecto non poſſunt eſſe plura eiuſdem rationis, poſſet dici, ꝙ ſicut ſimpliciter perfectum idẽ numero eſt communicabile pluribus ſuppoſitis eiuſdem rationis, ita ꝙ non repugnat ſibi ex hoc, quòd eſt perfectio ſimpliciter, ſed cõuenit ſibi quòd ipſum ſit in pluribus ſuppoſitis eiuſdem rationis, ita ex perfectione eius ſibi poteſt competere, quòd plura eiuſdem rationis poſſunt eſſe in eo, ſicut ſuppoſita in natura. & per conſequens ſunt in eo plures proprietates hypoſtaticæ eiuſdem rationis, ſed non poteſt ita eſſe de alijs. de quibus exemplificatur, puta de patre & verbo. eo quòd perfectio diuina requirit, quòd quælibet productio habeat terminũ adæquatum: non autem ita requirit, quòd aliqua proprietas hypoſtatica ſit adæquata illi naturæ in conſtituendo ſuppoſitum. Per iſtud poſſet dici ad illam primam confirmationẽ maioris, applicando eam ad ꝓpoſitum, quòd eſt ibi fallacia æquiuocationis: maior enim ſi eſſet vera debet intelligi de eſſe in, ſicut actus eſt in eo, ꝙ informatur, ſed minor non eſt vera, proprietas autem non eſt in eſſentia, vt informans eam, ſed vt conſtituens ſuppoſitum in ea. Poſſet tamen ad vtranque confirmationem dici, ꝙ iſtæ proprietates non ſunt eiuſdem rationis formaliter, ſicut in creaturis proprietates indiuiduales ſunt primo diuerſæ, & non eiuſdem rationis, & ſi ex hoc inferatur quòd ſunt alterius ſpeciei, ſiue quòd vtraque earum



earũ habet rationem alterius ſpeciei, & per hoc oportet ipſam per aliud determinari ad incommunicabilitatem, nõ ſequitur, ſicut nec in proprietatibus indiuidualibus in creaturis, licet non ſint eiuſdem rationis in aliquo, tamen nulla eſt entitas quidditatiua, & communis, ſed de ſe hæc. Quarta ratio etiam procedit ex falſa imaginatione, quòd iſtæ proprietates exprimuntur ab eſſentia, quaſi per originẽ, quod nõ fuit dictum, ſed ſicut aliqui cõcedunt, quòd relationes pullulant in eſſentia, ſi tamen hoc proprie dicatur, quaſi poſſet cõtra eos concedi, quòd iſtę proprietates abſolutæ, ſi ſint, pullulant in eſſentia, & licet quælibet ſit in eodem ſuppoſito cum illo ex quo pullulant, qa eſſentia eſt in omnib. perſonis. non tamen aliqua eſt in eadẽ perſona cum illa, a qua habetur per veram originem, nec repugnat vera originatio perſonæ habenti vnam, a perſona habente aliam, licet omnes iſtę non originentur, ſed aliquo modo pullulent in eſſentia, ſicut alij habent dicere, qui dicunt ſuppoſitum conſtitui per relationem, quòd filius pullulat a patre per originem. & tamen filiatio aliquo modo pullulat in eſſentia, ſiue ab eſſentia diuina. Quinta ratio videt̃ deficere, quia difficilius vr̃ ſuſtinere originẽ, ponendo extrema tantum eſſe relatiua formaliter, quàm ponendo ea eſſe abſoluta, nam ſi tm̃ ſint relatiua. nihil aliud erit perſonam originare perſonam, quàm relatiuum habere correlatiuum: ſed relatiuum poſitum ſine omni actione alia, videtur habere correlatiuum. ſi autem ponantur abſoluta non videtur tãta difficultas, quomodo vnum ſuppoſitum gignatur ab alio, cum in creaturis ſecundum eos ſint ſuppoſita abſoluta, & tamen non negatur originatio vnius ab alio. Cum arguitur tunc, ꝙ abſolutum præcedit relationẽ, & ita originationem.

Reſpõdeo. dictum fuit quòd originatio pertinet ad genus cauſæ efficientis, non formalis, & ſicut in creaturis terminus non habet eſſe originatione formaliter, ſed quaſi effectiue, nec ex hoc, quòd non eſt formaliter illo, ſequitur ꝙ præcedat illud, ita poſſet dici in propoſito, nec videtur maior difficultas de prioritate abſoluti, & reſpectiui in creaturis, quàm hic.

TENENDO opi. ſecundam, quæ eſt magis cõmunis, poteſt reſponderi ad rationes contra eam.

Ad primam conceditur, ꝙ relatio non refertur: ſed aliquid, quod non eſt tantum relatio refertur relatione. non quidem eſſentia refertur, ſed ſuppoſitũ, quia ſuppoſitum non eſt tantũ relatio, ſed tamen eſt relatiuũ, non abſolutũ. & ita cõcedit̃ tota deductio vſque ad vltimam conſequentiam, quæ negat̃, & ad eius probationẽ, qñ accipit̃ ꝙ oĩ cõpoſito oportet prius intelligere partes, & vnionẽ partium. Tenentes ꝙ relatio eſt in eſſentia, quaſi actus in ſuſceptiuo, oportet ꝙ dicant ꝙ in ipſa perſona, quæ eſt quaſi* totum, non oportet præintelligere informationem, quaſi partis a quaſi parte, per denominationem

a.l. tota:

nem antequam intelligatur totum. ſed ſi præintelligatͣ quaſi talis informatio, non tamen intelligitur quaſi per modū formæ denominantis. Sed melius videtur dicendum quod relatio non eſt quaſi forma, vel actus reſpectu eſſentiæ, ſicut tactum eſt diſtinctio 5. ſed magis videtur eſſentia eſſe quaſi forma, & actus, qua relatio ſubſiſtens eſt Deus, & hoc videtur probari ex hoc, quia quandocunque fundamentum eſt potentiale ad relationem, prius naturaliter informatur fundamentum relatione, quam ſuppoſitum. conceditur etiam ibi relatum eſſe aliquid formaliter ipſo fundamento, ſiue ſecundum ipſum fundamētum, ſicut conceditur ſortem eſſe ſimilem albedine, vel ſecundum albedinem: neutrum autem videtur eſſe dandū in propoſito, nec ꝙ paternitas prius inſit eſſentiæ, quàm patri, nec quod pater deitate, ſiue ſecundum deitatem ſit formaliter pater. quia hoc videtͣ Aug. 7. de tri. c. 5. & 9. negare dicendo, quo circa vt ſubſtantia patris ipſe pater, eſt non quo pater eſt, ſed quo eſt. ergo ſecundum ipſum alio eſt Deus, alio pater, ſed eſt Deus deitate formaliter. igitur non eſt pater deitate formaliter. ſed alio ſecundum Auguſti. Ideo aliter dici poteſt tenendo ſecundam opin. quòd ſi partes præexigantur toti, & vnio partiū, & quaſi partes, & quaſi vnio partium præexigantur quaſi toti, tamen vbi non eſt partialitas, nec quaſi, ſed perfecta identitas eorum, quæ aliàs eſſent partes, niſi alterum illorum eſſet infinitum non oportet præintelligi toti, vnionem taliū, ſed perfectam idētitatem vnius ad alterum: & ita videtur in propoſito, quòd patri qui dicitͣ primo referri præintelligitur aliquo modo perfecta identitas relationis ad eſſentiam, ſed non vnio quaſi formæ alicui quaſi materiæ, vel quaſi potentiali, nec tamen talis perfecta identitas eſt ratio propter quam eſſentia formaliter denominetur a relatione. Cum confirmatur ratio per hoc, quòd nihil eſt quantum primo & per ſe, niſi aliquid ſit quantum per ſe, & non primo, ſed denominatiue dicitur, quòd ſi quātitas poſſet eſſe eadē alicui, quod aliàs eſſet ſuſceptiuum eius, & ita eadem ꝙ non informaret illud, bene poſſet eſſe aliquid quantum primo, & tñ nihil quātum per informationem: nec hoc vr̄ mirabile, quia primum videtur poſſe ſeparari ab eo, quod eſt per ſe, & non primum, igitur poteſt aliquid poni primo relatum, licet nihil ſit relatum nō primo, ſed per ſe quaſi informatum relatione.

q. 4.

Idem prima q. quolibe.

Ad aliud quod arguitur iuxta hoc negatur illa propoſitio, quod refertur prius eſt aliquid a ſe. Ad primam probationem quæ accipitur ab Auguſti. Reſpondeo quod refertur eſt aliquid excepto relatiuo, hoc eſt includit aliquod abſolutum, quod eſt fundamentum relationis, & ideo ſi pater nihil eſt ad ſe, nec includit aliquid abſolutū, non erit pater ad aliud. ſed non intelligit Augu. quòd omne relatiuum eſt formaliter ad ſe, antequam ſit ad alterum per relationem. Ad ſecundam probationem, negatur pro

poſitio



poſitio quam nititur probare, ſ. quod illud quod refertur eſt prius relatione, ſiue quod idem eſt, quòd omnis relatio præſupponit illud quod refertur, hæc enim propoſitio falſa eſt in relationem conſtituente ſuppoſitum. & vera eſt in alijs. Cum probatur per diuiſionem, dico quod ſi debeat dari aliquod iſtorum trium membrorum diuiſionis, magis daretur quod relatio eſt prior, ſicut forma eſt prior ente per formam, nec ſequitur ſuppoſitum eſt quaſi poſterius relatione, igitur ipſum eſt relatio, ſed ſequitur. igitur eſt relatio, vel relatiuum conſtitutū ꝑ relationem. & ſic ſecundum eſt verum.

Ad ſecundum dico quòd ſicut quælibet forma ſeipſa eſt talis forma, nec eſt alia ratio intrinſeca quare eſt talis forma, ita etiam relatio aliqua ſeipſa eſt formaliter realis, & aliqua ſeipſa formaliter eſt tantum relatio rationis, tamen huius vel illius aliquando ſunt cauſę extrinſece effectiuæ, vel materiales, aliquando etiam aliqua cauſata, vel aliqua ſigna poſteriora ſunt, ex quibus poſſunt hæc inferri demonſtratione, qa dico tunc quòd identitas, quia identitas eſt relatio rōnis, nec eſt alia ratio formalis ꝑꝑ quid, paternitas etiam, quia paternitas eſt relatio realis, nec etiam eſt alia ratio formalis propter quid, tamen quia relatio realis eſt nata hr̄e cās extrinſecas cauſantes eam communiter loquēdo in creaturis, ſequitur ibi ꝙ relatio quæ nō habet tales cauſas, non eſt realis, ſicut ad deſtructionem cauſæ, ſequitur deſtructio cauſati. Similiter relatio aliqua realis, ſi non habet talem diſtinctionem cauſarum priorem, ſaltem cauſat diſtinctionem, & tunc ex remotione tam cauſæ, quam cauſati, quorum alterum correſpondet relationi reali, poteſt concludi aliquam relationem non eſſe realem, ita quod ſequitur hæc relatio non præexigit extrema diſtincta, nec facit ea eſſe diſtincta. igitur non eſt relatio realis, & vnde præmiſſæ ſunt veræ oportet quærere media ꝓbantia. Sed conſequentia eſt bona. ſicut ex deſtructione cauſę, ſequitur deſtructio cauſati. & ex remotione cauſati, ſequitur remotio cauſæ demonſtratione quia, aut ſaltem alterum eorum oportet concurrere ad relationem realem, ita quòd vbicunque vtrunque remouetur, ſequitͣ cōſequētia ꝑ extrinſeca. ſ. remotio relationis realis. Cum dicitur vlterius, ergo inferre relationem nō eſſe realem, quia non eſt inter extrema realiter diſtincta, eſt inferre, non eſt realis, quia non eſt realis. dico quòd non, quia licet non ſequatur, ideo non diſtingui extrema, quia non eſt relatio realis, quaſi arguendo a cauſa ad cauſatum, tamen ſequitur non diſtinguit. ergo non eſt realis, ſicut a cauſato ad cauſſam, & hoc addito iſto qd̄ non præexigit diſtincta extrema, quia tunc concurrunt ibi, & negatio cauſæ relationis realis, & negatio ſigni, ex quibus concurrentibus perfecte infertur negatio relationis realis.

Sed quandoque diſtinctione præcedente relationes reales. quandoque non, ſed tantum formaliter cauſata per ip-

ſas

ſas relationes, & hoc nõ tantũ eſt verum in diuinis, ſed ẽt in creaturis, & relationibus accidentalibus, voluntas enim mouet ſe, & mouetur a ſe, & nõ tantum eſt relatio realis voluntatis ad volitionem, ſed ẽt volũtatis, vt actiua eſt ad ſeipſam, vt paſſiua, & vniuerſaliter effectus dependens a principio actiuo & paſſiuo neceſſario requirit relationem realem. Et cum dicitur voluntas, quæ eſt fundamentũ iſtarũ relationum oppoſitarũ, mouentis & moti, etiã denominatur ab vtraque earũ. dico ꝙ oportet procedere ad inferendum concluſionem, quòd nec extrema ſunt diſtincta diſtinctione præcedente relationem. ſ. diſtinctione pertinente ad genus relationis, ſicut nec ſequitur. dicuntur de eodem. ergo non ſunt reales. i. non ſunt ex natura rei ſine actu intellectus. vnde bene poteſt concedi. ſi tamen illa ſint probata, ꝙ conſequentia eſt bona, ſed oportet vltimo deuenire ad hoc, *ꝑmiſſo eo, quod eſt de diſtinctione extremorum. ſtatim.n. ſequitur. ſi relatio non conſequitur ex natura rei, non eſt realis, oporteret exponere antecedens, quod extrema nec diſtinguunt diſtinctione præcedente relationem. Ad tertium dici poteſt, ꝙ beue abſolutum põt terminare relationem, & ſemper terminat in relationibus menſurati, & hoc principaliter ſoluitur diſtin. 30. quòd relationes creaturarũ terminãtur ad Deũ inquantum abſolutus eſt, vniuerſaliter loquendo non oportet concedere terminum relationis eſſe abſolutum, niſi in relationibus diffinibilibus, de quibus arguitur ibi. quæ ſcilicet ſunt in genere, quales non ſunt diuinæ, vel de termino formali. ſ. ratione cuius primus terminus terminat. non autem de primo termino. quemadmodum enim in relato fundamentum eſt abſolutum, ſed nõ ſemper illud quod refertur ſecundum iſtam opinionem, ita etiã illud quod eſt ratio terminandi relationem ſemper abſolutum eſt. & præexigitur a parte termini relatiui, ſicut fundamentum ex parte relati.

*a.l. præter miſſo.*

AD PRIMVM & ſecundum de ſecũda via ſimul dico. ꝙ patrem originare filium eſt patrem habere filium pro correlatiuo, non quocũque, ſed tali correlatiuo, & quia talis correlatio eſt relatio originis, ideo vnũ extremũ poteſt eſſe prius origine altero, licet ſint ſimul natura. Hæc reſpõſio ſimiliter ad ſecundum de prioritate ſuppoſiti ad actionem, ſicut declarabitur diſt. 28. Ad tertium dico, ꝙ falſa eſt illa propoſitio, ꝙ relatio non poteſt eſſe terminus formalis generationis, vel originis, ſiue actionis, vel mutationis, ſicut patebit in materia de incarnatione, & quicquid ſit de termino formali, ſaltem relatiuum poteſt eſſe terminus productus, ita quòd eſſentia quæ eſt ad ſe in relatiuo ſit per ſe formalis terminus. & hoc modo poſitum eſt in diſt. 5. in productione perſonæ. cum igitur dicit relatio nõ originatur niſi abſolutum originetur. ſi intelligas originari, ſicut primus terminus generationis, vel productionis, poſſet concedi de relatione, non de relatiuo. Si autem intelligas de originari, ſicut formalis terminus primus, poſſet ſimiliter concedi. & neutro modo eſt contra propoſitum, quia nec ponitur relationem primo originari, ſed ſuppoſitum, nec ponitur relationem eſſe terminum formalem productionis, ſed eſſentiam ſimpliciter abſolutam.

*lib. 3. diſtin. 1.*

*q. 1.*



Ad quartum dicitur, quòd eſt generatio, quia iſta relatio habet vim conſtituendi ſecundam perſonam, vel primam ſubſtantiam in natura diuina, ſaltem oportet dicere tenendo iſtam viam, quòd relatio iſta poteſt eſſe proprietas perſonalis ſubſiſtentis in natura diuina. ſicut ſi eſſet aliqua proprietas perſonalis abſoluta. & ita eius productio erit productio ſubſiſtentis in natura ſubſtantiæ, & ideo generatio: quia generatio eſt generatio ex formali termino, qui eſt natura communicata producto. non autem ex indiuiduali, ſiue incõmunicabili proprietate producti. ſicut vniuerſaliter omnis motus recipit ſpeciem a formali termino motus.

Ad quintum videtur eis difficile reſpondere, qui dicunt perſonas eſſe relatiuas, & cum hoc relationes eſſe principia agendi, quia tunc nec ex parte agentis, nec ex parte principij agendi poteſt eſſe libertas, ſed licet teneatur opin. ſecunda quantum ad primum dictum, ſecundum tamen negaui diſt. 7.

*5. Phy. t. c. 4.*

AD PRIMVM tertiæ viæ, dico, quòd paternitas eſt de ſe formaliter incommunicabilis, non tamen iſte conceptus, qui ſecũdum dicta aliàs, poteſt abſtrahi a paternitate diuina, & creata. Sed iſta realitas, quæ eſt in diuinis, quæ non eſt formaliter eſſentia, ipſa eſt formaliter incommunicabilis, & non quaſi per determinationem extrinſecam. puta quia diuina. ratio enim incommunicabilitatis eius eſt iſta, quia ſicut eſſentia eſt actus vltimus, & ideo non poteſt per aliquid determinari, reſpectu cuius ſit ipſa quaſi potentiale. ita quicquid eſt in ea eſt vltimum in vltima actualitate ſibi poſſibili. ita quod in illo inſtanti naturæ, in quo ſapientia pullulat in eſſentia, ipſa pullulat ſecundum vltimam determinationem, quam poteſt habere. vnde & iſta realitas, quæ eſt ſapientia formaliter eſt non determinabilis, & ſimiliter quicquid poteſt eſſe incommunicabile in primo inſtanti naturæ, in quo pullulat in natura, pullulat vt incommunicabile, & nõ prius vt communicabile, quia tunc eſſet determinabile per aliquod, per quod fieret incommunicabile. Et ſi dicas quòd tunc paternitas non eſt incommunicabilis, niſi quia eſt in eſſentia diuina. hæc enim realitas non habet, vt ex ſe ſit vltimate determinata, niſi quia eſt in eſſentia diuina, Dico, ꝙ quaſi originaliter, vel fundamentaliter quicquid eſt intrinſecum in diuinis eſt ab eſſentia, quia ſecundum Dam. lib. 1. c. *12. eſt pelagus quoddam infinitæ ſubſtantiæ, ſed tamen illa alia habent formaliter rationes ſuas, & ſeipſis ſunt primo talia formaliter. ita ꝙ ſapiẽtia, licet ab eſſentia quaſi fundamentaliter, & originaliter habeat, ꝙ ſit

*a.l.c.9. Idem 1. q. quol.*

*Doctrina ſingularis.*

ſit perfectio ſimpliciter. eſt tñ formaliter ꝑfectio ſimpliciter, & in ſe formaliter infinita, ita & in eodē inſtāti naturę in quo ſapientia iam actu eſt in eſſentia, ſi circūſcribatur per impoſſibile ipſa eſſentia, & remaneat intellectus ſapientiæ. erit intellectus perfectionis ſimpliciter infinitæ: Ita in illo inſtāti naturæ in quo intelligitur paternitas in eſſentia ipſa, ſeipſa eſt incommunicabilis formaliter, circunſcripta tunc per impoſſibile ipſa eſſentia, nec videtur eſſe cōtradictio ꝙ aliquid quaſi originaliter vel cauſaliter habeat ab aliquo hoc, quod ſibi conuenit formaliter. ſicut calidū formaliter contrariatur frigido, licet cauſaliter ſit ab igne, cui ignis non contrariatur formaliter. ita eſt in alijs, ꝙ illa entitas, qua cōſtituitur aliquid in eſſe ſpecifico ex ſe formaliter, eſt indiuiſibilis in plures ſpecies, et dato per impoſſibile ꝙ eſſet in cauſata, licet nō iſtā indiuiſionem habeat cauſaliter vnde eſt cauſaliter. Et ſi obijcias quare aliqua entitas originatur in eſſentia communicabilis, & aliqua incommunicabilis? Rñdeo, ꝙ huius non eſt ratio formalis alia, niſi qa hæc entitas eſt hæc, & illa entitas eſt illa, & hęc entitas, quia hęc communicabilis. & illa quia illa eſt incommunicabilis, ita ꝙ iſta originari non poſſet, niſi incommunicabilis formaliter oriretur, nec illa niſi formaliter communicabilis oriretur. Ratio autem iſtius extrinſeca quaſi fundamentalis, vel originalis eſt, quia eſſentia eſt radicaliter infinita, ex qua oriri poſſunt intrinſecæ non tantum perfectiones ſimpliciter, & communicabiles, ſed etiam proprietates perſonales incommunicabiles, quęlibet tamen quando originatur, originatur in ſumma determinatione ſibi poſſibili. Et ꝑ hoc patet ad omnes alias probationes, quę oſtēdunt paternitatem ex ſe non eſſe incommunicabilem. cum.n. dicis, ꝙ nō eſt de.ſe hæc. falſum eſt, intelligendo formaliter de realitate illa, quæ eſt paternitas, non de conceptu communi huic paternitati, & illi. quia ſicut expoſitum eſt diſt. 8. & diſtin. 32. poteſt eſſe conceptus aliquis communis abſque ordine realitatū, intra quarum vna ſit contractiua vel determinatiua alterius. paternitas tamē hic. i. illa realitas nō eſt de ſe hæc fundamentaliter, ſed ab eſſentia. & ab ipſa eadem eſſentia eſt paternitas incommunicabilis, quia non prius hic, & quaſi incōmunicabilis, & poſtea quaſi facta ī communicabilis per aliud determinans, ſed ſine omni ordine ſingularitatis ad incommunicabilitatem, in iſta realitate oritur realitas ſumme determinata in primo inſtanti naturæ in quo oritur. Nec illa propoſitio eſt vera, ꝙ omnis aliquis eſt communicabilis, ſed tantū quiditas, quæ eſt perfectio ſimpliciter, aut diuiſibilis. prima. n. communicatur in vnitate naturæ, ſecunda communicatur cū ſui diuiſione. hæc quiditas non eſt perfectio ſimpliciter, nec diuiſibilis, quia eſt in natura perfecta ſimpliciter. Nec illa propoſitio eſt vera, ꝙ relationes oppoſitæ ſunt æque incommunicabiles ex ſe. immo ſpiratio actiua oritur communicabilis duobus, nec vnquam poteſt fieri in com-



communicabilis per aliquod determinans. ſpiratio autem paſſiua ex ſe formaliter in eodem inſtanti, in quo eſt in diuinis, eſt incommunicabilis.

*a. l. dicis.* Quod etiam * dicit ad quintam probationem, ꝙ quacunque poſitione facta poſſibili, vel impoſſibili ſtante ratione ſua, ipſum remanet incommunicabile. Concedo ſtante ratione eius, & non poſito aliquo repugnante rationi ſuæ, ꝙ ſi ponatur rationem eius manere, & aliquid repugnare, tunc ex oppoſitis in antecedente ſequūtur oppoſita, ſcilicet ꝙ ipſum ſit incommunicabile ex ſe formaliter, & poſſit communicari. & ita in propoſito, ſi ponatur ſpirationem præcedere generationem actiuam, ponitur aliquid incompoſſibile paternitati patris, & tamen rationem paternitatis manere. & ita ſequitur paternitatem eſſe communicabilem ex primo. & tamen incommunicabilem ex ſecundo. vnde formaliter contradictio eſt generationem eſſe ſecundam productionē in diuinis: paternitas igitur in diuinis, quia diuina eſt incommunicabilis. ita ꝙ ly quia ſit circunſtantia principij originalis, ſiue fundamentalis. non autem contrahentis, ſiue determinātis. eo modo quo cōtrahitur album, cum dicitur homo albus, vel albedo humana. hæc enim albedo præintelligitur in ſe exiſtens, & vt ſic eſſet indeterminata, & determinabilis, vt ſit hominis: & ad hoc determinatur cum dicitur albedo humana. non autem quòd albedo oriatur ex natura hominis, & in illo inſtanti ipſa de ſe ſit determinati. ita per oppoſitum in ꝓpoſito. quia ſicut cauſa non cauſaret effectum, niſi daret ſibi eſſe conueniens effectui, nec produceret iſtum effectum, niſi produceret aliquid, quod natum eſſet habere talem effectum, puta nulla cauſa cauſaret triangulum formaliter, niſi produceret aliquid quod neceſſario haberet tres &c. & ſi poſſet producere aliquid qđ non neceſſario haberet tres, nō produceret iſtum effectum, ſed alium. Nec eſt alia ratio huius niſi quia formalis ratio trianguli, eſt vt ſit triangulus. ita dico quòd deitas non eſſet ratio fundamentalis alicuius realitatis intrinſecæ. niſi ipſa oriretur talis, vt in primo inſtanti. in quo eſt, ſit determinata vltima determinatione. ſi igitur produceret aliquid determinabile per aliquam realitatem, quaſi ſibi aduenientem, iam productio non eſſet ab * intrinſeco in diuinis: ſi etiam produceret aliquid communicabile, non produceret proprietatem perſonalem, ſed aliquid aliquo modo aliud ab illa. *a. l. ad intrinſecū.*

Ad aliud dico, quòd licet aliquis conceptus communis poſſit haberi, qui dicatur in quid de generatione diuina, & ſpiratione diuina, immo forte, qui dicatur in quid de paternitate diuina, & creata, tamen nulla realitas poteſt eſſe in diuinis aliquo modo diſtincta ex parte rei, a qua ſumatur iſte cōceptus dictus in quid, quæ realitas ſit determinabilis per aliam realitatem, ſicut conceptus communis eſt determinabilis in intellectu per alium cōceptum. & impoſſibilitas huius, & ratio ſatis tacta eſt. dico

*S. ſupra diſt. 1 & 3 2. & alibi.* co igitur ꝙ paternitas & filiatio nō ſunt duo primo diuerſa, quātum ad intellectum, quin poſſit intellectus abſtrahere ab eis aliquem conceptum realem communem, ſed ſunt primo diuerſa quantū ad realitatem & realitatem, ita ꝙ nullum vnū gradum realitatis includunt, qui ſit quaſi potentialis, & determinabilis per proprias differētias, vel quaſi per proprias. ſicut albedo & nigredo includunt realitatem aliquam eiuſdem rationis determinabilem per proprias differentias ſpecificas earum, ſiue realitates a quibus ſumuntur earum differentiæ ſpecificæ, & tūc illa propoſitio maior, ꝙ primo diſtinctiua ſunt primo diuerſa, tātum debet intelligi de ipſis realitatibus quæ primo cōſtituunt quantum ad non conuenientiam in aliqua realitate vna formali, quam formaliter includant ambo. Ad aliud de ſuppōſito per accidēs, dicendum ꝙ alio modo de per accidēs loquitur Metaphyſicus & aliter Logicus. Metaphyſicus enim dicit eſſe ens per accidēs, quod includit in ſe res duorum, generum, ſicut patet. 5. Met.c. *1.c 7. 3. 1.com.14.* de ente, & vno. logicus vero dicit propoſitionem eſſe per accidens, cuius ſubiectum non includit rationem inhærentię prędicati. & ſi ex duobus talibus fiat vnus conceptus, quorū neuter eſt per ſe determinatiuus alterius, dicit illum conceptū eſſe vnum conceptū per accidēs. *Doctrina philoſophi 1.poſ. t.c. 4. & 30. & 35.* Exemplum non eſt in creaturis de conceptu vno per accidēs logico, niſi cui correſpōdet vnū per accidens metaphyſicū, quia & ſi hæc ſit per accidens. rationale eſt animal, tamen iūgendo vnū conceptum alteri, vnus eſt per ſe determinatiuus alterius, & ideo totus cōceptus nō eſt vnus per accidens, ſed tantū aliquis aggregans cōceptus duorum generum eſt vnus per accidens; & ei ſemper correſpondet vnū per accidens apud metaphyſicum. Ad propoſitū. hæc poteſt concedi per accidens, paternitas eſt deitas. quia ſubiectum vt ſubijcitur non includit rationem inhærentię prædicati, vt prædicati, quia ſubiectū non eſt formaliter prædicatum iungēdo etiam conceptū ſubiecti cōceptui p̄dicati, ſicut Deus pater vnus conceptus non per ſe determinat alterum, quia ſecundū Dam. proprietates determinant hypoſtaſes non naturā. iſte igitur conceptus nō eſt in ſe & per ſe vnus, & ita non dicit conceptum per ſe ſuppoſiti reſpectu alicuius: quod enim nō eſt in ſe & per ſe vnum, nō eſt alicuius per ſe ſuppoſitum, & ſicut nec in rebus, ſic nec in cōceptibus. ſic igitur logice loquēdo poſſet concedi, ꝙ pater non eſt per ſe ſuppoſitū Dei. Sed cōtra hoc arguo, quia prima identitas non poteſt eſſe per accidēs & ſicut nec in rebus, ſic nec in conceptibus. prima autem identitas in prædicatione videtur eſſe per ſe naturæ ad ſuum ſuppoſitum, igitur illa non eſt per accidens, ſed per ſe. Reſpondeo, *2. phy. t. c.66.* prima idētitas prædicationis eſt cuiuſcunque ad ſe, vt homo eſt homo, Deus eſt Deus. ſed cōparando hunc Deum ad ſuppoſitum, & quærendo identitatem *1. top.t.7.* dico ꝙ realiter loquendo ſecundum metaphyſicum, cum hic non ſint genera, nec aliquid alicuius generis ex diſtin.8. nihil

erit



erit hic ens per accidens. nec ſequitur eſt ſuppoſitum per accidens logice. ergo eſt ſuppoſitū per accidens metaphyſicæ, quia eſſe ſuppoſitum logice dicit habitudinem alicuius, vt ſubiecti ad aliquid vt ad prædicatum, & ita poteſt dici ſuppoſitum per accidens propter accidentalitatem ex parte inhærentiæ, non extremorum. Et ſi obijcitur ꝙ hic cōceditur eſſe res quaſi duorum generum. ſ. ſubſtantiæ & accidentis, vel relationis. Reſpōdeo, propria ratio rerum quantum ad genera, vel quaſi genera, non facit totum eſſe ens per accidēs, ſed habitudo rei ad rē, puta non identitas ſimpliciter. nunc autem quamquàm propria ratio relationis quę manet ibi, non includat formaliter rationem eſſentię, tamen vnum in re ueriſſime eſt idem alij, ꝓpter quam identitatem non eſt habitudo realitatis ad realitatem, qualis requiritur eorum quę cōſtituunt ens per accidēs. Si obijciatur contra primum membrū, cum in creaturis poſſit eſſe per ſe ſuppoſitum naturæ, quare non hic? Poſſet dici ꝙ abſolutum imperfectum poteſt eſſe incommunicabile, & vniuerſaliter aliquid contrahens p̱ ſe in aliquo genere pōt eē incōmunicabile, ſicut aliquid cōmunicabile: & ita in quocūq; creato, quod pertinet ad genus aliquod poteſt eſſe aliquid illius generis conſtituens incommunicabile, ſimpliciter autem perfectum non poteſt eſſe incommunicabile, neque aliquid eiuſdem rationis, quale ſecundum iſtam viam eſt omne abſolutū in diuinis. & ideo nihil quaſi eiuſdem generis cum eſſentia poteſt conſtituere ſuppoſitum ibi, ſed tantum aliquid quod ſit quaſi alterius generis. Exemplum, ſi q̄dlibet de genere ſubſtantiæ vſque ad vltimum incluſiue, quo cōſtituitur hęc ſubſtantia, eſſet perfectio ſimpliciter, & per conſequens communicabile, non poſſet hæc ſubſtātia vlterius per aliquid contrahi in ſe, quia quod eſt hoc, non eſt vlterius determinabile in ſe, ſi tñ poſſet aliq̄d de genere qualitatis, vel quantitatis conſtituere in hac ſubſtantia aliq̄d incommunicabile, puta quia quantitas vel qualitas nō eſſet perfectio ſimpliciter, tunc illud conſtitutū ex ſubſtantia & quātitate, neceſſario eſſet ſuppoſitum per accidens, & etiam eſſet ens per accidens, ſi vna illarum realitatum non eſſet perfecte eandem alteri: ita ponitur in ꝓpoſito ꝙ eſſentia eſt perfectio ſimpliciter, & quicquid eſt eiuſdem rationis cum eſſentia, quicquid. ſ. eſt ad ſe, & ideo quodlibet tale eſt communicabile, & de ſe hoc, & ex hoc vltra illud quod eſt de ſe hoc, non poteſt contrahi vlterius, ſed tamē poteſt in eo quod eſt hoc cōſtitui aliquod incommunicabile per aliquid, quod non eſt perfectio ſimpliciter, & ideo nec eiuſdē generis cum eſſentia, ſed quaſi alterius. Per iſtud poteſt dici ad aliam confirmationem, qua infertur, ꝙ verior eſſet identitas ſubſtantiæ creatæ ad ſuum ſuppoſitum, quā naturæ diuinæ ad ſuum, hoc non ſequitur, ſi intelligatur ex parte rei, quia licet entitas indiuidualis in creaturis per ſe determinet naturā, & faciat per ſe vnum cum ea. tamen illud vnum eſt compoſitū

aliqua

aliqua compoſitione etiam rea
li. relatio autem licet non per
ſe determinet naturam diuinã,
tamen ita vere eſt idem ei, ꝙ
nulla ſit ibi compoſitio. & ideo
realiter ſiue metaphyſicè loquẽ
do multo eſt verior idẽtitas ſup
poſiti diuini, & in ſe, & ad natu
ram, q̃ ſuppoſiti creati in ſe, vel
ad ſuam naturam. logicè tamẽ
loquendo bene poteſt concedi,
ꝙ ſubſtantia creata formaliter
dicitur de ſuo ſuppoſito, quia ꝑ
ſe primo modo: non ſic Deus de
patre, quia pater non habet ita
per ſe vnum conceptum in in-
tellectu ſicut ſortes. Si inferas,
igitur prædicatio hæc verior eſt
q̃ illa: negari poteſt conſequen
tia, quia aliqua prædicatio non
formalis, vel non per ſe, poteſt
eſſe verior q̃ illa formalis, & ꝑ
ſe, ſiquidem maior eſt identitas
extremorum in re in quorum
conceptu eſt minus formalis in
cluſio, vel inhærentia. Ad vlti-
mam confirmationem, poteſt
concedi ꝙ logice loquendo neu
trius quiditatis eſt ꝑ ſe ſuppoſi-
tum. realiter autem eſt ſuppo-
ſitum naturæ nõ relationis, q̃a
relatio eſt ibi proprietas incom
municabilis, natura non, ſimili
ter relatio tranſit in eſſentiam,
non econuerſo propter infinita
tem eſſentiæ.

Ad quartũ dicitur ꝙ prima
ſubſtantia in creaturis aliquid
habet perfectionis .ſ. vltimam
vnitatem, ideo eſt indiuiſibilis.
& hoc cõſequitur vltimã actua
litatem propter quam compe-
tit ſibi per ſe eſſe, & duo oppo-
ſita his conueniunt ſubſtantiæ
ſecundæ, quæ eſt diuiſibilis &
non habet eſſe niſi prima ſub-
ſtantia. iſtas conditiones primę
ſubſtantiæ habet eſſentia diui-
na ex ſe, & non per relationem
formaliter: eſt enim de ſe hic. &
ex ſe ſubſiſtit. i. per ſe eſt vel ſal
tem eſt totaliter ratio ſubſiſten
di, ideo ſecundum Aug. 7. de tri
ni. c. 4. pater non eo eſt, quo eſt
pater, ſed quo eſt Deꝰ. vltra hoc
prima ſubſtãtia creata, quia eſt
limitata non habet communi-
cabilitatem, quia idem nume-
ro limitatum non eſt communi
cabile. hæc ꝓprietas primæ ſub
ſtantiæ non conuenit eſſentiæ
diuinæ. Per hoc patet ad primũ,
ibi tactum, quia concedo ꝙ pri
ma ſubſtãtia in diuinis quo ad
hoc quod eſt maxime eſſe ſub-
ſtantiam, & per ſe ſubſiſtere nõ
conſtituitur formaliter relatio-
ne, ſed deitate. Similiter ad ſe-
cũdum, ꝙ prima ſubſtantia nõ
includit non ſubſtantiam, verũ
eſt propter conditiones perfe-
ctionis conuenientes ei. & ideo
vbicunque ſaluantur iſtæ condi
tiones non erunt per non ſub-
ſtantiam, ſed in qua natura nõ
poteſt eſſe per ſubſtantiam illa
conditio quę eſt imperfectionis
in prima ſubſtantia creata. ſ.
incommunicabilitas ſicut poni
tur in Deo. vbi quodlibet ad ſe
ponitur ſimpliciter perfectum
& ita communicabile, ibi verũ
eſt primam ſubſtantiam quan-
tum ad illam conditionem ha-
bendam includere non ſubſtan
tiam. Ad tertium ibi tactum,
reſpondeo, ꝙ paternitas, & hic
paternitas incommunicabilis
quicquid ſit de iſtis in conce-
ptu in re, tamen omnino ſunt
idem ita ꝙ nulla eſt ibi diſtin-
ctio realis nec formalis, & ideo
res illa in primo inſtãti in quo
eſt, ſiue pullulat in eſſentia, eſt
ibi ſub ratione vltimæ deter-
minationis ſibi poſſibilis, alio-
quin



quin in illo inſtanti eſſet poten
tialis ad determinationẽ. quia
igitur relationi non repugnat
determinatio ad incommuni-
cabilitatem, ideo ipſa non tan-
tũ eſt quiditas, & hic. ſed incõi-
cabilis. & ideo prius non eſt in
re hic, q̃ incõicabilis. Sed deitas
eſt cõmunicabilis, ita ꝙ repu-
gnat ſibi per aliquid quaſi ſui
generis ſecundum iſtã opinio-
nem eſſe incõicabilem. Nego
igitur conſequentiã, in relatio-
ne eſt quiditas & hæc eſt incõ-
municabilis inquantum eſt re-
latio, igitur hæc poſſunt inueni
ri in eo quod eſt ad ſe, quia vlti
mum repugnat cuilibet ad ſe
in Deo ſecundũ iſtam opi. non
relationi, & ideo ſtatim relatio
habet eã. Ad quartũ ibi tactũ,
dico ꝙ per ſe eſſe cõuenit huic
eſſentię vel Deo. vnde Deus, ſed
non poſſe eſſe quo formaliter
aliquid per ſe ſit. hoc conuenit
naturæ creatæ ex limitatione
ꝓpter quã eſt incommunicabi
lis & vt quod, & vt quo, de qua
duplici incõicabilitate dictum
eſt diſt. 23. verum eſt igitur ꝙ
ſubſtantia creata hẽt per ſe eſſe
nõ aũt accidens. & hoc cõpetit
ſubſtantiæ ex perfectione, ſed
qđ nõ poſſit illud per ſe eſſe cõ
municare alicui in quo ſit, hoc
eſt limitationis. Hic igitur con
cedo eſſentiam determinari ex
ſe ad per ſe eſſe. ſiue vt quod, ſi-
ue vt quo, ſed tamen cum hoc
eſſe communicabilem perſonæ
relatiuę, vt quo ipſa perſona re
latiua habeat idem per ſe eſſe.

AD ILLA de quarta via
reſpondetur. Ad primum de
Aug. reſponſum eſt ſupra. poſt
reſponſionẽ primi argumẽti cõ
tra ſecundam opin. Ad ſecun-
dam auctoritatem eius reſpon
deo: Aug. ibi in 7. a principio
capituli quarti inquirit. quo-
modo eſt dictum vna eſſentia,
& a græcis tres ſubſtantiæ, a la-
tinis aũt tres perſonæ, & in illa
litera, quæ adducitur, quæ acci
pitur ex cap. 4. Quòd ſubſtantia
eſt ad ſe, & ꝙ non proprie di-
cuntur tres ſubſtãtiæ, quia ſub-
ſtantia, ſicut conceditur in diui
nis eſt ad ſe, & ideo eadem eſt
eſſentia, & ſubſtantia. & ita in-
quit nõ dicendæ ſunt tres ſub-
ſtantiæ, vt non dicantur tres eſ-
ſentiæ. Non igitur intendit ip-
ſe, ꝙ ſubſtantia, ſicut accipiunt
Græci. ſ. ꝓ perſona, ſit ad ſe, ſed
ꝙ ipſi nõ proprie concedũt tres
ſubſtantias, ſed tantũ propter
neceſſitatem loquendi. vnde. c.
eodẽ videtur præferre modum
loquendi latinorũ, ꝙ ſunt tres
perſonæ, ſed & illud probat cõ
ſequenter non eſſe proprium,
oſtendens perſonam ſimplici-
ter dici ad ſe ſecundum eſſen-
tiam finalem. ergo concluſio-
nem eius de hac materia acci-
pe. cap. 6. volumus inquit, vel
vnum aliquod vocabulum ſer-
uire huic ſignificationi, quia
intelligitur trinitas, ne omni-
no taceremus interrogãti quid
tres, dicendo igitur ſiue tres per
ſonas a latinis, ſiue a græcis
tres ſubſtantias. diceret Aug.
improprie dici, & tantum pro-
pter neceſſitatem loquendi,
non igitur ex eius intentione
habetur, quòd aliquid ſigni-
ficans ſubſiſtens incommuni-
cabile in diuinis ſit ad ſe, ſed
tantum quòd illa nomina,
quæ ab aliquibus accõmodata
ſunt ad exprimendum tale in-
cõmunicabile ſunt ſecundũ ſe
nomina abſoluta. imo mere ab
ſoluta, ita ꝙ ſunt eſſentialia,

oporteret .n. primũ habere ab ipſo, ad hoc, ꝙ haberet propoſitũ in iſta quæſtione pro tertia opi. quæ ponit in re hoc ſubſiſtẽs incõmunicabile eſſe ad ſe, & non tantũ poſſe exprimi aliquo nomine eſſentiali accõmodato ex vſu, vel neceſſitate loquendi, & per hoc ad omnia q̃ adducuntur de Augu. Ad tertium de Ricar. & Boe. dico, ꝙ ſicut ab aliquo abſoluto, & reſpectiuo loquendo quiditatiue poteſt abſtrahi aliquod cõmune quiditatiue. ita etiam ab ĩcommunicabili tali, & tali abſtrahitur aliquod cõe, quod nec eſt de ſe incõmunicabile abſolutum, nec incõmunicabile relatiuũ. tale quid deſcribit Ricar. & Boe. hoc addito, ꝙ illud ſit in natura intellectuali, ita ꝙ ſicut deſcriptio ſuperioris non debet includere propriam rationem alicuius inferioris, ita deſcriptio perſonæ quæ ſit incõmunicabilis in natura intellectuali, nõ debet includere aliquid ꝓprie pertinens ad incõmunicabile abſolutũ, nec proprie ad incõicabile relatiuũ, ſed debet eſſe indifferẽs ad vtrũq;, & ita deſcribit vterq; perſonã. concedo igitur ꝙ nec in diffinitione perſonę aſſignata a Ricar. nec a Boe. ponitur aliquod relatiuũ. & ita dico, ꝙ nec ponit̃ vnde diffinitũ exprimatur eſſe abſolutũ, ſed eſt differens ad vtrunque, ita ꝙ ſicut in aliqua natura nõ inuenitur ratio illa in cõi aſſignata, niſi in abſoluto & in rõne abſoluti, ſicut in creatura, ita etiã in natura diuina nõ inuenit̃ niſi in relatiuo.

AD ARGVMENTA principalia. Ad primum patet, quõ perſonæ nõ differunt ſpecie, neque enim productio perſonæ a perſona eſt ęquiuoca, vt tactũ eſt de hoc di. 7. Ad ſecundum dicitur ſecundum tenentes ſecundam opi. ꝙ relationes cões non primo modo pullulãt in eſſentia. ſed prius pullulant in eo relationes originis. & iõ primæ conſtituũt, & nõ alię, qa quaſi adueniunt perſonis conſtitutis. Tamen non videtur hoc poſſe ſtare, ſed oppoſitum, quia magnitudo magis pertinet ad eſſentiam, vt intelligitur abſtracta a perſonis, quam actio, vel paſſio, quæ non eſt niſi ſuppoſiti, ergo relationes cõſequentes magnitudinem, cuiuſmodi eſt relatio æqualitatis magis poſſunt intelligi in eſſentia, vt eſſentia videtur abſtracta a perſona, quàm relationes originis. Conſimiliter poteſt argui in propoſito de ſimilitudine, quæ conſequitur eſſentiam. vt habet rationem formę in qua ſuppoſita aſſimilantur. ergo non prius pullulant iſtæ q̃ illæ, ꝙ ſi relationes communes æque primo vel prius pullulãt, & iſtæ poſſunt cõſtituere vt ꝓbat ratio, ergo conſtituunt: non eſt .n. ibi poſſibilitas ad aliqd, quod non eſt in actu, nec forma aliqua poteſt ibi conſtituere perſonam, niſi actu conſtituat, ſi illa forma actu eſt, vt videtur, ſicut nec forma aliqua poteſt actu conſtituere aliquid in ſpecie, quin ipſa ſi ſit, & nõ habeat imperfectum eſſe conſtituat aliquid in ſpecie. Ad iſtud poteſt dici ꝙ ſicut qualibet eſſentia creata, licet ipſa ſit quiditas & quanta, ita ꝙ ſemper eſt in certo gradu perfectionis, & qualitatis eſſentialis, ſicut tangetur diſt. 31. prius tamen

*Vt inquit Ariſt. 3. phy. tx.*

men



*Al. quanta vel qualis.*

*Doctrina ſingularis*

men eſt * quiditas quàm quanta. vel qualis, & ĩde prius eſt in indiuiduo ratio identitatis ad aliud indiuiduũ quàm æqualitatis & ſimilitudinis, ita etiam eſt prius ſuppoſito ratio agendi ſi eſt forma actiua, quàm ratio æqualitatis, vel ſimilitudinis, non enim poſterius conſequit̃ ipſum ratio actiui, q̃ eſſe rationem identitatis. In diuinis ergo cum cõmunicare ſit actio, cuius formale principiũ eſt eſſentia, vt quid, quodãmodo prius in ea erunt relationes pertinentes ad cõmunicationem q̃ aliæ æqualitatis vel ſimilitudinis, quæ fundantur in ipſa ratione quantitatis virtualis, & qualitatis eſſentialis. Per hoc ad argumentum dico, ꝙ nec actio, nec æqualitas poteſt intelligi in eadem natura ad intra, niſi ſint ſuppoſitorum, vt relatiuorum, tamen erunt naturæ, vt fundamenti. & prius eſt eorũ actio, quã æqualitas, ſicut ipſa actio prius cõſequit̃ fundamentũ, rõne cuius eſt ſuppoſitorum, quã æqualitas conſequat̃. Contra. hæc reſponſio videt̃ ſupponere eſſentiã mere, vt eſt quid, eſſe rõnẽ cõicandi in diuinis, cuius oppoſitũ determinatũ eſt diſt. 13. Reſpõdeo. eſſentia, vt quid, eſt * ratio cõicandi eſſentiã. nec ſolum hoc, ſed cũ hoc eſſentia vt eſt intellectus, & vt eſt volũtas, eſt principiũ ꝓductiuũ perſonæ, & cõicatiuũ eſſentiæ, ſicut dictũ eſt ibi, & di. 2. huius primi. Nunc aũt ſicut eſſentia intelligit̃ prius rõ cõicãdi ſe, q̃ intelligit̃ eſſe quãta, vel qualis, ita etiam intelligitur rõ opandi prius, q̃ quanta, vel qualis, non. n. poſterius cõuenit eſſentiæ eſſe principiũ operatiuum reſpectu operationũ propriarũ tali naturę, quàm ſibi cõueniat eſſe prĩcipiũ actiuũ. & hoc ſiue ꝓductiuũ reſpectu ꝓducibiliũ in illa natura, ſiue cõicatiuum ipſius naturæ: eſſentia autem diuina eſt principiũ operationũ propriarũ tali naturæ inquãtũ natura eſt intellectus & voluntas, quia intelligere & velle sũt propriæ operationes illius naturę. ideo prius eſt eſſẽtia, non tãtũ eſſentia, ſed etiam intellectus, & voluntas quàm ſit quãta, vel qualis. quamuis igitur productio non conueniat ſoli eſſentiæ, vt eſſentia eſt, tanquã principio productiuo, ſed etiã intellectui & voluntati tanquã principio productiuo cũ eſſentia, inquantum eſſentia, adhuc ſtat ꝙ relatio producentis & ꝓducti prius pullulat in eſſentia quàm relatio æqualitatis vel ſimilitudinis. Cõtra. ex iſta reſpõſione videtur ſequi, ꝙ intellectus & voluntas non ſunt attributa, quia attributum quaſi perficit in eſſe ſecundo aliquid quaſi præſuppoſitũ in eſſe primo. ergo nihil quod pertinet ad eſſentiam prius q̃ intelligat̃ quãta, vel qualis eſt attributũ: ſimiliter ex hoc videtur ꝙ intellectus & voluntas non diſtinguantur ibi ex natura rei, conſequens eſt contra dicta diſt. 13. conſequẽtia probat̃, quia illud qđ in Deo pręcedit rationẽ quãtitatis & qualitatis, eſt tm̃ qd, quid autem vt quid non diſtinguitur in Deo ex natura rei. qa tũc nõ eſſet quid eius ſimplex. Ad iſta, ad primũ dico, & ſi in ſubſtãtia creata potẽtia, ſiue illud qđ eſt prĩcipiũ proprię operationis conuenientis tali naturę, non eſt aliquid pertinens ad

*id eſt principiũ q.*

genus qualitatis, ſed vel eſt mere ipſa ſubſtantia cui competit operatio, vel eſt aliqua ꝑfectio identice contenta in ſubſtantia, & hoc pertinens ad ipſam ſubſtantiam, vt ſubſtantia eſt: non autem quaſi quędam qualitas circumſtans ipſam ſubſtātiam, quomodo eſſet ponendū de potentiis animæ, ponendo aliquam diſtinctionem realem inter ipſas, & tñ ipſas non eſſe accidentia, multo magis eſſentia diuina, circumſcripto omni eo, ꝙ eſt quaſi qualitas habet in ſe, vt eſſentia eſt, illa quę sūt principia ꝓprie operationis cōuenientis Deo, hmōi ſunt intelligere, & velle. Concedo igitur ꝙ proprie vocando attributa illa ſola, quę quaſi qualitatis ꝑficiunt in eſſe ſecundo rē přeſuppoſitā ī perfecto eſſe primo ſcilicet quātum ad omnem perfectionem, quę conuenit rei, vt eſt ſubſtantia. hoc modo intellectus & voluntas nō ſunt attributa, immo ſunt quędam perfectiones intrinſecæ in eſſentia. vt præintelligitur omni quātitati, & quaſi qualitati. Iſtud declaratur, quia ſicut aliquibus conceditur, ꝙ vita, vel viuere non ſit attributum, quia dicit tale eſſe non talitate quaſi accidentali, ſed quaſi per ſe contrahente rē: ſicut hō eſt animal tale, quia eſt* rationabile. eodem modo cū intellectus ſit quędam vita, & voluntas quædam vita, non erūt proprie attributa. Vel aliter declaratur & melius. qa hæc eſſentia, vt hæc eſſentia prędecedens omnem quaſi qualitatem, eſt intellectualis, & volitiua eſſentia, ita ꝙ ſicut rationalitas non eſt attributum hoī, ſic nec intellectualitas huic eſſentiæ. Iſtud patet per ſimile de infinito, quod alias negaui eſſe proprium atttributum, qa dicit modum intrinſecum cuiuſlibet in Deo, tam ſubſtantię q̄ cuiuſlibet attributi, ita intellectualitas dicit modum intrinſecum huius eſſentiæ. proprie autem attributa ſunt ſapientia, & charitas, & alio modo tranſcendentia, puta veritas, & bonitas. Ad ſecundum dico, quòd quid Dei ſimplex, non eſt punctualiter ſimplex: quaſi vnicam ſolam perfectionem in ſe continens. ſed hæc eſſentia eſt ſimplex* & illimitata: quia illimitata non tantum intenſiue in vna ratione, ſed in omnibus quæ ſunt principia propriarum operationū Dei, ſicut natura creata eſt quodammodo illimitata. quia idētice eſt quodlibet principium tale operandi, cum hac tamen illimitatione eſſentiæ diuinæ, quaſi extenſiua ſtat ſimplicitas: immo ex infinitate ſequitur ſimplicitas: quia infinitum nulli eſt componibile, vt pars parti. ſed tamen poteſt eſſe realiter idem, licet non formaliter cuilibet infinito. Ad tertium reſponſum eſt diſtin. 3. ꝙ quædam ſunt relationes ſecundi modi incompoſſibiles in eodem ſuppoſito, quę. ſ. dicunt ordinem eſſentialem vel ordinem originis, quædam autem eiuſdem modi non ſunt incompoſſibiles, quæ. ſ. dicunt accidentalem ordinem, vt mouens & motum. non enim dependet motū a mouente, niſi per accidens quo. ſ. ad illum actum quem recipit ab eo. ſ. mouere, & ideo licet voluntas poſſit mouere ſe, nullum tamen idem ſuppoſitum poteſt producere ſe, & iō relationes producētis & producti ſufficienter diſtinguunt realiter ſuppoſita. Ad Boe. reſpondeo, ꝙ intelligit de relatione identitatis ſecūdum naturam, non formaliter, quaſi diceret, quòd quædam relationes neceſſario exigunt diuerſitatē naturæ in extremis. iſta autem relatio. quæ eſt relatio originis, non ita exigit. ſed compatitur ſecum identitatem naturæ. & ideo eſt quaſi eiuſdem ad ſe propter identitatem relatorum in natura, licet ſit diſtincti ad diſtinctum, loquendo de diſtinctione ſuppoſitorum.

*de his vide in. 2. diſt. 16.*

*a.l. rōnabile.*

*al. huius. & v. q. quolibe.*

*a.l. idē ſ.*

*q. 7. vel. 9.*



AD ARGVMENTA pro opin. Prępoſitini. dico ad primum, ꝙ verum eſt, ꝙ perſona eſt ſimplex. ſicut eſſentia, ꝑſona tñ includit aliqua quorū vnū non eſt formaliter alterū. non ita includit eſſentia, & iō ſe tota diſtinguit, licet perſona nō ſe tota diſtinguat ꝑꝑ eſſentiā, q̄ cōis eſt, ſufficit eñ talis idētitas nō formalis in aliquo ad hoc, vt vno diſtinguat filius, & non altero. Ad ſecundū dico, ꝙ concretum ſiue ſignificet, ſiue connotet, ſaltem dat intelligere ſubſiſtens in forma, vel natura, abſtractū aūt præciſe dat intelligere formam, & ſi hoc ſit alicui dubiū de concreto adiectiuo, ſal tē hoc vř certū de ſubſtantiuo cōcreto, qđ vel ſignat, vel neceſſario connotat ſubſiſtens in natura, q̄ importat per abſtractum eius. abſtractū autē ꝑciſe dat intelligere formam. in propoſito aūt ſubſiſtens habens paternitatem. cum hoc ēt habet eſſentiā diuinā, q̄ non eſt formaliter paternitas. nec ecōuerſo, prout dř. 7. de tri. c. 1. & c. 4. Et ideo patrem diſtingui paternitate, accipiendo patrē nō adiectiue, ſed ſubſtantiue pro hypoſtaſi, ſicut accipit magiſter, non eſt dicere patrē ſe toto diſtingui primo, ſed aliquo, qđ eſt in eo, dans tñ intelligere totū, non aūt oī eodē mō ꝑ ſe includit př, vt ſubſtātiue accipiť, & paternitas deitatem.

## HIC QVÆRI POTEST. &c.

### DISTIN. XXVII.

CIRCA iſtā diſtinctionem. 27. Quęro tria de verbo. Et primo de verbo ītellectus creatī. Vtrum verbum creatum ſit intellectio actualis? quòd non. Augu. 8. de trinita. capitulo, 6. Phantaſia Carthaginis in memoria mea eſt verbū eius, phātaſia illa ſumitur proprie pro ſpecie, non pro actuali imaginatione, ergo eodē mō verbū intellectuale eſt ſpēs intelligibilis, & non intellectio actualis. Item, Aug. 15. de tri. c. 11. & 25. Proinde verbum, quod foris ſonat ſignum eſt eius verbi, qđ intus latet. verbū aūt exterius eſt ſignum rei, & non intellectionis, alioquin quælibet affirmatiua eſſet falſa in qua non prædicatur idem de ſe, quia intellectio ſubiecti non eſt intellectio prædicati, licet res ſit res, ergo verbum eſt obiectū, & nō actualis intellectio.

Præterea, Aug. 6. de tri. c. vlt. Verbum eſt proles, & genitum a memoria. actio autem non gignitur. ſed eſt quo aliud gignitur. ergo verbū eſt aliquid formatum* pręter actum intelligendi, & non ipſe actus.

*a.l. per.*

 Con-

Contra, ibidem vocat Augu. verbum notitiam. & 15. de tri. c. 15. & 17. eſt viſio de viſione, & ſcientia de ſcientia.

## QVAESTIO. II.

SECVNDO quæro de verbo diuino. An verbum in diuinis dicat ꝓpriũ perſonæ genitæ? quòd non. Auguſti. 9. de trini. cap. 10. Verbum eſt cum amore notitia. hic autem omnia poſita in diffinitione verbi ſunt eſſentialia, ergo verbum non dicit proprium perſonæ genitæ, ſed eſſentiale.

Præterea. 15. de tri. cap. 7. de mag. vel. 15. de par. ſicut pater intelligit ſibi, & vult ſibi, & meminit ſibi. ita filius, & ſ. ſ. actus autem proprius intelligentiæ, vt intelligentia eſt, ponitur eſſe verbum. ergo ſicut in patre eſt formaliter intelligentia, vt intelligentia, ita in eo eſt verbum, vt verbum. Aſſumptum probat per hoc, ꝙ illa trinitas, quam aſſignat Aug. 9. de trini. c. vltimo. Mens, notitia, & amor, quæ notitia eſt verbũ ſecundum eum ibidem. & illa aſſignata ſecundum eum. 10. de trini. memoria, intelligentia, & voluntas correſpondent ſibi inuicem. Prima pars primæ parti, & ſecunda ſecundæ, tertia tertiæ. ergo ſicut non eſt perfecta voluntas ſine amore formaliter, nec mens perfecta ſine memoria formaliter. ita non eſt perfecta intelligentia ſine verbo formaliter. Item, nõ ſunt duo propria vnius perſonæ. quia vnius conſtituti in eſſe eſt vnum formale conſtitutum. filiatio eſt proprietas conſtitutiua perſonæ genitę. ſecundum Aug. de fide ad Petrum. c. 2. non ergo verbum: non enim videntur iſta dicere proprietatem eandem, quia non omnis filius eſt verbum, nec omne verbum eſt filius. Oppoſitum Augu. ſeptimo de trinitate capitulo quarto, eo verbũ quo filius, & vtrunque relatiue dicitur.

## QVAESTIO. III.

TERTIO quærit. Vtrum verbum diuinum dicat reſpectum ad creaturam? quòd ſic. Aug. 6. de tri. c. vlti. Verbum eſt ars omnipotentis Dei, plena omnium rationum viuentiũ, ars dicit reſpectum ad artificiatum, ergo & verbum ad creaturas. Oppoſitum Augu. 7. de tri. c. 4. per idem quod prius, filius non dicit reſpectum ad creaturas, ergo nec verbum quia eo verbum, quo filius.

AD PRIMAM quæſtionem dicitur, ꝙ verbum eſt intellectio actualis, & non quæcunque, ſed declaratiua. Ad qđ intelligendũ ponitur ſic. intellectus primo recipit intellectionem ſimplicẽ ab obiecto. qua impreſſione recepta ĩtellectus vt actus eſt, cõuertit ſe ſupra ſe, & ſuper actum ſuũ, & obiectũ, intelligendo ſe intelligere: ſecundo* requiritur impreſſio notitiæ declaratiuæ ĩ ĩtellectũ nudũ cõuerſũ, & hoc ab ĩtellectu in formato notitia ſimplici. ita ꝙ intellectus informatus tali notitia eſt rõ imprimendi notitiam declaratiuã, & intellectus nudus conuerſus eſt ꝓpriũ receptiuum. & inter has duas intellectiones primam. ſ. quæ eſt rõ imprimendi, & ſecundam, qua eſt impreſſa, eſt habitudo media, quæ eſt actio de gñe actionis. quæ notatur per hoc quod eſt dicere. eſt enim dicere illud exprimere, vel imprimere notitiã declaratiuã notitiæ ſimplicis. & iſta notitia declaratiua impreſſa in intellectũ nudum conuerſum, & terminans in actũ dicendi, eſt verbũ. non igit quæcunq; intellectio actualis eſt verbũ. ſed illa q̃ eſt declaratiua. q̃ p̃ſupponit intellectionẽ actualẽ ſimplicẽ, & cõuerſionẽ actualẽ ſup illã, & gignit actu dicendi. cuius principiũ actiuũ eſt notitia ſimplex, & receptiuum eſt intellectus nudus conuerſus.

*Hen.quol. 6.q.1.& ſum.arti. 54.q.10. & quol.11 q.6.*

*a.l. ſequitur.*

*Huic conformiter rñdetur ad ſecundam qõnem, ꝙ intellectus patris primo informatur quaſi notitia ſimplici eſſentiæ. ad quã fuit quaſi mere in potentia paſſiua, & factus in actu iſto notitiæ ſimplicis, vt nudus conuertitur ſupra ſeipſum, ſic informatum, & in ipſum conuerſum, quaſi in paſſiuum diſpoſitum, ſic imprimitur notitia declaratiua virtute notitiæ actualis ſimplicis, quæ notitia declaratiua eſt terminus actus dicendi, & verbũ. & ſecundum hoc patet ꝙ verbũ eſt terminus generationis, ſicut & filius. & ita erit propoſitum ſecundæ perſonæ. iſta opi. recitata eſt ſupra diſt. 2. q. de duabus productionibus.

*a.l. Hinc.*

*Henr. vbi ſupra.*

*Quare Ioan. pecheã q. 4. 2? partis.*

CONTRA ISTAM opinionem, quantum ad primam. q. arg. Primo quia irrationabile videtur ponere eandem potentiam eſſe actiuam reſpectu vnius actus ſui, & paſſiuam reſpectu actus alterius, quia ex hoc vr̃, ꝙ nõ eſt potentia eiuſdem rõnis, quæcunque. n. potentia vnius rationis importat ſimilem habitudinem potentiæ ad obiectũ, viſus enim non eſt actiuus reſpectu vnius actus videndi, & paſſiuus reſpectu alterius, vnde quicunque actus vnius potentiæ habet ſimilem habitudinem potentiæ ad obiectũ, igitur ſi intellectus eſt tm̃ paſſiuus reſpectu notitię ſimplicis lapidis & perfecte actiuus, reſpectu conuerſionis, quæ eſt actus ſecundus, quo intelligit ſe intelligere lapidem, non erit, vt videtur, vna potentia. Videtur etiam inconueniens, ꝙ nõ poſſit habere aliquã actiuitatem reſpectu actus imperfectioris, & tamen poſſit eſſe totale actiuum reſpectu actus ꝑfectioris: ponitur aut a quibuſdam, quòd conuerſio illa eſt actus perfectior intellectione ſimplici. Quod poſtea additur, quòd intellectio actualis eſt ratio gignendi notitiam declaratiuam. hoc videtur eſſe inconueniens in nobis, quia forma imperfectior non poteſt eſſe ratio perfecta gignendi perfectã, illa autem prima notitia in nobis confuſa eſt, & imperfectior notitia diſtincta. ergo &c.

Pręterea, ſi notitia prima eſt ratio gignendi ſecundam, aut hoc eſt quando prima non eſt, & tunc non ens erit ratio agendi: aut quando eſt, & tunc aut ſunt eiuſdem rationis, aut alterius. ſi ſecundo modo, & prima eſt imperfectior ſecunda, non igitur eſt principium gignendi ſecundam. quia imperfectius non eſt principium producendi perfectum. vnde in produ-

ctione æquiuoca, ſemper cauſa eſt perfectior effectu, ſi primo modo, tunc duo actus intelligēdi eiuſdem ſpeciei ſunt ſimul in eodem, ſiue in eadem potētia, quia memoria & intelligentia ſunt vna potentia, & reſpectu eiuſdem obiecti, & in eodē inſtanti. Item, tunc non poneretur trinitas in mente, ſecundū ꝙ mens eſt. quia mens non habet aliquam actiuitatē propriā ſecundū ꝙ mens eſt, ſed præciſe per accidens eius. ꝑ accidens quod eſt notitia ſimplex. ſicut nec lignū hēt aliquā actiuitatē reſpectu calefactionis, q̄ attribuitur ſibi ꝑ calorem, qui eſt, accidens eius per accidens, & ita vr̄ Augu. fruſtra quæſiuiſſe in mente, ſecundū ꝙ mens eſt, parentē, & prolē, qa rō parētis non videbit̄ cōpetere aīæ ſecūdum aliquid ſibi eſſentiale. ſed ſecundū aliqđ accidens p̄ciſe ꝑ accidens qđ imprimit̄ ei ab obiecto. Præterea, gignere verbū non eſt actus intelligentiæ, ſed memoriæ ſecundū Augu. Oīs autem intellectio actualis eſt intelligentiæ, non memoriæ, ſecundum eum. 14. de tri. c. 17. ergo nulla actualis intellectio eſt ratio gignendi verbum. *15. trini. c. 7.*

Item, ſicut intellectio confuſa ad obiectum confuſe præſentatum, ſic diſtincta ad diſtinctum, quare nec eſſet verbum obiecti, ſed actus.

Præterea, quod dicit de conuerſione, ꝙ illa ſit neceſſario p̄uia gignitioni verbi, vr̄ eſſe cōtra Aug. 15. de tri. c. 16. vbi vr̄ dicere, ꝙ verbum perfectiſſimum noſtrum erit in patria reſpectu obiecti beatifici, & tamen ibi ille actus non erit conuerſiuus, quia viſio beatifica non habet aliquid creatum pro obiecto immediato, omnis aūt actus conuerſiuus in nobis habet aliquid creatum pro obiecto immediato, nec illa viſio præſupponit conuerſionē, quia ſi illa viſio eſt effectus ſolius eſſentiæ diuinæ, aut intellectus cooperantis diuinæ eſſentiæ, præcedit naturaliter conuerſionem intellectus ſuper ipſum intelligere. Quod etiam dicit quod vt conuertitur eſt mere actiuus, & tamen vt conuerſus eſt mere paſſiuus reſpectu notitiæ genitę, quæ eſt verbū, vr̄ valde irrationale, ꝙ idē ſub ratione, qua eſt actiuum, ſit tm̄ paſſiuum reſpectu actus eiuſdē rationis, & inquantum eſt mere paſſiuum ſit actiuum reſpectu actus eiuſdem rationis: intellectus autem in quātum recipiens notitiam ſimplicē eſt tm̄ paſſiuus, & inquantū eſt ſe conuertens eſt tm̄ actiuus, igit̄ vr̄ ꝙ inconueniens ſit ꝙ inquātum conuerſus ſit paſſiuus reſpectu generationis verbi, & in quātum habens notitiam ſimplicem ſit actiuus reſpectu eiuſdem generationis.

Præterea, in omni actu reflexiuo poteſt haberi aliquis act⁹ rectus perfectior. quia actus rectus intellectus, quo intelligit quiditatem, eſt perfectior eo actu, quo intelligit intellectum intelligere, quia habet obiectū nobilius, ergo cum verbum ſit notitia perfecta rei, non includit actum, quo ſciat ſe ſcire.

CONTRA ETIAM illud quod dicit ad ſecundam. q. videtur poſſe obijci per idem, quia intellectus patris, vt conuertitur eſt mere actiuus, & vt habens notitiam ſimplicā eſt mere



mere paſſiuus ſecundū eū, igit̄ vr̄ inconueniens, ꝙ vt conuerſus ſit illud, de quo gignit̄ verbum, & vt noſcens notitia ſimplici ſit ratio gignendi verbum quaſi actiue.

Præterea aliqui dicunt conuerſionem iſtam intellectus paterni eſſe quaſi diſpoſitionem materiæ, quod vr̄ inconueniēs, quia materiæ diſpoſitio nō eſt perfectior, neq; æque perfecta cum forma actiua agentis, hæc autem conuerſio eſt actus ęque perfectus cum notitia ſimplici, vel perfectior, ergo.

Præterea iſta conuerſio eſt reſpectu actus primi, vt obiecti, igitur eſt notitia declaratiua illius actus, ſicut oīs notitia declarat obiectum cuius eſt, igitur ante gignitionem verbi, q̄ ſequit̄ iſtam conuerſionē ſecundū eum, hr̄ notitia declaratiua primi actus. & ita verbū ante verbum. Item, iſta opi. quantū ad hoc ꝙ ponit intellectionem patris eſſe rōnem gignendi verbum, improbata eſt ſupra diſt. 2. q. de productionibus. Et quātū ad hoc, quôd ponitur intellectum patris eſſe illud de quo gignitur verbum, improbata eſt ibidem, & etiam diſtin. 5. Et repeto vnum argumentum, ibi tactum, quia intellectus, vt conuerſus, eſt alicuius ſuppoſiti, cōuerſio enim iſta ſecundum eū, eſt quædam actio intelligendi, actus autem ſunt ſuppoſitorum, ergo conuerſio iſta eſt alicuius ſuppoſiti. Quæro cuius ſuppoſiti eſt, vt conuertitur? ſi verbi, & vt conuertitur præcedit gignitionem verbi ſecundum eum, igitur præcedit verbum, & ita verbum eſt ante verbum, ſi patris eſt iſta conuerſio, & cuius eſt, vt conuertitur eius eſt. vt de quo generatur filius per impreſſionem & cuius eſt, vt de quo generatur aliqđ per impreſſionem eius eſt, vt illud impreſſum ſit in illo & per conſequens eius eſt. vt haber illud impreſſum, ergo à primo ad vltimum ſequit̄ ꝙ intellectus patris (vt patris) habet formaliter notitiam genitam impreſſam ſibi, & ita pater formaliter intelliget notitia genita, quod eſt contra Aug. 7. de tri. c. 3. *1. metap. proœm.*

Reſpondetur, ꝙ ſicut in generatione in creaturis eſt diſtinguere tria ſigna naturæ. Primum inſtans eſt in quo materia eſt ſub forma corrumpenda. Secundum inſtans eſt in quo eſt materia ſub nulla forma, ſed quaſi nuda, & in proxima potentia ad formam generandam. Et tertium inſtans in quo eſt ſub forma geniti. Ita correſpondenter poteſt dici in diuinis, quòd intellectus in primo ſigno, vt eſt in patre, ſic conuertitur ſuper ſe, & iſta conuerſio eſt quaſi * diſpoſitio materiæ ad generationem: & in ſecundo ſigno, in quo eſt quaſi nullius perſonæ, tunc eſt in potentia proxima ad terminum generationis: & in tertio ſigno, in quo eſt ſub proprietate perſonæ genitæ, eſt tunc illius perſonę. Exemplum ponitur, ſi vinum ſit in proxima potentia ad acetum, ita ꝙ forma vini præexigitur ordine naturali in materia ad hoc ꝙ ſit in potentia proxima reſpectu aceti, & cum hoc materia vini eſſet illimitata ad iſtas duas formas, & per conſequens neutra inducta expelleret aliam, & ſi cum hoc vtraque eſſet hypoſtatica dans

*a. l. digeſtio.*

*Doctrina metaphorica.*

dans eſſe perſonale, tunc acetum generaretur de materia, vt fuit vini, quaſi de materia diſpoſita diſpoſitione prævia neceſſario præcedente formã iſtã. Sed ſi quæreretur, cuius eſt illa materia, vt immediate acetum generatur de ea? Reſpondeo, nullius, ſed generatur de ea immediate, vt materia eſt ſub neutra forma hypoſtatica. Per hoc ad formam argumenti, hic in propoſito conceditur, quòd eſt patris, ſicut materia eſt vini, vt eſt diſpoſita ad formam aceti, & cum arguitur, vt igitur eſt patris, recipit notitiã genitam, negatur cõſequentia, immo per hoc ꝙ recipit notitiam genitam, eſt alterius ſubſiſtẽtiæ, & eſt de quo immediate generatur verbum, nõ vt patris, ſed vt conuerſus eſt. Et ſi contra hoc obijcitur, ꝙ nõ magis generatur de intellectu, vt eſt patris, q̃ de intellectu, vt eſt filij vel ſ.ſ. negatur conſequentia, quia eſt ibi duplex vt, vnũ qđ notat rationem immediati principij de quo, & ſic generat̃ de eo verbũ, vt nullius quaſi de immediato principio ſuceptiuo, aliud vt eſt, qđ notat rõnẽ ĩmediati principij diſpoſiti ad formam illã, quæ eſt terminus, licet non ſit rõ immediati receptiui, abſolute igitur verbum generatur de intellectu, vt nullius, vt tamen præfuit patris, & prius exiſtens in patre, ita quòd neutra reduplicatio eſt præciſe ſine altera, & tamen per hoc quòd verbum generatur de eo, non eſt in ſubſiſtentia verbi, neque patris, neque vllius. Additur autem quòd decipiuntur aliqui arguentes contra iſtam opi. de quo quaſi de materia, vel quaſi materia, quã ſi imaginantes ibi eſſe diſtinctionem, quaſi potentiæ paſſiuæ ab actu, quod non eſt verũ, ſicut tenetur generaliter a quibuſdam de attributis, ſed tantum ſicut eſt ibi ſapientia formaliter, & bonitas formaliter ſine diſtinctione, ita ponitur ibi quod eſt vere impreſſio, & vere imprimens. & omnia quæ dicuntur ibi eſſe ſine diſtinctione: diſtinctio autem iſtorum non eſt niſi per actum intellectus negotiãtis circa idem vnũ, quod eſt in re.

CONTRA iſta generatio in creaturis vr̃ eſſe formaliter mutatio, pro eo quòd materia vt nullius prius, poſtea intelligitur ſub forma geniti, per hoc.n. intelligitur tranſmutari a priuatione ad formam, quę tranſmutatio eſt formaliter generatio. igitur ſi ſub hac ratione ponatur potentia paſſiua in diuinis, erit tunc in diuinis vera mutatio, ſaltẽ in intellectu negotiãte, & ita neceſſario imperfectio, vel ſi tantum per actũ intellectus negotiantis fiat iſta conuerſio, & gignitio verbi, verbum non erit perſona realis, ſed tantum rationis, & intentionalis. Confirmatur ratio in eorum exemplo, quia ſi vinum non corrumperetur in generatione aceti, vere tamen illa generatio erit mutatio a priuatione ad formam, licet non concurrat ibi alia mutatio a forma ad priuationem, ſicut accidit modo communiter, quando vnum generatur, & aliud corrumpitur, tũc enim cõcurrunt ibi communiter duę mutationes, & quatuor termini, duæ formæ, & duæ priuatio-

*Patet 1. et 5. Phyſi. ubique.*



tiones, ſed circumſcripta altera mutatione, & terminis eius, nihil minus eſſet reliqua mutatio, ergo ita erit in propoſito, quòd illud inquantum eſt prius nullius, & ita ſub priuatione termini ad quem, & poſt ſub illo termino mutatur.

Præterea, ſi primo eſt patris, ſecundo nullius, tertio eſt filij, & per hoc quòd recipit notitiam illam impreſſam, ergo per hoc quòd eſt filij, eſt quaſi potentiale recipiens formale filij, & eſt filij, vt eſt terminus formalis communicatus filio per generationem, ſicut oſtenſum eſt diſtin. 5. ergo filius quaſi duplici modo habendi habebit intellectum, ita quòd vtrolibet iſtorum duorum modorum circumſcripto, nihil minus haberet alio modo habendi, ſicut modo in creaturis compoſitum habet materiam aliquid ſui, & vere habet, licet non ſit terminus formalis generationis: idem etiã compoſitum habet formam vt aliquid ſui, & vere habet, licet non ſit ſubiectum generationis, conſequens autem illatum, ſcilicet quòd filius duplici modo habendi habeat eſſentiam, ſiue intellectum, videtur impoſſibile, tam in re quàm in conſideratione intellectus negotiantis. probatur etiam per hoc, quia quod eſt materiale generationis, eſt in potentia ad formalem terminum eius. idem.n. ſub eadem ratione, nec in re, nec in mente eſt in potentia ad ſe, ergo nec intellectus erit ſic, ſimul potentia receptiua, & terminus formalis eiuſdem generationis. Et quod additur de duplici, vt ex parte materiæ, quòd ad illud, vt, quod eſt ratio proximi ſuſceptiui neceſſario præexigitur illud, vt, quod eſt eiuſdẽ, vt ſub forma ordinata ad formã generãdam, videtur nõ eſſe per ſe requiſitum in creaturis, quia ſi poneretur materia illa, quæ eſt ſub forma vini abſque omni forma, & agens creatũ poſſet agere in illud, ſic a forma denudatum ipſum eſſet proximũ ſuſceptiuum cuiuſcunque formæ natæ imprimi in materiam purã, & ab agente ſufficiente quocunque, a quo poſſet talis forma induci, igitur ſecundum, vt ſufficit præciſe in creaturis ad potentiam proximam, licet frequenter modo concomitetor ille ordo illud vt, quia nuſquam materia eſt ſine forma, & vt eſt ſub forma non trãſmutatur indifferenter a quacũque ad quãcunque per agẽs creatũ, ſed a determinata in determinatam. Iſtud probatur, quia qñ intelligitur vt nullius, tunc nõ eſt ſub forma priori quæ ponitur quaſi diſpoſitio ad formam generãdi, tunc igitur ordo eius ad formam illam priorem nõ eſt niſi relatio poſterioris ad prius, quæ forte non eſt relatio poſitiua, qa terminus ad quẽ, tunc non eſt ex natura rei, aut ſi eſt relatio realis, non videtur eſſe ratio propria in materia recipiendi formam inducendam. Ex his ad propoſitum videtur, ꝙ licet oporteat intellectũ eſſe prius origine in patre q̃ in filio, tamen ſi ponatur receptiuus notitiæ genitæ, poneret talis non eſſentialiter propter aliquem talem ordinem ad eſſentiam in patre, ſed ſecundum quòd nullius eſt præciſe, & ſecun-

*1. Phy. 9. c. 43. & inde non quodlibet fit ex quolibet.*

cundũ ꝙ ipſi dicunt quaſi nul-
lius. Quod autem additur ad ex
cludendum deceptionem, vr̃ eſ-
ſe dictum decepti, quia illud di
ctum vr̃ in ſe abſurdum, & ſe-
ipſum interimere. Primum pro
batur per hoc, quia tunc ita ve
re ex natura rei intellectus eſt
potentia paſſiua, & ita vere reci
pit, ſicut Deus ex natura rei ve-
re eſt actus purus, & ſapiens, &
bonus, quod videtur abſurdũ,
ꝙ illud quod in creaturis neceſ
ſario habet imperfectionem an
nexam, vel eſt imperfectio, ſi-
cut ratio potentiæ paſſiuæ, quia
ſemper dicit imperfectionẽ, ꝓ-
ut diuidit ens contra potentiã
actiuam, ꝙ ponat, ita veraciter
in Deo ſicut illud quod eſt per-
fectum ſimpliciter. Et ſi dicas,
immo potentia paſſiua dicit ꝑ-
fectionem, licet non diſtinctam
ab actu. etiam hoc videtur eſſe
fictio, quia nihil ꝑfectionis eſt
in creaturis inferius ratione po
tentiæ paſſiuæ, inquantum paſ-
ſiua eſt, hæc.n. ratio vere compe
tit materiæ primæ, quæ poni-
tur infinitum entium, ergo ve-
rius poteſt dici, quòd ſit forma
liter lapis, quàm potentia paſſi
ua, ſi propter perfectionem ali
quam in ratione potentiæ paſ-
ſiuæ debet ibi poni formaliter
potentia paſſiua. Secundum. ſ.
ꝙ hoc dictum interimat ſeip-
ſum, probo, quia non videtur
intelligibile, quòd ibi ſint rela
tiones oppoſitæ, quin ſicut ſunt
*a.l. rõnes.* relationes oppoſitę, ita ſint * re
lationes diſtinctæ, ſi reales, rea-
liter, ſi rationis, ratione diſtin-
guuntur, ergo ſi ibi eſt ex natu-
ra rei imprimens, & quod im-
primitur, & illud cui imprimi-
tur, quæ non poſſunt intelligi
ſine relatione, erit ibi diſtinctio
ex natura rei, quia ponere ibi
iſta ex natura rei ſine omni di-
ſtinctione, ẽ cõtradictio, ſi ſunt
ex natura rei, ſi non ex natura
rei, qualiter debent poni?

AD QVAETIONES
iſtas igitur aliter reſpondeo. Ad
primã, quia ratio verbi præci-
pue accipitur ab Auguſt. lib. de
trini. ſupponenda ſunt quædã
certa, quæ ſecundum ipſum cõ-
ueniunt verbo. Et ſecundo per
diuiſionem ſunt illa remouen-
da ab omni eo, quòd nõ eſt ver
bum, ſicut facit philoſophus.
3. Ethyco. ad inquirendũ genus
virtutis. vbi diuidit illa q̃ ſunt
in anima, vt potentias, & paſ-
ſiones, & habitum. Tertio, illis
remotis quæ non conueniunt
illi, de quo quęritur. Et ex illis
inueſtigandum eſt quid eſt in
intellectu cui potiſſime conue-
niant illa, & illud ponendum
eſt verbum. Verbum igitur ſe-
cundum ipſum eſt actus intel-
ligentiæ, vt patet comparando
trinitatem, quam ponit. 9. de
trini. cap. vlti. trinitati quàm po
nit. ca. 11. lib. 10. notitia enim
correſpondet intelligentię. ver-
bum etiam non eſt ſine actua-
li cogitatione, ſicut patet. 15. de
trini. c. 15. verbũ ẽt genitum eſt
de memoria, vel de ſcientia in
memoria, vel de obiecto relucẽ
te in memoria, ſiue in ſcientia,
ſicut patet per ipſum. 15. de tri
ni. ca. 10. & 24. formata quippe
cogitatio ab ea re, quã ſcimus,
verbum eſt. & c. 14. verbum no
ſtrum de noſtra ſcientia naſci-
tur, & verbũ Dei de patris ſcien
tia natum eſt, & iſta omnia
ſunt eadem, quia ſecundum ip
ſum. 9. de trini. ca. vlti. a cogno
ſcente, & cognito paritur noti-
tia, quæ duo ſunt vna cauſa in-
tegralis



tegralis reſpectu notitiæ geni-
tæ, ſicut dictum eſt diſtin. 3. q.
7. verbum etiam ab eo inqui-
ritur ꝑꝑ imaginem in mente, &
ponitur ſecũda pars imaginis. ſ.
proles, ſicut patet per ipſum. 9.
de trini. ca. vlti. eſt igitur quæ-
dam imago trinitatis ipſa mẽs,
& notitia eius, quæ eſt proles
eius, ac de ſe ipſa verbũ eius, &
amor tertius. Poſſet igitur de-
ſcribi verbum, quòd verbum
eſt actus intelligentiæ produ-
ctus a memoria perfecta non
habens eſſe ſine actuali intel-
lectione repræſentans verbum
diuinum, propter illud enim
Auguſt. inquiſiuit de verbo no
ſtro. Ex his apparet, quòd ver-
bum nihil eſt pertinens ad vo-
luntatem, neque ad memo-
riam, quia eſt ſecunda pars ima
ginis, nec prima, nec tertia, &
per conſequens non eſt ſpecies
intelligibilis, nec habitus, nec
aliquid pertinens ad memo-
*Egi. quo-* riam. eſt igitur aliquid perti-
*li. 3. q. 12.* nens ad intelligentiam, in in-
*13. 14.* telligentia autẽ nõ videtur eſ-
ſe, niſi vel actualis intellectio,
vel obiectum terminans illam
*Egi. quo-* intellectionem, vel ſecundum
*li. 5. q. 6.* alios ſpecies genita in intelli-
*quæro vv.* gentia de ſpecie in memoria,
*et alios an* quę ſpecies in intelligentia prę-
*tiquos.* cedit actum intelligendi, vel
ſecundum aliquos eſt aliquid
per actum intelligendi forma-
tum, vel ſecundum alios ipſa-
met intellectio vt paſſio quaſi
cauſata a ſe, vt actio. & ſecun-
dum hæc quinque, poſſunt eſſe
quinque opiniones de verbo.
Non eſt autem verbum ſpecies
intelligentia prior actu intelli
gendi, quia talem ſpeciem ſu-
perfluum eſt ponere. ipſa enim
nõ repræſentat perfectius obie
ctum, quàm ſpecies in memo-
ria. & ſufficit habere vnum per
fecte repræſentans obiectum
ante actum intelligendi. Quod
autem non perfectius, proba-
tur per Auguſt. 15. de trini. cap.
13. Nihil plus in prole quam
in parente. tunc etiam duæ eſ-
ſent ſpecies eiuſdem rationis
in eadem potentia, quia iſtæ
duæ ſpẽs ſunt eiuſdẽ rationis, &
ipſe intellectus, vt memoria,
& vt intelligentia, eſt vna po-
tentia, quia idem eſt actus pri-
mus, & quo habens operatur,
ſiue quo habens actum primũ
eſt in actu ſecundo, tunc etiam
habitus nõ eſſet immediatum
principium actus, nec habens
habitum eſſet in potentia acci-
dentali ad agendum ſecundũ
illum habitum, quia requirere
tur forma prior ipſa operatio-
ne alia ab habitu. nec iſta ſpe-
cies intelligentiã poſſet poni gi *Hanc opi.*
gni naturaliter, ſi nũquàm poſ *immitan*
ſet eſſe ſine actuali intellectio- *tur Petrus*
ne, quia actualis intellectio ſub *aureol. pra*
eſt imperio voluntatis: nec *ſenti diſ.*
etiam poſſet dici gigni libere, *Nico bo-*
vel eius gignitionem ſubeſſe *nete.* [illegible]
imperio voluntatis, vt vide- *5. ſuæ*
tur, ſi ponatur forma prior ip- *theo.* [illegible]
ſa operatione, quia videtur ꝙ *princ. ſua*
primum pertinens ad intelle- *Met. Thom.*
ctum, quod eſt in poteſtate no *1. parte*
ſtra, eſt actualis intellectio. Nec *ſummæ q.*
ipſum obiectum poteſt poni *14. art.* [illegible]
verbum, ſicut dicit alia opinio,
quia obiectum ſecundum ſe,
non eſt aliquid productum vir-
tute memoriæ ſiue alicuius
in mente, quale eſt verbum,
nec ipſum obiectum vt in me-
moria producitur virtute me-
moriæ, vt patet. ipſum autem
obiectum, vt in intelligentia
non gignitur, niſi quia ali-
quid

quid prius gignit̃ in quo obiectum habet eſſe, quia ſicut dictum eſt diſt.3. iſtæ actiones & paſſiones intentionales non cõueniunt obiecto, niſi per aliquã actionem, vel paſſionem realẽ, quæ conuenit ei, in quo obiectum habet eſſe intentionale. Nec etiam eſt terminus aliquis productus per intellectionem, quia intellectio non eſt actio productiua alicuius termini: tũc enim incompoſſibile eſſet eam intelligere, & non eſſe termini, ſicut incompoſſibile eſt intelligere calefactionem eſſe, & non eſſe calorem, ad quem fit calefactio, non eſt autem impoſſibile intelligere intellectionem in ſe, non intelligendo ꝙ ſit alicuius termini, vt producti per ipſam. Confirmatur etiam, quia *Cap. 9. t. c. 16. 9. vlti.* operationes tales dñr eſſe actus vltimi ex primo Ethyco. & 9. Meta. de hac materia dictũ eſt ſupra diſt.3. qualiter eſt quædã actio de genere actionis, & alia quæ eſt qualitas, cuiuſmodi eſt intellectio. Improbatur ẽt hæc via, & ſequens de intellectione paſſione per idem medium, qa tunc intelligentia gigneret verbum, & non memoria, quod eſt contra Aug. intelligentia enim produceret illũ terminũ actionis intelligendi. ſi quis eſſet, & intelligentia produceret intellectionem paſſionẽ, ſi qua eſſet. Iſta etiam via de intellectione actione, & paſſione, nõ videtur rationabilis, quia intellectio eſt forma vna, quæ licet poſſet comparari ad agens, a quo eſt, & ad ſubiectum in quo recipitur. tamen ipſa ex hoc non habet talem diſtinctionẽ, vt poſſit eſſe quaſi cauſa ſui, vel eſſe terminus actionis ſecundũ hoc, & non ſecundum illud. quia ſi eſt terminus actionis, hoc eſt ſecundum ſe, nec ſecundum iſtũ reſpectum, nec ſecundum illũ, ſed eam concomitantur iſti reſpectus. Sequitur igitur ꝑ viam *opi. doctoris.* diuiſionis, ꝙ verbum eſt actualis intellectio. Et hoc confirmatur per Aug. 15. de tri. c. 16. Cogitatio quippe noſtra perueniẽs ad illud, quod ſcimus, atque inde formata, verbum noſtrũ eſt. Idẽ ẽt habetur ab eodẽ. 15. de tri. cap. 10. & 14. Formata quippe cogitatio &c. verbũ eſt, ſicut ſupra dictum eſt. Et confirmatur iſtud per ſimile, de verbo vocali, & imaginabili. formatur enim verbum vocale ad ſignificandum, & declarandum illud quod intelligitur. ſed ꝙ vox nõ ſtatim formatur ab intelligente, inquantum intelligens, ſed per aliquam potẽtiam mediã, puta motiuam, hoc eſt imperfectionis in intellectu. ſi igitur ſtatim gigneretur, vel formaretur, vt expreſſiuum illius quod latet in intellectu, & hoc virtute intellectus intelligentis, non minus eſſet verbum. obiectum autem habitualiter cognitum latet in memoria. ſi igit̃ virtute eius ſtatim cauſaretur aliqua intellectio actualis, quæ genita exprimat & declaret illud obiectũ ibi latens, vere eſt ibi verbũ, quia expreſſiuum latentis, & genitum virtute eius ad exprimendum ipſum. Sed reſtat dubitatio vlterius vtrũ quælibet intellectio actualis, ſit verbum? Ad hoc dicitur, ꝙ non. *Hen. quo lj. 2. q. 6.* ſed oportet addere quaſi differẽtiam ſpecificam, quæ eſt declaratiua. Contra hoc arguitur, qa in patre eſt notitia declaratiua formaliter. nã intellectio, quæ eſt



eſt patris inquantum eſt intelligentia, eſt declaratiua patris, inquantum eſt memoria ita ꝑfecte, ſicut actualis intellectio, vt in filio declarat habitualem. vt in memoria filij in patre tamen non eſt verbum formaliter ſicut dicetur in ſolutione q̃ſtionis. Similiter verbum declarat ſe ſecundum Aug. 7. de trini. c. 3. Si inquit hoc verbum, qđ nos proferimus temporale, & ſeipsũ oſtendit & ipſum de quo loquimur, quanto magis verbũ Dei, per quod facta ſunt omnia &c. ſupple ſeipſum oſtendit, declarare igitur non dicit relationem realem, nec per conſequẽs relationem geniti. verbum autem non eſt, niſi intellectio genita. alioquin poſſet poni in pa*Quare Tho. & Henr. & alios antiquos.* tre formaliter. Aliter dicit̃, quãtum ad iſtum articulum, ꝙ verbum eſt notitia actualis, quæ eſt terminus inquiſitionis, qđ oſtenditur per Aug. 9. de trini. c. vlti. vbi dicitur, ꝙ verbum eſt partum, ſiue proles. eſt autem partum, quia eſt repertum, non eſt autem repertum, niſi quia inquiſitum. vnde vult, ꝙ partũ iſtum mentis præcedit appetitus impellens intellectum ad inquirẽdum. Idem videtur velle. 15. de trini. c. 15. Tunc fit verum verbum, quando illud qđ nos diximus volubili motione iactare ad illud, quod ſcimus ꝑuenit. atque inde formatur, eius omnimodam ſimilitudinẽ capiens, vt quomodo res quęque ſcitur, ſic etiam cogitetur. iſta autem volubilis cogitatio eſt inquiſitio, qualis non erit in patria, ſicut innuit c. 16. fortaſſis etiam non erunt ibi volubiles cogitationes noſtræ &c. ponitur tunc, ꝙ poſt notitiam confuſam, ſequitur inquiſitio ꝑ diuiſionem, & argumentationẽ, & vltimo deuenitur ad perfectam notitiam, quæ quaſi gignitur ipſa inquiſitione, & illa perfecta notitia, quæ eſt terminus inquiſitionis eſt verbum. Contra iſtud arguitur ſic. ſi de ratione verbi ſit, ſic gigni inquiſitiue, igitur Deus non habet verbum. Secundo, igitur angelus non habet verbum de naturaliter ſibi cognitis. Tertio, igitur beatus non habet verbum de eſſentia diuina, nec de aliquo perfecto cognito ſine inquiſitione. Quarto, igitur habens perfectum ſcientiæ habitum ſtatim operans per illum habitũ, non poteſt habere verbum. quæ omnia videntur abſurda.

IDEO ISTIS opi. omiſſis, quo ad iſtum articulum dico, ꝙ non quælibet intellectio actualis eſt verbum, ſicut probatur contra iſtam viam, quæ ponit declaratiuum eſſe propriũ verbi. ſed tantum notitia genita. ideo in patre non eſt verbũ formaliter: quęlibet autem notitia genita, quam Aug. vocat prolem, eſt verbum, non tamen eo mõ quo Aug. ponit verbũ ꝑfectum. quod. ſ. repræſentet verbum diuinum. Primum iſtorũ declaro, quia quælibet intellectio actualis gignitur de memoria imperfecta, vt de imperfecta, ſicut perfecta de perfecta, igitur quęlibet notitia eſt proles, & expreſſiua parentis, & genita ad exprimendum parentẽ. Et iſtud confirmatur per Augu. 9. de tri. c. 10. Omne quod notũ eſt, verbum dicitur animo impreſſum, quandiu de memoria diffiniri, & proferri poteſt. Itẽ. 15. de trini. c. 12. igitur nec inter-

tereſt, quādo illud didicerit qui quod ſcit loquitur, aliquando enim ſtatim, vt diſcit, hoc dicit. & breuiter, quæcunque differentia inueniatur inter notitiā primam genitam imperfectam, & illam, quæ ſequitur inquiſitionem, non eſt differentia formalis, propter quam hæc poſſit dici verbum, & iſta non, vt videt̄. Secundum declaro ſic. ſ. ꝙ intellectus noſter non ſtatim habet perfectam notitiam obiecti, qa ſecundum philoſophum. 1. phi. innata eſt nobis via procedendi a confuſo ad diſtinctum, & iō prius ordine originis imprimit̄ nobis notitią obiecti confuſa, ꝗ̄ diſtincta. & ideo neceſſaria eſt inquiſitio ad hoc, vt intellectus noſter veniat ad diſtinctam notitiam, & ideo neceſſaria eſt inquiſitio præuia verbo perfecto, quia non eſt verbum perfectū, niſi ſit notitia actualis perfecta. Sic igitur intelligēdum eſt, ꝙ cognitio aliquo obiecto confuſe ſequitur inquiſitio per viam diuiſionis differentiarum conuenientium illi, & inuentis omnibus illis differētijs cognitio diffinitiua illius obiecti, ē actualis cognitio ꝑfecta, & ꝑfecte declaratiua illi⁹ habitualis notitiæ, quæ primo erat in memoria, & iſta diſtincta notitia perfecta declaratiua, eſt perfectum verbum, hoc dicit Aug. 9. de trini. c. 10. Nam placet mihi ꝙ noui, & diffinitio quid ſit intemperantia. & hoc eſt verbum eius, & ibidem præmiſit in eodem. c. Aug. quod iam ſuperius poſitum eſt, ꝗdiu de memoria proferri, & diffiniri poteſt. i. diſtīcte, & diffinite actualiter cognoſci virtute eius, quod eſt in memoria, nō igitur de ratione verbi eſt gigni poſt inquiſitionem, ſed neceſſariū eſt intellectui imperfecto, quia non poteſt ſtatim habere notitiam diffinitiuā obiecti. habet enim notitiam talem poſt inquiſitionem. & ideo verbum perfectū non eſt in nobis ſine inquiſitione, & tamen quando verbū perfectum ſequitur talem inquiſitionem, illa inquiſitio non eſt generatio ipſius verbi formaliter, ſed quaſi præuia ad hoc vt generetur verbum: quod bene innuit Aug. in auctoritate præalleg. lib. 15. de trini. ca. 15. hac atque illac volubili quadā motione iactamus cū a nobis nūc hoc, nunc illud ſicut inuentum fuerit, vel occurrerit cogitat, & tunc fit verum verbum, quando ad illud quod ſcimus peruenit, atque inde formatur verbū eius &c. innuens ꝙ illa iactatio i. inquiſitio non eſt gignitio verbi formaliter. ſed eam ſequit̄ gignitio verbi de eo quod ſcimus. i. de obiecto in memoria habitualiter cognito. Et tunc ſi objiciatur ad quid tunc inquiſitio eſſet neceſſaria? Poſſet dici ad iſtud ꝙ motus eſt neceſſari⁹ ad hoc, vt inducatur forma perfecta, quæ non poſſet ſtatim in principio motus induci, vel inductio multarum formarū ordinatarum ad inductionem vltimæ formæ, & abſque illo ordine formarum non poſſet vltima forma induci ſtatim, & ſic ſecundū hoc ponitur iſte ordo. Ita ꝙ primo eſt habitualis notitia confuſa. Scd̄o actualis intellectio cōfuſa. Tertio inquiſitio, & in inquiſitione multa verba de multis notitijs habitualib⁹ virtualiter contentis in memoria ꝗ̄ inquiſitionem ſequitur di-

1. p. q. 27 ar. 1.

Doctrina philoſophi 2. poſte. c. 19. & 18. de inquiſitione ꝗ̄ quod quid. eſt.

Vt inquit Auer. 1. Me. cō. 17. quod materia prima recipit formas vniuerſales & ſic deinceps.

a. l. habitualiter.



Speculatio ſingularis.

diſtincta & actualis notitia primi obiecti, cuius cognitio inquirit̄, quæ notitia actualis diſtincta imprimit habitualē in memoria ꝑfecta. & tunc eſt primo memoria ꝑfecta & aſſimilatur memoriæ in pr̄e, vltimo ex memoria ꝑfecta gignit̄ verbū ꝑfectū ſine īquiſitione mediāte inter ipſam & verbū, & illa gignitio aſſimilatur gignitioni verbi diuini ꝑfecti ex memoria pr̄na ꝑfecta, nullū igit̄ verbū eſt ꝑfecte repræſentans verbū diuinū, qd̄ potiſſime īueſtigat Aug. niſi illud qd̄ gignitur de memoria ꝑfecta ſine inquiſitione media inter talē memoriā, & tale verbū, licet nec illa memoria poſſit haberi ī nobis pp̄ īperfectionē intellectus nři, niſi ꝓcedat inquiſitio. Vltimū dubiū iſtius. q. eſt, vtrū ad rōnē verbi cōcurrat volūtas, puta, vtrū de rōne eius ſit, ꝙ ſit notitia voluntate genita, vel volūtate agēte, vel copulāte eā memoriæ ſcd̄m Aug. in multis locis. Iſtā q. mouet Aug. 9. de tri. c. 10. recte ergo inquit, quæritur vtrum oīs notitia ſit verbū, an tm̄ amata notitia. nouimus. n. & ea quæ odimus, ſed nō cōcepta nec parta dicenda ſunt aīo. Et rn̄det non oīa quæ quoquo modo tāgunt cōcipiuntur, ſed aliqua vt tm̄ nota ſint, non tn̄ verba dicantur, ſicut illa de quibus nūc agimus, aliter enim dicuntur verba, quæ ſpacia tēporum ſyllabis tenent, aliter oē quod notū eſt verbū dr̄, quandiu de memoria proferri vel diffiniri poteſt, quāuis res ipſa diſpliceat, & ſubdit poſtea. Verūtamen, cum illa quæ odimus recte diſplicent, recteque improbantur, approbatur eorū improbatio, & placet, & verbū eſt, & neq; vitiorū notitia nobis diſplicet, ſed ipſa vitia. ita ꝙ de rōne verbi nō eſt gigni amore obiecti cogniti, ſed nec ēt gigni amore notitiæ, ꝗ̄ eſt verbū, tn̄ cōcomitat̄ ꝑfectū verbū duplex actus volūtatis. vnus ꝓuius quo imperat̄ actus ille, & inqſitio præuia, ſine qua nō ꝑueniretur ad verbūperfectū. ſicut patet. 9. de tri. vlt. c. & aliu quo intellectus quieſcit intellectuali notitia iam habita * ſine qua nō permaneret intellectus in notitia iā habita, non igitur actus voluntatis eſt de eſſentia verbi, nec formaliter, nec vt cā, ſed concomitatur neceſſario ad generationem eius in nobis pp̄ inquiſitionem eius præuiā, & ad continuationem eius ſimiliter propter hoc, quòd ſi intellectio voluntati non complaceret in iſta notitia, intellectus non permaneret in ea, & ita iſta notitia non haberet rationem verbi permanentis: iſta tamen permanentia non eſt de ratione perfecti verbi intēſiue, quia nō minus perfecta eſt albedo vnius diei, ꝗ̄ vnius anni. volūtas aūt reſpiciēs obiectum cuius eſt verbū nō ꝑtinet ad rōnē verbi, niſi ſtricte ſumendo verbū, quo mō Aug. ꝑtractat. c. pal. Nemo pōt dicere, dn̄s Ieſus, niſi in ſpū ſancto. hoc dicere includit acceptationē obiecti dicti, & addit̄ aliquid vltra rationem verbi abſolute.

a. l. ſine quo.

3. Ethy. c. 7.

1. Cor. 12.

AD ARGVMENTA huius qō. Ad primum patet, ꝙ illa auctoritas indiget expoſitione. dicit enim ipſa ibi phātaſia eius. ſ. Carthaginis in memoria mea verbū eſt, patet aūt ſcd̄m ipſū. 15. de tri. c. 8. ꝙ verbū nō ē formaliter ī memoria.

ergo oportet ꝙ intelligat̃ cãli-
*c. 15. de magnis.* ter, nõ formaliter. Ad ſcd̃m, li
cet magna altercatio fiat de vo
ce, vtrũ ſit ſignũ rei, vel cõcept⁹,
tñ breuiter concedẽdo, ꝙ illud
ꝙ ſignificat̃ ꝑ vocẽ ꝓprie ẽ res.
*philoſophus. 1. perierme. in prohemio.* ſunt tñ ſigna multa ordinata
eiuſdẽ ſignificati. litera, vox, &
conceptus, ſicut ſunt multi effe
ctus ordinati eiuſdẽ cauſæ, quo
rũ nullus eſt cauſa alterius, vt
patet de ſole illuminante plu
res partes medii, & vbi eſt talis
ordo cãtorũ abſque hoc ꝙ vnũ
ſit cauſa alterius, ibi eſt imme-
diatio cuiuſlibet reſpectu eiuſ-
dem cauſæ, quorũ nullus eſt cã
alterius excludẽdo aliud in rõ-
ne cauſæ, non aũt excludendo
aliud in rõne effectus immedia
tioris, & tũc poſſet concedi ali-
quo modo effectũ ꝓpinquiorẽ
eſſe cãm reſpectu effectus remo
tioris nõ ꝓprie, ſed ꝑꝑ priori-
tatem illã quæ eſt inter tales ef
fectus ad cãm, ita põt cõcedi de
multis ſignis eiuſdẽ ſignificati
ordinatis, ꝙ vnũ aliquo modo
eſt ſignũ alterius, quia dat intel
ligere ipſum. quia remotius nõ
ſignificaret, niſi pri⁹ aliquo mõ
immediatius ſignificaret, & ta
men propter hoc vnũ proprie,
non eſt ſignũ alterius, ſicut ex
alia parte de cauſa, & cauſatis.
Ad tertiũ concedo, ꝙ notitia eſt
ꝓles, & vere genita, ſed produ-
ctio illa nõ eſt actualis intelle-
ctio, quia vt dictum eſt ſupra,
actualis intellectio nõ eſt actio
de genere actionis, ſed eſt qua
litas nata terminare talem a-
ctionẽ. quę ſignificatur ꝑ hoc,
quod eſt dicere, vel in cõmuni,
per hoc ꝙ eſt elicere, nõ igitur
verbum eſt aliquid productum
actione, quę eſt intellectio, quia
ipſa intellectio nõ eſt producti

ua alicuius, ſed ipſa eſt ꝓducta
actione, quę eſt de genere actio
nis, ſicut dictum eſt ſupra.

AD SECVNDAM quæ
ſtionem dico, ꝙ idẽ per ſe ſigni
ficat abſtractum, & concretum.
licet alio modo ſignificandi, ſi-
cut filius, & filiatio, quia ſicut fi
liatio ſignificat relationẽ de ge
nere relationis, ita & filius. per
modũ tamen denominãtis ſup
poſitum relatiuum, & ſi accipia
tur ſubſtantiue, idem ſignificat
cum tali ſubſiſtente. ita igitur
idem ſignificat verbũ. & abſtra
ctum eius. abſtractum autem
eius ſi eſſet nominatũ eſſet ver
batio, quę notat relationem for
maliter. idem. n. ſignificat ꝙ ex
preſſio paſſiua alicuius de in-
tellectu: ſed ſicut filius conno-
tat naturam viuentẽ, in qua eſt
talis relatio. ita verbũ connotat
actualem notitiam, cuius eſt ta
lis expreſſio. igitur cum in diui-
nis intellectualiter exprimi ſit
proprietas ſecundæ perſonæ, ſe-
quitur, ꝙ verbum ſit ibi mere
perſonale, & ſignificet proprie-
tatem perſonalẽ. Patet etiam
ꝙ ratio gignendi verbũ non eſt
pater, vt actu & intelligens, ſed
pater vt memoria perfecta. ſ. vt
intellectus habens obiectũ actu
ĩtelligibile ſibi pñs. ſicut decla-
ratũ ẽ ſupra di. 2. q. de ꝓductio
nibus. Patet ẽt ꝙ verbũ nõ põt
habere aliqd de quo ꝓducat̃ ex
diſ. 5. qa ſi principiũ ꝓductiuũ
hẽat virtutẽ ſufficientẽ ad pro-
ducendũ per ſe ſubſiſtens, ꝓdu
cit tale, & maxime ſi tale nõ ſit
natum alicui inhærere. notitia
aũt iſta expreſſa, nõ eſt nata ali
cui inhærere, igitur eſt nata per
ſe ſubſiſtere. & principium pro
ductiuũ eius eſt ſufficientis vir
tutis, quia eſt infinitũ. igit̃ &c.
AD



AD ARGVMENTA cũ
primo arguitur ſecundũ Au. de
tri. 15. Verbum eſt cum amore
notitia. dico ꝙ per hoc quod di
cit cum amore, circumloquit̃
in nobis notitiam genitam, qa
amor non habet cauſalitatem
reſpectu verbi, niſi vt imperat
intellectui gignitionem ipſius,
ſicut dictum eſt. q. præcedente.
in diuinis aũt verbum eſt noti
tia naturaliter expreſſa, quia
ꝙ volũtas in nobis habeat cau
ſalitatem reſpectu verbi gignẽ
di per imperium eius, hoc eſt
imperfectionis in intellectu. qa
non ſtatim habet verbum per-
fectũ, & de hoc quomodo diffe
renter volũtas ſe habeat in Deo
& in nobis dictum eſt. di. 6.
Ad aliud de. 15 de tri. concedo
in patre intelligentiam forma
liter, ſed nego iſtã ꝙ omnis a-
ctus intelligentiæ formaliter
eſt verbum, quia hoc non eſt ve
rum, niſi de intelligentia illa
quæ poteſt habere aliquẽ actũ
genitum, vel notitiam genitã.
talem actum non poteſt intelli
gentia habere, vt patris eſt: qa
pater eſt a ſe, & nihil habet ꝑ
generationem, tamen poteſt cõ
cedi quòd intellectio actualis
patris eſt quaſi genita virtute
memoriæ vt in patre, ſed non
vere genita, quia non diſtincta.
Ad tertium dico, ꝙ non ſunt
duo propria, ſed idem, quia ean
dem relationem per ſe ſignifi-
cant filius & verbum, licet a-
lia connotent, quia filius natu
ram viuentem in communi, &
verbum notitiam intellectua-
lem actualiter expreſſam. iſta
connotata non ſemper ſunt ea
dem, ſed relatio paſſiua ſignifi-
cata ſemper eſt eadem.

*Hẽ. in sũ.* AD TERTIAM queſtio
nem dicitur, ꝙ ſic ꝑꝑ auctorita
tem Augu. 83. q. q. 63. Ibi. n.
loquens de principio euangelii
Io. ait ꝙ græce logos dicitur lati
ne & verbum, & rationẽ ſigni-
ficat, ſed hoc loco melius verbũ
interpretatur, vt ſignificetur nõ
ſolum ad patrem reſpectus, ſed
ad illa etiam quæ per verbũ fa
cta ſunt operatiua potentia. Ad
ditur etiam ꝙ verbũ dicit pro-
prium reſpectum ad creaturas,
quia verbum ex ratione ſui eſt
notitia declaratiua, ergo compe
tit ſibi ex ratione ſui declarare.
appropriatur etiam filio relatio
ad creaturas, appropriatio aũt
nõ fit, niſi ꝓpter conuenientiã
talis appropriati ad proprieta-
tem perſonæ, cui illud appro-
priatur. Et declaratur iſtud per
ſimile de dono, & ſimili modo
ponit̃, ſicut ibi, ꝙ donũ, vt cõno
tat relationem aptitudinalẽ ꝑ-
tinet ad ꝓprietatẽ ſpiritus ſan-
cti, ita verbũ vt dicit relationẽ
aptitudinalẽ, non actualẽ, nec
habitualem pertinet ad ſcd̃am
perſonã. Contra iſtud põt ar- *diſ. 18.*
gui, ſicut ſupra argutum eſt de
dono, quia nullus reſpectus ad
creaturã eſt proprietas perſonæ
diuinę, nec per ſe intrinſece in-
cluditur in aliqua ꝓprietate ꝑ-
ſonæ diuinæ, ſicut ꝓbatur ibi,
ita põt hic ꝓbari, ꝙ cõcedo. tũc
nõ eſt vis, nec cõtẽtio de re, nec
de aliquo intrinſeco ꝑſonæ di-
uinę, ſed ſolũ de hoc nomine
verbũ. formaliter. n. reſpectus
notitiæ expreſſę ad exprimen-
tẽ alius eſt a reſpectu illius ad
creaturã declaratã quia ad aliũ
terminũ, & non ſolũ hoc, ſed
etiã reſpectus verbi expreſſi ad
exprimentem, & reſpectus eiuſ
dem vt declarantis ad eundem
vt declaratum, ſunt duo reſpe-

ctus, qa primus realis, & ſcd̄us rationis. iſti aũt duo non faciũt aliquid vnũ per ſe, quia res vera, & ens rationis, nihil vnũ p ſe conſtituũt, ideo ſi ambo iſti reſpectus vno nomine ſignificẽtur, non ꝓpter hoc faciunt vnũ per ſe conceptum, ſed alter eorũ præciſe eſt proprietas ſcd̄æ perſonæ. ſ. expreſſio illa paſſiua, qua eſt reſpectus realis, alter aũt. ſ. reſpectus declaratiui eſt reſpectus rõnis tãtũ, ſiue ſit ad patrem declaratũ, ſiue creaturã declaratam, quod aliqualiter tactũ eſt ſupra per auctoritatem Aug. 7. de tri. c. 3. vbi vult ꝙ verbũ declarat ſe, & idem. 15 de tri. c. 14. ꝓinde inquit tanq̃ ſeipſum. dicẽs pater &c. hoc eſt ſeipſum perfectiſſime declarãs &c. Ex quib⁹ duabus auctoritatibus patet, ꝙ idẽ põt ad ſe referri vt declarans ad declaratũ, & per cõſequens nõ eſt relatio realis. Sed poſito hoc de iſtis reſpectibus in ſe, ꝙ alter ſit proprietas, & alter nõ, quid dicet̃ de hoc nomine, verbũ, nũquid ſignificat vtrũque, vel alterum? Videtur quidẽ ꝙ verbũ ſignificet per ſe reſpectũ iſtũ realem, ꝙ primo, quia eius abſtractũ vt dictũ eſt prius, ſignificat eundẽ, ſed quia connotat notitiã perfectã, quæ notitia habet reſpectũ rationis ad cognita per eã. ideo etiam cõnotat, quaſi adhuc remotius rõnẽ declaratiui, & ita verbũ ſignificabit ꝓprietatem ſecundę perſonæ, licet cõnotet aliquid abſolutum in illa perſona, quod eſt quaſi terminũ formalis productionis illius perſonę. & mediante illo quaſi remotius cõnotet reſpectũ ad omne illud, ad qđ illud abſolutũ põt habere reſpectũ rõnis, ſcilicet ad omnia declarata. Ad Aug. 6. de tri. concedo, ꝙ filius eſt ars, ita etiam dr̃ ſapientia patris, & virtus, & tamen ſicut pater formaliter eſt ſapientia, & virtus, ita etiã formaliter eſt ars, ſi aũt pater formaliter creat, & hoc vt artifex, creatiua rõ formaliter eſt in patre: & ita ille reſpectus artis ad creaturas, vt ad artificiata, eſt communis tribus, licet approprietur filio, ſicut ſibi appropriatur ſapientia ꝓpter cõuenientiã cũ productione ſua. Ad illud ꝓ opi. de. 83. q. q. 63. poteſt dici ꝙ melius interpretatur logos grece per illud, quod eſt verbum latinè, quàm per illud quod eſt rõ, quia rõ nõ ita ſignificat reſpectũ ad patrem, ſicut verbũ, nec etiam ita connotat reſpectũ ad declarata, ſicut verbum: non autem vult Aug. dicere. ꝙ verbum dicat eſſentialiter relationem ad creaturam ſub ratione declaratiui, quia dicit vt ſignificetur non ſolum ad patrem reſpectus, ſed ad illa etiam quæ per verbum facta sũt operatiua potentia. verbũ aũt non dicitur operatiua potentia patris, niſi ſicut dicitur ſapientia patris, & ars patris, quæ non ſunt eius, niſi ſecundum appropriationem. aut ſi aliter, ſcilicet intendat ꝙ hoc nomen verbũ vtrunque reſpectum ſignificet, tunc non ſignificat præciſe proprietatem ſecundę perſonę, ſed cum hoc alium reſpectum approbatum, & tunc congrua eſt interpretatio logos in verbum & non in rationem, quia ratio nec reſpectum proprium, nec appropriatum ita ſignificat, vera eſt quidem interpretatio in verbum, propterea quòd plus dicit, quàm proprietatem perſonæ,

*Hic habes quòd verbum de ſignificato formali ſignificat relationẽ realẽ do connotato ſignificat relationem nominis.*



ſonæ, nec Augu. dicit interpretationem eſſe in aliquid quod ſignificat proprietatem perſonæ ſecundæ.

Cum additur poſtea, ꝙ verbũ dicit reſpectum ad creaturas proprium ſibi, hoc vr̃ multo falſius, q̃ concluſio oppoſita ei, quam teneo: quia nõ tm̃ ad creaturã relatio non includit̃ in rõne eſſentiali alicuius perſonæ, ſed nec aliquo modo põt pertinere ad aliquã, quin vniformiter pertineat ad totã trinitatem, quia tota trinitas vniformiter ſe habet ad oẽ aliud ſe ſecundũ quodcunq; eſſe, ſiue ſecundũ eſſe in re, ſiue ſecundũ eſſe intelligibili. Et cum probatur per declaratiuũ, dico quòd intellectio actualis patris eſt declaratiua, nec declaratiuum eſt propria ratio verbi, ſed notitiam expreſſam concomitatur declaratiuum, quia illa expreſſio eſt notitiæ actualis, vel in notitia actuali, & ideo ſibi appropriatur declaratiuum, licet ſibi ſit proprium eius.

Cum additur poſtea, quòd appropriatio non fit niſi propter conuenientiam cum proprio. nõ ſequit̃ ex hoc ꝙ appropriatũ ſit propriũ, ſed oppoſitũ, & concedo ꝙ propriũ filij, qđ eſt exprimi, hẽt conuenientiã cum ſapientia, & declaratiuo, & cum arte, pro eo ꝙ iſta expreſſio eſt alicuius per modum intellectus, & virtute intellectus, & talis exp̃ſſio eſt notitia actualis, cuius eſt declarare notitiã habitualẽ, de qua exprimit̃. Sed tñ hæc eſt difficultas melior, q̃ ſit iſta de rõne declaratiui. ſ. vtrum verbum exprimatur virtute intellectus paterni, non tantum de eſſentia diuina, quaſi obiecto præſente intellectui patris, ſed de alijs intelligibilibus, vt ſic habeat reſpectum ad creaturas, non vt in ſe ſunt, ſed vt habent eſſe in intellectu paterno prius origine, vt vr̃, q̃ verbum exprimat̃, & tunc haberet ad illam relationem expreſſi. eſſet enim tũc verbum expreſſum, non tantũ de eſſentia, vt obiecta intellectui patris, ſed etiam de alijs intelligibilibus, & de hac difficultate aliàs in quæſtione de vniformi habitudine trinitatis ad alia a ſe.

VTRVM PER rationem naturalem poſſit cognoſci verbum non eſſe eſſentiale in diuinis? Quod non, quia tunc trinitas ratione naturali cognoſceretur. Item in creatura verbum eſt æque, ſcilicet cuiuslibet ſuppoſiti in natura.

*1. q 2. & q. 8. quæ. quoli. ſed ſubtiliſſime. vide. ſupra in additione 10. diſt.*

Contra, cognoſcit̃ nõ eſſe verũ primã perſonã eſſe verbum, ſed alia eſt prima. Solutio, ad illud de negatione, patet, ꝙ cõceptus termini ſiue verus in ſe, ſiue non, oſtendit negationem de affirmatiua. hæc poſſet demonſtrari, nam propter effectum cauſantem conceptum cõem poteſt, non per impoſſibile, & quodlibet contrarium ſolui. Vtrum ratio verbi ſit prior reſpectus filij in ſcd̄a perſona, ꝙ ſic, qa eſt magis per ſe terminus principij productiui. Contra, non prior notitia. Contra. 7. de tri. c, 4. opinio veri intelligibilis. Contra, natura ſubſtantiæ dicit principium moderatiuum. Solutio. filius eſt ſubſiſtens in natura intellectuali, genitus virtute* naturæ eiuſdem, reſpectu exiſtentis in eadem natura.

*a. 1. virtute naturæ eiuſdẽ reſpect⁹ exiſtentis in. 1. illatio. ergo tu curris conſequẽtia bona.*

## PRAETEREA &c.

### DISTIN. XXVIII.

*a.l.conſtitutis, ſiue conſtitutionis.*

CIRCA diſtinc. 28. in qua magiſter agit de proprietatibus*conſtitutionis tria quæruntur. Primo quæro, vtrum ingenitum ſit proprietas ipſius patris? ꝙ nō. Primo ſic. nulla proprietas dr̄ formaliter de eſſentia, hoc probatur per rōnē, qa tunc ipſa diſtingueret̄, patet ēt exemplo, ſicut eſſentia non dr̄ formaliter generans, nec genita, ſpirans, nec ſpirata, ſed eſſentia, vt vr̄, eſt formaliter ingenita, ergo ingenitū non eſt proprietas alicuius perſonæ. ſ.ſ. ēt eſt ingenitus formaliter. vt probabo. ergo eſſe ingenitum non eſt proprietas patris. probatio aſſumpti, quia eſſentia non eſt genita. ergo eſt non genita. conſequentia patet ꝑ phi. 2. periermenias. qa affrmatiua de prędicato infinito, ſequit̄ ad negatiuam de prædicato finito, & econuerſo cum conſtantia ſubiecti. & vlterius, ergo eſt ingenita. hæc conſequentia probat̄ ꝑ Auguſ. 5. de tri. c. 7 qui dicit, ꝙ idem eſt ingenitum, & nō genitum. Conſimiliter argui pōt de ſ. ſ. ſi non eſt genitus. ergo eſt non genitus, & vltra igitur eſt ingenitus.

Præterea oīs proprietas ꝑſonalis eſt relatiua, quia quicqd ad ſe dr̄ cōe eſt tribus, ex. 5. de tri. Ingenitū aūt non dicit relationem, vt probabo ergo & cęt. probatio minoris, quia ſi ſic, igitur omne ingenitum eſt relatum, hæc etiam eſt vera, omne genitū eſt relatum, hanc cōuerto per contrapoſitionem. ergo omne non relàtum eſt non genitum, tunc arguo, oē nō genitum eſt relatum, oē non relatum eſt non genitum, ergo omne non relatum eſt relatū. concluſio impoſſibilis. ergo aliqua præmiſſarum, non iſta quæ ſequitur ex vera per conuerſionē per contrapoſitionē, ergo alia. Item, ſi innaſcibilitas eſſet proprietas patris, ergo inſpirabilitas eſſet notio patris, & filij, & ita eſſent ſex notiones, quod negatur communiter.

Præterea, Ambr. 4. de ſpiritu ſancto, noluit vti hoc nomine ingenito. ſicut magiſter dicit in litera. Oppoſitum Aug. ad Oroſium. 2. nō duos eſſe ingenitos certa fides declarat.

### QVAESTIO. II.

SECVNDO quæritur. Vtrum innaſcibilitas ſit proprietas conſtitutiua primæ perſonę in diuinis? ꝙ ſic. Dama. lib. 1. c. 2. Oīa ſunt vnū p̄ter ingñationē, & gñationē, & proceſſionē cōſtat ꝙ nō excludit oēs ꝓprietates perſonales, qa tūc in p̄re nō eſſet aliqua proprietas, niſi innaſcibilitas, igit̄ excludit oīa alia in rōne proprietatis ꝑſonalis cōſtitutiuę. ergo vult omnes iſtas. & ſolas eſſe tales relationes. igit̄ ingeneratio eſt proprietas conſtitutiua perſonæ. Oppoſitum. ſicut ſecunda perſona ſe habet ad filiationem; ſic prima perſona ad paternitatē, ſed filiatione conſtituit̄ ſecunda ꝑſona, ergo & p̄nitate prima.

AD PRIMAM quæſtionem dico, quòd duo ſunt videnda.



da. Primo, qualiter ingenitum ſoli patri conueniat. Et ſecūdo quomodo poſſit eſſe ꝓprietas, cum videatur tantum negationem importare.

QVANTVM ad primū dico, quòd omnis dictio compoſita ex aliquo multiplici, & particula priuatiua, eſt dupliciter multiplex. Tum ex multiplicitate affirmationis oppoſitæ, tum ex multiplicitate priuationis, ſicut patet per phi. 5. meta. c. de potentia. vbi impotentiam diſtinguit ſecundum multiplicitatem potentiæ, & præter hoc ſecundū multiplicitatem priuationis, q̄ ponit̄ c. de priuatione eodem, 5. & ita hoc nomen ingenitum eſt multiplex, & multiplicitate eius qđ eſt genitum. & multiplicitate particulæ priuatiuæ. *t.c.17.* *t.c.27.*

QVANTVM ad primū, genitum dr̄ proprie productū per generationem vt primus terminus, extendendo autem genitum, dr̄ genitum cōicatū per generationem, quod eſt terminus formalis generationis, ſicut dicit Hyla. quòd nihil niſi natum habet filius. tertio modo extenditur genitum ad productum. ſiue ad præexigens gñationē, licet ipſum in ſe nō ſit terminus gñationis, nec primus nec formalis. Priuatio ēt licet multipliciter poſſit diſtingui. In priuationem proprie dictam, puta qñ aliquid caret eo qđ natum eſt hr̄e, & qñ, & vt oportet &c. Et in priuationem cōiter dictam. ſ. qñ aliquid caret illo, quod natū eſt habere, non tamē ſecundum conditiones prædictas. Et adhuc cōius, qñ caret illo, quod ipſum natū eſt hr̄e nō ſecundū ſe, ſed ſecūdum genus, ſicut talpa dr̄ cęca, qa viſio qua priuat̄ ꝑ cęcitatē, non repugnat animali ſecundū genus, licet repugnet talpæ ſecundū ſe, & iſto modo tanto generalius aliquid diceret̄ priuatum, quanto habitus, cuius eſt priuatio, natus eſt competere cōiori conuenienti ipſi priuato, puta communius diceretur priuatum aliquid, quod nō haberet illud, quod natum eſt ſibi competere ſecundum rationem corporis, q̄ cui natum eſſet competere ſecundum rationē corporis animati. & adhuc communius, qđ natum eſſet hr̄e ſecundum rationē ſubſtantiæ, q̄ quod natum eſſet habere ſecundum rationem corporis, & communiſſime, ſi natum eſſet hr̄e illud ſecundum rationē entis. Exemplum primi, ſi lapis dr̄ eſſe inanimatus, & priuari anima, hoc eſt, quia conuenit ſibi ſecundum rationem corporis, cuius animatum eſt dr̄ia. Exemplum ſecundi. ſicut angelus dr̄ incorporeus. Exemplum tertij, ſicut omnis creatura dr̄ imperfecta. non quia nata ſit habere oēm perfectionē in ſuo genere, ſed quia hr̄e omnē perfectionem non repugnat enti, quia vni ſoli enti conuenit eſſe ſimpliciter perfectum. Negatio etiam diſtinguitur per negationem extra genus, quæ contradicit affirmationi ſimpliciter, & iſta vera eſt de quolibet, de quo falſa eſt affirmatio, ſiue de ente, ſiue de non ente: alia eſt negatio in genere, & iſta præſupponit naturam generis, de qua dicatur, & iſta poteſt intelligi multipliciter ſecundū multiplex genus communius, & minus commune. Ad pro- *5.meta.t.cō.27.& 10 meta.t.c.19.* *Doctrina philoſophi*

poſitũ igitur loquendo de mul
1. poſt. t. tiplicitate importata per hanc
c. 10. particulam in. licet fiat alterca
tio vtrum importet negationẽ
in genere, vel priuationem. ta-
men videtur quòd idem ſit in
propoſito, accipiendo negatio-
nem ſecũdum genus cõiſſime,
ſi natum eſt hr̃e illud, & priua-
tionem ſecundum genus com-
muniſſime, ꝗa negatio in apto
nato eſt priuatio ſecundũ phi.
4. met. ita ꝙ nihil addit priua-
tio vltra negationẽ, niſi ꝙ req-
rit naturã aptam in qua ſit, igit̃
t. c. 4. negatio in gñe quocunq; mõ
accipiat̃ gñs, cũ ſit in apto nato
aliquo modo, licet non ſecun-
dum ſe apto, ipſa erit priuatio
aliquo modo ſecundũ gñs, licet
non proprie in tali, ſecundũ ꝙ
tale. Et ſi obijcias contra hoc,
ꝗa nulla eſt priuatio in diui-
nit, quia priuatum eſt imperfe
ctum. Reſpõdeo ꝙ hoc conclu-
dit de priuatione ſecundum rõ
nem propriam ſubiecti priua-
ti: ſ. n. ipſum carẽs aliquo na-
tum eſſet ſecundum ſe hr̃e il-
lud, imperfectũ eſſet, ſed ſi na-
tũ ſit ſecundũ rõnem gñis, non
aũt ſe ſecundũ hr̃e illud, non eſ
ſet imperfectũ, licet careret ip-
ſo. Qđ aũt hoc mõ multæ priua
tiones accipiant̃ in creaturis, pa
tet non ſolũ ꝑ illud phi. de tal
pa, ſed ẽt ꝑ cõem diuiſionem
cõis in habitũ, & priuationẽ, ſi
cut aĩal in rõnale & irrationa
le, irrõnale quidẽ dicit priua-
tionẽ in boue, nõ eius qđ natũ
eſt hr̃i in boue, ſecundũ ſpẽm,
ſed eius qđ natũ eſt haberi in
eo, ſecundũ qđ eſt aĩal. genus ꝗ
dẽ quaſi cõe habitui & priua-
tioni eſt illud cui conuenit apti
tudo ad vtrunq;. In propoſito
aũt extendẽdo illud qđ eſt ge-
nus, ſiue intelligamus pro pri-
uatione, ſiue negatione ſecun-
dũ gñs, ꝑ q̃ ambo idẽ intelligo,
poſſumus hic accipere quaſi ge
nus hic qđ eſt cõe ad tres perſo
nas, vt pſona ſiue ſubſiſtens, &
tũc dicamus patrem priuari ali
quo ſecundum genus, vel ꝙ in
patre dicatur negatio aliqua ſe
cundum genus alicuius, qđ na-
tum eſt competere non tm̃ en-
ti, ſed ſuppoſito, quod eſt cõe
patri & filio, & tũc hoc nomẽ
ingenitus, poterit ad propoſitũ
quadrupliciter accipi. Vno mõ
proprijſſime, prout ſignificat ca
rentiã propriã eius qđ importa
tur per hoc nomen genitum, vt
ſ. primi producti per generatio-
nem, & hoc modo non eſt in di
uinis, quia ibi nihil caret eo,
quod ſibi natum eſt ineſſe. Se-
cũdo modo prout ſignificat cõi-
ter carentiam eius quod ſignifi
catur proprie per genitum, &
tũc connotat ſubſiſtens, ſiue ꝑ-
ſonam, & ſignificat carentiam
geniti proprie ſumpti, & hoc
modo vr̃ competere de virtute
ſermonis patri, & ſ. ſ. quorum
vterq; eſt ſubſiſtens, & non eſt
genitus. non ſic conuenit eſſen
tiæ, quia ipſa licet ſit ens, & nõ
genita, non tñ eſt per ſe ſubſi-
ſtens, & perſona. Tertio modo,
vt dicit carentia ſecundum ge-
nus, & hoc geniti ſecundo mõ
ſumpti. ſ. pro cõicato ꝑ genera-
tionem, & hoc modo eſſentia
non dr̃ ingñabilis remouendo
aptitudinem ad cõicationẽ, ſed
vt in pr̃e põt dici nõ cõicata, &
ita ingenita, ſi hoc mõ ſumat
ingenitum. Quarto modo, ſigni
ficat carentiam ſecundũ genus
geniti cõiſſime ſumpti, & tunc
idem eſt ingenitũ, quod ſubſi-
ſtens non productũ, & hoc mõ
acci-



accipitur a ſanctis. ita ꝙ idem
eſt ingenitũ in diuinis, qđ im-
productum proprie dictum, qđ
patet Aug. 15. de tri. c. 26. Pater
enim ſolus non eſt ab alio, ideo
ſolus appellatur ingenitus. Et
idem vult ad Oroſium ſecun-
do. Dico igitur ꝙ ingenitum ſe
cundum vſum ſanctorum, pro-
ut. ſ. ſignificat negationem ge-
niti communiſſime ſumpti. ſ.
producti, cõnotando ſubſiſtẽs
in natura diuina, ſic conuenit
ſoli patri, ſicut patet per au-
ctoritatem Auguſti. iam præ-
allegatam.
PRO OPINIONE pri
ma, proprietas incommunica-
bilis conſtituit ingenitum hoc.
5. de tri. c. 6. & ſi filius non ge-
nitus eſſet, nihil prohiberet
eum. ſ. patrem dicere ingenitũ,
& ſi gignat quiſque filiũ, non
ex eo ipſo eſt ingenitus, quia
geniti homines gignunt alios
In aliqui- poſt. c. 7. nec ideo quiſq; pater,
bus origi- quia genitus, nec ingenitus iõ
nalib. po- quia pater. poſt inquit, alia no-
nitur iſta tio eſt qua intelligitur genitor,
additio, alia qua ingenitus. & c. 8. cum
ſed vide- ingenitus dr̃ pr̃, non quid ſit.
tur defe- ſed quid non ſit oſtenditur. c. 9.
ctuoſa. ẽt cum dicit̃ ingenitus, non ad
ſeipſum dr̃, ſed ꝙ ex genitore
non ſit oſtenditur. Contra de
reſpectu ad prius. Item, abſolu
tum prius eſt. ergo quanto ma
gis habet de ratione abſoluti,
tanto magis eſt prius. Item, nõ
habere per productionem præ-
cedit produci, quia pertinet ad
rationem potẽtiæ propinquæ,
ſicut eſt amotio impedimenti.
Confirmatur per ſimile, de in-
ſpirabili. modo eſſentia prius
eſt in aliquo non communica-
ta q̃ cõicata, eſſentia ſecũdum
ſe non eſt communicata. ergo.
Reſpondeo. potẽtia illa propin-
qua nullo modo in re præcedit
generationem, ſed tantum ſe-
cundum conceptus abſolutos,
ſicut diſt. 27. dictum eſt. nõ ẽt
eſt ſimile, quia in non conſtitu
to per ordinem ad poſterius.
prior eſt neceſſario ratio ordi-
nis ad prius. Contra, negatio
non conſtituit perſonam pri-
mam, quia nec ſecundum in-
genitum eſt negatio. tum quia
eſt alia notio. & vt ſic, non di-
cit eſſentiam tm̃, neq; rem poſi
tiuam aliam a duabus. Inſtan-
tia concludit, ꝙ non eſt notio.
Contra inquantum negatio di
cit dignitatem.
Reſpondeo, dignitas perſona
lis. Item negatio incommuni-
cabilis, & propria. ꝗa nec vna.
ſicut nec ens. neque de aliquo,
niſi ꝑꝑ poſitionem. Item, perſo
na prima, non niſi cum ſecun-
da. Item, Augu. in fine retracta.
non ſecũdum ꝙ non eſt, eſt in-
genitus, ſed quòd vnicum fi- *
lium genuit.
DE SECVNDO articu- ſ. Bona. li.
lo, dicunt aliqui, ꝙ cum ingeni 1. diſt. 27.
tũ dicat tantũ priuationem in qõ. 2. &
in genere, vel tantum negatio diſt. 28. q.
nem, & per cõſequens ex rõne 1. & diſt.
ſua formali non dicit aliquam 13. q. 4.
dignitatem, nec aliquid ad di-
gnitatem pertinens. & nihil
poſſit poni proprietas per-
ſonæ diuinæ, niſi ſit aliquid
pertinens ad dignitatem, ergo
oportet quòd ingenitum con-
notet aliquod poſitiuum ratio
ne cuius connotati ſit proprie-
tas. hoc autem poſitiuum poni
tur ab eis eſſe fontalis plenitu-
do, quę eſt in ſolo patre, in quo
eſt omnis fęcunditas tam ad in
tra, quàm ad extra.
Sed cõtra iſtud arguit̃ primo
quia

quia iſta fontalis plenitudo nō intelligitur ad extra, quia talis fæcūditas eſt cōis tribus, ſed ad intra non eſt in patre, niſi duplex fœcunditas. ſ. ad generandū, & ſpirandum, hæc aūt fęcūditas non eſt aliquid vnū poſitiuum in patre, niſi eſſentia, eſſentiā aūt nō connotat, vt propter hoc dicatur eſſe proprietas patris. Quod aūt iſta fontalis plenitudo non ſit aliqua poſitiua relatio vna in patre, patet, quia tūc in patre eſſent tres relationes poſitiuæ. ſ. gñatio actiua, ſpiratio actiua, & illa relatio, quā circūloquimur per hoc ꝙ eſt fontalis plenitudo fęcunditatis, licet ſit innoīata, & tūc eſſent quinque notiones, quod non conceditur cōiter, ſaltem non conceduntur in patre tres proprietates poſitiuæ relatiuæ. Præterea, ingenitum non videt̄ connotare illam fontalē plenitudinē, quia nō primā fęcunditatem, quia ſecundum Aug. 5. de tri. c. 6 Et ſi pr̄ filiū non genuiſſet, nihil prohiberet eū dici ingenitum, igitur ingenitū pōt præcedere gñationē actiuam. multo magis ēt non connotat ſecundam fęcunditatē, quia ſi per impoſſibile non poſſet eſſe productio per modū volūtatis, adhuc tñ eſſet ſtatus in gñatione ad aliquam perſonam ingenitam ſub propria ratione. ergo videtur, ꝙ illa fontalis plenitudo, quæ nihil dicit niſi duplicem fęcunditatem non poteſt connotari per hoc quod eſt ingenitum. tertio quia ratio eorum non videtur valere, quia ſi ꝓprietas perſonalis diceret dignitatē ſimpliciter, igitur alia perſona, quæ non habet illam non haberet oēm dignitatem ſimpliciter. quod eſt inconueniens. Aliter dicitur, ꝙ hoc poſitiuum eſt eſſe a ſe. & hæc dr̄ eſſe intentio Ricar. & ꝙ eſſe a ſe eſt aliquid propriū poſitiuū circumlocutum per ingenitū, & pręcedit relationem ad filiū, quia enim aliquid eſt a ſe, ideo oportet ſecundum Ricar. ꝙ ab ipſo ſit omne eſſe, & omne exiſtere. Contra eſſe a ſe ſi eſt poſitiuum & abſolutum, erit cōmune tribus, aut relatiuum, & non ad prius, quia non eſt niſi negatio relationis ad prius. igitur erit ad filium, & ita etiā a ſe, vel dicit habitudinem ad filiationem ſi eſt poſitiuum, vel ſi dicit habitudinem ad ꝑcedēs erit negatio relatiōis, & ita negatio eſt ingenitū. ergo non eſt proprium poſitiuum illius.

IDEO VIDETVR dicēdum, ꝙ ingenitum ſub propria ratione ſua, vt ſignificat nō habere genitorē eſt proprietas patris, & ſufficienter importat dignitatem. i non indignitatem. hoc enim ſufficit ad perſonalē proprietatem, ꝙ non ſit indignitas, ſicut & perſonalia in diuinis non dicuntur eſſe imperfectiones, non tamen perfectiones ſimpliciter. i. vniuerſaliter in quolibet melius ipſum, quā non ipſum. Et ſi omnino fiat altercatio, ꝙ omnino oportet ꝓprietatem dicere dignitatē nō abſolutam, ſed perſonalem. Pōt dici ꝙ ingenitum, inquantum negat habere genitorem, dicit dignitatem perſonalem primæ perſonæ in diuinis. quia ſicut dignitas eſt in ſecūda perſona habere principium originans, ita eſt dignitas in prima perſona non habere: & tamen iſta dignitas non oportet, ꝙ ſit



ꝙ ſit dignitas formaliter alicuius poſitiui proprij connotati per hoc, quod eſt ingenitum. vnde negatio poteſt dici eſſe dignitatis in aliquo, pro quanto indignitatis eſſet ſi oppoſita affirmatio poneretur in eo, ſicut dignitatis eſt in rege, quòd non ſit ſceleſtus, vel mercator.

NOTA quòd ſicut relationes poſitiuæ fundantur in eſſentia ex natura rei, ſic & iſta negatiua. ex natura enim eſſentiæ eſt quòd in aliqua perſona ſit ratio, qua ipſa non ſit ab alia, & ſic* ſubſtractum ipſius relationis non eſt, niſi eſſentia diuina, vt ſit ſenſus, ingenitus, ideſt habens diuinam eſſentiam non ab alio: ex ſe enim habere dignitatem, & a nullo principiatiue, eſt libere habere, ſicut rex regnat. ideo vt ſic eſt dignitatis, negatio enim pręciſe, vt negatio, non importat dignitatem, niſi ex hoc quòd circa talem affirmationem fundatur. vnde habere deitatem ab alio ſimpliciter non eſt dignitatis, ſed ſolum ratione modi notabilis habendi, ſcilicet per generationem, & ſpirationem. *propter hoc dicitur quòd ingenitum ſtricte, ſcilicet non productum per generationem, *dicit dignitatem, ſed ingenitū vt eſt negatio, & non vt conuenit ſpirituiſancto, ſed tantum patri ſic, vt dicit ſimpliciter, nullo modo eſſe ab alio. Ad ſecundum, ibi inſpiratum non dicit dignitatem, quia ſpiratum dicit, ideo non ſexta notio. & exponitur ibi ad tertium ingenitum. conſideratur enim vno modo ſimpliciter, & ſecundum ſe. Alio modo vt conſideratur circa talem naturam. primo modo* ſubſtractum, nō eſt, niſi eſſentia, ita quòd ſi eſſet hypoſtaſis in eſſentia ſine proprietate, eſſet ingenita, ſecundo modo aliquid eſt ſubſtractum negationi eius tripliciter. vel. ſ. vt in quo fundatur in primo, vel tertio, vt cuius eſt notificat* reſpectum ſubſtantię ſolius formaliter in quo fundatur. non tamē, niſi vt eſt ſub proprietate patris. Contra. melius diceretur ad argumentum quòd dignitatem importat reſpectu fundamenti tantum, nec ſequitur ꝙ non dicit dignitatem propriam, quia eſſentia eſt indifferens ad plures dignitates perſonales, quas ponit. 15. de trini. Confirmatur, quia vbi ad prius eſt habitudo poſitiua prius eſt quàm ad poſterius, igitur & negatiua. & hoc eſt quod dicitur, quòd ratio primi præcedit ordine ad poſterius, & nunquàm alicubi abſolutum prius eſt relatiuo, ingenitum ſecundum ſe poteſt competere ſuppoſito abſoluto, ſi eſſet.

AD ARGVMENTA huius. q. Ad* primum nego minorem, cum probatur per philoſophum ſecundo Periermenias, dico ꝙ illa conſequentia philoſophi tenet per virtutem primi principii huius. ſ. a quocunque remouetur vnum contradictoriorum, de eodem dicitur reliquum, vt ſic aūt non poteſt cōcludi affirmatiua de prædicato infinito, ſequi ad negatiuam de prædicato finito, niſi vbi illud prædicatum infinitū ſignificat negationem extra genus contradictoriam affirmationi, quia negatio in genere non

*Margin notes:* a. l. ſubſtractum. — a. l. ibidē ſecundo. — a. l. dicit non dignitatem. — a.l. ſubſtratum. — a.l. rationem. — a.l. ad primam. — Nota pulchra.

non contradicit affirmationi. & tunc non ſequitur non eſt genitum ergo eſt non genitum, niſi in negatione extra genus, & hoc modo non genitum non cõuertitur cum ingenito, licet conuertatur in accipiendo non genitũ, prout dicit negationem in genere, quomodo intelligit Aug. Ad ſecundum, concedo ꝙ nulla proprietas perſonæ ſecundũ viam communẽ, dicit aliquid ad ſe, nec tamen oportet omnẽ proprietatẽ dicere relationẽ poſitiue, ſed ſufficit ꝙ vel poſitiue, vel negatiue, ſi enim relatio ſit perſonalis, & propria alicuius perſonæ, negatio etiam reſolutionis erit perſonalis propria alij perſonæ, & ita non ad ſe, neque communis tribus, & hoc modo. ſ. negatiue ingenitum dicit relationem, ſicut patet per Aug. 5. de trini. c. 8. Et tunc iſta eſt falſa, omne non genitum eſt relatum, & tamen nõ ſequitur. ergo non genitum dicit aliqd ad ſe. ſed ſequitur, ꝙ vel dicat aliquid ad ſe, vel negationem propriæ relationis ſiue relationem negatiue. & ſic conceditur concluſio, ꝙ omne non relatũ ſit relatũ poſitiue, vel negatiue.

Ad tertium dicitur ꝙ inſpirabile non dicit aliquam dignitatem, ſicut dicit ingenitum, & ita non eſt notio. Sed hoc videtur eſſe falſum in ſe, quia æqualis dignitatis eſt in patre & filio non ſpirari, ſicut in patre nõ generari. & etiam ad propoſitũ non videtur valere, quia non videtur neceſſarium ad proprietatem, ſiue ad notationem proprie dignitatem. Aliter poteſt dici ꝙ ingenitum dicit nõ productum, ſicut expoſitum eſt in primo articulo ſolõnis. & hoc modo inſpirabile, quia continetur in eo, non eſt alia notio ab eo. ſequitur enim non productum. ergo non ſpiratum. & non econuerſo. ergo nõ eſt alia notio. ¶Contra, ingeneratio eſt tantum in patre, inſpiratio autẽ eſt in patre & filio. ergo hæc notio non eſt illa. Sed ſi iſta cõſequentia ſit cõcedẽda, erũt ſex notiones, niſi alia ratio aſſignetur, quare inſpiratio non ſit notio? Et ſi videatur abſurdum ponere ſex notiones, quia communiter non ponuntur tot, poſſet dici, ꝙ locus ab auctoritate non tenet negatiue. Tempore autẽ Ambroſij non videntur fuiſſe vſitatæ tres notiones in patre, quia noluit hoc nomine ingenitus vti. Tempore etiã Anſel. non videntur fuiſſe vſitatæ duæ notiones poſitiuæ in patre. qa non vtitur ipſe inſpiratiua, ſed pro illa accipit * dignitatem cõmunem patri & filio, & ſi tunc * a principio fuerũt tantũ notæ tres ꝓprietates notionales. ſ. paternitas, filiatio, & ſpiratio, & hoc ex verbo ſaluatoris in euangelio. & Ioan. in canonica ſua. ca. 1. tamen poſtea per inueſtigationem innotuerunt alię notiones & proprietates, quę prius erant in re, licet nõ prius notæ, & ita ſicut poſteriores, conceſſerũt plures notiones, ꝗ priores, non tamen priores eas negauerunt, licet non eas dixerint, ita non videtur inconueniens de poſterioribus ad illos doctores ponere tales notiones, dum tamen poſſint concludere illas ex dictis priorum. Ad vltimum de Ambroſio, patet per magiſtrũ; ꝙ illud vocabulum ingenitus, non erat tempore ſuo ita notũ, vel ita neceſſarium ad expreſſio-

*Quare in reportatis diſtin præſenti. q. ſ.*

*a. l. diuinitatem.*

*a. l. & ſicut antea vel ſi autem vel tunc tantum.*

*Mat. vlt.*



ſionem fidei, ꝙ oporteret omnem catholicum eo vti, & primam perſonam illa proprietate exprimere, erat occaſio ſimplicibus fidelibus erroris, quia videtur dicere aliquid ad ſe, qa non ita manifeſte importat relationem, ſicut importat genitum, & ideo ſecurum & cautũ erat ſimplicibus fidelibus, non vti illo vocabulo propter hæreticos malignantes, licet hoc vocabulum in ſe proprie & primo competat patri.

AD QVAESTIONEM ſecundam, videtur poſſe dici, ꝙ ſic. hoc modo intelligẽdo, eſſentia enim diuina anteꝗ intelligatur communicata per productionẽ, videtur in aliquo intelligi non communicata actu, vt in prima perſona ꝓꝑ primitatẽ eius, non quidẽ non cõicabilis, quia non eſt nõ cõicabilis, ſed nõ actu cõicata, quia nõ vr̃ poſſe cõicari alicui quaſi paſſiue, niſi præhabeatur in aliquo nõ cõicata ſibi, quaſi paſſiue, & hoc mõ in iſto primo ſigno, in quo tm̃ intelligitur eſſentia in aliquo, & iſta negatio non communicata actu, videtur haberi intellectus alicuius incommunicabilis, ſi enim eſſentia, vt nõ communicata actu, non eſſet incõicabilis, igitur ipſa (vt nõ cõicata) poſſet eſſe in pluribus. & tunc poſſent eſſe plures ingeniti, & plures primæ perſonæ, in quibus æque primo eſſet eſſentia, & non eſſet eius ſtatus in aliquo primo: ſed ſi habet̃ aliquis incõicabilis ſubſiſtens in natura diuina, tũc habet̃ perſona prima, ergo ante omnẽ intellectum proprietatis poſitiuę intelligendo ſolam eſſentiam, & ingenitum hoc eſt non communicatum per generationẽ, habet̃ aliquis ſubſiſtẽs incõmunicabilis in natura diuina, q eſt ingenitus, accipiendo ingenitũ ꝓprie ſicut põt accipi ĩ diuinis.

ITEM ESSENTIA vt prior relatione eſt non communicata, & dans per ſe eſſe. igitur eſt hypoſtaſis in generãte. antecedens probatur, quia vt prior nõ eſt cõicata, & vt ſic dat ꝑ ſe eſſe. 7. trini. c. 9. conſequentia ꝓbatur, vt non communicata, nõ eſt communis pluribus ſuppoſitis, ergo eſt in vno tantũ, & nõ eſt niſi in ĩgenito, qa genito eſt communicata, & hoc redit in illud, quod eſſentia per ſe ens hoc, vel hic Deus generat inquã tum habet principium formale, & per ſe eſſe, & non præintelligitur aliquid generationi, niſi quod habet principium illud, quo non ab alio, & quaſi expectat relationẽ conſequentẽ, quæ conſurgit termino iã poſito. Contra, igitur per ingenerationẽ eſt proprietas poſitiua in patre, ſicut in filio. poteſt concedi quòd in neutro eſt vt per ſe terminus, nec primus, nec formalis, ſed concomitans primũ terminum, qui eſt filius, quia relationes mutuæ concomitantur per ſe terminũ, qui eſt vnũ extremum.

Confirmatur iſta opi. per Augu. 5. de trini. c. 6. vbi vult ꝙ ſi pater non genuiſſet, nihil eum prohiberet dici ingenitum, ergo poteſt intelligi aliquis ingenitus, non intelligendo ipſum generaſſe. intelligendo aũt ingenitum, intelligitur ſuppoſitum incommunicabile ſubſiſtens. ergo videtur, ꝙ prius conſtituitur ibi perſona per ingenitũ, ꝗ per aliquã proprietatem poſitiuã. Præ-

*Vide in reportatis. & in quol. q. 4. copioſe hac.*

*Speculatio ſubtiliſsima nõ pro iunioribꝰ.*

Præterea, in omni ordine eſſentiali negatio ordinis ad prius videtur immediatius conſequi ipſum primum, q̃ ordo eius ad ſecundum. quia illa negatio videtur immediate ſequi ipſum inquantum tale. igitur ſimiliter in ordine perſonarum prius cõuenit primæ perſonæ negatio *ordinis ad priorem, q̃ ordo ad ſecũdam perſonam. ergo prius intelligitur ingenita, q̃ generãs, in illo priori intelligitur perſona incommunicabilis in natura diuina, ergo. *a. l. originis.*

Præterea, ſi ſecundum imaginationem philoſophorum non eſſet in diuinis, niſi vnum ſuppoſitum abſolutum, conſtitueretur per eſſentiam abſque proprietate poſitiua, & ſi aliqua cõcurreret, non eſſet, niſi illa negatiua, quę eſſet nõ eſſe ab alio, ergo videtur, quòd cum origo poſita in diuinis nihil auferat ipſi eſſentiæ, nec etiam huic ꝓprietati negatiuæ, non eſſe ab alio. ergo per* ipſam poterit modo aliqua perſona conſtitui. *a. l. ipſa.* Et ſi obijciatur, quomodo ſola negatio poterit conſtituere perſonam diuinam? Reſpondetur, ꝙ perſona includit eſſentiam diuinam, quæ eſt communicabilis, & cum hoc aliquid quod eſt incõmunicabile, per hoc quod habet naturam in ſe, habet in ſe omnem perfectionem poſitiuam quæ poteſt poni in ipſa, per negationem autẽ cointellectam poteſt habere rationem incõmunicabilis, & hoc maximè ſi incommunicabilitas nõ dicit, niſi aliquam negationem in genere. *maior.*

*Omnis proprietas perſonalis eſt primo, & per ſe incommunicabilis.*

CONTRA iſtam viam arguitur ſic. nulla negatio eſt de ſe incommunicabilis, quia ſicut non eſt de ſe vna, neque indiuiſibilis aliqua indiuiſione, ſic non eſt de ſe hoc, & incommunicabilis, ſed tãtum per affirmationem, cui primo repugnat diuidi. & per hoc negationi conuenit non diuidi. & ideo negationi non conuenit primo non diuidi, ſed conſequenter, ita etiam videtur de incommunicabili, quia cõmunicari non repugnat negationi de ſe, ſed tantum per aliquam affirmationem, cui primo conuenit talis incõmunicabilitas. ergo negatio non erit prima ratio incommunicabilitatis.

RESPONDEO, negatio principiati in ente eſt omnino incommunicabilis, quia omne aliud ab vnico ente eſt principiatum, vnde eſt iſta negatio incommunicabilis in ente? dico ꝙ ex natura entis. quia illi repugnat iſtam negationem in ipſo pluribus communicari. Contra, igitur illud poſitiuum eſt prius incõmunicabile, non ſequitur. immo ſi non tantum vnicum ens eſſet principiũ, nec tantum vnum eſſet non principiatum, inſtantia inanimato ponendo, ꝙ forma mixti manet eadem, quæ prius nõ eſt inſtantia, quia & ſi ſic mixto inſit inanimatio, & tamẽ eſt ꝓpria illi, quia animatio non fuit. itaque ꝙ eſſentia non vt cum aliqua proprietate, nec vt in aliqua perſona eſt principiũ * generãs, ita vt recipiet aliqd̃ prius qũocũque in re, ſed tm̃ ſic dicẽdo vt actu prĩcipiat, quo principiat, quo hoc eſt vt actu fundat, quia in hac diſt. 28. q. vltima dicetur, ꝙ generatio eſt omnino primo determinata eſſentiæ. *a. l. generandi.*

*maior.*

*Omnis proprietas perſonalis eſt propria ei cui conuenit.*

Præterea, nulla negatio eſt ꝓpria alicui ſubiecto, niſi per aliquam affirmationem ꝓpriam ei, quam ſequitur talis negatio. ergo primæ perſonæ non eſt propria iſta negatio non eſſe ab alio, niſi quia eidem propria eſt aliqua affirmatio prior, quam conſequitur iſta negatio. iſta affirmatio prior non poteſt eſſe eſſentia. ergo aliqua proprietas poſitiua. Præterea, ſi prima perſona ſit incommunicabilis formaliter negatione, & ſecunda eſt incommunicabilis relatione poſitiua: ſ. filiatione. & tertia ſimiliter ſpiratione paſſiua. ergo non vniformiter ſe habẽt iſtæ perſonæ in rõne perſonalitatis, neque ſunt æque poſitiuæ perſonæ, neque æque perfectæ inquantum perſonæ, quia non eſt æque ꝑfecta perſonalitas negatiua, & ꝓprietas aliqua poſitiua. *Solutio quæſtionis.* Iſtæ rationes licet forte nõ cõuincerẽt aduerſarium quin poſſent ſolui, quia tamen non videtur probabile perſonã primam conſtitui ſola negatione formaliter, vel negatione formaliter eſſe perſonam. ideo poteſt concedi concluſio iſtarum rationum.

*Soluendo argumenta 2. opi.*

AD ARGVMENTVM in oppoſitum dico, ſicut dictũ eſt diſt. 26. ꝙ ly præter, non excludit aliqua perſonalia, ſed excludit eſſentialia. & includit in proprietate incluſa omne perſonale illius perſonæ, vnde & in generatione includitur, tam paternitas q̃ ſpiratio actiua, vt eſt in patre, & omnia perſonalia quæ cõueniunt patri. Quod etiam probatur per eum alibi, *alibi.* * vbi nominat paternitatem, filiationem, & proceſſionem, ergo non intendebat in primo loco ſolas illas tres eſſe proprietates perſonales, nec etiam intendebat illas tres cõſtitutiuas eſſe perſonales, ſed per illas intendebat omnes alias, & ꝙ omnia eſſentialia, quæ excluduntur ꝑ ly præter, ſunt vnum in tribus.

AD ARGVMENTA pro opi. prima quãdo arguitur per Aug. de proprietate ingeniti ad paternitatem. Reſpondeo. aliquando priuatio non connotat affirmationem, & tamẽ nũquam ineſt formaliter priuatio, vt propria, niſi priuato inſit formaliter talis poſitio. Exẽplum, cæcus non connotat, niſi oculum qui eſt cõmune ſubiectum cæcitatis & viſionis. & tamen nunq̃ ineſt oculo per ſolã rationem oculi, ſed per aliquã aliam entitatem poſitiuã, quã conſequitur iſta priuatio, puta per talem mixtionem in oculo, cum qua non poſſit ſtare viſio. Ita poteſt dici hic. ꝙ licet ingenitum non connotet, niſi aliquam perſonam ſubſiſtentem in eſſentia diuina. tamen iſta affirmatio non eſt tota ratio inhærentiæ huius negationis, quę eſt ingenitum, ſed oportet in re aliam proprietatẽ poſitiuam aliquo modo præcedere ingenitum, per quã inſit, licet non connotetur per ingenitũ tanq̃ aliquod propriũ ſubiectum, & ſecundum hoc dictum Aug. debet intelligi, ꝙ ingenitum quãtum eſt de per ſe ratione ingeniti, non connotat patrẽ, non tñ poteſt ineſſe ꝓprie in re, niſi affirmatio iſta, vel aliqua alia abſoluta, vel relatiua ſit quaſi rõ inhærentiæ eius. Ad ſcd̃m dicit, ꝙ iſta propoſitio eſt vera de primo in ordine, qd̃ eſt ad ſe, cuius. ſ. eſſe non eſt eſſe ad ſecundum. ita non eſt in ordine

dine perſonarum habentium eandem naturam, vt in propoſito, quia hic primam perſonam eſſe, eſt ordo eius ad ſecundam. & ideo ordo ad ſecūdam quaſi præcedit negationem principij, ſicut *conſtitutiuum formale alicuius entis poſitiui præcedit in eo negationem alicuius entis ſibi repugnantis.

*a. l. conſtitutum.*

Vel ſic. vbi natura primi non eſt eadem cum natura ſecundi, ibi negatio principiati, ſtatim ſequitur naturam primi, antequam intelligatur ordo ad ſecundum. Sed vbi eſt eadem natura primi & ſecundi, negatio principiati non ſequitur naturam. ſed aliquid proprium illi. illud hic non poteſt eſſe ſecundum communem opinionem, niſi relatio.

Ad tertium dico, quòd ſi eſſet ita ſecundum imaginationem philoſophorum gentiliū, tunc eſſentia diuina eſſet determinata ex ſe ad hanc ſubſiſtentiam, & conſtitueret hanc, non per aliquam negationem, ſed ſeipſa ſecundum eos, quia eſſet omnino determinata ad hanc, ſicut in creaturis hæc natura eſt omnino limitata ad hoc ſuppoſitum, nunc autem ponendo ibi eſſe originem, oportet eſſentiam non eſſe omnino determinatam ad vnam perſonam, & ideo non conſtitueret per ſe aliquam perſonam. Et cum dicitur ponere originem, nihil aufert eſſentiæ, nec illi quòd per ſe * conſtituit, verum eſt, quòd nihil aufert, ſed ponit oppoſitū illius hypotheſis, ꝓpter quā eſſentia de ſe conſtitueret perſonam, ſcilicet determinationem eſſentiæ ad vnicam ſubſiſtentiam, quæ hypotheſis auferret eſſentiæ perfectionem, quia videretur ponere limitationē, ſed oppoſitum illius hypotheſis ponens originem non aufert perfectionem, aufert tamē modum incompoſſibilem conſtitutiuum perſonæ, qui eſſet verus ex hypotheſi.

*Dicit gentilium ad differētiā Chriſtianorum & iudæorū philoſophorū.*

*a. l conſtituitur.*

VTRVM eſſentia diuina ex ſe determinet ſibi primo generationem actiuam? ꝙ non, quia tunc ſtaret in quolibet nō ſuppoſito. Item, relationes ſunt æque primo in eſſentia. Contra. ſi per aliud prima perſona non conſtitueretur ingenito. Solutio, de determinato & indeterminato, & determinare continentiam. Contra, illimitationem eſſentia determinat, quia prima, & aptitudinalis, igitur actu per aliquid, non per relationem, quia ipſa non eſt antequam fundetur, nec per aliud infinitum. igitur ex ſe primo dicitur* adæquate immediate, primo modo ſecundum intentionem, ſic ratio. exemplum cōtra God. ſecundum extenſionē non immediate, quicquid ſe habet ad plura ordinem habentia, reſpectu eius aliud habet primum ſic. & ſic exemplum ſolis, exemplum animæ: eſſentia igitur immediatiſſime ſe habet ad primam, & per illam ad ſecundam, Deus inquantū principium: tenet enim mediante contra productum per diuiſionem. Item, forma per ſe ens, modus hic, & congruentia de triplici principio. Cōtra, tripliciter hic modus alius poſt ad argumenta.

*a. l. adæquare. Sic in originali.*

QVAE-



## QVAESTIO. III.

*a l. Tertio quæro.*

VLTIMO* hic quęro. Vtrum prima perſona cōſtituatur in eſſe perſonali aliqua relatione poſitiua ad ſecundā perſonam? ꝙ non, arguitur primo, quia prima pſona pręintelligit in eſſe pſonali anteq̄ gignat, agere enim ſuppoſiti eſt, igit pręintelligitur eſſe ſuppoſitū etiā anteq̄ agat. ſi aūt cōſtitueretur relatione ad ſecundā perſonā, cointelligeretur cū ipſa exiſtente ſecundam perſonam eſſe, & per conſequēs ſecūda perſona cointelligeretur eſſe, antequam prima gigneret, & ita ſcđa perſona nō eſſe terminus illius generationis. Confirmatur ratio, qa quæcūq; ſunt ſimul natura, quocūq; vnū eſt prius & alterū, relatiua ſunt ſimul natura, ergo ſi prima perſona formaliter cōſtituitur in eſſe pſonali p relationē ad ſcđam, quocūq; prima pſona prior eſt in eſſe pſonali, eo & ſecunda. ſed gñatione, q̄ eſt actio primę perſonę, vr prima pſona eſſe prior in eſſe pſonali. igitur & ſecunda, & vt prius, tūc nō erit terminus formalis gñationis. Præterea, in oī ordine primū videtur eſſe abſolutiſſimū, ſicut apparet procedēdo in quibuſcunque ordinibus. ergo ita erit in ordine perſonarū, ꝙ prima erit abſolutiſſima, & ita nō conſtituetur per relationem ad ſecundā. Cōtra. prima pſona non conſtituitur in eſſe pſonali deitate; quia nō eſt incōicabilis, nec ſpiratione actiua, qa cōis eſt ſibi & filio, nec innaſcibilitate ex q. præcedente. ergo per viam diuiſionis aliqua relatione poſitiua ad ſecundam perſonam.

*In prohemet.*

HIC COMMVNITER cōceditur pars affirmatiua qōnis, ſed propter difficultatē primi argumenti diſtinguitur de ipſa relatione conſtituente primam perſonam. Vno modo, quòd ipſa poteſt conſiderari vt proprietas, vel vt relatio: vt ꝓprietas pręcedit generationem, vt relatio ſequitur, & tunc ſecundum ꝙ conſtituit primam perſonam, non oportet ſecundam ſimul eſſe cum prima, licet vt eſt relatio, quaſi conſequens generationē oportet ſecundam ſimul eſſe cum ea.

*Tho. 1. parte ſum. q. 40. ar. 4*

Contra iſtud. Proprietas vt proprietas eſt aliqua entitas, alioquin non conſtitueret aliquod ens, aut igitur entitas ad ſe, aut ad alterum, aut neutrum, entitatem enim aliquā eſſe ſingularem, quæ nec ſit entitas ad ſe, nec ad aliud, nō videtur eſſe intelligibile. ergo oportet quòd iſta entitas formaliter, vel ſit ad ſe, & tunc cōſtituit perſonam abſolutam, vel ad alterum, & tunc vt proprietas erit relatio, & tunc non euadetur difficultas, licet alia ratio ſit conſiderandi eam, vt proprietas, & vt relatio. Et confirmari poteſt ratio per exemplū, quia etſi albedo poſſit cōſiderari, vt albedo, vel vt qualitas, & ſi cōſideretur vt albedo, hoc eſt ſecundū propriā rōnem ſpecificā ſuā: ſi aūt vt qualitas, hoc eſt ſecundū rationē imperfecti ſui generis, tamē quicq̄d cōſtituitur albedine, vt albedo eſt, nō cōſtituitur aliqua entitate, quę non ſit qualitas, qa albedo etiam, vt albedo, includit eſ-

ſentialiter qualitatē, & eſt eſſē tialiter qualitas, ita ꝙ albedo non pōt cōſtituere albū, vel aliquid in eſſe albo, niſi etiā cōſtituat in eſſe qualitatiuo, ita vr̄ in ꝓpoſito d̄ ꝓprietate relatiua ſic, & ſic cōſiderata. Præterea, iſte dicit alibi ꝙ in diuinis nō poteſt eſſe ordo, quia nec eſſentię ad relationes, nec relationū inter ſe, q̄a relatiua ſunt ſimul natura, ꝙ ſi proprietas poſſit cōſiderari eo modo, quo nō eſſet relatio, & hoc modo non oportet ꝙ haberet correlatiuum ſimul natura, argumentum eorū non valeret.

*S. bo. li. 1. di. 26. q. 3.*

ALITER diſtinguitur de relatione vt relatio eſt, & vt origo eſt, & ponit̄, ꝙ cōſtituat, vt origo, non aūt, vt relatio, quia ratio originis aliquo modo pręcedit, & in ea quaſi fundatur relatio. prima aūt perſona cōſtituitur per primā originem ibi, per quam diſtinguitur. Contra hoc obiicitur, quia origo vt origo, non eſt propria forma nec ꝑſonæ in qua eſt, nec perſonę ad quā eſt, ſed eſt quaſi via, & tūc neq; primæ perſonę eſt forma, ſed quaſi præſupponit eā, nihil aūt cōſtituit aliquid in aliquo eſſe, niſi inquantum eſt forma eius. Si tamē iſta via intelligit̄ de diſtinguere, quaſi principiatiue alicuius correſpōdētis cauſæ effectiuæ ī creaturis, ſicut expoſitum eſt di. 26. & nō per modum principii formalis, tunc iſta poſitio poſſet habere veritatem, nec hoc argumētum eſſet contra eam.

*In op. 3.*

*Henr. quo li. 9. q. 1. & 3. & in ſum.*

ALIO MODO dicitur ꝙ ſicut eadem actio pōt diuerſimode intelligi. Inquantū aptitudinalis. Inquantū potētialis. Inquantum futura. Inquantū actu. Et inquantum præterita, ita relationes fundatæ ſuper actionem poſſunt diuerſimode accipi, vt ſit relatio fundata ſuper generationē, quaſi aliquo modo præteritam, alio modo, vt quaſi præſentem. alio modo ſuper eam, vt quaſi futurā, alio modo ſuper eā, vt quaſi potentialem, & vlterius, vt quaſi aptitudinalem, dicitur aūt ꝙ relatio ſub prima ratione cōſtituit primam perſonā, prima aūt rō eſt rō aptitudinalis, quia illud ſequitur ad aliud nō ecōuerſo, ergo generatio tali mō cōſtituit patrem, & hoc modo ſignificatur per hoc, quod eſt generatiuitas.

*Diffuſius videtur de hac opi. & reprobatione in 4. q. quolibe.*

CONTRA ISTVD prima perſona non conſtituit̄ proprietate habente minus perfecte eſſe poſitiuū, quam habeat ꝓprietas conſtitutiua ſecundæ perſonæ, quia tunc non videret̄ eſſe æque perfecta in eſſe perſonali: ſecunda aūt perſona conſtituitur ſecundum iſtos, filiatione vt filiatio eſt, ergo prima perſona non* conſtitueret̄ relatione potentiali, quæ minus ꝑfectū eſſe hēt de ratione relationis, q̄ ꝓprietas ſcdæ ꝑſonę, ſed relatio generatiui ad generabile, quā ponunt eſſe primā & cōſtitutiuam eſt relatio potentialis, ergo non conſtituit ita perfectam perſonam actualem, ſicut ſecunda. probatio aſſumpti, nullum eſſe actuale exigit ens potentiale, quia ens potentiale eſt minus perfectum, quàm actuale, dummodo ſint eiuſdem rationis, relatio autem generatiui requirit generabile, quod dicit relationem potentialem ex parte filii, ergo iſta relatio generatiui in patre, non eſt rela

tio

*a. l. conſtituetur.*



tio actualis. Præterea, contra iſtam opi. & contra duas pręcedentes arguitur, quia relatio ſi cōſtituat ibi primam perſonā, hoc non eſt niſi ſecundū ꝙ eſt in re, alioquin non conſtitueret perſonam realē, non eſt autem in re niſi vnica relatio perſonæ primę ad ſecundā, nec eſt ibi niſi ſub ratione actualiſſima, qūocunque poſſit diuerſimode accipi. ergo ſub illa ratione actualiſſima conſtituet illam primā perſonam, & ſub ea ratione correſpōdet ſibi relatio in ſecunda perſona, non eſt aūt in ſecunda aliqua, niſi vt actualiſſima, fruſtra igitur quæritur diſtinctio, quaſi potētialis, vel aptitudinalis ibi a ratione * actiui, q̄a iſta diſtinctio in modis concipiendi, nihil facit ad conſtitutiuū primæ perſonę, qu in prima perſona ſemper exigat ſecū ſimul ſecundam, & tamē propter hāc difficultatem .ſ. ne poneretur perſonam primā habere ſimul ſecum ſecundam, quæritur iſta diſtinctio relationum aptitudinalium, actualium, & potentialium, ne filius ponatur præcedere generationē patris. Eodem modo poſſet argui contra primam opinionem, & ſecundam, quia illa relatio quomodocunque concipiatur non eſt ibi, niſi vt vnica. Præterea, contra omnes tres opiniones arguitur, quia & ſi pater generat filium per hoc ꝙ actione patris relatio filii eſt in eſſentia diuina, & actione ſua ſecundū iſtas opiniones paternitas, vt paternitas, eſt in eſſentia diuina, q̄a ſecundum eos paternitas, vt paternitas, tunc primo eſt quando filiatio eſt, vt filiatio, licet prius præceſſerit aliquid, vt origo, vel generatiuitas, vel ꝓprietas. igitur pater ita generabit ſe patrem ſicut generabit filium, aut ſaltem ita erit paternitas in patre per generationem, ſicut filiatio in filio, quod videtur abſurdum. Præterea contra omnes opiniones alia eſt difficultas quomodo eſſentia determinetur ad ꝑſonam primam, vel proprietatem, ſi ex ſe, non videtur cōmunis aliis perſonis, quia quandocūque aliquid determinatur ad aliud ex ſe, vbicunque eſt, habet illud, & tūc eſſentia vbicūque eſſet, haberet ꝑſonalitatē primę ꝑſonę. Si aūt ab alio determinat̄, hoc vr̄ eſſe cōtra rōnem primę perſonæ, quia tunc videtur eſſe originata, vel aliquo modo poſſet ab alio poni in tali ſubſiſtentia.

*a. l. actus.*

PRAETEREA tertio ſi d̄terminatur ex ſe, quæro rōnem cuius principii habet eſſentia in determinando ſe ad proprietatem primam, non materię ex diſtin. 5. non formæ, quia priuatio formæ præexigit principiationem producentis, ſicut de cauſa formali, & efficiente. ergo eſſentia quaſi productione ſe determinat. & ita prima perſona erit aliquo modo producta. Nec poteſt dici, quòd proprietas ex ſe determinatur, quia proprietas, ex ſe determinatur: quia impoſſibile eſt qualitercunque duo eſſe omnino prima, ſed omnis multitudo ſtat ad omnino primum, & vnum, illud hic non eſt, niſi eſſentia, vt eſt pelagus, ergo ipſi attribuetur ratio principii aliqualis reſpectu cuiuſcunque ſecundi.

Si quis vellet dicere quòd eſſentia, vt hic per ſe eſt & ſic per

 ſe

ſe agit, iuxta primum argumē
tum factum diſt.7. contra Tho.
poſſet dicere ꝙ hæc eſſentia cō
municat quaſi productiue ſe
perſonæ primæ : & in prima
communicat ſe ſecundæ, & in
prima & ſecunda tertiæ, & ſic
tres productiones ſecundum tri
plex principium. ſ. eſſentia vt
eſſentia, vt intellectus, vt volun
tas. Contra. nihil producit ſe,
igitur eſt diſtinctio inter perſo-
nam primam, & eſſentiam. Cō
firmatur ratio per auctoritatē
magiſtri diſt. 5. propter quam
negat eſſentiam gignere, vel gi-
gni, pari ratione negandum eſt
ab ipſa producere. Item, hæc
productio non eſt generatio:
quia pater eſt ingenitus, nec ſpi
ratio, patet, nec ſunt aliæ in di
uinis. Item, actio eſt ſuppoſi-
ti, ergo eſſentia eſt quartū ſup-
poſitum. Poteſt dici ad pri-
mum quòd aliquid produci be
ne poteſt producere totum, quā
do illud aliquid eſt prius per ſe
ens : & habens in virtute reli-
quum, quod concurrit cum ip-
ſo in compoſito. exemplum
non eſt in creaturis in produ-
ctione ſubſtantiali : quia ibi
non præeſt, niſi materia, quę
non habet virtualiter formam,
ſed bene eſt exemplum in pro-
ductione accidentali, vbicun-
que ſubiectum habet actiue ac
cidens : ipſum ſubiectum pro-
ducit compoſitum illud, ſicut
aqua prius calefacta, & poſtea
ſibi derelicta producit aquam
frigidam, ita diceretur hic quòd
eſſentia per ſe ens in illo pri-
mo ſigno, quando relatio pulu
lat, producit ſe in perſona rela-
tiua vel magis proprie com-
municat ſe illi. Ad formam
conceditur antęcedens, prout
ſe refert præciſe idem. & ſic cō
ſequens, quod eſt diſtinctio,
hoc eſt non eſt omnimoda iden
titas eſſentiæ ad perſonam re-
latiuam : quia ipſa includit ali
quid præter eſſentiam. Ad ſe
cundum, hic poteſt dici, quòd
productio illa eſt generatio, &
productio verbi dictio : ſicut ſi
ignis eſſet intelligibilis, vel in-
telligens, igneitate gigneret,
intellectu diceret. Ad tertium
forma per ſe ens ideſt non in-
hærens, vt accidens : vel for-
ma, vt ſubſtantialis : vel qui-
ditas ſuppoſiti : poteſt eſſe a-
gens, nec tamen eſt ſuppoſi-
tum : quia non eſt incommu-
nicabilis : & ſic* videntur eua *[4. l. & ſi videtur euadi tertia ratio.]*
di. 3. rationes. Sed reſtant in
ſolutæ duæ auctoritates. pri-
ma confirmans rationem pri-
mam magiſtri. alia eſt in ſecū-
da ratione : quia Auguſtinus
dicit patrē eſſe ingenitum. Pro
pter primam poſſet dici, quòd
in omnino primo ſigno, non
tantum eſt deitas per ſe ens, ſed
hic Deus, & ille producit ſe pa
trem. & tunc euaditur hic iſta
locutio, eſſentia producit. licet
ille producat in quo nihil eſt,
niſi eſſentia : ſic corrigitur di-
cta via quātum ad ſermonem.
Ad ſecundum poſſet dici, quôd
ſancti ſupponentes proprieta-
tem primam eſſe in eſſentia.
vndecunque pullulauerit pri-
mum ſuppoſitum, & nō loque
bantur niſi de productione ſup
poſiti a ſuppoſito, ideo dixerūt
illam perſonam eſſe impro-
ductam, quæ non producitur a
ſuppoſito. Conſimiliter dixe-
runt relationes oppoſitas non
poſſe eſſe, niſi in diſtinctis ſup
poſitis, quod verum eſt, ſi v-
traque ſit ſuppoſiti; ſed non





ſi vna ſit alicuius per ſe entis
ſingularis, & non ſuppoſiti, pu-
ta huius Dei. Et ratio eſt, quia
ſingulare non ſuppoſitum pōt
ſe cōicare. & ita non diſtinguiť
a producto, quia.n.eſt ſingula-
re per ſe ens, ideo poteſt agere,
quia non ſuppoſitū, iō pōt cōi-
cari, ſuppoſitum autem nunq̃
ſe cōicat, & ideo ſi producit,
ſuppoſitum diſtinctum produ-
cit, cuius ipſum nihil eſt, quali
ter autem improbabitur hæc
phantaſia tam diſſona dictis
ſanctorum.

*[Io. de rip pa. di. 25. & 26. huius primi]*

ALITER PONITVR
tenendo concluſionem oppoſi-
tam iſtis tribus opi. ſ. ꝙ prima
perſona non conſtituitur rela-
tione aliqua ad ſecundam per
ſonam, & hoc loquendo de pri
mo conſtitutiuo illius perſonæ
in eſſe perſonali, ſed aliqua rea
litate abſoluta, non quiditati-
ua, ſicut tactum eſt in opin. 3.
diſtinctio. 26. Pro hac opinio-
ne arguitur ſpecialiter de pri-
ma perſona, ſic* ingenitum p̄-
intelligitur paternitati, & inge *[a.l.ſi]*
nito videtur præintelligi ali-
qua realitas propria primæ per
ſonæ. igitur cum illa non poſ-
ſit eſſe relatiua, erit aliqua ab-
ſoluta propria illi perſonæ. pro-
batio primi aſſumpti. Tum per
Auguſti. 5. de trini. cap. 6. Si pa-
ter non genuiſſet, nihil prohi-
beret eum dici ingenitum.

Tum quia fęcunditas ad ali-
quam productionem in diui-
nis, non intelligitur quaſi potē
tia proxima, niſi vt eſt in non
habente illam fęcunditatem ꝑ
actū illius fęcūditatis, ſicut vo-
luntas non intelligiť fęcunda
ad ſpirandū, vt in aliqua perſo
na, niſi vt in qua ſit, vt non cōi
cata ꝑ fęcunditatē voluntatis,
& ideo vř cōiter concedi, ꝙ vis
ſpiratiua in patre, & filio p̄in-
telligiť non habere volūtatem
per ſpirationem. ergo a ſimili
huic fæcunditati generandi, vt
quaſi potētia propinqua, vř p̄-
intelligi innaſcibilitas, q̄ notat
eam non haberi per actum fæ-
cunditatis intellectus. ſi genera
tionis, probatio ſecundi ſequi-
tur ex improbatione opi. in. q.
præcedente.

Præterea, nulla relatiua pri-
mo referuntur ad inuicem, ita
ꝙ relatum vt relatum primo
terminet relationem. patet in
creaturis, quia relatum vt rela-
tum requirit illud ad quod re-
fertur ad ſui eſſe, & ad ſui diffi
nitionem. ergo illud, ad quod
refertur eſt aliquo modo prius
relato, vt relatum, ſi igitur ecō
uerſo ipſum, vt terminans re-
fertur. ergo pari ratione requi-
rit illud, ad quod refertur pro-
pter ſui eſſe, & ſui diffinitionē.
ergo circulus eſſet in neceſſario
coexigendo, & hoc ita, ꝙ vtrun
que exigeret alterū, ſicut prius
eſſentialiter ſe, vt diffiniens ſe.
ſed circulum eſſe in priorita-
te eſſentiali eſt impoſſibile,
ergo impoſſibile eſt relatiuum
vt relatiuum, ſiue ſecundum
illud, eſſe quo dependet a cor-
relatiuo. vt ad terminum, eſ-
ſet terminum dependentię al-
terius correlatiui, & a ſimili
videtur in propoſito, quòd re-
latiuum non refertur primo ad
relatiuum, vt ad terminum
huius relationis, ergo ſecun-
da perſona ſi referatur ad per-
ſonam primam, oportet po-
nere aliquod abſolutum, vt ter
minum huius relationis, non
eſt autem illud abſolutum eſ-
ſentia, quia illa ſicut nō referť.

ita non determinat relationē,
quia non diſtinguitur. ergo eſt
abſolutũ perſonale, quod pōt
diſtingui a ſecunda perſona.

Contra iſtam opin. arguitur
ꝙ ſit hæretica, ſed quia tacta
ſunt argumenta & ſolutiones
diſt. 26. ideo modo tranſeo.

AD QVAESTONEM
iſtam, cui non placet vltima
opinio de perſonis abſolutis,
poteſt dici tenendo cōem viã,
ſupponendo. ſ. perſonas eſſe re
latiuas, & ꝙ prima perſona cō
ſtituitur relatione poſitiua ad
ſecundã perſonã, quia nec ali-
quo alio, ſicut argutũ eſt ad op-
poſitum ꝑ viam diuiſionis, nec
oportet diſtinguere qualiter il-
la relatio conſideret̃, vt eſt con-
ſtitutiuũ. qũocunq; .n. variet̃ ſe
cũdũ cōſiderationē, eadē tñ eſt
in re, & ſecundũ ꝙ eſt in re cō-
ſtituit ꝑſonã realē. Nec eſt dif-
ficultas alia, niſi qũo reqrit ſe-
cundã ꝑſonã ſimul ſecũ, cũ tñ
p̄cedat, vbi tñ bſ̃ dico, ꝙ ſimul-
tas relatiuorum qua dñr eſſe ſi
mul natura eſt iſta. ſ. non poſſe
eſſe ſine ſe inuicē ſine cōtradi
ctione, ſi ſint relatiua mutua,
nam vna relatio non pōt eſſe
ſine termino, qa ſi poſſet eſſe ſi
ne eo, eſſet ens ad ſe: pari rōne
nec relatio alia ſibi corrñdens
pōt eſſe ſine iſto termino, quia
tũc eſſet ad ſe. igit̃ iſtæ duæ rela
tiones, qñ ſunt mutuæ, nō pñt
eſſe ſine ſe inuicē abſq; cōtra-
dictione, oē aũt prius natura
pōt eſſe ſine cōtradictione ſine
poſteriori, ita ꝙ ſi ponatur hoc
eſſe ſine illo, nō eſt cōtradictio.
ſicut patet ꝑ phi. 5. met. cap. de
1. c. 16. priore. iſto mō concedo ꝑſonã
primã, & ſecundã nō poſſe eſſe
ſine ſe inuicem, abſq; contradi
ctione, & non eſt contradictio
ex aliquo extrinſeco, ſed ex for-
mali rōne iſtarũ perſonarũ, &
tñ cum hoc ſtat prioritas origi
nis, ꝙ vna ſit ab altera. Quod
declaratur primo, quia ſi ſortes
ſit pr̃ Platonis, ſortes non intel
lectus vt ſubiectum paternita-
tis, ſed vt ſub paternitate. &
Plato intellectus vt ſub filiatio
ne, iſta ſunt ſimul natura, quia
ſic intelligunt̃ vt correlatiua, &
tñ vt ſic ſortes eſt prius origi-
ne q̃ Plato, quia ſic intelligitur
ſub paternitate, q̄ eſt formali-
ter prioritas originis. ergo vr̃ ꝙ
eodē, quo aliquid eſt prius ori-
gine in creaturis, eſt ſimul na-
tura cum eodem, eo modo quo
ſimultas naturæ requiritur ad
correlatiua. Hoc ſecundo ſic ꝑ-
ſuadet̃, quia prioritas naturæ
vno modo eſt prioritas ſecun-
dum perfectionem, ita ꝙ prio-
ra dicuntur eſſe perfectiora ſe-
cundũ naturam. 9. met. c. 7. nũc
aũt cũ ſimultate correlatiuorũ t. c. 15.
ſecũdum naturã vr̃ poſſe ſtare
prioritas ſecundũ perfectionē
in vno, reſpectu alterius, quia
ſi genus relationis diuidat̃ per
proprias drĩas oppoſitas, ſicut
alia genera, vna drĩa diuiſiua
erit dignior, & alia indignior,
quia duæ ſpecies non ſunt æ-
quales. 8. metaphyſicæ. & per
conſequens ſpecies conſtituta t. c. 10.
minus nobili drĩa, erit minus
nobilis, & tñ duæ ſpecies cōſti-
tutæ ex duabus differentis op-
poſitis poſſunt referri ſibi inui
cem, quia omnis relatio diſqui
parantie eſt ad aliquid alterius
ſpeciei. igitur relationum ſibi
correſpondentiũ altera pōt eſ-
ſe prior. i. perfectior alia, & tñ
ſimul natura quantum ad hoc,
ꝙ eſt non poſſe eſſe ſine ſe in-
uicem. ergo multo magis vr̃ ēt
quòd



quòd prioritas originis ſecũdũ
quã. ſ. vnũ extremũ in natura,
nō excedit aliud extremũ, ſed
eſt a quo aliud eſt, poſſit ſtare
cum iſta ſimultate relatiuorũ.

Confirmat̃ per illud Aug. de
quantitate animæ c. 7. æquali-
tatē inæqualitati iure præpo-
nis, & loquit̃ non rōne funda-
menti, quia ex nobilitate æqua
Vt ſupra dictũ eſt diſt. 17. litatis concludit fundamētum
eſſe nobilius, cui conuenit, q̃ il-
lud cui nō conuenit, patet ibi
de circulo, & alijs figuris. igitur
relatio hēt propriã nobilitatem
in ſuo gñe, & ſic vna nobilior
alia, & tñ īter duas ſpecies cor-
relatiuorum eſt qñque relatio
diſquiparantiæ.

Ad hoc ēt adducitur Auic. 6.
meta. vbi vr̃ velle ꝙ cã, inquan
tum cã, prior ſit natura cauſa-
to, inquantum cãtum, & tñ cã
inquantum cã eſt ſimul cauſa-
to ſimultate requiſita ad corre
latiua. iſta aũt prioritas natu-
ræ, quæ eſt cauſæ ad cauſatum
vr̃ magis repugnare ſimultati
de his vide clarius q. 4. quol. naturæ correlatiuorum, quam
prioritas originis tantum. Tũc
breuiter prima perſona conſti-
tuitur in eſſe perſonali per re-
lationem poſitiuam ad ſecun-
dam, & econuerſo. & impoſſibi
le eſt eſſe ſine ſe inuicem, & tñ
ipſa perſona prima conſtituta
in tali eſſe, eſt prior origine per
ſona ſecunda, ita quòd prima
perſona conſtituta in tali eſſe,
eſt a qua originata eſt ſecun-
da. & ita prioritas originis non
repugnat ſimultati relatiuo-
rum.

SED TVNC EST aliud
dubium, quòd tactum eſt con-
tra iſtas tres opiniones. ſ. quo-
modo eſſentia determinat̃ ad
primam ſubſiſtentiam.

Ad hoc dico ꝙ qñ áliquid Regula.
eſt illimitatum in aliqua rōne
cauſæ, ita ꝙ correſpondent ſibi
plura in * altero extremo, vel *a. l. aliquo.*
aliquod vnũ continens plura,
ſi inter illa plura eſt aliquis or
do, vel abſolute, vel in ſe habē-
do ad illud illimitatum, tunc
non eſt idem primum reſpe-
ctu talis illimitati. & hoc lo-
quendo de primitate adæqua-
tionis & primũ primitate im-
mediationis. Exemplum huius
primo in cauſa efficiente, vbi
eſt manifeſtius, ſi ſol vt cauſa
illuminet medium totum, &
tamen eſt quaſi agens illimita
tum, cui correſpondent plures
partes medij illuminatæ, & in
ter iſtas partes eſt ordo aliqs,
qa prius illuminat̃ pars ꝓpin-
quior, quàm remorior, primũ
correſpondens ſoli, vt illumi-
nanti, eſt totum medium, vt in
cludit omnes partes. Primum
inquam quaſi adæquatum, ta-
men non eſt primum vt imme
diatum, ſed pars propinquior
ſoli immediatius illumina-
tur, quàm pars remotior.

Ita etiam in forma accipien
do animam intellectiuam, quę
eſt forma aliquo modo illimi-
tata correſpondet ſibi pro pri-
mo perfectibili corpus organi-
cum ſecundum ſe totum, inclu
dens in ſe multas partes perfe
ctibiles. primum igitur perfe-
ctibile animæ intellectiuæ, id
eſt adæquatum eſt totum cor-
pus organicum, ſed quia in par
tibus huius totius eſt ordo ori-
ginis vel in ſe, vel in habendo
animam, quia primum eſt cor,
deinde aliæ partes. 16. de ani-
malibus. ideo iſta forma non
primo, ideſt æque immediate
perficit totum, ſed ſic primo

 perficit

perficit cor immediate, & mediante ipſo alias partes. ſi igit̃ aĩa eſſet tota eſſentia cordis, & manus per identitatem, & tñ daret eis eſſe diſtinctum, quale modo dat eis, licet in toto, & cũ hoc cor, & manus non eſſent partes eiuſdẽ totius, quia hoc eſſet imperfectionis, ſed hęc eſſent ſuppoſita diſtĩcta, eſſet adhuc anima propter ſui illimitationem habens corpus organicum pro adæquato perfectibili, ſiue habens omnia illa ſuppoſita, quæ modo ſunt partes corporis pro vno adæquato, & tñ haberet vnũ illorũ, quod. ſ. eſt primum origine pro primo & immediato perfectibili. Ita poteſt dici vniuerſaliter in omni illimitato, cui correſpondẽt plura, inter quæ eſt aliquis ordo, pp quem vnum illorum immediatius reſpiciatur ab illo illimitato, q̃ alterũ, ita in ꝓpoſito eſſentia diuina non hẽt aliquam ſubſiſtẽtiam vnam primam. ideſt adæquatam ſibi, q̃a tunc nõ poſſet eſſe in alia, ſed ſic adæquantur tres ſubſiſtentiæ illi naturæ, ꝙ tñ in iſtis tribus eſt ordo in habendo naturam, & ideo eſſentia vna primitate. ſ. immediationis reſpicit primum illorum ordinatorum, ita ꝙ ſicut eſſentia ex ſe primo eſſet in tribus, ſi eſſet in eis ſine ordine, & hoc tam primitate adæquationis quam primitate immediationis, ita nunc ex ſe eſt in tribus primitate adæquationis. ſed non primitate ordinis immediationis, ſed prius in primo illorum, & virtute illius in alijs, quibus communicatur ab illo primo.

Cum igitur quæris per quid eſt eſſentia in prima perſona? dico ꝙ ex ſe, & ſi adhuc velis dicere ꝙ non, ſed ꝑ proprietatẽ determinantẽ, eadẽ qõ eſſet ꝑ quid determinaret̃ ad proprietatem determinantem, ſiue per q̃d primo pullulat in eſſentia illa proprietas, & tunc vel oportet procedere in infinitum. vel oportet ſtare, ꝙ eſſentia, q̃ de ſe eſſet primo, ideſt adæquate in tribus, & eſſet de ſe immediate in tribus ſi non haberet ordinem, ꝙ ipſa eſt de ſe immediate in primo iſtorum trium habentium ordinem. Et ſi q̃ras. vnde determinatur eſſentia ad primam perſonam? & ſi ex ſe determinatur. ergo non poteſt eſſe in alia.

Reſpondeo determinatio duplex eſt oppoſita duplici indeterminationi, vna indeterminatio eſt ad oppoſita contradictorię, ſicut materia eſt indeterminata ad formã, & ad priuationẽ. alia eſt ad diuerſa poſitiua, q̃ tñ ſtat cũ determinatione ad alterã partem vtriuſq; cõtradictionis. Exemplum huius ſcdi; ſicut ſol eſt indeterminatus ad producendũ vermẽ, & plãtam; tanq̃ ad diuerſa poſitiua, cum tñ ex ſe ſit determinatus ad alteram partem contradictionis, tam huius, q̃ illius, ſicut ſi eſſet agens particulare tm̃ natũ producere vnicum illorum tm̃, dico tunc in propoſito, ꝙ eſſentia de ſe determinatur ad primam perſonam determinatione oppoſita indeterminationi primę, quæ eſt ad contradictoria, non tamen determinationẽ oppoſita ſecundæ indeterminationi, quia illa non ſtaret cum illimitatione ad plura.

Et per hoc patet ad argumentũ, ſi ex ſe determinat̃ ad iſtam: igitur



igit̃ nõ põt eſſe in alia, conſequentia tenet loquendo de determinatione ſecunda, q̃ opponitur illimitationi ad plura. & hoc mõ nõ determinat̃ eſſentia ad vnam, ſed ad tres ſubſiſtentias, quia illa determinatio eſt ad primũ adæquatum, non tñ tenet conſequentia loquendo de determinatione primo mõ, q̃a illa eſt ad primũ immediatum non adæquatum, & ſtat cum illimitatione indeterminati ad plura.

AD PRIMVM argumẽtũ principale patet ex dictis, q̃a primũ ſuppoſitũ ꝑcedit ſecundũ originẽ, & tñ ſunt ſimul natura ſicut req̃rit̃ ad relatiua. Et cũ arguis, ꝙ primũ ſuppoſitũ ꝑcedit gñationẽ. igit̃, & ſecũdũ. Rñdeo, ꝙ in antecedẽte põt intelligi gñatio actiua & paſſiua. ſi gñatio actiua nego, immo primum ſuppoſitũ eſt gñatione actiua ſubſiſtens, q̃a qũocunq; intelligat̃ illa relatio nõ eſt dñia in re, dicendo patrem ſubſiſtere, vel gñationem ſubſiſtere, vel generantem ſubſiſtere. Si autem intelligatur in antecedente de generatione paſſiua, concedo ꝙ prima perſona, ſicut origine præcedit filiũ, ita præcedit origine generationem paſſiuam. Et cum arguitur ſic, filius ꝑcedit eandẽ generationẽ paſſiuã, quia eſt ſimul cũ p̃re, iſta conſequentia nõ valet, q̃a non eſt iſto mõ ſimul cũ p̃re, qũo p̃r eſt prior gñatione paſſiua. filius. n. eſt ſimul cum p̃re natura, ſicut pertinet ad correlatiua. p̃r autem ꝑcedit generationem paſſiuã non ſic, ſed origine. Nũc autem iſta propoſitio, q̃ñcũq, aliqua ſunt ſimul quocunq; eſt vnum prius & reliquum, falſa eſt, niſi intelligatur de ſimultate eiuſdem rationis cum illa prioritate & poſterioritate, ſicut eſt falſa, ſi aliqua ſunt ſimul tempore, quicquid eſt prius natura vno, & reliquo. Sed iſta eſt vera, ſi iſta ſunt ſimul tempore, quicquid eſt prius tempore vno, & altero. Ad ſecundum argumentũ, dico, quòd vera eſt illa maior in ordine eſſentiarum, quia ibi intelligitur in perfectionibus quiditatiuis, & ſtatus eſt ad perfectionem quiditatiuã infinitam, quę eſt abſoluta.

Sed in perſonis habentibus eandem naturam diſtinctam tãtum per originem, ſicut oportet intelligere in propoſito ſecundum communem opi. propoſitio maior eſt falſa, quia ibi primum præciſe eſt illud. quod eſt formaliter per eſſe ad ſecundum.

QVAMVIS IN diuinis negatur omnis prioritas ſecundum naturam, & tamen conceditur prioritas originis communiter, vel prioritas ſecundum naturalem intelligentiã, tamen omni modo oportet aliquam prioritatem dare eſſentiæ reſpectu relationis, tum q̃a eſt fundamentum ſecundum omnes, tum quia eſt formaliter infinita, relatio nõ, tũ quia qualitercunq; diſtinguat̃, non ſunt ex æquo omnino prima nec relatio prior, merito igit̃ q̃ritur vnde eſſentia determinat̃ ſibi proprietatem primam, & cum non inueniatur aliquid determinans, quia ſemper eſt eadem quo, vñ eſſentia habeat illud niſi procedat̃ in infinitũ, ſtãdũ eſt, ꝙ eſſentia ex ſe ꝑ ſe determinat in ſe, vt in fundamento

mẽto primã relationẽ. falſa eſt igitur illa radix. ſ. nullum indeterminatum ex ſe ad aliqua, determinatur ex ſe ad aliquod illorum. ſicut bene habetur hæc infra de duplici indeterminato. & de duplici prioritate adæquationis & immediationis. Sed reſtat dubium, quam circunſtãtiam principij notat ex, vel de, cum dicitur eſſentia de ſe, vel ex ſe, determinat ſibi proprietatem primam. & ſi fingas, quòd ibi non dicit rationem principij alicuius, ſed excludit comparticeps principium, non obſtat. Quæro enim quomodo eſſentia determinat & in ratione cuius principij eſt reſpectu proprietatis? & dicit vna ſolutio hic, quòd producentis, quia ſine illa non eſt ratio principij formalis, nec materialis, & quia forma actiua eſt per ſe ens, per ſe agit, de qua propoſitione quære diſt. 7. extra. Et propter congruentiã de tertio principio productiuo, ex qua congruentia fit vna inſtantia diſt. ſecunda, quæſtione de duabus productionibus, ſed corrigitur, ꝙ hic Deus producit patrem. nõ autem eſſentia proprie loquendo. Sed cõtra iſtam viam fiunt tres rationes, & tres auctoritates adducuntur, quæ videntur omnes euadi aliqualiter, ſed quia male ſonat primam perſonam eſſe productã. poteſt dici ꝙ eſſentia determinat proprietatem ſibi primam, in ratione principij formalis, non quidem informantis, ſed ſicut quiditas dr̃ forma ſuppòſiti, & ꝙ quiditas nõ cauſaliter neceſſario, nec ſic formaliter determinat aliqđ ſuppoſitũ, ſicut pagani ponerent de ſuppoſito abſoluto, nos aũt de primo relato. & rõ eſt, quia talis quiditas ſeipſa ſiſtit ſe, & ſeipſa eſt alicuius quiditas. Tunc ad illa pro via alia. Ad primũ dico ꝙ oẽm formã informantẽ p̃cedit cauſa efficiens, ideo primũ efficiẽs non ſic habet formam, ſed non oẽm formã quiditatiuã dantẽ eſſe ſuppoſito præcedit efficiẽs, vel producens. quia hic non eſt cã, & cauſa intrinſeca cõpoſiti, quas oporteat vniri p agens, ſed eſt pfecte entitas quæ ſeipſa eſt entis in ipſa. Quod ſi obijcitur vel eſſentiã informare proprietatẽ, vel ecõuerſo. reſponſum eſt diſt. 5. neutrũ eſt, ſed eſt pfecta idẽtitas, quæ identitas nõ habet principium efficiens, ſed habet quiditatẽ in rõne principij formalis illi⁹, cui ſeipſa primo eſt eadem. Ad ſecundum, quære reſponſionem diſt. 7. Ad tertium, iſta via bene ſaluat cõgruentiam, quia eſſentiæ, vt eſſentia, & vt prior omni ratione potentiæ. eſt dare eſſe formaliter, & ſic determinat ſe: vt aũt eſt talis, & talis potentia, eius eſt prĩcipiare. itaque duo principia productiua ſunt vnicum non productiuum ex ſe ſolo. ſed dat tantum eſſe formaliter primo ſuppoſito.

EST PRAETEREA &c.

DIST. XXIX.

CIRCA diſtin. 29. quæro vnum, ſcilicet vtrum principium vno modo dicatur de principio ſumpto perſonaliter, & notionaliter, & ſumpto etiam eſſentialiter? ꝙ non, quia ſi principium



cipiũ eſſet vnius rõnis. hoc mõ tripliciter ſumptũ. ergo principiata eſſent vnius rõnis: hoc eſt falſum, quia nec filius, nec ſpiritus ſanctus, principiatur vno modo, nec creatura eodem modo cum eis.

Contra ſequitur creãs, igitur principiãs. generãs, igitur principians, & ſpirans igitur principiãs. & non econuerſo. ergo cõſequẽs eſt commune ad omnia antecedentia.

AD ISTAM qõnẽ dico ꝙ principium non dr̃ vniuoce de principio eſſentialiter, & notionaliter, ſiue pſonaliter ſumpto, & hoc loquẽdo de relatione, q̃ per ſe ſignificatur hoc nomine principiũ, & accipiendo principiũ principiatiue,* nõ pro eo qđ principiat, ſiue pro principio qđ, *ſed quo. Et rõ eſt quia principiũ eſſentialiter ſumptũ, nõ dicit niſi relationẽ rõnis, nõ realẽ, quia nõ eſt realis relatio Dei ad creaturã, vt ex diſtinctione ſequenti patebit, vt aũt accipitur ad intra notionaliter, vel perſonaliter, dicit relationẽ realẽ: relationi aũt reali, & rõnis non eſt cõe aliquid idem, quod eſt in vno rei, & in alio rõnis, qa ei quod eſt ſecundum quid tale, & ei quod eſt ſimpliciter tale, inquantũ tale, non eſt cõe vniuocũ, illud quod accipitur in eis ſecundũ quid & ſimpliciter. relatio aũt realis eſt ſimpliciter relatio, & relatio rõnis eſt ſecundum quid relatio, quia ſicut eſſe in ratione eſt eſſe ſecũdum quid. ita referri ſecundũ rationem, ſiue comparari a ratione eſt referri vel comparari ſecundũ quid, ergo nõ eſt principium vniuocum iſtis. Si aũt loquamur de principio ad intra, vt eſt perſonale, & notionale, videtur ꝙ eis poſſit eſſe ratio principij cõis vniuocę, ſicut paternitati & filiationi põt hoc qđ eſt relatio originis eſſe cõe vniuoce. ſicut tactum eſt ſupra diſt. 23. de cõmuni vniuoco perſonis inquantum perſonæ.

a.l. ut. — a.l. non.

AD ARGVMENTA, primum probat, ꝙ nõ eſt principium vnius rationis ibi notionale & perſonale. Reſpondeo, ꝙ in creaturis aliqua duo diſtincta ſpẽ dicũtur eſſe alterius rationis, & tamen põt abſtrahi ab eis vnũ cõe vnius rõnis, ſicut genus. ita in propoſito iſtæ productiones, generatio & ſpiratio ſunt alterius rationis, loquẽdo de proprijs rationibus earum, tamen poteſt aliquod vnum commune abſtrahi ab eis, & eodẽ modo de hoc cõi, quod eſt principiũ, ipſum põt eſſe cõe vnius rõnis, licet illa de quibus dr̃ ſint alterius rõnis, loquendo de proprijs rationibus eorum. Et ſi obijciatur cõtra hoc quod tunc eſt vniuerſale in diuinis, de hoc tactũ eſt ſupra diſt. 23. Argumentum ad oppoſitum probat communitatem huius, quod eſt principium ad tale, & tale principiũ, ſicut probat vniuocationẽ ad principium intra, & extra, ideo poteſt reſponderi, ꝙ non ſequitur. creans, ergo principians. & generans, ergo principians, accipiendo principians pro aliquo conceptu vniuoco ſimpliciter, quia principians quod infertur ad hoc, quod eſt creãs, vt dicitur de Deo, dicit tantum relationem rationis. principians autem quod infertur ex generante, dicit relationem realem.

SVNT

SVNT ENIM QVAEDAM QVAE EX TEMPORE &c.

## DISTIN. XXX.

*Aliqui hic aſſignant. 2. partē principa ē huius primi li.*

CIRCA diſt. 30. quęro duo. Primo, quęro vtrũ de Deo dicatur aliqua relatio ex tpe? ꝙ nõ, quia quicquid de deo dicit̃ eſt Deus. igitur eſt æternũ, non igitur nouum, nec per conſequēs ex tempore. Præterea, nihil ęternum dicitur de temporali. ergo nec econuerſo. Præterea, factio non videtur eſſe ſine mutatione. ergo Deus qui eſt immutabilis non fit aliquid, ſed ſi aliqua relatio noua diceret̃ de eo, poſſet dici fieri ſecundum iſtam relationem. Oppoſitum patet per Aug. 5. de trini. ca. vlti. & per rationem, quia relatiua ſunt ſimul natura. ergo relationibus in creaturis ex tempore ad Deũ correſpōdent relationes in Deo ex tempore.

## QVAESTIO. II.

SECVNDO quęro. Vtrum Dei ad creaturã poſſit eſſe aliqua relatio realis? ꝙ ſic, quia Deus ex natura rei abſque conſideratione intellectus eſt omnipotēs, & omni ſciens, iſta enim ponũtur in Deo ſicut attributa dicētia in Deo perfectionem ſimpliciter, & omne tale eſt ibi ſecundum naturam rei ſecundũ Anſel. mono. c. 15. iſta autē dicuntur reſpectũ potentiæ, & ſcibilitatis ad creaturã *poſſibilē, & ſcibilē, ergo &c. Præterea, Deus ab æterno voluit oē creandũ eſſe pro eo tēpore, pro quo poſtea creauit, & iſtud velle creaturã includit relationē, & tñ non rationis, probo. quia prius potuit velle creaturam, q̃ intelligere ſe velle eam, non enim quia ſciuit creaturam, ideo voluit eam, ſed quia voluit eam, ideo ſciuit eam ſe velle. igitur iſta relatio æterna voluntatis Dei ad creaturam eſt realis, quia non eſt in voluntate per actum alicuius intellectus cōparantis eã ad aliquid. Præterea, relationes ſecundi modi relatiuorũ quæ. ſ. fundantur ſuper actionē, & paſſionem ſunt relationes reales. ſed tales ſunt relationes Dei ad creaturam inquantũ cauſa, & effectus. igitur. Si dices non eſt verum niſi in agentibus naturalibus. Contra, igitur voluntas creata non habebit habitudinem realem ad ſuum effectum. Præterea, relationes fundatę ſuper quantitatem ſunt rationes reales ex. 5. Metaphyſi. igit̃ inæqualitas Dei ad creaturã fundata ſuper quantitatem virtutis in Deo. ſ. ſuper infinitatem magnitudinis eius, & ſuper magnitudinem virtutis in creatura, ſcilicet magnitudinem finitam creaturæ erit relatio realis. Confirmatur ratio quia magnitudo in Deo eſt fundamentum æqualitatis quæ eſt realis relatio ad intra, magnitudo etiã creaturæ eſt fundamentum relationis realis in creatura. ergo comparando hanc magnitudinem ad illam, videtur quòd habitudo fundata ſuper iſta ſit realis.

*a. l. potentiam.*

*Dur ã dus in præſenti diſt.*

Præterea, ſicut forma eſt ĩ aliquo, ita denoĩat illud. ergo ſi nõ eſt



eſt aliqua relatio in Deo ad creaturam realiter: Deus nõ eſt realiter creator creaturæ, quod videtur abſurdum. Contra, relatio realis eſt ad terminum ſecũdum eſſe eius reale. ſed terminus neceſſario exigitur ad relationem realem. ergo ſi Deus referatur realiter ad creaturam, creatura ſecundũ eſſe reale fuiſſet ęterna.

*Hen. quo. 7. q. 1. & quol. 9. & q. 1. Sicut ſupra dictum eſt diſ. 28. q. vltima.*

AD PRIMAM quæſtionem dicitur, ꝙ nulla eſt in Deo noua relatio, qa ſicut *actio eſt eadem, licet diuerſimodè conſiderata, vt in aptitudine. vt in potentia, vt præſens, vt præterita, vt futura, ita relatio fundata ſuper actionem ſic, & ſic conſiderata eſt eadem relatio. Ita quod dicit alibi, ꝙ ſunt eadem relatio ſecundum rationem, differētes ſecundum aliam & aliã denominationē, q̃ eſt differentia minor, & huius denominatio alia eſt pp nouam paſſionē in creatura, eandem. igitur relationē dicit in Deo ipſum eſſe creatiuum, & creantē, ſed æternaliter fuit creatiuus. ergo cũ dicit̃ creans, non eſt in eo relatio noua, ſed noua appellatio relatiua, Quod cofirmatur per Aug. 5. de trini. c. vlti. vbi potius videtur nouam appellationem dicere quàm relationem.

AD SECVNDAM quæſtionē dicitur, ꝙ illud quod realiter eſt relatum, eſt realiter ordinatum, ſicut albedo quæ eſt ratio referendi realiter ad aliã albedinē, eſt naturaliter ordinata ad illã pro eo ꝙ aliquã perfectionem habet iſta ab illa, inquantum in eis eſt natura perfectior ſimul, q̃ in altera earũ, omne aũt naturaliter ordinatũ depēdet ab illo, ad qđ naturaliter ordinatur pro quanto. ſ. expectat illud, vt in ipſo fundet̃ relatio ad illud, & ſi depēdet, igit̃ eſt mutabile, quia dependentia nõ ē ſine potētialitate ad actũ, & ſi mutabile igit̃ imperfectũ, qa carens illa pfectione ad quã mutatur, & ſi imperfectũ igitur limitatũ. ergo de primo ad vltimũ, ſi realiter relatũ, ergo limitatũ. Et qa poſſet inſtari, ꝙ tũc nõ eſſet relatio realis ĩ diuinis. ideo vr̃ exponenda illa poſitio de relato ad aliud in natura, ſi enim realiter * refertur ad aliquid, qđ eſt idē realiter ei in natura, nõ oportet ꝙ dependeat, qa nõ expectat aliqd aliud a ſe in natura, vt in eo fundet̃ relatio. Tũc ad ꝓpoſitũ, cũ Deus nõ ſit ens ĩperfectũ, nec mutabile, dependens &c. ergo non eſt relatum ad aliquid aliud a ſe. igitur non relatum ad creaturam.

*a. l. referatur.*

CONTRA ISTAM opinionem, quãtum ad illud quod dicit ad primam quæſtionem, ſi relatio actualis, & aptitudinis ſint eadem, & propter hoc nõ ſit aliqua relatio noua actualis Dei ad creaturam. ergo pari ratione nõ eſt aliqua relatio noua creaturæ ad Deum, quia aptitudinali in Deo correſpondebat aptitudinalis in creatura, ſicut actuali actualis, & tunc ſi erant eadem in Deo aptitudinalis & actualis, pari ratione aptitudinalis illa in creatura erit eadem cum actuali, & ita nulla noua in vno extremo, ſicut nec in alio, conſequens videtur abſurdum ſecundum veritatem, quia tũc nulla eſſentia eſſet noua, nec aliquid abſolutum nouum: impoſſibile eſt. n. fundamentum eſſe nouũ, & relationem eſſe ęternã ſcđm iſtud fun-

*primũ inconueniēs.*

fundamentum. Et etiam ſequitur impoſſibile ſecundum eos, quia tũc cum omnia ſint illud quod ſunt per reſpectũ ad Deũ, vt ad cauſam exemplarẽ, vel vt ad cauſam efficientem, ſequitur, ꝙ omnia ſunt æterna & nihil nouum, quia ſi non reſpectus, nec abſolutum, quia ſi nullus reſpectus poteſt eſſe æternus ſine æternitate fundamenti, nec nouus ſine nouitate fundamenti. Specialiter etiam videtur conſequens inconueniẽs ſecundum iſtos, qui dicunt eſſe exiſtentiæ dicere reſpectum ad cauſam efficientem, vt efficiẽs eſt, & illud eſſe, vel reſpectus erit nouum, vel nihil erit nouũ per creationem, & tamen ille reſpectus in creatura eſt in cõparatione ad Deum. ergo non obſtante relatione aptitudinali præcedente (vt aptitudinalis eſt) poteſt actualis eſſe noua, tãquam alia ab illa aptitudinali. Pręterea, non poteſt eſſe eadem relatio, niſi ſit inter eadem extrema, nunc autem intellectus diuinus, non tantum ab æterno intellexit animam antichriſti, vt poſſibilem pro tanto tempore, anteq̃ crearetur, ſed intellexit eſſe, vt actu exiſtentem pro illo inſtanti creationis, pro quo exiſtet. iſtud autem intelligibile videtur eſſe diſtinctũ ab iſto intelligibili in ratione intelligibilis, quia videtur aliud intelligibile eſſe potentiale, & actuale animæ, quia poſſunt eſſe duo actus intelligendi circa illa, qa vtrunque poteſt intelligi cum oppoſito alterius. ergo reſpectu intellectus diuini, ſunt duo intelligibilia ſecundũ duos actus ſecundum rationem. igitur intellectio diuina quæ eſt vnica, poteſt habere iſta pro obiectis diſtinctis vnici actus ſecundũ rem diſtincti ſecundum rationem, ſicut poſſunt eſſe obiecta diſtincta duorum actuum intellectus noſtri, & per cõſequẽs diuinus intellectus comparans ſe ad primũ extremum vt creatiuum ad creabile, & ad aliud extremum, vt creans ad creatũ, videtur in eſſentia ſua quaſi ꝓducere duas relationes rationis ad diſtincta extrema, & ita relatio creatiui & creantis non eſt vna relationis rõnis, ſicut nec extrema ad quę comparatũ, ſunt ibi idem. Confirmatur iſta ratio, in quocunque genere illud, quod eſt in potentia tale, nõ eſt niſi ſecundum quid tale. ergo nõ eſt ſimpliciter ei idem illud quod eſt actu tale. & per conſequens, ſi intelligatur hoc, vt in potentia, & illud vt in actu, erit aliud extremum intelligibile ſimpliciter.

*2. inconueniens vid. 3. diſt. 9. de ueſtigio.*

*3. inconueniens.*

Præterea, quod dicitur de noua appellatione, videtur irrationabile, quia in quocunque eadem forma habet idem eſſe, videtur eodem modo poſſe appellari ab illa. quia enim forma talis eſt, & in tali. ideo tale appellatur ab ipſa, & non e conuerſo. ergo ſi relatio erit eadem, & vniformiter ad creaturã ex parte Dei. non videtur quare non poſſet Deus ſemper vniformiter ab ea appellari.

Quod enim forma ſit in aliquo, & tamen ꝙ non poſſit denominari ab ea, vt dicatur habens formam. contradictio eſt, quia non differunt concretum & abſtractum formæ, niſi in ſola denominatione ſubiecti. ergo, ꝙ creatio actio ſit in Deo, & tamen ꝙ non poſſit denominari

*Vt inquit Ariſto. in prædicamẽto ſubſtantiæ.*



* ri ab ea contradictio eſt.

CONTRA ILLVD qđ dicitur ad ſecundam. q. videtur ꝙ illa quæ ponuntur ibi connexa non ſunt connexa. primo quidem ſi ponantur duo albiſſima, illa erũt perfecte ſimilia: quod declaratur, quia modo perfecta ſimilitudo & ęqualitas eſt in perſonis diuinis, non enim tollitur perfectio ſimilitudinis propter infinitatem fundamenti, ſed magis ponitur, & ſi per impoſſibile eſſent ibi duo fundamẽta, eſſet ſimilitudo realis, quia mõ nõ ponitur eſſe rõnis, niſi propter intellectum comparantem illam magnitudinem vnam. igitur ibi eſſet perfectiſſima ſimilitudo, & tamen neutrum ordinaretur ad alterum, vt a quo haberet ꝑfectionem. Si dicas, ꝙ natura ſpecifica eſt ꝑfectior in ambobus, q̃ in vno. hoc non eſt vnum ordinari ad alterum, quia vnum illorũ nullam perfectionem dicit, vel habet per hoc ꝙ ad alterũ eſt, ſiue natura ſit perfectius in ambobus ſimul, q̃ in altero, ſiue nõ, nec ſequitur, adinuicem ordinantur, ergo dependent adinuicem.

*De hoc vide. 6. q. quoli.*

Præterea, agens creatum naturale non agit inquantum eſt imperfectum, qa agere ſibi cõpetit inquantum eſt in actu, & agere ſumme competit Deo. & tamen agens tale, inquantum ſic agens, ponitur habere relationem realem ad creaturam. ergo non eſt neceſſe realiter omne relatum, inquantum tale dependere ad aliud, licet enim agens creatum ad aliquid dependeat, non tamen videtur dependere ad aliquid, quod cauſat, nec inquantum potentiale, & mutabile, & imperfectũ cauſat illud, ſed inquantum eſt in actu. Tunc ſic. agens agit inquãtum perfectum, ſed inquãtum eſt agens refertur realiter. ergo non omne relatum inquantum realiter relatũ, eſt imperfectũ.

*Var. ĩpra ſenti diſt. & in 2. diſt. 1. q. 5. & in quarto in materia de eucharistia. q. vl. ſol. primum principale & Tho. 1. par. ſum. q. 13. ar. 7. in ſolutione principali t. c. 18. & inde Var. & Tho. vbi ſupra.*

Præterea ſi. a. inquantum refertur ad b. realiter dependet ad ipſum, pari ratione ſi relationes mutuæ ſint. b. dependet ab. a. inquantum refertur ad. a. & ita erit dependentia circularis. a. ad. b. & e conuerſo, quod videtur impoſſibile, quia in nullo ordine eſſentiali eſt circulus.

ALITER DICITVR ad primam quæſtionem, ꝙ in Deo non eſt aliqua relatio ex tempore ad creaturam, ſed in ſola creatura eſt relatio ex tempore ad Deum, & ſic illa relatio, qua Deus dr̃ ad creaturã, nõ eſt in Deo niſi ſcdm ꝙ eſt in creatura, ꝙ videt̃ accipi ab Aug. ca. præallc. & a magiſtro in litera. Confirmatur, actio eſt in patiẽte ex. 3. phy. & tamen non denominat patiẽs ſed agens ſic Deus denominatur a relatione illa, quę eſt in creatura.

AD SECVNDAM quęſtionem dicitur, ꝙ nulla relatio talis poteſt eſſe realis, quia relatio realis non eſt ſine ordine, Deus autem non habet ordinẽ realem ad creaturam, quia eſt ſupra ordinem.

CONTRA PRIMVM, quia tunc relatio eſſet in eo, in quo non eſt fundamentũ: fundamẽtum enim relationis, qua Deus dicitur ad creaturam, ſi dicatur ad eã non eſt in creatura, quia potentia, quæ fundat relationem non eſt in creatura, ſed ĩ Deo. ergo relatio illa nõ erit ĩ creatura. Præterea oppoſitæ re-

la-

lationes cauſæ & cauſati non poſſunt eſſe in eodem, quia magis repugnant, q̃ relatio producentis & producti, quæ tamen non poſſunt eſſe in eodem ſuppoſito, licet ſint in eadem natura. Et ſi dicatur, ꝙ hic ſunt relationes oppoſitæ in eodem ſuppoſito, non tamen denominant ipſum, hoc videtur omnino irrationabile, ꝙ aliqua forma ſit in aliquo ſubiecto, & tamen ſubiectum non poſſet dici tale, quale natum eſt conſtitui per illã formam. Ratio, quæ ponitur ad ſecundam quęſtionem videtur petere principium, & peccare ſecundum conſequens, probatio primi, q̃a cũ Deus ſit prior creatura multiplici primitate, videtur habere ordinem ad ipſam extendendo nomen ordinis, non tantum, ꝙ dicatur poſterius ordinatum ad prius, ſed etiam prius ad poſterius, licet alio modo. Oporteret etiã probare, ꝙ iſta prioritas, quę poteſt dici ordo, non ſit relatio realis in Deo. hoc ergo petitur, nec ſequitur ex iſto noto, ꝙ Deus ſit ſupra ordinem, accipiendo ordinem prout eſt poſteriorum ordinatorum ad prius, ex hoc enim non ſequitur, niſi ꝙ non ſit poſterius, & ex hoc non ſequitur ꝙ non habeat ordinem generaliter accipiendo ordinem. Quod autem ratio peccet ſecundum conſequens, probatur, quia ordo eſt quædam relatio, non autem omnis relatio eſt ordo, q̃a non relatio communis fundata ſuper vnum, vt relationes ęquiparãtiæ, ſed ſolę relationes diſquiparantiæ dicunt ordinem. arguendo igitur a negatione ordinis ad negationẽ relationis, eſt arguere, ac ſi primo negaretur antecedens, & poſtea conſequens.

RESPONDEO igitur ad primam. q. ꝙ relationes creaturarum ad Deum ſunt nouæ & ex tempore. Nec ꝓpter iſtas relationes inquantum ſunt ad * vnum, vt ad terminum, *a. l. ad vnũ.* neceſſe eſt ponere aliquas relationes in Deo ex tempore terminantes iſtas, quod probo, quia ſecundũ philoſophum. 5. Metaphy. c. de ad aliquid. Tertio modo dicuntur relatiua, quæ dicũtur ad aliquid. quia alia ſunt eorum, ita ꝙ hæc eſt per ſe differentia *t. c. 20.* duorum primorum modorũ a tertio, quia in primis duobus modis eſt relatio mutua, in tertio autem non eſt relatio mutua, ſed alterum præciſe refertur ad reliquum, ſed reliquum non refertur, ſed tantum aliquid eſt eius. omnes autem relationes creaturæ ad Deum pertinẽt ad ad tertium modum relatiuorũ, igitur qualeſcunq; ſint illę, quę ſunt in vno extremo, non oportet alterum extremum ſecundum aliquã relationem in eo terminare illas relationes, ſed poteſt terminare præciſe ſub ratione abſoluti, & iſtud etiam probatur ex intentione philoſophi. 9. Meta. ca. 7. vbi probat, ꝙ *t. c. 13.* actus eſt prior potentia diffinitione, quia potentia diffinitur per actum, ſi autem actus refertur ad potentiam, tunc etiam ecõuerſo actus diffiniretur per potentiam, ſicut dicit Por. c. de ſpecie, ꝙ in relationibus mutuis neceſſe eſt in vtrorumque diffinitionibus vtriſque vti.

Tunc arguitur ſic. actus diffinit potentiã, vt terminat relationẽ eius, aut ergo terminat relationem eius, vt abſolutum, & habetur propoſitum, aut vt correlatiuum, & ſic potentia diffinit actum. igitur vt actus eſt prior diffinitione, eſt etiam poſterior diffinitione, ergo vel diffinit actus potentiam, ſicut econuerſo, vel ita diffinit actus potentiam, quòd econuerſo non diffinitur per ipſam, & per conſequens actus non refertur ad potentiam, ſed eſt mere abſolutum, & hoc ſub ea ratione ſub qua diffinit potentiam: diffinit autem potentiã, inquantum potentia eſt ad ipſum, vt relatio ad terminum, ergo actus ſecundum ꝙ mere abſolutus, eſt terminus huius relationis, qualiſcunque ſit illa relatio, ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundum quid. Hoc etiam probatur generalius per omnia relatiua, quia nullum relatiuum primo refertur ad correlatiuũ, vt ad terminum in creaturis. probo. relatiuum inquantum relatiuum primo diffinitur per terminum ad quem refertur. ergo terminus, vt terminus, prior eſt diffinitione relatiuo, *t. c. 4 & inde t. c. 13.* vt relatiuum, conſequentia patet 7. Metaphy. vbi comparat accidens ad ſubſtantiam. & per philoſophum. 9. Metaphy. vbi comparat potentiam ad actũ, ſi econuerſo, terminus inquantum terminus refertur ad relatum, inquantum fuit relatum. ergo inquantum terminus habet illud quod fuit relatum ad ipſum pro diffiniẽte. & per cõſequens pro priore ſecundum diffinitionem. ergo pater eſſet *Vt inquit Ariſt. 1. Poſt. t. c. 6* prior filio ſecundum diffinitionem, & econuerſo, impoſſibile eſt autem circulum eſſe in prioritate eſſentiali quacunque, ergo impoſſibile eſt patrem primo referri ad filium, inquantum filius primo refertur ad patrem. ergo refertur primo ad illud abſolutum, quod eſt proximum fundamentum relationis, & illud abſolutum eſt prius patre, vt pater eſt. & econuerſo filius vt filius refertur ad abſolutum, quod eſt proximum fundamentum paternitatis, & illud abſolutum prius eſt filiatione & filio, inquantum filius, nec ſecundum hoc eſt circulus aliquis, ſcilicet ꝙ pater inquantum pater prius ſit. a. quod eſt abſolutum, & proximum fundamentum filiationis, & quòd filiatione, inquantum filiatio eſt, prius ſit. b, quod eſt fundamentum proximum relationis paternitatis, non enim ex hoc ſequitur, niſi quòd iſta duo abſoluta ſunt priora iſtis duabus relationibus, & hoc verũ eſt, omnino ambo abſoluta ſunt priora vtraque relatione, quia quælibet relatio non tantum præexigit fundamentum, ſed etiam terminum, vt terminus eſt. Si igitur quando ſunt relationes mutuæ, termini mutuo referuntur, accidit quòd ibi terminus, inquantum terminus eſt. vt econtra referatur. poſſibile eſt igitur aliquid referri ad abſolutum, & ita videtur hoc rationabile ꝓponere in Deo, qui maxime habet rationem abſoluti, vt creaturæ ſunt ad eum. Præterea, licet intellectus poſſit negociari circa terminum alicuius relationis tertij modi, & in illo* termino cauſare relationem rationis, *a. l. tertio.* tamen illa non eſt ratio terminandi. licet enim intellectus aliquis conferat quadra-

turam circuli ad ſcientiam, vt quoddam ſcibile, cauſando in iſto abſoluto relationẽ rõnis, q̃ eſt ſcibilitas. tamen iſta non eſt ratio terminandi relationem ſcientiæ ad ipſum, iſta enim relatio rationis non eſt in hoc abſoluto, niſi dum actu conſideratur ab intellectu, ſcientia autem realiter refertur ad ſcibile, non tantum, vt conſideratur ab intellectu. ergo illa relatio rationis in ſcibili, non fuit ratio terminandi relationem ſciẽtiæ. Hoc etiam poteſt declarari in propoſito de Deo* ꝙ eſſentia diuina licet poſſit comparari ad creaturam, & hoc tam per actum intellectus creati, q̃ increati, & ſic in ea cãre relationẽ rationis, tamen iſta relatio nõ eſt ratio terminãdi relationem creaturæ ad ipſum, non quidẽ illa quę cauſaꝰ per actũ intellectus creati, ꝓbo, q̃a tũc nullo ĩtellectu creato cõſiderãte, cõparando Deũ ad lapidẽ, ſi Deus ꝓduceret lapidem nõ eſſet in lapide relatio realiter ad ipſũ, qđ eſt falſum, nec etiam illa quam cauſat intellectus diuinus in eſſentia ſua. ꝓbo. quia ſi per impoſſibile Deus nõ eſſet natura intellectualis, ſicut aliqui poſuerunt ſolem eſſe primum principiũ, & ꝓduceret lapidẽ, lapis refertur realiter ad eum, & tñ tunc non eſſet relatio rationis ad ipſum. Abſolute igitur dico ꝙ propter terminationem relationum creaturarum ex tpe ad Deum, non oportet ponere aliquã relationẽ in Deo, nec nouã nec antiquã, quæ ſit ratio terminandi relationem creaturę, põt tamen in Deo poni aliqua relatio rationis, noua quidẽ ſicut illa, quę cauſatur in eo per actũ intellectus noſtri conſiderantis ipſũ, ſed non noua aliqua per actũ intellectus ſui, quod ꝓbo. quia nunquã eſt tranſitus a cõtradictorio ad contradictorium ſine mutatione, patet ex diffinitione mutationis, ſi enim nulla mutatio eſſet in aliquo, non eſſet ratio quare magis vnum cõtradictoriorum poſſet modo eſſe verum, quàm reliquum, nec quare magis vnum falſum, q̃ aliud, & ita vel ambo ſimul falſa, vel ambo ſimul vera; ſed ſi in Deo poſſet eſſe noua relatio per actum intellectus ſui, tunc alicuius contradictionis alterũ extremum modo eſſet verum de aliquo, quod prius non erat verum, quia modo conſideraꝰ ſub aliqua rõne, ſub qua prius non conſiderabatur ab intellectu diuino. igitur aliqua mutatio in aliquo eſt, non in eſſentia diuina vt cognita, nec in obiecto conſiderato, quia nondum eſt, nec in aliquo ad quod comparatur per intellectũ ſuũ, niſi ponatur mutatio in ipſo ĩtellectu comparante, quia ſicut obiectum comparatũ, & illud ad quod comparatur, inquantũ talia non habent eſſe niſi in intelligi, ita non poſſunt habere aliud eſſe, nec aliter eſſe. niſi ſit aliud intelligi vel aliter intelligi eorum, ſed aliter intelligi eorũ non põt eſſe ſine aliqua mutatione ĩtellectus diuini. igitur nulla relatio noua põt eſſe in Deo per actũ intellectus ſui, comparando eſſentiam ſuam ad aliquod tẽporale. Sed iſtud non eſt propter hoc, ꝙ relatio actualis, & potentialis ſunt vna ſicut dicit prima opi. improbata, ſed propter hoc, ꝙ intellectus diuinus ad quodcunque cõparat

*a. l. quia.*

*de hoc vide in theorematibus de propoſitionibus creditis*

*Articulus perſ. ſeſſi.*

*Vide plura di. 2. q. 1.*



parat eſſentiam ſuam in ęternitate cõparat, licet non ꝓ ęternitate. vnde ſicut in ęternitate cõparat voluntatẽ ſuam vt creatiuam ad animam antichriſti, vt poſſibilẽ pro aliquo tpe, ita cõparat in ęternitate voluntatem ſuam vt creantẽ, ad animã antichriſti, vt actualiter exiſtentem pro illo nũc, pro quo vult creare illã animã. & iſtæ quidẽ ſũt duę relationes rõnis, ſicut duo extrema, ſed vtraque æterna, licet nõ ꝓ æterno. Et ex hoc apparet reſponſio ad iſtam obiectionẽ, ſi nulla põt eſſe relatio noua in Deo per actum intellectus ſui. igitur ſi intellectu nullus creatus eẽt poſſibilis, & Deꝰ poſſet creare lapidem, non poſſet intelligere ſe creantem lapidẽ, ſicut intellectus creatus poteſt intelligere ipſum creãtem lapidem, quando ipſum creat, conſequens vꝛ inconueniẽs, q̃a quicquid eſt cognoſcibile a nobis, multo magis & ab ipſo. Reſpondeo, Deus poſſet ſe cognoſcere creantem lapidem pro. a. ſed non poſſet nouiter cognoſcere ſe creantem lapidẽ, ſed in æternitate cognoſcit ſe pro. a. creante lapidem, ſicut in æternitate cognoſcit ſe pro aliquo* tẽpore creaturum lapidẽ, hoc eſt dictu in æternitate cognoſcit relationem actualem eius, ad illud quod pro. a. inſtanti erit. & cognoſcit relationẽ ſui, quaſi potentialem rationis, tamen pro aliquo tempore. Breuiter ergo patet, ꝙ nulla eſt relatio noua in Deo per ſe terminans nouã relationẽ creaturæ, eſt tñ aliqua noua per actũ ĩtellectus creati. nulla aũt noua per actũ *intellectus ſui. Sed cõtra iſtud membrũ primũ, videtur dubiũ quomodo ponatur Deus eſſe dominus, ſecundũ Aug. 5. de tri. c. vlt. Reſpondeo, ſola relatione noua, quæ eſt in creatura ad ipſum, ipſe denominaꝰ dominus. non quidẽ ꝙ in creaturis ſint duæ relationes oppoſitæ, quarũ altera ipſe denomineꝰ, ſed vna tantũ quæ eſt ad ipſũ, vt ad abſolutũ, & propter hoc ꝙ ſic abſolutũ eſt terminus illius relationis, denominaꝰ quaſi eſſet ĩ eo noua relatio correſpondens, quẽadmodũ opus factũ ab homine, dicit humanũ nõ ꝓpter aliquid humanitatis, ꝙ ſit formaliter in opere, ſed propter humanitatem, que eſt formaliter in homine, ad quẽ opus habet habitudinẽ. Et hæc videꝰ intentio magiſtri expreſſe in litera concludentis ex verbis Aug. ait enim ſic. Appellatio qua creatura relatiue ad creatorẽ diciꝰ relatiua eſt, & relationẽ notat, quę eſt in ipſa creatura. appellatio autem iſta qua creator dicitur ad creaturã, relatio quędã eſt, ſed nullã relationẽ cõnotat quæ ſit in creatore. & hoc idẽ vꝛ Aug. dicere. 5. de tri. c. 16. ſecundum ꝙ magiſter adducit eũ ꝙ temporaliter incipit dici dominus, ꝙ antea non dicebatur, manifeſtum eſt relatiue dici, nõ tamen ſecũdum accidens Dei, ꝙ ei aliquid acciderit. ſed plane ſecundũ accidens eius ad ꝙ incipit dici dñs relatiue.

ADARGVMENTA primæ qõnis. Ad primũ concedo, ꝙ quicquid eſt in Deo, eſt æternũ per identitatẽ, ſed non oportet ꝙ quicquid prædicaꝰ de eo, per hoc ꝙ aliud habet habitudinem ad ipſum ſit ęternum formaliter, quia nihil aliud habet habitudinẽ æternam ad ipſum.

*a. l. creationũ lapidis*

*a. l. per actũ ſuum.*

ſum. ſicut ſi Deus ſit æternus, & diligit temporaliter a volũtate creata, dr̃ q̃dẽ dilectus a nobis ſed nõ dilectus æternaliter. Ad ſecũdũ, cõſequẽtia nõ tenet. q̃n extrema ſunt alterius rõnis, pp hoc .n. ꝙ vnũ excedit alterum, nõ oportet ſimilẽ eſſe coexigentiã vnius ad alterũ, & ecõuerſo. ſicut nõ ſequit̃. quodcũq; æternũ eſt cũ toto tpe, ergo oẽ tpale eſt cũ tota æternitate, prima vera eſt rõne immenſitatis ęternitatis, & illud deficit in altero extremo, & ideo non oportet eſſe *cõcomitantia ecõuerſo, qualis eſt hic, ita hoc æternũ põt eſſe terminus nouæ habitudinis ad ipſum, quia æternaliter exiſtens põt aliquid de nouo ꝓducere, & põt de eo aliqua appellatio dici ex tempore, ſed tẽporale non põt ita habere habitudinem alicuius æterni ad ipſum. Vel poteſt concedi ꝙ temporale etiam poteſt dominari ab habitudine ęterni ad ipſum, ſicut lapis (non tantum vt ideatum, ſed vt exiſtens) eſt æternaliter * ſcitum a Deo. Ad tertiũ fieri non determinatum per aliquid, puta quando prædicatur ſecundum adiacens. notat factionem ſimpliciter eius, de quo dicitur. vt ſi dicatur. homo fit. denotatur factio ſimpliciter in eſſe homini, ſi autem prędicatur tertium adiacens. ſicut homo fit albus, non notat fieri, niſi ſecũdũ quid eius . ſ. ꝙ ſpecificat ipſum, & ita cõcederet forte aliquis de Deo, ꝙ Deus fit dominus notando factionem ſecũdum quid, puta factionem ſecũdum aliquam relationẽ rationis, vel ſecundũ terminationẽ alicuius relationis. magis tamẽ concederetur, ꝙ incipit eſſe dominus, quia hoc non ſignificat imperfectionem, ſicut fieri. nullo modo tamen conceditur, nec fieri, nec incipere abſolute.

*a. l. concomitantiũ.*

*a. l. ſcitus.*

AD SECVNDAM quæſtionem reſpondeo. ꝙ in Deo non eſt aliqua relatio realis ad creaturam, cuius ratio accipitur ex perfecta ſimplicitate, & ex perfecta neceſſitate Dei, quia enim Deus ꝑfecte ſimplex eſt, nihil eſt in eo, quod non eſt ipſum ſecundum Auguſtinus. 11. de ciuita. Dei. cap. 10. Deus ſimplex eſt: quia hoc eſt quod habet. perfecta eius neceſſitas eſt ẽt ex ſe eſſe tale quòd non variabitur eius eſſe, quacunque hypotheſi poſita, ſiue poſſibili, ſiue impoſſibili, circa aliud a ſe: quia alia non ſunt neceſſaria, niſi ſecundario. Ex his ſequitur, quòd nulla eſt in eo realitas quæ neceſſario coexigat aliud a ſe. tale enim neceſſario coexigens aliud a Deo, non eſſet illo coexacto non exiſtente: & per conſequens aliquid quod perfecte eſſet idem Deo, non eſſet aliquo alio quod non eſt neceſſarium ex ſe, non exiſtente. relatio autem realis de neceſſitate coexigit ad ſuum eſſe terminum illius relationis. ergo in Deo non eſt relatio realis ad aliud a ſe.

Contra iſtam rationem inſtatur primo, quia licet creatura non ſit neceſſaria in eſſe actuali: tamen videtur, quòd aliquid aliud a Deo ſit neceſſarium in eſſe poſſibili, quia ipſum poſſibile eſſe eſt neceſſarium, quod probatur ex hoc quia prius videtur aliquid poſſibile poſſibilitate eius in ſe, quam ſit relatio Dei ad ipſum nam

*Subtiliſſima diſſ. qua franciſcum in*



*conſi. diſt. 42. coegit opinari quiditates æternas in eſſe eſſentiæ cõtra doctorem, 3 ſ. et 36. diſt. huius.*

nam nõ eſt potentia in aliquo, niſi reſpectu poſſibilis in ſe, q̃a ad impoſſibile non eſt potentia. ergo relatio Dei ad creaturam inquantum poſſibilis, non coexigit aliquid, quod non ſit ſub illa ratione neceſſarium, ſub qua terminat. relatio autẽ in Deo ad creaturam, vt poſſibilem, videtur eſſe eadem cum relatione eius ad creaturam vt actualem, per illam deductionem poſita pro prima opin. ad primam quæſtionem. ergo aliqua relatio poteſt eſſe in Deo ſtante neceſſitate eius ſimpliciter ad creaturam, vt poſſibilẽ. & eadem etiam eſt cum illa, quæ eſt ad creaturam, vt actualem.

*Hen. quol. 8. q. 6. in ſi.*

Item, ſi creatura habet eſſe quiditatiuum, inquantum habet eſſe exemplatum ſecũdum vnam poſitionẽ. iſtud eſſe creaturæ eſt neceſſarium. igitur reſpectus ad iſtud, vt ſic videtur poſſe eſſe abſque poſſibilitate cum eo in quo eſt talis reſpectus.

Item, ſi philoſophi ponerent aliqua alia a Deo producta eſſe formaliter neceſſaria, ſicut dictum eſt de opin. Ariſt. & Aui. diſtinctio. 8. tunc reſpectus ad illa poſſet eſſe in Deo, & tamen ſtaret neceſſitas entitatis diuinæ, quia terminus illius relationis ſecundum illam poſitionem eſſet neceſſarius. ergo tenendo poſitionem philoſophorum, qui tamen negabant in Deo relationem realem, iſta rõ iam poſita ex ſimplicitate, & neceſſitate Dei, non videtur ſufficiens.

*q. ſint*

Item quarto, tunc in nulla creatura magis neceſſaria deberet poni reſpectus realis ad minus neceſſarium, & ita in corporibus cęleſtibus non eſſet reſpectus realis ad generabilia, & corruptibilia.

Ad iſta quamuis ad duo prima poſſit reſdonderi quaſi vno modo. Ad primum. per hoc quod eſſe poſſibile non eſt niſi eſſe ſecundum quid, quia hoc eſſe nõ eſt ſimpliciter eſſe creaturæ, ſicut nec eſſe hominẽ mortuum, eſt eſſe hominis. nec plus ponit iſta poſſibilitas in re, q̃ cęcitas in oculo. & iõ ad ipſum nõ eſt aliqua relatio ſimpliciter, ſed ſecundũ quid. Ad ſecundũ ſimili mõ. ꝙ eſſe exemplatum non eſt eſſe, niſi ſecundũ quid. & iõ habitudo ad talẽ terminũ nõ eẽt realis, ſicut & terminus nõ eſt realis. Tñ põt dici vna reſponſione generali ad omnes iſtas inſtantias, quòd neceſſarium ex ſe, vt dictum eſt, non mutabitur, ſecundum aliquid perfecte idem ſibi quacunque poſitione poſſibili, vel impoſſibili facta circa illud a ſe, quicquid aũt eſt in perfecte ſimplici, eſt idẽ ſibi perfecte. ergo neceſſarium ex ſe, igit̃ nihil in eo poteſt mutari qnocunq; poſito circa aliud. nihil autẽ aliud a Deo eſt ita formaliter neceſſariũ, ſicut Deus, ſecundũ quãcũque poſitionẽ, q̃a ſi poneret̃ aliqd. formaliter neceſſarium, nõ tñ ſine oĩ dependẽtia ad primũ neceſſarium, & ideo non eſſet ex ſe neceſſarium, igitur nulla realitas in primo mutabit̃ pp poſitionem quancunque circa aliquid tale, quod non eſt ex ſe formaliter neceſſarium. fieret autem mutatio in aliqua realitate in primo propter mutationem in alio a ſe, ſi aliqua realitas in ipſo neceſſario exigeret ali-

*Tam ſecundum phi. quam theologos.*

aliquid aliud a ſe. Et tunc ad duas inſtantias de poſſibili, & eſſe quiditatiuo ſecundum aliquos. Reſpondeo primo. nõ eſt illud poſſibile eſſe ex ſe neceſſarium in tali eſſe, ẽt neceſſariũ formaliter * poſſibile, ſicut eſt Deus ex ſe actus neceſſarius. (*a. l. in eſſe poſſibili.*) Secundo, nec illæ q̃ditates ſunt ex ſe neceſſariæ in illo eſſe quiditatiuo, ſed per participationẽ ſunt ſic * neceſſariæ entes, (*a. l. neceſſario.*) nec tertio creaturæ ſi eſſent neceſſariæ ſecundum philoſophos eſſent ita neceſſarię ſicut primũ, ſed haberent neceſſitatem tantum participatam, (*Doctrina ſingularis ex 12. me. in fine.*) & ideo ponere iſta non eſſe, nõ poſſet ita impoſſibile, ſicut aliquam realitatem in primo non eſſe, q̃a nullum iſtorum eſt ita neceſſarium, ſicut quæcunque realitas in primo eſt neceſſaria, & tunc ex hac poſitione minus impoſſibili, videretur ſequi impoſſibilius. non igitur ad aliquod iſtorum, licet aliquo modo neceſſarium, non tamen ex ſe neceſſariũ, poſſet eſſe aliqua realitas in neceſſario ex ſe neceſſario. Ad quartum dico ꝙ ſi aliquid magis neceſſarium eſſet etiam* ſumme ſimplex, (*a. l. ſimpliciter ſimplex.*) hoc eſt non compoſitum, nec componibile cum aliqua realitate non neceſſaria, magis neceſſarium non haberet relationem ex ſe ad minus neceſſariũ, ſed iſtud ſuppoſitum eſt falſum, quia licet aliquod corpus cęleſte poneretur in ſe eſſe neceſſarium, nõ tamen eſt ſumme ſimplex, q̃n poſſit recipere aliquam realitatem non neceſſariam aliam a ſe: Deus autem, ſicut nõ poteſt eſſe illud quod eſt in ordine ad aliquid, non ex ſe neceſſarium, ita non poteſt habere aliquam realitatem in ordine ad aliq̃d tale, quia illa realitas eſſet ipſum.

AD ARGVMENTA ſecundæ q̃onis. (*diſt. 35. & & 39.*) Ad illa de omnipotentia, & oĩſcĩa, & voluntate futurorũ dicetur in q̃onib. ſpecialibus de eis. Ad aliud de actione & paſſione, phi. non dicit, ꝙ illæ relationes ſunt reales, ſed dicit ꝙ ſunt mutuæ, & in hoc præciſe diſtinguuntur primus, & ſecundus modus relationis a tertio modo relationis, ſed quicquid ſit de dicto phi. propoſitio non eſt vniuerſaliter vera, vel de ſe vera, quãdo agens eſt ex ſe neceſſarium, & perfecte ſimplex, ſicut dictũ fuit in ſoluendo.

Sed quęres, quare igitur ſunt relationes reales, quę fundãtur ſuper actionem & paſſionẽ in creaturis? Quamuis ad hoc non oporteat dicere ꝓpter ſolutionem argumẽti, tñ dr̃ ꝙ hoc eſt verum de agente naturali, q̃a ipſum ex forma, quam habet, (*Quorunda opinio.*) qua eſt actum naturaliter inclinatur ad * effectus producendum. (*a. l. effectum.*) agens autem liberũ non inclinatur naturaliter ex forma quam habet ad effectum, & tunc cum Deus ſit agens libere. ſequitur vt ſup actionem eius non fundet̃ relatio realis. Contra. phi. concedentes Deũ naturali neceſſitate producere res, negauerunt relationẽ realem eius ad iſtas, igitur iſta nõ eſt præciſe ratio. Similiter, voluntas creata vr̃ habere relationem realem ad ſuum effectũ, licet ſit libera.

Præterea, effectus ex ſua entitate abſoluta non neceſſario requirit cauſam proximã, poſſet eñ eadem entitas abſoluta eſſe



eſſe a cã prima, & tñ q̃n producitur a cã proxima, habet relationem realem ad eam, igitur non requirit̃ ad relationẽ realem, ꝙ natura illa abſoluta in qua fundatur, neceſſario inclinetur ex ſe ad alterũ extremũ. Item, ſimilitudo eſt relatio in duobus albis, & tñ vnum albũ præciſe conſideratum, inquantum eſt fundamentum relationis, nõ videtur inclinari ex entitate ſua, quæ eſt fundamentũ ad alterum extremum, maxime ſumma albedo ſi ponatur ad aliam albedinem ſummã, ſicut argutum fuit contra primam opinionem ad iſtam q. Item, ſi ante relationem realẽ ſemꝑ oporteret ponere in fundamento inclinationem naturalem ad terminum, ergo ante relationẽ realem, ſemper eſſet relatio realis, quia illa inclinatio ad alterum eſt relatio realis. Ideo breuiter, non vr̃ neceſſarium ad relationem realem, quòd illud abſolutum, quod eſt fundamentum vnius relationis ex ſe inclinetur ad reliquum, ſed ꝙ ipſum ſit tale, ꝙ poſito termino ad ipſum, & ad terminum, ſequatur talis habitudo ex natura extremorũ, ita ꝙ quęcunque relatio conſequitur ad extrema ex natura rei ſine conſideratione intellectus, eſt realis, & tunc dico, ꝙ omne agens creatum tale eſt, ꝙ poſito aliquo effectu per ipſum, ad ipſum, vt ad fundamentum, & ad * productũ, vt ad terminũ, (*a. l. productum.*) conſequit̃ habitudo eorũ, ratio autẽ quare relatio realis actualiter conſequitur, non eſt, niſi quia hoc eſt hoc, & illud eſt illud, ſicut ratio quare albedine, & albedine poſius ſequitur relatio realis actualis, vt ſimilitudo non eſt, niſi hæc albedo, & illa albedo, & binarium & ternarium poſita in eſſe. quare ſequitur maioritas & minoritas realis, non eſt alia rõ, niſi quòd hic eſt binarius, & ille ternarius. ſed tñ rõ potentialitatis in fundamento, & termino, quare. ſ. poſſit ſequi habitudo realis poſſet aſſignari generalis: q̃cũq;. n. pñt eſſe partes alicuius totius, ſunt poſſibilia ad formã illius totius. & ſicut ẽt ſi pñt eſſe partes alicuius totius vnius, per ſe poſſunt eſſe poſſibilia ad formam illam, qua illud eſt ꝑ ſe vnum, ſicut patet de partib. corporis organici reſpectu animæ intellectiuæ, & etiam ſi poſſunt eſſe partes alicuius vnius vnitate ordinis, poſſunt eſſe poſſibilia ad formã illius, a qua illud totũ eſt vnũ ſecundum ordinem, & generaliter patet propoſitio de potentialitate partium ſecundum phi. 5. (*t. c. 3. 4. & 10.*) meta. vbi vult ꝙ partes ſunt ſicut materia reſpectu totius, oĩa aũt creata q̃a limitata nata sũt eſſe partes totius vniuerſi, q̃d eſt vnum vnitate ordinis, ſicut patet. 12. meta. (*t. c. 52. & inde.*) & ideo quodlibet illorum eſt potentiale ad iſtam formam, quæ eſt ordo. vt ſ. habeat ordinem ad aliam partem, & hoc vel ſecundũ eminentiam, quæ eſt in naturis diuerſis in vniuerſo, vel ſecundum æqualitatem, quia ordo eſt parium diſpariumque rerum diſpoſitio ſecundum Auguſti. de ciui. Dei. (*lib. 19. c. 13.*) vel ſecundum actionem & paſſionem, ſiue ſecundum cauſalitatem. & ideo q̃dcunque agens creatum producens effectum ita potẽtiale eſt, quia ad ipſum, & ad effectum

productum poteſt conſequi ordo inter ea, non ſic inter agens illimitatum & eius effectū, q̄a illud agens non eſt potentiale, nec ad formam abſolutam nec ad relationem propter eius infinitatē. Per idem pōt rñderi ad argumentum de quantitate, q̄a omne creatum quantū ſiue mole ſiue virtute ad aliud quantū creatum, & ſi ponatur poſſe habere relationem realē propter hoc ꝙ ordo, a quo eſt vnitas vniuerſi, poteſt attendi inter talia quanta, tamen quanti infiniti nulla poteſt eſſe habitudo realis ad quantum finitum. Et cū confirmatur ratio per æqualitatem, quæ eſt reſpectus realis in diuinis & in creaturis.

Reſpondeo, ꝙ in diuinis eſt realis, quæ eſt habitudo ex natura rei, & ſtat cum ſimplicitate & neceſſitate relati in ſe, q̄a non refertur ad aliud, quod eſt minus neceſſarium formaliter, quàm ipſum relatum: in creaturis eſt relatio realis ꝑꝑ ipſam potentialitatem quātorum relatorum, comparando autem illam quantitatem infinitā ad iſtam finitam, vtraque rō deſtruitur, quia iam tollitur ſimplicitas & neceſſitas in vno extremo, & tollitur potentialitas & limitatio in altero.

Ad aliud dico, quòd realitas aliquando determinat compoſitionem, & tūc nihil aliud eſt, quàm illud quod vere eſt, ſicut iſta propoſitio eſt realiter falſa, hoc eſt vere eſt falſa, ſi autē realitas accipiatur, prout determinat prædicatū, hoc eſt, Deus eſt dominus realiter, licet poſſit negari iſta, tñ poteſt concedi ſecundū ꝙ dñs non notat relationem aliquam in Deo, ſed q̄a Deus terminat relationem realem creaturæ, vt dictum eſt in. q. præcedenti.

VTRVM RELATIO noua creaturæ ad Deū, neceſſario coexigat relationē nouam Dei ad creaturā. Quod ſic. 15. de trini. c. 19. ſicut non poteſt eſſe ſeruus q̄n habeat dñm. ſic nec dñs quin habeat ſeruum. Item, correlatiua ſunt ſimul natura, Item, ibidem. 27. Si minus pōt nulla mutatione totiens dici tale, quanto facilius de illa ſubſtantia? Contra ſunt argumenta pro improbatione huius opinionis tenentis, ꝙ ſolummodo ſecundum reſpectus diſtinguūtur iſta tria in Deo, & ſunt reſpectus ſecundum rationē differentes ſolūmodo noīe, creatiuus, creaturus, creans: creatio illa terminans conuenit ei ex tēpore, quia creatura refertur ad ipſum, tamen creans actiue potius eſt ratio creari paſſiue, quā ecōuerſo. ſ. principaliter prius, relationes autem quas conſueuerunt dicere de Deo ex tempore, non ſunt proprie relationes, ſed nomigenes æternarum relationum.

*de his in. q. præcedenti.*

PRAETEREA &c.

DISTIN. XXXI.

CIRCA diſtinc. 31. quæro vnū. Vtrū identitas & ſimilitudo, & æqualitas ſint relationes reales i Deo? Qđ nō Aug. 5. de tri. c. 6. Cum quærit ſecundū quid æqualis ſit patri filius. Rñdetur non ſecundū, hoc qđ ad patrē dr̄ filius eſt æqualis patri, reſtat igit̄ vt ſecūdū illud qđ ad ſe dr̄, dica-



dicatur æqualis, & infert. reſtat igit̄ vt ſecundū ſubſtantiam ſit æqualis. igit̄ æqualitas non dr̄ ibi ſecundum relationem.

Præterea, forma eiuſdem ſpeciei non numerat̄ niſi per materiam. probo, omnis forma ſeparata a materia habet totam ſpeciē ſecundū aliquos. ergo æqualitas in diuinis, cum ſit forma eiuſdem rōnis, & ſine materia nō plurificat̄, nec diſtinguit̄. ergo nō eſt alia æqualitas in pr̄e & filio, & ꝑ conſequens nō eſt realis in pr̄e, quia tunc requireret relationem diſtinctam correſpondentem in filio.

Præterea ſi in patre eſt alia æqualitas ab ea, q̄ eſt in filio, pari rōne, & alia ab æqualitate, q̄ eſt in. ſ. ſ. & tūc æqualitati in filio, & æqualitati in. ſ. ſ. correſpondebit alia, & alia æqualitas in pr̄e, quia correlatiua cōmultiplicant̄. igit̄ in pr̄e erunt duæ æqualitates, qđ vr̄ incōueniens. Præterea, ſi iſtæ ſunt relationes reales. igit̄ æque realiter ſunt diſtinctæ ſicut relationes originis, & ꝑ cōſequēs ita pñt conſtituere ꝑſonas diuinas. ſicut & illæ originis, & ſi poſſunt conſtituere, igit̄ conſtituunt, quia non eſt ibi potentia ſine actu. Oppoſitū Hyla. 3. de tri. ſimilitudo ſibijpſi non eſt.

*Tho. 1. par. ſum. q. 2. art. 1.*

*1. phy. 32.*

AD QVAESTIONEM vr̄ dicendum ꝙ ad relationem realem tria ſufficiunt. Primo, ꝙ fundamentum ſit reale, & terminus realis. Secundo, quòd extremorum ſit diſtinctio realis. Tertio, ꝙ ex natura extremorum. ſ. fundamenti, & termini ſequatur ipſa talis relatio abſque opere alterius potentiæ comparantis vnum extremum alteri.

QVANTVM AD PRIMAM conditionem relationis, negat̄ hic eſſe fundamentū reale, q̄a dr̄ ꝙ magnitudo, quæ eſt fundamentum æqualitatis, tranſit in eſſentiā ſecundū Augu. 5. de tri. c. 8. & alibi in multis locis. & ita non manet ſub ratione magnitudinis, niſi ſecundū rōnē. Sed contra iſtud, eſſentia diuina vt eſt primum obiectum ipſius intellectus diuini, viſa prima cognitione intuitiua ante oēm * negationē cuiuſcunq; intellectus, eſt obiectū beatificū illius intellectus, q̄a ille nō beatificat̄ ꝑ actū negotiatiuū, igit̄ ex ſe abſq; oī negotiatione intellectus eſt formaliter īfinita, quia nihil beatificat, niſi formaliter infinitū. ergo eſt ibi magnitudo virtutis, imo infinitas magnitudinis ex natura rei. Itē, intellectus anteq̄ ītelligat̄ aliquid intelligere, vel negotiari eſt comprehenſiuus illius eſſentiæ vt primi obiecti, & ita ex hoc vi negotiationis circa illud potens eſt reducere oēs relationes in actum, quæ poſſunt circa illam eſſentiam cōſiderari. igitur ex natura rei ille intellectus eſt infinitus. igit̄ & eſſentia in qua fundatur.

*Hen. quolib. 5. q. 1. quare ēt alibi, & alios.*

** a. l. negationem.*

Præterea, rō illorū nō valet quia licet q̄titas accidentalis dicat aliqđ additū naturæ ſubiecti, & iō ipſa nō poſſit manere ſub rōne ſua formali, & trāſire in eſſentiā ſecundū identitatē, tñ magnitudo virtutis in oī ente trāſit in illud, cuius eſt ꝑ identitatē ēt in creatura. ꝓbo. ſi. n. Angelus hēt aliquā magnitudinem virtutis, de qua dicit Augu. 6. de tri. c. 7. in his enim quæ nō mole magna ſunt, hoc eſt maius eſſe, quod melius. ſi iſta

iſta magnitudo perfectionalis non ſit idem eſſentiæ, circunſcribatur ab ipſa eſſentia. ipſa eſſentia remanente, quæro quē gradum perfectionis tenet in ente, vel in entibus. nihil enim eſt, niſi aliquem gradum determinatum perfectionis habeat inter entia. ergo adhuc manet in ipſa eſſentia magnitudo virtutis, qua dicitur ſic, vel ſic perfectum ens, iſta igitur quantitas in omnibus tranſit per identitatem. & cum hoc manet in omnibus ſecundum rationem propriam, inquantum eſt fundamentū æqualitatis vel inæqualitatis perfectionalis in entibus. nam per iſtam. vnum ens eſt æquale vel inæquale alteri ſecundū perfectionē, quia ratio talis quātitatis eſt dicere modum intrinſecum illius perfectionis cuius eſt, & ex hoc ꝙ dicit modum manet, ex hoc aūt ꝙ dicit intrinſecū per identitatem trāſit in eſſentiā cuius eſt, dico igitur ad hoc ꝙ eſt fundamentū æqualitatis realis ex natura rei, non tantum remotum qđ eſt eſſentia, ſed ꝓpinquum qđ eſt magnitudo, ſiue ſpecialius quod eſt infinitas. Et hæc probatur generalius per omnes rōnes, quæ fiunt ad oſtendēdū eſſentiam primi eſſe infinitam. quia omnes illæ concludunt ꝙ ex natura rei ipſa ſit infinita. Nam quæcunque via ad ipſam ſumatur, ſiue in rōne principij effectiui, ſiue finalis, eminētis, & menſurātis & participati, q̄ viæ tactæ ſunt diſt. 2. Oīa inq̄ ſunt ad ipſam. ſ. ꝙ ipſa eſt ibi ex natura rei, circūſcripto omni actu intellectus, quia nulla dependētia effectus infiniti vt participantis eſt ad aliquid ſub rōne formali entis rōnis, ſicut probari pōt per rationes diſtin. 3. factas contra ſextam opin. eſt igitur hic ex natura rei illud quod ponitur fundamentū ꝓximum æqualitatis, & rō fundandi. ſ. vnitas, quia ſecundum Dama. c. 6. illic. ſ. in Deo cōmune & vnum re conſideratur, nō ſic in creaturis. ſed commune ibi eſt in intellectu tantum.

*Doctrina philoſophi 10. Meta. tex. c. 10. omne ens omni enti cōparatū eſt æquale vel in æquale.*

SECVNDVM principale, ſcilicet ꝙ iſta relatio requirat extrema realiter diſtincta, patet per Hyla. vt dictum eſt opponendo. Et per Auguſt. 6. de tri. c. 9. ꝙ ī filio eſt prima ęqualitas. quod non eſt verum, ſi aliqua perſona poſſet dici æqualis ad ſe. tunc enim pr̄ primus eſſet æqualis, ſed quia ęqualitas non pōt intelligi ſine diſtinctione, & prima diſtinctio eſt inter patrem & filium producto filio, ideo eſt in eo prima æqualitas terminatiuę, & quaſi ſubiectiue accipiendo illam æqualitatē qua filius eſt ęqualis patri. Hoc ēt probatur ꝑ hoc, qa relationes originis ponunt̄ reales, & tamen non præexigūt diſtinctionem extremorū, ſed quaſi formaliter cauſant eam. iſtæ aūt relationes, illam diſtinctionē quaſi cauſatam per relationes originis, pręſupponūt, ſicut cōiter ponitur, ꝙ iſtæ non poſſunt pullulare in eſſentia, niſi iam præexiſtentibus relationibus originis in ea. igitur iſta videntur magis requirere diſtincta extrema, q̄ relationes originis, vel ſaltem nō minus. Et ſi obijcias. ꝙ iſtæ non ſunt alterius rationis, ſicut illæ originis. hoc non concludit, niſi ꝙ non diſtinguuntur ſpecie, in creaturis autem non tantum relationes ſuppoſitionis, & ſuppoſitionis ſunt reales, vbi extrema differunt ſpē, ſed etiam relationes communes ſunt reales in extremis. vbi extrema differunt numero. ergo hic ſufficit diſtinctio realis numeralis in extremis ad realitatē relationum cōium, ſicut ad diſtinctionem relationum originis, quæ quaſi ſpecie differunt.

QVANTVM ad tertiam conditionem, videtur ꝙ iſta relatio conſequatur perſonas ex natura rei, ſine omni cōparatione, per aliquam potētiā extrinſecā comparantem: quia enim pater generando communicat filio perfecte ſuam eſſentiam, ideo communicat ſibi eandem magnitudinem infinitam, ſicut dicit Aug. contra Maximinum lib. 3. c. 10. 19. & 20 Si dicas, inquit, eoipſo pater maior eſt filio, quia pater genuit. Cito reſpondeo, immo ideo pater non eſt maior filio, quia æqualem genuit. non videtur igitur aliqua ratio quare æqualitas patris ad filium non debeat poni relatio realis.

Cōſimiliter poteſt dici de ſimilitudine, ſicut in creaturis eſt duplex ſimilitudo, ſcilicet eſſentialis ſecundum differentiam ſpecificam, & accidentalis ſecundum aliquam qualitatem accidentalem. licet prima negetur in propoſito, quia Deus non habet aliquam differentiā ſpecificam. tamen quia ſi illud quod eſt differentia ſpecifica in creatura, eſſet tota eſſentia indiuidui, nihil minus eſſet forma reſpectus indiuidui. ideo nihil minus eſſet reſpectus ſimilitudinis tunc, quàm modo. Ideo videtur ibi proprie poſſe concedi, ſimilitudo ſecundum eſſentiam, non inquantum quid, ſed in quantum eſt actus, & quaſi forma, qua perſonę ſunt Deus, & etiam ſimilitudo ſecundum attributa omnia, q̄ ſunt quaſi proprietates huius naturæ, ſicut dicit Dam. c. 5. non naturā, ſed quæ circa naturam ſunt dicunt. & tunc ſicut ex natura rei eſt fundamentum æqualitatis, & diſtinctio realis extremorū, & iſta relatio eſt ibi ſine opere intellectus, ita eſt de ſimilitudine. De identitate etiam dici poteſt, ꝙ ipſa dupliciter accipitur in diuinis, vno modo eiuſdē ꝑſonæ ad ſe, ſicut pr̄ eſt idē ſibi: alio mō vnius perſonæ ad aliā, ſicut pater eſt idem filio, & ecōuerſo, de prima idētitate aliàs, de ſecunda poteſt dici, ſicut de alijs, ꝙ eſt realis, quia ibi eſt vera vnitas ex natura rei, & ſufficiens diſtinctio extremorum, nec videtur neceſſaria comparatio intellectus ad eſſe huius idētitatis. Et ſi identitas eiuſdem ſuppoſiti ad ſe in creaturis ſit relatio rōnis tm̄, quantum ad fundamentum. tamē nunq̄ eſt vera, & perfecta identitas, niſi in Deo tm̄. nam ſortis ad ſe nō eſt perfecta identitas, quia rōnis tm̄, & ita omnis talis eſt ens ſecundū quid, nec ſortis ad Platonē eſt perfecta idētitas, quia non fundatur in perfecta vnitate: hic autem patris ad filium identitas eſt perfecta, quantū ad fundamentum, quia patris ad filium eſt perfecta vnitas, & perfecta realis idētitas, qa realis diſtinctio eſt, & ſufficiēs extremorū. Sed de æqualitate ſūt duo dubia. Primo. n. vr̄, ꝙ non eſt relatio diſtincta ab identitate, & ſimilitudine, qa ſicut dictum

*De his vide 6. q. quoli.*

*5 Met. & alibi ſæpe*

Diſtin. 8. q. 4.

ctum eſt aliàs, infinitas non eſt ſpeciale attributũ, ſed dicit modũ intrinſecũ cuilibet attributi, & pari rõne magnũ, qđ quaſi dicit indiſtincte, qđ infinitũ, dicit diſtincte. ergo magnitudo eſſentiæ nõ diſtinguitur ab eſſentia, nec ẽt illa diſtinctione, q̃ eſt inter attributa, & ꝑ cõſequens ęqualitas ſecũdũ illã magnitudinẽ nõ diſtinguitur ab idẽtitate, quæ eſt ſecũdũ eſſentiã, ſimiliter magnitudo ſapiẽtiæ nõ diſtinguit̃ a ſapientia illa diſtinctione, q̃ eſt inter attributa, ergo ęqualitas ſcd̃m magnitudinẽ ſapiẽtiæ nõ diſtinguit̃ ſimilitudine ſcd̃m ſapientiã, oĩs aũt magnitudo eſt vel eſſentię, ſecũdũ q̃ ꝓprie eſt idẽtitas: vel attributi, ſcd̃m q̃ alicui⁹ eſt ſimilitudo, ergo nulla vr̃ ꝓprie ęqualitas eſſe in diuinis diſtincta ab idẽtitate, & ſimilitudine. Præterea, ſi ẽt qđlibet attributũ hẽt ſuã magnitudinẽ propriã ſupra q̃ vr̃ fundari æqualitas, igit̃ tot erũt æqualitates ꝑſonarũ, quot ſunt attributa. Ad primum põt cõcedi ꝙ ſicut in creaturis põt eſſe ſimilitudo ſine æqualitate, ſicut remiſſum albũ eſt ſimile intenſo albo, licet nõ ꝑfecte, nõ aũt econuerſo põt eſſe ſine ſimilitudine æqualitas, & hoc in forma illa, in qua aliqua nata ſũt aſſimilari: iõ cõparãdo aliqua ĩ forma, ſcd̃m quã nata eſt eſſe ſimilitudo, æqualitas vr̃ quaſi determinare ſimilitudinem, & fundamẽtũ ſimilitudinis, ita p̃t cõcedi hic, ꝙ æqualitas non ita diſtinguit̃ ab idẽtitate, & ſimilitudine ſicut illa inter ſe, ſed ꝙ ipſa dicat ꝓprium modum fundamenti vtriuſque illarũ duarũ relationum, & quaſi etiam modum proprium vtriuſque relationis. ſ. ꝙ tam identitas q̃ ſimilitudo ſit perfecta: quia ſi ꝑ impoſſibile pater haberet deitatẽ maiorem & filius minorẽ, eſſet aliqua identitas, ſed quia fundamentum identitatis nõ haberet eandem magnitudinẽ, non eſſet identitas ꝑfecta, qa nec cũ ęqualitate. ſimiliter ſi ꝑ impoſſibile pater haberet maiorẽ ſciẽtiã, & filius minorẽ, eſſent aliquo mõ ſimiles, ſed qa deficeret modus ille fundamẽti. ſ. magnitudo ꝑfecta, iõ nõ eſſet ſimilitudo ꝑfecta. Nũc aũt magnitudo, quæ eſt quaſi modus fundamẽti identitatis & ſimilitudinis fundat ęqualitatẽ, quę eſt quaſi modus ſimilitudinis & identitatis, quia dicit vtrãque illarũ, vt perfectam. Ad ſecundum poteſt concedi, ꝙ quot ſunt perfectiones in Deo ſimpliciter, tot ſunt etiã magnitudines, & tot ęqualitates. ſicut tamẽ illæ omnes ſunt ſimpliciter vna res, ita & æqualitates ſecundũ eas ſunt ſimpliciter vna res. Ex hoc patet quõ magiſter bene aſſignat diſ. 19. ęqualitatẽ perfectã in tribus ſcd̃m Aug. de fide ad Petrum c. 1. ſ. magnitudine, poteſtate, & æternitate. Per magnitudinem quidem intelligitur fundamẽtum omnis æqualitatis ad intra ſecundum quamcunq; perfectionem ſimpliciter in omnibus attributis, accipiendo magnitudinem non pro aliquo attributo diſtincto, ſed vt eſt commune magnitudini cuiuſlibet attributi. Et per poteſtatem notantur perſonę eſſe ęquales ad obiecta extra. & hoc ſequitur ad primum, quia æqualitatẽ valoris in forma in ſe, ſequit̃ æqualitas vigoris in ratione actiui ad extra. Et per æternitatem



tatem notatur æqualitas eſſe in eis, quaſi ſecundũ durationem. Equalitas aũt ſecundũ quantitatẽ diſcretã nõ quærit̃ ibi: quãtitatibus aũt cõtinuis in creaturis, quæ ſunt quãtitas ꝑmanẽs & ſucceſſiua, correſpondet ibi magnitudo, & æternitas. p̃tas aũt ſiue potentia non eſt tertia quantitas, ſed reſpectus magnitudinis ad extra vt prædictum eſt ſtatim.

Vide. 6. q. quoli.

AD PRIMVM argumentum dico, ꝙ album, & album dicuntur ſimilia ſecundum albedinem, & hoc prout ly, ſcd̃m, notat ſuum determinabile eſſe fundamentum proximum relationis ſimilitudinis. dicunt̃ ẽt ſimilitudine eſſe ſimilia formaliter. ita dico quod pater & filius ſunt æquales ſecundũ eſſentiam, vt ly, ſecũdum, notat fundamentum proprium æqualitatis, quia iſtæ relationes communes fundantur ſuper aliquid qđ eſt cõmune, vt eſt cõmune, nihil aũt cõe vnũ eſt in perſonis, niſi eſſentia, vel eſſentiale. Et ſi obijcias, tunc poſſet dici pater ſecũdum eſſentiam, quia eſſentia eſt fundamentum paternitatis, quod tamen non cõceditur.

Diſt. 5. et 26. huius. & 6. quo-

Iſtud argumentũ, licet alias fecerim ad probandum ꝙ relatio originis non ſint actus eſſentiæ. Quia vbicunque relatio eſt actus fundamenti, ibi ſuppoſitum poteſt dici ad alterum ſecundum illud fundamentũ, ſicut ſortes ſecundũ albedinẽ eſt ſimilis, ignis calore calefacit, lapis ſecundum quiditatem lapidis eſt menſura notitię lapidis, hæc non conceditur. pater deitate eſt pater, vel ſecũdũ deitatẽ. ergo. Sed vr̃ ita poſſe argui, ꝙ nec ſecundũ deitatẽ eſt æqualis. quia iſta relatio nõ eſt actus fundamenti. Rñdeo, vbi relatio eſt actus fundamenti, ibi ſecundum fundamẽtũ dr̃ aliquid ad alterũ. hanc. n. accepi, ſed nõ cõcedo ecõuerſo, ꝙ vbicunque aliquid dicitur ad alterum ſecundum fundamentum, ꝙ ibi relatio ſit actus fundamenti. quia vniuerſaliter tale, ſecundũ eſt nota cauſæ inhęrentiæ per ſe ſecundo modo, non primo modo. & bene actiuo fundamenti per relationem cõcludit fundamẽtum eſſe cauſam inhærentię relationis ipſi ſuppoſito. cauſam inq̃ per ſe ſecundo modo, non primo modo. nõ aũt ecõuerſo, quia eſſe per ſe fundamentum quandoq; ſufficit ad eſſe per ſe cauſam inhærentiæ relationis ipſi ſuppoſito abſque hoc, ꝙ relatio actuet, licet qñque nõ ſufficiat, quia tunc pr̃ ſecundũ eſſentiam eſſet pater. Sed ſaltem quæ eſt ratio diſſimilitudinis hic, ꝙ relatio cõmunis dr̃ in eſſe ſecundũ eſſentiam, relatio vero propria ſiue originis non? cũ neutra ſit magis actus, q̃ alia in creaturis. vtraque eſt actus, & vtraque dicitur ineſſe ſecundũ fundamentum. tam enim calidum ſecundum calorem eſt calefactum, quam ſecundum calorem eſt ſimile.

Tamen tenẽdo cõem viã põt aſſignari rõ quare ſecũdũ eſſentiã dr̃ pater æqualis filio, & nõ pater filij, quia licet eſſentia ſit fundamentũ vtriuſque non diſtinctũ in tribus, nec ꝑ iſtã, nec ꝑ illã, eſt tñ fundamẽtũ proximũ relationis cõis, inquantum vnum in tribus, non aũt inquãtum ſic vnum eſt fundamentũ relationis originis, licet ſe ſit vna, cum autem dico ſecundũ eſſen-

eſſentiam ſunt æquales, ibi eſſentia vt eſſentia, nō accipitur, niſi prout eſt vna formaliter in tribus. ideo dicitur pater æqualis eſſe ſecundum eſſentiā propter hoc, ꝙ eſſentia vt vna eſt ꝓximum fundamentum iſtius relationis. non autem dicitur ſecūdum deitatem eſſe pater, q̄a deitas vt vna non eſt * fundamentum huius, ita vt vnitas ſit ratio fundādi, ſicut notaretur, ſi diceretur, ſecundum deitatē eſt pater.

*a. l. nō eſt ratio fundamenti. huius. ratio quod.*

Contra iſtam ſolutionem arguit̄ multipliciter. primo quia pari ratione videret̄ in Deo vnica æqualitas, tū quia æque adæquat̄ vtraque relatio ſuo fundamento, tū q̄a quodlibet in Deo vnius rationis eſt vnicum, alioquin nō erit Deus ſumme vnū, ſed alio ens ſecundum quiditatem, & alio hoc ens, & ita potentialitas, & compoſitio, tum quia eodem modo videtur ſequi infinitas in omnibus, quia non eſſet dare per quid plurificabile determinetur ad certam pluralitatem, tum quia habens cauſam vnius rationis, & vnicā rationem receptiuam eſt vnicum, quia nec diſtinguitur ab agente, nec a materia. 8. Meta. ſimilitudo eſt huius. Item, non tantum ſequitur, ꝙ ſint. 6 æqualitates in tribus perſonis, immo quælibet ꝑſona eſt æqualis duabus, & econuerſo. & non eadē æqualitate, qua vni tantū, quia non idem extremum, immo q̄libet eſt æqualis tribus quia. 8. trini. cap. 1. non maius aliquid ſunt tres, q̄ vna, nec minus, patet igitur æquale, & iſtud vltimum videtur ſatis oſtendere, ꝙ non eſt realis, quia eſt eiuſdem ad ſe. dummodo non ad ſe p̄ciſe, ſed cum alijs nunq̄ realis eſt ad ſe, ſed inquantum realis habet ꝙ connumeretur alijs. Quare autem non eſt ad ſe præciſe? poteſt dici ꝙ non ſignificat relationem, ſed tantum ſignificat vnitatem quantitatis, connotat tamē diſtinctionem ſuppoſitorum, & ideo non eſt alterum. vlterius hæc æqualitas eſt æqualis illi æqualitati, & ſic in infinitum, hæc etiam eſt ſimilis illi, & eadē illi ſpecie, & ſic iterum in infinitum. Ad iſta ad primum dicitur, ꝙ nulla relatio ibi adęquat fundamentum. quia eſſentia eſt immediatum fundamentum omnium. Cum enim relatio non fundet relationem, & non eſt ibi niſi eſſentia, & relatio, ſequitur igit̄, &c. Dicitur ad hoc, ꝙ diſtincta attributa, ſunt fundamenta proxima relationum originis, ſicut memoria generationis actiuæ, & notitia actualis generationis paſſiuæ, iſti fundamento proximo correſpondet eſſentialiter vna relatio originis. Aliter dicitur ad primum, ꝙ in creaturis relationes diſquiparantiæ requirunt diſtincta fundamenta. quia illæ differunt ſpecie, relationes communes nō, ideo illa diſquiparantiæ ſic adæquat, q̄d non eſt idem fundamentū oppoſitę relationis, nō ſic autē in communibus. Ad propoſitum patet ex dicta reſponſione quare eſt vnica paternitas tantum, quia fundamentum eius proximum non eſt oppoſitæ relationis, quæ quaſi differunt ſpecie. Tamē quæritur quare hæc paternitas adęquat. & hęc ęqualitas non adæquat ſuum fundamentum? Reſpondeo nulla relatio communis vnica pōt adæquare,



quare, quia oportet eius oppoſitam idem fundamētum habere. Alia vero diſquiparantię bene poteſt, vt dictum eſt. Iterum quęritur, an neceſſario adęquat hæc paternitas? Reſpondeo, probatur ꝙ ſic, per quod a. diſtinguitur vel eſt aliud a. b. ſi per aliud alterius rationis in eis, vel cauſalitate habetur oppoſitū, ſi non, ſed tantum per alia eiuſdem rationis, quære iterum per quid illa diſtinguunt̄, & ſic in infinitum. Quicquid tamen ſit de iſta probatione generali, eſt ſpecialis probatio, quare in Deo aliàs eſſet infinitas, quia nihil ibi determinatur ad certā multitudinem per aliquam cauſam priorem, igitur tantum per aliqua alterius rationis, quia quicquid vnius rationis ſe habet ad plura non determinatur ad talia ex ſe. quære hoc diſt. 2. q. 7. in ſolutione extra, nihil vnius rationis plurificatur, niſi q̄a pręintelliguntur alia alterius rationis, quæ neceſſario requiruntur ad eius plurificationē, ideo paternitas non poteſt plurificari, quia non præexigit talia alterius rationis, quæ ſint quaſi cauſa plurificationis eius: æqualitas vero poteſt, quia præexigit relationes conſtituentes perſonas, ex quarum perſonarum diſtinctione diſtinguuntur æqualitates. per iſtud patet ad tertiū, quare eſt iſta pluralitas æqualitatum. ſed nō paternitatum ſic erit. Ad ſecundum concedo, ꝙ quodlibet in Deo vnius rationis, & commune realiter in re, non tantum in cōceptu eſt vnicum. Ad probationem dico, q̄d in conceptu non eſt æqualitas hæc & hęc, ſed quęlibet in re eſt eadem æqualitas. & hoc ſic patet. diſt. 8. de conceptu communi Deo & creaturæ, ſiue re communi vt dictum eſt etiam diſt. 29. de principio, & de rationibus pluribus conſtitutiuis habentibus conceptum communem. Ad quartum, illa propoſitio poteſt concedi vera, quando vna forma receptibilis eſt tantum in vno recipiente, & forma abſoluta: in relationibus autē plures ſunt in eodem, & neceſſario plures in extremis oppoſitis. Ad aliud conceditur. 6. eſſe æqualitates alias inter quamlibet perſonam, & duas alias. ſed inter vnam & tres, vel ēt duas conceditur, quaſi partis numeralis ad quaſi totum numerale, & tunc negatur ꝙ nunq̄ ſit realis, aut negatur eſſe realis, vt eadem perſona eſt in vtroque extremo, non enim ſequitur non eſt maius, nec minus, igit̄ æquale. quia prima non eſt vera de patre reſpectu patris. Ad vltimum de infinitate æqualitatū Reſpondetur lib. 2. diſt. prima. q. 4. & 5. quæ relationes referūtur alijs, quæ etiam ſeipſis. Ad ſecundum argumentum dico, quòd maior ꝓpoſitio eſt falſa, immo vbi forma diſtinguitur in materia, & cum materia, materia non eſt ratio principalis huius diſtinctionis, q̄a in quacunque diſtinctione illud eſt ratio principalis diſtinguendi, hoc quod eſt ratio principalis eſſendi in illo eſſe. de hoc aliàs in quæſtione de īdiuiduatione. Ad tertium conceditur, ꝙ in patre ſit alia ęqualitas ad filium, & alia ad ſpiritum ſanctum. ſicut ſi pater genuiſſet ſpiritum ſanctum eſſet in eo alia paternitas ad filium. & alia ad ſpiritum ſanctū, & de iſto dicto genera-

*[...]tiliſſima ſpeculatio doctoris.*

*In. 2. diſt. 3. & 7. Meta.*

neraliter erit ſermo in tertio lib. vtrum in vno relato ad plures, ſint plures relationes. Ad quartum videtur difficile argumentum illis qui ponunt perſonas eſſe relatiuas, ſicut fuit argutum contra eos diſtin. 26. pro opi. tertia tamen tenendo communem viam oportet dicere, ꝙ prius pullulant in eſſentia relationes originis q̃ cões, & iſtæ primo pullulantes diſtinguũt, & conſtituunt perſonas, non autem illæ communes, quia ſunt quaſi aduentitiæ perſonis, ſicut ponitur ꝙ ſpiratio actiua nullam perſonam conſtituit, quia intelligitur quaſi aduenire patri, & filio iam conſtitutis in eſſe pſonali. prima enim ibi pullulantia, quæ poſſunt perſonaliter diſtinguere, diſtingunnt pſonaliter & conſtituunt.

✻

## HIC ORITVR QVAESTIO. &c.

### DISTIN. XXXII.

CIRCA diſt. 32. quęro duo. primo vtrũ pater & filius diligant ſe ſpiritu ſancto? Quod non, quia aut diligere ſumitur eſſentialiter, aut notionaliter. Non eſſentialiter, quia quodlibet eſſentiale ineſt formaliter cuilibet perſonæ non per alteram: ſi notionaliter. igitur pater, & filius, ſpirant ſpiritu ſancto. quod eſt falſum. Probatur idem ſecũdo. quia nullus actus notionalis eſt conuerſiuus in idem agens, a quo eſt, vel procedit propter diſtinctionem, quam talis actus requirit inter agens & terminum. ergo ſi iſte actus eſt conuerſiuus non ſumitur notionaliter. Præterea, ſi pater, & filius diligant ſe ſpiritu ſancto. ergo pater diligit ſe ſpiritu ſancto, quia eodẽ videtur pater diligere ſe & filium, ſed concluſio videtur inconueniens, quia pater diligit ſe in primo ſigno originis, ĩ quo ſpiritus ſanctus non intelligitur ſpiratus. Præterea, eodẽ diligunt ſe & creaturã, ſed ſpiritus ſanctus non videtur eſſe quo diligunt creaturam, quia tunc ſicut ſpiritus ſanctus ex neceſſitate productionis ſuę eſt amor, ita ex neceſſitate eſſet amor creaturarũ. & ita neceſſario Deus amaret creaturas. Cõtra. 6. de trini. c. 5. Spiritus ſanctus eſt quo genitus a generante diligitur, genitoremque ſuum diligit.

## QVAESTIO. II.

SECVNDO quęro. Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita? Quod ſic, pr̃ dicit verbo ſecũdum Aug. 7. de tri. c. j. vel 2. ſed ſcd̃m Anſel. mono. 63. nihil aliud eſt ſummo ſpiritui dicere, quã quaſi cogitãdo intueri, igit̃ pater intuetur verbo, & ita ſapit verbo. Contra Aug. 7. de trini. c. 4. pr̃ eo eſt quo ſapit, quia idem eſt ſapere, & eſſe, ergo ſi ſaperet verbo. eſſet etiã verbo.

*a. l. quaeritur.*

PRIMAM quæſtionẽ magiſter reputat difficilem & dimittit eam inſolutam.

*Gotf. piſtauen.*

ALIQVI negauerunt iſtã propoſitionem. pater & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto, & dixerunt eam ab Aug. rectratatã in ſimili primo retractationũ. c. 26. vbi retractat iſtam, pater eſt ſapiens ſapientia genita, cui iſta



iſta vr̃ aſſimilari. & ideo iſtã retractatam dicunt in illa.

CONTRA nõ ſolũ diuerſas materias retractandas Aug. ſeorſum retractat, ſed ẽt eandẽ materiã, quæ in diuerſis libris ponitur, quæ tñ eſt retractãda. Au. pluries retractat. qñ. ſ. facit mẽtionẽ de illis libris diuerſis. ergo multo magis iſtã retractaret ſeorſum, ſi eſſet retractãda. Item Aug. non retractat dicta aliorum ſanctorum, qui videntur iſtam concedere.

*Quare Hier. ſuper Pſ. 17. in principio. Simon de tornaco.*

ALII dixerunt, ꝙ propoſitio eſt exponenda, ita ꝙ ly, ſpiritu ſancto, accipiatur in rõne ſigni, ita ꝙ pater & filius diligant ſe. ſ. ſ. vt ſigno dilectionis communis. Contra, quia ita poteſt dici ꝙ diligunt ſe creatura, quia creatura eſt ſignum dilectionis eorum.

*Alex. de Ales 1. parte ſumma.*

ALII dicunt, ꝙ diligunt ſe amore appropriato ſpiritui ſancto, & ideo dicuntur ſe diligere ſpiritu ſancto per appropriationem, non per proprietatẽ. Contra, igitur ita eſſent boni ſpiritu ſancto, quia bonitas appropriatur ſpiritui ſancto.

*Tho. 1. parte ſumma q. 37. ar. 2. vide vva.*

ALITER dicitur, ꝙ ablatiuus iſte conſtruitur in ratione effectus cauſæ formalis, quod declaratur primo ſic. licet non omnis res ſit forma, tamen omne illud, a quo aliquid denominatur, quantũ ad hoc hẽt habitudinem formæ, vt dicatur iſte eſt indutus indumento, iſte ablatiuus indumento, conſtruitur in habitudine cauſæ formalis, licet non ſit forma hoĩs. Cõtingit aũt aliquid denominari per illud, quod ab ipſo pcedit, non ſolum ſicut agens ab actione, ſed etiam ſicut termino actionis, qui eſt effectus, quando ipſe effectus in intellectu actionis includitur. dicimus. n. ꝙ ignis eſt calefaciens calefactione, quãuis calefactio non ſit calor, qui eſt forma ignis, ſed actio, quæ ab igne procedit. Et dicimus ꝙ arbor eſt florens floribus, quamuis flores non ſint forma arboris, ſed quidã effectus ab ipſa procedẽtes. ſecundum hoc igitur dicendũ, ꝙ cũ diligere in diuinis dupliciter ſumatur. ſ. eſſentialiter, & notionaliter. ſcd̃m ꝙ eſſentialiter ſumitur, ſic pater & filius nõ diligunt ſe ſpiritu ſancto, ſed eſſentia ſua. Vnde Aug. 55. de tri. c. 7. vel 15. At vero, inquit, in illa trinitate quis audeat dicere patrẽ, nec ſeipſum, nec filium, nec ſpiritum ſanctum intelligere niſi per filium, vel diligere niſi per ſpiritum ſanctũ, ſecundum aũt ꝙ notionaliter ſumitur ſic diligere, nihil aliud eſt, quàm ſpirare amorem, ſicut dicere eſt verbum producere, & florere eſt flores producere: ſicut igitur arbor dicitur florens floribus, ita pater dicitur dicens verbo, vel filio ſe & creaturã. & pater & filius dicuntur diligentes ſe, & nos ſpirituſancto, vel amore procedente.

*diſt. 2. q. præſentibus.*

CONTRA, ſicut ædificare diſtincte importat terminum, qui eſt ędificium, non tamen conceditur, quòd ædificator ædificat ædificio. Ita in propoſito etiam ſpirare diſtinctius importat ſpiritum ſanctum, quàm diligere, & tamen non cõceditur, ꝙ pater & filius ſpirent ſpiritu ſancto. Item & ſi talis prædicatio concederetur non tamen, vt eſt conuerſiua ſuper agẽs, quia non cõcederet̃ de igne dici aliquid, qd̃ termi-

naretur ad ipſum ignem, vt aliquo producto a ſe.

Præterea, in conſtructione tranſitiua nunquam effectus vt effectus conſtruitur cum ablatiuo, diligere autem eſt verbum trãſitiuum. Præterea, exẽplum cui innituntur, non eſt ad propoſitum, ſed ad oppoſitum, florere enim eſt verbum neutrum, & non ſignificat formaliter productionem alicuius. Omne quippe verbũ neutrum vnum & idem ſignificat cum nomine adiectiuo, ſi eſſet nomen impoſitum, niſi ꝙ nomen ſignificat per modum habitus & quietis, verbum autẽ quaſi ſignificat ĩ fieri, ſicut idẽ ſignificat calidum eſſe, quaſi in quiete, & calere quaſi ĩ fieri. & ſicut tale nomen denominatiuum poſſet dici de aliquo cũ ablatiuo denotãte illud a quo ſubiectũ denominatur tali denominatione, ita verbum neutrum poſſet conſtrui cum ablatiuo in eadem habitudine formæ denominãtis, ita enim conceditur quod ignis calet calore ſicut eſt calidus calore. & vtrũque eſt in ratione formæ a qua eſt iſta denominatio per modum quietis in vno, & per modum fieri in altero: iſta autem forma, in aliquo aliquãdo eſt inhærens vt qualitas, aliquando ſe habet per modum formæ ab extra denominantis, ſicut eſt de genere habit⁹, vel ad modum illius, & vtroque modo poteſt fieri denominatio. Et ſicut aliquid denominatur, non tantum a forma, ſed ab aliquo extrinſeco quandoque, ita denominatiuum poſſet dici de eo cum illo extrinſeco ablatiue ſumpto. & hoc ſiue illud denominatiuum ſignificetur nominaliter, ſiue verbaliter. Sicut enim poſſet dici. iſte eſt ornatus veſtimento, prout ornatus ſignificat aliquid de genere habitus. ita poſſet dici iſte nitet veſtimento, vel aliquo alio verbo neutro, quod ſignificaret idem cum iſto denominatiuo, ſcilicet eſſe ornatum, & ita eſt in propoſito, quia arborem florere non ſignificat formaliter arborem ꝓducere florem: ſi. n. ponatur verbũ actiuũ, quod ſic ſignificet, puta florificare (ſi eẽt in vſu) hæc eſſet falſa. arbor florificat floribus, hęc autem eſſet vera, arbor floret floribus, quia per iſtud verbum neutrũ ſignificatur aliquid denominans ſubiectũ, quaſi ꝑ modũ habitus, quia licet nõ ſit ꝓprie habitus ĩ inanimatis, quia ꝓprie habitus eſt tm̃ in animatis, poſſunt tamẽ denominari ab aliquo adiacente, quod inquantũ eſt aliquo modo ornamentũ, vel tegumentũ eorũ poteſt reduci ad genus habitus, & tunc ſicut diceretur, arbor eſt florida floribus, & ablatiuus cõſtrueretur in rõne illius, a quo ſubiectum denominatur ſecundũ talem denominationẽ, ita etiã coſtruitur ly florib⁹ cũ hoc verbo florere: exemplũ igitur eſt ad oppoſitũ, loquẽdo de verbo actiuo, & nihil ad ꝓpoſitum, vt verum eſt de verbo neutro.

*2. eth. & alibi.*

AD ISTAM quæſtionem ſoluendã. quia illa quæ ſunt in intellectu ſunt manifeſtiora, primo reſpõdẽdũ eſt ad ſcd̃am qõnem. Et primo videamus de intellectu noſtro: ibi. n. memoria gignit notitiam actualem, quæ ad memoriã habet duplicem habitudinẽ, vel relationẽ videlicet



videlicet geniti ad gignens. & hæc eſt de ſecundo mõ relatiuorum, & mutua: & alia eſt declarantis ad declaratũ, & hæc tertij modi & nõ mutua ſicut aũt notitia genita declarat formaliter obiectũ latens in memoria, ita illud quod producit notitiã actualem, & dat illi iſtam vim declarandi poteſt dici declarare iſta notitia quaſi effectiue. Si enim aliquis producat ſpeculum, & in eo imagines relucentes, hoc ſpeculum formaliter declarat illa relucentia, & tamen illud producens ſpeculum effectiue declarat. Et iſtud magis apparet ſi actus aĩæ, qui non ſunt veræ factiones ſignificarentur per verba neutra non actiua, nunc autem ſignificantur per verba actiua propter illam habitudinem, quam habẽt ad obiecta, in quæ tranſeunt quaſi in terminum, licet nihil cauſent in illis obiectis, tunc enim ſi eſſent neutra ſignificarent formaliter illam realitatem a qua imponuntur in eſſe ſubiecto, & tũc poſſent alia verba actiua imponi ab eiſdem formis, quæ ſignificarent productionem talium, & tunc notitia genita formaliter eſſet declaratiua obiecti, ſed producens diceretur effectiue cauſare formam, ſicut aliàs dictum eſt, ꝙ ſimilitudo poteſt eſſe illud in quo fundatur relatio actiui & paſſiui. ita ꝙ ſicut aſſimilans eſt dans ſimilitudinem, ita tũc declarans actiue ſumptum eſſet efficiens ipſam declarationem formalem in ipſo actu animæ, ſiue in ſubiecto illius actus. Ad propoſitum, verbum diuinum a patre exprimitur. & hæc expræſſio eſt relatio originis, huic enim expreſſo communicatur ex vi productionis ſuæ notitia infinita, quę ex hoc eſt declaratiua oĩs declarabilis, habet igitur relationem realem ad exprimentem, a quo gignitur, ſed aliam ſcilicet declarantis habet, non tantum ad ipsũ, ſed quia eſt ĩfinitũ habet reſpectũ declaratiui ad ſe, & ad ipsũ & ad omnia alia, & iſta eſt tm̃ relatio rationis. quia nõ tantũ eſt ad creaturam, ſed ad ſeipsũ. Et ſi nulla relatio realis eſt ipſius ad creaturã ex di. 30. multo magis igitur non eiuſdẽ ad ſe eſt relatio realis: ſed iſtud declarare competit formaliter verbo, producenti autem competit principiatiue, ſicut in nobis competebat memoriæ effectiue, & tunc verbum formaliter declarat omne declarabile. pater autem verbo declarat nõ formaliter ſed principiatiue in quantum ſibi communicat notitiam actualẽ infinitam, qua verbum actualiter declarat. Applicando igitur iſtam realitatẽ ad illud vocabulum, quod eſt dicere, dico, ꝙ dicere vno modo eſſentialiter accipitur vt ꝑ Anſel. mon. 63. c. & ſic non loquitur Aug. quia ſecũdũ ipſum pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſunt vnũ, dicens. & quęlibet ꝑſona formaliter dicit, & nulla dicit alia ablatiue. Alio modo accipitur perſonaliter, & ſic denotatur ſignificare illam relationem originis, quæ eſt gignẽtis ad genitum & hoc modo ſolus pater dicit, non quidem verbo ſed verbum, & hoc mõ loquitur Ricar. 6. de tri. c. 2. ꝙ ſolus pater dicit. Et Aug. dixit verbum in quo omnia diſpoſuit. Alio modo poteſt ſignificare

*diſ. 19 ſupra. q. 2.*

care iſtam habitudinem rõnis, quę eſt declarare, & hoc prout declarare conuenit alicui formaliter, & ſic verbum dicit omnia declarabilia, & ſeipſum ſeipſo formaliter & de hoc loquitur Aug.7. de tri. c. 3. Si enim hoc verbum quod nos proferimus temporale, & tranſitoriũ & ſeipſum oſtendit, & illud de quo loquimur, quanto magis verbum Dei per ꝙ facta ſunt omnia &c. & ſic eſt eſſentiale, & propriatur vni perſonę, nam quęlibet perſona declarat ſua intelligentia, quę in ipſa eſt, appropriatur tamen filio, vt patebit ex dubitatione ſequente. Quarto ſignificare poteſt iſtam eandem habitudinem declarãtis prout conuenit alicui non formaliter, ſed prĩcipiatiue. & hoc modo dicitur de patre, ꝙ dicit verbo. & iſto mõ loquitur Aug.7. de tri.c. 1. & 2. ꝙ pater dicit verbo, hoc etiam modo loquitur. Aug. 15. de tri. cap. 14. quod pater ſeipſum dicens genuit filiũ ſibi ęqualem per omnia, vbi accipit dicere, ꝙ principiatiue declarare, licet nõ addat ibi illud principiatiuũ, quo pr̃ dicit, & ſic prĩcipale ſignificatum eius eſt eſſentiale, connotat tamen notionale, vt ſupra dictum eſt de dono. In qua igitur habitudine conſtruitur? Dico. Et ſi dicere ſic ſumptum eſſet idem quod cauſare: denotaretur habere rationẽ principii actiui ſubauctoritatiui. ſed quia non ſunt idem, ideo dico quòd denotatur habere rationem formalem prĩcipii ſub auctoritatiui, & in habitudine talis principii conſtruitur. Sed tunc ibi eſt vnum dubium, vtrum declarare formaliter omne declarabile ſit proprium verbi.

*Non eſt in originali.*

*Hẽ. quoli.*

Dicunt aliqui ꝙ ſic, quia ex vi proceſſionis ſuæ hoc ſibi cõpetit, ſed de hoc dictum eſt ſupra di. 27. q. 3. & generaliter cum iſtud verbum, declarare, dicat relationẽ rationis, & nulla talis eſt propria alicui perſonæ, nec includitur in proprio alicuius perſonæ, ſicut probatũ eſt diſt. 18. de dono, hoc manifeſtare non eſt proprium verbo nec includitur in eius proprio, ſed tantum eſt ei appropriatum pro eo quòd verbum ex vi ꝓductionis ſuæ habet notitiam actualem ſibi communicatam, pater autem licet habeat eandẽ notitiam, tamen ex ea vi, quæ producit, eſt memoria, & non producit, in quantum actualis notitia. Notitiæ enim actuali vnde actualis conuenit declarare, & ideo declarare magis conuenit cum ꝓprio filii, q̃ cum ꝓprio aliarum perſonarum. & ita magis ſibi appropriatur vere, tamen eſt in omni alia pſona, qa quęlibet habet actualem declarationem inquantũ eſt actualis notitia, & ęque declaratiua realiter, ſicut eſt illa notitia actualis quæ eſt verbum. declarat igitur formaliter pater oĩa in ſeipſo, ſicut filius formaliter declarat omnia ſeipſo, & ſpiritus ſanctus formaliter omnia ſeipſo declarat. declarant etiam pater, & filius, ſpiritu ſancto principiatiue: licet iſti modi accipiendi, declarare formaliter & principiatiue non ſint ita vſitati, ſicut illi quibus verbum dicitur declarare formaliter, & pater principiatiue verbo. & ratio maioris vſitationis iſtorum verborum eſt propter appropriationem notitiæ actualis ad verbum.



*Vide Bona hic. & vv.*

AD SECVNDAM igitur quęſtionem, concedo negatiuam partem quæſtionis propter rationem Augu. 7. de tri. c. 4. cuius declaratio eſt iſta.

Actus eſſentialis non poteſt eſſe alicuius ſuppoſiti mediante aliquo principio, vt quo, niſi illud ſit tali perſonæ principiũ eſſendi formale, vt pater ſapit ſapientia ingenita, vel ſit principium ſibi eſſendi principiatiuum, quomodo magiſter concedit ꝙ filius ſapit ſapientia ingenita, a qua habet ꝙ ſapiat, vel ſit principium ſubauctoritatiuum reſpectu talis actus, quo modo concedit ꝙ pr̃ creat verbo, ſed filius ſiue ſapientia genita non eſt patri principium eſſendi formale, nec principiatiuum, nec principium actiuũ ſubauctoritatiuum reſpectu actu eſſentialis, quia verbũ nõ producit iſtum actũ in ſe, ſed cõicat ſibi a pr̃e, & principium actiuũ ſub auctoritatiuum hẽt rõnẽ producentis actus, reſpectu cuius dr̃ prĩcipiũ tale, qũo concedit ꝙ pr̃ creat verbo, ſapere autẽ eſt actus eſſentialis. ergo pr̃ non ſapiẽtia genita, cõcedit autem magiſter & bene ꝙ pater eſt ſapiens ſapientia ingenita ſicut formali principio, filius autem ſapit ſapientia ingenita ſicut principio principiatiuo.

*Totum extra ſicundum aliquos.*

AD ARGVMENTVM in oppoſitũ dico ꝙ Anſel. accipit ibi dicere, mere eſſentialiter. ſ. pro actualiter intelligere, ſicut expreſſe vult t. c. eodẽ, vbi vult ꝙ ſunt vnus dicens, ſicut ſunt vnus intelligens, & licet quilibet dicat ẽt quęlibet, tñ ſunt vnus in rõne dicentis, & dicti ſicut ſunt vnus intelligẽs & vnũ intellectũ, & iſte modus eſt valde extẽſiuus huius nõis quod eſt dicere, quiã nec ſignificat illã relationẽ originis, nec cõnotat eam, ſicut nec intelligere vel ſapere, & hoc modo non dicit Aug. ꝙ pr̃ dicit verbo. Sed quomodo concedit ꝙ. ſ. ſ. dicit verbo. Reſpondeo, ſicut intelligit verbo, ſed non pro exprimere, nec pro declarare, niſi accipiatur formaliter, quia. ſ. ſ. formaliter declarat omne declarabile, non autem pro declarare principiatiue, niſi forte reſpectu creaturæ, quia loquendo de manifeſtatione creaturæ illam efficit tota trinitas, & quia abſolute ſuper manifeſtationẽ formalem verbi non comparãdo ad creaturam, ſpiritus ſanctus non habet aliquam rationem principij, quia nõ dat verbo illud quo formaliter verbũ eſt manifeſtatiuum. iõ non vr̃ aliquo modo concedendũ, nec Anſel. dicit ꝙ. ſ. ſ. dicit verbo, licet videat oĩa in verbo, ita etiã quilibet beatus videt omnia in verbo, & quęlibet perſona videt in qualibet ſecundũ Augu. 15. de tri. c. 14. ſed dicere verbo vr̃ importare aliq̃ auctoritatẽ dicentis verbo, reſpectu verbi inquantum eſt declaratiuum formaliter.

AD ALIAM quæſtionẽ de. ſ. ſ. procedendum eſt eodem modo, quo in pręcedenti quæſtione proceſſum eſt, & primo de voluntate noſtra, vbi dico, ꝙ amor in nobis vt productus habet ad voluntatem vt producentem relationem ſecũdi modi. & illa forte eſt mutua, hẽt ẽt aliam relationẽ ad obiectũ

pertinentem ad tertium modũ relatiuorum, & illa nõ eſt mutua, quia ſicut ſcientia refertur ad ſcibile, & non econuerſo, ita amor ad amabile, & non econuerſo: & ſicut amor habet formaliter habitudinem aliquam ad obiectum, ita illud q̃d producit amorem poſſet denominari ab illa habitudine, ſi eſſet verbum impoſitum hoc ſignificans actiue. Ita dico in diuinis. quod ſpiritus ſanctus, ex vi productionis ſuæ, non quidem proprie, ſed appropriate eſt amor omnis amari neceſſario, & ideo habet aliquam relationem rationis formaliter ad ſic amatum, producens autem ipſum poteſt denominari ab eadem habitũdine, quaſi principiatiue, & iſta habitudo, vt prĩcipiatiue denominans ĩportatur per hoc verbum diligere, quando dicuntur pater, & filius diligere ſe ſpiritu ſancto, hoc quippe eſt patrem', & filiũ producere amorem, qui eſt patris, & filij. ſicut patrem dicere ſe verbo, eſt producere verbum, quod eſt declarans ipſum patrem.

AD PRIMVM dico, ꝙ nec mere eſſentialiter, nec mere notionaliter tenetur, ſed cõnotat notionem, ſcilicet productionem ſpiritus ſancti, & ſignificat illam habitudinem cõſequentem ſpiritum ſanctum ad amatum, non quidem formaliter ſed principiatiue, & rõne iſtius habitudinis conſequẽtis eſſentiale eſt quantũ ad terminum illius habitudinis, q̃a terminus ille non tm̃ eſt. ſ. ſ. ſed ẽt oẽ neceſſario amabile. & quo ad illud fit conuerſio. non aũt quo ad notionale connotatum. Per hoc patet ad ſecundũ, & iſtud poſſet manifeſtari in exemplo de dicere, quia eo modo quo concedit̃ patrem dicere verbo, dicere non eſt mere eſſentiale, neque mere notionale, ſed connotat notionale, ſ. gignitionem, & importat in genito habitudinem declaratiui. quæ eſt ad omne declarabile. ſimile huius, licet non ita perfecte poteſt haberi in hoc, ꝙ eſt mitti, ꝙ cõnotat in diuinis proceſſionem æternam paſſiuam, licet ſignificet principaliter effectum temporalem, & quãtũ ad illud ꝙ ſignificat tota trinitas operatur effectum illum, ſed quantum ad notionem illam non reſpicit totam trinitatem in rõne principij, filius. n. poteſt mitti a. ſ. ſ. licet non ſit a ſ. ſ. Ad tertium. licet poſſet fieri vis in iſta propoſitione, ꝙ ly, ſe, poſſet cõſtrui tranſitiue, vel reciproce de qua duplici cõſtructione hr̃ ab illo Petro Heliæ ſuper Priſcianum de conſtructione. & patet in illo ſophiſmate. iſti pugnant, vt vincant ſe. & vr̃ ſecundũ aliquos magis concedenda propoſitio, prout ly, ſe, conſtruitur tranſitiue, q̃ reciproce pro eo. ꝙ ſ. ſ. ſecũdum eos ſpirat̃ a p̃re & filio voluntate cõcordi, inquantũ. ſ. pr̃ impendit amorem filio, & filius rependit ſecundum Ric. de tri. tñ dicendo conſequẽtet his q̃ dicta ſunt diſt. 12. de iſta materia, ꝙ pr̃ & filius ſpirant formaliter volũtate, inquantũ vna eſt. non aũt ipſa relatio cõcordiæ patris ad filium & econuerſo eſt formalis rõ ſpirandi, quia non vr̃, ꝙ pr̃ & filius, inquantũ hñt reſpectum originis ad. ſ. ſ. habeant mutuã relationem

*Vt ſupra dictũ eſt diſt. 14. & 15.*

*Eſt. 13. ſophiſma. enthiſ. vide hẽ. vbi ſupra art. 54 q. 1.*



nem adinuicem, tunc. n. nõ haberent tm̃ mutuã relationem originis paternitatis, & filiationis. hoc inquam dicendo, ꝙ licet habentes vnã voluntatẽ concordent in ea formaliter, tñ concordia nõ eſt ꝑ ſe rõ, ſed voluntas vna, & ꝙ fęcunditas plena ſit ita in vno ſicut in duab. iõ tñ duo ſpirant, q̃a ꝑintelligitur illa fęcunditas vna eſſe in duobus, antequam habeat terminum. Poteſt tñ concedi conſequentia, ꝙ eadẽ eſt veritas accipiendo ly, ſe, ſic, vel ſic. & tũc concedo conſequens, ꝙ pr̃ ſe diligit. ſ. ſ. & cum dicit diligit ſe in primo ſigno originis concedo, ſed tunc diligit ſe voluntate, vt in ipſo eſt formaliter. ſpirando autem ſ. ſ. qui neceſſario eſt amor ei⁹, diligit ſe ſ. ſ. quaſi principiatiue. quomodo etiam diligit filium. ſ. ſ. Ad vltimum dico, ꝙ non oportet concedere p̃rem & filium diligere creaturã. ſ. ſ. ſicut diligũt ſe. ſ. ſ. q̃a iſte modus diligendi vt ſumit̃ principiatiue, videtur eſſe primo illius termini dilectionis cuius ipſa dilectio eſt formaliter, ex hoc ꝙ eſt principiata. ſic enim diligere obiectum eſt principiare amorem, q. vt principiatus eſt formaliter illi⁹ obiecti: ſpiritus aũt ſanctus ex vi principiationis ſuæ neq; primo, neque concomitant̃ eſt amor creaturę, quia creatura tantum contingenter amatur a Deo: licet autem ex vi productionis ſuæ primo ſit amor eſſentiæ, tamẽ concomitanter põt dici amor filij, quia illæ perſonæ ſunt in natura primo amata ex neceſſitate illius naturæ, & ita poſſet concedi ꝙ pater non diligit creaturam. ſ. ſ. eo modo quo filium, quia non producit amorem, qui ex vi productionis ſuæ ſit amor creaturæ, immo completa productione neceſſaria illius amoris, ad hoc, eſt contingẽtia, vt iſte amor ſit creaturæ, & hoc in poteſtate non tantũ producentis hunc amorem, ſed etiam iſtius amoris producti, quia ita contingenter amat ſpiritus ſanctus creaturam, ſicut pater & filius.

## POST PRAEDICTA AVTEM &c.

### DISTIN. XXXIII.

CIRCA diſtinc. 33. quæro duo ſine argumentis. Primo, vtrum proprietas ſit idem, cum perſona? Et ſecundo, ſine argumentis. vtrum proprietas ſit idem cum eſſentia?

*Quare in reportatis has. q. ad plenum.*

## PRÆDICTIS AVTEM &c.

### DIST. XXXIIII.

QVAERO vnũ circa diſtinctio. 34. ſine argumentis. An perſona ſit idẽ cum eſſentia.

CIRCA ISTAS tres q̃õnes non oportet immorari, q̃a earum ſolutio patet ex dictis alibi ſupra diſt. 2. q. illa, vtrum cum vnitate eſſentiæ ſtet pluralitas perſonarum. vbi oſtenſum eſt, qualiter proprietas perſonalis, non eſt idem formaliter cum eſſentia. diſtinctione etiam, 26. contra Prępoſitiuum oſtenſum eſt, qualiter proprietas non eſt idem formaliter cũ

*qua eſt 1. partis. 2.*

perſona. Illud etiam quod dictum eſt de non identitate formali proprietatis cum eſſentia concludit, ꝙ perſona non eſt idē primo formaliter cum eſſentia. Et ꝙ aliqui diſtinguunt inter oīa iſta. ꝙ tm̄ differant rōne, improbatum eſt di. 2. & di. 8. in conſimili de attributis. & diſt. 13. de diſtinctione emanationum in diuinis. & aliàs, & tn̄ cum hoc, ꝙ iſtud non eſt idē formaliter illi, ſtat ꝙ vere & ſimpliciter ſit idem ſibi. immo hoc eſt neceſſarium ꝑꝑ perfectam ſimplicitatem diuinā, q̄ ſequit̄ ex ꝑfecta īfinitate illius eſſentiæ, ꝑꝑ quā ſimplicitatē, & infinitatē nō pōt illa eſſentia eſſe in aliquo cū aliqua realitate in eodē, niſi illa realitas ſit ꝑfecte eadem ſibi. & iſtud dictū eſt confirmatū ꝑ cōe dictū antiquorū, ꝗ cōceſſerunt multas p̄dicationes eſſe veras in diuinis ꝑ identitatem, nō formaliter, qđ nō vr̄ intelligibile, niſi ꝑ hoc ꝙ p̄dicatum erat vere idē cum ſubiecto, & ex hoc erat ꝓpoſitio affirmatiua vera ꝑ identitatē, & tamen prædicatū nō erat idem formaliter cum ſubiecto, & propter hoc non erat ibi prædicatio formalis. Et q̄ ſit diſtinctio identitatis formalis ab identitate ſimpliciter, tactū eſt diſtinctione. 8. de attributis, & aliàs frequenter. & ideo nūc tranſeo.

*parte. 2. q. 1. q. 4.*

*diſ. 2. vbi ſupra.*

*Hic cōiter aſſignatur. 2. pars principalis huius p̄mi lib.*

CVMQVE SVPRA &c.
DISTIN. XXXV.

CIRCA diſtinc. 35. quæro vnū. Vtrū in Deo ſint relationes æternæ ad oīa ſcibilia, vt quiditatiue cognita, Quod ſic. Aug. 83. q. q. 46. ideæ ſunt formæ æternæ & incommutabiles in mente diuina, & non abſolutæ, ergo reſpectiuæ, & nō niſi ad alia a ſe, vt ꝗditatiue cognita. quare diſtiuguuntur ſecundum diſtinctionem iſtorum.

*a. l. vltimo.*

Item, Aui. 8. met. c. 7. concedit in Deo eſſe relationē Dei, vt intelligentis ad formas intellectas. Item, Deus nouit diſtincte alia a ſe. ergo ꝑ aliquas diſtinctas rationes cognoſcendi, & illæ non poſſunt eſſe abſolutæ, ergo relatiuę.

Præterea, ſecundū Aug. 5. ſuper Gen. c. 7 oīa in Deo ſunt[vita], & idem vr̄ dicere ſuper Io. oīa in ipſo vita erant, non vita æterna creata, ſed creatrix, hoc nō eſt verū loquendo de ipſis obiectis formaliter in ſe, igitur de rōnibus formalib. quib. cognoſcunt̄. Contra. igit̄ illæ relationes eſſent reales, qđ eſt contra dictum in diſ. 30. probatio conſequentiæ, quia Deus prius intelligit alia a ſe, q̄ intelligat ſe intelligere illa, quia actus reflexus p̄ſupponit actū rectū. ergo illę relationes q̄ eēnt in Deo ad alia, eſſent in Deo ex natura rei, & nō ꝑ actū intellectus cōſiderantis illam intellectionem, ſed * quando eſt ibi ex natura rei, & non in obiecto vt cognitum eſt, eſt reale.

*cap. 1.*

*q. 2.*

Præterea, qua ratione eſſent relationes æternæ in Deo ad omnia cognita, pari ratione, & ad omnia volita, vt volita; & tunc illæ relationes eſſent reales, quia prius vult alia eſſe, q̄ intelligat ſe velle illa, & ita relatio volūtatis eius ad alia, erit realis, quia non eſt in aliquo, vt cognitum eſt.

ſVP-



*q. 1.* SVPPOSITO ꝙ Deus ſit intelligens ex diſt. 2. & ꝙ eſſentia ſua ſit primum obiectū in ratione ſui ex queſtione de ſubiecto primo theologiæ, & ꝙ intellectus ſuus ſit omnium intelligibilium, non quidē potentia ſed actu, & ſimul ex diſ. 2. & hoc diſtincte. quia imperfectionis eſt in intelligentiæ confuſe intelligere.

*q. 3.*

*q. 1. & 3.*

Circa iſtā quæſtionem notādum eſt, ꝙ ad intellectionem alicuius tria vident̄ concurrere, videlicet obiectum cognoſcibile, intellectus ipſe, & ratio cognoſcendi. In intellectu autem vt potentia eſt, non oportet ponere diſtinctionem ad hoc, vt diſtincte intelligat, quia etiam intellectus noſter, vt videtur omnino indiſtinctus ſecūdum rationem potentiæ, poteſt plura intelligere, igitur ſi eſt diſtinctio quæratur in obiecto, vel ratione cognoſcendi obiectū, vel in ipſa intellectione.

PONVNTVR IGITVR relationes eſſe æternas in Deo ad alia a ſe cognita ſimplici intelligentia, & ꝙ iſtæ relationes ſint in eſſentia, vt eſt ratio cognoſcendi, propter hoc, quod nihil eſt ratio conoſcendi plura, niſi vt illa ratio appropriatur aliquo modo illis pluribus obiectis cognitis. Quod ēt confirmatur per hoc, ꝙ cognitio fit per ſimile. ergo oportet rōnem cognoſcendi hr̄e aliquā rōnem propriam ſimilitudinis ad ipſum obiectum cognitum. propter igitur iſtam determinationem, & iſtam aſſimilationē rationis cognoſcendi ad obiectū, ponuntur relationes æternæ, tanquam rationes determinantes eſſentiam, vt ratio intelligendi, & quibus ipſa eſſentia ſit diſtincte ſimilis obiectis cognitis.

*tho. 1. par teſum. q. 15. ar. 2. & gotfr.*

*2. & 3. de anima*

ALITER PONITVR, ꝙ iſtæ relationes ſunt in eſſentia diuina, vt eſt obiectum cognitum, intelligitur enim ipſa omnino prima intellectione, vt penitus indiſtincta, ſed ad hoc, vt poſtea creatura intelligatur, intellectus comparat ipſam primo cognitā ad creaturam ſub ratione imitabilis, & tunc intelligendo eſſentiam, vt imitabilem, intelligit creaturam per illud obiectum primū, ſic ſub tali relatione rationis conſideratum. Et differt hæc opi. a prima, ſicut iſti modi dicendi videntur diuerſi, quorū vnus poneret ſpeciem eandem eſſe rationem cognoſcēdi principium, & concluſionem, non tamen, niſi vt ſub diſtinctis relationibus rationis correſpondentibus iſtis cognitis ſub proprijs rationibus, alius diceret ipſum principium ſic cognitū eſſe rationem cognoſcendi concluſionem. & hoc non vt principium abſolute intellectū, ſed in comparatione, ſiue in relatione ad concluſionem.

*Hen. quoli. 5. q. 3. & quolib. 2. q. 1. & 8. & quol. 9. q. 2. vi de tho. ubi ſupra.*

Tertia opin. ponit ideas, ſiue relationes tales in actu intelligendi, & habent talem rōnem, ꝗa intelligere noſtrum ſecundum phi. 5. met. habet reſpectū ad intelligibile, ſicut menſuratum ad menſuram. igit̄ ſi eſſet infinitum, ſicut diuinum, hr̄et reſpectū ad infinita intelligibilia, quia aūt finitus eſt, habet reſpectū ad intelligibile vnū, igitur cum intelligere diuinum ſit infinitum, in ipſo erunt infinitæ relationes ad infinita intelligibilia.

*Poſt ly ponit ſequitur album in origina li. t. c. 20.*

CON-

CONTRA concluſionẽ in qua concordant iſtæ opiniones, ſcilicet ꝙ iſtæ relationes rationis ſunt neceſſario ponendæ in Deo diſtinctæ ſecundum rationem, ad hoc vt intelligantur creaturæ diſtinctæ in Deo in ratione obiectorum. Arguitur primo ſic. iſtę rationes ſunt cognoſcibiles ab intellectu diuino, quæro qua ratione cognoſcendi. ſi alijs rationibus determinantibus eſſentiam vt eſt ratio, vel determinatibus eſſentiam, vt eſt primum obiectum, reſpectu obiectorũ ſecundorum, proceditur in infinitum, quia iterum ad iſtas alias rõnes intelligendi præcedent aliæ, & ſic nũquam iſtæ aliæ rationes ſunt intelligibiles a Deo, quia oportebit ipſum ante ipſas intellectas intelligere alias infinities *a.l. debet.* infinitas. ergo* oportet dare, ꝙ iſtæ rationes poſſunt intelligi a Deo per eſſentiam, vt nude acceptam, ſiue vt per rationẽ, ſiue vt iſtæ cognoſcantur per ipſam, vt per primum obiectum cognitum abſolute, & qua ratione iſta poterunt cognoſci ꝑ eſſentiam, vnde eſſentia nude, pari ratione, & ipſa obiecta ſecundaria alia. quia ita videtur iſtæ rationes habere rationes diſtinctorum obiectorum, ſicut & alia. Sed dices, ꝙ iſtæ rationes cognoſcuntur ab intellectu diuino per ipſa obiecta ad quæ ſunt, ita quòd eſſentia ſub rationibus iſtis, eſt ratio cognoſcendi obiecta alia, & illa cognita ſimul cum eſſentia ſub diuerſis rationibus ſunt ratio cognoſcendi iſtas rationes ſicut extrema relationis videntur eſſe ratio cognoſcendi relationem. Hoc videtur vilificare intellectum diuinum, quia tunc eſſet paſſiuus reſpectu aliorum obiectorum cognitorũ per iſtas rationes, per quæ obiecta actuabitur intellectus ad cognitionem iſtarum rationũ. Præterea ſecundo, cuiuſcunq; obiecti ratio aliqua cognoſcẽdi determinate poteſt eſſe aliquid limitatum ad illud, eiuſdem poteſt eſſe aliquid illimitatum ad illud, & ad aliud, ſed ſi eſſentia eſſet limitata reſpectu alicuius vnius determinati cognoſcibilis, ipſa eſſet determinate ratio cognoſcendi illud abſque omni reſpectu rei & rationis, igitur ſi ipſa ſit illimitata ratio reſpectu plurium cognoſcibilium, poteſt eſſe ex ſe ratio cognoſcendi quodcunque illorum, & omnia illa ſine omni relatione rei & rationis. probatio maioris, illimitatio non aufert ab aliquo aliquam perfectionem, ſed ſtante perfectione, quæ erat ad aliquid, quaſi ponit ſimilem perfectionẽ ad aliud, & ideo ſicut dictum fuit diſt. 7. & diſt. 28. indeterminatũ ex illimitatione. ſ. quod eſt inde terminatum ad plura poſitiua, ex ſeipſo eſt determinatũ ad quodlibet illorum determinatione repugnante indeterminationi ad contradictoria, probatio minoris, eſſentia ponitur propria ratio cognoſcẽdi ſeipſam, & hoc ſiue vt obiectũ primum, ſiue vt ratio cognoſcendi obiectum, & iſtud competit eſſentiæ mere ſub ratione abſoluta ſine oĩ reſpectu rei, qa reſpectus realis nõ eſt in eadem perſona ad ſe, ſine omni ẽt reſpectu rõnis. probatio, qa iſta intellectio non eſt collatiua, vel comparatiua, nec negotiatiua. igitur per eam nulla relatio rationis cauſatur in aliquo. Præterea tertio. vnius operationis oportet dare vnũ principium quo per ſe vnum, & obiectum per ſe vnum, & hoc maxime in ſimpliciter prima operatione, qualis eſt intellectio diuina: relatio autem rationis, & ens reale nihil vnum per ſe faciunt, quia non poſſunt ẽt habere per ſe vnitatẽ ſecundi modi per ſe, quæ minor eſt, q̃ eſſentialis vnitas. non enim poteſt relatio rationis conſequi rẽ ex natura rei, & ideo nõ poteſt eſſe paſſio eius. ergo eſſentia, ſiue vt obiectum, ſiue vt rõ intelligendi, & illa relatio rõnis nõ ſunt vnum per ſe obiectũ, nec vna ratio intelligendi. ergo oportet dare alterũ. ſ. pręciſe in ratione primi obiecti, vel in ratione quo pręciſe, non aũt pręciſe illam relationem rõnis, qa ipſa nõ eſt primum obiectũ cognitum, quo cognito cognoſcatur aliquid aliud, ad quod eſt ille reſpectus, nec eſt etiam ratio qua intellectus diuinus habeat intellectionẽ huius obiecti. ſ. lapidis, quia intelligere lapidẽ eſt perfectio ſimpliciter, ita ꝙ intellectus diuinus nõ eſſet omnino perfectus, ſi non intelligeret lapidem, nulla autem relatio videtur eſſe ratio inhærentiæ alicuius perfectionis ſimpliciter, ergo oportet dare præciſe eſſentiam, quæ ſubeſt iſti relationi, tanq̃ primum obiectum, quo cognito cognoſcatur lapis, vel tanq̃ rõnẽ formalẽ intelligẽdi lapidẽ. Et ex hoc, vltra oſtendit, ꝙ fruſtra ponitur talis relatio determinans ipſam eſſentiã, nã ipſa ſub reſpectu rõnis eſt formaliter infinita, quia intellectus quocunq; comparet eſſentiam, & per hoc cauſet in ea relationem rationis, non cõparat eam, niſi vt eſt formaliter infinita, & ita vt eſt ſub tali relatione formaliter eſt infinita, & per conſequens ita indeterminata, vt eſt ſub illa rõne, ſicut ſecundum ſe, & ita vt eſt ſub prima ratione põt fundare aliã ꝓpter ſui infinitatẽ, ſicut ſecundum ſe poteſt. igiť ꝑ relationẽ rõnis non determinatur.

CONTRA opinionem primam ſpecialiter, videtur ſequi ꝙ iſtæ relationes erunt reales, quia ratio intelligendi, vt *Philoſophus 5. Met. 1. c. 20. & in prædicamento relationis.* eſt ratio præcedit naturaliter intellectionem, & per cõſequẽs quo ad nihil, quod eſt eius, vt eſt rõ intelligendi cauſatur per intellectionem, nec ſequiť intellectionem. Si igitur ſub relatione rõnis eſt rõ intelligẽdi lapidem, illa relatio non producitur in eſſentia per intellectionẽ lapidis, quia præcedit naturaliter illam intellectionẽ. ergo alia ꝓduceretur, ſed iſta nõ ꝓcedit, niſi illa quæ eſt eſſentiæ, vt eſſentia. hac autem non producitur, quod cõceditur ab eis, vbi minus vr̃ de perſonis diuinis, & de principijs producẽdi eas. igitur iſta relatio erit in eſſentia, vt eſt ratio, & nõ ꝑ aliquã actionẽ intellectus. Præterea, ſcd̃m aliquos* illorũ *a.l. iſtorũ* ad diſtinctionẽ realẽ in principiatis ſufficit diſtinctio rõnis ĩ principijs, ergo iſta diſtinctio rõnis, vt eſt rõ ĩtelligẽdi a. & b. ſufficiẽs eſt ad diſtinctionẽ realẽ ipſius a & b. Præterea, res extra immediate intelligerentur, quia tota diſtinctio, quæ ponitur intra præcedit intellectionem, nihil igiť intra terminat intellectionem

nem, quaſi obiectū ſecundariū.

CONTRA SECVNDAM poſitionē ſpecialiter arguit̃ ſic, oīs relatio rōnis, q̃ eſt in obiecto ex hoc, ꝙ cōparat̃ per intellectū ad aliud, eſt in eo pciſe, vt eſt ens diminutū, habēs eſſe in ītellectu, vt cognitū ī cognoſcēte, & poſſet eſſe in eo ſi per impoſſibile illud non haberet eſſe eſſentiæ neque exiſtentiæ, dū tamen haberet ſimili mō eſſe in ītellectu cōparāte. igit̃ iſtę relationes erūt in eſſentia diuina p̄ciſe vt habēt eſſe diminutū ī intellectu cōparante eſſentiā ad creaturam, nō vt eſſentia eſt aliquid in ſe: & vltra eſſent in eſſentia, ſi per impoſſibile illa eſſentia non eſſet, dum tamen ab aliquo intellectu intelligente comparatur ad eoſdem terminos. & vltra. ſi per impoſſibile eſſent duo dij, eſſent in intellectu huius Dei comparante iſtū Deum ad creaturas, & non in iſto Deo in ſe. Præterea, Deus prius naturaliter eſt imitabilis a creatura q̃ comparetur vt imitabilis, quia enim eſt imitabilis, ideo vere cōparatur, vt imitabilis a creatura, vt videt̃, & nō econuerſo. igitur ante iſtam cōparationem factam per intellectum eſſentiæ, vt imitabilis, eſt in eſſentia imitabilitas: ſed ſecundum aliquos iſtius viæ relatio aptitudinalis eſt eadem cū actuali, propter quam identitatem in Deo dicunt non eſſe aliā relationem nouam, & antiquā, nec etiā aliam creatiui, & creātis. ergo iſtæ relationes in eſſentia, vt obiecto comparato, non erunt primæ ad extra, ſed erunt aliæ priores & reales, vt videt̃, quia ante omnem actum intellectus comparātis. Præterea, & ſi eſſentia vt cognita ſit ratio deueniendi in notitiam lapidis, tamen videtur poſtea, ꝙ intellectus diuinus poſſit cognoſcere lapidem in ſe, & non præciſe p̄ hoc, ꝙ comparat eſſentiam ſuā ad lapidem, quia ſic ſine tali cōparatione alterius ad ipsū, poſſumus nos intelligere lapidem. in iſta intellectione lapidis quęro, in quo eſt relatio ad lapidē? non in eſſentia, vt in obiecto cōparato, quia in iſto obiecto, vt ſic, non eſt intelligere vt obiectum comparatum. ergo oportet quærere eam in intellectione, vel in ratione intelligendi. & redibit ad aliquam aliarum opinionum.

*Vt dictū eſt ſupra diſt 30. ſecū dū hen.*

POTEST DICI ad quęſtionem. ꝙ relationes tertij modi differunt per ſe ab alijs duorum modorum, * quia in tertio modo non eſt mutuitas, ſicut in alijs duobus modis, & ex hoc ſequitur, ſicut deductum eſt in diſtin. 30. q. 1. ꝙ terminus relationis eſt abſolutum, vt abſolutum. ſicut igitur obiectum intellectionis noſtrę terminat relationem ipſius, inquātum mere abſolutum, & ſic ipſa eſt mēſurata per ipſum, ita videtur, ꝙ cū intellectio diuina ſit ſimpliciter menſura omnium aliorū a ſe intellectorum, ſequitur ꝙ alia præciſe referantur ad intellectionem diuinam, & ipſa terminabit relationem iſtā ſub ratione mere abſoluti. Hoc confirmatur, quia omnino prima intellectio diuina quæ beatifica eſt, eſt eſſentiæ, vt eſſentia eſt ſine omni reſpectu rei, vel rationis, & hoc propter perfectā idētitatem realem intellectus ad eſſentiam abſolutam. non oportet igitur propter intellectionē ali-

*a.l.quare.*

*Vide diffuſius. q. 13. quol: 22. Met. cō. 51.*



alicuius obiecti præciſe quærere relationem, nec in vtroque extremo, nec ī altero, ergo oportet aliquid aliud addere ꝓpter quod ſit relatio in vtroque extremorum, vel in altero. illud autem non videtur eſſe, niſi vel mutua * coexiſtentia, ſi eſt relatio mutua, vel depēdētia, in altero extremo. ſi nō eſt mutua: hic aūt qn̄ Deus intelligit aliquid aliud a ſe, nō pōt poni mutua coexigētia in vtroque extremo, (vt videtur) ergo pręciſe ſufficit ponere relationem in altero extremo, vbi eſt dependentia. illud eſt obiectum vt cognitum. Præterea, voluntas fruens fine non producit aliud ab ipſo in eſſe volito amando & volendo finem in ordine ad aliud, ſiue cōparando ipſum ad aliud amabile, ſed magis cōparando aliud amabile ad iſtum finem, ita ꝙ relatio cauſata per comparationem voluntatis, videtur eſſe in aliquo alio amato ad finē. nulla autem comparatio p̄ volūtatem videtur eſſe in fine amato. ergo a ſimili in intellectu cognoſcente primum obiectū, & ex illius cognitione cognoſcente obiectū ſecundariū, nulla vr̄ relatio produci in ipſo obiecto ad ſecundū obiectū, ſed econuerſo. Præterea, iſta intellectio prima eſt rationis, & habet modū realem. ſecunda eſt rationis: ſi enim intelligo hominem abſolute, hęc intellectio realis eſt, & habet modum realem. Si autem eam intelligam poſtea cōparando ad ſortem, hæc eſt intellectio comparatiua, & eſt rationis. Si ergo illæ habitudines ſunt intellectę intellectione nō reflexa. ergo erunt reales. Præterea, ſicut argutum eſt non videtur poſſe poni quo actu intellectus iſta relatio produceretur, primo non propter perfectionem abſolutam illius actus: ſi ſecundo. ergo non eſt principium illius actus ſecundi: etiā in illo ſecundo actu perfecte cognoſcitur creatura. ergo in nullo actu erit talis relatio, quaſi ratio prior creatura in ratione obiecti. Concedi poteſt concluſio trium rationū factarū cōtra duas opi. cōes ſuperius recitatas, & concedi poſſunt iſtę rationes hic iam factæ, & ſecundū hoc poteſt concedi, ꝙ ſunt ibi relationes ī Deo æternę ad obiecta cognita, ſed non priores naturaliter ipſis cognitis in ratione obiectorum. Hoc poteſt poni ſic. Deus in primo inſtanti intelligit eſſentiam ſub ratione mere abſoluta. In ſecundo inſtanti producit lapidem in eſſe intelligibili, & intelligit lapidem, ita ꝙ ibi eſt relatio in lapide intellecto ad intellectionē diuinam, ſed nulla adhuc in intellectio diuina ad lapidem, ſed intellectio diuina terminat relationem lapidis intellecti ad ipſam. In tertio inſtanti forte intellectus diuinus poteſt comparare ſuam intellectionem ad quodcunque intelligibile, ad quod nos poſſumus comparare, & tunc comparando ſe ad lapidem intellectum poteſt cauſare in ſe relationem rationis. Et in quarto inſtanti pōt quaſi reflecti ſuper iſtam relationem cauſatam in tertio inſtanti, & tunc illa relatio rationis cognita erit, ſic igitur non eſt relatio rationis neceſſaria ad intelligendum lapidem, tanquàm prior lapide, vt obiectum, immo ipſa vt cauſata, eſt poſte-

*a.l.coexiſtentia.*

*Huic ſententiæ diſſentit frā. in conſi. diſtin. 42. ponēs quiditates æternas in eſſe quiditatiuo:*

poſterior,quia in tertio inſtanti, & adhuc poſterior erit ipſa, vt cognita,quia in quarto inſtāti. Et iſta via videtur tenere iſtā propoſitionem, quæ videtur ꝓbabilis,ꝙ relatio non naturaliter cognoſcitur, niſi cognito termino,ſed nec intellectus comparat ad aliquid, niſi naturaliter prius cognito termino : quā propoſitionem non poteſt alia via tenere,quia oportet ꝙ dicat ꝙ illa relatione, qua comparat iſtam intellectionem , comparet eſſentiā ad aliquid nō prius cognitum naturaliter. Iſta poſitio de relationibus aliorum a Deo vt intellectorum ad ipſum intellectum diuinum,vt abſolutum,conſimiliter confirmatur, & intelligitur,ſicut illa ſupra diſtin.30.creaturarum * relatarū ad Deum.

* l. in tellectarum in ſe ad Deū.

CONTRA ISTVD arguitur,videtur enim ꝙ deſtruat intentionem Augu. 83. q.q.46. vbi dicit.ſiquidem in ideis tanta vis conſtituitur, vt niſi eis intellectis ſapiens eſſe nemo poſſit.ſecundum autem iſtam poſitionem ſapientia perfecta Dei ad creaturas erit in ſecundo inſtanti.& præcedit naturaliter tā eſſe idearū, q̄ cognitionē earū. Ibidem etiam dicit ꝙ iſtarum viſione fiet anima beatiſſima, quod non eſſet verum de viſione prima , quæ eſt in creatore. nec de viſione ſecunda, quæ eſt in creaturis , quare &c. Præterea , arguitur illa quæ ſunt diuiſa in inferioribus , qua ſunt alterius rationis,non reducuntur ad aliq̄d vnū in ſuperiori,ſicut licet potentiæ cognitiuæ in nobis reducantur ad vnam potentiam cognitiuam in angelis,ꝓpter vnitatem rationis omniū potentiarum cognitiuarum, tamen intellectus & volūtas quæ ſunt in nobis alterius rationis, non reducuntur ad vnam potētiā in angelis, erit igitur in Deo intellectus ſub tali ratione talis potentiæ diſtinctus a voluntate ſub ratione talis potentiæ, & per conſequens intellectus, vt ī [illegible] erit paſſiuus. ergo oportet ſibi dare aliquam formā anteq̄ operetur actu, & per conſequens ad hoc vt habeat diſtinctam operationē oportebit ſibi dare diſtinctam formam : non autē poterit hic dari aliqua forma diſtincta , ſi ideæ ponuntur conſequi creaturarum intellectionem. Præterea, ſi propter illimitationem eſſentiæ diuinæ ponatur ipſa,vt omnino abſoluta, eſſe ratio cognoſcēdi omnes creaturas, cum ita ſit illimitata inquantum intellecta, ſicut inquantum ratio , ſequitur ꝙ ipſa ſola cognoſcetur ſub ratione obiecti,aut ſi ponatur pluralitas ex parte obiectorum,nō obſtante infinitate vnius obiecti, pari ratione videtur poſſe poni ex parte rationis intelligendi.

AD ISTA, ſententia Aug. in illa.q. poteſt colligi in iſta deſcriptione ideæ. idea eſt ratio æterna in mēte diuina, ſcd'm q̄ aliq̄d eſt formabile extra.vt ſecūdum propriam rationē eius. probatio primæ particulę.Deus omnia cauſat, vel cauſare poteſt non irrationabiliter. ergo rationabiliter, igit̄ hēt rōnem, ſecundū quam format, non autem eandē oīum, ergo ſingula ꝓprijs rōnibus format,non aūt rōnibus extra ſe, quia non eget in efficiēdo aliquo alio a ſe,igitur rationibus in mente ſua, nihil autem in mente ſua eſt, niſi incommutabile , ergo omne formabile poteſt formare ſecūdum rationem propriā ſibi ęternam in mente ſua,nihil autem in mēte ſua tale ponit, niſi idea ſecundum iſtam deſcriptionē, igitur videtur ꝙ lapis intellectus poſſit dici idea , ipſe enim habet omnes iſtas conditiones, quia ipſe eſt ratio factibilis extra propria ſibi, ſicut arca in mēte poteſt dici ratio reſpectu arcæ in materia , & eſt propria ratio ſecundum q̄ arca in materia formatur , & iſta ratio eſt æterna in mente diuina. vt cognitum in cognoſcente ꝑ actū intellectus diuini : quicquid autem eſt in Deo ſecundum quod cūque eſſe ſiue rei,ſiue rationis, per actum intellectus diuini eſt ęternum, ſicut declaratum fuit ſupra diſ.30. ꝙ nulla relatio poteſt eſſe noua in Deo per actū intellectus ſui. Iſtud videtur cōſonare cū dicto Platonis , a quo accepit Aug. nomen ideæ , ipſe enim poſuit ideas quiditates rerum , per ſe quidem exiſtentes ſecundum Ariſt.& male, ſecundum Augu. in mente diuina & bene, vnde aliquando loquitur de mundo intelligibili ſecundum eum:ſicut igitur ponerentur ideę ſecundum illam impoſitionem Ariſt.quiditates rerū, ita ponuntur ſecundum Pla. vt videtur, quiditates habentes eſſe cognitum in intellectu diuino.Hoc poſito, non oportet laborare circa relationes aliquas formaliter, ſiue in eſſentia vt eſt obiectum, ſiue in eſſentia vt ratio, ſiue in eſſentia vt intelligere diuinum , quę relationes dicantur ideæ, īmo ipſum obiectum cognitum eſt idea ſecundum iſtud.Et tunc concedi poſſunt auctoritates Aug. adductę, ꝙ niſi cognitis ideis ſapiēs nemo eſſe poſſit quantū. ſ.ad omnem plenitudinem ſapientię,licet enim Deus principaliter ſit ſapiens ſapientia eſſentiæ ſuæ, vt obiecti, tamen nō omni modo,ſi non ſaperet creaturā,quæ creatura vt intellecta ab ipſo, eſt idea , & ita non intellectis ideis ſapiēs omnino eſſe nō poteſt:ponitur autem eſſe ſapiens perfectiſſime in primo inſtanti,ſed non ſapiens omnino in primo inſtāti abſque ſecundo. Si autem ideæ ponerētur quædā relationes rationis in Deo, nō videt̄ formaliter eſſe ſapiēſ ī intellectione earum , quia etiā ibi eſſent vt rationes intelligendi,anteq̄ ipſæ intelligerētur.Similiter alia auctoritas Augu. harum viſione fit anima beatiſſima. Si ideæ ponuntur eſſe quiditates vt cognitæ,tunc exponēda eſt de beatitudine,quæ poteſt haberi in creaturis vt in obiectis,quia certū eſt ꝙ nō eſt perfectiſſima beatitudo in creatura abſolute ſecūdum ipſum. 5.confeſſionum. Beatus eſt qui te, & illa nouit, nec propter illa beatior, ſed eſt intelligendū beatiſſima, hoc eſt totali beatitudine poſſibili beato, nō quidē in eis formaliter,ſed in obiecto cuius cognitio præſupponit̄ iſtis,& quaſi concomitanter in iſtis, in quibus aliqua beatitudo eſt,licet non prima. Et ſi Augu. aliquando loquatur aliter de ideis, quaſi ſint rationes cognoſcendi aliquid, cum tamen hic non dicat ipſas eſſe niſi rationes ſecundum quas formantur.quæ formantur. poteſt inq̄ exponi illud dictū eius, ſi alibi dicatur,non ꝙ ly,ſecundum, notet

Doctrina Auer.12. me.c.36.

Hic doct: eū Aug. platonē ſalu... contra philoſophum: de quibus vide Fran. in primo diſt. 47. de ideis cōtra Ari pro Platone.

notet rationem formalem intelligendi; ſed ſecundum quas. vt ſunt obiecta non prima, nec mouētia intellectum. ſed obiecta ſecundaria terminantia intellectum. Ad ſecundum, qualiter intellectus eſt paſſiuus in ſe, & qualiter eſt paſſiuus reſpectu intellectionis, dictum eſt diſtin: 3. ſed poſito ꝙ ſit paſſiuus in nobis, & quaſi paſſiuꝰ in Deo, & ꝙ debeat hic aſſignari forma, vel quaſi forma vt qua operetur. poteſt dici quod illud eſt eſſentia ſub ratione qua eſſentia, quæ ſub rōne abſoluta eſt ratio cognoſcendi, non tantum ipſammet, ſed omne aliud ſub quacunque rōne cognoſcibilis. & hoc iſto modo intelligendo. per hoc enim, ꝙ intellectus diuinus eſt in actu per eſſentiam ſuam, vt eſt ratio intelligendi, habet primum actum ſufficientem ad producēdū omne aliud in eſſe cognito, & producēdo illud in eſſe cognito, producit ipſum. vt habet dependentiam ad ipſummet, vt ad intelligentiā, & per *hoc ꝙ intellectio ipſius eſt eius, illud dependet ad iſtā intellectionem vt ad abſolutū. ſicut etiam in alijs dicetur ꝙ cauſa ſub ratione mere abſoluta eſt actus primus, a quo procedit effectus, & effectus productus habet relationem ad cauſam, quandoque vt ad abſolutum, quandoque autem mutua eſt relatio effectus ad cauſam, & econuerſo. nunquàm tamen ex parte cauſæ requiritur relatio prior, q̃ ſit effectus poſitus in eſſe. Quod nunc breuiter ſuadetur, quia nihil habens perfectius eſſe in aliquo genere ad illud quod habet minus perfectū eſſe in genere tali dependet, ergo relatio actualis non dependet ad aliquid, quod tātum eſt ens potentiale, & non actuale, omnis igitur actualis relationis terminus, eſt aliquod ens actu, in quocunque igitur inſtāti naturæ cauſa refertur actu ad effectum, tunc eſt in termino eſſe actuale. poteſt autem illud abſolutum terminans eſſe ſine reſpectu ad ipſum. igiť ita eſt ſimul cum iſto reſpectu, quod eſt prius naturaliter eo. ergo nō poteſt eſſe aliqua relatio in cauſa naturaliter, antequam abſolutum ſit, ad quod debet eſſe iſta relatio. Et ita intelligo, ꝙ in primo inſtāti eſt. a. ſub ratione abſoluti. in ſecundo eſt. b. ſub ratione abſoluti habens eſſe per a. in tertio. b. refertur ad. a. ſub ratione abſoluti, ſi eſt relatio non mutua. vel. a. & b. referuntur relationibus mutuis. Ita ergo hic in primo inſtanti intellectus eſt in actu per eſſentiam, vt eſt mere abſoluta, tanquàm actu primo ſufficienti ad producēdum quodlibet in actu intelligibili. In ſecundo inſtanti producit lapidem in eſſe intellecto, ita ꝙ terminus iſte eſt, & habet reſpectum ad intellectionem diuinam. nullus autē eſt reſpectus econuerſo in intellectu diuino, quia reſpectus eius non eſt mutuus, iſtud quod dictum eſt relationem prius non eſſe in cauſa q̃ in cauſato habet inſtantias, de quibus aliàs. Ad tertium de obiecto illimitato. Reſpondeo, obiectum inquantum motiuum & inquantum primo terminatiuum, & per conſequens vt dupliciter neceſſario requiſitum, vel coexactum ad actum eſt aeque illimitatum, & ideo nihil aliud eſt ſic obie-

*q. 6. & ſequētibus.*

*Vide q. 13. quol. 2. 15. & vbi ibi notaui.*

*a. l. & per hoc intellectio eius ē, quod illud aliud dependet.*

*Videī diſtin. 43. & vbi ibi notaui.*

*propter hoc Plato prius exiſtit quam generatur. Ordo rerū idealium.*

*Vide in 2. diſ. 1. quo. 2. & vlti. & 1. Met. & ī theorematibꝰ.*



obiectū, tn̄ aliud eſt obiectū ſecūdario terminans. nec oportet obiectū illimitatū eſſe p̄ciſe terminās q̄uocūq; actū. ſicut præciſe eſt mouēs, & rō actus, quia aliq̃d pōt ſeq terminū primū. & eſſe terminus ſecūdus, nihil aūt pōt eſſe ſecūdario mouens ad actū. rō eſt, qa oē mouēs aliqualiter præcedit actū, nō autē q̄uocūq; terminās precedit, nec coexigitur ad actū, ſed ſecūdario terminās, ſequiť actū ſicut mēſuratū, & cātum, ſicut intellectio in nobis ſequiť obiectū.

AD ARGVMENTA principalia. Ad illud de 83. q. patet q̄uo ſequiť de idea. Ad Aui. cōcedo ꝙ in Deo pōt eſſe relatio intelligētis, vel ꝓut hoc, qđ eſt intelligēs terminat relationē intellecti, ſicut dn̄m eſſe, eſt appellatio relatiua, & ſignificat terminare relationē ſerui. vel ꝓut intelligens dicit relationē rōnis poſitiue. ſed tunc non eſt hoc in primo inſtāti, nec in ſecūdo, ſed in tertio. Ad aliud, patet ex dictis ꝙ eadē rō intelligēdi illimitata pōt eſſe ꝓpria rō intelligendi quodcunque eorū, ad quæ eſt illimitata, ſicut ſi eſſet limitata ad aliqđ ſolum, & maxime reſpectu iſtius actus, q eſt intelligere. in quo nō ſemꝑ requiriť vniuoca rō, vel aſſimilatio cū cognito, alioquin nihil poſſet cognoſci per cauſam, nec concluſio per principium, ſed ſufficit ratio eminentior cōtinens perfecte ſimilitudinem virtualem cogniti.

ET QVOD arguitur pro prima opinione, quòd oporteat illam rationem indeterminatam determinari, dico quòd ipſa eſt ex ſe determinata determinatione oppoſita indeterminationi, q̃ ē ad cōtradictoria, licet nō ſit ex ſe determinata determinatione limitationis. nec hoc oportet ad hoc, vt ꝑ ipſam obiectū determinate intelligať. Et ſi dicať, q̃tūcūq; eſſentia ſit excedēs, mediū nō eſt rō intelligēdi hoc ī particulari, niſi determineť ad illud ꝑ aliq̃d aliud. Rn̄deo, ſꝑ ab an̄te ad cōſequēs arguēdo cū diſtinctione eſt fallacia conſequētis ex forma. tenet aūt gr̄a materiæ, qn̄ conſequēs illud nō pōt eē niſi numereť ī pluribus. & ꝑ hoc tenet illa forma arguēdi Aug. 7. de tri. Si duo hoīes, ergo duo aīalia, ſed hoc eſt ex īperfectione, & limitatione cōſequētis & an̄s. vn̄ nō ſequitur. ſi pr̄ ergo Deus. ſi filius, igiť Deus, igitur ſi pr̄, & filiꝰ ſunt duo, igiť duo dij. ita dico ꝙ ad intellectionē huius oportet dare rōnē, qua intelligatur, & ꝓpriā, vel formaliter vel eminēter cōtinētē q̄cq̄d eſt ꝑfectionis in ꝓpria rōne. & ad ītelligendū illud oportet hēre propriā, & determinatā rōnē, ſed inferendo. ergo ad intelligendum aliud, & aliud oportet habere aliam & aliam rationem determinatam. eſt fallacia conſequentis, quia hoc conſequēs, ſcilicet rōnem eſſe intelligendi illimitatum eſt ad alia antecedētia. Quod additur ibi ēt pro illa prima opi. ꝙ ratio intelligēdi eſt ſimilitudo intelligibilis. Reſpondeo, non eſt ſimilitudo formalis, ſed vel illa, vel aliud ſimile anthonomaſice, & hoc eſt continens perfecte ſimilitudinem formalem ſecundū omne illud perfectionis, quod eſt in ea, inquantum ipſa eſt ratio intelligendi. & ſic eſt in propoſito.

SOLET HIC QVAERI &c.

DIST. XXXVI.

CIRCA diſtinc. 36. quæro vnum, vtrũ creatura inquantum eſt fundamẽtum relationis æternæ ad Deum, vt cognoſcẽtẽ, habeat vere eſſe eſſentiæ, ex hoc ꝙ eſt ſub tali reſpectu. Quod ſic. homo nõ eſt ex ſe ens ratũ, quia tunc eſſet Deus. ergo per aliquid aliud eſt ratum formaliter, non niſi per reſpectum ad ipſum primum ratum ex ſe, nõ autem per reſpectum ad aliud (vt ad efficiens) quia cum diffinitio ſit entis rati, & efficiens inquantum efficiens producat exiſtens in actu, ſi homo haberet eſſe ratum ab efficiente (inquantum efficiens) diffinitio non eſſet eius, niſi vt exiſtens. & ita diffinitio terminaret quęſtionẽ an eſt, quod eſt inconueniens. ergo eſt ens ratũ inquantum participat primum, vt exẽplar, hoc eſt inquantum habet relationem æternam ad Deum vt ſcientem, & exemplantem. ergo &c. præterea, correlatiua ſunt ſimul natura, ergo ſimul natura Deus eſt intelligens lapidem, & lapis intellectus ab eo. ergo cum ab æterno eſt lapis intellectus ab intellectu diuino, & hoc inquantum fuit aliud ab eſſentia diuina, & iſta intellectio erit realis & metaphyſica, non logica. ergo illud quod terminauit iſtam intellectionem erat vera res.

Oppoſitum magiſter in litera, cap. 1. huius di. exponens auctoritatem Aug. 5. ſuper Gen. ad literam. iſtam ſcilicet, erant in Dei ſcientia non exiſtentia in ſui natura. dicit ſic. illos ſcilicet electos habuit ab æterno Deus apud ſe, non in natura ſui ideſt ipſorum, qui nondum erant ſed in ſua* præſcientia, qa illos ita nouit, ac ſi eſſent. *a.l. præſentia.*

HIC QVIDAM dicunt ꝙ ſic. Quod ens communiſſime acceptum, vel res poteſt dici a reor reris, & eſt communis figmentis & aliis multis. Alio modo procedendo vltra, res dicitur a ratificatione, vt eſt res rata, & diſtincta a re ficta, & iſta eſt duplex, vel tanquam res cui põt competere eſſe, vel cui competit eſſe, prius tamen eſt res* vbi poteſt competere eſſe. *Hẽ. in ſũ. art. 2. q. 23 & 25. & quol. 8. q. 9 & quol. 9. q. 1. & 2. & quol. 11. q. 3.* *a.l. cui.*

Pro hac opi. arguitur potiſſime per illud quod dictum eſt in ſecundo argumento principali de ſcientia Dei æterna, & obiecto reali æterno. Additur ad hoc ꝙ proportio eſt paſſio entis, obiecti autem cogniti in æternitate proportio eſt aliqua ad cognoſcentem, & hæc* talis eſt ꝙ* impoſſibile eſt non eſſe ſic proportionatum. Præterea ſicut ens ad non ens, ita impoſſibile ad impoſſibile, ergo permutatim. ſicut ens ad poſſibile, ita non ens ad impoſſibile. ſed omne ens eſt poſſibile. ergo omne quod eſt purum non non ens eſt impoſſibile. Confirmatur ratio. quia ſi aliquod purum non ens, ſiue nihil eſſet poſſibile, & aliquod purum nõ ens eſſet purum impoſſibile. vnũ nihil eſſet magis nihil alio, quod videtur abſurdum. ergo poſſibile non eſt omnino nihil, ſed aliquod ens. Præterea Au. de natura boni. c. 8. ſi bonitas eſt forma aliqua nonnullum bonum eſt capacitas formæ. ergo *a.l. realis.* *a.l. quod impoſſibile eſſe non eſt ſic proportionatũ*

go



go nonnullum bonum eſt poſſibilitas ad bonitatem actualẽ. Item, ſuper Io. homil. 18. eaſdem literas format cor & manus, ſed aliter & aliter. ergo prius factæ ſunt a corde quàm a manu. Et Aui. 8. meta. cap. vltimo. vult idẽ de duplici fluxu rerũ a Deo. Additur autem ab iſtis, ꝙ diſtinctio iſta eſſentiæ ab eſſe exiſtentiæ ſufficit ad compoſitionem, pro eo ꝙ ipſa eſſentia intellecta, vt habẽs eſſe eſſentiæ, adhuc eſt in potentia ad eſſe exiſtentiæ quod recipit ab efficiente inquantum efficiens eſt, & tunc eſt compoſitio ex potentia & actu.

CONTRA ISTA arguitur, primo quia creatio eſt productio de nihilo, ſed ſi lapis præhabuit eſſe verum reale. igitur quando producitur ab efficiente non producitur de nihilo. Similiter ſecundo. ſi non producitur niſi ſecundum reſpectum tantum nouum ad efficiens, nõ videtur eſſe productio ad eſſe ſimpliciter, ſed tantum ad eſſe ſcdm qd, & minꝰ erit creatio ꝓductio ſimpliciter, quàm ſit alteratio vbi eſt productio ſaltem alicuius quantum ad eſſe abſolutum. Tertio ſecundum eandem viã arguitur, quia eandem relationem ponit actualẽ. & aptitudinalẽ ex parte Dei, & *propter hoc non poſſe eſſe aliquam nouam actualem in deo præter aptitudinalem antiquã. ergo ſimiliter ex parte eius ꝙ refertur ad Deum eadem eſt relatio actualis, & aptitudinalis. & nõ erit actualis noua præter aptitudinalem relationem antiquam, ergo cum relatio aptitudinalis ad eſſe* exiſtentiæ fuerit ſemper in ente habente eſſe eſſentiæ. nulla eſt in ea relatio actualis noua, inquantum exiſtens eſt. *vt viſum eſt diſ. 30.* *a.l. præter* *a.l. eſſẽtie*

Et quarto, ſecundum eãdem viam, quia in fundamẽto eodem, & termino immutabili nõ poteſt eſſe reſpectus nouus, ſed hoc fundamentum idẽ eſt. ſ. eſſe eſſentiæ. & terminus eſt immutabilis. ſ. Deus, ergo nullus reſpectus nouus põt eſſe ad talem terminũ, qualis reſpectus ponitur eſſe ad exiſtentię. Et quinto, ſecundum idem mediũ de creatione, quia ꝓductio rei ſecundũ illud eſſe eſſentiæ veriſſime eſt creatio, ipſa enim eſt mere de nihilo vt de termino a quo, & ad verũ ens, vt ad terminũ ad quem, & productio iſta ſecundũ eos eſt æterna. ergo & creatio eſt ęterna, cuiꝰ oppoſitũ nititur oſtendere, & dicit ſe habere demonſtrationes. *vide in 2. di. 1. q. 3. ad hoc.* Sexto, ſecundũ eandem viã per oppoſitũ de annihilatione, ſequit ꝙ nõ poſſit aliqd annihilari. ſicut enim producitur de ente ſecundũ eſſentiã, ita videtur redire in ens ſecũdũ eſſentiã, & nõ in nihil. *q. vlti.* Præterea, ſecundo principaliter illæ rationes quæ tactę ſunt di. 8. cõtra Aui. ꝙ nihil aliud a deo ſit formaliter neceſſariũ, poſſunt fieri contra iſtã opinionẽ, quia ita cõcludũt de eſſe quiditatiuo, ſi ſit verũ eſſe, ſicut de eſſe exiſtentiæ: non enim volũtas magis neceſſario vult aliud a ſe eſſe in eſſe quiditatiuo, q̃ velit aliud a ſe eſſe in eſſe exiſtẽtiæ, quia eadem eſt rõ vtrobiq;, & ita de aliis mediis. *r. ibi tactis.* Preterea tertio, res ſecũdũ eſſe eſſentię, aut eſt terminus relationis ideæ quam ipſi ponunt in Deo, aut non, ſed ſecundum aliud eſſe cognitum: ſi ſecundo modo, ergo fruſtra ponũtur res

 in

in iſto eſſe eſſentiæ, non .n. vr̃ propter aliud poni, niſi vt ſint termini relationũ idealiũ, quæ ęternaliter ſunt in Deo. ſi primo modo. ergo aliquid eſt in Deo per actũ intellectus diuini ſecũdũ ꝙ Deus pōt aliter ſe habere, ſiue mutari, cuius oppoſitũ probatũ eſt di. 30. probatio vltimæ conſequentiæ, quia per te omne aliud eſſe a Deo nō eſt formaliter neceſſariũ ex ſe, ponat̃ igitur, licet ꝑ impoſſibile, iſtud ens q̄ditatiue aliter ſe habere, ſequit̃ ꝙ illa entitas ĩ Deo ſiue rei, ſiue rōnis, quę hēt iſtđ eſſe pro termino, aliter ſe habebit, & ſic ex poſitione alicuius circa aliud a Deo, mutari poterit aliquid, ꝙ eſt in Deo ꝑ actũ intellectus ſui. ꝙ eſt impoſſibile. Præterea quarto, quãdo cã eſt perfecta, & indepēdens naturaliter in cauſando, & agit naturaliter videtur poſſe ꝓducere immediatiora ſibi perfectiora, quia ꝓducit ſecundũ vltimũ potentiæ ſuæ. intellectus diuinus vt intellectus pręciſe ſcđm iſtã viam ꝓducit in Deo rōnes ideales, & ipſas eſſentias in rōne eſſentiæ, & quaſi ꝑ prius in ſe rōnes ideales, q̃ rōnes illas ĩ iſto eſſe, ſunt.n. per hoc ꝙ exēplatæ ſunt, ergo illæ ideę habent verius eſſe, cũ ſit naturaliter agēs q̃ ipſa ideata. non cauſat autē ideas, niſi entia rōnis, & nō in aliquo eſſe reali. ergo nec dat aliquod eſſe reale ipſis ideatis, quę ſunt cauſata quaſi remotiora. Præterea quinto, iſtas eſſentias producit in eſſe aut vt cognoſcens, aut vt non, ſi ſic, ergo ſunt cognitæ, antequam ſint in iſto eſſe, & ita fruſtra ponũtur iſtæ entitates propter cognitionem Dei ęternam: ſi non, igitur producit eas mere naturaliter. ſicut ignis calefacit, quod videt̃ valde abſurdum de quocunque producto alio a ſe in natura, immo etiam filium producit vt intellectus licet non vt intelligens formaliter, ſicut aliàs expoſitũ eſt. Pręterea ſexto, ꝙ attribuat aliũ effectũ cauſę exemplari, & aliũ cauſę efficienti, nō videtur probabile, quia cauſa exēplaris non eſt niſi quoddã efficiens. efficiens.n. diuiditur in efficiens per intellectũ, ſiue propoſitũ. & efficiens ꝑ naturã ſecundũ philophũ. 2. phy. ſicut igitur naturaliter producēs nō eſt alia cauſa ab efficiente, ita nec exemplaris, nec exemplariter producēs. & ita idem eſt effectũ, & exemplariter productũ alicuius intelligentis, inquantũ eſt intelligens, & inquantũ exemplans. Quod etiam addit cōpoſitionē eē in creaturis per iſtam potētialitatē ad actũ, nō videtur rationabile, quia nihil videtur eſſe ibi, quod cum alio componatur: ſi enim tota albedo præexiſtat in potentia, vt terminus potētię, & poſtea ipſamet ſit ĩ actu. nō eſt ꝓpter hoc aliqua cōpoſitio rei, & rei, igit̃ ſi præexiſtat re ſecundũ eſſe eſſentię, & ipſa producatur ſecũdũ eſſe exiſtētię, ꝙ nō eſt aliud ſecundũ iſtos ab eſſe eſſentię, ſicut nec generaliter relatio eſt aliud a fundamēto, propter ꝙ non ponunt relationem, & fundamentum facere compoſitionem erit res compoſita ꝓpter iſta duo. Et iſtud poſſet eſſe ſeptimũ, ſecundum primam viã ad improbandum creationem propter idētitatē relationis cũ fundamēto, & eſſētię cũ eſſe, q̄a eadē res nō pōt eſſe realiter noua,

*ſupra di. 2 parte. 2. & alibi. ſæpe.*

*t. c. 49. & circiter.*

*vide in. 2. di. 1. q. 4. & 5.*



ua, & non noua, ergo ſi eſſe dicat relationem, quæ eſt eadem cũ eſſentia, nulla creatura erit ſimpliciter noua.

CONCEDO concluſionem iſtarum rationum. ſ. partem negatiuam quæſtionis. Ad quod videtur ſpecialiter eſſe hoc, ꝙ non tantum eſſe eſſentiæ fundat ad Deum relationē talem, ſed etiam eſſe exiſtētię, quia ſecundum Augu. 5. ſuper Gen. 7. Non aliter nouit Deus facta, q̃ *faciēda. p̄cognouit igitur eſſe exiſtentiæ ſicut eſſe eſſentiæ, & tñ ꝑꝑ iſtam relationē fundatã non concedit aliquis eſſe exiſtentiæ fuiſſe verũ reale eſſe ab æterno. ergo pari ratione non eſt concedendũ de eſſe eſſētiæ. Oĩa ēt motiua q̄ adducunt̃ de intellectu diuino vñr ēt poſſe adduci de intellectu noſtro, quia ſi aliq̄d nō ſit, pōt tñ a nobis intelligi, & hoc ſiue eſſētia eius, ſiue exiſtētia eius, & tñ non ꝑꝑ intellectionē noſtram ponit̃ ꝙ illud habeat verum eſſe exiſtentię, vel eſſe eſſentiæ, nec ēt eſt dr̃ia aliqua quo ad hoc, vt vr̃ inter intellectum diuinum & noſtrũ, niſi ꝙ intellectus diuinus producit illa intelligibilia in eſſe intelligibili primo, noſter non producit primo, ſed ſi iſtud eſſe non eſt ex ſe tale, ꝙ requirit eſſe ſimpliciter producere illud in tali eſſe non eſt producere illud in aliquo eſſe ſimpliciter, & iō vr̃ ſi iſtud eſſe intelligibile comparando ad intellectum noſtrũ non requirit eſſe ſimpliciter, cōparando ēt ad diuinum intellectũ producētem in iſto eſſe, nō erit eſſe ſimpliciter, q̄a ſi eſſe albũ nō eſt niſi eſſe qualitatiuum, producere in eſſe albo non eſt producere in eſſe ſubſtantiæ vel ſimpliciter, ſed tm̃ in iſto eſſe qualitatiuo. Similiter intellectus noſter agens producit rem in eſſe intelligibili, licet ſit producta prius, & tñ ꝑꝑ illud producere intellectus noſtri agentis non ponitur res ſic producta hr̃e eſſe ſimpliciter.

*a. l. fienda*

CONTRA ISTVD obijcitur, quia omne fundamentum relationis quando fundat relationem eſt ſecundum illud eſſe, ſecundum quod fundat, aliter ſecundum illud eſſe non fundaret, ſed lapis ſecundum verum eſſe eſſentiæ fundat iſtam relationem æternam ad Deum, vt ſcientem, & hoc in æternitate. ergo lapis eſt in æternitate ſecundum illud eſſe, probatio minoris, ſecundum illud eſſe fundat relationem ad Deum, vt ſcientem ſecũdum ꝙ eſſe eius, vt obiectũ cognoſcit̃ a Deo, cognoſcit̃ aũt a Deo vere ſub rōne eſſentię, & non ſub rōne exiſtentiæ diminute, quia prima intellectio lapidis a Deo non eſt reflexiua: Præterea prima ꝓductio nō eſt tm̃ alicuius relationis, q̄a relatio nō eſt niſi in abſoluto. ergo cũ cōceſſum ſit in p̄cedenti. q. Deũ producere res in eē intelligibili, ſecũdũ ꝙ res cognita dr̃ eſſe idea, ſequit̃ ꝙ in illo inſtãti ſcđo oportet ponere aliq̃ entitatē abſolutã rei ꝓductæ, ita ꝙ in ente abſoluto hñte talem entitatem fundet̃ relatio ad ꝓducens. Ad primum dico, ꝙ diſtractum reſpectu diſtrahentis non eſt diſtractum, ſed reſpectu tertij ad quod comparatur ſub ratione diſtrahentis, quia ſecũdum philoſo. 2. periermenias,

*Cap. 2.* nias, prædicando de aliquo homine, hoc qđ eſt hō mortuus, eſt oppoſitum in adiecto, ad qđ ſequit̃ contradictio, ergo cōparando ꝑciſe determinabile ad determinationem, determinabile non eſt diſtractū reſpectu determinationis. ſed nec includit contradictionem ad ipſum, ſed reſpectu tertij de quo dicit̃, mortuū eſt determinatio diſtrahens, & illud qđ determinat̃ ꝑ ipſum diſtrahitur, ita ꝙ illud aliud non dr̃ niſi ſecundum q̃d de iſto, ita dico ꝙ diminutum reſpectu diminuentis non eſt diminutum. ſed reſpectu tertij ad ꝙ cōparatur ipſum ſub determinatione diminuente: ſicut cum dico, iſte eſt albus ſecundum dentes, non diminuit̃ album, ſed accipit̃ pro albo ſimpliciter reſpectu huius determinationis. alioquin eſſet nugatio. vt autem accipitur ſub iſta determinatione dr̃ de tertio. ſ. de æthiope, tanq̃ diminutum. Ad propoſitum, hæc determinatio eſſe in opinione eſt determinatio diminuens ſecundum phi. vbi prius, & ſicut eſſe in opinione, ita & eſſe in intellectione, ſiue eſſe exēplatū, ſiue eſſe cognitū, q̃ oĩa equiualent: licet igitur iſtud qđ comparat̃ ad aliqđ iſtorū (vt cōparat̃ ad ipſum) non ſit diminutū, tñ vt ſub aliquo iſtorū comparat̃ ad tertiū, eſt diminutū, eſſe enim Homeri ſimpliciter, & nō diminutū eſt obiectum opin. ſed iſtud eſſe ſimpliciter vt in opi. eſt eſſe ſecundū quid. & iō non ſequit̃, Homerꝰ eſt in opi. ergo Homerus eſt: nec ēt Homerus eſt exiſtens in opi. ergo eſt exigens, ſed eſt fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter. Ita hic, cōparando ad intellectionem diuinam lapidem in æternitate, lapis quidem ſimpliciter cōparatur ad intellectionem illam, & hoc non tantum ſecundum eſſe eſſentiæ lapidis, ſed ſecundum eſſe exiſtentiæ, & quocunque comparabile: tñ illud vt acceptum ſub iſta comparatione ad ſcientiam Dei, diminuitur, non quidem diſtrahit̃ quaſi nō poſſit ſtare ens ſimpliciter cum tali reſpectu, ſed diminuit̃, ita ꝙ talis reſpectus non ponit neceſſario ſuum determinabile eſſe ens ſimpliciter.

Tunc ad formam argumenti, fundamentum relationis eſt ſecundum *illud eſſe, ſecundū quod fundat relationem, verū eſt qñ relatio illa fundata non eſt ſimpliciter diminuens eſſe fundamenti. Et rō realis iſtius ſecundū quid. & ſimpliciter, vr̃ eſſe iſta, quia prima diſtinctio entis vr̃ eſſe in ens extra aĩam, & ens in aĩa. & illud extra animam pōt diſtingui in actū & potentiā eſſentiæ & exiſtentiæ, & quodcunq; iſtorū eſſe extra aĩam pōt hr̄e eſſe in aĩa, & illud eſſe in aĩa aliud eſt ab oĩ eſſe extra aĩam, & iō de nullo ente, nec de aliquo eſſe ſequit̃ ſi habet eſſe diminutū in aĩa, ꝙ pp hoc habeat eſſe ſimpliciter, quia illud eſſe eſt ſecūdum quid abſolute, ꝙ tñ accipit̃ ſimpliciter inquantum comparat̃ ad animam, vt fundamentum illius eſſe in anima.

** a. l. ſecundum illud eſſe quod fundat. rem.*

Contra hoc arguit̃. lapis non eſt ex ſe neceſſe eſſe in quocunque eſſe. igit̃ in eſſe cognito eſt cātus non niſi ab efficiente. cuius non eſt terminus, niſi ens ſimpliciter. Itē, qđ tm̄ eſt in aliquo virtualiter, nunq̃ eſt formali-



maliter tale, niſi ſecundū cauſationē actualē, lapis ſecundū qđ cognitus tm̄ eſt in eſſentia diuina virtualiter. igit̃ non fit actu cognitus ſine creatione, & tunc vt prius. Ad iſta, pōt dici aliter q̃ rn̄detur hic ſupra, vide licet ꝙ intellectio Dei, licet nō ſit abſolute cāta, tñ vt eſt huius lapidis, vt obiecti ſecundarij, eſt quaſi principiata, & hoc ab eſſentia, quaſi ratione formali obiectiua æquiuoca. & ita magis principiata quàm vt obiecti primi, quia ſic eſt principiata quaſi ratione formali obiectiua vniuoca, & intellectionē vt huius eſſentiæ quaſi principiatum æquiuoce eſt hoc principiari in eſſe diminuto, ſicut ſpeciem intelligibilem principiari in intellectu eſt obiectū ſecundum quid principiari, vt actu intelligibile. vel melius exemplum ad propoſitū, ſicut per ſpeciem ſubiecti principiari intellectionem paſſionis, eſt paſſionem vt actu intellectam principiari. Ideo hoc exemplū congruit, quia lapis non prius principiatur æquiuoce ab eſſentia, vt intelligibilis eſt, quā vt intellectus, quia nullum eſſe habet formale in memoria ante eſſe in intelligentia, ſed tantum virtuale. Nec videtur inconueniens cōcedere actum diuinum quaſi principiari non in ſe, ſed vt huius obiecti, quia hoc oportet ponere de volitione, vt videtur, cum volitio ſit contingenter huius obiecti, & nihil contingens eſt omnino incauſatum, ſicque ordo erit inter omnino imprincipiatū, vt eſſentiam, & quaſi principiatum vniuoce, vt intellectionē eſſentiæ, & quaſi principiatum æquiuoce, ſed neceſſario vt intellectionem lapidis, & quaſi principiatum æquiuoce & contingenter, vt volitione lapidis. Hæc via bñ dicit in hoc quòd eſſentia, vt ratio mouens, eſt omnino indiſtincta vniuoce, vt quaſi mouens ad ſe, vt ad primum terminum actus, & quaſi æquiuoce mouens ad obiectum ſecundarium, vt ad ſecundum terminum actus.

Ita quòd nec in intellectu, vt patet, nec in ratione motiua, nec in intelligere, nec in primo termino oportet ponere diſtinctionem. Sed cum dicitur actum quaſi æquiuoce principiari vt eſt obiecti ſecundi, nō eſt aliud niſi ipſum, quaſi vltra obiectum primum protendi ad ſecundum virtute principij elicitiui æquiuoci ad terminum ſecundum.

Sed quid eſt actum ſic, vel ſic protendi? non relationem eſſe in actu. nec in obiecto primo ad ſecundum per te. igitur eſt obiectum ſecundum referri ad actum, vel obiectum primum, hoc autem non eſt niſi habentis aliquod eſſe, & tunc ſequitur illud, quod intra habetur. igitur falſa eſt imaginatio intelligere diſtĩgui ad hoc, vt ſit multorum, quaſi in multa intelligere, immo in ipſo non oportet aliam differentiā eſſe, vt quaſi eſt medium inter rationem, & primum terminum, quem conſequuntur ſecūda. igitur falſum eſt, quòd ſecūdo obiecta immediate terminant intelligere, ſicut nec mouent. Nam neutro modo neceſſario requiruntur ad actum, ſed ſi requiruntur in ratione termini ad actum, vt hu-

 ius.

ius. hoc non dicit niſi relationem in obiecto ſecundo.

Ad ſecundum dico, ꝙ productio iſta in eſſe eſt alterius rationis ab omni eſſe ſimpliciter, & nõ eſt relationis tm̃, ſed etiã fundamenti abſoluti. non quidẽ ſecũdũ eſſe eſſentiæ, vel exiſtentiæ, ꝙ eſt verũ eſſe, ſed ſecũdũ eſſe diminutũ, qđ eſſe eſt eẽ ſecundũ qd ẽt entis abſoluti, qđ tñ ens abſolutũ ſecũdũ iſtud eſſe diminutũ cõcomitač relatio rõnis. Exemplũ huius, ſi Cæſar eſſet annihilatus, & tamen eſſet ſtatua cæſaris, cæſar eſſet repręſentatus ꝑ ſtatuam, illud eſſe repræſentatũ eſt alterius rõnis ab oĩ eẽ ſimpliciter, ſiue eſſentiæ ſiue exiſtẽtiæ nec eſt eſſe diminutũ cæſaris, quaſi aliquid cæſaris habeat hoc eſſe, & aliquid non, ſicut ęthyops eſt diminute albus, quia aliqd eius eſt vere albũ, & aliqd nõ, ſed totius cæſaris & eſſe eius a cã ſua eſt verũ eſſe exiſtentię & eſſentiæ, cuius totius ſecũdum totale eſſe ſuũ, eſt iſtud eſſe ſecundum qd. & in ipſo ſecundũ iſtud eſſe ſecũdũ qd põt eẽ aliqua relatio ad ſtatuã, & licet poſſet poni calũnia in exẽplo, non tñ ita in propoſito de intellectione, & obiecto, quin obiectum totum ſecundũ ẽt totale eſſe ſuum diminutũ eſſe habeat in intellectu. Et ſi velis q̃rere aliquod eſſe verum huius obiecti vt ſic, nullũ eſt quęrere, niſi ſecundũ qd, niſi dicatur ꝙ iſtud eſſe ſecundũ quid reducič ad aliquod eſſe ſimpliciter, ꝙ eſt eſſe ipſius intellectionis, ſed iſtud eſſe ſimpliciter non eſt eſſe formaliter eius, qđ dr̃ eſſe ſecundũ quid, ſed eſt eius terminatiue, vel principiatiue, ita ꝙ ad iſtud verũ eſſe, illud eſſe ſecũdũ qd reducič, ita ꝙ ſine iſto vero eſſe iſtius, non eſſet illius eſſe ſecundũ quid. Ex hoc autẽ apparet quoddã dictũ ſuperius diſt. 3. de cognitione in regulis ęternis, videlicet, ꝙ motio intellectus noſtri a quiditatib. intelligibilib. reducič ad ipſum intellectũ diuinũ, ꝑ cuius eſſe ſimpliciter iſta obiecta hñt eſſe ſecundũ quid. ſ. eſſe obiectiuũ, ſecundũ qđ eſſe mouent intellectũ noſtrũ ad cognoſcendũ veritates ſinceras, & ꝓp motionẽ eaũ, dr̃ intellectus ille moueare, ſicut iſta hñt ſuũ eſſe ſecundũ qd ꝓp ſimpliciter eẽ illius.

*Speculatio ſubtiliſſima non cõceſſa mundi æternitate q. 4.*

AD PRIMVM principale, dico ꝙ ens ratum aut appellatur illud quod habet eſſe firmum, & verum eſſe, ſiue eſſentiæ ſiue exiſtentiæ, quia vnum non eſt ſine altero qualitercunque diſtinguantur, aut ens ratũ dr̃ illud quod primo diſtinguič a figmẽtis, cui. ſ. non repugnat eſſe verũ eſſentiæ vel exiſtẽtiæ. Si primo modo accipiatur ens ratum, dico quòd homo non eſt ex ſe ens ratum, ſed ab efficiente a quo habet eſſe verum, & eſſentiæ & exiſtentiæ. Et cũ dicis igitur nunquam eſt ens ratum, niſi effectum, cõcedo hoc modo. & quando eſt effectum eſt exiſtens. ergo nunquam eſt ens ratum, niſi ſit exiſtens, concedo, & cum dicis vltra. ergo nõ eſt eius diffinitio, niſi ſit exiſtens. nego iſtam conſequentiam, quia diffinitio eſt diſtincta cognitio diffiniti ſecũdum omnes eius partes eſſentiales. diſtincta autẽ cognitio poteſt eſſe alicuius, licet ipſum nõ ſit ens ratum, nõ. n. oportet niſi ꝙ ens ratũ terminet cognitionẽ diffinitiuam, & non ſequič ens ratum diffinitiuæ * intelligibilis. ergo ens ratum eſt. Si ſecundo modo intelligač ens ratum, dico qđ hõ eſt ex ſe ens ratum, quia formaliter ex ſe non repugnat ſibi eſſe: ſicut. n. cuicunq; repugnat aliquid primo, ei repugnat formaliter ex ratione eius. ita cui non repugnat formaliter, non ei repugnat ꝑ rõnem ipſius. & iõ ſi homini de ſe repugnaret eſſe, ꝑ nullum reſpectum aduenientẽ poſſet nõ repugnare ſibi eſſe. Et ſi tunc ex hoc inferas, homo eſt ex ſe ens ratum hoc modo, ergo eſt Deus. conſequentia non valet, quia Deus non eſt tm̃ cui nõ repugnat eſſe, ſed eſt ex ſe ipſum eſſe. Qđ aũt dr̃ hic ꝙ hõ eſt ens formaliter ratũ aliqua relatione, q̃ eſt ratitudo eius, hoc improbatum eſt diſt. 3. q. de veſtigio, & vr̃ valde abſurdum, quia ſecundũ Aug. 7. de tri. c. 1. vel. 6. ſi eſt nihil ad ſe, nihil eſt ad aliud. & hoc ipſi concedunt ꝙ relatio non põt fundari in relatione, ſed in abſoluto. Quæro igitur de fundamento talis relationis, quæ dr̃ ratitudo, dicač. a. ſi eſt ad ſe, ergo non includit eſſentialiter in ſuo intellectu per ſe reſpectum, quia nihil eſſentialiter includens reſpectũ eſt ad ſe formaliter, iſtud. a. inquantum eſt ad ſe, aut eſt ratum, & habeo propoſitum, aut non eſt ratum, & tunc ille reſpectus fundabitur in ente non rato. & reſpectus per eos eſt idẽ fundamento, ergo reſpectus eſt idem enti non rato. & maxime eſt conſequens inconueniens, ſi accipiatur non ratum pro illo cui repugnat eſſe. quia tunc ſequitur, quod ratitudo illa fundabitur in non rato, quod eſt nihil, & ita ille reſpectus eſſet nihil, & tunc ens ratum erit ex duobus nihilis.

*primo topi. c. 4.*

*a. l. intelligitur.*

*Vt inquit aue. 12. met. c. 19.*



Ad ſecundum argumentum concedo, quòd Deus ab æterno intellexit lapidem, & non vt idẽ ſibi, & illa intellectio fuit metaphyſica & realis, non autem logica, nec tamen plus ſequitur ex hoc de lapide, quòd ſit eſſentia quàm exiſtentia, nec magis comparando ad intellectum diuinum quã meũ. ſequitur quidẽ, igitur res ſemper fuit intellecta, ſed arguendo. ergo res fuit in aliquo eſſe reali, dico ꝙ eſt fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter.

PER IDEM ad illud, qđ adducitur pro opi. de proportione ad intellectũ, dico quòd iſta proportio eſt relatio cogniti ad cognoſcentem, & hæc eſt diminuens ens in quo fundatur, ſicut declaratum eſt. relatio autem diminuens ens non oportet quòd requirat ſecum entitatem ſimpliciter illius entis, quod determinat.

Et cum dicis, non eſt talis ꝓportio impoſſibilis ad intellectum diuinum. dico quòd bene poteſt eſſe, ꝙ omnino niger non ſit albus. nec tamen propter hoc albus ſecundum dentes eſt ſimpliciter albus. ita põt eẽ ꝙ omnimoda imporportio ſit impoſſibilis ad intellectum diuinum, & aliqualis proportio ſit poſſibilis ad intellectũ eius, nõ tñ ad eſſe ſimpliciter. Ad illud de permutata proportione. dico ꝙ ille modus arguẽdi ortum hẽt ab Euclide * propoſitione. 16. 5. ſi, ingt quatuor quãtitates proportionales fuerint permutatim proportionales

*a. l. concluſione.*

les erunt, quæ probatur per 15. præcedentem. eadem eſt ꝓportio multiplicium & ſubmultipliciũ. & iſta permutatione certa & nota in quantitatibus vtũtur aliqui in argumentis. philoſophus autẽ vſus eſt ea in duabus regulis. 2. Prior. ſi. a. & b. cõ- *Cap. 21.* uertũtur. & c. & d. cõuertantur. & a. & c. contradicant. b. & d. contradicunt, & ecõuerſo. cõſequentia eſt neceſſaria, quia alterũ cõtradictoriorũ dr̃ de quolibet, & quia cõuertibile cum vno cõtradictoriorũ nõ recipit prædicationẽ alterius, nec ecõuerſo, ideo cõuertetur cum reliquo contradictorio. & gñaliter vbicunque põt haberi aliqua proportio correſpõdens illi 15. Euclidis, per quam tenet iſta permutatio correſpondens 16. tũc permutatio eſt bona, & qñ non, nõ. Ad ꝓpoſitũ igitur dico, ꝙ generaliter nunq̃ tenet talis permutatio, cõparãdo extrema ad inferius & ſuperius, immo eſt fallacia conſequentis, quia extrema duarum contradictionum ad inuicem comparata habent proportionem cõuerſam in inferendo, & nõ eãdem. Oppoſitum enim conſequentis infert oppoſitum antecedentis, & non econuerſo. & ideo arguere ita inferendo. ſicut primum ad tertium, ita ſecundum ad quartum, faciũt fallaciam conſequentis, ſed econuerſo deberet argui, ſicut primũ ad tertium, inferendo, ita quartum ad ſecundum. Ita in propoſito. ſi omne ens eſt poſſibile. ergo omne impoſſibile eſt non ens, ſed non econuerſo. ergo omne non ens eſt impoſſibile. Et quod additur ibi. quòd tunc vnum nihil magis eſt nihil, quàm aliud nihil.

*Logicalis doctrina peripatetica ex 2. 3. top.*

Reſpondeo. quòd tripliciter ineſt negatio alicui. Quandoque non propter repugnantiã alicuius poſitiui ad affirmationem illius negationis, ſed propter ſolam negationem cauſæ non ponentis illum effectum. ſicut ſi aliqua ſuperficies eſſet neutra, eſſet quidem non alba, non propter repugnantiam ſuperficiei ad affirmationem oppoſitam huic negationi, ſed propter negationem cauſæ nõ ponentis albedinem ineſſe ſuperficiei. Quandoque autem ineſt negatio poſitiui propter repugnantiam eius ad affirmationem oppoſitam illi negationi, & hoc dupliciter: quãdoque enim præciſe eſt talis repugnãtia propter aliquid vnũ de intellectu vtriuſque, ſicut in ſpeciebus vltimis eiuſdem generis proximi, negationes earũ mutuæ dicũtur de ſe propter repugnantiã earum, quæ eſt ꝓpter ſolum vnum incluſum in intellectu vtriuſque, ſcilicet propter differentiam vltimam completiuam. Quandoque autem propter plura incluſa in intellectu vtriuſque vel alterius, ſicut ſi accipiuntur ſpecies ſpecialiſſimæ duorum generum generaliſſimorum, repugnant quidem ſibi inuicem affirmationes propter multa incluſa in eis, tot ſcilicet, quot ſunt prædicata dicta in quid de vtroque in ſuo genere: nihil enim dicitur in quid de albedine, quod non ſit medium oſtendendi hanc, homo non eſt albedo, nihil etiam dicitur de homine in quid, qđ non eſt mediũ oſtendendi eandem, & ideo iſta, homo non eſt albedo, vera eſt propter repugnantiam

*Vt inquit philoſoph' 1. poſt. t. c. 31.*



extremorum ſimpliciter, ſiue propter multa incluſa in intellectu repugnantium, quorum quodlibet ex vtraque parte eſſet ſufficiens ratio talis repugnantiæ, & tamẽ in omnibus iſtis inhærẽtiis negationum (licet ex diuerſis cauſis inſint) non dicitur aliq̃d magis, vel minus negatum, ſed quodlibet ſimpliciter non tale, ita enim eſt ſimpliciter ſapor nihil albedinis, ſicut homo, & ſimiliter ſuperficies nihil hẽt albedinis poſito iſto caſu, & ratio eſt quare non magis eſt hęc negatio, quàm iſta, quia quælibet negatio negat totam affirmationem ſibi oppoſitam ex quacunque ratione ſit talis, ſiue propter vnam rationem, ſiue propter plures. Ita in propoſito. homini in ęternitate ineſt non eſſe aliquid, & chimerę nõ eſſe aliquid Sed homini nõ repugnat affirmatio, quæ eſt eſſe aliquid, ſed tãtum ineſt negatio propter negationẽ actus, vel cauſæ non ponentis ineſſe: chimeræ autem repugnat, quia nulla cauſa poteſt in ea cauſare eſſe aliquid: ſed quare homini non repugnat, & chimeræ repugnat, ratio eſt, quia hoc eſt hoc, & illud eſt illud, & hoc in quocunque intellectu concipiẽte, quia ſicut dictum eſt, quicquid repugnat alicui formaliter, ex ſe repugnat ei, & quod non repugnat formaliter ex ſe, non repugnat, nec eſt hoc fingendum, quòd homini non repugnat, quia eſt ens in potentia, & chimeræ repugnat, quia non eſt ens in potentia, immo magis econuerſo, quia homini non repugnat, ideo poſſibile eſt potentia logica, & quia chimeræ repugnat, ideo eſt impoſſibile impoſſibilitate oppoſita: & iſtam poſſibilitatem conſequitur poſſibilitas obiectiua, & hoc ſuppoſita omnipotentia Dei, quæ reſpicit omne poſſibile, dummodo ſit aliud a ſe, tamen illa poſſibilitas logica abſolute ratione ſui poſſet ſtare, licet per impoſſibile nulla potentia eam reſpiceret. Prima igitur omnino ratio, & nõ reducibilis ad aliam, quare homini non repugnat eſſe, eſt, q̃a homo formaliter eſt homo, & hoc ſiue in re realiter, ſiue in intellectu conceptibiliter. Et prima ratio quare chimerę repugnat eſſe, eſt, chimera inquantum chimera. Aliter igitur ineſt iſta negatio, nihileitas homini in æternitate, & chimeræ, & tamen nõ propter hoc eſt vnum magis nihil altero. Vel etiam poſſet dici, ꝙ ab homine remouetur tantum illud eſſe, & non aliquid conſequens ad eſſe, quo eſt poſſibile eſſe, a chimera autem remouetur eſſe, & ſuum conſequens, ideo propter plura negatur eſſe a chimera, q̃ ab homine, nõ tamen magis eſt iſta negatio in vno quàm in alio. Sed prior reſponſio videtur eſſe realior.

Ad Auguſt. capacitas formæ ſecundum eum eſt materia, quæ habet aliquam entitatem veram, & non tantum qualem habet anima antichriſti, antequàm creetur. de hoc in lib. 2. diſ. 12. Ad ipſum ſuper Io. cõcedo, ꝙ qñ ſunt duæ cauſæ ſubordinatæ, ambæ cauſant effectum, ſed aliter, & aliter, quia ſuperior plus cauſat, & ita ſi cor ſit cauſa ſuperior, & manus inferior, reſpectu literarũ vtrun-

*Quia materia eſt ſubſtãtia 2. de aĩa t. c. 2. & æterna 1. Phy. t. cõ. 81.*

vtrunque cauſat tam cor, quàm manus, nec tamen prius cor, q̃ manus producit literas in aliquo vero eſſe, & poſtea manus addit eis quendam reſpectum. Ad vltimum de Auic. loquitur de fluxu formarũ a Deo inquantum intellectæ ſunt, & de fluxu omnis entis quod eſt, hoc eſt rei in vero eſſe, & cõcedo quòd ſicut aliud eſſe eſt intellecti, inquãtum intellectum ab eſſe vero, ꝙ eſt eſſentiarum extra animam, ita eſt fluxus iſte, & ille, alius, & alius, vtroq; fluxu fluit res a Deo, non ſic in nobis, qa res præxiſtunt extra animam, vel in ſe, vel in cauſa, ad hoc vt moueant intellectum noſtrum ad actum intelligendi, non autem * dicit Aui. iſtum fluxũ in eſſe intellecto, eſſe fluxum in eſſe quiditatiuo, quia eſſe intellectum eſt eſſe diſtinctum contra totum eſſe reale, tam quiditatiuum quam exiſtentiæ.

*a. l. intelligit.*

ET QVONIAM &c.

DIST. XXXVII.

CIRCA diſtinc. 37. quæro vnũ. Vtrum Deum eſſe præſentem vbique ſecundum potentiã inferat ipſum eſſe vbique ſecundum eſſentiam? hoc eſt vtrum omnipotentia inferat immenſitatem. Quod ſic, omne agẽs eſt præſens paſſo ſecundum philoſophũ. 7. phyſi. & hoc immediate, ſi immediate poſſet agere in illud, vel mediate ſi agat in illud mediate, oĩpotẽs aut poteſt agere in quodlibet immediate. ergo eſt præſens cuilibet immediate. Oppoſitum * arguitur, poteſt enim cauſare aliquid extra vniuerſum, & tamen ibi nõ eſt ſecundum eſſentiam. ergo &c.

*T. c. 4. et inde.*

*a. l. patet.*

RESPONDEO agens creatũ poteſt agere vbi non eſt, tamen communiter oportet ꝙ ſit immediatum cuilibet * ſibi proximo paſſo, in quod agat, licet quandoque non agat in illud paſſum actione eiuſdem rationis actioni, qua agit in remotum, vt piſcis mortificans manum piſcatoris non mortificat rete. Quandoq; autem agens in proximum paſſum non agit eadem potentia actiua, qua agit in remotum, * ſed agit alia potentia actiua, ſicut corpus cęleſte generans mineram in viſceribus terræ, vel aliquod mixtum animatum, vel inanimatum, hic inferius agit ſua forma ſubſtantiali, quia non ſubſtantia nõ põt generare ſubſtantiã, nec accidens aliquod in medio poteſt eſſe ratio generandi ſubſtantiam, eſt igitur forma corporis cęleſtis potentia actiua in remotum abſque hoc, ꝙ corpus illud agat in proximum ſecundum eandem potentiam actiuam, ſecũdum quam agit in remotum, licet agat in ꝓpinquũ ſecundum aliam potentiã actiuam, ſed hoc accidit, vel propter coniunctionem iſtarũ potentiarum duarum actiuarum in eodem. quarum vtraque eſt actiua, & vna habet proximum pro paſſo ꝓportionato, & alia potentia actiua habet reliquũ paſſum remotum proportionatum: vel accidit propter imperfectiorem ipſius agẽtis, in quo eſt defectus virtutis actiuæ, propter quem defectum prius agit ſecũdum formam imperfectiorem, quàm ſecundum perfectiorem, ſicut generãs corruptibile prius alterat, quàm generat propter illius agentis imperfectionem a quo prius origine eſt imperfectius. Si igitur primo tollamus talem duarum potentiarum concurſum ab agente creato, & ſecundo tollamus ab eo iſtam imperfectionem, ꝙ non oporteat eum prius producere imperfectius, non videtur aliqua ratio, quare non erit pręſens remoto ſecundum potentiam, ſecundum quod eſt modo præſens ſibi in ratione potẽtiæ actiuæ, & tamen nõ aget in propinquum, nec illa potentia, ſicut nec mõ nec alia, & hoc maxime ſi illa potentia ſcd̃m quã agit in remotum ſit ſimpliciter potentia actiua perfecta: quanto enim perfectior forma eſt in creaturis, tanto videtur eſſe ratio agendi in * remotius. Ex his ad propoſitum videtur, ꝙ cum omnipotentia, quæ ſimpliciter perfecta potentia actiua non requirat actionem in vnum paſſum, prius quàm in aliud, nec propter diuerſas potentias concurrẽtes in agẽte, nec ꝑꝑ priorẽ generationem imperfectioris, ꝙ talis omnipotẽtia ſit rõ agẽdi in quodcunque, & producendi quodcunque poſſibile, licet per impoſſibile, ipſum cuius eſt omnipotentia nõ eſſet vbique, & ſecundum hoc videtur tenenda negatiua pars quæſtionis. Et confirmatur, ſi enim omnipotentia eſt voluntas, ad cuius velle ſequitur rem eſſe, cum voluntas poſſit æque velle diſtans, ſicut propinquum, videtur ꝙ ſi omnipotens eſſet per impoſſibile in aliquo loco determinato, & non vbique, poſſet velle aliquid eſſe in alio loco, cui nõ repugnaret eſſe, & per cõſequẽs ſuo velle illud haberet eſſe in illo loco, & per conſequens illud fieret ab omnipotente abſque hoc ꝙ omnipotens eſſet præſens ibi ſecundum eſſentiã. Cõfirmatur etiam quia ante mundi creationem non eſt imaginãdum vacuum infinitum, quaſi ibi fuerit prius præſens Deus ſecundum eſſentiam, antequam produceret mundũ, immo nõ vt alicubi præſens Deus ſecundũ eſſentiam fuit potẽs facere mũdum, ſicut igitur ibi præſentia immmenſitatis non præexigebatur præſentiæ potentiæ ſuæ, vt potentia eſt, immo potentia prius habuit terminum ſuum, quàm eſſet præſentia ſecundũ eſſentiam, ita videtur modo, ꝙ nõ oporteat præintelligere Deũ in aliqua parte vniuerſi, vt ibi aliquid cauſet, ſed magis quaſi econuerſo prius ſit ibi ſecundum potẽtiam, * vt ibi aliquid cauſet, & tunc licet per impoſſibile non eſſet ibi prius ſecundum eſſentiam, poſſet tamẽ ibi cauſare.

*Patet de corporibus cæleſtibus, quæ agũt in iſtis inferioribus et tamen non ſunt] præſentia etc.*

** a. l. ſui.*

*Patet etiã de ſole, quia alia actione agit in propinquum poſſe quã in remotũ, ĩ aere agit illuminãdo in terra vero generando. &c.*

*Hoc Bartol.*

** a. l. licet agat.*

*Doctr. peripatetica.*

*Vt inquit Ar. ſto. 9. Meta. t. 15.*

*a. l. remotiuis.*

*a. l. vbi Prius.*

AD ARGVMENTVM in oppoſitum dici poteſt, quòd illud dictũ philoſophi verũ eſt de agẽtibus naturalibus, quæ agunt per qualitates naturales, vel formas naturales actiuas, q̃ non ſunt principia agendi in remotum, niſi ſint aliæ formæ cõcurrentes, quæ ſunt principia agendi in propinquum, ita autem non eſt de voluntate, qua omnipotens agit.

NVNC

NVNC ERGO &c.

DIST. XXXVIII.

CIRCA diſt.38. quęro vnum, Vtrum ſcientia Dei reſpectu factibilium ſit practica? Quod t.c.13. non.2. Meta. Finis practicæ eſt opus, nihil autem extra Deum eſt finis eius. Contra.6.de trini. c.vlt. Eſt ars quædam omnipotentis, atque ſapientis Dei plena omnium rationum viuentium incommutabilium, ars eſt habitus practicus. ergo &c. Similiter. 83. quæſtionum. q. 46. ideæ ſunt rationes, ſecundum quas formať omne formabile, & multę alię auctoritates ſunt ad hoc. ſ.q.4.& s.prologi.

*QVAMVIS SVPRA in quæſtione de theologia vtrū ſit practica vel ſpeculatiua multum dictū eſt de cognitione practica, & ſpeculatiua. Breuiter tamen nunc aliqua applicando ad propoſitum, poteſt dici ꝙ de rōne habitus practici ſunt duo. ſ. conformitas ad praxim, quā conformitatem habet ex obiecto circa quod eſt, & prioritas eius naturalis ad eandem praxim, q̄a praxis vt ab ea dr̄ operatio practica, eſt operatio quę diſtinguitur a ſpeculatione, nulla autem operatio alia a ſpeculatione eſt in poteſtate ſpeculātis, niſi ſit, vel eſſe poſſit naturaliter poſterior intellectione vel ſpeculatione, cognitio autē nō ponitur practica in aliquo (vt eſt eius) niſi reſpectu praxis, q̄ eſt in poteſtate eius. Et ex hoc ſciendum eſt vlterius, ꝙ licet cognitio practica actualiſſima & proxima praxi ſit aliqua ſciētia de praxi elicienda, puta indicium de concluſione ſyllogiſmi practici, quæ concluſio finis eſt motus intelligentiæ, licet ab ea incipit operatio, tamen non ſolum iſta cognitio eſt practica, quę ſic eſt proxime practica, ſed etiam cognitio practicorū principiorum quæ virtualiter includit iſtam, & etiam cognitio quiditatiua terminorum, quę * includit principia practica, ſicut ibi dictum eſt, quicunque igitur intellectus non poteſt habere aliquam cognitionem dictatiuam de operando, naturaliter priorem dictante illam praxim, quam reſpicit talis cognitio, nec poteſt habere cognitionem principiorum, ex quibus inferat talē cognitionē dictatiuā operandorum, nec pōt habere cognitionem quiditatiuam terminorum in quibus includuntur talia principia, talis intellectus non videtur poſſe habere cognitionem practicā propriiſſime ſumptam ſecundum illas duas conditiones prædictas. ſ. conformitatem ad obiectum & prioritatem: ſed intellectus diuinus comparando cognitionem eius ad actum voluntatis eius, non præhabet cognitionem dictatiuam aliquā de aliquo faciendo, nec cognitionem alicuius principij, nec quiditatiuam termini includētem principium practicum, ergo non habet aliquam cognitionem conformem, & priorem tali praxi. probatio minoris. Si ante actum voluntatis diuinæ poſſet intellectus diuinus aliquam talem cognitionem habere, haberet eam mere naturaliter, & neceſſario, quia omnis cognitio præcedens ibi actū volun-

desiderat-tur ī alijs.

a.l.includunt. Vide in 3. q.prologi.

Declaratio notabilis.



voluntatis eſt mere naturalis, & per eſſentiam, vt ipſa eſt ratio mere naturalis intelligendi. de neceſſitate ergo cognoſceret hoc eſſe faciendum, & tunc voluntas cui offert, non poſſet nō velle iſtud, quia tunc poſſet eē nō recta, quia volūtas potens diſcordare a ratione practica poteſt eſſe non recta de neceſſitate. ergo voluntas diuina vellet hoc operandum, & per conſequens omnia, quia qua ratione eſſet de vno, eadem ratione & de alio. Hic inſtatur primo, quia per iſtam rationem intellectus diuinus non haberet aliquam cognitionem, niſi ſpeculatiuam, aut enim voluntas neceſſario vellet illum intellectū ſpeculari, & tunc non eſſet libertas prima ex parte voluntatis, aut poſſet non velle illum intellectum ſpeculari, & tunc poſſet eſſe non recta. Et præterea, ſi primo offeratur intellectui diuino aliqua lex vniuerſalis, puta omne * glorificandum eſſe gratificandum, & iſtam acceptat volūtas diuina, & ex hoc ſtatuitur aliqua lex ſapientiæ, & ſecūdo offerat intellectus voluntati Petrum eſſe beatificandum ſi volūtas iſtam acceptet, videtur ex hoc intellectum cognoſcere Petrum eſſe gratificandum. & hoc cognitione dictatiua, non accepta in ſe formaliter a voluntate, licet voluntas verificauerit præmiſſas, ex quibus intellectus iſtam habet. Ad primū iſtorum, intellectus diuinus ex neceſſitate naturæ eſt ſpeculatiuus. & non eſt ad hoc formaliter libertas, licet nō ſit ſine voluntate complacente. Deus enim neceſſario eſt ſciēs, non autem voluntate eſt ſciēs proprie, ſicut neceſſitate, nō voluntate eſt Deus. quando igitur arguis, ſi voluntas nō poſſit nō velle intellectū ſpeculari. ergo non eſt ſumme libera, non ſequitur, quia libertas eius non eſt ad intrinſeca, quæ quaſi pręcedunt actum eius. ſed libertas eius eſt ad omnia factibilia. & ideo eſt neceſſe ponere primam determinationem in voluntate reſpectu factibilium: nō ſic autem eſſet, ſi intellectus practicus prędeterminaret, immo nec proprie libertas poſſet ſaluari in volūtate reſpectu factibiliū, ſed nec contingentia aliqua, q̄a intellectus neceſſario prædeterminaret eam mera neceſſitate naturali. & voluntas neceſſario * confirmaret ſe intellectui, quod autem neceſſario etiam neceſſitate conſequentiæ eſt cōforme neceſſario, non poteſt eſſe contingens. Ad ſecundum dico, ꝙ intellectus diuinus non ſic cognouit aliqua diſcurrendo, ſicut procedit argumentū, ſed diſtinguendo de inſtanti naturæ in primo apprehendit q̄dcunque operabile, ita vniuerſalia principia operabilium, ſicut operabilia particularia. Et in ſecundo offert omnia iſta voluntati, quorum omnium aliqua acceptat tam principiorum practicorum, quàm particulariorum operabilium, & tunc in tertio ſigno intellectus ſcit æque immediate illa particularia, ſicut illa vniuerſalia, & ita non acquirit cognitionē illorū particulariū ex principijs p̄determinatis per voluntatem. hoc magis patebit in q̄ne de ſciētia de reſpectu futurorū cōtingentiū.

a.l.glorificatiuum.

a.l.conformaret.

s.diſt.ſequenti.

AD AVCTORITATEM Augu. dico ꝙ ars eſt habitus cū vera

vera ratione factiuus ex. 6.Eth. & prout complete accipitur diffinitio artis intelligitur ratio recta, hoc eſt directiua, ſiue rectificans potentiam aliam, cuius eſt operari ſecundum artem. diminute autem ars eſt habitus cum vera ratione, quando eſt tantum habitus apprehenſiuus rectitudinis agẽdorum, & non habitus directiuus, ſiue rectificatiuus in agendis. hoc ſecundo modo poteſt concedi ars in Deo, quia poſita determinatione voluntatis eius reſpectu quorumcunque operandorum, intellectus eius cognoſcit iſtũ ordinem operandorum, & tũc eſt ibi recta ratio. hoc eſt cognoſcẽs rectitudinem, non tamen recta ratio, hoc eſt directiua ipſius potentiæ operantis, & hoc maxime ſi ponatur potentia illa operans extra, eſſe voluntas. & non aliqua alia potentia executiua, quia ſi poneretur aliqua potentia executiua alia a voluntate, videtur ibi poſſe ſaluari recta ratio alio modo ſe habens reſpectu illius potentiæ operantis ſecundum eam, quam poſſit modo ſaluari reſpectu voluntatis. Per idem patet ad illud Auguſt. quia ideę ſunt obiecta ſecundaria cognita, ſicut dictum eſt prius, ſecundum quæ fiunt aliqua extra. non tamen ipſa includunt aliquam notitiam dictatiuam de operando vel de non operando, licet ipſa repræſentent operabilia, ſed cognitio operabilis non eſt ſcientia practica, niſi virtualiter includat principium, vel concluſionem practicam. ſic non eſt de ideis in intellectu diuino, quæ,* non dictant,

*De quibus in ſequentibus dicetur. diſtin. 35.*

*Hæc verba nõ ſunt in alijs codicibus.*

PRAETEREA &c.

DISTIN. XXXIX.

IN SECVNDA parte diſt. tractat magiſter de infallibilitate ſcientiæ diuinæ. Et diſtinctione. 39. tractat de immutabilitate ſcientiæ diuinæ. Quantum igitur ad iſtam materiã, prout ſcientia diuina reſpicit ſimpliciter exiſtentias rerum, quæro quinque. Primo, vtrum Deus habeat notitiam determinatã omnium quantum ad omnes conditiones exiſtentiæ. *q.1.* Secundo, vtrum habeat certam notitiam, & infallibilem omnium quantum ad omnes conditiones exiſtentię. *q.2.* Tertio, an habeat immutabilem notitiam de omnibus quantum ad omnem cõditionem exiſtentiæ. *q.3.* Quarto, an neceſſario ſciat omnem conditionem exiſtentiæ omnium. *q.4.* Et quinto, vtrum cum determinatione & certitudine ſcientiæ ſuæ poſſint ſtare aliqua contingentia ex parte rerum in exiſtẽtia, & hæc ſimul quæri poſſunt quia per eãdem ſimul ſoluunt. *q.5.*

AD PRIMAM quæſtionem arguo ꝙ non, quia ſecundum philoſophum. 1. periermenias. In futuris contingentibus non eſt determinata veritas, ergo nec ſcibilitas determinata. ergo nec intellectus habet notitiam de eis determinatam. Cõfirmatur ratio per probationẽ ſuam ibidem, quia tunc non oportet conſiliari, neque negotiari, ita videtur, ſi eſt aliqua determinata notitia de aliquo futuro contingenti, non oportet negotiari nec præconſiliari, qa ſiue



ſiue conſiliemur, ſiue non, hoc eueniet. Præterea. potentia Dei ſi eſſet limitata ad vnã partem, eſſet imperfecta, quia ſi Deus ita poſſet hoc qđ nõ poſſet eius oppoſitũ, eſſet potẽtiæ limitatæ & nõ omnipotẽtiæ. ergo eodem modo ſi ita ſciat vnã partẽ, ꝙ non aliam, eſſet limitatus ſecundũ ſcientiam, & non omniſciens. Contra, Heb. 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius. & Glo. ibidẽ dicit. i. ex omni parte plene viſa. igitur habet certam & determinatam notitiã de omnibus, quantũ ad omne cognoſcibile in eis

AD SECVNDAM quæſtionem arguo ꝙ non, quia ſequitur Deus nouit me ſeſſurũ cras, & non ſedebo cras. ergo decipietur, ergo a ſimili ſequitur Deus nouit me ſeſſurũ cras, & poſſum non ſedere cras. ergo Deus poteſt decipi. prima illatio eſt manifeſta, quia credens illud quod non eſt in re decipitur. probo ex hoc, quòd ſecũda conſequentia teneat, quia ſicut ad duas de ineſſe ſequitur concluſio de ineſſe, ita ex vna de in eſſe, & altera de poſſibili ſequitur concluſio de poſſibili. Præterea, ſi Deus ſcit me ſeſſurum cras, & poſſibile eſt me non ſedere cras, ponatur in eſſe, non ſedebo cras. ſequitur ꝙ Deus decipitur, ſed ex poſitione poſſibilis in eſſe, non ſequitur impoſſibile. igitur iſta Deum decipi non erit impoſſibilis. Ad oppoſitum. Heb. 4. vt ſupra dictum eſt. Item, in primo omnino ꝑfectiſſimo nulla eſt imperfectio, ſed ſi Deus nullam talem notitiam haberet eſſet imperfectus. ergo &c.

*1. Prior. c. 18. & 8. Phyſ. t.c. 36. & 1. de ge. t.c. 10. 1.*

AD TERTIAM quæſtionem arguo quòd non. a cõtradictorio ad cõtradictorium non poteſt eſse tranſitus ſine aliqua mutatione, quia ſi nulla ſit omnino mutatio, non videtur aliquo modo quòd illud quod fuit prius verum ſit modo falſum: igitur ſi Deus ſciẽs a. poteſt neſcire. a. hoc videtur per aliquam mutationem poſſibilem, non niſi in ipſo a. vt ſcitum a Deo, quia nullum eſſe habet niſi in ſcientia Dei. & per conſequens eius mutatio non poteſt eſse ſine mutatione ſcientiæ Dei, quod eſt propoſitum. præterea, quicquid non eſt. a. & poteſt eſse. a. poteſt incipere eſse. a. quia non videtur eſse intelligibile, quòd affirmatio negationis, quæ nõ ineſt poſſit ineſse, niſi incipiat eſse. ergo ſi Deus non ſcit a. & poteſt ſcire. a. poteſt incipere ſcire. a. ergo poteſt mutari ad ſcire. a. Præterea. tertio ſi Deus nõ ſcit a. & poteſt ſcire. a. quęro quæ eſt iſta potentia. aut eſt paſſiua, & tunc eſt ad formam, & ſequitur mutatio, aut eſt actiua, & patet ꝙ naturalis. qa intellectus, vt intellectus, non eſt liber. ſed naturaliter agens, talis autem potentia nõ poteſt agere, poſtquam non egit, niſi mutetur. igitur vt prius ſequitur mutatio. Oppoſitum patet ſupra ex diſtin. 8. ꝙ nihil eſt in Deo mutabile.

AD QVARTAM qõnẽ arguo ꝙ ſic, qa Deus immutabiliter ſcit. a. ergo neceſsario per a. intelligatur antichriſtũ fore: ꝓbatio conſequẽtiæ. Primo, qa non ponitur in Deo neceſſitas niſi immutabilitatis. ergo qcquid eſt in eo ĩmutabiliter, neceſsario eſt. Secundo, quia oẽ im-

immutabile videtur eſſe neceſ
ſarium formaliter, ſicut omne
poſſibile quod repugnat neceſ-
ſario videtur eſſe mutabile,
omne enim tale poſſibile ex
ſe non eſt. & ab alio poteſt eſſe
ipſum autem eſſe poſt non eſſe
ſiue ordine durationis, ſiue or-
dine naturæ, non vr̃ poſſe eſſe.
ſine aliqua mutabilitate. Prę-
terea, quicquid pōt eſſe in Deo,
poteſt eſſe idem Deo, & per con
ſequens Deus, ſed quicquid po
teſt eſſe Deus de neceſſitate eſt
Deus, quia Deus eſt immutabi
lis. ergo quicquid poteſt eſſe in
Deo de neceſſitate eſt Deus. ſci-
re autem. a. poteſt eſſe in Deo.
ergo de neceſſitate eſt Deus. &
ꝑ conſequēs ſimpliciter neceſſa
rio ſcit. a. Præterea. omnis per
fectio ſimpliciter abſoluta de
neceſſitate ineſt Deo, ſcire aũt.
a. eſt perfectio ſimpliciter, qa
alioquī eſſet Deus imperfectus
ſi neſciret. a. formaliter, quia
non eſſet imperfectus, niſi ꝑꝑ
carentiā perfectionis ſimplici-
ter. ergo neceſſario ſcit. a. Oppo
ſitũ. ſi Deus neceſſario ſciret. a.
ergo. a. eſſet neceſſario ſcitum,
ergo neceſſario verũ. conſequēs
eſt falſum, ergo & antecedens.

*Aug. 11. ci. c. 10.*

*3. phy. t. c. 22.*

AD QVINTAM quęſtio
nem arguo ꝙ nō, quia ſequitur
Deus ſcit, a. ergo neceſſario erit,
antecedens eſt neceſſariũ ꝓba-
tio cōſequentię, qa actus rōna
lis nō diſtrahit̃ ꝑꝑ materiā ſu-
per quā tranſit. ſicut loqui non
diſtrahit̃, ſi trāſeat ſuper hoc ꝙ
eſt me nihil loqui, ſequitur. n.
dico me nihil dicere, ergo aliqd
dico. ergo a ſimili ſcire non di-
ſtrahitur ꝓpter materiā ſuper
qua tranſit. ergo cũ ſcire Dei ſit
ſimpliciter neceſſariũ, nō diſtra
hitur ab hac neceſſitate ꝓpter
hoc ꝙ tranſit ſuper cōtingens.
Præterea, oē ſcitum a Deo fore
neceſſario erit. a. eſt ſcitum a
Deo fore. ergo &c. maior eſt ve-
ra. ꝓut eſt de neceſſario, quia
prædicatũ de neceſſitate ineſt
ſubiecto, & minor eſt de ineſſe
ſimpliciter, quia pro æternitate
vera. ergo ſequit̃ cōcluſio de ne
ceſſario. Oppoſitũ, ens diuidit̃
in neceſſariũ & cōtingens. ergo
intellectus intelligens iſta ſe-
cundũ rationes ſuas ꝓprias in-
telliget hoc, vt eſt neceſſariũ, &
illud vt cōtingens. alioquin nō
intelligeret iſta, vt ſunt * talia
entia. & ꝑ cōñs illa ſciētia non
tollit cōtīgētiā ab eo, qđ ē ſcitũ.

*Vt inquit Ari. 1. priorum. ca. 15.*

*a. l. alia.*

CIRCA ISTAS qōnes
ponitur certitudo diuinę ſciētię
reſpectu omniũ quantũ ad om-
nes conditiones exiſtentiæ pro-
pter ideas, quæ ponuntur in in-
tellectu diuino, & hoc propter
perfectionem earum in reprę ſē
tādo, quia reprę ſentāt illa quo-
rum ſunt, nō ſolum ſecundũ ſe
totũ, ſed etiam ſecundũ oēm rō
nem & habitudinem extremo
rum, & ita in ītellectu diuino
ſunt ratio ſufficiens, non tantũ
ſimpliciter apprehendendi illa
ideata, ſed etiam apprehenden
di omnem vnionem illorũ &
oēm modũ ipſorũ ideatorũ per
tinentē ad exiſtentiā eorum.

*S. B. li. 1. di. 35. & diſtin. 39. q. fin. art. 2.*

CONTRA, rōnes cogno
ſcendi terminos alicuius cōple
xionis nō ſufficienter cauſant
notitiam illius cōplexionis, ni
ſi illa nata ſit cognoſci ex ter-
minis, cōplexio autem contin-
gens non eſt nata cognoſci ex
terminis, quia tunc non tantũ
eſſet neceſſaria, ſed etiā prima
& immediata. ergo rationes co
gnoſcendi terminorũ quantũ-
cũque perfecte repñtent eos, nō
ſunt



ſunt ſufficiētes cauſę cognoſcē-
di illā cōplexionem cōtingen-
tem. Præterea, ideę mere natu
raliter reprę ſentāt illud ꝙ reprę
ſentant, & ſub naturali ratione
ſub qua aliquid repræſentant,
quod ꝓbatur ex hoc, quia ideæ
ſunt ī intellectu diuino añ om
nem actum voluntatis diuinæ,
ita ꝙ nullo modo ſunt ibi per
actũ voluntatis diuinæ, ſed qc-
quid naturaliter præcedit actũ
voluntatis, eſt mere naturale,
accipio igit̃ duas ideas extre-
morũ, quę reprę ſentantur ī eis,
puta hominis, & albi. q̄ro aut
iſte ex ſe reprę ſentant compoſi
tionem iſtorũ extremorũ, aut
diuiſionem, aut vtrunque. Si
tm̄ compoſitionem. ergo na-
turaliter cognoſcit illam, & ita
modo neceſſario, & per conſe-
quens nullo modo cognoſcit di
uiſionē eodē modo, ſi tm̄ repræ
ſentāt diuiſionē, ſi vtrũque igit̃
Deus per iſtas nihil nouit, quia
ſcire contradictoria, eſſe, vel eſ-
ſe vera nihil eſt ſcire.* Præterea
eodem modo ſunt ideæ poſſibi
liũ nō futurorũ, ſicut futurorũ,
quia differentia iſta poſſibiliũ
non futurorũ a futuris, non eſt
niſi per actum voluntatis diui
næ. ergo idea futuri poſſibilis
nō magis repræſentat ipſum fu
turũ eſſe, q̄ idea poſſibilis non
futuri. Præterea, nō magis reprę
ſentabit idea futuri ipſũ ponē-
dũ eſſe in hoc nunc, q̄ in illo.

** Bart. in iſta ratione uult probare quòd idea ante actum uoluntatis diuinæ nō repræſentat oēs ſuas cōditiones ſingulares exiſtētes.*

ALITER PONITVR
ꝙ certam notitiam habet Deus
de futuris contingentibus. per
hoc ꝙ totus fluxus tp̄is præſens
eſt æternitati, & omnia quæ
ſunt in tēpore, qđ ꝓbatur per
hoc, & quia æternitas eſt immē
ſa & infinita, & per conſequens
ſicut immenſum eſt ſimul præ
ſens omni loco, ita æternum eſt
ſimul præſens toti tp̄i. Et decla
ratur per exemplũ. & vnũ qui
dem eſt de baculo fixo in aqua,
iuxta quem baculũ, & ſi totus
fluuius fluat ſucceſſiue. & ſic ſit
præſens baculus ſucceſſiue om
nibus partibus fluuij, non tñ
baculus eſt immenſus reſpectu
fluuij, quia non eſt ſimul præ-
ſens toti, ergo eodem modo ſi
æternitas eſſet quoddam ſtans,
ſicut baculus, iuxta quam flue-
ret tp̄s. ita quod nũquam eſſet
ſimul ſibi præſens, niſi vnum
inſtans tp̄is, ſicut nec baculo ſi-
mul præſens eſt, niſi vna pars
fluuii, ęternitas non eſſet immē
ſa reſpectu tp̄is. Confirmatur
etiam iſtud, quia nunc æterni-
tatis vt eſt cum nunc temporis
non coæquatur ſibi. igitur vt
eſt cum iſto nunc excedit ipſũ,
nō autem excederet ipſum, niſi
vt eſt cum iſto nunc, eſſet ſimul
cum alio. Confirmatur etiam
hoc, quia ſi totum tp̄s poſſet ſi
mul eſſe extra nunc æternita-
tis, eſſet ſimul præſens toti iſti
tp̄i, ſed licet tp̄i repugnat ꝑꝑ
ei⁹ ſucceſſionē ſimul eſſe, nihil
tamen propter hoc perfectio-
nis tollitur ęternitati. ergo ip-
ſa æternitas modo eſt æque præ
ſens toti tempori, & cuilibet
exiſtenti in tempore. Confir-
matur etiam iſtud per aliud e-
xemplum de centro in circu-
lo, quia ſi poneretur tp̄s fluens
eſſe circumferentia circuli, &
nunc æternitatis eſſe centrum,
quantumcũque eſſet fluxus in
tempore, tamen totus fluxus &
quælibet pars eius eſſet ſemper
præſens centro. Ita in propoſi
to omnia in quæcunque parte
temporis habētia exiſtere, ſiue
ſint in hoc nunc temporis, ſiue

*Tho. 1. parte ſum. q. 14. ar. 9. & 13 quare eũ di. præſenti. & 1. cōtra gentiles. c. 66. & habiti.*

*Aliud exēplũ ſimile huic, & forſitā accommodatius. ſi eēt oculus ſubleuatus in tanta altitudine, quòd uideret totum padum à fōte à quo oritur, uſque ad mare, ille oculus aſsiſteret toti aquæ & cuilibet parti, ita in propoſito de Deo, reſpectu tēporis.*

*Notatio Bartoluti.*

ipſa ſint p̄terita, ſiue p̄ſentia, vel futura omnia præſentia ſunt reſpectu nunc æternitatis. & ita ꝙ eſt in ęternitate videt ea præſentialiter pp talẽ coexiſtentiã ſicut ego poſſũ videř præſentia liter illud. ꝙ ĩ iſto iſtãti video.

CONTRA iſtud arguitur primo, reducendo contra eos ꝙ ibi adducunt de immenſitate, quia poſito. ꝙ locus poſſit creſcere continuo in infinitum, ita ꝙ ſicut tp̄s eſt in continuo fluxu. ita Deus augeat locum in *infinitum, immenſitas tamen Dei non eſset ſibi rõ coexiſtendi alicui loco in aliquo nũc niſi exiſtenti, non enim Deus per immenſitatem ſui coexiſtit alicui in loco, niſi quod eſt ĩ illo loco. licet poſset cauſare locũ extra vniuerſum. & tũc per immenſitatem ſuam coexiſteret illi, ſi igitur immenſitas, non eſt ratio coexiſtẽdi loco niſi actuali, & non potentiali, quia non eſt pari ratione æternitas, non erit ratio coexiſtendi alicui niſi exiſtenti, quia illud quod non eſt nulli põt coexiſtere, q̄a coexiſtere debet relationẽ realem, ſed relatio non eſt realis, cuius fundamẽtũ nõ eſt reale. Itẽ, ſi effectus habet eſſe in ſeipſo reſpectu cauſę prime ſimpliciter eſt in ſe, quia reſpectu nullius habet verius eſſe. vnde illud ꝙ dicitur tale reſpectu cauſæ primæ, ſimpliciter poteſt dici tale ſi ergo aliquod futurum ſit in actu reſpectu Dei. ergo, ſimpliciter eſt in actu: ergo impoſſibile eſt poſtea ipſum poni ĩ actu. Præterea, ſi ſeſſio mea futura non tantũ quantũ ad entitatẽ quàm habet in eſſe cognoſcibili, ſed etiã quantũ ad entitatẽ, quã habet in eſſe exiſtẽtiæ, eſt

*a.l. in fieri vel inferius.*

nunc præſens æternitati: ergo nunc eſt producta in illo eſſe a Deo. nam nihil aliud a Deo habet eſſe in fluxu temporis, niſi ſit ꝓductũ a Deo ſcd̃m illud eſſe. ſed iſtam ſeſſionẽ Deus ꝓducet, vel animã antichriſti, quod idem eſt, ergo illud quod iã ab ipſo ꝓductũ eſt, iterũ producetur in eſſe. & ita bis ꝓduceř in eſſe. Præterea, iſta poſitio non videtur iuuare ad illud ꝓpter quod ponitur. ſ. ad habendam certam notitiam futurorum, & primo quidem, quia iſta ſeſſio præter hoc ꝙ præſens eſt ęternitati, ſecundũ ꝙ eſt ĩ aliqua parte temporis, ipſa tamen eſt futura in ſe. & ſecundũ hoc ꝙ futura eſt, & a Deo ꝓducẽda, quæro vtrum habeat certam notitiam eius aut non? ſi ſic, igitur hoc non eſt per hoc, ꝙ iam exiſtens eſt, ſed ſecundum ꝙ futura eſt: & iſtam certitudinem oportet ponere per aliquid aliud. & illud ſufficit ad omnẽ cognitionem certam de exiſtentia huius rei. ſi non nouit ipſam certitudinaliter ſic futuram: ergo producit ipſam non præcognoſcens ipſam, cognoſcet autem certitudinaliter ipſam cum fuerit producta. ergo aliter nouit facta quam fiẽda, quod eſt contra Auguſt. 5. ſuper Gene. 2. quia intellectus diuinus nullam certitudinem accipit ab obiecto aliquo alio ab eſſentia ſua. tunc enim vileſceret. vnde nunc etiam de ſeſſione mea, quæ eſt nunc in actu poſita, non habet intellectus diuinus certitudinem cauſatam in ipſo ab ipſa ſeſſione. nõ enim mouet ſeſſio intellectum eius. ergo eodem modo omnia temporalia ſi ſint in exiſtentia

*vide eum 10. ci. c. 12. vt inquid Aũ. 12. me. tt. con. 51.*



tia ſua preſentia ęternitati ſecũdum illas exiſtentias eorũ non faciunt certitudinem in intellectu diuino de eis, ſed oportet per aliud de eis habere certam notitiam * ex exiſtentis, & illud aliud ſufficit nobis.

*a.l. de.*

Præterea, iſti ponunt quòd æuum angeli eſt omnino ſimplex, coexiſtens toti tempori. ergo angelus, qui eſt in æuo præſens eſt toti fluxui temporis, & omnibus eius partibus, ergo videtur ſecundum illam rationẽ eorum, quòd angelus poſſit naturaliter cognoſcere futura cõtingentia.

*tho. 1. par te ſum. q. 14. ar. 13. in ſolutione prin. & argumentorum & God.*

TERTIA POSITIO dicit, quòd licet aliqua reſpectu ſcientiæ diuinæ ſint neceſſaria, tamen nõ ſequitur quin reſpectu cauſarum proximarũ poſſint eſſe contingentia. Et confirmatur per Boetium. 5. conſolationum c. vlti. ſiue proſa ſexta, vbi dicit ſic. Si dicas. quod euenturum Deus videt, illud non euenire non poſſit, quod autem non poteſt non euenire, illud neceſſitate contingere, neque ad hoc nomen neceſſitatis aſtringas.

Reſpondebo, idem futurum cum ad diuinam notitiam refertur, eſt neceſſarium, cũ vero in ſua natura ꝑpendiť, liberũ prorſus eſt, & a vinculis neceſſitatis abſolutũ. Pro hoc ẽt arguitur, quia imperfectio poteſt in eſſe effectui a cã proxima, licet non a cã remota, ſiue priori. ſicut deformitas eſt in actu a voluntate cãta, non aũt inquantũ eſt a volũtate diuina, ideo peccatum nõ reducitur in Deum, vt in cauſam, ſed tm̃ imputatur voluntati creatæ. licet ergo quantum eſt ex parte Dei, qui eſt cauſa remota, eſſet neceſſitas rerum, tamen ex cauſis proximis earum poteſt eſſe contingentia in eis.

CONTRA ISTA, argutum eſt diſt. 2. vbi probatum eſt Deũ eſſe intelligentẽ, & volentẽ alia exiſtere cõtingenter p cõtingentiam rerũ, quia nulla cõtingentia põt eſſe in cãtione alicuius cauſæ, reſpectu ſui effectus, niſi prima cã contingẽter ſe habeat ad cãm proximã ſibi, vel ad ſuum effectum. Qd̃ nunc probatur bř ex hoc. quòd cã mouens inquantum mota ſi neceſſario moueť, neceſſario mouet, quælibet igitur cã ſecũda, quæ producit inquantum mota a prima, ſi neceſſario moueť a prima, neceſſario mouet ꝓximã ſibi, vel producit ſuum effectũ, tota ergo ordinatio cãrũ vſq; ad vltimũ effectũ neceſſario produceret. ſi habitudo primæ cãæ ad ſibi proximã ſit neceſſaria. Præterea, cã prior prius naturaliter ſimpliciter reſpicit effectum ſuũ, q̃ cã poſterior. ergo ĩ illo priori, ſi hẽt neceſſariã habitudinẽ ad ipſum dabit ſibi eſſe neceſſario. In ſecũdo aũt inſtãti naturę nõ põt cã propinqua dare ſibi eſſe cõtingens, q̄a iã p̄intelligiť hr̃e a prima cã eẽ repugnans cõtingẽtiæ, nec põt dicere ꝙ in eodem inſtanti iſtæ duæ cãæ dant eſſe cãto, q̄a ſup illud eſſe nõ poſſet fundari neceſſaria habitudo ad illã cãm perfecte dantẽ eẽ, & cõtingens habitudo ad aliquã aliã cãm. Præterea, quicqd producit a cauſis poſterioribus põt immediate produci a prima, & tunc hr̃et eandem entitatem, quam modo hẽt, & tũc eſſet cõtingens, ſicut & mõ eſt

*Vt dictũ eſt diſ. 2.*

contingens. habet ergo contingentiā ſuā ēt mō a cā prima, & nō tm̄ a cā proxima. Præterea, Deus multa propuxit immediate, & producit, ſicut creauit mūdum & nunc creat animas, & tamen omnia contingenter.

CIRCA SOLVTIONEM iſtarum qōnum ſic procedendum eſt. Primo, videndum eſt qūo contingentia ſit. Secundo, qualiter cum hoc ſtet certitudo, & immutabilitas diuinæ ſcientiæ de eis.

QVANTVM AD primum dico, ꝙ iſtud diſiunctum neceſſariū, vel poſſibile eſt paſſio entis circunloquēs paſſionē cōuertibilē cū ente. ſicut ſunt multa alia illimitata in entib. paſſiones aūt entis cōuertibiles, vt cōius immediate dn̄r de ente, qa ens hēt conceptū ſimpliciter ſimplicē. & iō non pōt eſſe mediū inter ipſum & ſuā paſſionē, qa neutrius eſt definitio, q̄ poſſit eſſe mediū. ſi ēt ſit aliqua paſſio entis non prima, difficile eſt videre p quā priorē, vt p mediū poſſit concludi de ente, quia nec facile eſt videre ordinē paſſionum entis, nec ſi ille ordo cognoſceretur viderentur propoſitiones aſſumptæ ab eis pro præmiſſis eſſe multum euidentiores concluſionibus. In paſſionibus autem diſiunctis, licet illud totum diſiunctum non poſſit demōſtrari de ente, tn̄ cōmuniter ſumpto illo extremo ꝙ eſt minus nobile de aliquo ente, pōt concludi aliud extremum, ꝙ eſt nobilius de aliquo alio ente, ſicut ſequitur. ſi aliquod ens eſt finitum. ergo aliquod ens eſt infinitum. & ſi aliquod ens eſt contingens. ergo aliqđ ens eſt neceſſarium, qa in talibus non poſſet enti particulariter ineſſe imperfectius extremū. niſi alicui enti ineſſet perfectius extremū, a quo dependeret. Sed nec iſto mō vr̄ poſſe concludi extremū imperfectius talis diſiunctionis. non enim ſi perfectius eſt in aliquo ente, neceſſe eſt imperfectius eſſe in alio ente. & hoc niſi illa extrema diſiuncta eſſent correlatiua, ſicut cā & cauſatum. igitur non poteſt oſtendi de ente p aliqd prius mediū diſiunctum hoc. ſ. neceſſarium, vel contingens. nec ēt iſta pars diſiuncti, quod eſt contingens, poſſet oñdi de aliquo, ſuppoſito neceſſario de aliquo, & ideo vr̄ iſta, aliquod ens ē cōtingēs; eē vera primo, & non demonſtrabilis pp qd, vnde phi. arguens cōtra neceſſitatē futurorū non deducit ad aliqd impoſſibilius hypoteſi, ſed ad aliqđ impoſſibile nobis manifeſtius, ſ. ꝙ non oportet nec conſiliari, nec negotiari. & iō negantes talia manifeſta indigent pena, vel ſenſu, qa Aui. primo Met. negantes primum principium ſunt verberandi, vel exponendi igni, quouſque concedant ꝙ non eſt idē comburi, & non comburi. & vapulare, & non vapulare, & ita ēt iſti qui negant aliqđ ens cōtingens exponēdi ſunt tormētis, quouſque concedant ꝙ poſſibile eſt eos non torqueri. Suppoſito ergo iſto tanq̄ manifeſto vero, ꝙ aliqđ ens eſt contingens, inquirendū eſt qūo poſſit ſaluari contingentia in entibus. Et dico ꝙ pp primam rōnem factam contra tertiam opinionē, q̄ magis explicita eſt diſt. 2. in qōng de eſſe Dei. ꝙ nulla cauſatio

*Scotiſta laboret.*

*1. periermenias. c. vlti. vide. 1. tho. c 9. c. vlti.*



ſatio alicuius cauſæ poteſt ſaluare cōtingentiam, niſi prima cauſa ponatur immediate contingenter cauſare. & hoc ponēdo in prima cauſa perfectā cauſalitatem, ſicut catholici ponunt. primum autem eſt cauſans per intellectum & voluntatem, & ſi ponatur tertia potētia executiua alia ab iſtis non iuuat ad propoſitum, quia ſi neceſſario intelligat & velit, neceſſario producit. oportet ergo contingentiā * iſtā quærere in voluntate diuina, vel in intellectu diuino. non aūt in intellectu, vt hēt actū primum ante omnem actum voluntatis, qa quicquid intellectus intelligit hoc modo, intelligit mere naturaliter & neceſſitate naturali, & ita nulla cōtingentia poteſt eſſe in ſciēdo aliqd, qđ nō ſcit, vel intelligendo aliquid, quod nō intelligit tali intellectione prima. Primam ergo contingētiā oportet q̄rere in voluntate diuina, q̄ vt videat̄ qualiter ſit ponenda, primo videndū eſt in voluntate noſtra, & ibi tria. Primo, ad q̄ ſit libertas voluntatis noſtræ. Secundo, qualiter iſtam libertatem ſequat̄ poſſibilitas, ſiue contingentia. Et tertio de logica diſtinctione propoſitionū, qūo exprimitur, poſſibilitas ſiue contingentia ad oppoſita. Quātum ad primum dico, ꝙ voluntas inquantū eſt actus primus libera eſt ad oppoſitos actus, libera ēt eſt mediantib. illis actibus oppoſitis ad oppoſita obiecta, in quæ tendit, & vlterius ad oppoſitos effect⁹ quos producit, prima libertas habet neceſſario aliquam imperfectionem annexam, quia potentialitatem paſſiuam voluntatis, & mutabilitatem. tertia libertas non eſt prima, quia & ſi per impoſſibile nihil efficeret extra, adhuc inquantum voluntas, poſſet liberè tēdere in obiecta. Media autem ratio libertatis ipſa eſt ſine imperfectione, immo neceſſaria ad perfectionem, quia omnis potentia perfecta poteſt tendere in omne illud, quod eſt natum eſſe obiectum talis potentiæ, ergo voluntas perfecta poteſt tendere in omne illud quod natū eſt eſſe * volibile. libertas igit̄ prima ſine imperfectione inquantum eſt libertas, eſt ad oppoſita obiecta, in qua tendit, cui vt ſic accidit vt oppoſitos effectus producat. De ſecundo dico quòd iſtam libertatē concomitatur vna potentia (ad oppoſita) manifeſta, licet enim non ſit in ea potentia ad ſimul velle, & non velle, quia hoc nihil eſt, tamen in ea eſt potentia ad velle poſt non velle, ſiue ad ſucceſſionem oppoſitorum actuum, & iſta potentia etiam eſt manifeſta in omnibus mutabilibus ad ſucceſſionem oppoſitorum in eis, tamen eſt & alia non ita manifeſta abſque omni ſucceſſione, ponendo. n. voluntatem creatam tantum habere eſſe in vno inſtanti, & quòd ipſa in illo inſtanti habeat hanc volitionem, non neceſſario tunc haberet eam. probatio. ſi enim in illo inſtanti haberet eam neceſſario, (cum non ſit cauſa niſi in illo inſtanti, quando cauſaret eam) ergo ſimpliciter voluntas, quando cauſaret eam, neceſſario cauſaret, non enim modo eſt contingens cauſa, quia præexiſtebat ante iſtud inſtans, in quo cauſat,

*a.l. iſtorū*

*a.l. volubile.*

ſat, & tunc præexiſtens potuit cauſare, vel non cauſare, quia ſi cut hoc ens* quod eſt, eſt neceſſarium, vel contingens. ita cauſa qñ cauſat, tunc cauſat neceſſario vel contingenter, ex quo igitur in iſto inſtãti cauſat hoc velle, & non neceſſario, ideo cõtingenter eſt. ergo potentia huius cauſæ ad oppoſitũ eius ꝙ cauſat ſine ſucceſſione, & iſta potentia realis eſt potẽtia prioris naturaliter, vt actus primi ad oppoſita, quæ ſunt poſteriora naturaliter, vt actus ſecundi. actus enim primus conſideratus in illo inſtanti in quo eſt prior naturaliter, actu ſecundo, ita ponit illum in eſſe tanquã effectum ſuum contingenter. ꝙ vt prior naturaliter poſſet æque ponere aliud oppoſitum in eſſe. Hanc ẽt potentiam realẽ actiuam priorem naturaliter ipſo, qđ producit, cõcomitaẽ potentia logica q̃ eſt non repugnantia terminorũ, voluntati enim vt eſt actus primus, ẽt qñ producit hoc velle, non repugnat oppoſitum velle. tum quia cã cõtingens eſt reſpectu ſui effectus, & ideo non repugnat ſibi oppoſitum in ratione effectus, tum quia vt ſubiectũ eſt, contingẽter ſe habet ad iſtũ actum vt informatur, quia ſub iecto non repugnat oppoſitum ſui accidentis ꝑ accidens. libertatem igitur voluntatis noſtræ inquantum eſt ad oppoſitos actus concomitatur potentia, tã ad oppoſita ſucceſſiue, quàm ad oppoſita pro eodem inſtanti. hoc eſt ꝙ alterutrum poſſit ponere in eẽ ſine altero, & iſta potentia ſecunda eſt cã realis actus primus naturaliter, q̃ logica, ſed quarta potẽtia nõ cõ

a.l.quãdo

9.meta.t. c.57.

comitaẽ iſtam. ſ. ad oppoſita ſimul, quia illa nulla eſt. Ex iſto ſecundo patet tertium. ſ. diſtinctio huius propoſitionis, voluntas volens. a. poteſt non velle. a. hæc. n. in ſenſu compoſitionis falſa eſt, vt ſignificetur poſſibilitas huius compoſitionis, voluntas volens. a. non vult. a. vera aũt eſt in ſenſu diuiſionis, vt ſignificetur poſſibilitas ad oppoſita ſucceſſiue, quia voluntas volens pro. a. poteſt nõ velle pro. b. Sed ſi ẽt accipiamus propoſitionem de poſſibili vnientem extrema pro eodem inſtanti, puta iſtam. voluntas nõ volens aliquid pro. a. põt velle illud pro. a. adhuc iſta eſt diſtinguenda ſecundum compoſitionem, & diuiſionẽ, & in ſenſu compoſitionis eſt falſa. ſ. ꝙ ſit poſſibilis, ꝙ ipſa ſit ſimul volens pro. a. & non volens pro. a. Senſus vero diuiſionis eſt ver⁹. ſ. vt ſignificeẽ ꝙ illi voluntati, cui ineſt velle pro. a. poſſit ineſſe non velle pro. a. ſed non ſic ſimul ſtabit. ſ. iſtud non velle, quia tunc illud velle non ineſſet. Et ad intelligendum iſtã ſecundam diſtinctionẽ, q̃ eſt obſcurior, dico ꝙ in ſenſu cõpoſitionis eſt vna cathegorica, cuius ſubiectũ eſt iſtud, voluntas non volens pro. a. & ꝑdicatum volens pro a. & tunc tm̃ attribuiẽ hoc ꝑdicatum poſſibiliter huic ſubiecto, cui repugnat & ꝑ cõſequens impoſſibiliter ſibi conuenit ꝙ notaẽ poſſibiliter ſibi cõuenire. In ſenſu diuiſionis ſunt duæ propoſitiones cathegoricæ enunciantes de volũtate duo ꝑdicata, in vna ꝓpoſitione de ineſſe enunciaẽ de voluntate hoc prædicatum non velle. a, quæ cathegorica intelligi-



tur per compoſitionem implicitã, in alia aũt cathegorica de poſſibili enunciaẽ poſſibiliter velle. a. & iſtæ duę propoſitiones verificanẽ pro. a. quia ſignificant prædicata ſua attribui ſubiecto pro eodẽ inſtãti. & hoc quidẽ verũ eſt. nã voluntati iſti in eodẽ inſtanti conuenit non velle. a. cũ poſſibilitate ad oppoſitũ pro. a. ſicut ſignificat iſta de poſſibili. Exemplum huius diſtinctionis eſt in iſta, omnis homo qui eſt albus, currit, quæ poſito iſto caſu, ꝙ omnes homines albi currant. & non nigri, nec medij, vera eſt in ſenſu compoſitionis, & falſa in ſenſu diuiſionis. in ſenſu compoſitionis eſt vna propoſitio habens vnum ſubiectũ determinatum per hoc, qui eſt albus, in ſenſu diuiſionis ſunt duæ ꝓpoſitiones enunciantes duo prędicata de eodẽ ſubiecto. Conſimiliter in iſta, oĩs hõ qui eſt albus, neceſſario eſt aĩal, q̃ in ſenſu compoſitionis eſt falſa, qa ꝑdicatũ non neceſſario conuenit toti huic ſubiecto. In ſenſu vero diuiſionis vera eſt, quia de eodẽ ſubiecto notatur dici duo ꝑdicata, alterum neceſſario, alterum abſolute ſine neceſſitate, & ambo conueniunt. & ambæ illæ cathegoricæ veræ ſunt.

Quare in ſophiſmatibus hentiſberi, & eſt quintum in ordine.

SED CONTRA iſtã diſ. arguiẽ tripliciter, ꝙ ipſa nõ ſit logica, nec ꝙ potentia aliqua ſit pro aliquo inſtanti ad oppoſitum eius, quod ineſt in illo inſtanti. Primo, per iſtam propoſitionem primo periermenias, omne quod eſt, quãdo eſt, neceſſe eſt eſſe. Secundo per illam regulam artis obligatoriæ, poſito falſo contingenti de

Cap. vlti.

præſenti in inſtanti negandum eſt ipſum eſſe, quam regulam probat ille per hoc ꝙ illud poſitum ſuſtinendum eſt tanquã verum. ergo ſuſtinendũ eſt pro aliquo inſtanti, pro quo eſt poſſibile. non aũt eſt verũ poſſibile pro illo inſtanti pro quo eſt poſitũ, quia ſi eſſet poſſibile ꝓ illo inſtanti, ergo poſſet eſſe verũ. & tunc vel per motum vel mutationem, ſed neutro modo quia motus non eſt in inſtanti, nec mutatio eſt in aliquo inſtãti ad oppoſitũ eius, ꝙ tũc ineſt, qa ſimul ſunt mutatio & terminus mutationis.

Præterea tertio, ſi pro aliquo inſtanti ſit potentia ad aliqđ, cuius oppoſitum ineſt, aut iſta eſt potentia cum actu, aut ante actum, non cũ actu patet, nec ante actum, quia tunc eſſet ad actũ pro alio inſtanti, q̃ ꝓ quo ineſt illa potentia. Ad primum rñdeo, ꝙ illa propoſitio Ariſto. põt eſſe cathegorica, vel hypotetica, ſicut & iſta, aĩal currere, ſi hõ currit, eſt neceſſariũ, hæc quidem ſecundum ꝙ conditionalis eſt, eſt diſtinguenda, ſecũdum ꝙ neceſſarium põt dicere neceſſitatẽ conſequentiæ, vel conſequentis. primo modo eſt vera, ſcđo mõ eſt falſa, ſecũdũ aũt ꝙ eſt cathegorica, ſenſus ẽ, hoc totum currere, ſi homo currit prædicaẽ de aĩali, cum modo neceſſitatis, & cathegorica eſt vera, quia prædicatum ſic determinatum neceſſario ineſt ſubiecto, licet non prædicatum abſolute, & ideo tunc arguere a prædicato ſic determinato ad prædicatum abſolute ſumptũ eſt fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter. Ita dico hic, quòd ſi iſta propoſitio Ariſto. accipiatur

piatur vt eſt hypotetica, temporalis. tunc neceſſitas, aut notat neceſſitatem* conſequentiæ vel conſequẽtis, vt cõſequẽtiæ vera eſt. vt cõſequentis falſa. Si aũt accipiatur vt eſt cathegorica, tũc hoc ꝙ eſt, quãdo eſt, nõ determinat cõpoſitionem implicitam in hoc, quod eſt. ſed compoſitionem principalem ſignificatam per hoc quod eſt eſſe, & tunc prędicatum hoc, eſſe, qñ eſt, denotatur dici de ſubiecto quod eſt cum modo neceſſitatis, & ſic eſt ꝓpoſito vera, nec ſequit̃. ergo neceſſe eſt eſſe, ſed eſt fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter. ſicut in* alio patet, nullus igitur ſenſus verus huius ꝓpoſitionis denotat, ꝙ eſſe aliquid in inſtãti in quo eſt, ſit ſimpliciter neceſſariũ, ſed tantũ ꝙ ſit neceſſarium, ſecundum quid. ſ. qñ eſt, & cũ hoc ſtat ꝙ in illo inſtãti in quo eſt, ſit ſimpliciter cõtingens, & per conſequens ꝙ in illo inſtanti poſſet oppoſitũ illius ineſſe. Ad ſecundum, illa regula eſt falſa, & probatio eius non valet, quia licet poſitum nõ debeat ſuſtineri, ſicut verum. poteſt ſuſtineri pro illo inſtanti. non negãdo illud poſſe eſſe. pro quo eſt falſum, quia non ſequitur. eſt falſum pro illo inſtanti. ergo eſt impoſſibile, ſicut innuit illa ꝓbatio, & cum dicit, ſi poteſt eſſe verũ pro inſtãti, pro quo eſt falſum, aut poteſt verificari pro illo inſtãti &c. dico ꝙ nec ſic. nec ſic, quia iſta poſſibilitas ad veritatem eius, nõ eſt poſſibilitas aliqua cum ſucceſſione, vt alterũ poſt alterum inſit, ſed eſt potẽtia ad oppoſitum huius. quod ineſt alicui inquãtum eſt prior naturaliter illo actu. Ad tertium dico, quòd eſt potẽtia ante actum non ante, duratione, ſed ante, ordine naturæ, quia illud quod præcedit naturaliter iſtum actum, vt præcedit actũ naturaliter, poſſet eſſe cum oppoſito illius actus, & tunc negandum eſt, quòd omnis potentia eſt cum actu, vel ante actũ, intelligendo ante, pro prioritate durationis, vera autem eſt intelligendo ante prioritate naturæ. Quod ſi obijcitur, cõtra illud, quia ſi poteſt velle. a. pro hoc inſtanti, & non vult a. pro hoc inſtanti, ergo poteſt nõ velle. a. pro hoc inſtanti, quia ad illam de ineſſe, ſequitur illa de poſſibili. & tunc videtur ſequi ꝙ poſſet velle. a. & nõ velle a. ſimul pro eodem inſtanti. Ad iſtud reſpondeo ſecundum philoſophum. 9. Metaphy. ꝙ habens potentiam ad oppoſita ſic faciet vel faciendi habet potentiam, non autem vt potentiã habet faciẽdi. ita ꝙ modus refertur ad terminum potẽtię, non aũt ad potentiam ipſam, quia ſimul habeo potentiã ad oppoſita, ſed non oppoſita ſimul. tunc dico, ꝙ non ſequitur poteſt velle hoc inſtanti. a. & poteſt nolle hoc in a. ergo põt velle & nolle in a. quia poteſt eſſe potentia ad vtrunque oppoſitorum diſiunctim pro aliquo inſtanti, & ſi non ad ambo illa ſimul, quia ſicut eſt poſſibilitas ad vnum illorum, ita eſt ad non eſſe alterius. & econuerſo, ſicut ad reliquum, ita ad non eſſe iſtius, non igitur ſimul ad eſſe huius, & iſtius oppoſiti, quia poſſibilitas ad ſimultatẽ non eſſet, niſi eſſet ad ambo cõcurrentia in eodem inſtanti, quod nõ. habetur per hoc ꝙ ad vtrunque diuiſim eſt potentia pro iſto inſtanti. Exẽplum huius apparet in permanentibus. hoc corpus poteſt eſſe in hoc loco in a. inſtanti, & aliud corpus poteſt eſſe in eodem loco in a. inſtanti. igitur iſta duo corpora eſſe poſſunt ſimul in a. inſtãti, non ſequitur. Ita. n. hoc corpus põt eſſe ibi, ꝙ poteſt illud corpus non eſſe ibi. & econuerſo. Et ideo non ſequitur, ſi potẽtia eſt ad vtrunque pro eodẽ, ſiue in inſtanti, ſiue in loco, ergo ad ambo ſimul, ſed fallit quã docũq; vtrũlibet illorũ duorũ excludit alterum. ita ẽt non ſequitur, poſſum tota die portare iſtũ lapidẽ, ſicut portabile aliquid adæquate virtuti meæ, & poſſum tota die portare alium lapidẽ. ergo poſſum ſimul portare ambos, nõ ſequitur, quia hic vtrunque ad qđ eſt potẽtia, diuiſim, excludit reliquum, ſimultas aũt nunq̃ poſſet inferri ex ſola identitate illius vnius inſtantis, vel loci, ſed oportet cũ hoc habere coniunctionem iſtorũ duorũ reſpectu tertij quę dicuntur eſſe ſimul.

*a. l. concomitantia, vel concomitantis.*

*a. l. alia parte.*

*T. c. 10. & 17. vide 1. cœ. t. c. 119.*



IVXTA PRAEDICTA de volũtate noſtra, vidẽda ſunt quædam de voluntate diuina. Et primo, ad quæ ſit libertas eius. Secundo, quæ ſit contingentia reſpectu volitorum. Tertium. ſ. quantum ad diſtinctionem logicam propoſitionũ proportionabiliter idẽ eſt ibi, & hic. Quantum ad primum dico, ꝙ voluntas diuina non eſt indifferẽs ad diuerſos actus nolendi & volendi, quia hoc in voluntate mea non erat ſine imperfectione voluntatis, voluntas enim noſtra erat libera ad oppoſitos actus ad hoc vt eſſet libera ad obiecta oppoſita, & hoc propter limitationem vtriuſque actus reſpectu ſui obiecti. ergo poſita illimitatione eiuſdem volitionis ad diuerſa obiecta, non oportet ꝓpter libertatem ad oppoſita obiecta ponere libertatem ad oppoſitos actus, ipſa etiam voluntas diuina libera eſt ad oppoſitos effectus, ſed hæc non eſt prima libertas, ſicut nec in nobis. remanet. ergo libertas illa quæ eſt per ſe perfectionis, & ſine imperfectione. ſ. ad obiecta oppoſita, ita ꝙ ſicut voluntas noſtra poteſt diuerſis volitionibus tendere in diuerſa volibilia, ita illa voluntas poteſt vnica volitione ſimplici illimitata tendere in quæcunque volibilia, ita quòd ſi volũtas illa, vel illa volitio eſſet tantum vnius volibilis, & non poſſet eſſe oppoſiti, quod tamen eſt de ſe volibile. hoc eſſet imperfectionis in voluntate, ſicut deductum eſt prius de voluntate noſtra. Et licet in nobis poſſet diſtingui voluntas, vt eſt receptiua, & vt eſt operatiua, & vt productiua, ipſa enim eſt productiua actuũ. & ipſa eſt qua habens operatur, formaliter volendo. & ipſa eſt, receptiua volitionis ſuæ, tñ libertas videtur eſſe eius inquantum eſt operatiua, inquãtum ſcilicet habens eam formaliter poteſt ea tendere in obiectum. Ita igitur ponitur libertas in voluntate diuina per ſe & primo, inquantum eſt potentia operatiua, licet ipſa non ſit receptiua, nec productiua volitionis ſuæ, & tamen poteſt ſaluari in eo aliqua libertas, inquantum productiua eſt. licet enim productio in eſſe exiſtentiæ

tiæ non concomitetur neceſſario operationem eius, quia operatio eſt in æternitate & productio in eſſe exiſtentię eſt in tpe, tamen operationem eius neceſſario concomitatur ꝓductio in eſſe volito. & tūc non pōt potētia illa voluntatis diuinæ primo quidem eſſe, vt productiua, ſed ſecundum quid.ſ. in eſſe volito,& iſta productio concomitatur eam vt operatiua.

QVANTVM AD ſecundum articulum dico, ꝙ voluntas diuina nihil aliud reſpicit neceſſario pro obiecto ab eſſentia ſua, ad quodlibet igit̄ aliud contingēter ſe habet,ita ꝙ poſſet eſſet oppoſiti. & hoc conſiderando ipſam vt eſt prior naturaliter tendentia in illud obiectum,nec ſolum ipſa vt * volūtas prior ē naturaliter ſuo actu, ſed etiā inquantū eſt volēs, qa ſicut volūtas nr̄a vt prior naturaliter ſuo actu,ita elicit actum illū,ꝙ poſſit in eodē inſtāti elicere oppoſitū, ita volūtas diuina inquātū ipſa eſt ſub volitione,eſt prior naturaliter tēdētia tali, ita tēdit in illud obiectum contingenter, ꝙ in eodē inſtāti poſſit tendere in oppoſitū obiectū,& hoc tam dependētia logica, & quæ nō eſt repugnātia terminorū, ſicut dictū eſt de volūtate noſtra, q̄ de potentia reali, q̄ prior eſt naturaliter actu ſuo.

a.l.in volitione.

VISO de contingentia rerum quantum ad exiſtentiam. & hoc conſiderādo reſpectu voluntatis diuinæ,reſtat videre ſecundum principale, qualiter cū hoc ſtat certitudo ſcientiæ eius; hoc poteſt poni dupliciter. Vno modo per hoc intellectus diuinus videt determinationem voluntatis diuinæ. videlicet illud fore pro.a. qa volūtas illa illud determinat fore pro eo. ſcit. n. illam voluntatē eſſe immutabilē & non impedibilē. Vel aliter(quia iſta via vr̄ ponere quēdam diſcurſum in intellectu diuino,quaſi ex intuitione determinationis voluntatis, & īmutabilitatis eius cōcludat hoc fore)poteſt poni aliter, ꝙ intellectus diuinus aut offert ſimplicia,quorum vnio eſt contingēs in re,aut ſi offert complexionē, offert eam ſicut neutram, & voluntas eligens vnam partem.ſ. coniunctionem iſtorum pro aliquo nunc in rem facit illud determinate eſſe verum. hoc erit pro.a.hoc autem exiſtēte determinate vero, eſſentia eſt ratio intellectui diuino intelligendi iſtud verum. & hoc naturaliter quantum eſt ex parte eſſentiæ, ita ꝙ ſicut naturaliter intelligit omnia principia neceſſaria quaſi ante actum voluntatis diuinæ,quia eorū veritas non dependet ab illo actu, & eſſent cognita ab intellectu diuino ſi ꝑ impoſſibile non eſſet volens,ita eſſentia diuina eſt rō cognoſcēdi ea in illo priori inſtāti naturæ,qa tūc ſunt vera nō quidē ꝙ illa vera moueant intellectum diuinum, nec etiam termini eorum ad apprehendendum talē veritatē, quia tunc intellectus diuinus vileſceret,quia pateret ab alio ab eſſentia ſua,ſed ſicut eſſentia diuina eſt ratio cognoſcendi ſimplicia,ita & complexa talia.tunc autē non ſunt vera contingētia,qa nihil eſt tūc, ꝑ quod habeāt veritatem determinatā, poſita autē determinatione voluntatis diuinæ iā ſunt vera, ꝑ videlicet illo ſcđo inſtāti.& hoc idē erit rō intellectui diuino

*Suſtine iſtum medium pro ea quæ dicuntur in prologo in materia de Dei theologia. Percipe ſi potes & quieſce.*



diuino(quod erat in primo) intelligendi iſta, quæ ſunt iā vera in ſecundo inſtanti , & fuiſſent cognita in primo inſtāti, ſi fuiſſent in primo inſtanti. Exemplum,* ſicut ſi in oculo meo ex potentia mea viſiua eſſet vnus actus videndi obiectū, qui ſemper ſtaret. tunc ſi ab aliquo præſentante, nunc ſit iſte color pręſens,& nunc ille, oculus meus videbit nunc hoc,nunc illud,& tamen per eandem viſionē,tantummō erit differentia in prioritate, & poſterioritate videndi propter obiectū prius, & poſterius pręſentatū.Et ſi vnus color fieret naturaliter ꝑſens,& alius libere,nō eſſet differētia formaliter in viſione mea , qn ex parte ſua oculus videret naturaliter vtrūq;, tn̄ cōtingēter poſſet videre vnū,& neceſſario aliud.ī quātū ſibi vnū ſit ꝑſens cōtingēter,& aliud neceſſario,ita * vtrolibet iſtorū modorū ponitur intellectū diuinū cognoſcere exiſtentias rerū. Patet ſecūdū vtrūque,ꝙ eſt determinatio intellectus diuini ad illud exiſtens, ad qđ determinat volūtas diuina. Et certitudo infallibilitatis, qa non poteſt voluntas determinare.quin intellectus determinate apprehendat illud quod voluntas determinat.Et immutabiliter,quia tam voluntas, quā ītellectus ſunt immutabiles,ex diſt.8.Et hoc quātū ad tres quæſtiones primas , & tamē cū iſtis ſtat contingentia obiecti cogniti,quia voluntas volens hoc determinate, contingenter vult hoc ex primo articulo.

*a.l.ſicut ſi in potētia viſiua mea ſit ſēper ſtans vnus actus videndi obiectū ſi ab alio, &c. vel ſic. ſi oculo meo potētia mea viſiua ſit ratio vidēdi obiectū ſi ab aliquo.*

*a.l. vtraque.*

*S.bo.li.1. diſt. 38. ar.2.q.2. quare cū alibi, & alios.*

QVANTVM ad quartā quæſtionē vr̄ fortaſſe diſtinguēdū de iſta. Deus neceſſario ſcit. a.ſecundum compoſitionem, & diuiſionem,vt in ſenſu compoſitionis notetur neceſſitas ſcientiæ.vt tranſit ſuper iſtud obiectum, in ſenſu diuiſionis notetur neceſſitas ſcientiæ abſolute, qui tamen tranſit ſuper hoc obiectum, primo modo eſt falſa,ſecundo modo vera. Tamen diſtinctio nō videtur logica, qa quando actus tranſit ſuper obiectum , non vr̄ diſtinguendū de illo actu abſolute, vel vt tráſeūte ſupra obiectū,puta ſi dicā video ſortē. ꝙ diſtinguat de viſione,prout tranſit in ſortem , vel de viſione abſoluta,quę tamen eſt ſortis. & ſicut non eſt ibi diſtinctio in propoſitione de ineſſe,ita nec in* propoſitione de modo. videtur diſtinctio ſed tātum videtur neceſſaria ſi actus tranſit in obiectum neceſſario, & ita vr̄ iſta ſimpliciter neganda,Deus neceſſario ſcit.a.ꝓ eo ꝙ hoc prædicatum ſic determinatum non neceſſario cōuenit huic ſubiecto , licet prædicatū non determinatum conueniat. Cōtra hoc obijcitur, quia actus rationalis non diſtrahitur per materiam, ſuper quam tranſit, ita enim eſt ſimpliciter dicere, ꝙ tranſit ſuper me nihil dicere, ſicut ꝙ tranſit ſuper me aliqd dicere,& ideo ita ſequitur,dico me nihil dicere, ergo dico,ſicut ſequitur,dico me aliquid dicere. ergo dico. ergo in Deo ſcire non diſtrahitur ꝑ materiam ſuper quam tranſit, quin ſit ęqualis neceſſitas.Ad iſtud dicendū, ꝙ licet non diſtrahatur, ꝙ ſtet ſecundū quid, tamen poteſt nō eſſe neceſſitas eius, vt ſignificatur tranſire ſuper materiam , licet ſit neceſſitas eius in ſe, & hoc maxime ſi ſit actus potens reſpicere diuerſa obiecta, ſicut

*a.l.in propoſito.*

ſicut ſi haberem actum loquendi eundem virtuti motiuæ, & ille actus poſſit tranſire ſuper diuerſa obiecta contingenter, licet neceſſario haberem actũ ſicut potentiam, non tamen neceſſario haberem actum, vt trãſeuntem ſuper tale obiectũ, & ideo non ſequeretur hic, neceſceſſario dico, ergo neceſſario dico iſtud, immo poſſet eſſe neceſſitas dictionis in ſe, cum contingentia reſpectu huius obiecti, & tamen dictio huius obiecti, eſſet ſimpliciter dictio ita ꝙ non dictio ſecundum quid.

AD ARGVMENTA principalia per ordinem. Ad primum pro prima q. dico ꝙ non eſt ſimilis veritas ĩ illis de futuro, ſicut in illis de præſenti, & de præterito. In præſentibus q̃dem & præteritis eſt veritas determinata, ita ꝙ alterum extremum eſt poſitum, & vt intelligitur poſitum non eſt in poteſtate cauſæ vt ponatur, vel non ponatur, quia licet in poteſtate cauſæ, vt prior naturaliter eſt éffectu, ſit ponere effectũ, vel nõ ponere, non tamen vt effectus intelligitur iam poſitus ineſſe, talis autem non eſt determinatio ex parte futuri, quia licet alicui intellectui ſit vna pars vera determinate, & etiam vna pars ſit vera in ſe determinate, licet eam nullus intellectus apprehenderet, non tamen ita, quin in poteſtate cauſæ ſit pro illo inſtanti ponere oppoſitum, & iſta indeterminatio ſufficit ad conſiliandum, & negociandum, ſi autem neutra pars eſſet futura, non oporteret negociari, vel cõſiliari. ergo ꝙ altera pars ſit futura, dum tamen reliqua poſſit euenire, non prohibet conſiliationem, & *negociationem. Ad ſecũdum dico, ꝙ ſcientiam eſſe vnius partis & ita ꝙ non poſſit eſſe alterius ponit imperfectionem in ea. Similiter & in volũtate, ponere eam eſſe vnius ita ꝙ nõ poſſit eſſe alterius obiecti *volubilis, ponit in ea imperfectionem, tamen ſcientiam eſſe vnius, ita ꝙ non ſit alterius, & voluntatem ſimiliter nullã imperfectionem ponit, ſicut & potentia eſt vnius oppoſiti in actu determinate, quod producit, & non alterius. Diſſimile tamẽ eſt de potentia, & ſcientia, & volũtate, per hoc ꝙ potentia videtur dici eſſe vnius * oppoſiti tantũ, qui tantũ poſſit in illud, & ſciẽtia & voluntas, non ita ꝙ tantum ſciat, vel velit illud. Sed ſi accipiatur ſimili modo ex vtraque parte æqualis eſt determinatio ex vtraque parte, q̃a quodlibet iſtorum eſt actu vnius oppoſiti nõ amborum, quodlibet etiam iſtorum poteſt eſſe vtriuſque, ſed potẽtiam eſſe alicuius, hoc videtur ſignificare potẽtialem habitudinem eius ad illud. Scientiam vel voluntatem eſſe eius videtur ſignificare actualẽ habitudinem ad idem, nihil tamẽ mali ſequitur, ſi ſimili modo accipiatur hic, & inde, quia tunc ſicut ad ſcientiam ſcire, & ad voluntatem velle, ita ad potentiam producere, non aũt poſſe ꝓducere, & ſicut ad potentiã poſſe producere, ita ad ſcientiã poſſe ſcire, & ad voluntatẽ poſſe velle.

*Hic pauperũ ſpes.*

*a. l. negationem.*

*a. l. volibilis.*

*a. l. obiecti.*

AD PRIMVM arg. 2. q. dico ꝙ licet ad duas de ineſſe ſequatur concluſio de ineſſe, non quidẽ ſyllogiſtice, quia eſt oratio non ſyllogiſtica, reducibilis in ſyllogiſmos multos, tamen ex vna de ineſſe, & altera de poſſibili, nec ſyllogiſtice, nec neceſſario ſequitur concluſio de poſſibili, ratio eſt. quia falli eſt rem opinari aliter eſſe, q̃ ſit pro tunc, pro quando creditur eſſe. * Iſtud autem includitur in illis duabus præmiſſis de ineſſe, quarum altera ſignificat iſtum credere hoc, & reliqua negat hoc eſſe, & hoc pro eodem inſtãti, & ideo ſequitur cõcluſio de falli. Nõ ſic autem ex alia * parte, q̃a illa de ineſſe affirmat vnũ oppoſitum pro illo inſtanti, illa de poſſibili affirmat potentiam ad alterum oppoſitũ pro eodem inſtãti, nõ coniunctim, ſed diuiſim, & ideo non ſequitur pro aliquo inſtanti, ꝙ poſſit eſſe cõiunctio oppoſiti in re, ad illud quod creditur, & ideo nõ ſequit̃ poſſibilitas deceptionis, quæ includit iſtã coniũctionem. Similis eſt ratio in mixtione de contingenti & de ineſſe, quare illa non teneat, niſi ſit etiã * minor de ineſſe ſimpliciter. Iſta etiam ratio patet, q̃a ſi ex oppoſito concluſionis arguatur cum illa de poſſibili nõ infertur oppoſitũ, niſi alicuius de neceſſario, & ita oporteret maiorem eſſe realiter eandem cum illa de neceſſario ad hoc, vt inferat concluſionem, nõ.n. ſequitur. Deus non poteſt decipi, & a. poteſt nõ fore. ergo Deus non ſcit. a. fore, ſed ſequitur, ꝙ non neceſſario ſcit a. fore, quod apparet, q̃a ſi intellectus meus ſemper ſequeretur mutationẽ in re, ita ꝙ te ſedente opinarer te ſedere, & te ſurgente opinarer te ſurgere, non poſſem decipi, & tamen ex iſtis tu * ſedes pro a. & non poſſum decipi, nõ ſequitur * niſi ergo non neceſſario ſcio te ſedere pro. a. Ita in ꝓpoſito, licet intellectus diuinus non ſequatur res, ſicut effectus cauſam, tamen concomitantia eſt ibi, ꝙ ſicut res poteſt nõ eſſe, ita intellectus diuinus põt non ſcire, & ideo nunq̃ ſequit̃, ꝙ ĩtellectus diuinus cognoſcat rem, aliter q̃ eſt. Et ideo nunq̃ pñt ſimul ſtare illa, quę requirũtur ad deceptionẽ, ſed ſicut res ſcita poteſt eſſe, ita Deus poteſt eam ſcire, & ſicut res ſcita poteſt non eſſe, ita Deus poteſt eã non ſcire, ꝙ ſi non erit nõ ſciet. Ad ſecundam de illa poſitione poſſibilis ineſſe, dico ꝙ ex tali poſitione in ſe, nunq̃ ſequitur aliquod impoſſibile, tamen illa de ineſſe in qua ponitur illa de poſſibili, poteſt repugnare alicui, cui nõ repugnat illa de poſſibili poſita ineſſe, quia antecedens põt repugnare alicui, cui non repugnat cõſequens, & tũc ex antecedente, & ſuo repugnãte poteſt conſequi aliquod impoſſibile, quod non ſequitur ex conſequente ſimpliciter, & eodem, quia non eſt ſibi incompoſſibile. Nec mirũ eſt, ſi ex incõpoſſibilibus ſequatur impoſſibile, quia ſecundum philoſophum ſecundo priorum, in ſyllogiſmo ex oppoſitis ſequitur concluſio impoſſibilis, dico tũc ꝙ poſita iſta in eſſe, poſſibile eſt me non ſedere, ex iſta ſola nihil impoſſibile ſequitur, ſed ex iſta, & alia. ſ. Deus ſcit me ſeſſurum, ſequit̃ impoſſibile. ſ. Deũ falli, & illud impoſſibile non ſequitur ex ĩpoſſibilitate eius, quod ponitur ineſſe, nec etiam ex impoſſibilitate aliqua, quæ eſt abſolute in ea, ſed ex ipſa, & quodã alio ſimul, quod eſt incompoſſibile, nec hoc eſt inconueniens

*ſ. falli:*

*ſ. ſequitur ex una de ineſſe & altera de poſſibili.*

*a. l. maior.*

*a. l. tu nõ ſedes pro. a.*

*a. l. Non ſequit ur igitur. neceſſario ſcio te ſedere pro. a.*

*c. 15. et. 16.*

ueniẽs, ꝙ illud quod eſt impoſſibile ſequatur, ex *aliqua de ineſſe, in qua ponitur alia de poſſibili, & aliqua de ineſſe, qa cũ iſta. ego ſed eo, ſtat iſta. poſſibile eſt me ſtare, *illa tamẽ de ineſſe, in qua ponit̃ illa de poſſibili repugnat illi alteri ineſſe. & ex illis duabus de ineſſe ſequitur impoſſibile. iſta. ſ. ſtans eſt ſedens, nec tamen ſequitur, ergo illa quæ ponebatur de poſſibili in eſſe, fuit falſa, ſed vel illa fuit falſa, vel alia, cum qua ſua de ineſſe accipitur, eſt incompoſſibilis ſuę de ineſſe.

a. l. alia.

a.l.iſta.

AD PRIMVM argumentum tertiæ quæſtionis concedo maiorẽ, ꝙ non eſt trãſitus ſine mutatione, ſed in minori dico, ꝙ hic nullus eſt tranſitus, nec eſſe poteſt, quia tranſitus nõ poteſt eſſe ſine ſucceſſione, ita ꝙ oppoſitũ ſuccedat oppoſito, talis autem nõ poteſt eſſe in propoſito. ſicut enim non poſſunt ſimul ſtare, ſcire, & non ſcire. ita non poteſt ſimul ſtare, ꝙ aliquando ſciat, & aliquando nõ ſciat, ſine quo tranſitu ab oppoſito in oppoſitum *ſuccedens non eſt mutatio. Et ſi tu quæras, ſaltẽ ſi põt nõ ſcire. b. quod ſcit aliquid. ergo aliter ſe haberet, quæro quid eſt illud? Dico ꝙ. b in eſſe cognito, non tamen aliter, q̃ prius ſe habuit, ſed aliter, q̃ nunc ſe habet. ita ꝙ iſtud aliter eſſet, non alicuius ſuccedentis oppoſiti ad oppoſitũ, ſed eſſet alterius oppoſitorũ quod in eodem inſtanti poſſet ineſſe. in quo ſuum oppoſitum ineſt, & hoc non ſufficit ad mutationem. Ad ſecundum dico, ꝙ iſta conſequentia nõ valet, nõ ſciẽs a. poteſt ſcire. a. ergo poteſt incipere ſcire a. & hoc quãdo eſt potentia præciſe alicuius prioris naturaliter ad oppoſitum poſterioris pro eodem inſtanti, ꝓ quo, & in quo habet hoc poſterius contingenter eſſe, ſicut eſt in propoſito. tenet tamẽ gratia materiæ in creaturis vbi eſt poſſibilitas ad oppoſita *ſucceſſiue, ſed licet illa non eſſet, adhuc tamen eſſet poſſibilitas ad vtrũque illorũ pro vno inſtanti. Ad tertium poteſt concedi quantũ ad iſtud argumẽtum, ꝙ iſta potentia ad oppoſita ſit potentia actiua, puta, ꝙ intellectus diuinus inquantum eſt actu per eſſentiam, & per actualem intellectionem infinitam ſit potentia actiua reſpectu quorumcũque obiectorum, quæ producit in eſſe intellecto. Et cum dicitur. igitur ipſa non poteſt agere circa aliquid. circa quod prius non egit, niſi prius mutetur, dico ꝙ conſequentia non valet, quando agens requirit obiectũ circa quod agat, ſicut in agentibus creatis non oportet, ꝙ agẽs ſi de nouo agat, quòd mutetur, ſi de nouo appropinquetur ſibi poſſum, in quod agat. Ita in ꝓpoſito, voluntas diuina determinans fore aliquid oſtenſum ab intellectu, facit *concluſionem talem eſſe veram, & ideo intelligibilem, & ex hoc iſtud eſt præſens intellectui in ratione obiecti. & ſicut voluntas poteſt facere iſtud volitum, & nõ facere, ita poſſet eſſe verum, & non verum, & ita poteſt cognoſci, & non cognoſci ab iſto intellectu naturali, non quidem propter aliquam contingentiã, quæ quidẽ ſit prius in iſto agente naturali, ſed propter contingentiam ex parte obiecti, quod contingenter eſt verum propter actum

a.l.ſucceſſiue.

a.l. ſuccedentia.

a.l.complexionem.



actũ volũtatis verificãtis. Et ſi obijcias, ꝙ adhuc non põt eſſe ſine mutatione ſaltẽ in obiecto intellecto, ſicut nec illa approximatio paſſi naturalis ad agẽs naturale põt eẽ ſine mutatione paſſi. & forte ipſius agentis approximãtis. Rñdeo, ꝙ obiectũ iſtud nõ mutatur in iſto eſſe, qa nõ põt eſſe ſucceſſiue ſub oppoſitis cõtingẽter, tñ eſt in iſto eſſe, & hæc cõtingentia eſt a parte volũtatis ꝓducẽtis ipſum in tali eſſe, & iſta cõtingẽtia volũtatis põt eſſe ſine mutatione voluntatis, ſicut declaratum eſt in primo art. ſolutionis.

AD ARGVMENTA quartæ qõnis. Ad primũ nego conſequentiam. Ad primã probationẽ dico, ꝙ ſi nõ ſit in Deo neceſſitas alia q̃ immutabilitatis, hoc eſt, non alius modus neceſſitatis illorum quos aſſignat philoſophus in 5. Metaph. niſi quibus ſcd̃m ꝙ eſt nõ contingenter aliter ſe habere, qa alij modi neceſſitatis requirunt imperfectionem, ſicut neceſſitas coactionis & cæteri, tamen non eſt ibi ſola neceſſitas immutabilitatis, ſic ꝙ immutabilitas ex ſe ſit neceſſitas, qa immutabilitas ex ſe non priuat niſi poſſibilẽ ſucceſſionẽ oppoſiti ad oppoſitũ. Neceſſitas autẽ ſimpliciter priuat abſolute poſſibilitatẽ huius oppoſiti & non tm̃ ſucceſſionẽ huius oppoſiti, ſicut hic, & ideo non ſequitur oppoſitũ nõ poteſt ſuccedere oppoſito, ergo oppoſitũ nõ põt ineſſe. Ad ſecũdam probationem dico, ꝙ licet omne eſſe exiſtentiæ poſſibile forte ſit mutabile. Ponẽdo creationem ſecundum intellectum Aui. etiam ab æterno eſſe mutationem, tamen ineſſe intellecto, ſiue volito, quod eſt eſſe ſecundũ quid, nõ oportet ꝙ omnis poſſibilitas, quæ repugnat neceſſitati ex ſe formaliter concludat mutabilitatem, qa iſtud eſſe, non eſt eſſe reale, ſed reducitur ad eſſe alicuius reale ſecũdum ſe neceſſarij, ꝓpter cuius alterius neceſſitatem nõ poteſt eſſe hic mutabilitas, & tñ illius alterius neceſſitas ex ſe non cõuenit huic formaliter, & ideo iſtud nõ eſt ex ſe formaliter neceſſariũ, qa nõ habet eſſe extremi, qd̃ reſpicit realiter, nec tamen eſt mutabile, quia ſcd̃m illud eẽ diminutũ reſpicit extremum immutabile, & mutatio in aliquo inquantum reſpicit aliud nõ põt eſſe ſine mutatione in illo. Ad ſecundũ arg. dico ꝙ aliquid põt ineſſe Deo dupliciter, vel formaliter, vel ineſſe ſubiectiue. ſicut logice prædicatũ quodcunque dr̃ ineſſe ſubiecto. Primo mõ cõcedo maiorẽ, quia omne tale eſt Deus, & idẽ *Deo neceſſario. Scd̃o mõ non ſicut appellatio relatiua poteſt ineſſe Deo, ſcd̃m ꝙ Deus vr̃ dominus ex tpe, & tñ iſta appellatio nõ ſignificat aliqd idẽ Deo, ita ꝙ neceſſario ſit idem Deo, vel idem qd̃ ipſe Deus, qa tunc non eſſet ex tempore. Modo dico, ꝙ Deum ſcire. b. rõne huius quod eſt ſcire abſolute, eſt ſcire formaliter & eſt in Deo formaliter, ſed rõne ſcire, vt eſt huius termini, nõ ineſt Deo, niſi ſecũdo mõ, eſt enim huius termini, qa hoc ſcitũ hẽt reſpectum ad ſciam diuinã, & ꝑ hoc aliqua appellatio relatiua ineſt Deo, ſicut prædicatũ ſubiecto. Ad tertiũ dico, quòd nulla perfectio ſimpliciter in Deo dependet a creatura, nec etiam neceſſario

a.l.Deus

rio ſimpliciter coexigit creaturā in quocūq; eſſe. & ideo Deū ſcire. b. ꝓut intelligitur nō tm̄ ſcire abſolute, ſed etiā ꝓut trāſit ſuper ipsū. b. nō eſt ꝑfectio ſimpliciter, ſed ꝑfectio ſimpliciter cū addito, qđ neceſſario concomitať ꝑfectionē ſimpliciter, tūc dico, ꝙ maior illius argumēti eſt vera de ꝑfectione illi⁹ ſcię abſolute ſūpta, ſic aūt minor eſt falſa, & ꝓbatio eius nō ꝓbat, niſi ꝙ ad ꝑfectionē ſimpliciter cōſequiť neceſſario, ꝙ ſit talis obiecti, q̃a conſequitur neceſſario ꝙ habeat aliquē talē reſpectū ad talē perfectionem ſimpliciter, cū tñ nec ex tali reſpectu alterius ad ipſum, nec ex appellatione relatiua eius ſit perfectio ſimpliciter in eo.

AD ARGVMENTA quintæ q̄onis. Ad primū dico, ꝙ antecedens nō eſt neceſſariū ſimpliciter, & cū ꝓbať, quia actus rationalis nō diſtrahiť* propter quācunque materiam &c. Reſponſum eſt ad illā propoſitionē in argumento facto contra ſolutionē*huius q̄onis. Ad ſecundū dico, ꝙ illa mixtio nō valet niſi illa minor ſit de ineſſe ſimpliciter, & hoc nō tm̄ ꝙ ſit vera pro omni tempore, ſed ꝙ ſit neceſſario vera. & forte oportet ꝙ ſignificet ſumptū ſub per ſe contineri ſub medio, ſufficit ad propoſitū, ꝙ oportet eā neceſſario eſſe veram, ꝙ hoc requiratur patet in iſta inſtātia, omne quieſcens de neceſſitate non mouetur. lapis in centro terræ eſt q̃eſcēs: ergo de neceſſitate non mouetur. cōcluſio nō ſequitur, & tamen minor ſemper eſt vera, nō tñ neceſſario vera: ita eſt in ꝓpoſito, licet illa minor de ineſſe ſit ſimpliciter vera, non tamen eſt neceſſario vera. poteſt enim Deus non ſcire. a. ſicut poteſt nō velle. a. ꝓpter cōtingentiā quæ primo eſt in volūtate ad obiecta ſecūdaria, & ex hoc* cōcomitāť ī intellectu, ſicut prius expoſitū eſt.

*a.l. ſuper.*

*a.l. quinta*

*Vide pro hoc al. & aut. primo priorum c. 15.*

*a.l. concomitanter.*

AD ARGVMENTA pro ſecunda opi. Ad primū concedo, ꝙ immenſitas eſt præſens omni loco, ſed non omni loco actuali, & potentiali, ſicut argutum eſt in prima ratione cōtra iſtam opi. & ita nec æternitas propter ſuam infinitatē erit prę ſens alicui tempori, niſi exiſtenti. Per hoc patet ad exemplum illud de baculo in fluuio, quia enim baculus non habet vnde poſſet eē præſens omnibus partibus aquę, ideo non eſt immēſus reſpectu illarū, ſed nunc æternitatis habet quantum eſt ex parte ſua, quod præſens eſſet omnibus partibus temporis, ſi eſſent. Per hoc ad aliud, cum dicitur, ꝙ nunc ęternitatis, vt coexiſtit, non æquatur nunc temporis, verū eſt, quia nunc æternitatis eſt formaliter infinitū, & ideo excedit formaliter nunc temporis. nō tñ exiſtendo alteri nūc, ſicut immēſitas Dei præſens huic vniuerſo nō coęquať huic vniuerſo, & ideo excedit formaliter, nō tñ eſt alicubi, niſi in hoc vniuerſo. Per idem ad alterū patet, q̃a ſi totū tp̄s eſſet ſimul ęternitas cōplecteretur illud. & ita cōcedo ꝙ æternitas quātū eſt ex ſe habet infinitatem ſufficientē ad cōplectendū totum tp̄s, ſi totum ſimul eſſet. Sed quantumcunque ponatur immenſitas a parte vnius extremi, ꝓpter quam ipſum poſſet coexiſtere cum quantocunque in altero extremo, cum co-





exiſtentia dicat relationē realē inter duo extrema, & ideo req̃rat ambo, propter immenſitatem vnius extremi non poteſt concludi coexiſtentia ad alterū niſi tantū ad illud quod coexiſtit de alio extremo. & ideo omnia iſta argumenta procedunt ex inſufficienti, videlicet ex immēſitate ęternitatis, ex qua nō ſequitur coexiſtentia quę dicit relationem ad alterum, niſi habeatur aliquid in altero extremo, ꝙ poſſit eſſe terminus coexiſtentiæ cum iſto fundamento, & tale nō poteſt eſſe nō ens quale eſt omne tp̄s præter præſens. Aliud exemplum, de centro, & circūferentia, ſimpliciter eſt ad oppoſitū, quia ſi imaginemur lineam rectam habentē duo pūcta terminantia. a. &. b. ſit, a. punctus immobilis &. b. circunducatur, ſicut eſt de pede circini, vno immobili alio mobili. b, circunductū cauſat circūferentiam ſecundum imaginationem geometrarū, quo imaginantur pūctū fluens cāre lineā. hoc poſito ſi nihil remaneat de circūferentia per fluxū ipſius b. ſed tantum in circūferentia ſit punctus iſte, ita ꝙ quandocunque punctus iſte deſinet eſſe alicubi, tunc nihil circunferentię erit ibi. tunc nunquam circunferentia eſſent præſens ſimul centro, ſed tantum aliquis pūctus in circunferentia, ſi tamē tota circunferentia eſſet ſimul, tota præſens eſſet centro. Ita hic, cum tp̄s non ſit circunferētia ſtans, ſed fluens, cuius circūferentiæ nihil eſt niſi inſtans actu. nihil etiam eius erit præſens æternitati, quæ eſt quaſi centrum, niſi illud inſtans, qđ eſt quaſi præſens: & tamen ſi per impoſſibile poneretur, ꝙ totum tempus eſſet ſimul ſtās, totum eſſet ſimul præſens æternitati vt centro. Auctoritates omnes ſanctorum, quæ videntur ſonare omnia eſſe præſentia æternitati, intelligendæ ſūt de præſentia in ratione cognoſcibilis. & non tantum cognoſcibilis, quaſi cognitione abſtractiua: ſicut roſa non exiſtens eſt præſens intellectui meo per ſpeciem: ſed de cognitione vera intuitiua, quia non aliter cognoſcit Deus facta, q̃ fienda: & ita perfecte ſunt præſentialiter cognita ab intellectu diuino fienda, ſicut facta.

AD PRIMVM pro tertia opinio. Boe. exponit ſe ibidem ſtatim immediate, poſt diſtinguit de neceſſitate conſequētis, & neceſſitate conſequentię, per hoc cōcedo ꝙ contingentia relata ad diuinam ſcientiam ſunt neceſſaria neceſſitate conſequentiæ. hoc eſt, iſta conſequentia eſt neceſſaria, ſi Deus ſcit illa eſſe futura illa erunt; non tamen ſunt neceſſaria neceſſitate abſoluta nec neceſſitate conſequentis. Ad aliud pro tertia opi. dico, quòd contingentia non eſt tantum priuatio, vel defectus entitatis, ſicut eſt deformitas in actu ſecundo, qui eſt peccatum, immo contingentia eſt modus poſitiuus entitatis, ſicut neceſſitas *eſt alius modus, & omne poſitiuum quod eſt in effectu, principalius eſt a cauſa priore, & ideo non ſicut deformitas eſt ipſius actus a cā ſecunda. & nō a cauſa prima, ita eſt contingētia, immo contingentia per prius eſt cauſa prima quàm ſecunda, propter quod nullū cau-

*a.l. eſſe.*

*Vt īquit proculus in lib. de cauſis di. 2. & 8. ca. 8.*

ſatũ eſſet formaliter cõtingens,
niſi a cauſa prima cõtingenter
cauſaretur, ſicut oſtenſum eſt.

## PRAEDESTINATORVM NVLLVS &c.

### DISTIN. XL.

CIRCA diſt. 40. quęro vnum. Vtrum
prædeſtinatus poſ
ſit damnari? Qđ
non, omne præte-
ritũ eſt ſimpliciter neceſſariũ,
quia ſecundum philoſophum.
6. ethi. hoc ſolo priuatur Deus
ingenita facere quę facta ſunt,
ſed prædeſtinatio huius præde-
ſtinati trãſiuit in pręteritũ, ꝗa
Deus prędeſtinauit iſtum ab æ-
terno, ergo eſt ſimpliciter neceſ
ſariũ, ergo non poteſt Deus nõ
*a. l. prædeſtinare.* *prędeſtinaſſe, & per conſequẽs
non pōt iſte damnari. Pręterea
ſi p̄deſtinatus poſſet dãnari hoc
nõ eſſet niſi ꝑ actũ ſuũ. ergo ꝑ
actũ volũtatis createę poſſet īpe
diri actus volũtatis diuinæ, qđ
eſt īpoſſibile. Cõtra. ſi nõ, nõ eſ
ſet ſolicitandũ alicui de obſer
uantia p̄ceptorũ, & conſiliorũ,
ꝗa qualitercũque operaret̃, ſal
uaretur, ſi eſt prædeſtinatus, &
qualitercũque bene viueret, ſi
nõ eſt p̄deſtinatus, dãnaret̃. fru
ſtra ergo ponit̃ tota lex diuina.

AD ISTAM quæſtionem
dico, ꝙ prædeſtinatio proprie
ſumpta dicit actum volunta-
tis diuinæ, videlicet ordinem
electionis per voluntatẽ diuinã
alicuius creaturæ intellectualis
vel rationalis ad gratiam & glo
riam, licet poſſet accipi ꝓ actu
intellectus concomitante iſtã
electionem. Sicut igitur in ge-
nerali dictum eſt de libertate,
& contingentia voluntatis di-
uinæ reſpectu quorumcunque
obiectorũ ſecundariorũ ſpecia
lium, ita dicendũ eſt reſpectu
huius obiecti ſecũdarij. ſ. velle
huic gratiam, & gloriam. Ex
hoc dico, ꝙ propter illa quę di
cta ſunt in q. præcedente, ꝙ
Deus cõtingẽter prædeſtinat il
lũ, quẽ p̄deſtinat, & pōt nõ p̄de
ſtinare, nõ ſimul ambo oppoſi-
ta nec ſucceſſiue, ſed vtrũq; di-
uiſim in inſtãti æternitatis. Cõ
ſimiliter dico ad. q. in ſe, ꝙ iſte
qui eſt prædeſtinatus pōt dam
nari. non .n. propter eius pręde
ſtinationem eſt voluntas eius
confirmata, & ita poteſt pecca
re, & ita pari ratione in peccato
ſtare finaliter, & ita iuſte dãna-
ri, ſed ſicut poteſt damnari, ita
poteſt nõ prædeſtinari. Quãtũ
aũt ad logicã, propoſitio ꝓpoſi
ta diſtinguenda eſt ſecundũ cõ
poſitionem, & diuiſionem, &
in ſenſu compoſitionis per ſe
extremũ eſt homo, vel perſona
prædeſtinata ſub iſta determi-
natione prædeſtinatum, & iſte
ſenſus falſus eſt. In ſenſu au-
tem diuiſionis ſunt duæ cathe-
goricæ, & enuntiatur de perſo-
na aliqua beatificabili in vna
cathegorica eſſe prædeſtinatum
& in alia poſſe damnari, & iſta
duo ſunt vera de eodem ſubie-
cto, nec ita vera qđ ſimul poſ-
ſunt eſſe oppoſita, nec etiam ꝙ
vnũ poſſit ſuccedere alteri, quia
in æternitate eſt vtrumque, ſed
vera ſimul inquantum volitio
diuina conſideratur, vt prior
naturaliter tranſitu ipſius ſu-
per illud obiectũ, quod eſt glo-
ria iſti, in illo priori naturaliter
nõ repugnat ſibi eẽ oppoſiti ob
iecti, imo poſſet ęqualiter eẽ op
poſiti, licet nõ ſimul amborũ.





AD PRIMVM argumen
tum dico, quòd argumentum
pręcedit ex falſa imaginatione,
cuius imaginationis intelle-
ctus iuuat ad intelligendum
veritatem propoſitæ. q. Si em̃
per impoſſibile intelligeremus
Deum adhuc non determinaſ-
ſe voluntatem ſuam ad alterã
partem, ſed quaſi deliberaret
vtrum vellet iſtum prædeſtina-
re, aut non bene poſſet intelle-
ctus noſter capere, ꝙ contingen
ter ipſum prædeſtinaret, vel nõ
p̄deſtinaret. ſicut patet in actu
voluntatis noſtræ, ſed quia ſem
per recurrimus ad actum vo-
luntatis diuinæ quaſi præteri-
tum, ideo quaſi non concipi-
mus libertatem in voluntate il
la ad actum, quaſi iam ſit poſi-
tus abſolute a voluntate. Sed
iſta imaginatio falſa eſt: illud
enim nunc æternitatis, in quo
eſt iſte actus ſemper præſens
eſt, & ita intelligendum eſt de
voluntate diuina,* ſine voli-
*a. l. ſiue.* tione eius, vt eſt huius obiecti:
ſicut ſi per impoſſibile nunc in
ciperet Deus habere velle in
iſto nunc, & ita libere poteſt
Deus in nunc æternitatis velle,
quod vult, ſicut ſi ad nihil eſſet
voluntas ſua determinata.

*a. l. ſed.* *Tunc dico ad formam argu
menti quòd prædeſtinatio hu-
ius non tranſit in præteritum,
licet enim ipſa coextiterit præ
teritis quę tranſierunt, non ta-
men ipſa præterijt. ſi alia præte
rierunt quæ coextiterunt ſibi,
vnde ſicut dictum fuit diſt. 9.
verba diuerſorum temporũ di-
cta de Deo, prout veriſſime cõ-
petunt ſibi, non conſignificant
partes t̄pis mẽſurãtis actũ illũ,
ſed cõſignificãt nũc ęternitatis,
quaſi menſurans illum actum
inquantũ coexiſtens illis pluri-
bus partibus t̄pis. Et ideo idẽ
eſt Deum p̄deſtinare, & p̄deſti-
naſſe, & p̄deſtinaturum eſſe, &
ita contingens vnũ ſicut aliud,
quia nihil eſt niſi nunc æterni
tatis menſurans illum actũ, qđ
nec eſt p̄ns, nec præteritum, nec
futurũ, ſed coexiſtens omnibus
iſtis. Ad ſecundũ dico, ꝙ volun
tas creata non poteſt impedire
ordinationem voluntatis diui-
næ, nam impedire eſſet ſi ſtaret
propoſitũ voluntatis diuinæ, &
oppoſitum eueniret per volun-
tatem creatam. hoc aũt eſt im-
poſſibile, quia ſicut voluntas
creata pōt mereri dãnationẽ,
ita ẽt pōt cõcomitanter ſequi,
ꝙ voluntas diuina non p̄ordi-
nauerit ipſum ad gloriam, vn-
de dictum eſt diſt. præcedente
in ſolutione primi argumenti
ad ſecundam. q. ꝙ Deus nõ pōt
falli, quia non poteſt ſtare in-
tellectio eius reſpectu actus
cum oppoſito illius, ita non po
teſt impediri voluntas eius, *Nota ſi ſapis, & qua intelligis latare.*
quia non poteſt ſtare ordina-
tio ſui cum oppoſito eius quod
ordinauit.

## SI AVTEM QVAERIMVS &c.

### DISTIN. XLI.

CIRCA diſtinctio.
41. quæro vnum.
Vtrum ſit aliquod
meritũ p̄deſtina-
tionis vel reproba
tionis? Qđ ſic, ꝗa ſi ſola volũta-
tẽ abſq; aliqua alia rõne hunc
p̄deſtinaret, & illũ reprobaret,
igitur non videretur eſſe ſum-
me bonus, quia non ſumme li
beralis nec cõicatiuus. poſſet. n.
bonum ſuum æque cõmunica-

re illi, quem non prædeſtinauit, ex quo ſine omni rõne in alio illum p̄deſtinat ex ſua liberalitate ſola, & ita poſſet iſtum p̄deſtinare. Præterea, ſi duo æquales in naturalibus apprĕhēdantur ab intellectu ſuo, & ſolo actu volũtatis ſuæ ſine alia ratione ex parte eorum iſtum reprobat, & illum prædeſtinat. igitur vr̃ acceptator perſonarum, quia æquales quantũ ex parte ſua, & ad finē æqualiter ordinabiles nõ ęqualiter amat ad iſtum finem. hoc vr̃ acceptare perſonã p̄ferēdo eã alteri ad illũ finē, ad quē non eſt magis ex ſe p̄ferenda, ſed conſequens eſt impoſſibile, & contra Petrũ actu. 10. In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptator Deus.

*Hiere. 1: & Mala. 1.*

Contra. Ro. 9. Cum enim nõ dum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali, vt ſecũdum electionē propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex * voluntate. quære ibi.

*a.l. ex vocante.*

Præterea, ibidem exemplificat de figulo, qui de eadē maſſe poteſt formare vnum vas in fauorem & aliud in contumeliam, ex quo videtur arguere a ſimili de prædeſtinatione huius, & reprobatione alterius.

*Fuit opin. olim Aug. quod fides ſit cã prædeſtinãdi, quã retractauit.*

CIRCA ISTAM quæſtionem ſenſit Aug. aliquando, ꝙ & ſi bona opera in præſcientia Dei non ſint ratio prædeſtinandi, fides tamen in præſcientia Dei eſt ratio prædeſtinandi. ſicut per eum patet ſuper epiſtolam illam ad Ro. vbi vult, ꝙ propter fidem quam præſciuit in Iacob, qua ſibi eſſet crediturus, & infidelitatem in Eſau, hunc prælegit, & illum non, & habetur in litera.

*Vide in 3. diſt. 31.*

Sed illud retractat ipſe primo retractationum. 22. inuẽs, contra ſe rationem, quia fides eſt donum Dei, ſicut & alia bona opera. quod probaẽ p Appoſtolum prima ad Corĩ. vbi dicit: illud non dixiſſem, ſi fidem inter dona. ſ. ſ. connumerare ſciuiſſem.

MAGISTER vr̃ ſentire, quòd omnino nullum ſit meritum prędeſtinationis, vel reprobationis, & vr̃ inniti auctoritati Apoſtoli p̄dictæ, & dicto Augu. de prædeſtinatione ſanctorum. non inquit, quia nos futuros eſſe tales ſciuit, nos elegit, ſed vt eſſemus tales per illam electionem. Et magiſter adducit auctoritatē Augu contra ſe. 83. q. q. 68. dicentis. Cui vult inquit miſeretur, & quem vult indurat: ſed hæc voluntas Dei iniuſta eſſe non põt. venit eñ de occultiſſimis meritis, q̃a etſi ipſi peccatores pp generale peccatum vnam maſſam fecerint, nõ tñ inter eos nulla eſt diuerſitas, præcedit eñ aliquid in peccatorib. quo quãuis non dum ſint iuſtificati, digni tamē efficiunẽ iuſtificatione, & iterũ præcedit in alijs peccatoribus, quo digni ſunt * obſtinatione. Reſpondet magiſter ꝙ iſtã auctoritatem vr̃ retractaſſe in ſimili. retractando illud quod dicit ſuper epiſtolam ad Rom. & hoc confirmat per hoc, ꝙ quædam, quæ ſubdiderat in eadem qõne tractat. ſicut apparet primo retractationum, ſecundo. & illa videntur cõſonare cum iſta ſententia. ex quo videtur etiam quod illam ſententiam retractauerit.

*Rom. 9.*

*a.l. obtuſione.*

SED CONTRA reſpõſionem magiſtri de retractatione



tione auctoritatis ad Ro. obijcit quidam doctor per hoc, ꝙ Aug. librum illum ſuper epiſtolã ad Ro. edidit quando fuit præſbyter. illum autem 83. qõnum non compilauit antequã eſſet eps, non igitur vr̃ ꝙ retractando aliqua de primo libro, retractet aliqua de ſcđo, q̃a retractando dictũ primo, qñ minus ſciebat, non eſt retractare dictum poſterius, qñ magis ſciebat. Sed iſtud argm̃ non cogit, q̃a licet prius ſcripſit vnũ librũ q̃ aliũ, ſimul tñ fecit librum retractationum, & tunc habuit illos ambos editos. & potuit ſnĩam dictam in vno libro retractare in alijs, ſiue prius editis, ſiue poſterius. apparet. n. ꝙ oẽs libros illos de quibus fecerat mentionem ediderat antequam edidit illum librum retractationũ, & tñ ſi in primo. c, primi retractationũ retractaſſet aliquã ſnĩam, quã dixiſſet in aliquo alio libro poſterius quidem edito, & retractato, nõ oporteret ꝙ iterũ replicaret retractationē illius ſnĩę in aliquo capitulo aſſignato alij libro, poſterius edito, vñ dicit li. 1. c. 3. retractationũ, retractans illã ſnĩam. Deus quem ſenſus ignorat, addēdũ inquit erat, vt diceret mortalis corporis ſenſus. Et ſubdit nec aſſidue repetendũ eſt, ꝙ ēt ſuperius iã dixi, ſed hoc recolendũ, vbicunque ſnĩa iſta in meis libris inuenitur, ergo ſnĩa iſta libro prius retractato, & prius edito, magis retractat eadē ſnĩam, vt dictã in libris poſterius editis, q̃ ecõuerſo. Sed aliter poſſet argui contra expoſitionē magiſtri, ꝙ non inuenit vbi Aug. illa verba retractet, quia ſicut ipſemet confiteẽ, & verũ eſt, poſt illa verba q̃ adducit, ſequunẽ alia verba q̃ retractat de illa qõne, 68. primo retractationum. c. 26. Et iſta verba non retractat. vr̃ aũt ſi intelligeret ea eſſe retractanda, non inciperet a verbis ſequentibus iſta.

*Ibi retractat dicta in ſoli loquijs.*

OMITTENDO ISTA, aliter dr̃ ꝙ quicquid Deus operaẽ circa creaturas beneplacito ſuæ voluntatis operaẽ, vt ſuper hoc non ſit aliqua alia rõ vel cã petenda. Qđ confirmaẽ p illud, quod dr̃ Ro. 9. de Iacob & Eſau, cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret. Gloſa, ſicut non pro meritis p̄cedentibus, ita nec pro futuris, quia bona vel mala non erant futura, niſi appoſita gratia vel ſubtracta. Qđ ēt apoſtolus declarat ſubdēs, an nõ hēt ptãtē figulus ex eadē maſſa &c. vñ ſicut ſola voluntas figuli eſt rõ, quare de hac parte maſſæ facit vas honorabile, & de illa vas contumelię, nulla diſcrepantia exiſtente in tota maſſa, quemadmodum nõ eſt in prima materia. quã tñ cã agens veſtit in vna parte forma nobiliori, in alia vero minus nobili, ſic ſola voluntas beneplaciti Dei eſt ratio quare de eadē maſſa ęqualiter vitiata in primo parente, iſtum eligit ad gloriam, illum vero dimittit in condemnationem. vel etiam ſi non fuiſſet maſſa vitiata, & omnes eſſent æquales, non niſi gratuito vnũ eligeret, alterum vero dimitteret. vtrobique faciendo gratiã illi, quem eligeret, ſed maiorē illi quem eligeret ex maſſa vitiata, & illi iuſtitiam, quem ex maſſa

*Tho. 1. parte ſum. q. 23. arg. 1.*

maſſa damnata, non eligeret, non autem iniuſtitiam illi quē ſecundum ſtatum innocentiæ exiſtentem non eligeret.

Vlterius dicit iſta poſitio, ꝙ conuenit aſſignare rationem eius extrinſecam, quare Deus de tota maſſa perdita voluit quoſdam homines miſericorditer liberare, & quoſdam nō, nullam aūt quare potius hūc, vel illum. Rō primi ponit̃ vt.ſ. bonitas eius vna & ſimplex exiſtens in ſe manifeſtetur multipliciter in reb. diuerſis ſimul, eo ꝙ in nulla vna re tota bonitas manifeſtari poteſt, quia diuinam perfectionem nō attingit vlla, vt quemadmodum ad perfectionem vniuerſi requirunt̃ diuerſi gradus rerū in naturalibus, & etiam in materia lib. ex eadem materia æqualiter ſe hn̄te ad oēs. ſic etiam pp eandem bonitatem, & perfectionem manifeſtādam requiruntur diuerſi gradus in moralibus, quia in hoc bonitas ſua manifeſtat̃, quo ad aliquē gradum ſupernaturalē: reprobos enim iuſte puniendo manifeſtat̃ bonitas iuſtitiæ illius, ſicut in glorificatis manifeſtat̃ bonitas miſericordię ei⁹. ſic em̄ De⁹ permittit iuſte mala fieri, ne bona īpediant̃, ſed vt eueniāt, & hoc tam in moralibus, vt in propoſito, q̄ in naturalib. vt in cęco nato. Io. 9. in quo Chriſtus ſolam rōnem oñdit eſſe, vt gloria Dei manifeſtaret̃ in illo, ſed hoc non eſt ex defectu viſus in cęco, ſed ex eius illuminatione miraculoſa a Deo facta. Et vr̃ hanc rōnem aſſignare apoſtolus. Ro. 9. dicens. Volens Deus oſtendere iram iuſtitię &c. Cui cōcordat exemplum de figulo, de eodem luto faciē te vas vnū in honorem, aliud in contumeliam, de quo ſecundæ Thimo. 2. dicit apoſtolus. In magna autem domo non ſolum vaſa aurea, & argētea, ſed etiam fictilia. Vnde dr̃, ꝙ ſicut in naturalibus cum prima materia tota ſit vniformis, quare vna pars eſt ſub forma ignis, alia eſt ſub forma terræ, alia ſub forma hominis &c. bene poteſt aſſignari rō intrinſeca, ſ. perfectio vniuerſi, & extrinſeca, ſcilicet manifeſtatio potentię, & ſapientiæ & bonitatis Dei. Sed quare hæc pars materię eſt ſub hac forma, & hæc ſub illa, & non econuerſo, nulla rō poteſt aſſignari, niſi ſola voluntas artificis ſic determinantis. ſicut in omnibus operib⁹ humanis. vt hic lapis figuretur ſic, vt ſituetur in altari, alter ita vt in cloaca, ſecundum ꝙ phi. 2. phy. dicit aliquos lapides eſſe bene fortunatos, & aliquos non. hoc a mera electione artificis depēdet, ſicut dicunt in propoſito, in particulari nulla eſt rō, quare hunc prælegit & illum nō. Quod confirmatur per Aug. ſuper illud Ioan. Nemo venit ad me, niſi pater meus &c. vbi dicit quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle dijudicare, ſi non vis errare. & dicunt quòd ex hoc, quòd Deus ſic inæqualia ex æqualibus facit, nō eſt iniquitas, quia in his quæ fiunt ex gratia ſine debito poteſt abſq; omni iniqtate Deus dare prout vult. Iuxta illud Matthe. 20. Tolle quod tuum eſt, & vade. an non licet mihi quod volo facere. tunc autem eſſet iniquitas, ſi eſſet datum ex debito.

12. me. ad finem.

t. c. 59.

6. cap.

CON-



Hen. quoli. 5. q. 3. & quol. 8. q. 5.

CONTRA iſtam poſitionem arguit quidam, primo cōtra illam rōnem, quæ aſſignat̃ in cōi. nam nullus defectus culpæ ſiue penæ eſt de perfectione per ſe vniuerſi. igitur nec per ſe requiritur ad manifeſtationem diuinæ bonitatis. Et per hoc patet. quod non eſt ſimile de differētijs rerum in eſſe naturali & morali, quia oēs ſpēs rerū diſtinctæ in eſſe naturali ſunt ꝑ ſe de ꝑfectione vniuerſi. non ſic autem de differentijs in eſſe morali, inter bonum & malū. vel inter beatum & miſerum. Itē, arguit ꝙ ſi eſſet neceſſariū ad manifeſtationem diuinæ iuſtitiæ damnatio aliquorum, ad hoc videretur ſufficere damnatio dæmonum. non em̄ vr̃ homines, & dęmones ī culpa & pœna differre ſpē in eſſe morali, pluralitas autem indiuiduorum non eſt de perfectione vniuerſi. Aut ſi dicas quòd alio modo manifeſtatur diuina iuſtitia in illis, & in iſtis iuſte punitis.

Cōtra ita manifeſtaret̃ diuina miſericordia plurib. modis, ſi De⁹ glorificaſſet aliquos hoīes innocētes, ſicut glorificauit Angelos innocētes, vel aliquos angelos, vel hoīes ſine omni merito in ſeipſis, vel in alio, quod non fecit, cum magis tñ viderētur de perfectione diuinæ bonitatis plurib. modis manifeſtari miſericordiā dei, q̄ dei iuſtitiā. Præterea, arguit iſte ꝙ non vr̃, ꝙ ex intentione Deus fieri peccata permittat, vt ea poſtmodū puniat, quia non vr̃ ꝙ ꝑ intentionē cuiuſquā plus ſint ꝑmittenda mala fieri, q̄ facienda, q̄a nullū malū culpæ vel pęnę poteſt eſſe ꝑ ſę intentū inquantū malū. Et ſi dicat̃, ꝙ voluntas in permittendo nullo mō fert̃ ſuꝑ malū, ſed ſolummō ſuꝑ ꝑmiſſionē, vt intēdat malū ꝑmittere eſſe vel fieri, non ratione totius, ſed partis.

2. mot. t. com. 8. & ethico. & priorū pri mis.

Arguit iſte, ꝙ ſaltē nō eſt manifeſtū qualiter ex intentione Deus velit vnū, & nō alterū. Vñ nō vr̃ ꝙ Deus ex intētione malū ꝑmittat, ſed ſolū, vt bonum eueniat. hoc patet in cęco nato, quē Deus ꝑmiſſit naſci cęcū. nō vt glorificet̃ in cęcitate eius, ſed in miraculoſa illuminatione, hoc ēt patet in naturalib. Deus .n. nō intēdit defectū, ſed ſi cāę ſecundæ ſint impotentes ꝑmittit defectū eſſe talē, qualē cauſæ pn̄t producere. In hoībus ēt videmus, ꝙ q permittit aliquē peccare, ſi poſſet eū prohibere, vel impedire, peccat. hoc igitur non eſt ponendum in Deo.

Pręterea, contra ſecundū mēbrū. ſ. ꝙ nulla ſit rō ī ſpāli, quare illū eligit, & illū non, arguit ꝙ illud exemplum nō eſt ſimile, in materia. n. vt nuda eſt, nō pōt eſſe dr̃ia, pp quam ſic ſit diſpoſita ad talē, & talē formā, ſicut nec in maſſa, reſpectu diuerſorum vaſorū, ſed in hominibus vr̃ poſſe inueniri alia diſpoſitio in vno, & in altero, pp quam huic congruat prędeſtinari, & illi non. ſicut in materia non vt nuda eſt diſpoſitio propinqua, vt fiat ſub alia forma, ſicut patet de vino & aceto, nō aūt eſſet perfectiſſime diſpoſita ad illam poſteriorem, ſi nō eſſet ſub priore. Et ꝙ illi adducunt pro ſe apoſtolum, dicit iſte ſecundū gloſam, ꝙ apoſtolus hoc dicit, nō pp inopiā reddendæ rōnis, ſed vt reprimat temeritatem incapacium, nec

eſt

eſt ſimile in exẽplo apoſtoli de maſſa & figulo niſi ex parte finis, non aũt ex parte ſubiecti, qa hic in electione põt eſſe differentia in ſubiecto, ibi autem non, & quo ad hoc eſt congruẽtius exemplum apoſtoli, qđ ponit ſecũda ad Timoth. 2. de vaſis argenteis & aureis: quia ibi eſt differentia in ſubiecto, ſecũdum quam vaſa fictilia fiunt in maiorem contumeliam, lignea in minorem, aurea in honorẽ maiorem, & argentea in honorem minorem.

*Henr quoli 4. q. 19.*

ISTE IGITVR improbans iſtam poſitionem dicit aliter, & hoc ſic. Actus diuinus poteſt cõſiderari dupliciter, vel vt eſt a Deo agẽte. vel vt recipitur in aliquod paſſum, ſiue vt terminatur ad aliquod obiectum.

*Actus diuinus põt dupliciter conſiderari.*

primo modo nulla eſt rõ actionis diuinæ neque vt finis, niſi vt bonitas ſua manifeſtetur, neque vt efficiens, niſi voluntas ſua. ſecundo modo tñ eſt aſſignare aliquã rõnem per quã. ſ. illud ens, circa quod eſt actio, vt ens ad finem congruit fini, & ꝙ aliqua talis ratio ſit ex parte entis ad finem, oſtendit tripliciter. Primo, quia in rebus omnino æqualibus electio nominari nõ poteſt. igitur ſi Deus iſtum eligit, aliqua eſt differentia electi a non electo. Secũdo, quia in omnibus operibus miſericordiæ diuinæ vr̃ concurrere iuſtitia. ergo aliqua eſt congruẽtia ex parte illius, circa qđ operatur miſericorditer. Et tertio, quia conſimiliter vr̃ nõ eſſe vel eſſe meritum electionis, vel reprobationis, & ita licet malitia ex parte reprobati non ſit cauſa damnandi a parte Dei, quia tunc Deus eſſet paſſiuus, & tẽporale eſſet cauſa æterni, tum bene conceditur ex parte damnandi malitia eſſe rõ motiua, propter quã recipiatur in ipſo aliqua actio, & ſit circa ipsũ. ergo a ſimili vr̃ ex alia parte ꝙ abſque imperfectione Dei in agendo poſſit poni aliqua ratio ex parte prædeſtinati. Et iſte innititur in iſta cõcluſione auctoritate Aug. præallegatæ 83. quęſtionũ, quæ nõ vr̃ retractata, & hic põt introduci expoſitio magiſtri ſuperius poſita. Vlterius in ſpeciali dicit, quæ ſit iſta rõ, quia bonus vſus liberi arbitrij præuiſus ex parte electi, & malus vſus liberi arbitrij præuiſus ex parte reprobati. hoc declarat ſic. licet gratia principaliter operetur in actibus bonis, tñ liberũ arbitriũ cooperatur, quod ꝓbat per Aug. ſuper illud pſal. 78. Adiuua nos Deus ſalutaris nr̃. vbi dicit Aug. cũ ait. adiuua nos, nec ingratus eſt gratię, nec tollit liberum arbitrium, qui enim adiuuatur etiam per ſeipſum aliquid operatur, quando igitur offertur gratia viatori, ſi recipiat gratiam oblatam, & ei ſecundum vſum liberi arbitrij bene cooperetur, meret̃ habere gratiã ſecũdũ gradũ vlteriorẽ, ſicut exẽplificat in multis gradibus intermedijs a ſtatu peccati mortalis vſque ad ſtatũ gloriæ, quos nõ oportet modo enumerare oẽs. & ita vr̃ ꝙ totus bonus vſus liberi arbitrij pro oĩbus ſtantibus præuiſus, poſſit eſſe rõ electionis æternæ ipſius bene vſuri. & ita ex alia parte de malo vſu, & reprobatione. Et ſi objiciat̃ cõtra iſtud, quod bonus vſus liberi arbitrii eſt per gratiam. ergo pertinet ad effectum prædeſtinationis, &



& ita non eſt ratio eligendi. Reſpondet ꝙ bonus vſus quodam modo non includitur ſub prædeſtinatione, nec ſub eius effectu, licet non ſit ſine eius effectu, nec ſit diſtinctum quod eſt p̃deſtinationis ab eo quod eſt liberi arbitrij. Sic igitur ſecundum ipſum, & in communi circa totum genus humanum põt aſſignari bonus vſus, & malus vſus, & de quocunque homine poteſt aſſignari ratio ex parte ipſius non propter quam, ſed ſine qua non. Tamen in ſpeciali circa determinatum hominem non eſt hominis illam rationẽ inueſtigare, quamuis nõ deſit, & vix poſſit ſciri, cum in ſpeciali ſecundũ eum magna inopia reddendę rõnis apoſtolus laborauit cum dixit ad Ro. 11. O altitudo diuitiarũ. qa in hoc conſiſtit iudicij Dei abyſſus multa.

SED CONTRA iſtud arguitur primo, quia Deus non pręuidet iſtum bene vſurũ libero arbitrio. niſi quia vult vel præordinat iſtud bene vſurum eo, quia ſicut dictum eſt diſ. 39. Certa præuiſio futurorum contingentium eſt ex determinatione voluntatis diuinę, ſi ergo offerantur volũtati diuinę duo æquales in naturalibus. quæro quare iſtum præordinat bene vſurum libero arbitrio, & illũ non? nõ eſt huius, vt videt̃ aſſignare rationem, niſi voluntatem diuinam, & hæc eſt prima diſtinctio inter eos, quam per te ſequitur electio, vel reprobatio. ergo in prima diſtinctione pertinente ad prædeſtinationem & reprobationem ſola ratio eſt diuina voluntas.

*Argumẽtum eſt efficaciſſimum.*

Præterea, iſta ratio quam ponit nõ videtur cõmunis omnibus prædeſtinatis. & reprobatis, primo quidem, quia non paruulis, in quibus non p̃uidet Deus vſum bonum vel malum liberi arbitrij. Et ſi dicas, ꝙ & ſi non præuideat vſum talem, tamen præuidet iſtum bene fuiſſe vſurũ, ſi ſuperuixiſſet, illum fuiſſe male vſurũ, ſi ſuperuixiſſet. & ideo iſtum perducit ad baptiſmum, & illum non. & iſte ſaluatur, & ille damnatur. Sed hoc ipſe ita improbat, quia propter bonum vſum præuiſum alicuius, ſi ſuperuixiſſet, non acceptatur, vel damnatur. tunc enim adultus ſecundum eos moriens in gratia, non præmiaretur ſecundũ merita, quæ iam habet, ſed ſecundum illa quæ præuideretur habiturus, ſi ſuperuixiſſet. Similiter ſi loquamur de angelis p̃deſtinatis, & non pręędeſtinatis, quem vſum liberi arbitrij præuidet Deus in iſto. ſi offeratur gratia, quẽ non præuidet in illo propter quẽ pręędeſtinat iſtũ, & illum reprobat.

POTEST ALITER dici ꝙ prædeſtinationis nulla eſt ratio etiam ex parte prædeſtinati aliquo modo prior iſta prædeſtinatione, reprobationis tamen eſt aliqua cauſa, nõ quidem propter quam Deus effectiue reprobat inquantum eſt actio a Deo, ſicut argutum eſt in pręmiſſa opinione, quia tũc Deus eſſet paſſiuus, ſed propter quam iſta actio ſic terminetur ad iſtud obiectum, & non ad aliud. Primum probatur, quia volens ordinate finem, & ea quæ ſunt ad finem, prius vult finem, quàm aliquod entium ad finem, quia propter finem alia vult. ergo cum in toto proceſſu quo creatura beatificabilis

lis producitur ad perfectum finem, finis vltimus ſit beatitudo pfecta, Deus volens huic aliquid iſtius ordinis, primo vult huic creaturę beatificabili finē, & quaſi poſterius vult ſibi alia, quæ ſunt in ordine illorū, quæ pertinent ad illum finem. ſed gratia, fides, merita, & bonus vſus liberi arbitrij, oīa ad iſtum finem ſunt ordinata, licet quædam remotius, & quædam propinquius. ergo primo iſti vult Deus beatitudinem, q̄ aliquod iſtorum, & prius vult ei quodcunque iſtorum q̄ præuideat ipſum habiturū quodcunque iſtorum, igitur propter nullum iſtorum præuiſum, vult ei beatitudinem. Secundum probatur, q̄a damnatio nō videtur bona, niſi quia iuſta. Nam ſecundum Auguſt. 11. ſuper Gene. c. 24. Non prius eſt Deus vltor, q̄ aliquis ſit peccator. videt enim eſſe crudelitatis punire aliquē non præexiſtēte in eo culpa. igitur a ſimili nō vult Deus prius aliquē punire, q̄ videat aliquē eſſe peccatorē, non igitur primus actus voluntatis diuinæ circa Iudam eſt velle damnare Iudam prout Iudas offertur in puris naturalibus, quia tūc videretur velle damnare ſine culpa, ſed videtur, ꝙ oportet Iudam offerri voluntati diuinæ ſub ratione peccatoris, anteq̄ velit ipſum dānare. ergo cum reprobare ſit velle dānare, reprobatio habebit ex parte obiecti rationem aliquam. ſ. peccatum finale præuiſum. Hoc confirmatur auctoritate Augu. in li. de prædeſtinatione ſanctorum & ponitur in litera.

*Ordinata ad finem.*

*Obiectum reprobationis.*

CONTRA iſtud Petrus & Iudas æquales in naturalibus voliti a Deo in eſſe exiſtentię in illo inſtanti in quo offerunt voluntati diuinæ in exiſtentia naturali, & æquales, Deus per te primo vult Petro beatitudinē. quæro tūnc quod vult Iudæ? ſi damnationem habetur propoſitum, quia tūc reprobat ſine omni ratione, ſi beatitudinem. ergo prædeſtinat Iudam. Dici poteſt, ꝙ in iſto primo inſtanti nihil vult Iudę, ſed tātum eſt ibi negatio volitionis gloriæ. & ſimiliter quaſi in ſecundo inſtanti naturæ, quando vult Petro gratiam, adhuc nullus actus poſitiuus voluntatis diuinę eſt circa Iudam, ſed tantum negatiuus. In tertio inſtanti, quando vult Petrum eſſe de maſſa perditionis, ſiue dignum perditione, & hoc ſiue propter peccatum originale, ſiue actuale, tūc vult permittere Iudam ſimili modo eſſe filium perditionis, & hic eſt primus actus poſitiuus, vniformis quidem circa Petrum & Iudam, ſed ex iſto actu eſt iſtud verum. Iudas erit finaliter peccator, poſitis illis negationibus. ſ. ꝙ non vult ſibi dare gratiam, nec gloriam. In quarto inſtanti offertur Iudas, vt peccator finaliter voluntati diuinæ. & tunc ipſe vult iuſte punire, & reprobare Iudā. Nec mirum ꝙ non ponitur ſimilis proceſſus prædeſtinationis, & reprobationis, quia bona omnia attribuuntur principaliter Deo, mala autem nobis, & ita Deum prædeſtinare ſine ratione congruit bonitati ſuæ, ſed ipſum velle damnare non videtur ſibi immediate poſſe attribui reſpectu obiecti, vt cogniti in ſuis puris naturalibus, ſed tantum reſpectu obiecti vt cogniti

*Ordo reprobationis & prædeſtinationis.*

*Dubium notabile.*

*In his ingenia ſtupeſcent quāto prouectiora.*



gniti in peccato mortali finali. Poteſt confirmari iſta reſponſio per ſimile, ponamus duos ex parte ſui æquę gratioſos mihi, quorum alterum diligo, alterū non. & iſtum quem diligo prordino ad aliquod bonum, per quod poſſit mihi placere. illum autem quem non diligo nō præordino ad tale bonum, ſi ita eſſet, quòd in poteſtate mea eſſet permittere eos poſſe offendere, poſſem velle permittere vtrunque offendere, & ex quo illum producere non volo ad illud per quod poſſet mihi placere, præſcirem offenſam eius fore perpetuam, & ita me iuſte punire eum, præſcirem autem offenſam alterius remittēdam, ſiue commutandam ad quod vellem.

SED ADHVC contra iſtud inſtatur, quia Deus certitudinaliter non præuideret Iudam eſſe malum ſecūdum iſtā viam, nam ſola permiſſio alicuius actus, & certitudo de permiſſione non facit certitudinē de illo actu. quia oporteret habere aliquam cauſam effectiuam. igitur ex hoc ſolo, ꝙ Deus præſcit ſe velle Iudā permittere peccare non erit certus de Iuda peccaturo. vel Iudam eſſe peccaturum. Vel loquamur de angelo bono & malo, qui non erant in peccato originali, ex hoc inquam ſolo non videtur, ꝙ ſciat luciferum eſſe peccaturum. & ex hoc ſolo (vt videtur) non offertur ſibi lucifer, vt peccator.

Præterea. Quid eſt iſtud velle permittere luciferum peccare, ſi hoc eſt aliquis actus poſitiuus voluntatis reſpectu peccati. igitur videtur ꝙ vult eum peccare, ſi non eſt actus poſitiuus reſpectu actus peccati, ſed reſpectu actus permiſſionis. tūc erit actus reflexus, & tunc erit quærere de iſta permiſſione, qs actus ſit. ſi actus poſitiuus voluntatis. ergo videtur adhuc, quòd Deus habeat actum poſitiuum reſpectu peccati, quod permittit.

PRIMVM iſtorum ſoluitur, per hoc, quòd Deus præſcit ſe cooperaturū lucifero ad ſubſtātiam illius actus, qui erit peccatum, hoc autem præſcit quia vult cooperari illi, ſi eſt peccatum comiſſionis, vel præſcit ſe non cooperaturum ad actum aliquem, ſi non vult ipſum. & hoc ſi iſte actus primus eſt peccatum omiſſionis. & ſciendo ſe cooperaturum ad talem ſubſtantiam actus, cum non circunſtantijs debitis, vel non cooperaturum ei ad actum neceſſarium. & per conſequens quem omittet, ſciet illum peccaturum, ita quòd ſcit hunc peccaturum, non ſolum quòd ſcit ſe permiſſurum, ſed etiam quia ſcit ſe cooperaturum huic ad ſubſtantiam actus non circunſtantionati. & per conſequens iſte committet. vel non cooperaturum ei ad actum neceſſarium, & per conſequens iſte emittet. Secundum dubiū, difficultatem quærit tangentem diuinam voluntatem, de qua non modo, ſed aliàs. De iſtis opinionibus omnibꝰ, quia apoſtolus videtur diſputans de iſta materia ad Roma. in fine quaſi totū imperſcrutabile relinquere. O altitudo inquiens diuitiarum ſapientiæ, & ſciæ Dei. Et quis nouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit?

*Infra diſ. 47. & in 2. diſ. 7.*

fuit? & ideo ne ſcrutando de ꝓ
fundo, ſecundũ dictũ magiſtri,
eatur in profundũ, eligatur quę
magis placet. dum tñ ſaluetur
libertas diuina, ſiue aliqua iniu
ſtitia, & alia quæ ſaluanda ſunt
circa Deũ, vt liberaliter eligen-
tẽ, & qui aliã opinionẽ tenuit,
reſpondeat ad ea quę tacta ſunt
contra eam.

*Sed quis philoſophus. aut theologus?*

A D P R I M V M argumen
tũ principale rñdeo, ꝙ ſumma
bonitas poteſt ſtare cũ liberali
cõicatione, licet nõ ſit illa ęqua
lis omnibus. põt enim ſumme
bonus ex libertate libere cõica
re, & vt oſtendat ſe non neceſſa
rio liberalẽ, ſed liberalẽ libere
cõicatiuum, poteſt enim ſic li-
beralis aliquibus duobus appre
henſis æqualibus velle bonum
non ęqualiter cõicare, nec ĩ hoc
ſit iniuſtitia aliqua ſicut dicit
*tertia opinio, quia nihil eſt ibi
debitũ. Ad ſecundum dico, qñ
ſunt aliqua duo æque volibi-
lia & ordinabilia ad aliquẽ fi-
nẽ, & ex parte ſui habent rõnẽ
illam pp quam ſunt volẽda ab
aliqua voluntate, voluntas prę-
acceptans vnum illorũ alteri ad
illum finẽ peccat ſecundũ acce
ptationẽ perſonarũ, talis eſt au-
tẽ omnis voluntas creata. quia
reſpectu illius bonitas amabi-
lis eſt rõ recte amandi, non ſic
voluntas increata reſpectu ali-
cuius boni alterius ab eſſentia
ſua, nullũ enim aliud bonũ (qa
bonum) ideo amatur ab illa vo
luntate, ſed econuerſo. & ideo
non poteſt acceptare perſonas,
quia non eſt in eis bonitas, quæ
ſit ſibi ratio amandi.

*a. l. ſecunda.*

A D P R I M V M in oppoſi
tum qui vult tenere aliã viã po
teſt dicere, ſicut dicit quarta opi
nio, ꝙ apoſtolus in hoc redar-
guit præſumptuoſos inquiren-
tes illa quorũ non ſunt capaces,
nõ aũt propter inopiã redden-
dæ rõnis ſaltẽ in cõi, licet ĩ par
ticulari neſciatur quod malum
præuidet Deus in iſto, propter
quod reprobet eũ, & in iſtis ſpe
cialib⁹ peccatis p̄uiſis eſt altitu
do diuitiarũ, ſunt iudicia in cõ-
prehẽſibilia. cui vr̃ cõcordare il
lud vocabulũ iudicij. quia iudi-
cium eſt de particulari agibili,
vſitate enim nõ dicim⁹ de prin
cipijs practicis, ſiue de legibus
ſtatutis eſſe iudicia, ſed de ali-
quo particulari actu iudicatur
ſecũdũ principia practica, ſiue
leges ſtatutas, & ideo non ob-
ſtante, ꝙ ſit principiũ practicũ
ſtatutum per diuinã voluntatẽ,
ꝙ omnis pręuiſus finaliter ma-
lus damnetur, tamẽ de particu-
laribus aſſumẽdis ſubaudi, iſte
præuidetur ſic finaliter malus,
& ille ſic, quaſi ex hoc iudica-
tur iſte reprobatus ꝓpter hoc,
& ille propter illud: iſta iudicia
ſunt inſcruptabilia. non enim
ſcit hõ, nec poteſt ſcire in quod
peccatum Deus vult permitte-
re iſtũ cadere, reſpectu cuius ſit
nõ volitio conferendi gratiam,
vt ſic offerat̃ tanq̃ finaliter pec-
cator in illo peccato, & propter
illud peccatum pręuiſum repro
betur. De bonis autẽ põt poni,
ꝙ nulla ſit rõ, ſicut dictum eſt
in quinta opi. Et ſi contra hoc
arguas, ꝙ ſaltẽ circa bonos non
erunt iudicia inſcrutabilia, fa-
cile enim eſt dicere de eis, ꝙ qa
vult, ideo ſaluat. Poteſt dici ꝙ
de eis inquãtũ prædeſtinat non
eſt iudicium, neq; de facto in
exiſtentia, neque quaſi in præ-
ſcientia diuina. iudicium enim
eſt de aliquo facto vel præuiſo:
ſed de malis, licet non ſit iudi-
cium



ciũ de facto, quia non peccaue-
rũt. põt tñ condemnatio dici iu
diciũ de eis in præſcientia Dei,
vbi dicuntur mali, & tunc in-
ſcrutabilitas iudiciorum poteſt
referri ad malos, ex parte quo-
rum ponitur aliqua ratio. licet
illæ rõnes ex parte diuerſorũ, ꝓ
pter quas quaſi ex parte eorum
ferunt̃ iudicia, ſint inſcrutabi-
les, & per hoc iudicia inſcrutabi
lia. Ad aliud Aug. facit ꝓ quin-
ta opi. quia probat ex parte prę
deſtinatorum nullam eſſe ratio
nem, ſed non ex parte damnã-
dorum.

## NVNC DE OMNIPOTENTIA DEI AGENDVM EST &c.

### DIST. XLII.

CIRCA diſt. 42. in
qua magiſter agit
de omnipotentia
Dei. Quæro, vtrũ
Deum eſſe omni-
potentem poſſit probari natu-
rali rõne? Quod ſic. Ricar. de tri
ni. j. c. 3. Ad omnia quæ fide te
nemus non ſolũ habemus rõ-
nes naturales, ſed neceſſarias.
Præterea, Naturali rõne proba
tur Deum eſſe potentiæ infini-
tę. ſicut probatur. 8. phyſi. & 12.
Meta. potentia aũt infinita no-
ta eſt eſſe oĩpotentia, ergo &c.
probatio minoris, quia notũ eſt
potentia infinita non poſſe ali-
quam aliã maiorẽ cogitari ſine
contradictione. quacunque au-
tẽ potentia quæ non eſt omni-
potẽtia, põt cogitari maior ſine
contradictione. probo. ſine con
tradictione põt cogitari omni-
potentia ſub rõne omnipoten-
tiæ. ipſa autẽ maior cogitatur
quacunq; alia, quæ nõ eſſet om
nipotentia. Si dicas, ꝙ non põt
naturaliter probari oĩpotentiã
eſſe cogitabilẽ ſine cõtradictio
ne. Contra. omnipotentiã eſſe
in entibus verũ eſt. ergo omnis
rõ probans impoſſibilitatẽ oĩ-
potentiæ ſophiſtica eſt, omnis
aũt ratio ſophiſtica poteſt ꝑ in-
tellectum ex puris naturalibus
ſolui. ergo intellectus talis ex
puris naturalibus põt cognoſce
re nullũ ĩpoſſibile ſequi ex om
nipotẽtia. & ſcit ꝙ illud eſt poſ
ſibile, ad quod nullũ impoſſibi
le ſequitur. cognoſcit omnipo-
tentiã eſſe poſſibilẽ. Ex iſto etiã
põt fieri ratio per ſe, quia ſi na-
turaliter põt probari omnipotẽ
tiã eſſe poſſibilẽ, quia nõ ĩpoſ-
ſibilem, ergo naturaliter poteſt
probari eã eſſe neceſſariã, qa nõ
põt eſſe niſi poſſit eſſe neceſſa-
ria & quod poteſt eſſe neceſſa-
rium eſt neceſſariũ. ergo &c. Cõ
tra. nulli philoſophi vtentes na
turali rõne, etiã quantumcun-
que perfecte conſiderarẽt Deũ
ſub rõne efficientis, conceſſe-
runt Deum eſſe omnipotẽtem
ſecundum intellectum catholi
corũ. Confirmat̃* aũt, quia arti-
culus fidei eſt in ſymbolo apo-
ſtolorum. Credo in Deum pa-
trem omnipotentem &c.

*T. c. 78.*
*T. c. 41.*
*a. l. etiã.*

H I C R E S P O N D E R I
poſſet diſtinguendo. Quod om-
nipotens aut poteſt dici agens
quod poteſt in omne poſſibile
mediate vel immediate. & hoc
modo eſt potentia actiua primi
efficiẽtis, omnipotẽtia, prout ex
tendit ſe ad omnẽ effectũ in rõ
ne cauſæ proximę vel remotæ.
& ſi naturaliter poſſit conclu-
di eſſe aliquod primum efficiẽs,
ſicut oſtenſum eſt ſupra diſtin.
2. naturaliter ẽt poteſt concludi
illud

illud eſſe omnipotẽs hoc modo loquendo. Alio modo accipitur omnipotens proprie theologice, prout omnipotens dr̃ qui poteſt in omnẽ effectũ immediate, & in quodcunque poſſibile. hoc eſt in quodcunq; quod nõ eſt ex ſe neceſſariũ, nec includit in ſe contradictionẽ, ita inq̃ immediate ꝙ ſine omni cooperatione cuiuſcunque alterius cauſæ agentis. & hoc mõ omnipotentia vr̃ eſſe credita de primo efficiente, & non demonſtrata, quia licet primum efficiens habeat in ſe potentiã effectiuam eminentiorẽ potentia cuiuſcũque alterius cauſæ effectiuç, habeat ẽt in ſe eminenter potentiã effectiuã cuiuſcunque alterius cauſæ. ſicut deductũ eſt diſtin. 2. & per hoc probatum eſt eũ habere potentiã infinitã, & iſtud ſit quaſi vltimũ ad qđ rõ. naturalis potuit attĩgere. đ Deo cognoſcendũ. tñ ex hoc non vr̃ poſſe concludi omnipotẽtia ſecũdum iſtum intellectum, quia & ſi verũ ſit, non tñ eſt manifeſtũ naturali rõne, ꝙ habẽs cauſalitatẽ eminenter in ſe, & cauſalitatẽ cauſæ ſecundæ eminentius, q̃ illa cauſa ſecũda habeat reſpectu ſui effectus, poſſet immediate in effectũ immediatũ cauſæ ſecundæ, ordo enim cauſarum ſuperiorũ & inferiorum hoc nõ cõcludit, quia & ſi ſol haberet in ſe cauſalitatẽ eminentiorẽ, q̃ habeat bos vel aliud animal, non tñ concederetur ſolẽ immediate poſſe generare bouẽ. ſicut poteſt mediate cũ boue generare, & hoc maxime ponerent philoſophi. quia non poſuerunt cauſam ſecundã neceſſario concurrentem propter aliquam perfectionẽ addẽdã effectui, ſed quaſi magis pp imperfectionẽ addendã, quia cauſalitas primæ cauſç immediate ꝑfecta eſt, ideo poſuerunt eã non poſſe ĩmediate eſſe cauſam alicuius imperfecti effectus, & iõ oportet cauſam agentẽ aliã concurrere imperfectiorem, vt illa prima non produceret ſecundũ vltimũ potentiæ ſuç, ſed cũ illa cauſa agente ſecunda effectũ diminutũ & imperfectũ produceret, hoc eſt non ita perfectum effectum produceret mediante cauſa ſecũda imperfecta, ſicut ſi immediate produceret, non mediãtibus cauſis ſecundis. Præterea, ſi philoſophi nõ potuerunt per rõnẽ naturalẽ concludere Deũ poſſe cõtingenter cauſare, quãto magis nec poſſe immediate in quẽcunque effectũ, vel in quodcũque, quod poteſt producere mediãtibus alijs cauſis ſecundis. Præterea, ſi ipſi habuerunt quaſi pro principio ꝙ de nihilo nihil fit ſaltẽ in iſtis generabilibus & corruptibilibus, nõ vr̃ Deũ ſic eſſe omnipotentẽ, ꝙ poſſit aliquẽ effectum totaliter producere, ſine oĩ alia cauſa concauſante. Præterea, ſi philoſophi poſuerunt Deũ eſſe neceſſario agentẽ, ſicut videtur multi eorũ ſenſiſſe, & poſuiſſe, ſi cũ hoc ponerent ꝙ eſſet oĩpotens ſecundũ iſtum intellectũ ſecundũ, haberent negare omnẽ aliã cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ ſecundç, quod eſt maximũ inconueniens eis. Nã cauſa neceſſario cauſans, in quocũque inſtanti comparetur ad effectum neceſſario in eodẽ inſtanti cauſat, & agit. ergo (cum prius cõparetur cauſa ſuperior ad effectũ, q̃ cauſa inferior, & tunc per te neceſſario eſt omnipotẽs.) in

*Diffuſius vide ad hæc in 7. q. quolib.*

*1. Phyſ. 3. c. 24. & alibi.*



in illo inſtanti ꝓducit effectũ totum. ergo in ſecũdo inſtanti in quo comparatur cauſa ſecũda ad eundem effectũ nihil intelligitur tunc cauſandũ. & ita agens ſecundum, vel cauſa ſecunda nihil poteſt cauſare. Et ex hoc apparet ꝙ iſta propoſitio, quicquid poteſt cauſa effectiua prima cum cauſa ſecunda, poteſt per ſe immediate, nõ eſt nota ex terminis, neque ratione naturali, ſed eſt tantum credita. quia ſi ipſa omnipotẽtia ex qua dependet, eſſet nota rõne naturali, facile eſſet probare ipſis philoſophis multas veritates & propoſitiones, quas ipſi negant, & facile eſſet eis ꝓbare ſaltem poſſibilitatem multorum quæ credimus, quæ ipſi negant. Omnipotentia tamen hoc modo ſumpta, licet nõ ſufficienter demonſtretur, probabiliter tamen poteſt probari, ſicut verum & neceſſariũ, & probabilius q̃ quædam alia credita, quia non eſt incõueniens q̃dã credita eẽ euidẽtiora q̃ alia.

AD AVCTORITATEM Ricar. dico ꝙ ſi ſint neceſſariæ rationes ad omnipotentiam ꝓbandam ſicut & ad quædã alia credita, & tamen non ſunt euidenter neceſſariæ & veræ, ſicut illa ratio quæ probat trinitatẽ propter duplicem productionem ad intra in diuinis, quia licet ſit ex neceſſariis, non tamẽ præmiſſæ ſunt neceſſario euidẽtes, q̃a nõ ſunt notæ ex terminis nobis notis, neq; ex immediatis nobis notis poſſibile eſt hoc inferre. ſicut dictũ eſt di. 2. q. 1. Ad ſecundum dico, ꝙ infinita potentia Dei, & ſi poſſit concludi de Deo naturali ratione, non tamen omnipotentia ſecundum ꝙ proprie ſumit̃. Et cum dicis, ꝙ infinita potentia nulla põt maior cogitari. Verũ eſt intenſiue, tñ nõ vr̃ cõtradictio, ꝙ ſit, vel cogitetur maior potentia ad plura ſe extendẽs extenſiue, vel diceretur, ꝙ & ſi non ſit contradictio omnipotẽtiam cogitari, quæ vt ſic aliquo modo excedat infinitam potentiam non intellectam, vt oĩpotentia, non tamen eſt naturaliter notum potentiam ſic intellectam eſſe oĩpotentiam. Et cum dicis, notam eſſe omnipotentiam proprie ſumptam, hoc negatur, & cũ ꝓbat̃, quia oĩs rõ probãs impoſſibile ſequi ex ea, eſt ſophiſtica. Ad hoc dr̃ ꝙ eſt ſophiſtica, non tamẽ põt ſolui ꝑ rõnem naturalẽ, quia prout dicitur ſophiſtica, & peccãs in materia eſt habẽs aliquam præmiſſam falſam, & nõ poteſt ſolui, niſi per interemptionem illius præmiſſæ. quæ tamen non poteſt cognoſci interimenda per rationem naturalem, ſicut non põt cognoſci vera per rationem naturalem. Sed contra iſtud arguo ſic, aut illa quæ apparẽt vera, & nõ appatent interimenda ex rõne naturali apparẽt eſſe vera ex terminis, tanq̃ immediata, aut apparent eſſe cõcluſa ex immediatis. Si primo modo, ergo intellectus nr̃ non poteſt eſſe certus de propoſitionibus ĩmediatis, quæ ſit vera, & quç nõ, quia tũc apparerẽt aliquç propõnes veræ & immediatç, quæ tñ sũt ſimpliciter falſç, & ita nõ erũt aliqua principia certa tanq̃ ianuæ in domo, cõtra philoſophũ & cõmẽtatorem. 2. meta. circa quç nõ contingit errare. Si ſecũdo modo appareãt eſſe vera tãquã cõ

*Vide 2. di. 1. huius parte. 2. q. 3. in additionib⁹ q. illa.*

*Egidius quol. 5. q. 7.*

cluſa ex īmediatis. tunc arguo de illo ſyllogiſmo ſophiſtico, ſicut de iſto, aut peccat in materia, aut in forma. ſi in materia, tunc pōt ſolui, quia præmiſſa falſa peccans in materia pōt interimi. ſi in forma adhuc pōt ſolui per artem logicā. Si aūt dicatur ꝙ peccat in forma, & tamē non pōt ſolui ratione naturali. Iſtud vr̄ abſurdū, quia ſicut intellectus incluſus in naturalibus tradidit oēm artem de ſyllogiſmo apparenti informi & defectuoſo, ſic poſſet ſoluere ꝑ illam artem omnem talē ſyllogiſmum, applicando talē artē ad talem paralogiſmū. Iō* dico aliter, ꝙ ſi quicūque paralogiſmus deducens apparēter ad impoſſibile ex præmiſſa ſignificante Deum eſſe omnipotentē. poſſet ſolui ꝑ intellectū & rōnē naturalē, ſiue peccet in materia ſiue ī forma, & intellectus poſſet ſcire quēcunque talem paralogiſmū diuiſim factū eſſe ſolubilem, non tn̄ ſequit̄, ꝙ ſciat illud non eſſe īpoſſibile, ſtat.n. oppoſitum. ſ. ꝙ dubitet iſtud eſſe oppoſitum primum ex repugnantia terminorum, ex quo tamen non poſſet ſequi aliquod manifeſtius impoſſibile, aut ꝙ dubitet vtrum ex iſto poſſit inferri aliquod impoſſibile, aliud a quocunque illato: & illud argumentum inferens illud impoſſibile ſit inſolubile, licet illud non ſit aliquod eorum, quæ facta ſunt. quæ ſcit naturalirer ſoluere, Vel aliter generaliter poteſt reſpōderi ad illud argumentum, quod poteſt fieri generaliter ad omnem creditum, quòd illud ſit neceſſarium ad omne poſſibile, & credibile.

*vt patet ī elenchis Ariſto.*

*a.l. dicitur.*

QVIDAM TAMEN DE &c.

## DISTIN. XLIII.

CIRCA diſt. 43. vbi magiſter īprobat opi. aliorū quæro. Vtrū prima rō impoſſibilitatis rei fiēdę ſit ex parte Dei, vel ex parte rei factibilis? Quod magis ex parte Dei ꝓbo, magiſter arguit diſtinctione ſequente, ꝙ vniuerſum poſſit fieri melius, quia ſi nō, aut hoc eſſet propter hoc, ꝙ nullum* donū ſibi deeſſet, & tunc eſſet Deus, aut quia aliqd ſibi deeſſet, ſed non eſſet capax ad illud recipiendum, & tunc arguit quod melius fieret, ſi daretur ſibi capacitas a Deo ad illud. Ita arguo in propoſito, ſi aliquid ſit infactibile: ergo ſi daretur ſibi capacitas a Deo poſſet fieri. ergo modo non poteſt fieri. quia non datur ſibi capacitas, ergo iſta impoſſibilitas videtur primo eſſe ex parte Dei non potentis dare capacitatem. Contra, Anſel. de caſu diaboli. cap. 3. quia Deus dedit perſeuerantiam bono angelo, ideo bonus angelus habuit: & non, quia Deus non dedit malo angelo, ideo nō habuit, ſed quia malus non accipit.

*a. l. bonū.*

HIC DICITVR ad Hē. 6. quolibe. q. 3. cuius oppoſitū manifeſte quære. 8. quolibeto. q. 3. Contra iſtam ſecundam ſententiam, ſiue ſit dicta retractando primam ſentētiam de iſto articulo, ſiue ſit dicta vt retractanda per primā, non oporteret arguere conttra eam, niſi ex verbis ſuis proprijs, quæ implicant manifeſte oppoſita. Tū ſpecialiter arguo cōtra eam ſic. Nihil eſt ſimpliciter īpoſſibile, niſi quia ſimpliciter repugnat ſibi eſſe, cui autē repugnat eſſe repugnat ei ex ſe primo, & nō propter reſpectū aliquem affirmatiuū, vel negatiuū ei⁹ ad aliquid aliud, probatio, repugnantia enim quæcunque extremorum eſt ex ratione ſua formali & per ſe eſſentiali, circumſcripto quocūque alio reſpectu vtriuſque extremi poſitiuo vel negatiuo ad quodcūque aliud, ſicut album & nigrum per ſe ex ſuis rationibus formalibus contrariantur, & habent repugnantiam formalem, circumſcribendo per impoſſibile omnem reſpectum ad quodcunq; aliud, illud igitur eſt ſimpliciter impoſſibile, cui per ſe repugnat eſſe quod ex primo eſt tale, ꝙ ſibi omnino repugnat eſſe, & non propter aliquem reſpectum ad Deum affirmatiuum, vel negatiuum, immo ſibi repugnaret eſſe. ſi per impoſſibile Deus non eſſet. videtur igitur prima ſētentia probabilior ſecunda. Sed contra iſtam primam ſētentiam arguo primo ſic, potētia actiua, qua Deus dicitur oīpotēs, nō eſt formaliter intellect⁹. ſ. diuinus, ſed quaſi præſupponit actionem intellectus, ſiue illa potentia ſit voluntas, ſiue alia potentia executiua. ſed lapis eſt poſſibilis eſſe ex ſe formaliter. ergo reducendo quaſi ad primum principium extrinſecum, intellectus diuinus erit illud, a quo eſt prima ratio poſſibilitatis in lapide. non igitur illa potentia actiua, a qua Deus dicitur oṗs eſt prima ratio poſſibilitatis in lapide. Probatio aſſumpti. poſſibile ſecundū ꝙ eſt terminus,

*Quare in report. has opi. copioſe. Prima ſententia Henr: eſt quod īpoſſibilitas ſit ex parte rei, ſed poſſibilitas ex parte Dei.*

*1. ſētentia eſt quod vtraq; eſt ex parte Dei.*



vel obiectum omnipotentię eſt illud cui non repugnat eſſe, & quod non poteſt ex ſe eſſe neceſſario, lapis productus in eſſe intelligibili per intellectum diuinū habet iſta ex ſe formaliter, & quaſi principiatiue per intellectum, igitur eſt ex ſe formaliter poſſibilis, & quaſi principiatiue per intellectum diuinum. male igitur videtur illa prima ſentētia ponere, ꝙ omni potentia in Deo ſit illa potentia, qua eſt potentia paſſiua in creatura; & hoc ſi loquatur de potentia actiua, a qua Deus dr̄ omnipotens, & reſpectu cuius illa dicitur potentia paſſiua in creatura. Confirmatur iſta ratio. potentia actiua, quæ eſt oīpotentia, nō dat alicui aliquod eſſe, niſi producēdo illud, quia illa eſt potentia productiua rei ad extra, ſed ante oēm productionem rei ad extra res habet eſſe poſſibile, quia ſicut probatum eſt diſt. 36. Rem produci in eſſe intelligibili, non eſt rem produci in eſſe ſimpliciter, & ſi eſſet, non eſſet per illam potentiam, qua Deus dr̄ oīpotēs, nō igitur per illā potentiam, quæ eſt oīpotentia eſt res alia a Deo primo poſſibilis. Itē, in cauſis præciſis ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio eſt cauſa negationis, ſecundū ꝙ dicit philoſophus primo poſteriorum, ſicut ſi habere pulmonem eſt cauſa reſpirandi, nō habere pulmonē eſt cauſa nō reſpirandi. ergo ſi potentia actiua, quæ eſt oīpotentia in Deo, eſt præciſa rō poſſibilitatis in creatura, negatio potentię actiuæ in Deo eſſet cauſa negationis poſſibilitatis in creatura, ꝙ ipſe negat, & bene, quantū ad

hoc,quia ĩpoſſibilitas in creatura eſt ꝓpter formalẽ repugnantiam partium. Præterea,iſte reſpectus qui conſequitur potentiam actiuam in Deo in quarto inſtãti,aut eſt realis, aut nõ. Si realis & ad extra,hoc eſt improbatum diſtin.3. Si rationis. ergo in tertio inſtanti terminat̃ poſſibilitas ad Deum ſub ratione abſoluta,quod non infero,ſicut in ſe incõueniens, ſed tanq̃ a pluribus concedendũ,& ſaltẽ non habendũ pro inconueniẽti ab eis, qui tenent opi. illius doc. ex quo ſequitur ad eam. Similiter propter idem, ex iſta poſitione infero aliam concluſionem,ſcilicet ꝙ non eſt aliqs reſpectus prior ex parte cauſę q̃ ex parte cauſati, immo ab ipſa cauſa ſub ratione abſoluti eſt ipſum cauſatũ ſub ratione abſoluta,& poſtea tertio ſequitur reſpectus ĩ cauſato ad cauſam, & quarto ĩ cauſa ad cauſatum. iſte ergo ordo abſolutorum, & relatiuorum,quem hic concedit, nunquam debet teneri inconuenies tenentibus eum. Tertio ſimiliter infero,qđ potẽtia vt eſt attributum diuinum, & dicit perfectionem ſimpliciter,non dicit aliquem reſpectũ ad creaturam,quod ipſe probat in prima ſentẽtia.6.quolibe.q.3. quia nulla perfectio diuina & ſimpliciter depẽdet a creatura,hoc aũt idem ꝓbat Anſel. mono.c.15.cum illa relatio ad creaturã non dicat perfectionẽ ſimpliciter etiã in Deo,qa tunc Deus non eſſet talis,ſi creatura non eſſet,eſt aũt perfectus omni perfectione ſimpliciter ex ſe & ex natura ſua. & non ex aliquo reſpectu ad creaturam,hoc igitur illatũ(qđ puto eſſe verũ, ſicut & alia duo)non debẽt reſpui,ſicut inconueniens ab aliquibus tenentibus dicta eius.

*Quare in opi. henri.*

ALITER dico a prima ſẽtentia,quantum ad illud ꝙ probant illa duo argumenta, quia licet potentia Dei ad ſe, ideſt aliqua perfectio abſolute, qua Deus eſt formaliter potens,ſit in Deo ĩ primo inſtãti naturę, ſicut & quælibet perfectio abſoluta ſimpliciter,ſicut calorem conſequitur eſſe potẽtiam calefaciendi: qui tamen calor eſt abſoluta forma. tamen per ipſam potẽtiam ſub ratione qua eſt omnipotentia non habet obiectum,ꝙ ſit primo poſſibile. ſed per intellectum diuinum producentem in primo inſtanti illud in eſſe intelligibili, & intellectus non eſt formaliter potentia actiua,qua Deus dicit̃ formaliter omnipotens, & tũc res producta ab intellectu diuino in eſſe tali ſcilicet intelligibili in primo inſtanti naturæ habet ſeipſa eſſe poſſibile, in ſecundo inſtanti naturæ, quia ſeipſa formaliter non repugnat ſibi eſſe,& ſeipſa formaliter rẽpugnat ſibi habere eſſe neceſſarium ex ſe, in quibus duobus ſtat tota ratio poſſibilis,in quibus correſpondet rationibus potentiæ actiuæ, non eſt igitur poſſibilitas in obiecto, aliquo modo prior quàm ſit omnipotentia in Deo,accipiendo omnipotentiam pro perfectione, abſoluta in Deo: ſicut nec creatura eſt prior aliquo abſoluto in Deo, ſi tamen res intelligatur eſſe poſſibilis, antequam Deus per omnipotentiam producat * eam, ſic eſt verum,ſed in illa poſſibilitate non eſt ſimpliciter prior,ſed producitur ab

*Speculare producuntur res in eſſe intelligibili antequam intelligãtur ab intellectu diuino.*

*a.l. eſſe.*



intellectu diuino. Quantum autem ad impoſſibilitatem dico, ꝙ illa non poteſt eſſe primo ex parte Dei, ſicut dicit prima ſententia,& hoc propter rationem factam contra ſecundam ſententiam, quia ipſa eſt impoſſibilis propter repugnantiã eius, vt fiat, quod intelligo ſic impoſſibile ſimpliciter includit incompoſſibilia,quæ ex rationibus ſuis formalib. ſicut incõpoſſibilia, & ab eo ſunt principiatiue incompoſſibilia, a quo principiatiue habent ſuas rationes formales. Eſt igitur ibi iſte proceſſus, ꝙ ſicut Deus ſuo intellectu producit poſſibile in eſſe poſſibili, ita producit duo entia formaliter vtrunque in eſſe poſſibili, & illa producta ſeipſis formaliter ſunt incompoſſibilia, vt non poſſint ſimul eſſe vnum, neque aliquid tertium ex eis. Hanc aũt incompoſſibilitatem quam habẽt formaliter.habent ex ſe,& principiatiue ab eo quodammodo q̧ produxit ea, & iſtam incompoſſibilitatem iſtorum ſequit̃ impoſſibilitas totius figmenti includentis ea.& ex iſta impoſſibilitate figmenti in ſe, & ex incompoſſibilitate partiũ ſuarum, ſequitur impoſſibilitas eius reſpectu cuiuſcunque agẽtis,& ex hoc habet compleri totus proceſſus impoſſibilitatis rei, quaſi vltimus gradus impoſſibilitatis ſit negatio reſpectus ad quod cum agens, nec oportet habere aliquem reſpectum negatiuum ex parte Dei, nec ex parte cuiuſcunque alterius,nec eſt forte aliquis in natura rei, licet intellectus poſſit comparare Deum, vel aliud agens ad iſtud ſub negatione reſpectus. ſi igitur impoſſibilitas prima eſt formaliter ex parte impoſſibilis. & principatiue a Deo.& ſi principiatiue reducat̃ ad aliqd.nõ tñ reducit̃ ad negationẽ poſſibilitatis in Deo,immo reducit̃ principiatiue ad intellectum diuinum principiantem illud in illo eſſe,in quo partes illæ formaliter repugnant, ꝑꝑ quam formalem repugnantiã totum ex eis ſimpliciter eſt impoſſibile. Et ex hoc apparet ꝙ falſa eſt imaginatio,quærentium impoſſibilitatem aliquorum,quaſi in aliquo vno,quaſi aliquid vnum, vel intelligibile, vel qualecunq; ens ſit ex ſe formaliter impoſſibile, ſicut Deus ex ſe eſt neceſſe eſſe formaliter.nihil.n. eſt tale primũ in non entitate, nec ẽt entitatis oppoſitæ tali non entitati eſt intellectus diuinus rõ poſſibilitatis,nec ẽt intellectus diuinus eſt præciſa rõ poſſibilitatis oppoſitę nihilo.quia tunc teneret illud argm̃ de cauſis præciſis in affirmatione & negatione. ſed oẽ ſimpliciter nihil includit in ſe rõnes plurium, ita ꝙ ipſum non eſt primo nihil ex ratione ſui, ſed ex rõnib. illorũ, q̃ intelligit̃ includere ꝑꝑ formalẽ repugnantiã illorũ inclutorũ pluriũ. & iſta rõ repugnantiæ eſt ex rõnib.formalib. eorum, quam repugnantiã primo habent per intellectum diuinum,ſed non præciſe.

AD PRIMVM arg. illa ratio magiſtri tenet ſupponendo, quòd vniuerſum poſſit eſſe maioris perfectionis capax, quia tunc melius fieret, ſi daretur ſibi illa capacitas, quam ſit ſine illa capacitate, vt ſi eſſet capax multorum aliorũ.

Abſolute autem non tenet ratio magiſtri negato iſto, ſcilicet ꝙ potuit melius fieri. ſicut nec ſequitur, ꝙ ignis manens ignis, poſſit fieri melior, ſi fiat capax intellectus, vel voluntatis. quia non poteſt eſſe iſtorũ capax. Dico tunc ad formam argumenti, ꝙ Deus non põt dare capacitatẽ nihilo, vt ſit factionis paſſiuum, ſed iſta nõ eſt prima rõ, ſed q̃a tale non põt hr̃e talẽ capacitatẽ. & iſta rõ reducitur ad formalem repugnantiam partium, & vlterius ad intellectum diuinum.

## DISTIN. XLIIII.

CIRCA diſt. 44. vbi *magiſter tractat, vtrum Deus potuit feciſſe melius res, q̃ fecit, quæro iſtam q. Vtrum Deus poſſit facere aliter res, q̃ ab ipſo ordinatum eſt fieri. Et vr̃ ꝙ non. quia tunc poſſet facere res inordinate, conſequens eſt falſum. ergo & antecedens. Contra. res aliter fieri q̃ factæ ſunt, non includit contradictionem, nec eſt neceſſarium.

*a. l. in qua magiſter agit de modo potẽtiæ actiua.*

RESPONDEO, in omni agente per intellectum, & voluntate potente conformiter agere legi rectæ, & tamen non neceſſario agere conformiter legi rectæ, eſt diſtinguere potentiam ordinatam a potentia abſoluta. Et ratio huius eſt, quia poteſt agere conformiter illi legi rectæ, & tunc ſecundum potentiam ordinatam, ordinata enim eſt inquantum eſt principium exequendi *aliqua conformiter legi rectæ ſecundum ordinem præfixum ab illa lege, & poteſt agere præter illam legem vel contra eã, & in hoc eſt potentia abſoluta excedens potentiam ordinatam, & ideo nõ tm̃ in Deo, ſed in omni agente libere, quod poteſt agere ſecundum dictamen rectæ rõnis vel rectæ legis, & præter talẽ legẽ, & contra eã eſt diſtinguere potentiam ordinatam & abſolutam. Ideo dicunt iuriſtæ quod quis poteſt hoc facere de facto, hoc eſt de potentia ſua abſoluta, vel de iure, hoc eſt de potentia ordinata ſecundum iura.

*a. l. alia.*

Qñ autem illa lex recta, ſecundum quam ordinate agendum eſt, non eſt in poteſtate agentis, tunc potentia eius abſoluta non poteſt excedere potentiam eius ordinatam circa obiecta * aliqua, niſi circa illa agat inordinate. neceſſarium enim eſt illam legem ſtare comparando ad tale agens, & actionem non conformem illi legi rectę non eſſe rectam, neque ordinatam, quia tale agens tenetur agere ſecundum illam rectam legem, cui ſubeſt. vñ oẽs qui ſubſunt legi diuinæ, ſi non agant ſecundum illam inordinate agunt.

*a. l. alia.*

Sed quando in poteſtate agentis eſt lex & rectitudo eius, ita ꝙ non eſt recta, niſi quia eſt ab illo ſtatuta, tunc poteſt recte agere agendo aliter, q̃ lex illa dictet, quia poteſt ſtatuere aliã legem rectam, ſecundum quã agat ordinate, nec tunc potentia ſua abſoluta ſimpliciter excedit potentiam ordinatã, quia eſſet ordinata ſecundum * aliã legem, ſicut ſecundum priorẽ, tamen excedit potentiam ordinatam præciſe ſecundum priorem, contra quam, vel præter quam facit. Iſta poſſent exemplificari

*a. l. illam.*



plificari de principe, & ſubditis, & lege * poſitiua.

*a. l. poſita ab eo &c.*

Ad propoſitum igitur applicando dico, quòd leges aliquæ generales rectæ de operabilibus dictantes præfixę ſunt a voluntate diuina, & non quidem ab intellectu diuino, vt præcedit actum voluntatis diuinæ, vt dictum eſt diſt. 39.

Quia non inuenitur in illis legibus neceſſitas ex terminis, vt quòd omnis peccator damnabitur, ſed ſolum ex voluntate diuina acceptante, quæ operat̃ ſecũdũ illas leges, quas ſtatuit, vel ſufficit ad ꝓpoſitũ dicere, ꝙ ſtatuunt̃ a ſapiẽtia diuina.

Sed quando intellectus offert voluntati diuinæ talem legem, puta quòd omnis glorificandus prius eſt gratificandus, ſi placet voluntati ſuæ quæ libera eſt, recta eſt lex, & ita de alijs legibus. Deus igitur agere potens ſecundum iſtas rectas leges, vt præfixæ ſunt ab eo, dicitur agere ſecundum potentiam ordinatam, vt autem poteſt agere multa, quæ non ſunt ſecundum iſtas leges iam præfixas, ſed præter illas, dicitur eius potẽtia abſoluta, quia multa alia poteſt agere ordinate, & multa alia poſſe fieri ordinate ab illis, quæ fiunt conformiter iſtis legibus, non includit contradictionem, quia rectitudo illius legis ſecundum quam quis dicitur recte, & ordinate agere eſt in poteſtate ipſius agentis, ideo ſicut poteſt aliter agere, ita poteſt aliã legem ſtatuere rectam, quæ ſi ſtatueretur a Deo, recta eſſet, quia nulla lex eſt recta, niſi quatenus a voluntate diuina acceptatur, & tunc potentia eius abſoluta non ſe extendit ad aliquid aliud, quàm ad illud quod ordinate fieret, ſi fieret. non quidem fieret ordinate ſecundum iſtum ordinem, ſed fieret ordinate ſecundum alium ordinem, quem alium ordinem ita poſſet voluntas diuina ſtatuere, ſicut aliter poteſt agere. Aduertendum tamen eſt, quod aliquid eſſe ordinatum & ordinate fieri eſt dupliciter. Vno modo ordine vniuerſali, quod pertinet ad legem communem. ſicut ordinatum eſt ſecundum legem communem omnem finaliter peccatorem eſſe damnandum, vt ſi rex ſtatuat quòd omnis homicida moriatur. Secundo modo, ordine particulari circa hoc iudicium, ad quod nõ pertinet lex, quia lex eſt de vniuerſalibus caſibus, de caſu autem particulari non eſt lex, ſed iudiciũ ſecundum legem, quod eſt concluſio legis, vt ꝙ iſte homicida moriat̃. Dico igitur ꝙ Deus nõ ſolum poteſt agere aliter, quã ordinatum eſt ordine particulari, ſed ẽt aliter q̃ ordinatum eſt ordine vniuerſali, ſiue ſecundũ leges iuſtitiæ põt ordinate agere, quia tam illa quæ ſunt præter illum ordinem, q̃ illa quæ ſunt contra illum ordinẽ poſſunt a Deo ordinate fieri potentia abſoluta. potentia tamen ordinata non dr̃ niſi ſecundũ ordinem legis vniuerſalis, nõ autem ſecundum ordinem legis rectæ de aliquo particulari, qđ apparet ex hoc, quia poſſibile eſt Deum ſaluare aliquem, qui tamẽ morietur in peccato mortali finaliter, & damnabit̃. non autem conceditur ipſum poſſe ſaluare Iudam iam damnatũ,

nec tñ hoc eſt impoſſibile de potentia abſoluta Dei, quia nõ includit contradictionem. igĩ iſtud. ſ. ſaluare Iudam, eo modo eſt impoſſibile, quomodo poſſibile eſt ſaluare iſtum. ergo iſtum poteſt ſaluare de potentia ordinata, quod verum eſt, & illum non, non quidem ordinatione particulari, quę eſt quaſi de iſto agibili, & operabili particulari tantum, ſed ordine vniuerſali, quia ſi ſaluaret iſtum, ſtaret ſtatutum modo cũ legibus rectis, quas recte præfixit de ſaluatione & damnatione ſingulorum, ſtaret enim cũ iſta ꝙ omnis finaliter malus dãnabitur, quæ eſt lex præfixa de dãnandis, quia iſte adhuc non eſt finaliter peccator, ſed põt eſſe non peccator, maxime dũ eſt in via, quia poteſt Deus eũ gratia ſua p̃uenire, ſicut ſi rex præueniret aliquem, ne faceret homicidium, ſi nõ damnat eũ, non facit contra legem ſuam vniuerſalem de homicida. non autem ſtaret cum illa particulari lege, ꝙ Iudam ſaluare t: Iudam enim poteſt præſcire ſaluandum de potentia ordinata, ſed non iſto modo ordinata, ſed abſoluta iſto modo, ſed alio modo ordinata, ſecundum aliquẽ alium ordinem, quia ſecundũ ordinem alium, tunc poſſibilẽ inſtitui. Potentia igitur abſoluta poteſt Iudam ſaluare, potentia vero ordinata poteſt iſtum peccatorem ſaluare, licet nunq̃ ſaluabitur: ſed lapidem nec poteſt beatificare potentia abſoluta, nec ordinata. & ſecũdum hoc patet reſpectu cuius dicĩ potentia abſoluta in Deo. ſ. inquantum poteſt contra legem vniuerſalem, & non contra legem particularem. Qualiter autem voluntas diuina poſſit circa particularia, & circa leges rectas inſtituendas, volendo oppoſitum eius, quod nunc vult, dictum eſt. ſupra de hoc diſ. 39. Ad argumentum primum patet, ꝙ conſequentia non valet, quia ſi faceret alio modo res, q̃ modo ordinatum eſt eas fieri. non propter hoc inordinate fierent, quia ſi ſtatueret alias leges ſecundum quas fierent, eoipſo ordinate fierent. Ad arg. in oppoſitum concedo, ꝙ probat de potentia abſoluta, quæ tñ ſi eſſet principium alicuius, eſſet eoipſo ordinata, ſed non ſecundum ordinem ab eo præfixum eundem quem primo habuit.

nota

## IAM DE VOLVNTATE &c.

### DISTIN. XLV.

CIRCA diſt. 45. in qua magiſter agit de volũtate Dei, quæro, vtrũ Deus ab æterno voluit alia a ſe. Quod non, quia tunc in voluntate diuina fuiſſet relatio realis ad creaturam. conſequens eſt falſum, ſicut patet diſtin. 30. ergo & antecedens. probatio conſequentię. prius Deus vult aliquid, q̃ intelligat ſe velle illud. ſit illud. a. quia ſicut dictum eſt diſt. 39. certitudo intellectus diuini circa futura cõtingentia, non eſt ſine certitudine determinationis voluntatis. ergo relatio illa quæ eſt in voluntate diuina primo ad. a. præcedit omnem conſiderationem intellectus de illa volitione. igitur non eſt in voluntate, q. 2.





ſiue in volitione vt cognita eſt, ſed vt in ſe eſt. & ꝑ conſequens eſt ibi ex natura rei, & non in cognito* vt dictũ eſt. Contra. ſi non voluit ab ætceno. ergo nec modo vult de nouo, quia tũc eſſet mutabilis, ergo nihil vult.

a.l. vt cognitũ eſt.

RESPONDEO, omnis potentia operatiua perfecta poteſt eſſe principium operandi circa quodcunq; obiectum natum reſpici a tali potentia, ſicut perfectus intellectus poteſt eſſe principiũ intelligendi qđcunque intelligibile, & perfectus viſus poteſt eſſe principiũ perfecte videndi quodcunque viſibile, igitur cũ in Deo ſit voluntas formaliter ex diſ. 2. & ẽt ſumme perfecta, quia infinita ex eadem diſ. ſequitur, ꝙ ipſa poteſt eſſe principium volendi quodcunque volibile. non aũt poteſt eſſe principium volendi aliquid ex tp̄e, quia hoc nõ põt eſſe ſine mutatione alicuius, & nõ obiecti voliti, quia obiectũ volitũ non hẽt eſſe niſi q̃a volitũ, & q̃a hẽt eſſe in volũtate diuina. ergo ipſa mutatio eſſet ipſius voluntatis, ſicut deductum eſt diſt. 39. de rõne ipſius voluntatis. ergo voluntas diuina põt in ęternitate ſua eſſe principiũ volendi quodcunque volibile. nõ eſt aũt rõ volendi ſimul oppoſita ambo, quia illa reſpectu nullius poſſunt eſſe ſimul, nec eſt rõ volẽdi neutrũ, quia tunc in creaturis nihil tale eſſet a Deo volitum, & per conſequẽs nihil cauſaret in creaturis, q̃a contingentia non poteſt eſſe in Deo, niſi a parte voluntatis, ſicut deductum eſt diſt. 39. ergo in æternitate eſt ratio volendi alterum oppoſitum in quibuſcunque alijs a ſe.

q. 1.

AD ARGVMENTA reſpondeo, ſicut dictũ eſt prius diſt. 30. de relationib. ex tp̄e, ꝙ terminanĩ ad Deum ſub rõne mere abſoluta, & ſimili modo de ideis diſt. 35. & ſimili modo de omnipotentia. diſt. 43. quæ eſt mere abſoluta ſecundum ꝙ eſt attributum diuinum. & ſic terminat relationem creaturæ poſſibilis ad Deum, ita dico ꝙ voluntas diuina ſub rõne mere abſoluta terminat reſpectũ voliti ad ipſam, quod quidem voluntas diuina producit in eſſe volito, & in æternitate, ſicut intellectus producit in eſſe cognito, vel intellecto, & ſimili modo dicendum eſt de eſſe voliti, ſicut dictum eſt de eſſe cogniti. diſt. 36. Sed tunc argues. ſi volitum hẽt relationẽ ad volũtatẽ diuinã, aut relationẽ realẽ, aut ſecundũ rõnẽ tm̃. ſi realem, igĩ fundamentũ ſuũ eſt reale. ergo illa res hẽt eſſe reale ab æterno. *Si* relatione rõnis tm̃. Cõtra, non eſt per actum intellectus diuini comparantis obiectũ illud ad ĩtellectũ ſuũ. ergo nõ eſt relatio rõnis in eo, licet .n. intellectus diuinus prius cõparet illud obiectũ vt cognitũ ad intellectũ ſuũ, q̃ ſit volitũ ab ipſo, & in illo priori cauſet relationẽ rõnis ipſius obiecti, vt cogniti ad intellectum ſuũ, nõ tñ vr̃ cauſare aliquam relationem eius ad voluntatem. Licet hic poſſet rũderi ꝙ iſta relatio voliti ad voluntatem ſit per actum intellectum diuini comparãtis obiectũ volitum ad voluntatem ſuam, quia prius cõparat obiectum ad voluntatem ſuam, q̃ comparet ad intellectũ ſuum. ſi poneretur idem eſſe ſufficere in obiecto intellectus

*Dubium ſingulare.*

vt obiectum eſt cognitum, & voluntatis vt volitum eſt, & ꝙ nullo modo eſſet volitum, niſi quia prius fuit intellectum. Tamen reſpondeo aliter, ꝙ in iſto obiecto vt volito, eſt relatio alia ad voluntatem diuinam, quàm illa, quæ in eo eſt, vt intellecto, ad intellectum diuinum, & iſta alia relatio non eſt relatio realis, nec tamē eſt rationis loquēdo ſtricte de relatione rationis. ſ. intellectus, nec iſta diuiſio eſt ſufficiens, quòd omnis relatio, aut eſt realis, aut rationis, accipiendo relationem rationis ſtricte, quia omnis potētia quæ poteſt habere actum circa obiectum exiſtens, vel non exiſtens, & illud obiectū poteſt actu ſuo comparare ad aliud, ad quod tale obiectum nō comparatur ex natura rei, poteſt in obiecto, vt obiectum eſt, cauſare relationē ipſius ad aliud, quæ quidem relatio non eſt realis, quia non eſt ex natura obiecti in ſe, nec tamē eſt ſtrictę rationis, quia nō ſemper illa potentia comparās eſt ratio tantum, ſiue potentia ratiocinatiua, poteſt enim volūtas vtens aliquo bono ad finē cauſare in obiecto illo relationem ad illum finem, & nec eſt illa realis relatio, quia non eſt in aliquo ex natura rei. ſed ex comparatione voluntatis conferentis. poteſt enim vti Deo ad creaturam. nec eſt illa relatio rationis, quia potentia iſta cauſans iſtam comparationem non eſt ratio, ſiue intellectus, ſiue imaginatio dicatur talis virtus collatiua ſiue quacunque alia, certum eſt enim ꝙ voluntas eſt talis potentia collatiua, & comparatiua, ita bene ſicut potentia intellectiua, & ideo certum eſt quod vtraque iſtarum potentiarum pōt obiectum ſuū comparare, & in obiecto ſuo cauſare relationem non realem, quia ſic eſſet ibi in talī ex natura rei ſine omni comparatione, nec relationem rationis ſtricte ſumptam pro relatione cāta ab intellectu, licet eam quandoque concomitetur relatio rationis cauſata ab intellectu, ſed voluntas diuina, & etiā volūtas omnis, quicquid ſit de imaginatione. de qua non nunc, poteſt comparare ſeipſam ad obiectum in eſſe volito ab æterno, & ecōuerſo, & ſic poteſt in obiecto cauſare relationem rationis ad ipſam.

HIC ORITVR QVAESTIO &c.

DIST. XLVI.

CIRCA diſtinctionē. 46. In qua magiſter agit de volūtate Dei, quātum ad eius impletionem, quæro vtrum voluntas beneplaciti Dei ſemper impleatur? Et videtur ꝙ non. prima ad Thimo. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, non tamē erunt omnes ſaluati, ergo &c. Præterea, Matth. 22. ait Saluator illis filijs hieruſalem. Quotiēs volui cōgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? ergo vt prius. Contra. Ro. 9. Voluntati eius quis reſiſtet? & in pſalmis. Omnia quæcunque voluit fecit. *pſal. 113.*

RESPONDEO, voluntas Dei quantū ad omnia ſemꝑ debet impleri. quia ſicut omnipo-



tens poteſt omne poſſibile. ita quando voluntas diuina determinat ſe ad ponendum aliquid in eſſe vltima determinatione, illud erit, velle autem illud voluntate beneplaciti eſt vltima determinatio, quæ poteſt poni ex parte voluntatis ipſius omnipotētis volentis ponere effectum in eſſe, ergo reſpectu cuiuſcūque effectus ſi Deus eſt ſic volens, illud erit. Et poſſet ratio confirmari. qa ſi cauſa vltima determinatione ad aliquid determinata non poneret effectū in eſſe, hoc nō videretur niſi propter impotentiam eius. vt puta quia non ſufficeret ex ſe, vel quia eēt impedita ab aliquo alio, vel propter mutabilitatem eius, antequàm intelligatur effectus poni in eſſe, ſed omnipotens nec eſt impotens nec impeditus, nec* mutabilis. ergo &c. *a. l. immutabilis.*

AD PRIMVM argumentum dico. quòd licet illud dictum apoſtoli poſſet exponi de diſtributione * accōmoda pro omnibus qui ſalui fiēt, tū multo melius poſſet exponi de voluntate antecedente ſic. i. vult omnes homines ſaluare & ſaluos fieri, quantum ſcilicet eſt ex parte ſui, & voluntate ſua antecedente. pro quanto dedit eis dona naturalia, & leges rectas, & adiutoria communia ſufficientia ad ſalutem: ſicut de rege ſtatuente bonas leges, & præfigente miniſtros ad cuſtodiam iſtarum legum, poſſet dici quòd vult omnes ſubditos ſuos pacifice viuere, & quiete, & tamen ſi videret aliquem tribulari iniuſte, non ſtatim oporteret quòd rex intromitteret ſe ad faciendum illū quiete viuere. niſi deuolueretur cauſa ad ipſum per querimoniam, de facto ergo vult quidem iſte quemlibet pacifice viuere, & quiete antecedenter, non tamē vult quemcunque immediate ita viuere. Ita dico in propoſito, quòd & ſi Deus non habeat voluntatem beneplaciti ad iſtū ſaluandum, tamen vult iſti illa adiutoria communia antecedētia ad ſalutem omnium, quibus iſte etiam poteſt ſufficienter bene viuere, & ſaluari. propter quę dici poteſt quòd quantum eſt ex parte ſui vult omnes ſaluos fieri. Ad ſecundum magiſter, exponit & bene, nō quaſi dominus voluerit colligere filios hieruſalem, & non ſit factum,* quod voluit, ſed * qđ omnes quos ipſe congregauit ſua voluntate congregauit, vide expoſitionem magiſtri & nota eam. *a. l. accōmodata.* *a. l. ſed quod volui.* *a. l. quod oēs quos &c.*

VOLVNTAS QVIPPE DEI SEMPER EFFICAX &c.

DIST. XLVII.

CIRCA diſtinctionem iſtam. 47. quæro, vtrū ꝑmiſſio diuina ſit aliquis actus voluntatis diuinæ. Quod ſic, quia aliter non videtur Deus hunc certitudinaliter ſcire peccaturū. neſcit enim futurum contingens ſine determinatione voluntatis ſuæ. ſed circa peccatorem non videtur habere aliquem actum, niſi permittere eum peccare, neque enim habet reſpectu illius velle, vel nolle. ergo ſi permitte-

te

re non ſit aliquis actus, nõ erit Deus certus de peccato iſtius futuro, quia non erit aliqua determinatio voluntatis ſuę ad iſtud futurum contingens certitudinaliter cognoſcendum. Contra. permiſſio connumeratur cum alijs ſignis voluntatis diuinæ, ſed præceptum non eſt aliquis actus elicitus voluntatis diuinæ. ergo multo fortius nec permiſſio.

RESPONDEO, in nobis poteſt diſtingui duplex actus voluntatis, velle ſcilicet, & nolle. & vterque eſt actus poſitiuus, & ſi ſint circa idem obiectum ſunt contrarij actus, qui exprimũtur alijs vocabulis, quæ ſunt amare, & odire, & vtrunque in nobis poteſt diſtingui, vt velle diſtinguatur in velle efficax, & in velle remiſſum. vt dicatur velle efficax quo voluntati non tãtum complacet eſſe voliti, ſed ſi poſſet ſtatim ponere volitum in eſſe, ſtatim poneret: ita etiã nolitio efficax eſt, qua non tantum nolẽs impedit aliquid, ſed ſi poſſit omnino deſtruit illud. Voluntas autem remiſſa eſt qua ita placet volitum, quòd tamẽ voluntas non ponit illud in eſſe, licet poſſit ponere illud in eſſe. nolitio etiam remiſſa eſt, qua ita diſplicet nolitum, quòd non prohibeat illud eſſe, licet poſſit in nobis, ergo permiſſio ꝓprie dicta videtur eſſe nolitio remiſſa alicuius mali, quod ſcio. non enim dicor proprie permittere illud, de quo nihil ſcio, vel illud quod ita fit ab alio, quod placet mihi. ſed illud permitto, quod ſcio ab alio male fieri, & diſplicet, ſi non prohibeo, hoc permitto, ſi tamen poſſem prohibere. Signum autem efficacis volitionis ſi fiat immediate a voluntate eſt adimpletio. ſi per alterũ eſt præceptum, & volitionis remiſſæ in nobis forte eſt conſilium, ſignum, vel perſuaſio, ſiue monitio, ita ſignum nolitionis remiſſę eſt permiſſio vel diſſuaſio, & ſignum nolitionis efficacis eſt prohibitio. Si iſta diſtinctio poſſet poni in Deo, ita quòd ſicut vnus actus eius eſt velle & nolle, & hoc ſine contrarietate, vel diſtinctione in illo actu in ſe, ita poneretur ſuper quædam obiecta volita eius velle efficax, & ſimiliter nolle ſuum ſuper obiecta quædam nolita efficax, ſuper quędam autem non, tunc poſſet dici nolitio Dei remiſſa reſpectu illorum obiectorum, quæ ita nollet, quòd tamen nõ vellet iſta prohibere, & hæc nolitio Dei poſſet dici permiſſio eius, & ita eſt actus in Deo inquantum tranſit ſuper obiectum ſic ſe habens ad voluntatem diuinam. Si autem iſtud non placet pro eo, quòd nolitio cuiuſcunque poſiti in eſſe videtur eſſe cum aliqua triſtitia, & cum aliqua imperfectione ipſius * voluntatis. tunc poteſt dici quòd permiſſio extra, vel ſignũ eſt, quòd effectus ſit, qui tamen eſt contra præceptũ diuinum. & iſtud eſt permiſſio, quod eſt ſignum voluntatis diuinæ. huic autem non correſpõdet aliqd in ipſa voluntate diuina, niſi nõ velle prohibere illud fieri, ſiue non * nolle, quod eſt negatio actus diuini poſitiui, & per conſequens nõ eſt actus poſitiuus. Et quod dicitur volens ſinere, hoc poteſt intelligi non ꝙ habeat velle rectũ circa illud quod permittit, ſed actum reflexum

*a. l. nolentis.*

*a. l. nõ velle.*



xum. Offertur enim voluntati ſuæ hunc peccaturum, vel peccare. primo voluntas eius circa hunc non habet velle. velle. n. ipſum habere peccatum nõ poteſt, ſecundo poteſt intelligere voluntatem ſuam non volentem hoc, & tunc poteſt velle voluntatem ſuam non velle hoc, & ita dicitur volens ſinere, & voluntarie permittere, ſicut ex alia parte pręſentato ſibi Iuda, primo Deus habet nõ velle ſibi gloriam, & non primo nolle, ſecũ dũ illã vltimã poſitionẽ diſt. 41. & poteſt tunc ſecundo ſe reflectere ſuper iſtam negationẽ actus, & velle eam, & ita volẽs ſiue voluntarie non eligit Iudam finaliter peccaturum, & non nolitionem gloriæ, ſed nõ volitionem glorię.

*Opi. s. ſoluendo primum dubium.*

AD PRIMVM argumentum dictum eſt diſt. 41. quomodo non eſt præuiſio Dei de peccato futuro per hoc ſolum, ꝙ ſcit ſe permiſſurum hunc peccare finaliter, & ſic finaliter damnandum, ſed cum hoc requiritur quòd ſciat ſe cooperaturum iſti in actu peccandi, vel non cooperaturum ad actum illum, cuius omiſſio erit peccatũ omiſſionis. concomitatur tamẽ vtrãque iſtarum * permiſſionum Deum præuidere ſe non velle prohibere hunc peccare, & ita patet quomodo permiſſio diuina ſit actus voluntatis, & quomodo nõ.

*a. l. præuiſionum.*

SCIENDVM QVOQVE &c.

## DIST. XLVIII.

CIRCA diſtinctionem 48. & vltimam huius libri in qua magiſter tractat de cõformitate voluntatis humanæ ad voluntatem diuinam. Quæro vtrum voluntas humana vel generalius, vtrum voluntas creata ſit bona moraliter quandocunque conformatur voluntati increatę? Quod ſic, veritas intellectus creati eſt quãdo conformatur intellectui increato, ergo a ſimili de voluntate creata, tunc eſt bona quando voluntati conformatur increatæ, quare &c. Contra, iudæi voluerunt Chriſtum pati & mori, etiam quod Chriſtus voluit, & tamen ipſi peccauerunt, dimitte inquit eis pater, quia neſciunt, qnid faciunt, ergo &c.

*Lu. 23.*

RESPONDEO ſecundum Diony. de diuin. no. ca. 4. Bonum eſt ex cauſa integra. Et ſecundũ philoſophum. 2. Ethy. Oportet ſimul omnes circunſtantias concurrere in actu quocunque morali ad hoc vt ſit bonus moraliter, ſufficit tamen defectus vnius, & cuiuſcunque circunſtantiæ ad hoc vt ſit malus moralitet. voluntas igitur creata conformis voluntati diuinę in ſubſtantia actus, ſiue in ſubſtantia vt circunſtantionata quacunque vna circunſtãtia, ſiue ſit cõformis ſibi in omnibus circunſtantijs pertinentibus ad bonitatẽ moris, & forte ſi

*Ca. 5. & 3. Ethy. c. 3.*

ſi eſſet conformis ſibi in omnibus circũſtantijs, puta quòd propter idem vellent, & eodem modo, & ſic de omnibus alijs circunſtantijs, adhuc non oporteret eam eſſe bonam, ſicut voluntas increata eſt bona, quia non congruunt eædem circunſtantiæ actui, vt actus eſt diuerſorum agentium, non enim voluntati creatæ congruit ita intenſe velle aliquod obiectum bonum, ſicut voluntati increatæ, & intenſio actus reſpectu obiecti in agente creato & increato, eſt differens multum in eis, & ſaltem quicquid ſit de conformitate voluntatis creatæ & increatæ in omnibus circunſtantijs non ſufficit conformitas in bonitate actus & obiecti, quia poteſt eſſe difformitas in alijs circunſtantijs, quæ neceſſario requiruntur ad bonitatem actus voluntatis.

AD ARGVMENTVM In oppoſitum dico, quòd non eſt ſimile, quia veritas intellectus non dependet niſi a ſolo obiecto: quod obiectum ſi ita ſe habeat, ſicut intelligitur, verus eſt intellectus, bonitas autem voluntatis non dependet a ſolo obiecto, ſed ab alijs omnibus circunſtantijs & potiſſime a fine. Propter quod notandum eſt, ꝙ omnis noſtra volitio potiſſime ordinata eſt ad finem vltimum, qui eſt alpha & omega principium & finis, cui ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

LAVS DEO.

Ad Laudem, Honorem, & Gloriam Omnipotentis Dei, eiuſque illibatæ Genitricis, Seraphicique Patriarchæ Diui Franciſci, & vtilitatem Chriſti fidelium, Præſertim Sacroſanctæ Theologiæ ſtudioſorum, hic eſt Finis Quæſtionum Primi voluminis ſcripti Anglicani, ſiue Oxonienſis ſuper Sententias, quæ a Ioanne Duns Scoto, ordinis minorum, Theologorum omnium eminentiſſimo, Scholæque Subtilium Vexilifero, fuerunt exactiſſime diſcuſſæ. nunc à mẽdis, quibus ſcatebant aut Correctorum inſcitia, aut Typographorum incuria, vndique expurgatæ, multiplicique lumine illuſtratæ, per Saluatorem Bartolucium Aſſiſiatem, conuentualem Franciſcanum, Sacræ Theologiæ Doctorem, doctrinæque Scoticæ aſſectatorem, & locupletatorem, atque in nobiliſſima magnæ Domus Venetiarum Academia Regentẽ, ac moderatorem. M D L X X X.

## Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee.

*Omnes ſunt quaterniones præter E e e duernionem.*

*VENETIIS,*

*Alexander Gryphius Excudebat, Sumptibus Hæredum Melchioris Seſſæ.*

*M D L X X X.*

BIBLIOTEC UNIVERSITAR[illegible] NAI

# INDEX PRIMI LIBRI
## SENTENTIARVM.

Ordo & numerus Quęſtionũ huius Primi libri, quomodo in ſingulis diſtinctionibus proponuntur, & animaduerte, quod primus numerus indicat quæſtionem, ſecundus paginam, tertius columnas, quarum prima ſignificatur per litteram a. ſecũda per b.

### Quęſt. Prologi primi Sententiarum.

*Prima quæſtio.* VTRVM homini ꝓ ſtatu iſto ſit neceſſarium aliquã doctrinã ſpecialẽ ſupernaturaliter inſpirari, ad q̃ non poſſet attingere naturali lumine intellectus? pag. 1. colum. 1.

2 Vtrum cognitio ſupernaturalis neceſſaria viatori tradita ſit ſufficiẽter in ſacra ſcriptura? 22. c. 1

3 Vtrum theologia ſit de Deo vt de ſubiecto primo? 30. c. 2

*Prima lateralis.* Vtrum theologia ſit de Deo ſub aliqua ſpeciali ratione? 31 c. 2

*Secunda lat.* Vtrum theologia ſit de omnibus ex attributione ipſorum ad primum eius ſubiectum? 32. c. 1

*Tertia lat.* Vtrum theologia ſit ſcĩa in ſe? & vtrũ ad aliquã ſcientiã habeat aliquã habitudinem ſubalternantis vel ſubalternatæ? 47. c. 1

4 Vtrum theologia ſit ſcientia practica? 50. c. 1

Vtrum ex ordine ad praxim (vt ad finem) dicatur per ſe ſcientia practica? 50. c. 2

### DISTINCTIONIS I.
### Veteris ac nouæ legis &c.

1 Vtrum per ſe obiectum fruitionis ſit finis vltim⁹. 79. c. 2

2 Vtrum vltimus finis habeat vnam tantum rationẽ fruibilitatis? an in ipſo ſit aliqua diſtinctio ſcd̃m q̃ poſſit voluntas eo frui ſcd̃m vnã rõnem, & non ſecundũ aliã? 83. c. 2.

3 Vtrũ frui ſit aliquis actus elicitus a voluntate vel paſſio recepta in volũtate, puta aliqua delectatio? 93. c. 2

4 Vtrum ſine apprehenſo per intellectum neceſſe ſit volũtatem frui eo? 97. c. 1

5 Vtrum Deo conueniat frui? 112. c. 2.

Vtrũ viator fruatur? 112. c. 2

Vtrũ peccator fruat̃? 113. c. 1

Vtrũ bruta fruantur? 213. c. 1

Vtrum oĩa fruantur. 113. c. 2

### DISTINCTIO. II.
### Hoc itaque &c.

1 Vtrum in entibus ſit aliquid exiſtẽs actu infinitũ. 117. c. 1.

2 Vtrum aliquod infinitum eſſe, ſiue an Deum eſſe ſit per ſe notum. 118.c.1.
3 Vtrum ſit tantũ vnus Deus. 148.c.1.
4 Vtrum cum vnitate eſſentiæ diuinæ ſimpliciter ſtet pluralitas perſonarum. 155 c.1.
5 Vtrum ſint tantum tres perſonæ in eſſentia diuina. 156.c.1.
6 Vtrum eſſentia diuina poſſit ſtare in aliquo & ipſum eſſe productum. 156.c.2.
7 Vtrũ in eſſentia diuina ſint tantum duæ productiones intrinſecæ. 157.c.2.

DISTINCTIO. III.

Appoſtolus namque &c.

1 Vtrum Deus naturaliter ſit cognoſcibilis ab intellectu viatoris. 201.c.1.
2 Vtrum Deus ſit primum cognitum a nobis naturaliter pro ſtatu iſto. 201.c.2.
3 Vtrum Deus ſit obiectum naturale primum, hoc eſt ad æquatum reſpectu intellectus viatoris. 223.c.1.
Vtrum poſſet poni aliquod tranſcendens primum obiectum intellectus noſtri. 235.c.1.
4 Vtrũ aliqua veritas certa & ſincera poſſit naturaliter cognoſci ab intellectu viatoris abſque lucis increatæ ſpeciali illuſtratione. 242.c.1.
5 Vtrum in omni creatura ſit veſtigium trinitatis. 260.c.1.
6 Vtrum in parte intellectiua proprie ſumpta ſit memoria habens ſpeciem intelligibilem priorẽ naturaliter actu intelligendi. 269.c.2.
7 Vtrum pars intellectiua proprie ſumpta, vel aliqd eius ſit cauſa totalis gignens notitiam actualem, vel ratio gignendi. 193.c.2.
8 Vtrũ principalior cauſa notitiæ genitæ ſit obiectum in ſe vel in ſpecie præſens vel ipſa pars intellectiua animæ. 323.c.2.
9 Vtrum in mente ſit diſtincte imago trinitatis. 326.c.1.

DISTINCTIO. IIII.

Hic oritur &c.

1 Vtrum hæc ſit vera Deus generauit aliũ Deum. 333.c.1.
2 Vtrum hæc ſit vera Deus eſt pater, & filius & .ſ.ſ. 337.c.1.

DISTINCTIO. V.

Poſt hæc quæritur &c.

1 Vtrum diuina eſſentia generet, vel generetur. 339.c.1.
2 Vtrũ filius generetur de ſubſtantia patris. 348.c.2.

DISTINCTIO. VI.

Præterea quæri &c.

1 Vtrum Deus pater genuerit Deũ filiũ voluntate. 365.c.2.

DISTINCTIO. VII.

Hoc ſolet quæri &c.

1 Vtrũ potentia generandi in patre ſit aliquid abſolutum in patre, vel proprietas patris. 372.c.1.

DISTINCTIO. VIII.

Nũc de veritate &c.

1 Vtrum Deus ſit ſumme ſimplex, & pfecte talis. 387.c.2.
2 Vtrum aliqua creatura ſit ſimplex. 392.c.1.
3 Vtrum cum ſimplicitate diuina ſtet quòd Deus, vel aliquid dictum de Deo formaliter ſit in genere. 393.c.2.
4 Vtrum cum ſimplicitate Dei poſſit ſtare aliquo mõ diſtinctio eſſentialiũ perfectionũ, pcedens aliquo mõ omnem actum intellectus. 415.c.2
5 Vtrum ſolus Deus ſit immutabilis. 434.c.1.

DISTINCTIO. IX.

Nunc ad diſtinc. &c.

1 Vtrum generatio filij ſit æterna in diuinis. 450.c.2.

DISTINCTIO. X.

Nunc poſt filij &c.

1 Vtrũ .ſ.ſ. producatur per modum voluntatis, & qũo voluntas põt eſſe principiũ cõicandi naturã, & qũo voluntas põt eſſe principiũ neceſſario producendi, & ſi eſt neceſſaria, quomodo non per modum naturæ. 454.c.1.

DISTINCTIO XI.

Hic dicendũ eſt &c.

1 Vtrum .ſ.ſ. procedat a patre & filio. 469.c.1.
2 Vtrũ ſi .ſ.ſ. non procederet a filio, poſſet ſtare diſtĩctio realis ipſius a filio. 472.c.2.

DISTINCTIO. XII.

Item queritur &c.

1 Vtrum pater & filius ſpirent ſpiritum ſanctum inquãtum omnino vnum, vel inquantũ aliquo mõ diſtincti? 478.c.1
2 Vtrum pater & filius omnino vniformiter ſpirent ſpiritum ſanctum? 489.c.1

DISTINCTIO. XIII.

Poſt hoc &c.

1 Vtrum .ſ.ſ. ſit genitus, ſiue vtrum productio .ſ.ſ. ſit generatio vel ab ea diſtinguat? 491.c.1.

DISTIN. XIIII. XV.

Preterea. &c.

Vtrum qualibet perſona diuina mittat quamlibet perſonã diuinã, & mittat. 511.c.1

DISTINCTIO. XVI.

Nunc de .ſ.ſ. &c.

1 Vtrum ſpiritui ſancto cõueniat miſſio viſibilis? 515.c.1

DISTINCTIO. XVII.

Iam nunc &c.

1 Vtrum neceſſe ſit põnere charitatem creatam formaliter inhęrentem naturæ beatificabili? 516.c.2
2 Vtrum ſit neceſſe in habitu ponere rationẽ principii acti ui reſpectu actus? 517.c.2
3 Vtrum habitus moralis inquantum virtus ſit aliquo modo principiũ actiuũ reſpectu bonitatis ĩ actu? 524.c.2
4 Vtrum tota charitas præexiſtens corrumpatur, cum noua inducitur, ita ꝙ nulla realitas numero maneat eadem in charitate maiore vel minore & hoc ſuppoſito ꝙ charitas augeatur? 551.c.2
Vtrũ in augmẽtatione charitatis, charitas pexiſtens corrũpatur cũ noua ĩducitur & eſt qõ addita aliqualiter copioſior priori. 556.c.2.
5 Vtrum illud poſitiuum charitatis pexiſtentis, qđ manet in augmẽto ſit tota eẽntia charitatis intenſę, ita ꝙ ſi poneret charitas ĩtẽſa ſine ſubiecto nullam realitatem poſitiuã haberet in ſe eſſentialiter

ter aliam ab illa quę p̄fuit in charitate remiſſa? 563.c.1

DISTINCTIO. XVIII.

Præterea &c.

1 Vtrum donum dicat proprietatem perſonalem ſpiritus ſancti? 570.c.2

DISTINCTIO. XIX.

Nunc poſtquam &c.

1 Vtrum perſonæ ſint æquales ſecūdū magnitudinē. 576.c.1

2 Vtrum quælibet perſona diuina ſit in alia? 581.c.1

DISTINCTIO. XX.

Nunc cōnderet &c.

1 Vtrū tres perſonę ſint ęquales in potentia? 589.c.1

DISITNCTIO. XXI.

Hic orit̄ quæſtio &c.

1 Vtrum hæc ſit vera ſolus pater eſt Deus? 596.c.1

DISTINCTIO. XXII.

Poſt prædicta &c.

1 Vtrū Deus ſit nominabilis a nobis viatoribus aliquo nomine ſignificante eſſentiam diuinā, vt eſt hęc? 601.c.2

2 Vtrū Deus ſit nominabilis ab homine viatorem aliquo nomine proprio? 604.c.2

DISTINCTIO. XXIII.

Prædictis &c.

1 Vtrum perſona ſecundum q̄ dicit aliquid cōmune patri & filio & ſpiritui ſancto dicat præciſe aliquid ſecundæ intentionis? 610.c.2

DISTINCT. XXIIII.

Hic diligenter &c.

1 Vtrum in diuinis ſit proprie numerus? 616.c.2

DISTINCTIO. XXV.

Præterea conſi. &c.

1 Vtrū pſona ī diuinis dicat̄ ſubſtātiā, vel relationē? 619.c.1

DISTINCTIO. XXVI.

Nunc de proprietatibus &c.

1 Vtrū perſonę diuinę cōſtituātur in eſſe perſonali p̄ relationes originis? 621.c.1

DISTINCTIO. XXVII.

Hic quæri poteſt &c.

1 Vtrū verbum creatum ſit intellectio actualis? 661.c.2

2 Vtrū verbū ī diuinis dicat ꝓpriū perſonę genitæ? 662.c.1

3 Vtrū verbū diuinū dicat reſpectū ad creaturā? 662.c.2

DISTINCT. XXVIII.

Propterea &c.

1 Vtrum ingenitū ſit ꝓprietas ipſius patris? 678.c.1

2 Vtrum innaſcibilitas ſit proprietas conſtitutiua primæ perſonæ in diuinis? 678.c.2

3 Vtrū prima perſona conſtituatur ineſſe pſonali aliqua relatione poſitiua ad ſecundam perſonam? 689.c.1

DISTINCTIO. XXIX.

Eſt præterea etiā &c.

1 Vtrū principiū vno modo dicat̄ de principio ſumpto pſonaliter, & notionaliter, & ſūpto etiā, eſſentialiter? 698.c.2

DISTINCTIO. XXX.

Nunc enim &c.

1 Vtrum de Deo dicat̄ aliqua relatio ex tempore. 700.c.1

2 Vtrum Dei ad creaturā poſſit eſſe aliqua relatio realis. 700.c.1

DISTINCTIO. XXXI.

Præterea &c.

1 Vtrum identitas, ſimilitudo, & æqualitas ſint relationes realis in Deo. 712.c.2

DISTINCTIO. XXXII.

Hic orit̄ quæſtio &c.

1 Vtrum pater & filius diligāt ſe.ſ.ſ. 720.c.1

2 Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita. 720.c.2

DISTINCTIO. XXXIII.

Poſt prædicta &c.

1 Vtrum proprietas ſit idem cum Perſona. 727.c.2

2 Vtrum proprietas ſit idem cum eſſentia. 727.c.2

DISTINCTIO. XXXIIII.

Prædictis &c.

1 Vtrum perſona ſit idem cum eſſentia. 727.c.2

DISTINCTIO. XXXV.

Cunque ſupra &c.

1 Vtrum in Deo ſint relationes æternę ad omnia ſcibilia vt q̄ditatiue cognita? 728.c.1

DISTINCTIO. XXXVI.

Solet quæri &c.

1 Vtrum creatura inquantum eſt fundamentum relationis æternæ ad Deum (vt cognoſcente) habeat vere eſſe eſſentiæ ex hoc q̄ eſt ſub tali reſpectu. 738.c.1

DISTINCTIO. XXXVII.

Et quoniam &c.

1 Vtrum Deum eſſe præſentem vbique ſecundum potētiam neceſſario inferat ipſum eſſe vbique ſecundū eſſentiam? 748.c.1

DISTIN. XXXVIII.

Nunc igitur &c.

1 Vtrum ſcientia Dei reſpectu factibiliū ſit practica? 750.c.1

DISTINCTIO. XXXIX.

Pręterea &c.

1 Vtrum Deus habeat notitiā determinatam omnium quātum ad omnes cōditiones exiſtentiæ. 752.c.2

2 Vtrum Deus habeat certam notitiam & infallibilem de omnibus quātum ad omnes conditiones exiſtētię. 752.c.2

3 Vtrum Deus habeat immutabilem notitiā de omnibus quantum ad omnem cōditionem exiſtentiæ. 752.c.2

4 Vtrum neceſſario ſciat omnem conditionem exiſtentiæ omnium. 752.c.2

5 Vtrum cum determinatione & certitudine ſuæ ſcientiæ poſſint ſtare aliqua contingentia ex parte rerum in exiſtentia. 752.c.2

DISTINCTIO. XL.

Prædeſtinatorū &c.

1 Vtrum prædeſtinatus poſſit damnari. 772.c.1

DISTINCTIO. XLI.

Si autē quęrimus &c.

1 Vtrum ſit aliquod meritum prædeſtinationis, vel reprobationis. 773.c.2

DISTINCTIO. XLII.

Nunc autem de &c.

1 Vtrum Deum eſſe omnipoten-

tentem poſſit probari natura li ratione. 783.c.1

DISTINCTIO.XLIII.

Quidam tamen &c.

1 Vtrum prima ratio impoſſibilitatis rei fiédæ ſit ex parte Dei, vel rei factibilis. 786. c.2

DISTIN. XLIIII.

Nunc illud &c.

1 Vtrum Deus potuit res melius feciſſe q̃ fecit. 790.c.1

2 Vtrum Deus poſſit facere aliter res, quàm ab ipſo ordinatum eſt fieri. 790.c.1

DISTINCTIO. XLV.

Iam de voluntate &c.

1 Vtrum Deus ab æterno voluit alia a ſe. 793.c.2

DISTINCTIO. XLVI.

Hic orit̃ queſtio &c.

1 Vtrum voluntas Dei beneplaciti ſemper impleat̃. 794. c.2

DISTINCTIO. XLVII.

Voluntas &c.

1 Vtrum permiſſio diuina ſit aliquis actus voluntatis diuinæ. 795.c.2

DISTINCTIO.XLVIII.

Sciendum &c.

1 Vtrum voluntas humana vel generalius, vtrum voluntas creata ſit bona moraliter quã documque conformatur volũtati increatæ. 797.c.2

FINIS.

BIBLIOTEC UNIVERSITAT DE GRANADA

# RESOLVTIONES
# IN PRIMVM LIBRVM
## SENTENTIARVM,
## *FR. IOAN. DVNS SCOTI,*
*Doct. Subtilis, Ordinis minorum,*

In quibus, ea quæ prolixius, & obſcurius, à Doctore pertractantur, breuius & clarius diſſeruntur, a R. P. Melchiore Flauio eiuſdem inſtituti, varijs luminibus illuſtratę,

Necnon a patre Saluatore Bartolucio Aſſiſienſi, Scoticarum ſpeculationum dilucidatore, accuratiſſime recognitæ & caſtigatæ.

*Cum Indice Alphabetico eorum, quæ in reſolutionibus continentur.*




*VENETIIS,*
*Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.*
M D L X X X.

# F. SALVATOR BART.

## ASSISIAS CONVENTVALIS Franciſcanus ad doctrinæ Scoticæ amatores & ſtudioſos.

CVM Ioannes Baptiſta Seſſa, bibliopola Venetus, Opera Ioannis Duns Scoti, Academiæ ſubtilium ſigniferi, ac principis, cuius Doctrinam iam multos annos, & Patauij, & Venetijs profeſſus ſum, in gratiam, & vtilitatem veſtram, Alexandro Gryphio Typographo diligentiſſimo excudenda tradere decreuiſſet, obnixe à me contendit, vt ea corrigerem, & à mendis quibus vndique ſcatebant, expurgarem. Animo libentiſſimo id oneris ſuſcepi: cum vt amico ſatisfacerem, cuius cauſa plurimum cupio, tum vt vobis, quacunque liceret ratione, aliquod emolumentum afferrem; cum autem eſſent ſub prælo peruenit ad manus meas libellus reſolutionũ huius Doctoris à Reuerendo Patre Melchiore Flauio varijs luminibus illuſtratus: is mihi dignus viſus eſt, vt cum operibus eius imprimeretur, eisque annecteretur, vt faciliorem, expeditioremque aditum ad huius ſubtiliſsimi viri doctrinam capeſſendam haberetis. Inſuper in veſtrum commodum præfixi numerum paginularum, qui vobis diſtinctionem, & quæſtionem quæſitam, tanquam digito, demonſtrat: Id placuit dixiſſe, vt vos non lateat, me veſtri cauſa hæc ſtudioſiſſime, diligentiſſimeque curaſſe. Valete, & laborem Bartolucij veſtri, qualisqualis ſit, (Rogo) ne paruipendatis. Venetijs Kalend. Auguſt. M D L X X X. à die Natali Chriſti.



# RESOLVTIONES PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

# F. IOAN. DVNS SCOTI Doctoris Subtilis, Ordinis Minorum.

### QVAESTIO PRIMA Prologi. Pag. 1.

*Vtrum ſit neceſſarium ſpecialem quandam doctrinam ſupernaturaliter viatori reuelari, quam naturali intellectus lumine aſſequi nequeat?*

### RESOLVTIO.

VARIA profectò hac in re eſt theologorum, & philoſophorũ (Ariſtotelis potiſſimum & ſequacium) opinio. Hi enim naturæ perfectionem pluſquam oporteat extollentes, ſupernaturalem negant perfectionem. Aſſerunt itaque nullam ſupernaturalẽ cognitionem homini pro hoc ſtatu eſſe neceſſariam, ſed ꝙ per cauſas naturales (quę ſunt intellectus, & obiectum) omnẽ ſibi neceſſariã cognitionem conquirere poſſit. Quibus refragantur theologi, authoritatibus primũ ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum patrum, deinde rationibus. Ait enim Barruch, Nõ eſt qui poſſit ſcire vias eius, (naturaliter videlicet) ſed q ſcit vniuerſa, nouit eã &c. *Barruch. 3. cap.* Vnde cõſequẽs eſt, vt nullus ſapiẽtiam hanc habere poſſit, niſi à ſciente vniuerſa (Deo videlicet:) proinde adnectit, tradidit eam Iacob puero ſuo & Iſrael dilecto ſuo. Et hoc quantum ad vetus teſtamentum. Poſt hoc in terris viſus eſt & cum hominibus cõuerſatus eſt, *Matt. 11.* ſcilicet quando tradidit eam, & in propria perſona docuit nouum teſta-

 men-

mentũ Apoſtolos, & cæteros fideles. Cõfiteor tibi pater &c. *[Luca vltimo.]* Aperuit illis ſensũ &c Mea doctrina &c Q.D. Doctrina, q̃ doceo non eſt humanitus adinuẽta, ſed diuinitus inſpirata. *[Ioan. 7. 1. Cor. 2. 2. Timot. 3. 2. Petr. 1.]* Prædicatio mea, nõ in perſuaſibilibus &c. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata &c. Non.n. voluntate humana &c. Ratione verò ſic oſtendunt. Omni agenti per cognitionem neceſſaria eſt diſtincta cognitio ſui finis. Atqui homo ex naturalibus nequit diſtincte ſuum cognoſcere finem, neceſſarium proinde eſt, vt ſupernaturaliter illi reueletur. Cõfirmatur ex Auguſtino, *[Lib. 18. de ciuitate. c. 41.]* philoſophi, (inquit) neſcientes ad quem finẽ referenda iſta eſſent, inter falſa, q̃ locuti ſunt, verum videre potuerunt. Præterea idẽ Auguſt. ait *[Lib. de ciuitate c. 2.]* Quid prodeſt noſſe quo eũdum ſit, ignoretur vero via qua eundum ſit? In hoc enim errabant Philoſophi, quia, & ſi aliqua de virtutibus vera tradiderunt, tñ falſa miſcuerunt, ſecundum authoritatem præcedentẽ Auguſtini. Et patet ex eorũ libris. Improbat enim Ariſtoteles politias diſpoſitas à multis aliis. *[2. Politi.]* Sed nec illa Ariſtotelis eſt irreprehenſibilis, vbi docet Deos eſſe honorãdos. *[7. lib. Polit.]* Decet (inq̃t) cultũ exhibere Diis & ibidem *[Lib. 7. Pol. c. 25.]* Lex nullum orbatũ tradit nutriri, & in eodem lib. cap. 15. dicit quòd oportet fieri aborſum in caſu. *[Lib. 11. de ciui. c. 73.]* Ad hæc dicit idem Auguſtinus, Quæ remota ſunt à ſenſibus noſtris, quoniã teſtimonio noſtro ſcire nõ poſſumus, de his alios teſtes requirimus. *[Potentia receptiua alicuius actus ad duo comparatur.]* Veruntamẽ, vt hæc latius pateat, obſerua potẽtiã receptiuã alicuius act⁹, ſeu formę poſſe ad duo cõparari, ad actũ ipſum videlicet (& ſic dĩ huiuſmodi receptio naturalis ſi naturaliter inclinet, violenta ſi ſit contra inclinationẽ naturalẽ, vel neutra ſi neq; ĩclinat ad iſtã formã neq; ad oppoſitã) aut ad cauſã efficientẽ illius actus. Proinde ſi intellectus poſſibilis cõparetur ad notitiã ipſam ſimpliciter, nõ eſt tũc ſupernaturalis talis cognitio, ob id ꝙ intellectus ad quãcũq; notitiã naturaliter inclinetur, & eadẽ etiã naturaliter perficiatur (accidentaliter tñ) Sin ad agens ipsũ cõferatur cognitio erit ſupernaturalis, ſi ab agente producatur, quod nõ eſt natũ naturaliter talẽ cognitionẽ ꝓducere. *[3. de natura.]* Pro iſto aũt ſtatu ſcd̃m philoſophũ intellectus poſſibilis nat⁹ eſt moueri ad cognitionẽ aliquã naturaliter tm̃ ab intellectu agente, & phantaſmate. *[Supernaturalis cognitio aut doctrina vnde dicatur.]* Quocirca ſola illa cognitio naturalis dicetur, quę ex his duobus proficiſcetur. Quamobrem ſi notitia quædã, aut doctrina, ſeu ſpecies intelligibilis menti alicuius à diuina infundatur voluntate (vt prophetis, Apoſtolis & aliis ſanctis contigit) ſupernaturalis dicetur huiuſmodi cognitio, quę producit ab agente (Deo videlicet) ꝙ pro hoc ſtatu noſtræ infirmitatis, & corruptionis nõ eſt naturaliter noſtri intellectus motiuũ, ipſo dicente Moſi. *[Exo. 33. c.]* Nõ potes videre faciẽ meã, quia nõ videbit me homo &c Vnde & Sanſonis pater, facta illi angelica apparitione, *[Iudic. 13.]* ait ad vxorẽ ſuã, Moriemur qa vidimus * Dominum. *[a. l. Deũ.]* Huc accedit Ioannes dicens. *[Io. c. 1. & Ioan. 4.]* Nemo Deum vidit vnquam. Inſuper, *[1. ad Timo. 1.]* Regi ſeculorũ ĩmortali, & ĩuiſibili &c. Et lucẽ habitat inacceſſibilem, quã nullus &c. *[1. Tim. 6.]* Dicitur præterea ſupernaturalis, quia fit ab agente, ſupplente vicem obiecti ſupernaturalis, vt puta ipſius eſſentiæ diuinæ, quæ eſt obiectum in quo relucent articuli fidei, & omnia diuina myſteria. Sed pro hoc ſtatu nequit à nobis apprehendi. Idcirco quodcunque horum myſteriorum nos certos reddit, ſupplet hac in re eius vires, ſed imperfecte nunc, cum videamus nũc per ſpeculum, & in ænigmate. *[1. Cor. 13]* tunc autem (cum obiectũ erit præſens) facie ad faciem videbimus, habentes horum claram, & perfectam notitiam. *[Ioann. 3.]* Scimus quoniam cum apparuerit &c. *[Supernaturalis doctrinæ reuelatæ poteſt quis ſubĩde naturaliter aſſentiri.]* Tradita tamen primo hac doctrina patribus, Prophetis, & Apoſtolis, poteſt ſubinde quis eidem ſibi manifeſtatæ (concurrente diuino auxilio, ac pia ſua affectione) aſſentiri, vt patet. lib. 3. reſolut. 23. Secus non reprehenderentur nolentes credere. *[Prouer. 1.]* Vocaui, & renuiſtis, &cæ. *[Matt. 23.]* Quoties volui congregare, &c. *[Ioan. 10.]* Si mihi non vultis credere, &c. *[Ioan. 10.]* Cũ aũt tanta ſigna feciſſet, &c. *[Ioan. 12.]* Corde creditur ad iuſtitiam, &c. *[Rom. 10.]* Captiuantes intellectum. *[2. Cor. 10.]* *[Doctrina diuina qu modo primũ tradita.]* Sed quemadmodum primum fuerit hæc doctrina tradita, aut reuelata, locutione interiore, an exteriore dubium eſt. Sane vtroque modo potuit ſup naturaliter reuelari: probabile eſt tamẽ quod fuerit tradita locutione exteriori, & forte cum aliquibus ſignis, & poſt primam traditionem de talibus concederem, quod poteſt aliquis naturaliter aſſentire doctrinæ traditæ, in qua nullus poteſt eſſe perplexus, niſi ex propria culpa, & in ſacra ſcriptura eſt ſufficienter tradita.



## QVAESTIO SECVNDA Prologi. Pag. 22.

*Vtrum ſupernaturalis cognitio viatori neceſſaria, ſufficienter ſit in ſacra ſcriptura tradita?*

### Resolutio.

*[Hæreſes aduerſus ſcripturã ſacram.]*

INnumeræ reperiũtur hæreſes ſacrã ſcripturã vel eius partem reprobantes, vt patet ex Damaſceno & Auguſtino de hæreſibus. Pagani enim & Atheiſtæ in vniuerſum ſcripturam reijciunt. Manichæi vetus teſtamẽtum eſſe autumant à malo principio, Iudæi nouum teſtamentum prorſus contemnunt, & tantum vetus teſtamẽtum accipiunt. Sectatores Machometi nonnulla ex vtroque recipientes, reliqua negligunt. Libertini ea quæ fauent inordinatis eorum affectib. ex ſcripturis ſacris ſeligunt, reliqua vero irrident, & ipſos Apoſtolos floccifaciũt, ſcõmatib. eos proſequẽtes. Cerdon hæreticus ſolũ Lucæ euangeliũ recipiebat aſſertore Tertulliano. Ebion, vt ait Hireneus, ſolũ Matthæi euãgeliũ. Euſebius Cæſarienſis refert, Seuerũ reieciſſe oẽs Pauli epiſtolas, & Apoſtolorũ actus. Quidã vero hęretici (& maxime noſtræ tempeſtatis) ex aliquibus ſcripturæ ſacræ ſententijs perperam ab eis interpretatis, varios colligunt errores, vt ex illo Pauli. *[1. ad Cor. 7.]* Qui non põt cõtinere, nubat in Dño &c. colligũt omnes indifferẽter debere vxorem ducere. Et ex illo, Qui infirmus eſt olus mãducet &c. ci- *[Rom. 14.]*

*Iacob. 5.*
borum delectũ damnant, perinde ac ex illo loco Iacobi, Cõfitemini alterutrum peccata veſtra, authoritatem adminiſtrandi ſacramentum pęnitentiæ indiſcriminatim omnibus laicis concedunt: Quibus in cõi (quia ſeorſum & in particulari quælibet hæreſis habet media, & rationes, quibus refelli poſſit) pluribus vijs, & medijs obſiſtere licet, videlicet, prænuntiatione prophetica, ſcripturarum cõcordia, authoritate ſcribentium, diligentia recipientium, rõnabilitate contentorum, irrationabilitate ſingulorũ errorum, ſtabilitate Eccleſiæ, miraculorum authoritate.

*Scriptura ſacræ veritas.*
*Errorũ cõfutatio.*
*Prænunciatio prophetica.*

Primum inquam prænuntiatione prophetica: Si quidẽ ſolus Deus poteſt & ſeipſo naturaliter futura contingentia certo præuidere, & eadem prædicere, & nullus alius niſi ab illo inſtructus (vt prophetæ & Apoſtoli) quemadmodũ patet ex Iſaia, Annunciate quæ ventura ſunt in futurũ, & ſciemus quia Dij eſtis vos: Atqui multa hmõi in ſcriptura prænunciata impleta ſunt, vt videre eſt in libris Prophetarum. Quare non eſt dubiũ, quin cætera quoque, quæ reſtant, impleantur, ſecundum Gregoriũ, & Auguſtinũ dicentem, vera ſe narraſſe præterita ex his quæ futura p̄nunciauit, cum tota veritate implentur.

*Cap. 41.*
*Homilia, 1. dominica aduentus.*
*12. de ciui. cap. 10.*
*Scripturarum concordia.*

Oſtendit ſecundo ſcripturarum concordia, qñquidem in non euidentibus ex terminis, nec ex principijs euidentiã hñtibus, vt ſunt propoſitiones cõtingentes, nõ concordant oĩno, & firmiter, multi diuerſimodè diſpoſiti, niſi à cauſa ſuperiori (Deo videlicet) ipſorũ intellectus & illuminent, & ad aſſentiendum inclinent. Scriptores aũt ſacri canonis variè diſpoſiti, varijs locis, & tꝑibus exiſtentes in talibus non euidentibus, oĩno conſonabant, vt patet de Ezechiele in Babylone prophetante, eo tꝑe quo Heremias in Iudæa. Idẽ ẽt conſtat de Euangeliſtis, ex quo colligit̃ ſacrorũ ſcriptorum veritas. Et hanc viã pertractat Auguſtinus. Non ſic aũt concordabant philoſophi adinuicẽ, quemadmodũ oñdit Auguſtinus ibidem dicens. Philoſophi monumenta ſuorũ dogmatũ reliquerunt, q̄ diſcipuli legentes, licet in aliquib. eſſent aſſentientes prioribus, vt diſcipuli, tñ in quibuſdam contradixerunt, vt Ariſtoteles Platoni, Ariſtippus, & Antiſthenes Socrati, & inter ſeſe. Qñquidẽ Ariſtippus in voluptate corporis ſummum bonum ponebat. Antiſthenes verò virtute animi potius hominem fieri beatũ aſſerebat. Ad hæc Epicurei res humanas ad deorum curã non pertinere putabant. Stoici contraria ſentientes eas regi, atque muniri Dijs adiutorib. atque tutoribus diſputabant. Alij aſſerebant vnũ, alij innumerabiles mundos: ipſum aũt vnũ alij ortũ, alij verò initium non hr̃e, alij interiturum, alij ſemper futurũ, alij mente diuina, alij fortuitu. & caſibus agi, alij immortales eſſe animas, alij mortales.

*Lib. 18. de ciui. Dei, cap. 41.*

Tertiò ſcribentiũ authoritate. Cũ. n. ſcriptores ſacrorũ codicũ mendaciũ damnent, in fide, & moribus p̄cipuè, quõ eſt veriſimile eos fuiſſe mentitos dicentes, hæc dicit Dñs; ſi dñs non

*Scribentium ſcripturas ſacras authoritas.*





non fuiſſet locutus, aut pp lucrum mentiri voluiſſent, cum tãtas tribulationes & mortem ipſam, vt hæc mortalibus perſuaderent, ſuſtinuerint, nec poterit dicere infidelis, ꝙ fuerint decepti. Nã Apoſtolus nõ aſſeueraſſet, ſe audiſſe verba arcana in raptu illo, niſi huius rei fuiſſet certus. Similiter nec Prophetę, aut cęteri ſancti: ſiquidẽ aſſerere dubiũ, tanquã verum, vel eſt mendaciũ, vel non longè à mendacio. His ſubſcribit Richardus. Certè à ſummæ ſanctitatis viris ſunt nobis tradita &c. Auguſtinus loquẽs de Chriſto: Hic inquit, prius per Prophetas, deinde ꝑ ſeipſum, poſtea ꝑ Apoſtolos, quantũ ſatis eſſe iudicauit locutus, ſcripturam condidit q̄ canonica nominat̃, eminentiſſimæ authoritatis.

*2 Cor. 12.*
*Lib. 1. de trini. 2. 11. de ciuit. Dei. cap. 3.*
*Scripturæ ſacræ recipientiũ diligentia.*

Quartò recipientiũ diligentia. Aut. n. nulli credis de contingenti, qđ non vidiſti, ita nõ credes mũdũ fuiſſe ante te, nec iſtum eſſe patrem tuũ, & illam eſſe matrem tuã, & talis incredulitas oẽm vitã politicam deſtrueret. Si igitur vis alicui de hoc credere, qđ tibi nõ eſt, nec fuerit euidens, maximè credendũ eſt illis q̄ tota cõitas aliqua famoſa & honeſta, cum maxima diligentia approbata recepit, cuiuſmodi eſt canon diuinæ ſcripturæ. Tanta eñ apud Iudęos ſollicitudo fuit, & apud Chriſtianos de libris recipiendis, tanquã authenticis, & canonicis, ꝙ de nulla alia ſcriptura hñda pro authentica tanta ſollicitudo fuerit inuenta. Vñ Auguſtinus ait: Quomodo ſcriptura Enoch, de qua Iudas in epiſtola ſua meminit nõ recipitur in canone, & multę alię, de quibus fit mentio in libris regum, vbi innuit, ꝙ ſola illa recepta ſunt in canone, q̄ authores, nõ ſicut homines, ſed diuina inſpiratione ſcripſerunt. Et ibidẽ, illi Iſraelitæ, quibus tradita ſunt eloquia Dei, nullo mõ pſeudoprophetas cũ veris prophetis* paritate licentiæ confuderunt, ſed concordes inter ſe, atque in nullo diſſentientes, ſacrarũ literarũ veraces ab eis agnoſcebantur, & tenebantur authores.

*18. de ciui, cap. 38*
*cap. 41. de ciui. Dei.*
*a. l. pari litate.*

Quintò rõnabilitate contentorum. Quid. n. rõnabilius, quã Deũ, tanquã finẽ vltimum ſuꝑ oĩa diligi, & proximũ ſicut ſeipſum? id eſt ad idem ad qđ ſe, ſecundũ Gregorium: In quibus duobus p̄ceptis tota lex pẽdet, & prophetę. In p̄ceptis namq;, conſilijs, & ſacramentis nõ cõtinetur aliud, q̄ illorũ explicatio, & legis naturæ ſcriptæ in cordibus noſtris. Cũ. n. gentes, &c. Oĩa quæcunq; vultis vt faciant vobis homines (ſecundũ rectã rõnem) & vos facite illis. Qđ oderis tibi fieri &c. De hoc & Auguſtinus. Nihil turpe, ac flagitioſum ſpectãdũ imitandumq; proponit̃, vbi verbi Dei aut p̄cepta inſinuant̃, aut miracula narrant̃, aut dona laudant̃, aut bñficia poſtulant̃. De credibilibus quoq; patet, quia nihil credimus de Deo, qđ aliquã importet ĩperfectionẽ, ſed potius perfectionẽ, & magis rõni conſonũ, q̄ eius oppoſitũ. Quocirca ſi quis de aliquo hæſiter credibili, accipiat eius contradictoriũ, & videat q̄ pars eſt in ſe melior, & deſiderabilior ſecundũ dictamẽ rectæ rõnis, & adhæreat, vt melius eſt bonum infinitũ eſſe in entibus, q̄ carentia tanti boni. Ad hæc melius eſt

*Scripturæ ſacræ rationabilitas.*
*Homi. 22.*
*Matt. 22.*
*Rom. 2.*
*Matth. 7.*
*Tob. 2.*
*De ciuit. Dei. lib. 2 cap. 28.*

habere Deum omnipotentem, ſumme bonũ, ſapientẽ, & oĩa de nihilo creare valentẽ, &c. q̃ oppoſitũ, de qua re & Auguſtinus, Imperitum ẽt vulgus (ait) marium, fœminarumq́; , in tã multis, diuerſiſq́; gentibus & credit, & prædicat, ꝙ continentia vſq; ad tenuiſſimum victũ panis & aquæ, & non quotidiana ſolum, ſed ẽt per contextos plures dies perpetrata ieiunia, ꝙ caſtitas vſque ad coniugij proliſque contemptum, ꝙ patientia vſque ad cruces flammaſque neglectas, ꝙ liberalitas vſque ad patrimonia diſtributa pauperibus, ꝙ denique totius huius mundi aſpernatio, vſq; ad deſideriũ mortis incendit. Pauci hoc faciunt, pauciores bene prudenterque faciũt, ſed populi probant, populi audiunt, populi fauent.

*Tomo. 6. lib. 8. de vtilitate credendi, cap. 17.*

*Hæreſum irrationabilitas.*

Sexto irrationabilitate ſingulorum errorum. Quid. n. Pagani pro idololatria ſua adducẽt, manuum ſuarum opera colentes, in quibus nihil eſt numinis, ſicut ſatis oſtendunt philoſophi? Quid Saraceni viliſſimi porci, Machometi diſcipuli pro ſuis ſcripturis adferent, expectantes pro beatitudine, quod porcis conuenit. ſ. gulã & coitum? Quam promiſſionem deſpiciens Auicenna, licet fere fuerit illius ſectæ, alium finem quaſi perfectiorem, & homini magis congruentem aſſerit dicens. Lex noſtra, quã dedit Machomet oſtendit diſpoſitionẽ felicitatis, & miſeriæ quæ ſunt ſecundũ corpus, & eſt alia promiſſio, quæ apprehendiť intellectu, quam magis concupierunt ſapientes, q̃ illam q̄ eſt corporum, quæ quamuis dareť eis, non tñ attenderunt eã, nec appretiati ſunt eã, in comparatione felicitatis, q̄ eſt coniuncta primæ veritati. Quid Iudæi nouum damnantes teſtm̃? quod in veteri promittiť, vt oſtendit Apoſtolus, vituperans enim eos dicit. Ecce dies venient &c. Vide quam inſipidæ ſine Chriſto ſint eorum ceremoniæ, quare cæci ipſi nõ aduertunt Prophetarũ complementũ, potiſſimũ Patriarchę Iacob p̄dicentis. Nõ aufereť ſceptrũ de Iuda: Et Danielis, Cũ venerit ſanctus ſanctorum &c. Quid aſini Manichæi fabulantur primum malum? Cum oẽ ens in quantum ens ſiť bonũ, cur non vident in nouo teſtõ, vetus eſſe authenticum, & approbatum? Quid ſinguli alij hæretici, qui aliqua loca ſacræ ſcripturæ male intellexerunt, nec ẽt alia loca ſcripturarum contulerunt, vñ hæreſes ortæ ſunt ſecundum Auguſtinum. Non poteſt (inquit) error oriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de ſcripturis non intellectis, & hoc iõ, quia præcedentia, & ſequentia non contulerunt. Solent. n. (vt ſubiungit) circunſtantiæ ſcripturarũ illuminare ſnĩam. His ẽt aduerſať Illud Auguſtini. Non crederem Euãgelio, niſi quia Eccleſię Catholicæ credo, vñ irrationabile eſt aliquid canonis recipere, & aliquid negligere, cum eccleſia totum ex æquo recipiat.

*ex 9. met. cap. 7.*

*Heb. 8. & Hiere. 31*

*Geneſ. 49*

*Daniel. 9.*

*in lib. 83. q. 69. q.*

*Tomo. 6. cont. epiſtolã fundamenti ipſius Manichæi.*

*Eccleſiæ ſtabilitas.*

Septimò Eccleſiæ ſtabilitate, de qua Auguſtinus. Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos eius Eccleſiæ credere gremio, quæ vſq; ad conſumationem generis humani ab Apoſtolica ſede p ſucceſſiones

*Tomo. 6. lib. vni. de vtil. credendi, c. 17.*



ceſſiones epiſcoporum, fruſtra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis iudicio, partim conſiliorum grauitate, partim & miraculorum maieſtate dominatorum culmen authoritatis obtinuit? Si enim ex hominibus eſſet conſilium hoc, aut opus (vt ait Gamaliel) diſſolueretur. Et apud Lucam dicit Dñs Petro. Ego rogaui pro te &c Et apud Matthæũ idem Dñs ait. Ego vobiſcum vſque ad &c. Et Apoſtolus vocat Eccleſiam columnam, & firmamentum veritatis. Et Auguſtinus cõtra epiſtolam fundamenti ait. Quis. n. tantam multitudinem ad peccata pronam, ad legem contrariam carni, & ſanguini ſeruandam induceret, niſi Deus? Obiicies fortaſſe permanentiam legis Machomæti. Rñdeo illã incepiſſe pluſquã ſexcentis annis poſt legẽ Chriſti, in breui Deo cooperante finieť, q̄ multũ debilitata eſt anno Chriſti 1300. & eius cultores multi mortui, & plurimi ſunt fugati, & profetia dr̃ eſſe apud eos quod cito finienda eſt ſecta illa.

*Act. 5. c.*
*Lucæ c. 22*
*Mat. vlt.*
*1. Tim. 3.*

*Machometi lex, & eius permanentia*

*Miraculorum claritas.*

Octauò Miraculorũ claritas, nequit eñ Deus teſtis eſſe falſus, eſt aũt Deus verax &c. Ille fidelis p̄manet &c. A Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, &c. Atqui Deus inuocatus à p̄dicante ſcripturã, vt oñderet doctrinam ſuam eſſe veram, fecit aliquod opus ſibi propriũ, vt pote miracula, quib. teſtatus eſt hanc doſtrinã eſſe verã. Huc accedit Richardus dicens, Dñe ſi eſt error, à te decepti ſumus, nã tantis ſignis confirmata ſunt, q̄ non niſi p te fieri poſſent. Quod ſi dixeris miracula non fuiſſe facta, refragať tibi Auguſtinus dicẽs. Si iſta miracula facta eſſe non credunt, hoc nobis vnum grande miraculũ ſufficit quòd iã terratũ orbis ſine vllis miraculis credidit. qa ſi quicqd qđ credimus dicať incredibile eſſe, nõ minus eſt incredibile homines (ait) ignobiles, infirmos, pauciſſimos, imperitos, rẽ tã incredibilẽ, tã efficaciter mundo, & in illo ẽt doctis pſuadere potuiſſe, vt mũdus illud credat, ſicut iã crediſſe vř, niſi p illos aliqua miracula fierent, p q̄ mundus ad credendũ induceretur. Quo circa ſubiungit. Qui ppea exiguo numero ignobiliũ, infimorũ, imperitorũ hominũ credidit, qa in tã contẽptibilibus teſtib. multò mirabilius diuinitas ſeipſa perſuaſit. Quid. n. incredibilius, q̃ vt ad legẽ contrariã carni & ſanguini doctores pauci, & rudes, & pauperes poſſent plurimos potẽtes, ac ſapiẽtes cõuertere? vt conſtat de primis ad ſidẽ cõuerſis ſapientib. quidẽ, & fidei rebellib. antea, qualis ſuit Paulus Eccleſiæ pſecutor, Auguſtinus prius Manichæus, Dionyſius philoſophus, Cyprianus magus. Adde pleraque facta fuiſſe miracula, q̄ nõ niſi à proteruo nimis negari poſſent, vt curatio lepræ Cõſtãtini. & cætera miracula corã eo à Silueſtro facta, q̄ oĩb. innotuerũt. Dices fortaſſe ꝙ ipſa nõ teſtanť veritatẽ, ppea ꝙ Antichriſtus quoq; ſit miracula editurus. Rñdeo. Si qs in teſtẽ inuocatus cõſuetũ teſtificationis ſignũ adduci p̄mittat, nec pñs cõtradicat, is verax eẽ nequit, Miraculũ aũt eſt tali ſignũ Dei, vt teſtis. Quapp ſi miracula fieri a dæmonib. permittat non contradicẽs, annũciãs videlicet illa non

*Rom. 3. c.*
*2. Tim. 2.*
*Apoc. 2.*

*1. de trini. cap. 2.*

*Lib. de ciui. Dei. 22 cap. 5.*

non eſſe teſtimonia, nō erit perfectè verax, quod eſt abſurdiſſimū. Quamobrem cum adfers miracula Antichriſti in huius aſſertionē, reſpondeo prædictū iam fuiſſe à Chriſto, & Apoſtolis, ea miracula faciēda, nō eſſe veritatis teſtimonia. Surgent.n. pſeudochriſti, & pſeudo ꝓphetę ecce prædixi vobis &c. Et tunc reuelabitur ille iniquus &c Ad de quòd lata ſit differentia miraculorū, q̄ fiunt à Deo, & quæ fiunt à diabolo, vt doctè pertractat Auguſtinus Miraculū inqt voco quidquid arduū, aut inſolitum ſupra ſpem, vel facultatē mirantis apparet: Quędam ſolum faciunt admirationem, vt quæ fiūt à Dæmonibus, quędā magnā gratiam beneuolentiāque conciliant, qualia fuerunt Chriſti miracula. Huc accedit quædā facta miracula in lege Chriſtiana, in quibus decepta eſſe nequit, quī ſint facta, & ſūt veritatis teſtimonia, ꝓpterea ꝙ à Deo fuerīt facta, vt raptꝰ Pauli, & reuelatio futurorū cōtingētiū facta Prophetis, & ſanctis vtriuſque teſtamenti. Quapropter hæc duo poſſent obiici ipſi Antichriſto cōtra ſua miracula. Si tu es Deus, fac me videre eſſentiā diuinā nudè, & poſt viſionē, certā memoriā habere ipſiꝰ viſionis, & certitudinē, quòd illa fuit viſio eſſentiæ diuinæ, & tūc credā tibi. Itē, ſi tu es Deus, dic mihi quid faciam, vel quid cogitabo, vel quid appetam pro tali hora. Huius aūt viæ efficaciam ex miraculis innuit Chriſtus dicēs: Opera quæ ego facio &c. Et alibi, Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis &c.

*Antichriſti miracula. Matth. 24. 2. Theſſal. 2. Miraculorum verorū, & falſorum differētiæ. Lib. de vtil. cred cir. fin.*

*Io. 5. & 10. Matth. 11*

Nonò, teſtimonio eorum, q foris ſunt. Ioſephus. n. de Domino Ieſu Chriſto ſic ait, Fuit aūt eiſdem tēporibus, Pilati videlicet, Ieſus ſapiens vir ſi tñ virū eum nominare fas eſt, erat enim mirabilium operum effector, & doctor eorum hominū, qui libenter ea quę vera ſūt audiūt. Chriſtus hic erat &c. Vbi eius verā doctrinā, & deinde ex mortuis reſurrectionē oſtēdit.

*Li. 18. Ant. Iudaic. c. 6. Teſtimonia externa fidei noſtræ.*

Decimo addi pōt, quòd Deꝰ nō deſit ſalutem toto corde quærētibus, vt patet ex verbis Pſalmiſtæ, & Apoſtoli dicētis. Nihil ſolliciti ſitis &c. Multi aūt, vt Paulus, & Auguſtinus diligētiſſimè ſalutis viam inquirentes ad Chriſtianā fidē conuerſi ſūt, in qua multū profecerūt, innumeráque ſupplicia magna cum ſpiritus exultatione ꝓpeſſi ſunt. vnde illud, Ibant Apoſtoli gaudentes &c. quæ non cōtigiſſent niſi à Deo eſſet hoc inſtitutum Chriſtianorū. Ex prædictis igiť liquet ſcripturę doctrinam eſſe veram, quòd autem neceſſaria viatori, & ad finem ſuū perſequendū ſufficiens exiſtat, patet. Nam ipſa ī particulari explicat quid ſit finis hominis, nempe Dei viſio, & fruitio, & quomō ab homine obtineatur ī corpore, & anima ſimul, & perpetuò poſt reſurrectionē, deīde determinat media ad illū finē conſequendū neceſſaria, vtpote decē mandata, quæ variis in locis ſcripturæ explicantur, vnà cum cæteris. pro diuerſitate temporū iuxta Dei voluntatem ab homine requiſitis. Proprietates quoque immaterialium ſubſtantiarum, quantum homini expedit eas noſſe, aperit, vnde conſtat ſacram ſcripturam ſufficienter continere doctrinam neceſſariā viatori. Quòd ſi dixeris pleráque

*Pſal. 144 Ad Philip. 2.*

*Act. 5. c.*

*Scriptura ſacra ſufficiens viatori.*

*Exod. 20. Deutero. 5. Matth. 19.*



que eſſe ambigua, & problematica apud doctores, quorū certa reſolutio ex ſacris haberi neqt, vt de quibuſdā actibus, An ſint peccata mortalia, an nō quorū tamen cognitio ad ſalutem eſt neceſſaria, Satisfacit huic obiectioni Origenes dicens. Nulla ſcientia oīa ſciēda explicauit (in ſpecie, bene tñ in genere) ſed illa ex quibus poſſunt alia ſufficienter elici, vnde multę veritates neceſſariæ non exprimūtur expreſſè in ſcriptura, ſed virtualiter in ea cōtinentur, ſicut cōcluſiones in prīcipiis, ad quarū inueſtigationem vtilis fuit expoſitorū, & doctorum diligentia. Quòd ſi aliqua adhuc remaneant dubia, à talibus tanquā periculoſis debet ſibi homo cauere, ne dū ſe periculo exponit, in peccatum incidat. Qui enim amat periculum, peribit in illo. Nam via ſalutis ſimpliciter nō eſt dubia, potiſſimùm quantū ad ius, licet bene quantùm ad factum, & ex peccato proprio.

*In homil. de arca Noe.*

*Eccleſ. 3.*

## QVAESTIO TERTIA
Prologi Pag. 30.

*Eſt ne Deus Theologiæ ſubiectum?*

RESOLVTIO.

*Theologia in ſe & in nobis.*

THeologia vtique bifariam conſiderari pōt, nempe in ſe & vt eſt in nobis. Si in ſe conſidereť eſt talis cognitio, qualem theologicū ſubiectum natū eſt comproducere in intellectu ſibi proportionato, diuino videlicet. Si vt eſt in nobis conſideretur, talis eſt cognitio, qualē noſter intellectus de illo obiecto natus eſt habere. Vt exempli gratia, ſi quiſpiam nequeat demōſtrationes geometricas capere, credat aūt de eis geometrę, Geometria eſſet illi fides, nō ſcientia, eſſet tamē in ſe ſcientia, q̄a ſubiectū Geometrię natū eſt generare ſcientiam in intellectu ꝓportionato. Eſt aūt ſubiectū primum, & adæquatū alicuius ſcientiæ, quod alij vocāt ſubiectū attributionis, quod cōtinet in ſe primò virtualiter ī eſſe cognito, oēs veritates, ſeu propoſitiones neceſſarias illius habitus ſeu ſciētię, cuiꝰ eſt obiectū. Porrò Theologia duplices continet veritates ſeu ꝓpoſitiones, nempe neceſſarias, q̄ Dei naturā, & perſonarū emanationes explicāt, vt ꝙ Deus ſit trinus & vnus, quòd Pater filiū generet, & ſic d̄ aliis operibus ad ītra: Et cōtingentes, quæ opera ipſius Dei ad extra declarā.. Cuiuſmodi, Deꝰ creat Verbū caro factū eſt & cæteri articuli verbi incarnationē concernentes. Ex quibus facile colligitur, quòd Theologiæ in ſe, quantū ad veritates, neceſſarias, ſubiectum nequit eſſe, niſi Deus, vt conſtat ex definitione ſubiecti primi. Deus enim continet primò virtualiter omnes tales veritates, & omnes habēt attributionem ad ipſum, tanquam poſterius ad ſuum prius. Huc accedit Auguſtinus dicens, Theologia eſt ſermo, vel ratio de Deo. & alibi inquit, Iſta ſcientia eſt de illis quibus fides gignitur, defenditur, & roboratur. ergo eſt de illo, quod eſt ſubiectū fidei, illud autem Deus eſt, vt paret lib. 3. Reſolut. 23. Adde ꝙ ſcientia nobiliſſima, eſt circa nobiliſſimū genus. Theologiā aūt eſſe nobiliſſimā omnū diſcipli-

*Subiectū attributionis quid.*

*Theologia duplex.*

*Theologia ſubiectū.*

*8. de ciuit. cap. 1. 14. de trin. c. 1. & 4.*

*6. Meta. & prim. de nat.*

diſciplinarum, omnibus eſt in cõfeſſo. Oportet igitur, vt ſit de Deo, veluti de ſubiecto primo, Quantum aũt ad veritates contingentes, cum nullum ſubiectum contineat virtualiter, niſi veritates neceſſarias de ipſo, dicẽdũ eſt inter cõtingentes eſſe ordinẽ quendam, & aliquã earũ eſſe primo veram, vt hęc: Deus vult mundum producere propter communicationẽ bonitatis ſuæ. & ſubiectũ huius, quę eſt primo vera, & quaſi p̄cipuũ omnium contingentiũ, eſt ſubiectum omniũ contingentiũ. Deus igitur eſt ſubiectũ totius Theologię in ſe, ſiue neceſſariorũ, ſiue contingentiũ, & hoc tã vt eſt in intellectu diuino, quã beatorum. Si autẽ loquamur de noſtra Theologia reſpectu neceſſariorũ, cum ipſa nõ habeat euidentiá ex obiecto, ſed aliunde, nempe ex reuelatione, nõ poteſt habere obiectum deducens in notitiam primarum veritatũ ipſius, ſed ei adſcribit̃ primũ ſubiectũ, de quo primo ſeu ꝑfectiſſime, immo immediate cognoſcunt̃ primæ veritates illiꝰ, tale aũt eſt ens infinitũ, ꝗa iſte eſt conceptus ꝑfectiſſimus, quẽ ex naturalibus habere poſſumꝰ de Deo, qui in ſe eſt ſubiectum Theologię. Verũtamẽ ꝗa Theologia noſtra de neceſſarijs, eſt de eis, de ꝗbus & Theologia in ſe, ideo ẽt poſſumus ei idẽ attribuere ſubiectũ, nempe Deũ inquantũ Deus eſt. Nã licet non ſit ſubiectũ dans nobis euidentiã, põt tñ dare, ſi cognoſceret̃, Theologiæ quoque noſtræ contingẽtis idẽ eſt ſubiectũ, ꝙ eſt neceſſariæ, mõ præexpoſito, vt puta illud de quo p̄dicatũ primæ contingentis enunciatur, & non vt continens virtualiter euidentiam harum veritatum contingentium.

## QVAESTIO PRIMA Collateralis Prol. Pag. 31.

*Eſt ne Deus ſpeciali aliqua ratione Theologiæ ſubiectum?*

### RESOLVTIO.

Qvum noſtra cognitio abſolutã præſupponat, abſolutaq; certior ſit, aſſertore Ariſtotele, erit ꝓpterea Deus non ſub quacunque ratione, vt reparatoris, gubernatoris, capitis, ſummi boni, entis infiniti, aut alterius attributi, ſed ſub rõne ꝓpria, & perfectiſſima, id eſt ſub ratione Deitatis, & inquantũ eſt hęc eſſentia Theologię ſubiectum. Quemadmodum enim perfectiſſima ſcientia, quæ de homine haberi poſſit, eſt ea quæ habetur de eo, ſecundum rationẽ eius quiditatiuam, inquantum videlicet eſt animal rationale, non illa quæ de illo haberetur in quantũ eſt ſubſtãtia, bonus, aut iuſtus &c. Sic etiam dicendũ eſt de Deo. Quòd ſi proferas Hugonem de Sacramentis dicentem opera reparationis eſſe hic ſubiectum, & Caſſiodorum aſſerentem Chriſtum, caput fidelium cũ membris eſſe ſubiectum. Ergo ſi Deus ſit ſubiectũ, hoc erit ſub aliqua ratione ſpeciali, quia inquantum reſtauratur. Reſpondetur, Hugonem & Caſſiodorum non loqui de formali ſubiecto, quod eſt Deitas, ſed de materia proxima, de qua diffuſiꝰ tractat̃ ĩ ſcriptura.

*1. Meta. in prologo & 1. poſter.*

QVAE-



## QVAESTIO SECVNDA Collateralis Prol. Pag. 32.

*An Theologia ſit de omnibus ex attributione ipſorum ad primum eius ſubiectum?*

### RESOLVTIO.

Qvum obiectum primum Theologiæ, quod eſt ipſa diuina eſſentia in ſeipſa, cũcta diuino repręſentet intellectui, erit vtique (ipſa inquam Dei Theologia) omnium cognoſcibilium ſcientia: etenim & omniũ quorumcũque obiectorum Dei cognitio dicitur Theologia, ſeu notitia Theologica, propterea qđ omnis Dei notitia producat̃ ab ipſa eſſentia diuina, quãdoquidẽ res creatę, nec in genere ꝓprio, (id eſt in naturali earũ exiſtẽtia) nec vt relucẽt in diuina eſſentia, poſſunt mouere diuinũ intellectũ, id eſt in eo aliquã ꝓducere notitiã, ob id ꝙ ſit ĩfinitus, & rerũ quidditates, id eſt eſſentiæ & naturę, finitæ. Infinitũ aũt à finito nullatenus moueri, ac perfici põt. Quocirca prętermiſſo naturæ primo ſigno, ſeu inſtãti in quo exercent̃ opera ad intra (hoc eſt emanationes ꝑſonarũ) in 2. inſtãti in quo fiunt opera ad extra, id eſt cõcernẽtia creaturas. Primo diuina eſſentia à diuino intellectu cognoſcitur, Secundo rerũ creandarũ quidditates, Tertio veritates, ſeu ꝓpoſitiones in illis rerũ quiditatibus virtualiter cõtẽtę, ſed illæ rerũ quidditates nõ producũt in intellectu diuino notitiã ꝓpoſitionũ, q̃ fiunt ex illis, ſed ipſa diuina eſſentia. Quocirca non eſt inter quidditates, & ipſas ꝓprietates ordo cauſæ ad effectũ, ſed talis, qualis eſt in pluribus effectibus eſſentialiter ſubordinatis, & ab eadẽ ꝓductis cã, vt in illuminationibus partis Orientalis & Occidẽtalis, q̃ fiũt à ſole, & neutra ab altera. Hinc facile colligas licet, Deũ nõ eſſe philoſophũ, Mathematicũ, Dialecticũ &c. ſed ſolũ Theologũ, nõ quin ꝑfectiſſimè nouerit earũ diſciplinarũ axiomata: Sed idcirco, ꝙ ad earũ notitiã nõ excitetur (perinde ac nos) ab obiecto, & principijs earũ diſciplinarũ, ſed ab ipſa ſolũ diuina eſsẽtia. Sciẽtia aũt deſumit ſuã nomẽclaturã ab ipſo obiecto, quãobrẽ cũ obiectũ Theologiæ omniũ taliũ notitiarũ ſit cã, dicent̃ & ipſæ notitiæ theologicæ. Non ſic aũt dicendũ eſt de beatis, nã licet in diuina eſſentia videant res ipſas, tñ poſſunt in genere proprio eas cognoſcere, & eorũ intellectus à rerũ quidditatibus moueri põt ad cognoſcẽdũ veritates, & ꝓpoſitiones in eis cõtẽtas: nec eſt eorũ theologia, vt eſt in ipſis, & de facto, oĩum cognoſcibiliũ, ſed eorũ ſolum, q̃ Deus illis voluntariè in ſua oſtẽdit eſsẽtia. Cõſimiliter quoque, & de noſtra dici dẽt Theologia, quæ non duntaxat, quantum ad reuelationem generalem concernentem humanum genus, eorum quæ in ſacris continẽtur literis, vnde dr̃. Nõ addetis ad verbũ, qđ vobis loquor &c. Et illud. Quod præcipio tibi &c. Et illud, Qui appoſuerit &c. Quod intelligendũ eſt de additamẽtis, & gloſſematibꝰ repugnãtibꝰ ſacrę ſcripturę, nõ aũt de his, quę ei ſunt cõformia: ꝗ enim

*De theologia beatorum.*

*Deut. 4. Deut. 12. Apocali. vlt.*

enim ſapientiam hanc diuinā elucidant, vitam ęternam habebunt. *Eccleſ. 24.* Pōt nihilominus Theologia noſtra dici de omnibus, quātum ad reſpectus, quibus creaturæ referuntur ad Deum, vtpote, quòd ab eo depēdeant, quòd in ipſis ſit Dei imago, aut veſtigium &c. qa reſpectus niſi cognitis extremis cognoſci nequeunt. Et hæc eſt ratio, quare non poſſumus naturaliter ſcire intellectum humanum ordinari ad hūc finem, vt clarè videat Dei eſſentiam, quia videlicet nequit hæc ordinatio, quæ eſt reſpectus quidam, cognoſci, niſi cognitis extremis, quorum alterum eſt ipſa diuina eſſentia, à nobis pro hoc ſtatu minimè cognoſcibilis.

## QVAESTIO TERTIA Collateralis Prol. Pag. 47.

*Eſt ne Theologia in ſe ſcientia?*

RESOLVTIO.

*1. lib. poſt anal.*

SCientia (vt patet ex Ariſtotele) ē notitia concluſionis neceſſariæ cauſata à præmiſſis euidētibus applicatis ad illationē ipſius cōcluſionis per diſcurſum ſyllogiſticum, cuius quidem rationis poſtrema pars imperfectionem includit ex parte ſciētiæ, vt puta ꝙ ſit effectus æquiuocus. Omnis autem æquiuocatio totalis perfectior eſt ſuo effectu, & potentialitatem ex parte ītellectus recipiētis. Quare theologia in ſe, quantum ad hanc conditionem, non eſt ſciētia, ſed quantum ad tres priores etiam intellectui diuino: in intellectu autem beatorum eſt ſcientia etiam quantum ad omnes 4. conditiones, quia quidditas ſubiecti in quocunque videatur lumine, ſiue naturali atque proprio, ſiue ſupernaturali, in eſſentia diuina, cōtinet ſuas veritates. Omnis enim veritas producta in intellectu noſtro ꝑ aliquid prius naturaliter notū, fit per diſcurſum, quia diſcurſus non requirit ſucceſſionem temporis, ſed ordinem naturæ, vt puta ꝙ præmiſſæ ſint prius natura notæ ipſa concluſione. Et quantum poſſunt huiuſmodi concluſiones veritatem inferre, propterea loquitur dubitatiuè Auguſtinus, cum ait. *5. de Trinit. cap. 16.* Fortaſſe nō erunt ibi volubiles noſtrę cogitationes ab alijs in alia euntes, atque redeūtes, ſed ſciētiam noſtram vnico intuitu videbimus: & loquitur de ſucceſſione temporis, non autem naturæ, hæc quidem quantum ad neceſſaria, quæ continet theologia, cuiuſmodi ſunt operationes ad intra: ſed quid de contingentibus, quæ concernunt operationes ad extra, & omnes articulos incarnationis verbi diuini? his enim non videtur cōpetere ſcientiæ definitio, quæ eſt neceſſariorum. Reſpondetur quòd horum notitia, quātumuis certa & euidens per reuelationem diuinæ voluntatis, nihilominus non ſortitur nomē ſcientiæ propriè acceptæ, ſed ſolum nomen ſcientiæ fuſius acceptæ, quomodo ſcientiam accipit Philoſophus, quatenus videlicet diuidit contra opinionem, & ſuſpicionem: Proprius tamen omnes excutiendo, dici poteſt, Theologiā nō eſſe ſciētiam, ſed ſapientiam. *6. Ethi. et 4. & 7.*

QVÆ-



## QVÆSTIO QVARTA Lateralis Prologi. Pag. 49.

*Eſt ne Theologia ſubalternans, vel ſubalternata ſcientia?*

RESOLVTIO.

LIcet admittamus Theologiā eē ſciētiam, non tamen eſt ſubalternans, aut ſubalternata, quia nulla principia ab aliqua recipit ſcientia, ſed à ſola procedit voluntate: nec aliqua alia ſcientia ab ipſa, Quia quælibet alia habet ſuam vltimam reſolutionem ad aliqua principia immediata naturaliter nota: Subalternata autē requirit, ꝙ notitia principiorum ſcientiæ ſuperioris, ſit cauſa notitię principiorum inferioris ſcientiæ.

## QVAESTIO QVARTA Prologi. Pag. 50.

*Vtrum Theologia ſit practica, & ſi à fine denominetur?*

RESOLVTIO.

*Praxis quid:*

PRaxis (vt in præſentia accipitur) eſt actus alterius potentię, quàm intellectus, vtpote voluntatis, naturaliter poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ, vt ſit actus rectus. Quāobrem, vt ſciētia aliqua dicatur practica, duo requiruntur, *Ad ſcientiam practicā duo requiri. 6. et 3. Ethi.* primum quòd talis ſcientia nota ſit præcedere ipſam electionem, non enim requiritur ipſam actu pręcedere. Si quidem electio recta neceſſario requirit rationem rectā, &, vt ait Auguſtinus, Intellectus intelligit ſibi, & alijs, id eſt iudicat de actu ſuo, & actibus aliarum potentiarum. *15. de trin. cap. 7.* Secundo requiritur actum voluntatis, ſeu praxim ipſam eſſe conformem ipſi conſiderationi, ſeu dictamini intellectus recto, vnde Ariſtoteles ibidem, Veritas conſiderationis practicæ eſt cōfeſſe, ſeu conformiter ſe habere appetitui recto, *6. & 3. Ethi.* quod intelligitur actiue, vt puta, quod notitia practica regulet, & dirigat voluntatem in actibus ſuis, & elicitus, & imperatus, quorum vterque praxis dicitur: Primo tamen, & proxime actus elicitus, quia is eſt primo poſterior intellectione, & primo natus elici conformiter ad rectam rationem, non autem actus imperatus, quare nec ꝓprie dicitur praxis, ſed ſecundario, & veluti per accidens. *Actus elicitus voluntatis, 1. praxis dicitur, īperatus ſecundario.* Sed vnde deſumunt proprie diſcrimen practicum, & ſpeculatiuum? *3. articulus.* Reſpondetur, quod licet à fine diſtingui poſſint, ſiquidē, vt eſt apud Ariſtotelem, finis ſpeculatiuæ eſt ſcire, practicæ vero eſt opus, *2. Meta.* non tamen inquantum eſt finis, ſed inquantum primū obiectum talis habitus. Quocirca prior diſtinctio practici, & ſpeculatiui eſt ab obiectis. *6. Ethic. Practici, & ſpeculatiui diſtinctio eſt ab obiectis.* Quod aſtruitur per philoſophum diſtinguētem ratiocinatiuum, id eſt habitum practicum à ſcientifico, ſiue ſpeculatiuo, penes obiectum neceſſarium, & contingens. Item philoſophus diſtinguit ſcientiam tam actiuā (quæ conſiſtit in actibus immanentibus) quam factiuam (quæ conſiſtit in actibus tranſeuntibus) à ſpeculatiua penes obiectum. *6. Meta.*

ctum. Hinc liquet ſolutio ſe-
cundæ partis quæſtionis Scien-
tia enim nuncupatur practica
ab obiecto, & non à fine inquã
tum huiuſmodi. Quantum au-
tem ad primam queſtionem, di

*Theologia propoſitionum neceſſariarum in intellectu creato eſt practica.*

co, quod Theologia propoſitio-
num neceſſariarum in intelle-
ctu creato eſt practica notitia,
quia eſt conformis actui volun
tatis creatæ, ſeu directiua volũ
tatis in Dei amorem, & natura
liter prior ipſa electione. Con-
firmatur per illud, finis legis eſt
dilectio, & illud finis præcepti
eſt charitas, & etiam illud, In

*Rom. 13.*

duobus mandatis tota lex pen-
det, & prophetæ. Auguſtinus ait,

*Matt. 22.*
*Tom. 4. de laude charitatis.*

Ille tenet quidquid latet, quid-
quid patet in diuinis ſermoni-
bus, qui charitatem ſeruat in
moribus, vnde patet hanc ſciẽ-
tiam non eſſe propter ſpeculari
tantum. Speculatiua autem vl-
tra ſpeculari, nihil requirit ſe-

*Metaphy. cap. 1.*

cundum Auicẽnam. Si objicias
has veritates theologicas, & ſi-
miles Deus eſt trinus, Pater ge-
nerat filium, Reſpondetur eas
eſſe practicas. Prima enim diri-
git voluntatem noſtram in di-
lectionem rectam trium perſo
narum. Si enim quis vnam per
ſonam ſolum diligeret, ſeclu-
dens alios (vt Iudæi, & Turcę fa
ciunt) non rectè ageret. Secun-
da vero propoſitio dirigit dile-
ctionem, quæ eſt circa duas per
ſonas, quarum vna eſt ab alte-
ra. De Theologia autem ipſius

*Doctor problematice procedit.*

Dei, an ſit practica, vel ſpecula
tiua, doctor problematicè lo-
quitur, & controuerſia in hoc
conſiſtit. Si enim notitia dica-
tur practica propterea dunta-
xat, quia de ſe eſt directiua vo-
luntatis in ſuis actibus, licet ta
lis voluntas non ſit dirigibilis
in agendo, Theologia Dei erit
practica: Sin dixeris hoc non
ſufficere, ſed neceſſarium eſſe
potentiam practicantem, hoc
eſt voluntatem ipſam eſſe diri-
gibilem à dictamine ipſius in-
tellectus, tunc Dei Thelogia eſt
ſpeculatiua: Et huic aſſertioni
ſecundæ magis aſſentit doctor,
quia voluntas reſpectu ſui pri-
mi obiecti, quod eſt ſua eſſen-
tia, ex ſe ſola rectificatur, & eſt
ſua regula nullo alio indigens
directore, ſed ſolum obiecti prę
oſtenſione. Inſuper notitia pra
ctica eſt regulatiua potentię cõ
tingenter operantis, voluntas
autem diuina non ſe habet cõ-
tingenter reſpectu ſui primi
obiecti, ſed neceſſario. Igit nõ ẽ
directiua ab aliqua notitia, quã
tũ ad veritates neceſſarias, nec
quantum etiam ad contingen-
tes, quia ad illas voluntas diui-
na ſe ſolum determinat, & ab
illa ſola pendent, non ab actu
intellectus præcedente actum
voluntatis, quia ſic eſſent ne-
ceſſariæ. Quare Theologia Dei
reſpectu contingentium eſt ſo-
lum ſpeculatiua, tenendo co-
gnitionem practicam, & pra-
xim ab ea diuerſam debere eſ-
ſe in eodem ſuppoſito, & ſingu
lari. Si autem quæras qualis ſit
Theologia cõtingentium in ſe,
id eſt non comparata intelle-
ctui diuino, aut creato. Reſpon
detur, quod non eſt per ſe pra-
ctica, ſeu ab obiecto, quia ex
obiecto non eſt conformis pra-
xi ante omnem praxim, quia
non eſt ante praxim, & opera-
tionem voluntatis diuinæ, po-
teſt tamen in intellectu creato
eſſe practica, per accidens cui
determinatur rectitudo à vo-
luntate diuina, de intellectu ve





ro diuino per ſe, eſt cõformiter
ad alterã partẽ prædicti proble
matis, quam tutari malueris.

## DISTINCTIONIS I. Quæſtio I. Pagina 79.

*Vtrum fruitionis obiectum per ſe, ſit Vltimus finis.*

### RESOLVTIO.

*Fruitio bifariã capitur.*

FRuitio bifariam ac
cipitur, primo, vt
eſt ordinata, id eſt
debitis cum circũ
ſtantiis elicita, ſe-
cundo in communi, vt puta, ſi-
ue habeat circunſtantias debi-
tas, ſiue non. Fruitionis autem

*9. Metaph. c. 4.*

ordinatæ obiectum nequit eſſe
aliud à fine vltimo, videlicet
creatura aliqua. ſicut voluit Aui
cenna, dicens intelligentiam p
ductam quietari in producẽte,
vt puta tertiam in ſecunda, &
quartam in tertia, &c. Siquidẽ
potẽtia nequit quietari, niſi in
eo in quo perfectiſſime reperi-
tur, ratione ſui obiecti, obiectũ
autem potentię fruentis eſt ens
in communi etiam ſecundum
Auicennam: Igitur non quieta

*Metaphy. 1.*

tur, niſi in ſummo, & perfectiſ
ſimo ente, quod eſt Deus ipſe,
omnium finis vltimus. Nam
queẽamodũ intellectus aſſentit
primo uero tantum, propter ſe,
ita voluntas adhæret duntaxat

*Pſal. 16.*
*Matth. 9.*
*Mar. 10.*
*Luc. 18.*

primo bono, propter ſe. Huc ac
cedit illud, Satiabor cum appa-
ruerit gloria tua. Et illud, Vnus
eſt bonus Deus &c. Oſtendam
tibi omne bonum &c. Auguſti

*Exod. 33.*
*lib. 1. de doct. Chriſti. c. 2*

nus. Res quibus fruendum eſt
ſunt pater, filius, & ſpiritus ſan
ctus (vbi res accipitur hypoſta-
tice) & hi tres ſunt vna res, acci
piẽdo rem eſſentialiter, ſeu ſub
ſtantialiter: fruitionis autem in
communi obiectum quidem,
eſt finis vltimus, ſed vel verus
finis, qui videlicet ex rei natu-
ra eſt finis vltimus, nẽpe Deus,
vel finis apparens quippè qui
oſtenditur à ratione errante, ve
lut finis verus qualis eſt fœlici
tas, quam ſperant Turcæ in ci-
bis, & venereis, vel finis præſti-
tutus vt puta quẽ voluntas ſua
libertate vult, & ſibi præſtituit
tanquam finem vltimum. Nã
ſicut ſubiacet facultati volun-
tatis velle aliquod obiectum,
aut nolle, ita in poteſtate eius
eſt modus ſuorum actuum, vi-
delicet referre, vel non referre,
id eſt, velle aliquod creatum, p
pter aliud, vel velle illud pro-
pter ſe in eo ſuum collocando
finem. vt diues ille apud Lucã, *Luc. 12.*
cuius vberes fructus ager attu-
lit dicens. Anima mea multa
bona habes &c. & diues epulo. *Luc. 116.*
Sic auarus in diuitiis finem col *Epheſ. 5.*
locat. Quamobrem & idolorũ
ſeruitus ab Apoſtolo Auaritia
nuncupatur. Helluo in cibis, & *Philip. 3.*
potibus, & aliis voluptatibus,
de quibus Apoſtolus. Multi. n.
ambulant qui terrena ſapiunt
&c. Non eſt tamen ratio finis,
ſeu reſpectus, quem dicit finis
proptia ratio, obiecti fruibilis
(ſiue fruitio ordinata fuerit, ſi-
ue inordinata) ſed obiectum ip
ſum, id eſt, eius eſſentia & natu
ra, ſed ratio finis concomitatur
ipſum obiectũ, vel vere vel ap-
parenter in duobus primis fini
bus. In tertio autem, videlicet
in fine præſtituto, ſequitur volũ
tatis actũ, quia voluntas appe-
tendo creaturam propter ſe, tri
buit illi rationem finis, hoc eſt
reſpectum talem.

DISTINCTIONIS I. Quæſtio 2. Pagina 83.

*Vtrum vltimus finis habeat ſolum vnam rationem fruibilitatis, ſeu an poſſit quis frui eſſētia, non fruē do perſonis, & vna perſona ſine aliis?*

RESOLVTIO.

QVandoquidem eſſentia à perſonis, & perſonæ a ſe inuicem diſtingunt̃, poterit idcirco viator eſſentia frui, licet perſonis minime fruatur, etiã ordinate, & recte. N[illegible] eſſentia diuina (aſſertore Auguſtino) eſt quid abſolutũ, in cuius cõceptu includitur ratio quare põt à viatore ſeorſum concipi, & cũ habeat rationem ſummi boni, habebit quoque rationẽ fruibilis. Poterit igitur quis eadem ſeorſum frui. Huc accedit ꝙ ex puris naturalibus põt oſtendi gentili eſſe vnũ ſummũ bonũ, vt patet ex Ariſtotelis ſententia, nõ aũt Deum eſſe trinum in perſonis. Quocirca poterit frui Deo ſic oſtenſo recte, licet perſonis non fruatur. E cõtrario vero fieri nequit, vt quis perſona fruat̃, non fruens eſſentia, ob id ꝙ perſona in ſua ratione & cõceptu eſſentiam includat, nõ tanquã inferius ſuum ſuperius, ſed veluti cõſtitutũ ſuum conſtitutiuum: deinde põt quoque viator vna frui perſona, nõ fruendo aliis. quod vel hinc manifeſtiſſimũ euadit, ſunt enim reſpectu triũ perſonarũ diſtincti fidei articuli vnã ſeorſum, aut duas cõcernentes perſonas, vt Pater generat Filiũ, Pater & Filius ſpirant ſpiritum ſanctũ. Quamobrem vna perſona, cui vnus correſpondet articulus concipi ab intellectu põt, alia nõ concepta, cui alius cõpetit articulus, & in tali perſona reperitur ratio ſummi boni, ergo ea contingit frui ſine alia. Idẽ quoq; comprehenſori contingere põt, nẽpe ꝙ eius intellectus eſſentiã videat, non perſonas, aũt vnam perſonã non aliam, & eius voluntas eſſentia fruatur, nõ perſonis, & vna perſona, non alia. Hoc vel inde maxime conſtat, ꝙ non ĩplicet cõtradictionem. abſoluta igit̃ Dei potẽtia fieri põt. Si aũt naturalẽ, & ꝓpriã creaturæ virtutẽ expẽdas, id fieri nequit: Nã cũ intellectus ſit potẽtia naturalis, nequit nõ videre ea quæ ſibi ab obiecto illo beatifico oſtendunt̃, nec voluntas beati põt his nõ frui omnibus, quibus quietari põt, ſecus peccaret, ſicut ſi ſimpliciter nõ frueretur. Loquẽdo vero de facto, dico, ꝙ erit reipſa vna fruitio & vna viſio eſſentiæ in tribus perſonis, vt patet ex Auguſtino, d. ꝙ neuter ſine altero oſtendi põt, & loquit̃ d̃ patre, & filio, quod ſane de ordinata potẽtia debet ĩtelligi, de qua Philippus Chriſto aiebat, Domine oſtẽde nobis &c. vide Auguſtinũ. de viatore cõſimiliter dico (vt in hymno Veni creator ſpiritus) ꝙ licet aliquando orationem ad vnam tantũ perſonam dirigat, & ea actualiter fruat̃, ſemper tamẽ habitualiter (hoc eſt in præparatione omni) omnes orat, & omnibus fruitur ꝑſonis, quia cum vnius odio & contemptu (contra. Iudæos, aut Turcas) non ſtat alterius dilectio, aut fruitio.

*9. de Trini. c. 1. et 5*

*12. Metaphy. & aliis locis.*

*Frui vna perſona ſine aliis.*

*Finitio de facto quarũ ſit lib. 1 de trinit. cap. 10.*

*Ioan. 14.*

*In 14. cap. Ioan.*

DI-



DISTINCTIONIS I. Quæſtio 3. Pagina 93.

*An frui ſit elicitus voluntatis actus aut Paſſio delectatio videlicet in voluntate recepta?*

RESOLVTIO

QVemamodũ in intellectu ſunt duo actus, quibus veris aſſentitur propoſitionibus, vnus videlicet quo aſſentitur alicui axiomati vero propter ſe, ideſt, propter euidẽtiam illius ex terminis, qualia ſũt demonſtrationes, & reliqua principia prima. Alter actus eſt, quo aſſentitur alicui proloquio vero, non ꝗdem ꝓpter ſe, ſed ꝓpter aliud verũ cuiuſmodi eſt concluſio demõſtrationis, cui aſſentitur ꝑꝑ ipſas præmiſſas, & bonitate cõſequẽtiæ, Ita in volũtate duo ſũt actus, ꝗbus bono adhæret obiecto. Prim⁹, quo adhæret alicui bono ꝑꝑ ſe, hoc eſt ꝑꝑ rationẽ talis boni. nõ referens illius amorẽ in aliud, & dicit̃ fruitio. Secũdus quo adhæret alicui bono ꝑꝑ aliud bonũ, ad quod illud bonũ refert̃, & dicitur vſus. Et hæc analogia deſumitur ex Philoſopho dicẽte. quod in mẽte eſt affirmatio & negatio, hoc in appetitu eſt ꝓſequutio & fuga, Eſt tñ duplex inter harũ potẽtiarũ actus differentia, prima qua actus, ĩtellectus, ſeu aſſenſus ex obiectorũ nã diſtinguunt̃, hoc ẽ, ex alia & alia prĩcipiorũ, & cõcluſionis euidẽtia, quo circa & hñt diſtĩcta obiecta, Act⁹ aũt volũtatis, ñ ex obiectorũ appetibiliũ diſtĩctione, ſed ex vario ipſius potentiæ actu libere obiectũ proſequentis, referendo ĩ aliud vel nõ referẽdo diſtĩguunt̃. Hoc. n. hui⁹ ſubiacet facultati reſpectu cuiuſcũq; obiecti. Secũda differẽtia, qua illi duo actus ſufficienter diuidũt aſſensũ intellectus in cõi, nec inter eos eſt mediũ aliqđ. Præter aũt duos ꝑdictos volũtatis actus, eſt ali⁹ medius, quo voluntas obiectũ nude & ſimpliciter apprehẽsũ ꝓſequit̃ abſq; relatione ad aliud, & abſq; dilectione ꝑꝑ ſe. Porro totarõ differẽtiæ. hinc & ĩde eſt volũtatis libertas., & naturalis ĩtellect⁹ neceſſitas. Inſuꝑ vltra hos tres volũtatis actus eſt ĩ volũtate paſſio, quæ dicit̃ delectatio ꝓſequens actũ primũ, & ꝑfectũ ipſius volũtatis, illũ videlicet quo quidpiã ꝑꝑ ſe diligit. Frui aũt non dicit̃ de actu illo neutro & medio, nec de ſecũdo qui vocat̃ vſus, nec de ipſa delectatione ꝓprie, ſed de actu ꝑfecto, vt patet ex Auguſtino dicẽte. Frui eſt amore inhærere alicui rei ꝑꝑ ſeipſam. Quapropter ſi aliqñ Auguſtinus ipſam delectationẽ eſſe frui dixit, vt & alibi. Frui dicimur ea re de qua capimus voluptatẽ, illud naturaliter aut cõcomitãter accipiẽdũ eſt, vt puta, ꝙ fruitio producat delectõnẽ, aut ꝙ delectatio cõcomitet̃, vel cõſequat̃ ipsã fruitionẽ. Et ſi aliàs videat̃ accipere frui ꝓ vtroq;, nẽpe ꝓ actu & delectatione ſimul, vt idẽ Auguſtinus dicit, Fruimur cognitis in quibus voluntas ipſis ꝑꝑ ſeipſa delectata cõquieſcit. Reſpõdetur non eſſe quidditatiuam definitionem, ſed deſumptionem quandam fruitionis. Verum tñ (vt habet Auguſtinus) cũ res cõſtat, nõ eſt faciẽda vis ĩ

*Intellectus duo aſſenſus.*

*Fruitionis & vſus differẽtia. volũtatis actus fruitio, vſus & actus neuter lib. 6. Ethic. cap. 3.*

*Actuũ intellect⁹ & volũtatis differẽtia.*

*Frui quid ſit.*

*lib. 1. de doctri. Chriſtia. c. 3.*

*D. lib. 1. de trini. c. 10.*

*lib. 10. de Trini. c. 10.*

*lib. 7. retracta. c. 14.*

 nomi

nominibus: Res autem conſtat nempe in voluntate eſſe tres actus, & delectationem, actus autem medius, & vſus nō dicitur frui. De alijs duobus variāt Doctores, ſed ſatius fuerit (meo iudicio) prædictis ſubſcribere.

## DISTINCTIO. I. Quæſtio. IIII. Pag. 97.

*Vtrum fine apprehenſo per intellectum, neceſſarium ſit voluntatem eo frui.*

### Resolvtio.

*Voluntas libera fruitur fine oſtenſo.*

QVæſtio huiuſmodi quadrifariam accipi valet. Primò, de fine vltimo obſcure apprehenſo in vniuerſali, ſeu in communi, ſicut gentiles concipere potuerunt. Secundo, de fine ænigmatice, ideſt, obſcure per fidem in particulari apprehenſo, veluti nos Chriſtiani concipimus beatitudinem in Deo trino, & his duobus modis non fruitur voluntas neceſſario fine præoſtenſo, ſed libere, & cōtingenter potius non frui eodem, quia neceſſitas naturalis non ſtat cum libertate, natura enim & volūtas habent oppoſitum modum agendi. Nam illa naturaliter, & neceſſario agit, hæc vero libere. Idcirco modus agendi vnius alteri cōpetere nequit. Inſuper ſicut volūtas nō neceſſario fruitˀ his q̄ ſunt ad finē, ſic nec ipſo fine.

*Natura & voluntas varie agit.*

Tertio, de fine clare viſo ab hoīe habēte volūtatē ſupernaturaliter eleuatā. i. habentē voluntatē ornatā charitate, quales ſūt beati ī cęlis, & talis quoque volūtas neceſſario fruitur fine clare viſo, quātū eſt ex parte ſua, qa ſemper manet libera, ex parte tñ obiecti beatifici bene cogitˀ frui, & neceſſario fruitur. Quarto, de fine clare viſo à nō habēte charitatē, qualis eſt dānatus, aut mortali obnoxius peccato, cui Deus abſoluta ſua potētia ſe oſtenderet. Et de tali dico, qđ poteſt illo fine frui, ſed nō erit illa fruitio beatifica, ſicut exiſtens in peccato mortali pōt eleemoſinam dare, ieiunare, &c. ſicut ſi eſſet in gratia, ſed non ſunt illi actus Deo grati, & accepti ad vitam æternam. Prædicta aſtruuntur ex illo Auguſtini. Nihil eſt tam in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas, hoc eſt, actus eliciti a voluntate.

*Lib. 1. retrac. c. 8. & 22.*

## DISTINCTIO. I. Quæſtio. V. Pag. 112.

*Quæ ſunt illa quæ fruūtur, an Deus, comprehenſor, viator, iuſtus, mortaliter peccans, bruta & reliqua creata?*

### Resolvtio.

ANalogia plurimū accōmoda ex ipſis corporibus deſumpta hoc Doctor explicat, idcirco ꝙ ea diuerſimode quietētur. Vltimus. n. terminus qetis corporū grauiū, eſt centrū, ſcđm philoſophū. Huic aūt cētro, veluti vltimo termino terra per ſe & proprie adhæret, id eſt, per ſuā naturam, & grauitatem, & immediate. Deinde ſunt aliqua corpora, vt lapides, & metalla in viſceribus terræ, quæ cētro adhærēt immobiliter quidē, & ꝑ ſe, id eſt, per ſuam formā intrinſecā, ſed nō primo, qa mediante terra,

*Gra. 1. in corpora diuerſa qet.*

*8. Phy. & 2. de cælo.*



terra, cui ſunt vnita, primo qeſcunt, cuius grauitatē, & adhęſionē participant. Tertio ſunt aliqua corpora centro adhęrentia mediante terra cui vniunˀ, vt grauia q̄ ſunt in ſuperficiæ terrę, q̄ licet ꝑ aliqđ tp̄s quieſcant, non tñ perinde ac ea quæ quieſcunt ſcđo mō. Quarto corpus aliqđ adhęrere pōt vniformiter corpori proximo (vt hō iacens in mari) & reſpectu illius quieſcere, non tñ reſpectu vniuerſi, ꝑpea ꝙ nauis ſit in cōtinuo motu. A ſimili corporis ponderi corrñdet in ſpiritualibus voluntas, nam ſicut corpus pondere, ſic animus & voluntas amore ferˀ, vt ait Auguſtinus. Centrū aūt qđ ex natura ſua eſt vltimatè quietatiuum, eſt finis vltimus, Deus ipſe, huic cētro diuina voluntas primo & ꝑ ſe immobiliter, & neceſſario adhęret, ſeu fruiˀ. Ideo comparaˀ terrę in centro exiſtenti. Vñ Hermes Triſmegiſtus, & Empedocles aiunt, qđ Deus eſt ſphęra intellectualis, cuius centrū eſt vbiq;, & circūferentia nuſquā. Deinceps volūtas creata beata adhęret illi fini, & fruiˀ eo ſimpliciter, & ꝑpetuo, ac ꝑ ſe, qa ꝑ formam intrinſecā ſuo actui, charitatē videlicet, ſed nō primo, qa participat à Deo, ſeu hēt. Iō cōparaˀ lapidib. & metallis in terræ viſceribus exiſtentib. Tertio volūtas iuſti viatoris fruiˀ quidē ſimpliciter, & ꝑ ſe, ſed nō īmobiliter, qa aliqñ auertiˀ à Deo, & recedit à gratia, neq; primo, qa mediāte diuina voluntate innititˀ ſummo bono, ſeu adhęret, iō ſimilis grauibus in terrę ſuperficię exiſtentib. Quarto voluntas mortaliter peccātis fruiˀ ſimpliciter aliquo alio à Deo: nam quantum eſt ex parte voluntatis, ſeipſam quietat in obiecto, qđ ꝑꝑ ſe amat, nō tamē ſimpliciter quietatur, quātum eſt ex parte obiecti, qđ non eſt de ſe quietatiuum. Quinimo ſicut quieſcens in naui, non quieſcit ſimpliciter, propterea ꝙ nō quieſcat reſpectu centri, quod eſt vltimū quietans ſe in vniuerſo, ita volūtas quietās ſe in creatura, non ſimpliciter quietaˀ, ob id ꝙ nō reqeſcat in eo quod ex natura ſua vltimate, & perfectiſſime eſt in vniuerſo voluntatis quietatiuum Deus. Huiuſmodi aūt peccator, vt in pluribus fruitur ſeipſo, quia ſe inordinate amore amicitiæ diligēdo, reliquas creaturas amore concupiſcentię proſequiˀ, & hæc eſt ſnīa Auguſt. dicentis, duas ciuitates fecerūt duo amores, ciuitatē diaboli amor ſui vſque ad contemptū Dei, ciuitatē Dei amor Dei vſq; ad contēptū ſui, ergo peccans fruiˀ ſe. De brutis aūt dico ꝙ nō fruuntur. Qñquidē frui, eſt alicui rei inhærere amore ꝑꝑ ſe, atqui bruta amorē non hñt, cū volūtatem non habeant, nec alicui rei ꝑꝑ ſe inhæreant, ſed ꝑꝑ eorū bonū, idcirco non fruuntur, niſi accipias frui abuſiue. & improprie pro nō referre in aliud. Præterea non adhærent proprie obiecto, quia non ducunt, ſed ducuntur ſecundum Damaſcenum, ideo conferri poſſunt ferro vi adamantis attracto, inſequendo priorem ſimilitudinem. Quod ſi habentia appetitum ſenſitiuum (qui magis competit voluntati, q̄ appetitus naturalis) proprie non fruātur, multo minus dicenˀ frui appe-

*Voluntas diuina fruitur. li. 11. de ciui. c. 28.*

*Beati fruuntur.*

*Viator iuſtus fruitur.*

*Peccator fruitur.*

*Peccator fruitur ſe ipſo.*

*De ciuit. Dei li. 14 ca. 18. & ſuper Geneſim li. 11. cap. 12.*

*Bruta non fruuntur.*

*Quid frui ſit.*

*Quæſt. 4. an bruta fruantur.*

*Lib. 2. ca. 24.*

*Frui non omnibus competit.*

appetitum naturalem ſolū habentia, quia frui præſuponit cognitionem, quam nullatenus iſta habent. Præterea frui eſt actus à potentia diſtinctus, ſed hæc nullum habent actum, ſed ſolam naturalem inclinationem, quæ non diſtinguitur ab eis, idcirco frui nequeunt.

## DISTINCTIO. II. Quæſt. I. Pag. 117.

*Vtrum ſit aliquid actu exiſtens infinitum ſecundum perfectionem?*

### RESOLVTIO.

*Infinitum perfectione exiſtere non demonſtrabile.*

TAmetſi propoſitio hæc (videlicet infinitum in perfectione exiſtit) in ſe, ſeu ex natura ſit demonſtrabilis pp quid, ab eo qui deitaté diſtincte cognoſceret, hoc pacto, Quidquid eſt Deus, eſt exiſtens, infinitum eſt Deus, ergo infinitū eſt exiſtens. Nequit tamen quantū ad nos pro hoc ſtatu, pp quid demonſtrari, propter medij ignorantiam, ob id quod neſciamus eſſentiam diuinam, ſeu Deum ipſum ſub ratione deitatis, quæ vtique deitas eſt medium, ad demonſtrandum exiſtentiā entis infiniti, ſed quātum ad nos demonſtratur à poſteriori ſine demonſtratione, quia ex ipſis creaturis q̄ ſunt Dei effectus, ſuppoſito quòd ens infinitum poſſit eſſe in entib. quia ſimpliciter non poteſt nobis demonſtrari, ſed perſuaderi duntaxat. Hæc aūt demonſtratio fit mediantibus proprietatibus entis infiniti, quæ ſunt duplices, videlicet relatiuę, & abſolutę: Relatiuæ ſunt eæ, ens infinitū eſt primum effectiuum, primū independens, primum eminens, &c. Abſolutę vero ens infinitū eſt intelligens, infinita intellectione, eſt volens infinito volūtatis actu, habet intellectum, & voluntatem infinitam. Porro proprietates relatiuæ immediatius demonſtrantur eſſe ex ipſis creaturis, quàm abſolutę, nam immediate ex eſſe vnius relatiui oſtenditur eſſe ſui correlatiui, ſub habitudine genitiui, vel alterius caſus, vt puta, quia creatura eſt producibilis, ergo eſt aliquid primum effectiuum, quia dependens, ergo independens. Iō primo agendū eſt de illis. Sunt aūt res præcipuæ. nempe primum efficiens, primum finiens, & primū eminens. i. ſummum bonum, quæ ſic oſtenduntur eſſe in entibus.

*Primum efficient.*

Primo, quòd ſit aliqđ primum efficiens ſimpliciter, quod ab alio à ſe effici nequit, patet. nā aliquod ens eſt effectibile, aut igitur a ſe, vel a nullo, vel ab aliquo alio, non a nullo, quia quod nihil eſt, nullius eſt cauſa. nec a ſe, quia nulla res eſt, q̄ ſeipſam faciat, aut gignat, igitur ab alio efficiente.

*Aug. 2. de tri. cap. 1.*

De hoc alio efficiente, quæro an ſit primum, vel non: ꝙ ſi ſit, habeo propoſitum: ſi nō ſit primum, igiť eſt ab alio efficiente, & ita procederet in infinitū, vel ſtandū erit in aliquo nō hūte prius efficiens.

*Preceſſus in infinitum.*

Licet aūt ſecundū philoſophos Ariſtotelem, Auicennam, & alios, proceſſus in infinitum non ſit impoſſibilis in accidentaliter ordinatis, vt in gnationib. filij, patris, aut proaui &c. quia poſuerunt illi gnationis ſempiternas. Eſt tñ impoſſibilis

*lib. 8. phy. 2. de generatione. 6. Meta. cap. 5.*



*1. Poſter. 8. phy. 12. Meta. & alijs locis.*

poſſibilis in eſſentialiter ordinatis. Hoc aſtruitur hac etiam ratione, quia vniuerſitas cārū, id eſt, aggregatum ex omnibus effectis eſſentialiter ordinatorum, eſt cāta, ergo ab aliqua cā, quæ non eſt aliquid illius vniuerſitatis, quo tunc eſſet cā ſui.

*Cauſæ eſſentialiter ordinatæ.*

Sunt aūt cauſæ eſſentialiter ordinatæ, q̄ ſimul ad agendū neceſſario requiruntť, vt Deus, ſol, pater, & mater in gnatione prolis: E contrario accidentaliter ordinatæ non requiruntur (vt plures trahentes nauem)

*vltimū. finem eſſe.*

Deinde probo, ꝙ ſit aliquod primū finiens ſimpliciter, ſeu quod ſit vltimus finis, eſt ſtatus infinitus, ſicut in efficiencibus. igiť deueniendum eſt ad aliquē vltimū finem, nam ſicut infiniti fines erūt, qđ cōtīgere nequit. Ad hæc cā per ſe agens agit pp finē, & prius efficiens propter finem priorem, igitur primum efficiēs propter vltimū finem. Sed propter nil aliud a ſe principaliter & vltimate agit, ergo agit propter ſe, ſicut pp finem: eſt tamen cā finalis, non quidē ſui, ſed effectus quem in ſe ordinat, id eſt, quē producit, participet ſuam bonitatem ſecundū perfectionem cuiuſlibet creaturæ. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt altiſſim⁹.

*Primum eminens eſſe.*

*Prouer. 16*

Tertio commonſtro eſſe aliquod primum eminens ſecundū perfectionem, eodem medio quò, oſtenſum eſt eſſe primum efficiens, & vltimum finem, quia in perfectionibus eſſentialiter ordinatis non datur proceſſus in infinitum, ergo deueniendū eſt ad vnum primum, aliàs eſſent infinitæ ſpecies eſſentialiter ordinatę. Quia forma. i. differentiæ ſpecificæ, ſeu ſpecies ſe habent ſicut numeri, intellige quantum ad innouationē & additionem, quia ſicut vnitas, addita numero variat ſpeciem, ſic perfectionales gradus ſpecifici. i. dñiæ vltimæ conſtituentes aliqd in eſſe ſpecifico, variant ſpecies, quibus adueniunt, patet de forma vegetatiua, ſenſitiua, & rōnali, quod eſt impoſſibile, igitur eſt aliquid ſimpliciter perfectū.

*8. Metaph.*

Prædictæ vero tres proprietates vni duntaxat naturæ competunt, quia eiuſdem effectus nequeunt eſſe duæ cauſæ totales efficiētes, aut finales, nec poteſt quidquā a duob. ſimul, & ex æquo depēdere, quia ſic aliquid eſſet cā totalis alicuius effectus, quo circunſcripto non minus eſſet talis effectus, quantum ad proprietates abſolutas, vt probo ꝙ primū efficiens ſit intelligens, & volens, ſic ꝙ eius intellectio eſt infinitorū obiectorū diſtincte, q̄ in ſua eſſentia repñtātur, & ipſa intellectio eſt eius eſſentia. Sic arguiť. Primum efficiēs dirigit effectū ſuū in finē, vt patet ex p̄dictis, igiť vel naturaliter dirigit, vel cognoſcendo, & amando finē illum, non naturaliter, quia nō inanimata cognoſcens nihil dirigit, niſi in virtute cognoſcentis (ſapientis. n. eſt ordinatio) Sed primum efficiēs in nullius virtute dirigit, ſicut nec agit, tunc. n. nō eſſet primū, ergo cognoſcendo agit, & amādo.

*Primum efficiēs eſt intelligēs & volens.*

Quod aūt eius intellectio & volitio ſint idē cū ſua eſſentia, patet: quia cum ſit primum effectiuum, ergo ex ſe habet vnde poſſit quodcunque producibile, circumſcripto omni alio, producere. Atqui circūſcripta eius cognitione, & volitione,

*Intellectio & volitio primi efficiētes ſunt eadē eius eſſentia.*

id non habet, igitur eius volitio & cognitio ſunt eadẽ eius eſſentiæ. Præterea cũ oĩs entis in actu primo, maxime ſi fuerit actiuum ſecundum naturã ſibi à Deo conceſſam, vnius effectus in potentia recipiť, & nõ tm̃ factiuũ, cuius effectus extra potentiam produciť, cuiuſmodi eſt oẽ ens intellectuale (vt Deus, Angelus, homo) perfectio vltima ſit in actu ſecundo, quo coniungiť optimo, erit quoque primæ naturæ vltima perfectio in actu ſecundo. Quare ſi ille actus nõ ſit, eius ſubſtantia nõ erit optima, quia aliud erit ſuũ optimũ. Ad hæc intellectus primi entis intelligit ſemper, & diſtincte, ac neceſſario quodcũque intelligibile, ſiquidem hoc poſſe nedum eſt perfectionis in intellectu, ſed ad orationem intellectus eſt neceſſarium, cum ens in cõi ſit ipſius intellectus obiectum: Nullam aũt intellectionem hr̃e vr̃ primũ ens, niſi eandem ſibi (ex proxima concluſione:) cuiuſlibet igiť intelligibilis hẽt ĩtelligere actuale, & diſtinctum, ac idem ſibi, & iſta ſemper eſt neceſſario. Reliquum eſt oñdere primũ agens eſſe infinitũ ex prædictis; Quod ſic aſtruo ex Ariſtotele, Primũ efficiens mouet motu infinito, habet igitur infinitam potentiam. Licet aũt primũ ens non moueat motu infinito, ſicut intendit Ariſtoteles, cum mũdus non ſit æternus, tñ quantũ eſt ex parte ſua, põt ſic mouere, qa hẽt quãtum eſt ex ſe virtutem infinita producendi, cum perfectiones omnium cãſum ſecũdarum eminentius contineat, q̃ ſint in ipſis formaliter, Igiť eſt infinitæ virtutis. Deinde primum agens vnico actu ſimul & diſtincte omnia intelligibilia ĩtelligit, atqui illa ſunt infinita, igitur & eius intellectus infinitus. Exẽplo id patet, poſſe ferre pondus. 10. Librarum maiores vires requirit, & perfectiores, q̃ poſſe ferre pondus. 5. Librarum, ergo ferre infinita, infinitã virtutẽ requirit &c. à ſimili de intelligere aliqua, & infinita. Inſuper voluntas noſtra non quietať, niſi in ſummo bono, non aũt in aliquo finito, igiť illud eſt infinitũ. Poſtremo eminentiſſimo nequit pfectius eſſe, ſed quocunq; finito poteſt eſſe quippiã perfectius, eminentiſſimũ eſt infinitũ. Ex p̃dictis igiť liquet in entib. eſſe aliqđ ens actu infinitum. Quib. accedit ſacra ſcriptura: Magnꝰ dñs, & laudabilis nimis, & magnitudinis non, eius eſt finis. Nõne cęlum & terrã ego impleo?

*Primum ens omnia diſtincte intelligit.*

*Primum agens eſt infinitum 8. phy. & Met. 1. 2.*

*Pſal. 47.*

*Hiere. 33*

DISTINCTIONIS II.
Quæſtio. II. Pag. 118.

*An Deum eſſe, ſit per ſe notum?*

RESOLVTIO.

QVemadmodum pertractat philoſophꝰ propoſitio per ſe nota, eſt q̃ ex proprijs terminis euidentem veritatẽ habet (nõ per aliquã aliã propoſitionem) in intellectu concipiente terminos, ꝙ ſi nullus eos conceperit nihiloſecius, quãtũ eſt ex ſe eſt p ſe nota, cuiuſmodi eſt hæc ꝓpoſitio, Deus eſt, vel hæc eſſentia eſt (accipiendo Deũ ꝓprie, i. ſub propria rõne deitatis) vt puta, pro hac eſſentia diuina, accipiendo

*1. Poſter.*

*Propoſitio per ſe nota.*

*Deum eſſe, an ſit per ſe notum.*



cipiendo ẽt eſſe ſub proprijſſima rõe, qua eſt in Deo hoc eſſe, qũo nũc à nobis ineſſe, nec eſſentia intelliguniť, ſed ab ipſo Deo & à beatis, qa iſta propoſitio ex terminis ſuis hẽt euidentem veritatem: Extrema. n. illius nata ſunt producere euidẽtiam huius complexionis intellectui perfecte ea apprehẽdenti, quia eſſe nulli perfectius cõpetit, q̃ huic eſſentiæ, quia cęteris omnibus accidentaliter conuenit, Deo aũt eſſentialiter, & neceſſario. Quocirca & Deus ait ad Moſem, Ego ſum, q ſum, &c. Illa igiť propoſitio eſt immediata, & primi modi dicendi p ſe, ſaltẽ quaſi accidens ad primum modũ, ad quem reducuniť oẽs propoſitiones enũnciantes quidpiam de Deo quocunq; concepto. Sin autem accipias Deũ, prout à nobis cõcipi, & intelligi põt, vt puta qđ ſit ens neceſſariũ, vel ens infinitũ, aut ſummum bonum, vt æquiualeat iſtis ens neceſſe eſſe, eſt ens infinitũ. An propoſitio in qua eſſe enuntiabiť de tali conceptu, vt hæc, Deus eſt, nomine Dei intelligendo nõ ipſam deitatẽ, ſeu diuinã eſſentiã nobis incomprehenſibilẽ & ignotam pro hoc ſtatu, ſed eius neceſſariũ aut ſummũ bonum, vt ſummum bonum eſt, ſit p ſe nota nobis, Minime vero, qa eæ propoſitiones ſunt cõcluſiones demonſtrabiles, etiam demonſtratione propter quid, & à priori, accipiendo eſſentiam diuinam pro medio, hoc pacto. Quidquid eſt eſſentia diuina, vt hæc, inquantum eſt eſſentia diuina, eſt exiſtens, ſed ens infinitum, vel ens neceſſe eſſe, aut ſummũ bonum, &c. eſt hæc eſſentia diuiua, ergo omne tale eſt exiſtẽs. Inſuper propoſitio per ſe nota cuilibet intellectui, cognitis terminis, eſt euidens, Sed hæc propoſitio, ens infinitũ eſt, non eſt ex terminis intellectui neceſſario euidens, hmõi. n. terminos prius concipimus, q̃ eam veram credamus, vel per demõſtrationem eam ſciamus, & in illo priori non eſt nobis euidens, quia ſola fide aut demonſtratione ei aſſentimus, Igitur non eſt per ſe nota. Huc accedit, quod per ſe notum nõ poſſit ab aliquo negari, ſed dixit inſipiens in corde ſuo (gentilis videlicet, vel datus in reprobũ ſenſum) non eſt Deus, &c. Item Auicenna, Deum eſſe non eſt p ſe notum. Adde varias philoſophorum de Deo opiniones, hæ enim ſatis ſuperque arguunt via naturali, id non poſſe demonſtrari. Quod ſi contra prædicta obijcias Damaſcenum dicentem: Eius quod eſt Deum eſſe, cognitio omnibus naturaliter eſt inſita, atque ingenita, ex quo conſequitur (vt patet ex ſecundo Metaphyſices) eſſe propoſitionem per ſe notam, Deũ eſſe. Reſpondetur, Deum eſſe, eſt quidem per ſe notum, vt dictum eſt, intellectui diſtincte cõcipienti terminos, qualis eſt diuinus intellectus, & beatorũ ex gratia, ſed nullus intellectus creatus poteſt via naturali diſtincte ipſum Deum concipere, vt patet quolibeto 14. Quocirca nec talis propoſitio Deus eſt, via naturali eſt per ſe nota. Obſerua præterea aliquid dici per ſe notum bifariã, primo ex ſola cognitione terminorũ, ſecluſa omni demonſtratione & à priori, & à poſteriori: Et talis

*Exod. 3.*

*Summum bonum eſſe, an ſit per ſe notum.*

*Pſal. 13. & 52.*

*In lib. 1. Met. Ari.*

*Lib. 1. or tho. fid. c. 1. & 3.*

*Per ſe notum aliquid biſariam.*

talis dicitur proprie propoſitio per ſe nota. Secundo propoſitio dicitur per ſe nota, propterea ꝙ arguēdo a poſteriori ſtatim fit nota, qūo Damaſcenus oſtēdit ibidem, Deū eſſe ex pulcherrima mundi ordinatione, conſeruatione, & gubernatione, quæ neceſſarium eſt eſſe à quadam omnipotente virtute, quæ nihil aliud eſt, quàm ipſe Deus, quemmodum Apoſtolus tangit dicēs, inuiſibilia ipſius &c. A magnitudine. n. ſpeciei &c. Et ſic intelligit Damaſcenus, videlicet ꝙ medio potētiæ cognitiuæ naturaliter nobis datæ (de qua Pſalmiſta, ſignatū eſt ſup nos, &c,) poſſumus ex creaturis Deū eſſe cognoſcere, qualiter cognouerunt Pythagoras, Anaxagoras, Socrates, Plato, Ariſtoteles, nō autem loquitur de cognitione naturali, & diſtincta, vt patet ex eo qđ ait 1. cap. Nullus vnquam Deū nouit, niſi cui ipſe reuelauerit, nō hominum modo, ſed ne ſupramundanarum quidem virtutum, ideſt Angelorum.

*Lib. 1. poſt.*

*Pſal. 4.*

## DISTINCTIO. II. Quæſtio. III. Pag. 148.

*An ſit tantum vnus Deus?*

### Resolutio.

VNicum eſſe Deū, ſatis, ſuperq; cōſtat ex illo Deuteronomij. Audi Iſrael, Dñs Deus tuus vnꝰ eſt, & ex illo Iſaiæ, Extra me nō eſt Deus. Sed dubiū eſt an ſola id fide cōſtet, an ēt naturali poſſit oſtēdi rōne. Varro. n. exiſtimauit ſola id fide cognoſci poſſe, & id aſtruit authoritate Rabbi Moyſi dicētis, vnitas Dei accepta eſt à lege, deinde & hac rōne. Si naturali ratione Deū eſſe vnū cognoſci poſſit, poterit & eadem via ſciri eſſentia Dei, vt ſingularis, ꝙ falſum eſt, & ex prædictis in ſuperioribus reſolutionib. maximè in ea de ſubiecto Theologiæ aduerſatur. Nam Deus ſub ſua propria deitate, aut ſuæ eſſentiæ ratione à nobis cognoſci nequit. Huic nihilominus aſſertioni aduerſatur Scotus, naturali oſtendens ratione vnicum eſſe Deum. Si enim eſſent duo Dij, ītellectus vtriuſque haberet duo adæquata obiecta, nempe ſuam eſſentiam, & eſſentiam alterius Dei, qđ eſſe nequit, cum idem actus duo adæquata obiecta habere non poſſit. Alterum enim ſuperfluum eſſet. Deinde idem eſſet beatus actu in duobus obiectis totalibꝰ eſſentialiter diſtinctis, quod inconuenit, Quia altero illorum deſtructo, nihilominus beatus eſſet. Ad hæc quęcunque perfectio poteſt numerari in diuerſis; id eſt eſſe in pluribus ſingularibus, & in eis diuidi, ſic ꝙ ſint tot tales perfectiones, ſeu naturæ, quot ſunt ſingularia, plus perfectionis habet in pluribus, quàm in vno, vt habet Auguſtinus, ergo cum infinitum non poſſit excedi, nō poteſt in pluribus numerari, id eſt eſſe in pluribus indiuiduis: Igitur vnus erit duntaxat Deus. Proinde ad authoritatē Rabbi Moyſi dicitur, populum illum Iudaicum fuiſſe rudē, & ad idololatriā pꝛonū, quāobrē īdiguit per legē, & ceremonias inſtitui, vnū eſſe Deū, licet à poſteriori, naturali rōne commonſtrari

*Deut. 6.*
*Iſa. 45.*
*Vnum eſſe Deum ex ſacris lit.*

*Vnum eſſe Deum naturaliter cognoſcitur.*

*Lib. 8. de trin. c. 1.*



ſtrari poſſet. Nam & lex ipſa docet Deum eſſe dicens, Ego ſum qui ſum: Et Apoſtolus ſuadet accedentem ad Deum oportere credere ꝙ ſit, licet à poſteriori demonſtrari poſſit Deum eſſe. A priori quidem demonſtrari, q̄ ſunt fidei repugnaret. (Quia demonſtratio generat ſcientiā, ea quæ eſt a priori, ſcientia eſt euidentium, fides ineuidentiū) ſed nō à poſteriori. Inſuper vtile eſt etiam ea quæ demonſtrari poſſunt per viam authoritatis communitati tradi, cū propter communitatis in inquirēda veritate negligentiam, tum ob intellectus ad ea percipienda imbecillitatem, & propter inquirentium per demonſtrationem errores, qui (aſſertore Auguſtino) ſuis veritatibꝰ multa permiſcent falſa. Quocirca idiotæ, & ſimplices, cui potius aſſentiendum foret, ambigere poſſent. Quare authoritas certa ipſius Dei, & Eccleſiæ tutior eſt via, facilis, & communis, quippe, quæ nec fallere, nec fallit valet. Ad rationē quoque Varronis de ſingularitate Dei reſpondetur, ꝙ licet cognoſci poſſit Deum eſſe quoddam ſingulare, non tamen inde ſequit, ꝙ ſub propria rōne ſuę ſingularis eſſentiæ & diuinitatis cognoſci valeat, ſicut à ſimili poſſum cognoſcere Papam eſſe vnū ſingulare hominis, quamuis eum non cognoſcam ſub omnibus ſuis conditionibus indiuiduantibus. Ad hæc obijcés fortaſſe, & Apoſtolum dicentem. Si quidem ſunt Dñi multi, & Dij multi. Rñdetur, Apoſtolū de idolis loqui, de Dijs videlicet nuncupatiue dictis, quapropter ſubdit, nobis tñ vnus eſt Deus. Deinde ratiocinaberis plura bona paucioribus eſſe meliora, & meliora quæ in vniuerſo ponenda ſint, igitur & plures Dij. Reſpōdetur meliora quidem eſſe ponēda, ſi illa & poſſibilia & impoſſibilia adinuicē fuerint, plures autem eſſe Deos impoſſibile eſt, quare nec admittendū.

*Exo. 3.*
*Heb. 10.*

*Lib. 18. de ciui. c. 41.*

## DISTINCTIO. II. Quæſt. 4. 5. 6. & 7. Pag. 155.

*An in diuina eſſentia ſit productio? & tantum dua? vnde tres perſonæ in vna ſint eſſentia?*

### Resolutio.

CVm (aſſertore Damaſceno) fieri nō poſſit, vt p̄ter illa quæ diuinitus ſacra nobis, & veteris, & noui teſtamenti annunciarūt elogia, quæve dixerūt & manifeſtarunt, quippiam eloquamur de Deo, aut penitus intelligamus, potiſſimū de his, quæ perſonarum emanationes concernunt (de quibus in calce huiꝰ diſtinctionis quatuor queſtionibus agit) vt in ſumma diuinæ ſubſtantiæ vnitate hypoſtatica perſonarū trinitas, ęterna filij à patre generatio, ęterna quoq; ſpiritus ſancti à p̄re & filio emanatio, & alia ſimilia myſteria quæ magis à nobis venerāda, & adoranda ſunt, q̄ incircuncisis labiis explicanda, quippe quæ humanæ intelligētiæ captum longe tranſcendūt, de quibus Paulus loquitur, O altitudo diuitiarum &c. Idcirco ad ſcripturam ſacram & vetuſtiores doctores ſacros, pro his reccurrendum eſt, cū Magiſtro ſen-

*Lib. 4. orthodox. fidei. c. 2.*

*Ad Ro. 11.*

ſententiarũ, qui doctiſſime hęc
proſequitur, quem vide. Nam
quamuis doctor rationibus hęc
commonſtrare adlaboret, illæ
tamen non ſunt demonſtratio-
nes, ſed perſuaſiones quædam
a poſteriori deſumptæ, & quæ
ſacris innituntur literis, non ve
ro naturali ratione, vt cũ oſten-
dit productionem eſſe in diui-
nis, hoc modo. Quidquid ex ra-
tione ſua habet virtutem quid-
piam producendi ſufficientem,
vbicunque illud fuerit illã ha-
bet, Atq; intellectus habẽs obie
ctum ſibi præſens, habet virtu-
tem, notitiam genitam produ-
cendi, ergo cum in Deo ſit in-
tellectus habens obiectum ſibi
præſens, poterit producere no-
titiam genitam. Idem poteſt de
voluntate argui, quia ipſa ha-
bens obiectum actu cognitum,
ſibi pręſentatum, ex ratione ſua
eſt productiua amoris perfecti
producti. Huc accedit Auguſti-
nus. Pater eſt principium to-
tius diuinitatis, non niſi p̱ pro-
ductionem, ergo in diuinis eſt
productio. Deinde oſtendit Sco
tus in diuinis eſſe dũtaxat duas
productiones, propterea quod
duo ſunt tantum principia pro
ductiua habentia rationes for-
males p̱ducendi diſtinctas, quę
ſunt natura (ſeu intellectus, &
voluntas.) Nam alterum incli-
natur ex ſe ad agendum natura
liter, alterum vero libere. Siqui
dem de ratione libertatis non
eſt qđ poſſit in oppoſitos actus
amorem & odium (Patet quoli-
beto 16.) ſed quod determinet
ſeſe ad agendum oppoſito mo
do, ad agens naturale, quod de
terminatur ab alio, vel intrin-
ſeco, quod eſt forma p̱pria vel
ab extrinſeco approximãte acti
uum paſſiuo. Cum igit̃ in prin
cipio, ſeu in diuina natura nõ
ſint niſi duo principia p̱ducti-
ua alterius rationis (intellect⁹,
& voluntas, quia vna naturali-
ter, altera libere agit) erunt pro
pterea ibi duæ tantum produ-
ctiones numero. Conſequentia
aſtruitur, quia vtrunque princi
pium habet productionem ſibi
adæquatam, & coæternam, igi-
tur ſtante iſta non poteſt aliam
habere. Tertio commõſtrat Sco
tus, eſſe tantum in diuina eſſen
tia tres perſonas, hoc medio, tã
tum ſunt duæ perſonæ produ-
ctę, & tantum eſt vna improdu
cta, igitur tantum ſunt tres. Qđ
autem ſint tantum duæ produ
ctæ, patet, quia ſunt ſolum duæ
productiones ad intra, vt dictũ
eſt, igitur ſunt tantum duæ per
ſonæ productæ. Conſequentia
aſtruitur, quia cum perſona p̱-
ducta ſit terminus adæquatus
illi productioni, neutra produ-
ctionum poterit niſi vnam per
ſonam producere. Quod autem
ſit tantum vna improducta pa
tet, Non eſt ponenda plurali-
tas ſine neceſſitate, ſed non eſt
neceſſe ponere plures innaſci-
biles, igitur eſt tantum vnus.
Hęc certius oſtenduntur ex his
Matthæi verbis. In nomine Pa
tris & filij & Spiritusſancti, &
ex illis verbis Ioãnis. Tres ſunt
qui teſtimonium dant in cœ-
lo, & per Auguſtinum, & alia
loca quæ adducit Magiſter ſen-
tentiarum in hac diſtinctione.
Poſtremo demonſtrat cum vni
tate eſſentiæ diuinæ ſtare perſo
narum pluralitatẽ. Sed pro hu-
ius intellectu obſeruanda eſt
ratio, ſeu definitio ſuppoſiti, &
naturæ, licet omne ſuppoſitum
ſingulare ſit, non tamen omne
ſingu-

*Pro. 6. quaſt.*

*In diuinis productio.*

*In ſempiternis poſſe & eſſe idẽ ſunt.*

*Lib. 5. de tri. ca. 14*

*Pro. 7. quaſtio.*

*In diuinis ſunt duæ ſolum productiones.*

*Libertatis ratio qua.*

*Pro. 5. q.*

*Perſonæ tres ſolum in diuinis.*

*Matt. vlt.*

*1. Ioan. 5.*

*De fide ad Petrũ c. 2.*

*In diuinis eſt una eſſentia, et tres perſonæ.*

*Pro. 4. q.*



ſingulare eſt ſuppoſitum. Quia
ſuppoſitum dicitur tantum de
indiuiduis prædicamenti ſub-
ſtantiæ, ſingulare autem de in-
diuiduis omnium prædicamen
torum. In accidentibus enim re
peritur ſingularitas, vt hæc al-
bedo ſine ſuppoſiti ratione, Na
tura etiã noſtra atoma, ſeu ſin-
gularis aſſumpta eſt a verbo ſe
cundum Damaſcenum, non ta
men naturæ ſuppoſitum. Con-
ſiſtit igitur ratio ſuppoſiti in du
plici incommunicabilitate, vt
quod, & vt quo: Aliquid enim
dicitur communicabile biſa-
riam, primo per identitatem,
ita quod illud cui communica
tur ſit ipſum reipſa, & ſic vni-
uerſale communicatur ſingula
ri, vel per informationem, & ſic
forma communicatur mate-
riæ. Natura igitur quæcunque
ex ſe eſt communicabilis vtro
que mõ, videlicet pluribus ſup-
poſitis, quorũ quodlibet ſit ip-
ſa, & etiam vt quo, id eſt tan-
quam forma qua ſuppoſitum
ſit ens quidditatiue: Suppoſitũ
autem eſt incõmunicabile vtro
que modo, non enim eſt cõmu
nicabile vt quod, cum non con
ueniat pluribus, nec vt quo, cũ
ſit ſubſiſtens, ſeu independen-
ter exiſtens. Ex his oſtenditur p̱
poſitum. Natura quæcunq; eſt
communicabilis pluribus per
identitatem, Igitur, & diuina
natura eſt communicabilis, nõ
eſt autem diuiſibilis (ex reſolu
tione de vnitate Dei) Igitur &
communicabilis ſine ſui diui-
ſione, & ſic erit vna natura nu-
mero in plurib⁹ ſuppoſitis. Præ
terea illud eſt poſſibile qđ non
includit contradictionem, ſed
non includit contradictionem,
quod vna eſſentia ſit in tribus
perſonis, nã contradictio eſt ſe-
cundum idem, quod non eſt im
præſentia quia hic eſt vnitas eſ
ſentiæ, & perſonarum trinitas,
ergo cum vnitate eſſentiæ diui
næ ſtat pluraritas perſonarum.

*Communicabile bifariam dicitur.*

*Vt quod eſt de omni ſuperiore.*

*Suppoſitũ quid ſit.*

## DISTINCTIO.. III.
### Quæſtio. I. Pag. 201.

*Poteſt ne viator naturaliter Deum cognoſcere?*

### Resolvtio.

DEvs quidem natu-
raliter a viatore in
particulari, & pro
prie (hoc eſt ſub ra
tione ſuæ eſſentię)
cognoſci nequit, ob id vel ma-
xime, quod voluntariũ ſit obie
ctum nobis, & nõ naturale, niſi
ſuo intellectui tantum, nec eſt
aliqua eſſentia naturaliter a no
bis cognoſcibilis, quæ ſufficien
ter eius nobis eſſentiam oſten-
dat, nec per vniuocationis con-
ceptus vniuoci, in quo conue-
niat cũ creatura, ſimilitudinẽ,
nec repræſentationis. Vniuoca-
tio enim nõ eſt niſi in generali
bus rationibus, id eſt communi
bus conceptibus. Repræſenta-
tio etiam deficit, quia imperfe-
cta eſt, cum creaturæ eum per-
fecte imitentur, & repręſentẽt:
Nihilominus ad nullos conce
ptus Deo proprios peruenire
poſſumus, qui videlicet creatu-
turis non conueniant, cuiuſmo
di ſunt conceptus omnium per
fectionum ſimpliciter in ſum-
mo. Quod ſit ſummum bonũ,
ſumme iuſtus, ſumme omnipo
tens, & omnium perfectiſſi-
mus) eſt conceptus entis ſim-
pliciter infiniti, q̃a dicit modũ
in-

*Deus ſub propria ratione naturaliter cognoſci nequit.*

*Deus naturaliter quantũ ad multas perfectiones cognoſci poteſt.*

intrinſecum illius entitatis, &
inter alios omnes conceptus a
nobis conceptibiles virtualiter
plures pfectiones includit. Si-
cut enim ens virtualiter inclu-
dit verum & bonum in ſe, ita
ens infinitum includit verũ in-
finitum, & bonum infinitũ, &
omnem perfectionem ſimplici
ter ſub ratione infiniti. Iſtæ ta-
men perfectiones quas de Deo
cognoſcimus, per creaturarum
ſpecies cognoſcuntur, quando
quidem creaturæ, quæ proprias
in intellectu ſpecies inprimũt,
tranſcendentium quoque ſpe-
cies (quę eis & Deo communi-
ter conueniunt) imprimere va
lent, & tunc intellectus propria
virtute multis ſpeciebus ſimul
ad illá concipienda, quorũ iſtæ
ſunt ſpecies, vti poteſt, vt puta
ſpecie boni, ſpecie ſummi, ſpe-
cie actus ad concipiẽdum ſum
mum bonum, & actualiſſimũ
quod perfecte exiſtit. Quod ap-
paret per locum a minori, Ima-
ginatis enim diuerſorum ſenſi-
bilium ſpeciebus, ad compoſi-
tum ex illis diuerſis imaginan
dum, vti poteſt, ſicut apparet cũ
aureum imaginatur montem.
Deus igitur in aliquo conceptu
vniuoco ſibi & creaturę (vt pu-
ta in cõceptu entis) concipi po
teſt naturaliter, quod ẽt aſtrui-
tur ex Philoſopho (humanam
conſtituente felicitatẽ in actua
li ſeparatarum ſubſtantiarum
conſideratione) dicente. Meta-
phyſica eſt Theologia de Deo.
Quod ſi prædictis obijcias ip-
ſum Philoſophum dicentem,
Phantaſmata ſe habẽt ad intel-
lectum, ſicut ſenſibilia ad ſen-
ſum, Igitur intellectus nihil in-
telligit, niſi cuius phantaſma-
ta per ſenſus apprehendere po
teſt. Id eſt ſicut ſenſus nihil po
teſt ſentire ſine ſpeciebus ſenſi
bilibus, ita nec intellectus niſi
mediãte phantaſmate, Deus aũ
tem phãtaſmata non habet, er-
go naturaliter cognoſci nequit.
Reſpondetur, Philoſophi com-
paratione intelligi debere quã
tum ad primam intellectus ab
obiecto motionem. Ibi enim
phantaſmata cũ intellectu agẽ
te habent vicem primi obiecti
mouentis, non autem intelligi
tur cõparatio Philoſophi, quan
tum ad omnem actum ſequen
tẽ notionẽ primam. Poteſt.n.
intellectus abſtrahere obiectũ
incluſum in aliquo primo mo
uente, & conſiderare illud ab-
ſtractum, non conſiderando il-
lud a quo abſtrahit, ſed vt com
mune ſenſibili & inſenſibili,
& in illo conſiderat inſenſibi-
le, ſicut & ſenſibile. Sed ſenſus
non eſt abſtractiuus, cũ ſit ſin-
gulariũ ſecũdum Philoſophũ.
Ideo in omni actu tam primo,
quam ſecũdo, requirit aliquod
obiectum primum mouens. De
inde adfert illud, Sicut ſe habet
oculus noctuæ ad lucem ſolis,
ſic intellectus noſter ad ea quæ
ſunt manifeſtiſſima naturę, ſed
oculus noctuæ ſolem inſpicere
nequit, Ergo nec nos Deum co
gnoſcere. Reſpondetur ſimili-
tudinem debere intelligi de dif
ficili, non autem de impoſſibi-
li. Quod ſi etiam de impoſſi-
bili accipere velis, intelligitur
tunc de intuitiua notitia. Nam
ſicut noctuæ oculus ſolem in-
tueri neqt, ſic nec noſter intel
lectus naturaliter & intuitiue
Deum cognoſcere, licet bene
abſtractiue. Quod ſi Gregoriũ
proferas dicentem, quantum-
cunque mens noſtra in contem
pla-

*Rom. 1. et Sapiẽ. 13. Deus per creaturas cognoſcitur.*

*Lib. 10. Ethi. cap. 10.*

*Lib. 6. Metaphyſ.*

*Lib. 3. de ani.*

*Intellectus eſt abſtractiuus nõ ſenſus.*

*Lib. 2. Meta.*



platione Dei profecerit, nõ ad
illud, quod ipſe eſt, ſed ad illud,
quod ſub ipſo eſt attingit. Re-
ſpondetur, non debere id ſic ac
cipi, quaſi contemplatio ſiſtat
ſub Deo in aliqua creatura,
nam hoc eſſet frui vtendis, ſed
quod contemplatio de lege cõ-
munis ſtet in aliquo conceptu
communi, qui eſt minoris in-
telligibilitatis ſeu pfectionis;
quam Deus in ſe, vt eſt hæc eſ-
ſentia.

DISTINCTIONIS. III.
Quæſtio II. Pag. 201.

*Eſt ne Deus primum obiectum a nobis pro hoc ſtatu naturaliter cognitum?*

RESOLVTIO.

CVm oĩs noſtra co-
gnitio a ſenſu oria
tur, Deus qui eſt a
ſenſibus remotiſſi
mus, non eſt a no-
ſtro intellectu primo cognitus,
ſecundum prioritatem origi-
nis vel generationis, ſed aliqđ
ſenſibile licet quantum ad or-
dinem perfectionis ſimplici-
ter ſit primum, a nobis natura-
liter cognoſcibile, id eſt perfe-
ctiſſimum, vnde & in hoc po-
nit Philoſophus felicitatem
naturalem, & poſt ipſum
Deũ, ſpecies ſpecialiſſima perfe
ctior in vniuerſo eſt primo co-
gnoſcibilis hoc modo, & ſic
conſequente defendendo: Et
horum ratio eſt perfectio
obiecti, excedens alio
rum obiectorũ
perfectio-
nem.

*Lib. 1. Meta. & 2. poſteri. in procemio ĩ fine.*

*10. Ethicorum.*

DISTINCTIONIS. III.
Quæſtio III. Pag. 223.

*An Deus ſit primum, & adæquatum, & naturale viatoris obiectum?*

RESOLVTIO.

OBiectum primũ na-
turale intellectus
viatoris bifariam
accipi poteſt. Pri-
mo p eo ad quod
naturaliter potẽtia inclinatur,
& tale eſt ens in communi Deo
& creaturæ, & dicitur obiectũ
terminatiuum, quod potentia
recipere poteſt, ſiue producat il
lius notitiam, ſiue non. At mo-
tiuum obiectum eſt cuius noti-
tiam intellectus producere po-
teſt ſua virtute, & eſt creatum.
Secundo pro eo quod naturali-
ter cum concurſu generali potẽ
tia concipi poteſt, & huiuſmo-
di pro ſtatu ipſo eſt res materia
lis, vel ſenſibilis, cum pro hoc
ſtatu non intelligat niſi mediã
tibus phantaſmatibus, propter
ordinem potentiarum, & pro-
pter orignalis peccati pęnã, ſe-
cũdũ Auguſtinũ. Licet tñ Deus
ſit immaterialis, & inſenſibilis,
poteſt nihilominus medianti-
bus huiuſmodi phantaſmati-
bus cognoſci per abſtractionẽ,
vt dictum eſt diſt. huius q. 1.

*Lib. 11. de Trin.*

DISTINCTIONIS. III.
Quæſtio IIII. Pag. 260.

*Vtrum trinitatis veſtigium in omni ſit creatura.*

RESOLVTIO.

OPortet aſſertore Auguſti-
no vt & creatorem per ea
quæ facta ſunt intellectu con-
ſpi-

*Lib. 6. de tri. ca. vltim*

*Veſtigiũ trinitatis eſt in creatura.*

ſpicientes, intelligamus Trinitatem, cuius in creatura, quomodo dignum eſt apparet veſtigiũ: veruntamẽ, quia ſecundum Ariſtotelem omnes transferentes ſecundum aliquã ſimilitudinẽ transferunt, id eſt qñ quidpiam quod non eſt in aliquo attribuitur eidem, hoc fit per ſimilitudinem quandam. ſicut cũ ita aſcribitur ipſi Deo, propterea quod puniens peccatores, ſe habeat ad modũ irati hominis: Ideo obſeruandum ꝙ veſtigium eſt ſimilitudo partis animalis, ab ipſo ĩpreſſa in aliquod ſibi cedens, vt ſi pes animalis imprimatur pulueri, illa impreſſio derelicta eius det veſtigium, imago vero eſt totius ſimilitudo. Deinde obſeruandũ quòd quæmadmodum trinitas eſt veluti quoddam totum numerale, quia non eſt ibi ꝓprie numerus prædicamentalis, ſed tranſcendentalis (ſaltem in cõceptu intellectus) & perſona eſt ibi quaſi huius totius pars, ita etiam perſonæ appropriatum eſt veluti eiuſdem pars, quãdoquidem appropriati eius ratio in vna complete reperitur perſona, & accipitur pro illo cui appropriatur. Quocirca licet creatura, vt in pluribus, nec perſonam repręſentet, vt eſt perſona, nec appropriatũ, vt appropriatum (quia non ſic cognoſcitur vt appropriatum, niſi perſona cui appropriatũ cognoſcatur) repræſentat tamẽ appropriabile, in quo quaſi ratio partis Trinitatis ſaluatur. Quamobrem in creaturis, reſpectu appropriatorum perſonis, Trinitatis veſtigium conſiſtit, vt pote vnum, verum, bonum (quæ in omni reperiuntur ente) repræſentant ſummam primi principii vnitatem, quæ Patri (qui eſt principium à quo eſt aliarum origo perſonarum) appropriatur. (Nã vt vnitas eſt principium numeri, ita pater eſt principium aliarum perſonarum) & veritatem quę filio (qui per ĩtellectus modum procedit) appropriatur: & bonitatem, quæ appropriatur Spiritui Sãcto, qui per modum volũtatis procedit. Sic in omni creatura eſt modus, ſpecies, & ordo. Modus quidem accipitur pro menſura, vel limitatione ꝓducti, id eſt creaturæ, per quod repręſentatur potentia illimitata producentis. Conditio .n. imperfectior (qualis eſt limitatio) nequit enti ineſſe, niſi perfectior, cuiuſmodi eſt illimitatio (quæ patri appropriatur) inſit, Quia imperfectum dependet a perfecto. Species vero repręſentat ſummam pulchritudinem, quæ appropriatur filio, q eſt imago patris ſumme ſibi cõformis. Ordo vero, vel in operationem, vel in finem, repræſentat operationem perfectiſſimam in Deo, ſcilicet dilectionem, quæ Spiritui Sancto attribuitur, & in qua ſumma conſiſtit beatitudo. Eſt autem horũ trium appropriatorum cũ tribus primis correſpõdentia, qa vnitas correſpondet modo, qui reſpicit Deũ, vt cauſam efficiẽtem: veritas ſpeciei, quæ repræſentat ipſum, vt exempla: bonitas ordinem, quæ reſpicit vt finem. Quod ſi obiicias in natura intellectuali eſſe Trinitatis imaginem, non igitur veſtigiũ, cum illa oppoſitas repræ ſentãdi habeant rationes. Reſpondetur, intellectualem naturã alia ratione eſſe veſtigium, & alia

ra-



ratione eſſe imaginẽ, eſt enim veſtigium, ſicut quęlibet eſſentia creata, inquantum eſt creata ſecundum determinatũ exẽplar. Eſt autem imago inquantum in ipſa eſt vnitas eſſentiæ cum pluralitate potentiarum, inter quas eſt ordo originis, & ſic patet ꝙ creatura dicĩt veſtigiũ apꝓpriatũ diuinis pſonis.

## DISTINCTIO. III. Quæſt. vlt. Pag. 326.

*Vtrum in mente ſit diſtincte Trinitatis imago.*

### RESOLVTIO.

*Species intelligibilis.*

HIc aliqua ſunt præmittenda, primũ ꝙ neceſſarium ſit in intellectu poſſibili ponere ſpeciẽ intelligibilẽ priorẽ naturaliter actu intelligendi, vt facile colligitur ex Ariſtotele, & eius cõmentatore, aſſerentibus, vniuerſale inquantũ vniuerſale nihil eſſe in rebus, ſed tm̃ in aliquo repræſentãte ipſum ſub tali rõne. quod nõ eſt aliud, q̃ ſpecies intelligibilis: Et ait Philoſoph⁹ quòd anima eſt quodammodo omnia, per ſenſus ſenſibilia, & per intellectum intelligibilia. Item lapis non eſt omnia, ſed ſpecies lapidis. Vnde ĩtellectus dicitur locus ſpecierum ab Ariſtotele, quia habet ſpẽs cõſeruare ſicut locus conſeruat locatũ.

*Lib. 3. de anima.*

*Intellect⁹ cauſa.*

Secũdo p̃mittendũ eſt qđ intellect⁹ & obiectũ in ſe, vel in ſpẽ præſens, ſunt duæ cauſæ partiales actus intelligendi, vt patet ex Auguſtino. Liquido tenendũ eſt (inquit) quod omnis res, quam cognoſcimus, cõgenerat in nobis notitiam ſui, ab vtroque enim, ſcilicet à cognoſcente, & cognito paritur notitia, Idem. Ex viſibili & videre gignitur viſio. Vtrum autem notitia ab intellectu agente, vel paſſibili, vel ab vtroque producatur, varię ſunt opiniones, quarum quælibet ſuſtineri poteſt. Illa tamen eſt ſatis probabilis quæ aſſerit intellectum agentẽ nedum ſpeciem intelligibilem producere, ſed actum etiam intelligendi, intellectum vero poſſibilem ſolum ea recipere. Nã ſic ponitur conformitas rei, & nominis vtriuſque, mutuaquæ correſpondentia in agendo & patiendo, iuxta ipſorũ definitiones. Quod ſi inqras vtra illarũ duarũ cauſarũ partialiũ ipſius notitiæ ſit principalior, obiectum videlicet, vel intellectus. Reſpondetur. quod ipſe intellectus reſpectu cognitionũ naturalium, propterea quòd ſit illimitatio, ſeu cauſa indeterminata ad multos effectus producendos, & obiectum ad certum aliquem effectum ſit determinatum. Hoc eſt propterea quod intellectus plures notitias ſpecie differentes gignere poſſit. Obiectum vero notitiam ſui duntaxat. Exemplum deſumere potes de Deo, ſole, & particularibus generãtibus. Tamen obiectum beatificum, vt clare viſum, cum multũ partis intellectiuę facultatem excedat, poteſt habere totam efficiẽtiã viſionis, aut principaliorẽ, quàm intellectus. Propter, inquam, talis obiecti excellentiam & defectum, ſeu imperfectionẽ partis intellectiuæ, de quo vide in 4. diſtin. 49. & quolibeto 13. 14. & 15. His poſitis

*lib: 1. de Tri. c. 2.*

*Notitia ab vtro in tellectuũ formatur.*

*Notitia pracipua cauſa.*

 ex

expendenda ſunt tria, Primum
quid ſit imaginis ratio, vnde ad
propoſitum tranſlatū eſt voca-
bulū, Deinde reſpectu cuius in
Trinitate ſit imago, Tertio, in
quo in nobis eſt imago. Quan-
tum ad primū, quemamodū
ex pręcedenti conſtat reſolutio
ne, imago eſt reprę́ſentatiua to
tius, in quo à veſtigio differt, ꝙ
eſt repræſentatiuū partis dūta
xat. Si enim totū corpus eſſet ī-
preſſum pulueri, ſicut pes eſt ī-
preſſus, illud derelictū eſſet ima
go totius, & veſtigium totius,
perinde ac illud eſt imago par
tis, nihilominus hæc repræſen
tatio totius nō ſufficit ſola, ſed
requirit̄ illud, quod eſt imago
natū eſſe exprimere, & repræ-
ſentare id, cuius eſt imago, eo
mō quo effigies aliqua erigitur
hoc fine, vt Regē, vel aliū quē-
uis repræſentet. Hoc aūt ex Au-
guſtino colligitur: ait .n. Quan
tumcunque, duo oua ſunt ſimi
lia, vnū non eſt natum imitari
ipſum. Quantum ad ſecundū
operepretium eſt, vt creatura,
quæ eſt trinitatis imago vnita
tem eſſentiæ diuinæ, trium di-
ſtinctiones perſonarū, & origi-
nis ſeu proceſſionis ordinem re
præſentet. Quantum ad tertiū,
obſeruandum ꝙ animæ ipſi aſ
ſignantur tres vires, ſeu poten
tiæ: nempe memoria, quæ ni-
hil aliud eſt quàm anima, aut
intellectus agens cum ſpecie in
telligibili, nam hæc duo obie-
cti notitiam gignere valēt, quo
fit vt memoria quoque ꝑfecta
dicatur. Quòd ſi cum aliquibus
philoſophis, & Theologis intel
lectui poſſibili vim ꝓducēti no
titiam adſcripſeris, non intelle
ctui agenti erit ipſe poſſibilis
intellectus, vt productiuus no

*Imaginis ratio.*

titiæ cum ſpecie intelligibili
memoriæ, ſed primū à me ma-
gis probat̄. Aduerte inſuper ꝙ
memoria perfecta cōplectitur
etiā voluntatē ipſam, vt eſt prī
cipiū ꝓductiuū amoris, & hoc
quidem vt plene patrem repræ
ſentet, in quo eſt mediū fœcū-
ditas ad generandū, ſed ad ſpi-
rādū ſecūda potētia Dei intelli
gētia aut intellectus, q̄ eſt aīa
ipſa ſeu intellectus poſſibilis ī-
quantū recipit in ſe notitiā ge-
nitā Tertia eſt volūtas quatenꝰ
in ſe ſuū recipit amorē, nā qua
tenus eū elicit refert̄ ad primā
potentiā, ſicut & intellectus vt
eſt ꝓductiuus notitiæ, nēpe ad
memoriā perfectā. Imago aūt
trinitatis conſiſtit in his tribus
aīæ potētiis, vt ſūt ſub actibus
ſuis tribus, id eſt in potētiis. &
actibus earū ſimul, quandoqui
dē tres potentię ſunt vna & ea
dē aīa, ex quo diuinæ eſſentiæ
vnitatē reprę́ſentāt, & actus ea
rū reipſa diſtincti, diſtinctionē
perſonarū repræſentant. Modū
vero ꝓceſſionis ipſarū perſona
rum īperfecte reprę́ſentant. Nā
notitia, quæ eſt ſecūda imagina
tionis pars, nō producit amorē
qui eſt tertia pars, ſicut Filius ī
diuinis Spiritū ſanctū compro
ducit, ſed ꝑꝑ ordinē duntaxat,
quo tertia imaginis pars ſecun
dā præſupponit, repræſentāt ip
ſam trinitatē. Nemo .n (vt ait
Auguſtinus) vult quod oē quid
vel quale ſit neſciat. Vnde colli
gitur Auguſtinū accipere volun
tatē, vt eſt tertia imaginis pars
ꝓ actu amoris, & non ꝓ poten
tia ipſa. Dupliciter .n. Auguſti
nus aſſignat imaginem, primo
dicens, mens, notitia, & amor.
Secundo, memoria, intelligētia
& voluntas, & vtrobique ꝑ mē
tem

*Imago Trinitatis ī quibus cōſiſtit.*

*lib. 25. de Tri. c. 27.*

*lib. 9. de Tri. c. 4. & ſeq.*

*lib. 10. de Trinit. c. 10. & ſeq.*



tem in prima aſſignatione, &
memoriam in ſecunda, comple
ctitur vtramque vim, videlicet
intelligendi, & volendi (hoc eſt
intellectum, & voluntatem) vt
ſunt potentiæ ſuorū actuū (no-
titiæ videlicet vel amoris pro-
ductiuæ) nam quatenus ſuos re
cipiunt actus, intellectus noti-
tiā, & voluntas amorem, ad ſe-
cundam & tertiā imaginis par-
tes referuntur, illę quidem ad
ſecundā, hæc vero ad tertiam.
Obſerua nihilominus perfectiſ
ſimā & vltimā imaginis rōnē
eſſe in prædictis potentiis & a-
ctibus, quando ipſæ potentiæ
habent Deum pro obiecto: nā
tunc anima non habet ſolum ſi
militudinem Trinitatis expreſ
ſiuam ratione ſuarum potentia
rum & actuum, ſed etiam ea ra
tione, qua actus ipſi conformā
tur obiecto, quandoquidem a-
ctus eſt vere obiecti ſimilitudo.
Hoc autem contingit, cum aīa
Dei meminit, denique Deum
contemplatur, ac diligit. Hoc
autem ex Auguſtino colligitur:
in eo ſolo, inquit, quod ad con
templationem pertinet exter-
norum, nō ſulum eſt Trinitas,
ſed etiam imago Dei: in hoc au
tem quod deriuatū eſt in actio
ne temporalium, etiam ſi Trini
nitas poſſit, non tñ imago Dei
inueniri poteſt: Quod intelli-
gendū eſt de expreſſiſſima ima
gine, & perfectiſſima ſimilitu-
dine. Deinde eſt imago Trinita
tis, ſed minus perfecte quando
aīa habet ſeipſam per obiecto.
Nā licet tunc non habeatur ab
ipſo Deo īmediate, velut à ꝓ-
ximo obiecto ſimilitudo, ha-
bet̄ tñ quadamtenus, ī quantū
in mente, vt in imagine Deus
cognoſcitur. De hac imagine lo

*lib. 12. de Trinit. c. 4.*

*lib. 14. de Tri. cap. 1. & 6.*

quit̄ Auguſtinus. Ecce (inquit)
mēs meminit ſui, intelligit ſe,
diligit ſe, hoc ſi cernimus, cerni
mus Trinitatem, nondum qui
dē Deum, ſed ipſam imaginem
Dei. Reſpectu vero obiectorū
inferiorū ī mente, licet ſit ima
go, nō tñ ita perfecta, iuxta quē
ſenſum interpretandę ſūt varię
Diui Auguſtini auctoritates. Ex
his liquet, in parte ſenſitiua
imaginē nō poſſe cōſiſtere, ob
id ꝙ in ea nō ſit potentiarū cō
ſubſtantialitas, nec modus agē
di duplex, naturalis videlicet, &
liber, ſed naturalis dūtaxat, vt
patet ex Ioāne Damaſceno, aſ-
ſerēte ꝙ bruta in ſuis operatio
nibus nō agunt, ſed agunt̄. Obii
cies aduerſus prędicta, Trinita-
tē naturaliter cognoſci poſſe, ex
mente naturaliter cognita, ſi
mens diſtincte Trinitatē repræ
ſentet. Rñdet̄, ex creaturis natu
raliter nō poſſe cognoſci Trini-
tatem: Nā licet aīa, vel angelus
ſit Trinitatis imago, hoc tñ nō
cognoſcitur naturaliter, ſed eſt
creditum, aſſertore Auguſtino,
qui uident ſuam mentē, & ī ea
Trinitatē, id eſt, tres potentias,
quę ſunt in mente, nec tñ cre-
dunt eam eſſe imaginem Dei,
Speculū quidē vident, ſed nō vi
dent per ſpeculū cū nec ipſum
quod vidēt, ſciant eſſe ſpeculū.
Adde quod imago dicit relatio
nē, quæ niſi cognitis extremis
naturaliter cognoſci neq̄t. Quā
uis aūt ipſum fundamentū na
turaliter cognoſcatur, non tñ
terminus (q̄ eſt eſſentia diuina)
ſub propria rōne. Prædicta igit̄
de imagine valent credendi Tri
nitatem ad perſcrutādū, & ꝑ-
ſuadendū. Quòd ſi adhuc obii
cias, nihil quod ſit in aīa plus
repræſentare vnā perſonā, quā

*lib. 15. de Tri. c. 14.*

*lib. 15. de Tri. cap. 7. & 14.*

*lib. 15. de Tri. cap. 7. & 14.*


aliam,

aliam, cũ ſecundũ Auguſt. pr̃ eſt memoria, intelligẽtia, & volũtas, & filius cõſimiliter, ergo vna potẽtia nõ magis diſtincte repræſentat vnã pſonã, q̃ aliã, cũ illæ tres potẽtiæ ſunt in ſingulis pſonis. Rñdetur vnã potẽtiã magis repræſentare vnã perſonã, q̃ aliam, non propterea ꝙ in illa ſola perſona ſit potẽtia, ſed ꝙ propius repræſentet modum originis talis perſonæ: vt exempli gratia, memoria repręſentat patrẽ, ꝓpterea ꝙ gignat filiũ, quatenus habet rõnẽ memoriæ, & non vt habet rationẽ intelligentiæ, aut voluntatis.

## DISTINCTIO. IIII. Quæſt. 1. & 2. Pag. 333. & 337.

*Vtrum hæ propoſitiones ſint veræ, Deus generauit alium Deum, & Deus eſt Pater Filius & Spiritus Sanctus.*

### RESOLVTIO.

*Deus genuit Deũ.* PRior earum propoſitionum falſa eſt, propterea ꝙ non ſit alius Deꝰ à patre, ſed vnus duntaxat. Audi Iſrael, dominus Deus tuus vnus eſt &c. & illud: Ego ſum Deus tuus, qui &cæt. *Deut. 6. Exo. 20.* Is autem terminus (alius) ſignificat diuerſitatem in eſſentia, & natura diuina, quæ nulla eſt, ſed hæc eſt vera & catholica, Deus genuit Deum, quia Deus pater, Deum filiũ genuit, hoc eſt, per generationem æternam communicauit illi ſuam naturã & deitatẽ. In ſymbolo quoque ſcriptum eſt. Lumẽ de lumine, Deum verũ de Deo vero. Secunda autem propoſitio vera eſt, licet non defuerint olim, qui eam negarent, vt refert Magiſter. Nam & eius conuertens vera eſt, nempe iſta, Pater Filius & Spiritus Sanctus ſunt vnus Deus, quod & aſtruitur per diuum Auguſtinum dicentem: Credimus vnum Deum, vnam eſſe diuini nominis Trinitatem. Vide Magiſtrum. *Deus eſt Pater, filius, & Spiritus ſ. In ſermone de fide. c. 3. huius diſt.*

## DISTINCTIO. V. Quæſtio. I. Pag. 339.

*Vtrum eſſentia diuina generet vel generetur.*

### RESOLVTIO.

HAc in re fœde errauit Abbas Ioachim, vt habetur in decretalibus, aſſerẽs Magiſtrũ ſentẽtiarum Hęreticum, & inſanũ, ꝙ in ſuis ſententijs dixiſſet rem eſſe in diuinis (videlicet eſſentiam diuinam) quæ non eſt generans, neque genita, neque procedẽs: Ex quo inferebat magiſtrũ ſententiarum poſuiſſe in diuinis quaternitatẽ, videlicet tres perſonas, & illam eſſentiam quaſi communem, quartam. Quod inconueniens, vt ipſe Ioachim euadere aſſeruit, quòd nulla res vna eſt Pater Filius, Spiritus Sanctus, ſed perſonas illas eſſe vnam rem vnitate aggregationis tantum, ſicut multi fideles dicuntur vna eccleſia propter vnã fidẽ, & charitatẽ: qđ aſtruebat ex illo Ioãnis: Pater rogo, vt ſint vnũ, ſicut & nos vnum ſumus. Sed aſſertio ipſius Ioachim hæretica eſt, non autẽ Petri Lõbardi. Nã pr̃ gignendo ab æterno filiũ, ſuã ei dedit ſubſtantiam. Pater quod dedit mihi, maius omnibus eſt &c. At dici non poteſt quod partẽ ſubſtantiæ ſuæ dederit, & partem ſibi retinuerit, cum ſubſtantia patris ſit indiuiſibilis, vt pote ſimplex omnino, ſed nec dici poteſt quòd pater in filiũ tranſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam filio, quod nõ retinuerit ipſam ſibi, alioquin deſijſſet eſſe ſubſtantia, & ſimili ratione ambo eam Spiritui Sancto dederunt. Cum ergo veritas pro fidelibus ſuis orat ad patrem, volo (inquiens) vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus. Hoc nomen (vnum) pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia, pro perſonis vero diuinis, vt attẽdatur identitatis vnitas in natura, quemadmodum alibi veritas ait, Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt, ac ſi diceret manifeſtius, eſtote perfecti perfectione gratiæ, ſicut pater veſter cęlis perfectus eſt perfectione naturæ, & eſſentiali bonitate: vbi non innuit, vt ſimus ex nobis ipſis naturaliter perfecti, ſicut pater eſt ex ſe naturaliter perfectus, ſed vt eſſemus perfecti perfectione nobis competente, videlicet gratiæ, & virtutis, vtraque videlicet ſuo modo, quia inter creatorem, & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda. Fatendum eſt igitur cum Magiſtro ſententiarum, quod Pater, Filius, & Spiritus S. vera vnione, non collectiua, ſeu ſimilitudinaria ſint vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura, quæ ſubſtantia non eſt generans, neq; genita, nec procedens, quia illi actus non attribnunt ſubſtantiæ, ſeu naturæ, ſed perſonis: nec p hoc in trinitate concludit quaternitas, qa illæ tres res, pr̃ videlicet, & filius & S. S. ſunt illa vna res & eſſentia. Quaternitas autem eſſe non poſſet, niſi eſſet quartum realiter a trib. diſtinctum. Adde rõnes Magiſtri in primis tribus capitibus poſitas huius diſtinctionis. Quod ſi dixeris hanc eſſe veram, Deus generat Deum, igitur à ſimili iſtam, eſſentiam gñat, vt eſſentia ſumat pro perſona, ſicut Deus in prima accipitur pro patre. Reſpondetur non eſſe ſimile: Propterea ꝙ Deus ſit concretũ potens ſupponere, vel accipi pro natura, vel ſuppoſito: Eſſentia autẽ eſt abſtractum vltima abſtractione, quare non poteſt pro ſuppoſito ſupponere, ſed tantũ pro natura.

*Circa Trinitatem errauit Abbas Ioachim. Text. de ſumma Tri. & fide cath. c. Damnamus.* *Ioan. 17.* *Ioan. 20.* *Matth. 5.* *Eſſentia diuina nõ eſt generans neque genita.*

## DISTINCTIONIS. V. Quæſtio. II. Pag. 348.

*Vtrum filius generetur de ſubſtantia patris.*

### RESOLVTIO.

AVguſtinus vnà cũ cæteris antiquis doctoribus libere profitetur filiũ Dei de ſubſtantia patris gñari: Ait. n. ptractãs illud Pauli. Tranſtulit nos in regnũ filij charitatis ſuæ. Qđ dictum eſt (ait) filij charitatis ſuæ, nihil aliud eſt q̃ filij ſubſtãtiæ ſuę, ergo eſt de ſubſtãtia patris. Vide alias authoritates eiuſdem c 9. huius diſt. apud Magiſtrũ, Ve- *Lib. 15. de tri. c. 10. Ad Coloſ.*

runtamen, vt hæc plenius noueris, obſerua quòd generatio in creaturis duo dicit, productionem videlicet, & mutationem, & iſtorum rationes formales diuerſæ ſunt, & ab inuicem ſeparabiles, id eſt, poteſt eſſe productio abſque mutatione, & contra, productio ad eũ formaliter eſt ipſius producti (id eſt relatio producti ad producens) quod eſt compoſitum: Et accedit ei quod non fiat cũ mutatione alicuius partis compoſiti, vt patet in creatione, in qua nulla pars mutatur, ſed totum ſimul incipit eſſe. Mutatio vero formaliter eſt ipſius ſubiecti mutabilis, quod de priuatione tranſit ad formã. Concomitatur autem imitatio productionẽ in creaturis propter imperfectionem potentiæ productiuæ, id eſt, agentis naturalis, quæ non poteſt dare eſſe totale termino productionis, id eſt non poteſt quidpiam ex nihilo producere, ſed aliqđ eius præſuppoſitum tranſmutat ad aliam partem ipſius, & ſic producit compoſitum. Si enim generans creatum eſſet perfectũ agens, non exigens materiam, tunc eſſet productio ſine mutatione: Idcirco ſine contradictione ſeparari poſſunt, & reipſa in creatione ſeparantur, vbi propter perfectionẽ potentię Dei productiuæ, dantis eſſe totale producto, vere eſt ratio productionis, qua productum producitur, ſed non eſt ibi ratio mutationis proprie dictæ, quæ ſupponit ſubſtractum aliquod. Vt autem hæc præſenti inſtituto accommodemus, cum in diuinis nihil imperfectionis ſit ponendum, & mutatio imperfectionem importet, quia potentialitatem in mutabili vt poſſit recipere aliam formam, & etiam in mutante, quia talis neceſſario requirit cauſam concauſantem, id eſt materiam ad hoc vt producat. Nullo modo in diuinis ponetur generatio ſub rõne mutationis, nec quaſi mutationis, ſed tantum generatio, vt productio ꝑfecta, inquãtum ſcilicet per eam aliquid accipit eſſe. Quamobrem generanti, vt eſt in diuinis, non aſſignabit materia, nec quaſi materia, ſed tantum terminus, & hoc vel totalis ſiue primus, id eſt adæquatus, vel terminus formalis, ſecundum quem terminus primus formaliter accipit eſſe. Deinde, quamuis nulla materia, vel quaſi materia ĩ diuinis ponatur, vere tamen & proprius Filius eſt de ſubſtantia Patris, vt aſſerit Auguſtinus, & alij doctores antiqui, vbi per præpoſitionem (De) notatur non ſolum efficientia vel origo, quia ſic creaturæ eſſent de ſubſtantia Dei, nec conſubſtantialitas tantum, quia tunc pater eſſet de ſubſtantia filij, ſed notatur ſimul originatio, ſeu principium originans & conſubſtantialitas, vt ſcilicet ablatiuus rectus, à præpoſitione de, ſignificet conſubſtantialitatem, id eſt, quòd filius eandem habeat cum patre ſubſtãtiam, & per genitiuum a tali ablatiuo rectum importetur principiũ originans, ita quod ſenſus huius propoſitionis, filius eſt de ſubſtantia patris, eſt iſte, filius eſt originatus à p̃re, vt conſubſtantialis ei, & hoc modo authoritates in litera adductas exponit Magiſter.

*Lib. 7. Metaphy.*

*Generatio in diuinis eſt ſine mutatione.*

*Præpoſitio de in diuinis quid importet.*

*Ex 6 phy.*

DISTIN-



## DISTINCTIO VI.
Quæſtio. Vnica. Pag. 365.

*Vtrum Deus pater & filium voluntate generet?*

RESOLVTIO.

*Deus pater volens filium genuit.*

DVo in hac parte obſeruanda veniũt. Primum ꝙ pater generat filium volens, nam in primo ſigno, vel inſtanti originis pater intelligit formaliter, & tunc ẽt põt habere velle formaliter, & reipſa: in ſecundo vero ſigno originis gignit filium, nec tm̃ vult illam generationẽ volitione (quam dicunt) ſequente illam gignitionem, ſed volitione in primo ſigno originis habita, qua quidem volitione pater formaliter vult præſupponendo aliquo modo intellectionem, qua quidem pater intelligit, non aũt præſupponendo gignitionem verbi. Sic ergo conſtat, ꝙ pater volens generat, non tantum voluntate conſequente, ſed voluntate antecedente. Nam pater prius eſt perfectus in ſe, & beatus per intelligere, & velle, quàm iſta alteri communicet perſonę per productionem. Siquidem, quod in primo inſtanti, quo eſt pater non conuenit ei, nunquã cõuenit, propterea quòd ex productione cuiuſcunque perſonæ nulla ei adijci poteſt perfectio, nam nulla perſona hẽt quidpiam, quod à patre ſibi nõ fuerit communicatum. Deinde obſeruandum ꝙ quamuis pater filium generet volens (ſicuti interpretatũ eſt) nihiloſecius nequaquam illum generat voluntate, tanquam principio elicitiuo, & productiuo, quandoquidem principium productiuum vnius rõnis in diuinis, duas vnius rõnis productiones (cum vtraque ſit adæquata) hr̃e nequit, ſed vnicam tm̃. Quapropter cum Spiritus Sanctus per modum vel actum voluntatis, vt principij productiui producatur, filius non ſic producetur. His ſubſcribit Damaſcenus dicens: Generatio eſt opus naturæ, & Auguſtinus ad Oroſium: Præire ſcientiam voluntas non poteſt. Cum igitur filius ſcientia patris, & ſapientia ſit, non generabitur voluntate. Quod ſi obijcias Auguſtinum, qui attribuit voluntati noſtræ gignitionem verbi, id eſt, notitiam obiecti. Verbum, inquit, amore concipitur. Item, notitia placita, digneque amata. verũ eſt, ergo & in diuinis, cum in mente noſtra ſit Trinitatis imago. Reſpondetur, in nobis quidem verum eſſe, quod ait Auguſtinus, idcirco qđ eliciamus plures actus intelligendi & prædicamenti qualitatis, & prædicamẽti ad aliquid, & vno actu elicito alium voluntas imperare poteſt: non autem in Deo, in quo eſt vnicus actus intelligendi (vnica videlicet notitia ingenita) & vnicus actus dicendi, ſeu exprimendi verbum, id eſt, vnica notitia genita, quare voluntas, nequibit eſſe cauſa nec propinqua nec remota alicuius illorum. Nam voluntas producendi ſubſequitur quadãtenus ipſum intellectum, ſicuti & operando (hoc eſt, fruendo diuina eſſentia.) Quod ſi inſtes Auguſtinum intelligere ne-

*Pater prius beatus, quàm generet.*

*lib. 1. c. 8.*

*Lib. 9. de Trin.*

dum in nobis, ſed in ipſo Deo, hoc falſum eſt, quantum ad illum actum, qui eſt coniungere parentem, id eſt, intellectum cum prole, id eſt, cum obiecto cognito, aut notitia: ſed bene quantum ad alium actum, quẽ tribuit noſtræ voluntati, qui eſt dilectio ipſius obiecti, ac notitia eiuſdem, & ratione huius actus noſtra voluntas proprius eſt pars imaginis. Obiicies & Hilarium docentem, non naturali neceſſitate ductus pater genuit filium, vnde conſequitur, voluntate igitur eum genuiſſe. Reſpondetur, duplicem eſſe neceſſitatem naturalem. Quædam eſt cui voluntas repugnat, vt mortis neceſſitati, altera cui voluntas cõcordat, & ſic pater neceſſario filium genuit. Hilarius autem intelligit de neceſſitate primo modo capta, vnde & ſubdit, non naturali neceſſitate, cum nollet. Obijcies quoque & Richardum docentem, vultis audire verbum abreuiatum, ingenitum velle habere de ſe conformem, atque condignum, idem mihi videtur quod gignere filium. Atqui pater voluntate vult habere ſibi conformem, ergo & voluntate genuit. Reſpondetur, Ricardum intelligere concomitanter, non autem quod velle patris ſit formaliter gignere, nam hac in re aduerſaretur Auguſtino, qui ait, quod Spiritus Sanctus procedit quomodo datus, non quomodo natus, id eſt, per modum voluntatis liberæ, non per modum naturæ, quemadmodum filius.

*Lib. de Synodis.*

*Lib. 6. de tri. c. 17.*

## DISTINCTIO. VII. Quæſt. Vnica. Pag. 372.

*An generandi potentia ipſius patris ſit quid abſolutum, an perſonalis proprietas.*

### Resolutio.

Non loquemur quidem de potentia Logica, quæ nihil aliud prorſus eſt, q̃ non repugnantia extremorum alicuius propoſitionis, nec de potentia pro formali, ſed vt eſt reſpectus quidem, ſed de potentia pro materiali, & fundamẽto, hoc eſt, de vi illa gñandi, quæ eſt in patre. Hæc aũt potentia dupliciter accipiť: Primo pro principio quo pater filium producit p̄ciſe, & ſimpliciter ſumpto: Secũdo ꝑ ipſo principio, cum alijs oĩbus concurrentib. ad gñationẽ filij. Hæc aũt potẽtiæ diuiſio definiť ab Ariſtotele. Potentia primo mõ nequit eſſe relatio, cum ſit de gñe ſteriliũ, ſed aliquid abſolutũ, videlicet memoria perfecta, ſeu intellectus diuinus hñs eſſentiam ſibi pñtem, eſt potentia gñandi. i. principium quo pater filiũ producit. Quod ita probať. terminus formalis gñationis eſt quid abſolutum, nempe ſecũda perſona, ergo id quo agens agit eſt abſolutum, qa fieri nequit vt agens cõicet terminũ formalẽ ꝑductionis, niſi agat forma æque pfecta (ſi agit vniuoce) & perfectiori (ſi agit æquiuoce,) in diuinis autẽ nihil eſt perfectius abſoluto. Nam abſolutum eſt formaliter infinitũ, non aũt relatio. Euidẽtius

*Potentia Logica.*

*Potentia duplex.*

*9. Meta.*

*Potentia generandi in patre quid ſit.*



tius ita aſtruiť, fieri nequit vt principiũ formale ĩ perfectius ſit termino ſuo formali, ſed terminus formalis, vt pote verbũ eſt quid abſolutũ, ergo & principiũ eius formale eſt abſolutũ. His ſubſcribit Damaſcenus. Gñatio eſt opus naturæ, ſed nõ eſt opus naturæ, vt gñantis, ergo eſt opus naturæ vt principij gñandi. & Hilarius, ex virtute (inquit) naturæ in eandem naturã natiuitate ſubſiſtit filius. Potentia autem ſecundo modo, eſt intellectus diuinus hñs eſſentiã ſibi pñtem, vt hęc ſunt in patre: & talis eſt potentia generandi propinqua, prior vero remota. Quod ſi prædictis obiicias Auguſtinũ dicentẽ. Eo pater eſt, quo eſt ei filius, atqui paternitate eſt pr̃, ergo eadẽ eſt illi filius, & ꝑ cõſequens paternitate generat. Reſpõdetur, quòd Auguſtinus intelligit eo formaliter, non autem eo fundamentaliter, ſeu productiue: quemadmodũ. n. Ioannes Albus ſimilis eſt Petro Albo ſimilitudine formaliter, & albedine fundamentaliter (cum albedo ſit fundamentum ſimilitudinis) Sic pater generat paternitate formaliter, ſed memoria fœcũda fundamentaliter, ſed intellectu, & eſſentia diuina.

*Id eſt vt producens ſit imperfectius producto ĩ naturalibus.*

*Lib. ca. 8.*

*Lib. 5. de trin. circa finem.*

*Lib. 5. de tri. cap. 6.*

## DISTINCTIO. VIII. Quæſtio. I. Pag. 387.

*Vtrum Deus ſit ſumme ſimplex.*

### Resolutio.

Deum quidẽ vere, & ſumme ſimplicem eſſe conſtat ex Auguſtino. Id aũt aſtruitur varijs rationibus, Primo quòd non ſit compoſitus Phyſice: Nam compoſitio materiæ & formæ imperfectionẽ includit, nempe rationem partis. Forma quoque non vnitur materię, niſi alicuius efficiẽtis virtute: Quamobrem ſi Deus ex materia, & forma compoſitus eſſet, haberet vtiq; efficiẽs aliquod prius ſeipſo, quod aures piæ audire reſpuunt. Deinceps non eſt ex ſubiecto, & accidente compoſitus: Cum eñi immaterialis ſit, non eſt alicuius accidentis rei materiali cõuenientis capax, nec accidentis rei immateriali competentis. Intelligere enim, & velle (q̃ creatis accidunt ſpiritibus) non ſunt in eo accidentia, ſed eadẽ reipſa eius eſſentię, vt aſſertum eſt Reſ. diſt. 2. q. 1. Præterea nõ eſt compoſitus ex partib. quantitatiuis, cum non habeat materiam, quantitas autẽ rei materialis eſt accidens. Ad hæc idem aſtruitur ex rõne infiniti, quandoquidem omne componibile poteſt eſſe pars alicuius totius compoſiti ex ipſo, & altero componibili, omnis autẽ pars excedi poteſt, ſed contra rationem infiniti eſt, poſſe excedi: infinitum ergo nullatenus eſt componibile. Inſuper nõ eſt compoſitus ex genere & differentia, cum nec Deus nec quidpiam de Deo dictum, vt dicetur Reſ. 3. huius diſtinct. ſit in prædicamento. Eſſe ẽt non accidit Deo, ſed eſt idem ſuæ ſubſtantiæ, iuxta illud Exodi: Ego ſum qui ſum, & illud: Qui eſt, miſit me ad vos. Prædictis fortaſſe obijcies illud Ariſtotelis, Quod vni eſt non ſubſtantia. i. qđ eſt accidens, nulli eſt ſubſtantia. Atqui ſapiẽtia (quã Deo nullus dene-

*Deus eſt ſumme ſimplex.*

*Lib. 6. de tri. cap. 6.*

*Exod. 3.*

*lib. 1. phy.*

denegat, ſicut & alia attributa) in nobis eſt accidẽs, ergo in nullo eſt ſubſtãtia, vel nõ accidẽs. Et ex conſequenti in Deo erit accidens. Et ita compoſitio ſubiecti, & accidentis. Reſpõdet ſapientiam ea ratione, qua eſt qualitatis ſpecies, & accidẽs in nobis, nõ poni in Deo: hoc.n. modo, quia eſt accidens limitationem & imperfectionẽ includit, ſed aſcribitur ipſi Deo ſecũdum rationem ſapientiæ præciſæ, quæ eſt perfectio ſimpliciter. Illud aũt dicitur perfectio ſimpliciter qđ eſt melius in nobis, q̃ non ipſum, id eſt, quàm eius oppoſitum, vt eſſe ſapiẽtẽ, eſſe bonũ, iuſtum, &c. In quolibet, inquã, eſt melius, inquãtũ eſt ens, licet non habita ratione ſuæ naturæ ſpecificæ (qa habet certos gradus ſuæ intentionis) via remotionis, & eminentiæ, qppe quæ abſtrahit ab omni ĩperfectione, & limitatione.

## DISTINCTIO. VIII. Quæſtio. II. Pag. 392.

*Vtrum aliqua creatura ſit ſimplex?*

RESOLVTIO.

*Creatura nulla eſt ſimplex. lib. 6. Trin. c. 6.*

AVguſtinus libere ꝓfitetur nullã creaturã eſſe in ſe ſimplicem. Omnis.n. creatura eſt alteri componibilis, vt accidentia cum ſubiectis, materia & forma adinuicem. Omnis quoq; ſubſtãtia tam corporalis, q̃ ſpiritualis ſui eſt receptiua accidentis, vt patet de intellectione, & actibus volũtatis in Angelis. Adde ꝙ & creaturæ multifariam compoſitæ ſunt. Primò compoſitione Metaphyſica, ex actu videlicet, & potẽtia, hoc eſt, ex realitate generis (quę eſt potentialis, & perfectibilis) & realitate conceptus differentiæ, quæ eſt per ſe actus, & perficiens ratione generis: eſt quoque in creaturis compoſitio naturæ, & differentiæ indiuidualis, quæ naturam actuat, & ad certum determinat indiuiduũ. Aliquæ etiam creaturæ componuntur phyſice, vt puta ex materia, & forma, vnde ſatis conſtat creaturam omnem componibilem, aut compoſitam eſſe ex ſe. Præterea nulla creatura eſt purus actus, ſic videlicet ꝙ nihil illi adijci, aut aduenire poſſit, cum careat aliquo gradu perfectionis entitatiue in quãtum ens. Nã licet ſit perfecta in ſua ſpecie, tamen in quantum ens eſt capax vlterioris gradus perfectionis, cum etiam infinitas nõ repugnet enti in ſe, ſicut talpa dicitur cæca, ſed inquantũ animal põt videre. Actus vero purus dicitur, vel qui nullo caret perfectionis gradu, vel q nulli alteri cõmiſcetur. Et licet hæc priuatio (ſicut nec aliqua eſt de eſſentia poſitiui alicuius) non ſit de eſſentia creaturæ, eſt nihilominus ipſi inſeparabiliter adnexa, quod etiam efficit, vt creatura non ſit ſimplex.

## DISTINCTIO. VIII. Quæſtio 3. Pagina 393.

*Vtrum Deus, uel aliquid dictum de Deo ſit in prædicamento?*

RESOLVTIO.

AVguſtin⁹ ſatis ſuperq́; oſtẽdit, ea quę de Deo dicũtur, nullatenus i genere eſſe. ait.n. intel-



*Lib. 5. de Trin. c. 1. Nec Deus nec aliquid de Deo dictũ eſt in prædicamento. Lib. 7. de Trin. c. 4.*

intelligere Deum quantũ poſſumus ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, &c. Vide Magiſtrum ſeptimo cap. huius diſtinct. & tandẽ infert. Ecce ſi ſubtiliter intendes, ex his atque prædictis aperitur illa artis Dialecticæ prædicamenta Dei naturæ minime conuenire, quæ nullis ſubiecta eſt accidentibus. Deinde oſtẽdit Auguſtinus Deum ipſum non eſſe in prædicamẽto, quia maxime eſſet in prædicamento ſubſtantiæ, ſed nec proprie dicitur (inquit) ſubſtantia, ſed abuſiue: ꝓpterea ꝙ ſubſtãtia, quæ eſt prędicamentum, ſubſtet ipſis accidentibus, quod Deo competere nequit, cum nullum in eo ſit accidens, ſed quæcunque in eo ſunt, & de eodem dicuntur, ſunt ſua eſſentia, & natura. Obſerua nihilominus duplicẽ eſſe ſubſtantiæ proprietatem: Prima eſt per ſe ſtare, & hæc eſt ꝑfectionis, & ratione ipſius, ſubſtantia apte de Deo enũciatur. Secunda eſt aliis ſubeſſe, quod eſt imperfectionis, idcirco hac ratione de Deo nequit dici. Obiicies fortaſſe Damaſcenum dicentem, naturam diuinam eſſe ſpeciem reſpectu diuinarum perſonarum, & ex conſequentibus Deum eſſe in prædicamento. Reſpondetur ꝙ natura diuina non eſt proprie Species, ſed ſimilitudine quadam, propterea ꝙ dicatur de perſonis, ſicut Species de indiuiduis: ſed non eſt, inquam, vere ſpecies, idcirco ꝙ non multiplicetur in ipſis perſonis, perinde ac natura ſpecifica in indiuiduis multiplicatur, tot ſiquidẽ ſunt naturæ humanæ (exempli gratia) quot homines, non autem tot eſſentiæ, quot perſonæ diuinę. & hoc pacto interpretari debet Speciei definitio data à Porphyrio, videlicet quæ prædicatur de pluribus (inquit) Intelligite, inquam, ꝙ in illis plurificetur ſpecies ſecundum naturam, id eſt, ꝙ dicatur de pluribus eſſentialiter diſtinctis. Et hoc pacto interpretare Damaſcenum, & Boetium aſſerentẽ, duo genera manere in diuinis, ac reliquos Theologos Philoſophos, qui videntur prædicamentorum rationes in diuinis ponere, vt puta, quod non ſit ibi proprie, ſed tantum ſecundum modum aliquem ſimilem prædicandi. Obiicies deinde ſapiẽtiam, iuſtitiam, &c. eſſe in prędicamento. quæ tamen dicuntur de Deo, ſicut & de nobis, igitur quidpiam dictum de Deo erit in prædicamento. Reſpondetur ꝙ hæc poſſunt conſiderari vt ſunt in nobis, & ſic ſunt in prædicamento, cum ſint finita, & limitata, deinde vt reperiuntur in Deo, & ſic cum ſint infinita nõ ſunt in genere, quia ens finitum immediate diuiditur in 10. genera generaliſſima: Si autem conſiderentur in ſe, id eſt, vt ſunt cõmunia Deo, & creaturæ, ſunt quædam tranſcendentia, cum conueniãt enti vt eſt indifferens ad finitum & infinitum. Nec oportet, vt aliquid ſit tranſcendens, ipſum eſſe commune omnibus, ſed ſufficit, vt non contineatur ſub genere. Accidit enim ſibi ꝙ habeat multa inferiora, perinde ac de ratione generis ſummi, non eſt habere plures ſpecies ſub ſe, ſed non habere aliquod genus ſupra ſe.

*Sapientia Dei nõ eſt in genere.*

*Tranſcendens quid ſit.*

## DISTINCTION. VIII. Quæſtio IIII. Pag.415.

*Vtrum perfectiones eſſentiales diuinæ ſecluſe actu intellectus diſtinguantur.*

RESOLVTIO.

*Perfectiones diuinæ formaliter diſtiguũtur.*

PErfectiones diuinas nõ ſolum ratione (vt voluit D.Thomas, & nonnulli alij Theologi) ſed etiam ex natura rei, & formaliter ab inuicem, & a diuina eſſentia diſtingui ſole clarius iudicat Damaſc. dicens. ſi iuſtũ, ſi bonũ: Si quid tale dixeris, nõ naturam dicis Dei, ſed quę circa naturam, igitur ante omnem intellectus actum, eſt aliquid in Deo, quod non eſt formaliter natura, & idem vult quòd inter omnia nomina dicta de Deo propriiſſimum eſt, qui eſt, quia ẽe dicitur quoddã pelagus infinite, ſed non quidem propter multas relationes rationis, ſed propter virtutem continentiam huiuſmodi perfectionum formaliter infinitarum ab ipſa emanantiũ, ſicut flumina emanant a mari iuxta illud. Omnia flumina intrant mare, &c. Præterea Augnſtinus dicit iſta eſſe æqualia, nihil aũt eſt ſibiipſi ꝓpriæ æquale, quare neceſſarium eſt, vt inter ipſa ſit diſtinctio ex natura rei. Ratione ẽt ſic aſtruitur, & gratia exempli, accipiantur ſapientia, & bonitas: ſapiẽti enim non eſt formaliter bonitas in Deo, patet, nam ſi infinita ſapientia eſſet formaliter bonitas infinita, ſapiẽtia in cõmuni eſſet formaliter bonitas in communi, infinitas enim nõ deſtruit formalem rationem illius, cui additur, & ita ſi nõ includit formaliter vt in communi, nec vt infinitum, infinitum: hoc ſic oſtẽdo, nã includere formaliter quidpiam, eſt ipſum includere in ſua forma eſſentiali, adeo quod incluſum ingrediatur definitionẽ includentis. Sicut autem bonitas in communi non includit in definitione ſua ſapientiam, ita nec infinita bonitas infinitã ſapientiam. Eſt itaq; diſtinctio formalis inter ea, in quãtũ earũ rõnes diſtinctæ ſunt, & definitiones, ſi eſſent definibiles. Dices fortaſſe prædicta aduerſari ſimplicitati diuinę, nam cum eſſentia ponatur veluti fundamentum, & ipſa quaſi circunſtantia eſſentiã cõſequitur, quod iſta ſe habeat vt actus & forma reſpectu eſſentię diuinæ, & ex conſequenti erit ibi cõpoſitio. Reſpondetur quod forma in creaturis habet duplicem imperfectionem, Primam quia informat aliud: Secundã quia eſt pars cõpoſiti. habet quoque aliquid quod nõ eſt imperfectionis, ſed conſequitur eam ſecundum ſuam rationem eſſentialem, ſiue formalem, videlicet quod ipſa ſit quo aliquid eſt tale. Exempli gratia, ſapientia in nobis eſt accidens, hoc eſt imperfectionis, ſed quod ipſa ſit quo aliquid eſt ſapiens, hoc non imperfectionis, ſed eſſentialis rationis ſapientiæ. In diuinis autem nihil eſt forma ſecundum duplicem illam rationem imperfectionis, quia nec informãs, nec pars, ſed in quãtũ eſt quo illud, in quo ipſa eſt, eſt tale, vt ſapiẽtia in Deo nõ eſt forma informãs, nec pars alicuiꝰ cõpoſiti, ſed

*Lib. 1. ca. 4.*

*Eiuſdem lib. cap. 9.*

*Attributa in diuinis formaliter diſtinguntur.*

*Forma in creaturis habet duplicem imperfectionem.*



eſt quo Deus eſt ſapiẽs, cui quidem propter ſui infinitatẽ eſt perfecte idem, nec ad hoc vt quidpiam denominatiue dicatur de alio, requiritur ipſum eſſe formam informantem id qđ denominat. Forma enim denominat totum, quod tamen non informat, ſed ſufficit vera identitas ipſorum.

## DISTINCTION. VIII. Quæſtio V. Pag.434.

*Eſt ne ſolus Deus immutabilis?*

RESOLVTIO.

*Deus ſolus immutabilis. Ad Ti. 6.*

DEum, quidem eſſe immutabilem ſacræ literæ nobis ꝓdũt. Apoſtolus loquens de Deo, ait, Qui ſolus habet immortalitem, &cæt. Quem locum pertractãs Auguſtinus ait, Cum aĩa quodammodo ĩmmortalis eſſe dicatur, & ſic non diceret Apoſtolus, ſolus Deus habet immortalitatem, niſi quia vera immortalitas, incõmutabilitas eſt. Omnis ſiquidem mutatio quędam mortis ſpẽs eſt, & perinde eſt, qui ſolus habet immortalitatẽ, ac ſi dictum fuiſſet, qui ſolus viuit abſque omni mutabilitate. Nam omnis creatura quantumcunque immortalis, immo etiam beata, alicui ſubiacet mutationi. Nam & de facto aliquos mentis motus habet ſucceſſiue, præter hoc quod mutabilis eſt per potentiam diuinã. Accedit illud Iacobi dicentis: Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. & illud Malachiæ. Ego dominus, & non mutor. & Pſalmiſta: Mutabis eos, & mutabũtur, tu autem idem ipſe es &c. & Numeri: Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. Proinde vt ait Auguſtinus, ſubſtantiam Dei ſine vlla ſui mutatione mutabilia facientẽ & ſine vllo ſuo tẽporali motu tẽporalia creantẽ, intueri, & noſſe (licet ſit difficile) oportet. Ratione aũt ſic aſtruitur, quia cum Deus ſit ſumme ſimplex (vt dictũ eſt) ideo nõ põt ad aliquã mutari formã, quæ in ipſo recipiatur. Inſuper quia eſt neceſſe (vt oſtẽſum eſt Reſol. diſt. 2. q. 1.) Idcirco non poteſt ab eſſe in non eſſe mutari, nec a non eſſe in eſſe. Igitur nulla mutatione ſiue ſubſtãtiali, ſiue accidẽtali eſt mutabilis. Nihil autẽ aliud a Deo eſt immutabile, vt patet ex authoritatibus prædictis: Et hac ratione, quia nihil aliud a Deo eſt formaliter neceſſarium, nec ſumme ſimplex, quodlibet etiam aliud a Deo eſt mutabile ſubiectiue. Nam ſi quidpiã propter ſuam perfectionem eſt immutabile ſubiectiue, maxime eſſet Angelus, ſed omnis Angelus eſt mutabilis ſubiectiue, quandoquidem, cum non omnia ſimul ĩtelligat, ab ĩtellectione in intellectionem mutatur. His ſubſcribit Gregoriuſ. Natura angelica (inquit) te ſi contẽplationi authores inhærendo in ſtatu ſuo immutabilis permanet, eo tamen ipſo, quo creata eſt, in ſemetipſam viciſſitudinem mutabilitatis habet.

*Lib. 1. de Tri. ca. 1.*

*Creatura omnis mutabilis.*

*Iacob. 1.*

*Malac. 3.*

*Pſal. 101.*

*Num. 30.*

*Lib. 1. de Trin. c. 1.*

*Lib. 5. Mor. cap. 27.*

DI-

DISTINCTIO. IX.
Quæſt. Vnica. Pag. 450.

*Eſt ne æterna in diuinis filij Dei generatio?*

RESOLVTIO.

*Generatio filij Dei è æterna.*

Qvemadmodum dictum eſt diſtin. 5. quæſt. 2. Generatio in diuinis non ſortitur rationem mutationis, quamobrē nec ibi reperiuntur termini a quo, & ad quem, mutationi correſpondentes, qui ſunt eſſe poſt nō eſſe, æternitati dubio procul repugnantes, ſed eſt in diuinis generatio ſub ratione productionis duntaxat; quæ nihil aliud denotat, quam reſpectum producentis ad productum. Dicitur autem filij Dei ꝓductio generatio, ob id quod per modū naturæ producatur. eſt enim generatio productio in eſſe ſubſtantiæ per mediū naturæ. Nā vt ait Damaſcenus, generatio eſt opus naturæ, Hinc facile eſt aſtruere eam eſſe æternam, vel hac ratiocinatione. Agēs à nullo dependens, ſed ex ſeſe ſufficiens, & producens per mediū naturæ (modo non agat per motum) habet productionem pariter & productum ſibi coæua, Atqui pater generans filiū eſt huiuſmodi, quapropter habet generationem, & genitum ſibi coæua. Hæc ratiocinatio, potiſſimum quantum ad primā ꝓpoſitionem, confirmatur ꝑ Auguſtinum adferentem analogiam ignis, & ſui ſplendoris Si ignis (inquit) eſſet æternus, haberet ſplendorem ſoli coæuū, & coæternum, & nihilominus ſplēdor generatus eſt ab igne, multo igitur magis filius (qui eſt ſplēdor patris) patri erit coætaneus, quamuis ab ipſo generetur Huc accedit Ambroſius dicens, Si pater prius erat Deus, & poſtea genuit, generationis acceſſione mutatus eſt, auertat Deus hanc amentiam, ſemper igitur habuit filium. (vide Magiſtrum) Si autem obijcias, qđ vbicūque idem eſt eſſe & duratio, ſi quidpiam fuerit principiū eſſe, erit & durationis prīcipium, atqui pater eſt principiū eſſe filij (cum aſſertore Auguſtino ſit principium trinitatis) eſt igitur principium pariter durationis filij, & per conſequens non eſt æternus filius, ſed habuit initium. Hic diſtinguendum eſt de principio, poteſt.n. ſumi originatiue, & hoc modo ratiocinatio bona eſt, nam pater eſt principium originatiuū eſſe, & durationis filij, nec hoc ęternitati repugnat: pōt & initiatiue capi, ſicuti cum dicimus inſtās eſſe temporis principiū, hoc eſt initium, & ſic non competit ęternitati, & in argumētatione cōmittitur fallacia ęquiuocationis, & amphibologiæ. Sed adhuc fortaſſe argumentaberis. Si generatio filij eſt æterna, ſemper ergo filius generatur, ſed ſecundum Auguſtinū, cum ſemper naſcitur, nunquā natus eſt: quapropter ſi filius ſemper naſcatur, nunquam natus erit, & ex conſequenti nunquam erit filius. Reſpondetur. omnes has propoſitiones veras eſſe, filius ſemper natus eſt, & filius ſemper naſcitur, & filius ſemper naſcetur, quantum quidem eſt ex parte rei: Sed ꝓpter errorem Arrij, & eius aſſeclarum Diuus Auguſtinus, Gregorius

*Generatio in diuinis nō eſt mutatio.*

*Lib. 6 de Tri. ca. 1.*

*Hebræ. 1.*

*Lib. 1. de Tri. ca. 6.*

*Lib 4. de Tri. ca. 19.*

*83. queſ. quaſ. 37.*

*29. Moral. ca. 1.*



aſſeruerunt filij generationē debere explicari hoc modo, filius ſemper natus eſt, non autem hoc pacto, filius ſemper naſcitur, quia hæc non ſignificat adeo expreſſe & euidenter generationem eſſe perfectam, ſicut illa, filius ſemper natus eſt. Poteſt nihilominus dici filium ſemper naſci, vt dictum eſt, vt ait Origenes, modo enim plane intelligatur, ſemꝑ enim naſcitur filius de Patre, non qđ quotidie iteretur illa generatio, ſed quia ſemper eſt, ſemꝑ naſcitur, id eſt, natiuitas eius ſempiterna eſt, quod vt plenius intelligas, obſerua verba cuiuſcumque temporis vera de Deo dici, ſiue actus perſonales (qui vni aut duobus ſolum competunt perſonis, vt generare, generari, ſpirare ſpirari) ſiue eſſentiales, qui tribus ſimul perſonis conueniunt (cuiuſmodi ſunt, intelligere, velle, & cætera) ſignificent. Hoc euadit manifeſtum ex Auguſtino in illud. Non enim loquitur a ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur. Audiet, inquit Auguſtinus de ſpiritu, quòd vtique audiuit & audit, quia Spiritum ſanctum audire eſt a patre filioq́; procedere, & per conſequens quod audiet audiuit, & audit, perinde ac quod ſcit, ſciuit, & ſciet. Sed quid verba diuerſorum temporum ſignificāt, cum de Deo dicuntur, conſignificant vtique potius nunc, ſeu inſtans æternitatis, quàm aliquam temporis differentiam. Nam quemadmodum Deus nō menſuratur tempore, ſic nec eius operationes, veruntamen non ſignificant nunc æternitatis abſolutæ, Quia ſic non eſſet variatio diuerſorum modorum temporis ſignificandi, ſed ſignificant illud in quantū coexiſtit partibus temporis præſentis, præteriti, vel futuri: vt cum dicimus. Deus genuit, ſignificatur Deum habere actū generationis in nunc æternitatis, inquantum illud nunc coexiſtebat præterito. Deus generat, id eſt, habet generandi in nunc æternitatis, inquantum nūc ęternitatis coexiſtit pręſenti tempori.

*Tom. 2. Hom. 6. i Hiere.*

*Verba cuiuſcunque tēporis de Deo dicuntur.*

*Homil. 99. Ioan. 16.*

*Verba diuerſorū tēporum, cū de Deo dicuntur quid ſignificant.*

DISTINCTIONIS. X.
Quæſt. Vnica. Pag. 454.

*Producitur ne Spiritus Sanctus per modum voluntatis?*

RESOLVTIO

Avguſtinus libere profitetur Spiritum ſanctū per modum voluntatis produci, ait enim ſpiritus ſanctus exijt à patre & filio, non quomodo natus, ſed quomodo datus. Exire autem per modum dati, vel doni competit producto per modum volūtatis, cuius eſt ex ſua libertate dare. Ratione vero ſic aſtruitur. Principiū (ſeu agens) productiuum ſimpliciter perfectum, quod non præhabet aliquod productum ſibi adæquatum, poteſt producere, atqui voluntas diuina (vt aſſertū eſt diſtin. 8. q. 2.) vt eſt in patre & filio, eſt principiū productiuum amoris liberi, & id quidem iuxta proportionē ſuæ perfectionis, & obiecti præſentati, igitur talem producit amorem. Hoc adhuc a ſimili manifeſtum euadit. Quemadmodū enim voluntas creata elicere

poteſt

*Lib. 5. de Tri. c. 14.*

*Spirit⁹ ſāctus producit per modum volūtatis.*

poteſt amorem creatū ſibi adęquatum, id eſt, tantum, quantum vis eius ſeſe extendere valet: Sic & voluntas diuina amorem increatum ſuis viribus proportionatum producere poteſt circa infinitum obiectum (eſſentiam videlicet diuinā.) Nata eſt autem huiuſmod eſſentiā infinito amore diligere, Ergo & infinitum producere amorem valet. Nihil eſt autem infinitum, niſi ſit eſſentia diuina, quocirca & is amor erit eſſentia diuina. Et cum talis amor non ſit forma inhærens (quia nihil in diuinis huiuſmodi eſſe poteſt) erit per ſe ſubſiſtēs, hoc eſt perſona, ſeu ſuppoſitum, & non idem ſubſiſtens, hoc eſt cū producente, quia nihil ſeſe producit, Igitur eſt perſonaliter diſtinctum. Hanc autem perſonam dicimus Spiritum ſanctū: quandoquidem filius non ſic ꝓducatur, ſed per actum naturæ ſiue intellectus, vt dictū eſt Reſol. diſtinctione ſexta. Sed quonam pacto diuina voluntas cōmunicat naturam, cum hoc in creaturis non contingit? Procul dubio hoc non competit voluntati in communi, quatenus videlicet dicitur de creata & increata voluntate, ſed duntaxat voluntati, vt eſt infinita, quia enim (vt mox diximus) ipſa nata eſt amare obiectum infinitū infinito amore, igitur eſt productiua infiniti amoris, Quidquid autem eſt infinitum formaliter, eſt eſſentia diuina, ergo voluntas communicat amori producto diuinam eſſentiam. Sed cum volntas libera ſit, quomodo Spiritus ſancti productio eſt neceſſaria? Neceſſitas vtique huius productionis ex infinita te diuinæ volūtatis, & ex infinita bonitate obiecti ꝓuenit, quia neutrum ſine altero ad hoc ſufficit, ſed ambo ſimul. Hoc autē ſic accipe: voluntas infinita nō poteſt non eſſe recta, nec poteſt non eſſe in actu (quia tunc eſſet potentialis) neceſſario igitur habet actum rectum. Deinde eſſentia diuina, quæ eſt primum obiectum illius voluntatis, eſt ex ſe & natura ſua diligenda, ergo voluntas neceſſario eandē diligit. Id aūt nō accidit, qñ volūtas Dei obiectū creatū diligit, quia cōtingēter ipſum amat. Huc accedit quod ꝓductum ipſum (nempe Spiritus ſanctus) ſit neceſſarium, vnde conſequens eſt & productionem ipſam eſſe neceſſariam. Siquidem productū productione accipit eſſe, nequit aūt quidpiam accipere eſſe neceſſarium, niſi per productionem neceſſariam. Sed cum productio ipſa ſit neceſſaria, quam ob rem non eſt per modum naturæ, ſed ab ea diſtincta, & libera? Hoc ſane ideo contingit, quia quamuis voluntas neceſſario agat, non tamē per modum naturæ, quia neceſſitas ſtat cū perfecta libertate, non quidem cōtrarietatis, aut contradictionis, ſed complacentiæ, quæ maxima quidem eſt libertas. Obijcies communem illam naturæ diſcriptionem, qua dicitur quod natura eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans, ſed Spitus ſanctus producenti ſimilis eſt, producitur idcirco per naturam, & non voluntatem. Reſpondetur, Spiritum ſanctū eſſe quidem producēti ſimilem ex vi termini communicati, id eſt ratione eſſentiæ ſibi communicatæ, ſed non ex vi productionis

*Auguſtinus lib. 1. de tri. c. 2.*

*Voluntas cōicat naturā diuinam.*

*Spiritus ſancti productio eſt neceſſaria.*



nis ſuæ, ſicut filius, quapropter nec ob id dicitur imago patris, quemadmodum filius. Sed dices, vnius naturæ eſt tantum vnus modus communicandi, vt ait Auerrois, igitur ſi diuina natura per modum naturę communicetur, non communicabitur per modum voluntatis. Reſpondetur, illud intelligi de natura limitata (Nam & hanc diuinam cōmunicationem ignorabat Auerrois Mahumetiſta) Non autem de natura infinita. Præterea dices, nihil producitur actu voluntatis niſi præcognitum, aſſertore Auguſtino, Quocirca ſi Spiritus ſanctus ſic producatur, erit præcognitus, & intuitiue (quia in Deo non eſt alia notitia, quam intuitiua) antequam producatur. Reſpondetur neceſſarium quidem eſſe præcognoſcere id quod amamus ſecundum Auguſtinum, ſed nō oportet ipſam delectationem eſſe pręcognitam. perſpicuum eſt igitur diuinam eſſentiam (cuius amor ſpiratur) eſſe præcognitam Patri & Filio, non autem oportet in hoc inſtanti originis Spiritum ſanctum (qui eſt amor ſpiratus) eſſe pręcognitum patri, & filio, licet in inſtanti æternitatis omnes perſonæ ſeſe cognoſcant, quia inſtans originis non denotat durationem, ſed vnum eſſe ab alio ſolum.

*1. Phyſic.*

*Lib. 15. de Tri. c. 27.*

## DISTINCTIO. II

Quæſt. vnica. Pag. 469.

*Procedit ne Spiritus ſanctus à Patre & Filio?*

### RESOLVTIO.

QVidquid hac in re ſenſerūt Græci poſtea quā Eccleſia id declarauit tenēdum eſt Spiritum ſanctum à patre & filio procedere, vt habet in Decretalibus. Huc accedit ſymbolum Nicęnum, dicens, Qui ex patre filioque ꝓcedit & Athanaſius: Spiritus Sāctus à Patre & Filio non factus & cętera. Idquoque ex ſacris, pie affectus facile colliget, Imprimis quòd ſit à Patre, patet ex illo Romanorum, ꝙ ſi Spiritus eius ſuſcitauit Ieſum, & cætera, & Matthęi, Non enim vos & cętera. & Ioānis, Quem mittet pater in nomine meo. & Spiritus veritatis, qui à Patre procedit &c. Deinceps ꝙ procedat à filio patet ex Apoſtolo, miſit Deus Spiritum filii ſui in corda veſtra &c. Qui autem Spiritum Chriſti non habet, hic nō eſt eius. Ipſe ēt filius de Spiritu ſancto dicit in Euangelio, Quem ego mittam vobis à patre. Itē ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Quod autem hæ authoritates id ſonent, hinc conſtat. Nam cum in diuinis non reperiatur diuerſitas nec habitudo niſi originis, in diuinis gēnitiuus nō ſignificat proceſſionem, ſed habitudinē principij: Quamobrem in diuinis perinde eſt dicere, Spiritus filij, aut ſpiritus procedens à filio, ſicut filius patris, & filius qui

*Spirit' ſanctus à Patre & filio procedit.*

*Ext. de ſūm. Trin. & fi. de catho. capit. Firmiter.*

*Rom 8. Matth. 10. Ioan. 14. Ioan. 15. Galatarum. 4.*

Reſolut. D eſt à

eſt à patre ꝓductus, Et hoc pacto poſſunt conciliari Græci (q ſpiritum ſanctum iuxta prædictas ſcripturæ authoritates eſſe filii ſpiritum fatentur) cum Latinis, qui licet in verbis diſſentiant, ſecundum rem tamen in eandem nobiſcum fidei ſcientiam conuenire videntur. Adde quòd nec defuerint inter eos probatiſſimi Doctores, qui hoc ipſum apertius profeſſi ſunt, vt
*Lib. 1. c. 7. & 10.* Athanaſius, Didymus, Cirylllus Chryſoſtomus. vide Magiſt. vlt. cap. huius diſtinct. Quapropter authoritates Damaſceni dicentis, à patre procedentem, & in filio quieſcentem
*Lib. 4. c. 11.* Spiritum ſanctum dicimus. Et alibi, Spiritũ ſanctũ dicimus ex patre, ex filio non dicimus &c. ſic accipiendæ ſunt, quòd Spiritus ſanctus à patre procedat tã quam à primo pŕicipio, & ſubſtantiali totius Trinitatis, A filio vero veluti à principio ab alio. Inſuper Spiriritus ſanctus dicitur potius eſſe à patre, quã à filio. Nam & Auguſtinus aſſerit eum eſſe principaliter à patre, & Hieronymus proprie, propterea quod pater habeat à ſeipſo vim ſpirandi Spiritum ſanctum, & à nullo eandem receperit, filius autem eam habet perinde ac cæteras perfectiones à patre, vnde & ait, Mea doctrina nõ ẽ mea &c. Et Opera q̃ ego facio in noĩe patris mei &c.
*Ioan. 15.* quod dedit mihi pater maius omnibus eſt, Hoc quoque pacto ſatisfacies rationi
*Lib. 6. de Trinit. c. 27.* Græcorum, quam ex illo Ioãnis, (Qui à patre procedit) inferunt, Spiritum ſanctum non procedere à filio, hoc enim propterea dictum eſt, vt ait Auguſtinus, qa ſolet filius referre ad patrem etiam quod ipſius eſt quia ab illo habet, ne ſuã, ſed patris gloriam
*Ioan. 8.* quærere videatur: vnde illud, Honorifico patrem &c. Item ego gloriam meam non quæro. Item quia à quo habet filius, vt ſit Deus (eſt enim Deus de Deo ex ſymbolo Niceno) ab illo vtique habet, vt etiam de eo procedat Spiritus ſ. Adde ꝙ cum dicat in Euangelio Chriſtus, Spiritum ſanctum à patre procedere, non addit ſolo, & ideo etiam à ſe procedere non negat. Ad rationem alteram Græcorum, qua proclamant nihil tenendum, vt articulum fidei, niſi in euangelio, aut ſaltem in nouo teſtamento contineatur, illud enim complete fidem continet: Sed in nouo teſtamento non eſt expreſſum Spiritum ſanctum procedere à filio, ergo non ab eo procedit.
*Euangeliũ credenda quomodo contineat: Ioan. 6. d. c. 6. Io. Ad Gal. 4: Rom. 8.* Reſpondetur, nihil quidem, vt fidei articulum recipiendum niſi expreſſe in nouo habeatur inſtrumento, aut ex eodem elici poſſit, hoc autem (vt docuimus) & ex Euangelio, vbi Spiritus ſanctus dicitur Spiritus veritatis, Et ex illo, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, Et ex Apoſtolo, apud quem nominatur Spiritus filij, & Spiritus Chriſti, ſatis ſuperque elici videtur. Simile eſt de virginitate matris Dei poſt partum &c. & quibuſdam aliis, vt dictum eſt Reſolu. diſt. 21. q. 1. quarto ſẽtẽtiarũ. Inſuper Chriſtum ad inferna deſcendiſſe nõ docet in Euãgelio, qđ tñ credẽdũ eſt, cũ ponatur in ſymbolo Apoſtolorũ. Cõſimiliter multa circa ſacramentorũ adminiſtrationem ab Apoſtolis ore, & prædicatione dũtaxat ſuſcepit Eccleſia



Eccleſſia ſecundum ſeriem ſucceſſionis epiſcoporum. vt docet Driedo, quæ in nouo teſtamento non ſunt expreſſa.
*Lib. 3. de Eccleſi. dog. c. 5. 1. Cor. 11. 1. Theſſ. 2. Act. 15.* Vnde Apoſtolus vbi ſermonem habuit de Euchariſtia, Cætera (inquit) cum venero, diſponam. & alibi, Itaque fratres ſtate &c. & in actibus Apoſtolorum dicitur, Perambulabat autem Syriam &c. Et hæc quoque recipienda adſtringimur ob vniuerſalem conſuetudinem Eccleſiæ, cui non parum defert diuus Auguſtinus in pleriſque locis. Adde quòd Chriſtus conuerſatus cum Apoſtolis, non omnia eos docuerit,
*Ioan. 16.* quæ gubernationem Eccleſiæ concernebant. Ait enim, Adhuc habeo multa vobis dicere &c. Huc accedit, quòd diuerſis temporibus varia fuerint edita Simbola aduerſus varias hæreſes recenter emergentes, quibus veritas tali hæreſi contraria, (licet prius eſſet de fide) confirmabatur tamẽ, & latius explicabatur, vt conſtat de ſacroſancta intemeratæ virginis conceptione. Item de eo quod. Nicena ſynodus, non nouam ſtatuens fidem, ſed eam quæ antiqua fuerat conteſtans & declarans, Arrij errorem damnauit. Prędictis adiice Scoti rationem, qua ſuadet Spiritum ſanctum à patre filioque procedere hunc in modũ, Habens principium perfectum productiuum (quod non dependet à paſſiuo nec à quoquam impediri poteſt) priuſquam habere productum intelligatur, poteſt illo producere principio, Filius autem habet voluntatem quæ eſt amoris ſibi adæquati, id eſt infiniti productiua, & habet eam priuſquam Spiritus ſanctus intelligatur productus, ergo poteſt ea producere, & reipſa producit, quia in ſempiternis idem eſt poſſe, & eſſe. Quòd autem filius prius voluntatem habeat quàm Spiritus ſanctus producatur, patet ex eo quòd generatio ſpirationem præcedit, cum intellectus prius operetur, quã voluntas: propter iſtarum potentiarum naturalem ordinẽ, & in illo priori inſtanti originis communicatur voluntas filio vnà cum aliis diuinis perfectionibus. Patet igitur Spiritum ſanctum á patre & filio procedere. Nam & in illo inſtanti originis, in quo Pater actu voluntatis Spiritum ſanctum producit, idem eſt principium productiuum, ſeu eadem via ſpirandi, quæ eſt voluntas ipſa diuina ĩ patre, & filio, quocirca eadem productione filius cum patre Spiritum ſanctum producit. Nam, niſi procederet etiam de filio, non diceret ipſe diſcipulis, Accipite Spiritum *Ioan. 20.* ſanctum, eumque inſufflando daret, vt à ſe quoque procedere ſignificans aperte oſtenderet flãdo, ꝙ ſpirando dabat occultè.

## DISTINCTIO. XII.
Quæſt. 1. Pag. 478.

*Spirãtne Spiritum ſanctum pater & filius, inquantum ſunt omnino vnum, vel vt diſtincti?*

### RESOLVTIO.

PATER, & filius aſſertore Auguſtino *Lib. 5. de tri. c. 14.* ſunt vnum principium ad Spiritum ſanctum, ſi-

*Spiritus ſanct⁹ producitur a patre, & filio vt ſũt vnum.*

cut Pater, filius, & Spiritus ſanctus ſunt vnum principium ad creaturam: Creatura autem eſt a tribus, inquãtum vnum (hoc eſt inquantum habent vnicam omnipotentiam, id eſt, inquantum ſunt vnum) & non inquãtum ſunt diſtincti, ergo & Spiritus ſanct⁹ hoc pacto eſt a duobus. Adde quod hoc declaratũ fuerit in concilio Lugdunenſi ſub Gregorio x. ſicut patet ext. de ſum. trini. & fid. Catholic. & eſt hodie in 6. Cui ſane concilio interfuit D. Bonauentura (vt habetur in eius legenda) q multum adlaborauit pro Græcorũ reductione. Ratione vero præſcripta in calce poſtremę reſolut. comprobari poteſt, propterea videlicet, ꝙ pater prius origine quam ſpiritus ſanctus producatur, filio diuinam communicat voluntatem, quare in ſubſequenti inſtanti originis Spiritus ſanctus a patre & filio ꝓducitur omnino, vt ab vno principio propter vnam fœcunditatem principij productiui in eis, id eſt Pater & filius ſpirant Spiritum ſanctum volũtate, inquãtum omnino vna voluntas. igitur vt habens eſſentiam diuinã præſentem eſt principium productiuũ Spiritus ſancti. Quapropter cum aliqui Theologi (vt Richardus) aſſerunt Spiritum ſanctum mutua Patris & filij dilectione ſpirari, oportet accipere dilectionem pro voluntate, qua quidem pater & filius nati ſunt ſe mutuo diligere, qa non ſpiratur reciproco ipſorũ amore. Sed debent ne dici duo ſpirantes, vel duo ſpiratores? Quãdoquidem participium ſignificat actum vt in fieri, ſeu vt egrediens ab agente, perinde ac verbũ a quo deducitur, & ſunt duo ſuppoſita diuina, quæ ſpirant ſpiritum ſanctum: concedimus duos eſſe ſpirantes, tres creantes, &c. Nomen vero verbale non ſignificat actum per modum actus, & in fieri, ſed ſignificat ipſum actum, & principium productiuum illius per modum habitus, & quietis, vt ſpirator ſignificat vim ſpirandi, vt concernit ſuppoſitum: Et cum vnica ſit vis ſpirandi in patre, & filio, non admittimus eſſe duos ſpiratores, aut tres creatores &c. Et ſi apud doctores reperiuntur huiuſmodi locutiones, accipiendum eſt nomẽ verbale pro participio.

*Act. 1.*

*Pater, & filius ſunt duo ſpirãtes, ni duo ſpiratores.*

## DISTINCTIONIS. XII.

Quæſtio II. Pag. 489.

*Vtrum pater & filius vniformiter Spiritum ſanctum ſpirent.*

RESOLVTIO.

Actus Spirandi trifariam conſiderari valet, Primo in ſe ſimpliciter, & abſolute, ſecundo reſpectu termini, Id eſt quatenus ipſe Spiritus ſanctus producitur, tertio reſpectu ſuppoſitorum a quibus elicitur. Primis duobus modis eſt omnino vniformitas, vel potius vnitas, qa vna ſpiratio, & vnicus terminus productus, vnus videlicet Spiritus ſanctus. Tertio modo eſt quadãtenus difformitas, qa Pater ſpirat a ſe, filius autem non a ſe, hoc eſt Pater habet a ſeipſo vim ſpirandi & a nullo eam recipit, quocirca a ſeipſo ſpirat

*Spiritus ſanct⁹ vniformiter a patre, & filio inſpiratur.*



ſpirat Spiritum ſanctũ. Filius vero a patre per æternam generationem recepit vim ſpiratiuam: Quamobrem & a patre habet quod ſpirat Spiritũ ſanctum. Obſerua nihilominus, ꝙ licet Pater prius origine generet filium, quam ſpiret Spiritũ ſanctũ, veruntamen non prius origine Pater ſpirat ipſum ꝙ̃ filius, ſed in eodem inſtanti originis vterque ſimul ipſum producit, ſupradicto duntaxat ſeruato ordine, vt puta quia Pater a ſe, filius non a ſe ſpirat. Et hac diſtinctione ſatisfacies authoritatibus Doctorum, quę videntur aſſerere Spiritum ſanctũ non procedere vniformiter, & ex æquo a patre & filio, vt Auguſtinus inquit, principaliter procedit a patre. Hieronymus proprie Spiritum ſ. a patre per filium, Hilarius Spiritum ſanctum qui a te per vnigenitum eſt, promerear, &c. Hæ enim authoritates, & ſimiles non ſic accipiendæ ſunt, quòd Spiritus ſanctus prius, & magis a patre, quam a filio procedat, ſed quia hoc habet Pater a ſe, non ab alio, vt de ipſo ſit, & procedat Spiritus ſanctus: Filius autem nõ a ſe, ſed a patre hoc habet, vt de ipſo ſit & procedat Spiritus. Si obijcias, primam propoſitionem de cauſis, ꝙ omnis prima cã magis ꝙ̃ ſecũda agat, hoc plane verum eſſe fateor de cã & cãto (quę eſſentialiter diſtinguunť) ꝓpea ꝙ in cauſis ſubordinatis ſit alia & alia virtus agendi, & principalior in priore: Sed nomen cauſæ non conuenit producentib. diuinis, & in eis eſt vnica vis agendi, quare primum producens non magis agit quam ſecundum.

*Lib. 15. de tri. c. 17. Epiſto. 88. Lib. 12. de trini.*

## DISTINCTIO. XIII.

Quæſt. Vnica. Pag. 491.

*An Spiritus Sanctus ſit genitus, & eius productio, generatio.*

RESOLVTIO.

Quemadmodum ſuperius quoque aſſertum eſt, S. ſ. ſecundum Auguſtinum, procedit a patre & filio, non quomodo natus, ſed quomodo datus. Et Athanaſius in Symbolo ait: Spiritus ſanctus a patre & filio &c. quapropter non dicitur filius, nec eius productio generatio, ſed ſeipſis, id eſt ſuapte ratione & natura hæ duæ productiones formaliter diſtinguũtur: Nam ſicut in creaturis, differentiæ vltimæ, quibus ſpecies & indiuidua conſtituuntur, ſeipſis diſtinguuntur, ſic relationes conſtitutiuæ diuinarũ perſonarum, ſic quod vna nequit eſſe altera. Quod ſi obiicias rationem gñationis, quæ eſt mutatio ad ſubſtantiã, ſeu qua quidpiam in eſſe producitur, ſpirationi Spiritus. ſ. cõpetere, cum ea Spiritus ſanctus in eſſe diuino producatur, & illi diuina communiceť eſſentia: R̃ndetur, Quamcunq; ſubſtantiæ productionẽ, non eſſe gñationem, ſed eam duntaxat ꝙ̃ fit per modum naturę, quia gñatio, ſecundum Damaſcenũ, eſt opus naturæ. Quocirca ſi voluntas Socratis poſſit hominẽ producere, hmõi productio nõ diceretur generatio, ſicuti nec Adami productio. Cum igitur Spiritus ſanctus per actum voluntatis

*Lib. 5. de tri. c. 19.*

*S. ſanctus non eſt genitus.*

luntatis producatur, ipſius productio generationis nomenclaturam nequaquam ſortitur.

## DISTINCTIO, XIIII.

*Datur ne ipſe Spiritus Sanctus creatura intellectual.?*

RESOLVTIO.

HVius rei nullã mentionem in præſentia facit Scotus, ſed ex Magiſtro, & alijs Theologis elicere poſſumus, Spiritũ ſanctum hominibus dari, iuxta illud Pauli. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris. ex quo conſtat Spiritum ſanctum vere dari, & non ſolum dona quę ei appropriantur. His ſubſcribũt Auguſtinus, & Ambroſius. Vide Magiſtrum. Huius autem ratio dari poteſt, quia creaturæ intellectuali Spiritũ ſanctum dare nihil aliud eſt, quã facere, quòd ipſa eo fruendi habeat facultatem. Hanc autem facultatem per charitatem habet, ſeu ipſum poſſideat, & ſit illi præſto ad fruendum, vel vtendum. Non licet autem frui niſi Deo, & recte vti non conuenit niſi per gratiam gratum facientem. Ergo perfecta poſſeſſio eſt in qua Deus habetur & eius gratia. Quocirca cum Charitatis donum homini datur, illi Spiritus ſanctus vere conceditur. Nam tametſi priuſquam hoc recepiſſet donum, in homine eſſet Spiritus ſanctus per eſſentiam, cum vbique hoc modo ſit, nihilominus ipſo fruendi facultatem non habebat. Exemplo hominis pauperis hoc tibi manifeſtum euadet, diuitis alicuius pecuniam domi ſeruantis, qui propterea non dicitur illam pecuniam veluti ſuam habere, tam etſi eam ſeruet, nihilominus poteſt illi recenter à diuite concedi, quo peracto eã poſſideret nedum per eius præſentiam, ſed veluti rem ſuam: Sic quamuis Spiritus ſanctus omni rei per eſſentiam ſit pręſens, nihilo ſecius, quia ipſo fruendi facultatem peccator non habet, cum charitatis donum ei infunditur, tunc Spiritus ſanctus ſibi dari haud incongrue dicitur, effectiue quidem & principaliter à Deo, iuxta illud Pſalmiſtæ, Gratiam & gloriam dabit Dominus &c. Et Auguſtinum, Non aliquis diſcipulorũ dabat Spiritum ſanctum, ſed orabant, vt veniret in homine. A viris autem ſanctis, & Eccleſiæ prælatis miniſterialiter duntaxat datur, cum vel pro fidelibus orant, vel eiſdem ſacramenta miniſtrant.

*Rom. 5.*

*Lib. 15. de Trin.*

*Tom. 2. lib. 1. De Spiritu ſancto c. 3. huius diſt.*

*Lib. 5. de trini.*

## DISTINCTIO. XV.

Quæſt. Vnica. Pag. 511.

*Vtrum quælibet perſona diuina, quãlibet mittat, & mittatur.*

RESOLVTIO.

MIſſio, vt nunc accipitur, ſecundum Auguſtinum, manifeſtationẽ emanationis procedẽtis deſignat, quę quidem manifeſtatio bifariam fit. Primo inuiſibiliter pet dona ſupernaturaliter a Deo infuſa. Deinde & viſibiliter, vt cum in

*Miſſio quid ſignificet.*





carnem miſſus eſt filius, & Spiritus ſanctus in viſibili ſigno columbæ, aut ignis. Proinde miſſio duplicem habet ſignificationem. Principale eſt ipſa manifeſtatio, connotatum vero eſt perſonæ miſſæ manifeſtatio. Mittere itaque conuenit tribus perſonis (cum opera Trinitatis ſint indiuiſa ad extra) Filius enim eſt miſſus in carnem a patre, & a ſe, & a Spiritu ſancto, quandoquidem incarnationem tota Trinitas operata eſt, Spiritus ſanctus quoq; a tota Trinitate miſſus eſt, mitti autem conuenit perſonis procedentibus dumtaxat, nam qđ non procedit, non manifeſtat̃ procedere, & ſic pater nõ mittitur, ſed Filius & Spiritus ſanctus. Siquidem mitti reſpectũ realem perſonæ miſſæ ad perſonam, a qua æternaliter procedit, oonnotat. Obijcies fortaſſe illud Ioannis, quod Chriſtus de Patre, & ſeipſo dicit, Ad eũ veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Vnde colligitur Patrem mitti, ſicut Filium, & Spiritum ſanctum cum ex tempore ad creaturam veniat. His ſubſcribit & Auguſtin' ad Dardanum, dicens, Quælibet perſona dat, & datur: Ergo pari rõne quælibet mittit, & mittitur. Reſpondetut, patrem inuiſibiliter quidem mentem inhabitare, & propterea ad creaturã venire dr̃, non tñ idcirco dr̃ mitti. Cũ enim a nullo procedat, non poteſt manifeſtari procedere. Poteſt quidem creaturis manifeſtari, quod producat alias perſonas, ſed hoc non eſt mitti. Hæc ſolutio ex Auguſtino colligitur, vbi ait. Pater cum ex tempore a quocunque percipitur, non dicitur miſſus, non enim habet quo ſit, aut a quo procedat.

*Mittere tribus conuenit perſonis.*

*Mitti duabus ſolum perſonis conuenit.*

*Ioan. 14.*

*Lib. 4. de tri. c. 20.*

## DISTINCTIO. XVI.

Quæſt. Vnica. Pag. 515.

*Fuitne miſſus viſibiliter Spiritus Sanctus?*

RESOLVTIO.

NIhil ſuper quæſtione iſta diſſerit doctor, ſed ex ſacris literis de antiquis patribus facile cõſtat, S. ſ. pluries viſibiliter miſſum fuiſſe. Qñquidem viſibilis eius miſſio eſt eiuſdem in aliquo ſenſibili ſigno manifeſtatio, q̃ perſonæ, ad quã mittit̃, dari oñdit̃, qño fuit datus Apoſtolis in ſpẽ ignis, ſuper Chriſtũ vero requieuit in ſpẽ colũbæ, qui & flatu quodam ipſum Apoſtolis in die reſurrectionis cõceſſit. Et hoc quidẽ maxime fuit neceſſariũ in primitiua Eccleſia, ad plantandam Chriſti fidem, & ad eam homines alliciendos, quæ tñ viſibilis miſſio nũc non eſt neceſſaria cum in oẽm terrã Apoſtolorũ ſonus iã exierit, & p̃dicatũ fuerit Euangelium oĩ creaturæ. Quæret autem curioſus quiſpiam, a quo ſpẽs illæ, in quib. S. ſ. apparuit fuerint factæ. Rñdet̃ cũ Auguſtino. Si q̃rit̃ (inquit) poſt incarnationẽ verbi a quo ſit factũ, vel vox patris, vel ſpẽs corporalis, qua S. ſ. demonſtratus eſt, p̱ creaturam quidẽ facta iſta non dubito. Sic in veteri teſtõ fuit vox data miniſterio Angelico, ordinata p̱ Angelos in manu mediatoris, & ĩ Exodo de rubo

*S. ſanctus viſibiliter miſſus.*

*Viſibilis miſſio q̃d.*

*Act. 2.*

*Matt. 3.*

*Ioan. 20.*

*S. ſancti miſſio viſibiliter in primitiua eccleſia neceſſaria.*

*Species in quibus S. S. apparuit a creatura facta.*

*Lib. 4. de tri. c. vlt.*

*Ad Galat. 3.*

*Exodi. 3.*

*Act. 7.*

*Species in quib. Spiritus ſanctus apparuit erant corporea.*

dicitur ꝙ fuerit Angelus. Per hæc aũt ꝙ dicit ſcriptura Deũ apparuiſſe, vel Dominum locutum, intelligitur Angelus Domini perſonam repræſentans. Sed erant ne huiuſmodi ſpecies corporales? Erant ſanè, Columba enim res erat corporea, licet non eſſet vera columba, ſed eius ſimilitudo. Ille quoq; ignis erat corporeus, licet non eſſet verus ignis, vñ nec comburebat.

*Spiritus S. cur in ſpecie columba Chriſto fuit miſſus.*

Quia autem miſſio Spiritus ſancti viſibilis ipſi Chriſto facta fuit ad ſignificãdum plenitudinem gratiæ in eo exiſtẽtis, qua poſſet humanum genus redimere, Nam de eius plenitudine nos oẽs accepimus, Ideo Spiritus Sanctus fuit miſſus in ſpecie columbæ, quæ ꝑ primogenitorum redemptione olim offerebatur.

*Ioan. 1.*

*S. ſanctus cur in ſpecie linguarum Apoſtolis fuit datus.*

Apoſtolis vero miſſus fuit in linguis igneis, ad deſignandum, quòd per ipſorum doctrinam homines in fide illuſtrarentur, ac in Dei dilectione inflammarentur:

*S. ſanctus cur in flatu datus.*

Quibus etiam in ſpecie flatus fuit datus propterea, quod ab ipſo ſit vita ſpiritualis, quæ Apoſtolorum miniſterio in ſacramentorum adminiſtratione conferebatur.

*Lib. 4. de tri. ca. 9.*

Obijcies fortaſſe Auguſtinum, qui ex eo quod filius factus, & in hunc mundũ miſſus fuerit viſibilis, arguit illũ eſſe minorẽ patre, ex quo idẽ de Spiritu ſancto conſequitur, ſi viſibilis apparuerit: Sed reſpondetur, non eſſe ſimile, propterea ꝙ Spiritus ſanctus non vnierit ſibi naturam ſigni ſenſibilis in quo apparebat, perinde ac filius vniuit ſibi naturam humanam in vna perſona, rõne cuius, dr̃ minor patre, quia propter vnionem illam hypoſtaticam omnia quæ de homine dicuntur, de filio Dei quoq; dici poſſunt, non autem ratione diuinitatis (ſecũdum quam ille ſemper eſt æqualis) conceditur minor patre.

## DISTINCTIO. XVII.
Quæſtio. II. Pag. 517.

*Concurrit ne effectiue habitus ad producendum actum?*

### RESOLVTIO.

*Habitus an coefficiat actũ.*

Omiſſa, cum doctore, opinione Henrici, qui habitum naturalem admittit cõproducere actũ, ſupernaturalem aſſeuerat omnia, ſeu totum ſuum producere actum, & opinione Gotfredi aſſerentis ſubſtantiam quidem actus eſſe à potentia, ſed eius intentionem eſſe ab habitu, tertia & quarta via ſuſtineri poſſunt,

*Habitus actum cõproducit.*

aſſerendo iuxta tertiam opinionem habitum eſſe partialem cauſam actus, etiam actiuam, ita tamen quod potentia eſt cauſa prima, & principalis, habitus vero cauſa ſecunda & minus principalis. Vnde habitus ſine potentia nequit operari quadamtenus. potentia vero ſine habitu actum producere valet, ſed non adeo intenſum, ſicut concurrente habitu, cæteris paribus, maxime poſito eodem voluntatis conatu, id eſt, nitentia ac conamine potentiæ ad actum ſuum eliciendum.

*3. de anima.*

Hæc autem opinio aſtruitur ex illo commentatoris. Habitus eſt, quo habens vtitur cum voluerit: Vti autem competit agenti, nam patiens



*Lib. 2. de anima.*

patiens principio paſſiuo non vtitur. Huc accedit & Ariſtoteles dicens, Sicut ſcientia eſt qua ſcimus, ita anima eſt qua viuimus, ſentimus, & intelligimus: & per conſequens, ſicut anima agimus actus vitales, Ita ſcientia actiue ſpeculamur.

*Habitus non coefficit actum.*

Poteſt etiam dici iuxta quartam aſſertionem, habitum nõ eſſe cauſam actiuam actus, ſed formam inclinantem ſolum potentiam ad agendum, perinde ac grauitas inclinat lapidẽ ad locum deorſum, licet effectiue, ſecundum aliquos non moueat ipſum. Hæc autem aſſertio ſic aſtruitur, nulli debet attribui vis ſeu efficientia alicuius effectus, niſi ex natura rei, id eſt, ex natura cauſæ, vel effectus ſit euidens? Nulli pariter cauſæ eſt neganda perfecta virtus agẽdi, niſi manifeſte appareat imperfectio efficientiæ in ea. Natura enim, ſecundum Philoſophum, dignificanda eſt inquantum poteſt, niſi manifeſte appareat oppoſitum. ſed nihil cogit tribuere habitui efficientiam actus, quandoquidem conditiones, & proprietates habitui attributæ ſine hoc ſaluari poſſunt, nihil etiam cogit vt affirmemus à potentia perfectam rationem cauſæ, vt partem actionis aſcribamus ipſi potentiæ. non eſt igitur efficiens aliqua habitui concedenda. Proprietates vero ſeu conditiones, quæ paſſim ab omnibus tribuuntur ſunt 4. vt puta ꝙ habens habitum operaẽ delectabiliter, ſeu ſine triſtitia:

*Habitus conditiones.*

ſecunda, facile, videlicet abſque difficultate: tertia, expedite, q̃a videlicet per habitum aufertur impedimentum, q̃d poſſet hr̃e potentia operans ab obiecto delectabili in oppoſitum mouente: quarta operatur prompte hoc eſt abſque tarditate. Tertiæ tamen opinioni magis fauet Scotus, vt puta quòd habitus actum coefficiat, q̃d & experiẽtia communis demonſtrat, q̃a quilibet habens habitum facile experiri poteſt ſe poſſe cum æquali conatu perfectiorẽ habere operationem, quam ſine habitu, quæ ſane actus perfectio habitui aſcribi nequit, niſi & actum comproducat: Et hac ratione diluo præſcriptã quartæ opinionis rationem.

## DISTINCTIO. XVII.
Quæſtio. II. Pag. 524.

*Vtrum habitus moralis actus bonitate producat.*

### RESOLVTIO.

*7. Phy. c. 17.*

Vt latiꝰ hoc pateat, obſerua ꝙ quemadmodũ pulchritudo corporis ſecundũ Auerroem non eſt aliqua qualitas abſoluta in corpore pulchro, ſed eſt aggregatio omnium conueniẽtium tali corpori, vt puta magnitudinis, figuræ, & coloris, in ordine ad corpus, & ad ſe inuicem:

*Bonitas moralis quid.*

Ita bonitas moralis actus, eſt quaſi quidam decor ipſius actus includens aggregationẽ debitæ proportionis ad oĩa, q̃bus dẽt actus proportionari: Qualia ſunt potentia, obiectũ, tp̃s, finis, locus, & modꝰ, & hoc ſpãliter, inquantum iſta dictantur à recta ratione, ſeu recto intellectus iudicio, debere conuenire actui. Nam poſita conuenientia

uenientia actus ad rectam rationem, actus eſt bonus, ea vero remota, quibuſcunque alijs poſitis non eſt bonus principaliter. Igitur conformitas actus rationi rectę plene dictandi de circunſtantijs omnibus debitis illi actui, eſt bonitas moralis actus. Hęc autem bonitas nullũ habet prorſus principium proprium actiuũ, ſicut nec aliquis reſpectus, maxime cum is reſpectus ſit intrinſecus aduenieus, fieri autem nequit, vt actus aliquis prædicto modo eliciatur, quin ex natura extremorũ talis bonitas conſequatur ipſum actum: Relatio autem conſequens extrema non habet cauſam propriam, aliam ab extremis: Quantum igitur attinet ad iſtam conditionem accidentalem actus (quæ eſt bonitas moralis) non oportet habitum aliquem eum producere, niſi quatenus producit ſubſtãtiam actus, qui quidem actus natus eſt conuenire completo dictamini prudentiæ. Obiicies illud

2 Ethy. c.5.

Ariſtotelis. Virtus eſt, quæ habẽtem perficit, & opus eius bonum reddit: Ergo habitus ſtudioſus efficit bonitatem actus. Reſpondetur, virtutem quidem reddere opus bonum quatenus habitus ſtudioſus ex natura habitus ad actus ſubſtantiam inclinat, & ex conſequenti ad actum conformem rationi rectæ, ſi recta ratio inſit operanti: Hoc tamen non competit habitui inquantum eſt virtus, cũ relatio non ſit forma actiua. Habitus autem non eſt virtus niſi ex reſpectu ſeu conformitate eius ad prudentiã. Deinde obiicies virtutẽ eſſe moderatricem paſſiuã aſſertore Ariſtote-

1. Ethic:

le, ꝙ præſtare nequit, niſi agendo. ergo habitus eſt cauſa bonitatis actus. Reſpondetur virtutẽ moderari paſſiones bifariã, primo cum efficit paſſionẽ ab obiecto factam eſſe minorem, inclinans veluti pondus quoddam, potentiam in oppoſitũ, ſecundo inclinando potentiã, cum prudentia coexiſtente, vt fugiat immoderate delectabilia, & hoc pacto moderatur nõ delectationem exiſtentem, ſed præcauet ne inſit. Poſtremò obijcies & illud, Non habens iuſtitiam, etſi poſſit operari iuſta, non tamen iuſte: Et ita de aliis actibus, vnde conſequitur virtutem producere actũ inquantũ eſt bonus, quia ſine ea nequit eſſe bonus. Reſpondetur ꝙ Philoſophus non intelligit hominem non poſſe ſimpliciter operari iuſte ſine iuſtitia, ſed quòd non operetur iuſte ſecundũ omnem perfectionẽ, qua põt quiſpiam iuſte agere, quarum vna eſt delectabilitas, & facilitas in operando, quod potẽtiæ nõ habenti habitum non competit.

Lib. 2. Ethy. c.4.

## DISTINCTIO. XVII.

Quæſtio I. Pag. 516.

*An neceſſarium ſit ponere charitatem creatam formaliter naturæ beatificabili inhærentem.*

### RESOLVTIO.

EX nullo quidem actu, quem experimur, ſiue actus ſubſtantiam expendas, ſiue intentionem, nec ex delectatione, ſiue (vt ita dicam) facilitatione

*Charitatẽ infuſam ineſſe hominis cognoſci nequit.*

ne



ne in operando, neque ex bonitate ſeu rectitudine morali actus poſſumus euidenter concludere aliquem huiuſmodi habitum ſupernaturalem ineſſe, quia quocunque iſtorũ dato poſſit habens charitatem certo cognoſcere ſe eſſe in charitate & gratia contra illud: Nemo ſcit an odio, an amore dignus ſit.

*Eccleſ. 9.*

Nam cum diceret Paulus, Certus ſum quòd neque mors &c. hoc habebat ex reuelatione, propterea quòd actum illum ſibi ineſſe experiretur, vel actum ſic intenſum, vel ſic delectabiliter operari &c.

*Rom. 8.*

Ratio autem quare non poteſt cõcludi ex actu, vel aliqua ipſius actus conditione habitum infuſum homini ineſſe, eſt, quia vel actus poteſt ex ſola potẽtia habere omnia prædicta, cõcurrente ratione recta, vel ſi concurreret habitus aliquis ꝓpter aliquam prædictarum conditionum, poſſet habitus is eſſe acquiſitus. Nam Amicitia acquiſita vna cum potentia poteſt elicere amorem adeo intenſum, ſicut eliceretur cum charitate infuſa, & poſſet talis actus eſſe conformis iudicio recto ipſius intellectus, quantum ipſa recta ratio diiudicare poſſet. Quod ſi dixeris voluntatem ſubito mutari, vt intenſe faciliter, & delectabiliter operetur, & hoc conformiter ad regulas diuinas, ſiue ad dictamen fidei, vt patet de Paulo dicẽte, Domine quid me vis facere? &c. & recenter cõuerſis:

*Act. 9.*

Non poteſt aũt adeo ſubito acquirere habitũ amicitiæ ordinatæ cõſonum fidei: Igitur conſtat talem habere habitũ ſupernaturalem, quo ad ſubito agendum inclinetur. Reſpondetur, ꝙ voluntas ſubito mouere poteſt actus naturales, qui ſubſunt omnino eius facultati. Nam ſicut ait Auguſtinus, nihil tam eſt in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas, id eſt actus ipſius voluntatis (capitur enim ibi potẽtia pro actu) qua propter ex ſubito tali motũ nõ poteſt concludi propoſitum, vt puta, charitatẽ homini ineſſe.

*Lib. 1. retra. c.22.*

Sed ex ſacris literis, & ſanctis pr̃ibus id colligimus, vt dictũ eſt diſt. 27. tertij quæſt. vnica.

*Charitas infuſa an ſit ponenda.*

Nã præter prædictas cõditiones actus, quas habet ab habitu, videlicet intentionẽ, delectationẽ, prõptitudinẽ, & vltra rectitudinẽ, & bonitatẽ, quã hẽt actus per conformitatẽ ad rõnem rectam, ſiue ratio fuerit recta ſecundum dictamẽ prudẽtiæ, vt in virtutibus moralibus, ſiue ſecundum dictamen fidei, vt in virtutibus Theologicis, Iuxta illud Apoſtoli, Si linguis hominum loquar, &c.

*1. Cor. 13.*

Præter inquam, hæc omnia creditur eſſe vna conditio in actu, videlicet, quòd eſt acceptabilis Deo, non communi quadam acceptatione ſolum, quia videlicet omnem acceptat creaturam, & ordinat ad ſeipſum tanquam ad eius finem, Iuxta illud, Omnia propter ſeipſum operatus eſt altiſſimus, & illud, Diligis enim oĩa quæ ſunt, &c.

*Prouer. 16.* *Sapien. 11*

Sed acceptatione ſpeciali, quæ nihil aliud eſt in voluntate diuina, q̃ ordinatio talis actus ad vitam æternam, tanquam meriti condigni ad præmium: Iuxta illud, Miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum &c. & illud, Nõ.n. iniuſtus eſt Deꝰ, &c.

*Actus meritorius.* *Eccle. 16.*

&

& illud, Merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Conſimiliter credimus creaturam rationalẽ iuſtam eſſe habitualiter acceptã, quãdo videlicet nihil actualiter operatur, vt patet de paruulis baptizatis, & iuſtis dormientibus. Nam adhuc voluntas diuina eam ad vitam æternã ordinat, tanquam tanto dignam bono ſecũdum diſpoſitionem, quam habet habitualiter in ſe, & propter habitum charitatis, quem habet in ſe. Propter hãc igitur naturæ beatificabilis acceptionem, etiam quando non operatur, & propter acceptionem actualem actus eliciti a tali natura, oportet ponere vnum habitum ſupernaturalem, quo habens formaliter a Deo acceptetur. Is autem habitus eſt charitas, ſecundum omnes Doctores. Vnde & Auguſtinus pertractans illud Apoſtoli, Quis nos ſeparabit, &c. Charitas, inquit, Dei hæc dicta eſt virtus, quę animi noſtri rectiſſima ẽ affectio. Sed quomodo hic habitus eſt rẽ acceptãdi, naturam, & actum? Dico quod quatenus eſt quidã decor naturæ, ornans animam, eſt cauſa acceptionis illius, propterea quod is decor diuinę cõplacet volũtati: Ad hoc autem vt reddat actum acceptabilem plus requiritur, videlicet, quod iſte habitus, præter hoc quòd eſt decor ſpiritualis, inclinet ẽt ad determinatos actus, & ad eoſdem eliciendos concurrat, ſecundum potiorem opinionem, alioquin non eſſet verum, quod ait Auguſtinus, quod gratia ſe habet ad liberum arbitrium, id eſt voluntatem, ſicut ſeſſor ad equum: quia ſeſſor actiue regit, & mouet equum pro ſuo arbitrio. Hoc ẽt aduerſaretur ei, qđ idem Auguſtinus dicit, Voluntate (inquit) concomitante non præeunte, pediſſequa non domina. Non autem voluntas eſſet pediſſequa gratiæ, ſi ipſa gratia nullam efficientiam haberet. Porro hæ Auguſtini authoritates intelliguntur inquãtũ actus eſt meritorius: Sed cum actus ex prædictis, eliciatur a potẽtia & habitu, vtrum horum eſt cauſa præcipua ipſius? Dico quod in actu meritorio duo ſunt conſideranda. Primum illud quod præcedit rationem meritorij, in quo includitur ſubſtantia, & intentio actus, ac rectitudo moralis. Secũdum eſt ratio meritorij, quod eſt, eſſe acceptum a diuina voluntate, aut acceptabile, ſiue dignum acceptari ad præmium æternum. Quantum ad primum, potentia eſt cauſa prima & principalis, & habitus cauſa ſecunda, cum potẽtia vtatur habitu, non ecõuerſo, aliàs habens ſemel gratiam, nunquam poſſet peccare, cum cauſa ſecunda ſemper ſequat̃ motionem cauſæ primæ, nec poſſit moueri ad oppoſitum illius, ad quod cauſa prima inclinat: Sed accipiendo actum in quantum eſt meritorius, talis conditio ei conuenit principaliter ab habitu, & minus principaliter a voluntate: Magis ſiquidem actus acceptatur, vt dignus præmio, quia eſt elicitus a charitate, quam quia eſt a voluntate libere elicitus, quamuis vtrumque ſi neceſſario requirat̃. Exẽplum poteſt poni de diuiſione alicuius corporis mediante gladio: Ipſa quidem diuiſio abſolute magis eſt a potentia diuidente, quàm a gladio, quare potentia

tentia

*Hebra. 6.*
*Matt. 5.*
*Loci ad bona opera probãda.*
*Lib. de moribꝰ eccleſ. c. 4. Rom. 4.*
*Lib. de libe. arbit.*
*In epiſto. ad Sixtũ, & ad Bonifacium.*
*Meritorij actus cauſa præcipua.*



tentia fortior velocius diuidit, ſed quatenus hæc diuiſio grata viſui eſt, ſeu videnti hanc diuiſionem, magis aſcribitur gladio, propterea quod leuitas partium diuiſarum, quæ viſui placet, magis eſt ex acumine inſtrumẽti, quam ex efficacia virtutis principaliter diuidentis. Similiter ſonus magis eſt ex pcuſſione corporis ſonantis, quã ex percuſſionis ordine, & tamẽ vt acceptabilis auditui magis eſt ex ordine percuſſionis, quã ex efficacia potentiæ percutientis. Similiter quamuis pater ſit cauſa principalis filij, & mater cauſa minus principalis, nihilominus tamen mater poteſt eſſe cauſa principalior, quare filius a parentibus matris, vel ab alijs magis diligat̃: Ita Deus ordinauit acceptare aliquem actum tanquam dignum præmio, propterea quòd ad illum actum voluntate inclinet habitus aliquis, quam quod ſit a reliqua cauſa partiali, & ſic intelligendum, vt diximus, illud Auguſtini, Charitas eſt ſicut ſeſſor ad equum. Et quod volũtas reſpectu gratiæ eſt pediſſequa non prima, hoc inquam, verum eſt reſpectu actus, inquãtum meritorius eſt, ſed non inquantum eſt iſte actus in ſubſtãtia: Vnde vt curſus equi magis arridet alicui, cum ſit iuxta voluntatem ſeſſoris ad certum terminum, quàm ex hoc quod equus vi ſua velociter currat. Sic actus magis eſt acceptabilis, quia eſt elicitus a charitate quam ab ipſa voluntate. Hoc etiam modo voluntas eſt pediſſequa, quia non ex ſe ita determinatiue inclinat ad terminũ, propter quam inclinationem actus acceptetur, ſicut gratia inclinat, & voluntas poteſt hanc acceptabilitatẽ percipere a gratia, quia gratiæ magis competit per eſſentiam, quàm ſibi: Et hoc ipſa voluntas erit cauſa ſecunda. In eliciendo tamen actũ eſt cauſa prima, vt dictum eſt. Obſerua autem quod ratio meriti non habetur complete, niſi habeatur ratio digni, vel digne ordinabilis ad præmium, quod eſt beatitudo, & hoc digne ſecũdum iuſtitiam commutatiuã, ſiue retributiuam. Sed quicunque actus ex ſolis intrinſecis agenti non habet hunc ordinẽ ſeu dignitatem, Non enim ſumus ſufficientes ex nobis &c. Tunc enim Deus non poſſet ei, qui ſic operatus eſſet non retribuere beatitudinem, nam iniuſte eam illi ſubtraheret, hoc autem falſum eſt, Igitur talis ordo, ſeu dignitas actꝰ, qua meritorius eſt vitæ æternæ ſecundum iuſtitiam, eſt ex ſola volũtate diuina gratuite ita ordinãte. Et ſic ratio meriti complete erit ex ordinatione voluntatis diuinę illius actus ad pręmiũ. Quod ſi obijcias, tunc non eſſe in poteſtate merentis mereri, ſicut nec in eius facultate eſt diuina illa actio. Reſpondetur, quòd actus meritorius eſt in poteſtate hominis ſuppoſita generali influentia, ſi habuerit liberi arbitrij vſum, & gratiam, ſed completio in ratione meriti non eſt in poteſtate hominis, niſi dipoſitiue, ſic tamẽ diſpoſitiue, quod ex diſpoſitione diuina nobis reuelata. Si vis ad vitã ingredi &c. ſemper conſequitur illud completum (ſeu acceptatio diuina) ad actum hominis, ſicut organizationem factam

ctam

*1. Cor. 3.*
*Meriti ratio completa.*
*Matt. 19.*

ctam a cauſa naturali ſemper ſubſequitur animatio, & adminiſtrationem ſacramentorum ſemper ſubſequit gratia. Obijcies rurſus hinc ſequi, quod mereri ſit principalius ipſius Dei, quàm hominis. Propterea qđ principalius in merito eſt, ex actione diuina. Reſpondetur, quod licet principalius, id eſt vltimum & completiuũ in merito ſit, adeo propterea non ſequitur ipſum Deum mereri, qa meritum eſt actus libere, & ſecundum inclinationem gratiæ elicitus acceptus Deo, vt præmiabilis beatitudine, & ita mereri eſt ſic agere: Deus autẽ nõ ſic agit. Et quod dictum eſt intelligi dẽt de acceptatione ęterna, qua Deus ab æterno præuidens hunc actũ ex talibus principijs eliciendum, charitate videlicet & voluntate voluit ipſum eſſe ordinatũ ad bonum, & ita actu voluntatis ſuæ ordinando ipſum ad præmium, voluit ipſum eſſe meritum, qui ſecundum ſe conſideratus abſque tali acceptione diuina ſecundum ſtrictam iuſtitiam nõ fuiſſet dignus tali præmio ex intrinſeca bonitate, quam haberet ex ſuis principijs, quod patet, quia præmium ſemper eſt maius bonum merito, & iuſtitia ſtricta nõ reddit melius minus bono. Quocirca veriſſimũ eſt illud commune dictum, qđ ſemper Deus præmiet vltra meritum condignum, hoc eſt vltra dignitatem actus meritorij, quod ille actus ſit actus ſit condignum meritum hoc eſt vltra naturam, & bonitatẽ actus intrinſecam ex mera gratuita acceptatione diuina, ac eius liberalitate. Obſerua præterea ꝙ

*Ad merẽdum requiritur ſpecialis motus Spiritꝰ ſancti.*

ad actum meritorium ſecundũ aliquorum opinionem, non ſufficit voluntas cum charitate: Sed requiritur etiam influentia ſpecialis, non quidem formæ permanentis, ſed mouentis, ſicut inſtrumentum habet ab agente principali vltra formam, motum. Quod aſtruitur ex illo, Quicunque Spiritu Dei aguntur, &c. Gratia enim comparatur vi actiuæ generatiuæ matris, quæ nihil efficere poteſt, niſi moueatur a vi actiua patris. Ratio etiam ex Auguſtino de natura, & gratia accipi poteſt, vbi ait quòd gratia nũc non ſonat perfectam naturam, quia ſicut oculus ſanus non pòteſt videre ſine lumine, ſic nec iuſta anima recte viuere ſine luce ſpeciali. Confirmatur Rom. 7. de lege carnis, & 8. Nã quid oremus ſicut oportet, neſcimus, &c. Sed ſi quæras an ſit ſimpliciter neceſſe ponere charitatẽ iſuſam, qua creatura rationalis ſit Deo grata, & beatificabilis, dico quòd licet non ſit neceſſarium ſecundum potẽtiam Dei abſolutam, quia Deus potentia ſua abſoluta potuiſſet accipere naturam beatificabilem acceptatione ſpeciali prædicta exiſtentem in puris naturalibus, & ſimiliter actum eius, quem eliceret ex ĩclinatione mere naturali, potuiſſet acceptare, vt meritoriũ, poſſet etiã dare beatitudinem ſine merito præcedente, vt paruulis facit in baptiſmate: Tamẽ neceſſe eſt ponere talem habitum ſecundũ potentiam Dei ordinatam, quã colligimus ex ſacra ſcriptura, & ex dictis ſanctorum patrum, vbi hẽmus, qđ peccator eſt indignus vita æterna, & iuſtus dignus.

*Roma. 1.*

*Charitas ĩfuſa non ẽ ſimpliciter neceſſaria.*



gnus. Non videtur autem Deũ habere alium actum circa hominem iuſtificatũ, quàm haberet dum eſſet in peccatis, ſi homo in ſeipſo nullo pacto fuerit diuerſus. Nec etiam actus vt acceptabilis Deo apparet eſſe in agentis facultate, niſi illud, quo ſic formaliter agit, ſit eius forma accidentaria.

## DISTINCTIO. XVII. Quæſtio III. Pag. 551.

*Augeturne Charitas per appoſitionem alicuius gradus?*

### RESOLVTIO.

SVpponitur hic charitatẽ augeri poſſe, ſecũdum illud, Habenti dabit, & abũdabit &c. Spiritus qui eſt in te, duplex ſit in me, cum interpretatione Hebræorum. Non enim ad menſuram &c. Auguſtinus, Probet ſe quiſque quantum in illo profecerit charitas, vel potius quã tum ipſe in charitate profecerit. Idem Auguſtinus ad Bonifacium, Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici. Et idem, In rebus incorporeis idem eſt melius eſſe, quod maius eſſe, aliqua autem charitas eſt melior altera, vt patet de charitate Chriſti, &c. Quia ei correſpondet maius præmium eſſentiale, ergo aliqua charitas eſt maior alia. Sed dubium eſt de modo augmenti charitatis, an videlicet charitas pręexiſtẽs corrumpatur, cum noua inducatur, vel remaneat: Sed omiſſis varijs opinionibus, magis cõſonum eſt rationi naturali, & fidei charitatem præexiſtẽtem remanere, & ipſam diuina augeri virtute, per appoſitionem nouæ charitatis, ſeu noui gradus ipſius. Habent autem plures gradus charitatis, in eadem charitate numero vnitatem indiuiſionis actualis, ſicut in cõtinuo ſunt plures partes actu indiuiſæ, quę tamen ſunt in potentia, vt ſeiungantur. Sunt ẽt illi gradus charitatis eiuſdem rationis, & ſpeciei inter ſe. Prædicta autẽ aſſertio aſtruitur ex Ariſtotele dicente, Auctũ oportet manere, ergo & in augumẽto quocũque non eſt corruptio præexiſtentis. Quod ſi obiicias ipſum Ariſtotelem aſſerentem, quod formæ ſint ſicuti numeri, quia ſicut numerus additus numero variat numerum, ita quilibet gradus formæ additus ſpeciem variat. Deinde & Porphyrius, Eſſe (inquit) vniuſcuiuſq; vnum & idem eſt, neque intentionem recipiens, neque remiſſionem. Reſpondetur, Ariſtotelem & Porphirium intelligere de formis, id eſt ſpeciebus inquantum ſunt diffinibiles, ſeu quantum ad eſſe quidditatiuũ, ita quod ſicut per additionem, vel ſubſtractionem eorum, quæ ſpectant ad eſſe numeri variatur numerus, ſic per additionem, vel ſubſtractionem eorum quæ ſpectant ad eſſe quidditatiuum, puta differentiarum ſpecificarum variatur ſpecies.

*Charitas augetur. Luca 19. 4. Reg. 2. Ioan. 3. Tom. 9. hom. 9. ſuper epiſt. Ioannis. 6. de Trinit. ca. 7.*

*Lib. 1. de gen.*

*Lib. 8. Metaphy.*

DI-

## DISTINCTIO. XVIII. Quæſtio Vnica. Pag. 570.

*Vtrum eſſe donum ſit proprium Spiritus ſancti.*

RESOLVTIO.

*Donum quid ſit.*

QVamuis modo nihil de hac re diſſerat Scotus, nihilo ſecius ex alijs locis facile colligitur, ꝙ donum ſecundum mentem ipſius ſignificat reſpectũ (vt ita dicam) donabilitatis ad creaturam, conuertendo proceſſionem per modum voluntatis, cuius eſt liberaliter dare. Ratione primi non eſt proprietas diſtinctiua Spiritus ſancti à patre & filio: Quandoquidem perſonæ diuinæ, ſicut non conſtituuntur in eſſe, ita non diſtinguũtur per reſpectum ad creaturas. Quantum autem ad ſecundum, eſt proprium Spiritus ſancti, qui ſecundum Auguſtinum procedit quomodo datus, non quomodo natus, quod & apertius aſſeuerat. Non fruſtra (inquit) in hac trinitate dicitur verbum Dei, niſi filius, nec donum niſi Spiritus ſanctus. Denotatur verò eadem proprietas, nomine doni, & nomine Spiritus ſancti ſecundũ rem, ſed eſt differentia ſecundum rationem. Dicitur enim ſpiritus, quia ſpiratus, & dicitur donum, quia eſt amor liberaliter productus. Obijcies fortaſſe illud Iſaiæ, Filius datus eſt nobis, &c. Ergo non conuenit ſoli Spiritui ſancto. Admitto quidem authoritatem Iſaię, ſd non eſt idem eſſe datum, & donum, quia donum ſecundũ morem Theologorum denotat rem emanantem per modum voluntatis liberalis ſine tempore, & in aptitudine, vt detur ex tempore: Datum autem cũ ſit participium ſignat cum tempore, & dicitur ab actu. Quocirca & Spiritus ſanctus quamuis ſit donum ab æterno, non tamen eſt datus niſi ex tempore, quapropter non ſequitur, ꝙ ſi filius ſit datus, debeat etiam dici donum, prout donum accipitur in diuinis. vnde Auguſtinus ait, Eo ipſo quòd daturus erat eum Deus, iam donum erat, etiam antequam daretur, & ideo donabilis eſt: Sed aliter donabilis, quàm filius, nam & aliter datur, & aliter proceſſit quàm filius, filij enim proceſſio genitura eſt, vel natiuitas. Spiritus ſancti vero proceſſio natiuitas non eſt. vtraque verò ineffabilis eſt.

*Lib. 15. de de Trin. Donũ eſt proprietas Spiritus ſ.*

*Iſa. 9.*

*Lib. 5. de Tri. c. 15. circa ſi.*

## DISTINCTIO. XIX. Quæſtio. I. Pag. 576.

*Suntne tres perſonæ diuinæ magnitudine æquales?*

RESOLVTIO.

*Perſonæ in diuinis ſunt æquales.*

PErſonas quidem æquales eſſe ſecundum magnitudinem ſatis ſuperq; ex fide conſtat. Ait enim Athanaſius in Symbolo: Perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales. Et Auguſtinus oſtẽdit, quomodo intelligatur hæc æqualitas. Nullus horum (inquit) aut præcedit alium æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate. Sed, vt iſtud latius pateat, obſerua, quòd iſtę tres relationes, videlicet, Idem, ſimile, & æquale ſecũdum Philoſophum, ſi ſtricte accipiantur, accommodantur rebus diſtinctorum prædicamentorum, vt identitas ſubſtantiæ; æqualitas, quantitati; & ſimilitudo, qualitati. Cui cõſentit & Auicẽna aſſerens fundamentũ harum relationum eſſe res prædictorum generũ, Sed ſi fuſius accipiantur ac tranſcendenter, reperiuntur in omni ente, aſſertore Philoſopho: Quandoquidem omne ens cuicunque enti comparatum, eſt idem vel diuerſum, ſimile vel diſſimile, ęquale vel inæquale. Et hoc modo identitas habet pro fundamento ſubſtantiam, accipiẽdo ſubſtantiam pro qualibet eſſentia; æqualitas quantitatem, intelligendo de quantitate perfectionis; & ſimilitudo qualitatẽ, vt qualitas ſumatur pro omni eo quod habet rationem qualitatis, vel formę: Iuxta quam acceptionem differentia eſſentialis dicitur qualitas. Quocirca ſicut nullum prędicamentum dicitur de Deo, ſic nec paſſio alicuius prædicamenti, & ex cõſequenti, nec aliqua prædictarum relationũ, ſi ſtricte ſumantur; ſed ſi fuſius accipiantur, in perſonis diuinis eſt perfecta ęqualitas ſecundum magnitudinem perfectionis. Quicquid enim virtutis, vel perfectionis eſt in vna, eſt & in alia, & in eodem gradu: quia eſſentia diuina eſt infinita, & quæcunque perfectio ſimpliciter in diuinis perſonis, & ſic in ipſis eſt vna magnitudo perfectionis in ſummo gradu, quia vna infinitas. Quòd ſi obiicias Auguſtinũ, Deus magnus eſt ſine quantitate, & bonus ſine qualitate, igitur prædictæ relationes non reperiuntur in Deo: Reſpondeẽ quod in diuinis nõ eſt quidem quantitas molis, ſed virtutis.

*Lib. de fide ad Pet. c. 1.*

*Lib. 5. Metaph. c. de relatione.*



*Idem ſimile, & æquale quomodo accipiuntur.*

*Lib. 10. Met.*

*Lib. 5. Metaphy. c. de qualitate.*

*Lib. 5. de trinit.*

## DISTINCTIO. XIX. Quæſtio. II. Pag. 581.

*Eſt ne qualibet diuinarum perſonarum in alia?*

RESOLVTIO.

HVIVS queſtionis veritas patet ex authoritate ſaluatoris: Ego in patre, & Pater ĩ me eſt. & ſanctorũ Patrum, potiſſimũ Ambroſij, Auguſtini & Hylarij, quos Magiſter adducit hac diſtinctione. Sed vt hoc à nobis perpendi poſſit, obſeruandũ eſt vnam perſonam eſſe in alia (vt theologi loquũtur) per circumincesſionem. Eſt autem circũinceſſio (quantum ſeruit pręſenti inſtituto) mutua & intima præſentialitas ſubſiſtentis, ſeu ſuppoſiti in ſubſiſtente re ipſa diſtincto, eiuſdem tamen naturæ numero. Nec poteſt iſte modus eſſendi, In, reduci ad aliquem modorum, quos ponit Philoſophus, quia in creaturis nihil reperitur ſimile. Nam iſte modus eſſendi, In, non eſt ſimilis ei, quo natura eſt in ſuppoſito, vel forma in materia, vel cõtentum in continente. Vnde Hylarius. Natura enim intelligentiæ humanæ rationem dicti huius non capit, nec exemplum aliquod rebus diuinis cõparatio humana præſtabit, exẽplum, inquam, id exprimens ꝑfecte. Sed vna perſona dicitur

*Ioan. c. 4.*

*Perſona qualibet eſt ĩ al.is. Circuminceſſio quid ſit.*

*Lib. 3. de trinit. ĩ exordio lib.*

eſſe in alia, per inexiſtentiam mutuam ſubſiſtentis in ſubſiſtente, ſecũdum Hilarium. *Lib. 7. de Trinitate.* Hoc autem nõ reperitur in illis modis eſſendi, in, & ſic totus filius inexiſtit præſentialiter, & intime in toto patre: Cui alludit illud Ambroſij ĩ hymno, In p̃re totus filius totus in verbo p̃r Exemplum huius (licet imperfecte repræſentãs) de angelo alicui corpori præſenti, non tamen ipſum informanti, vt de Gabriele & Raphaele legimus, aut de corpore glorioſo præſente corpori non glorioſo: vel melius exemplum, ſi poſſet corpus glorioſum (quia vnum ſuper aliud præeminentiam non habet) inexiſtere alij corpori glorioſo ęque ſubtili. Hęc enim non fiunt per informationem, nec per modum partis, Et ſi in prædictis addatur vnitas naturæ erit perfectius ſimile. Exẽplum etiam adiici poteſt de potentiis animæ, quæ licet ex parte rei diſtinguant, ſunt nihilominus eadem eſſentię animæ realiter, & ex conſequenti vna erit in alia, quia in alia eſt eſſentia animę, cui illa potẽtia eſt eadem. Ratione aũt oſtenditur vnam totam perſonam eſſe in tota alia. & cõtra, quia tota perſona diuina conſtat ex eſſentia, & relatione originis. Relatio autem eſt in eſſentia, vt in fundamento à quo ſeparari non poteſt. Quocirca eſſentia nullibi eſſe valet, ſine tali ratione: igitur in eſſentia patris eſt filiatio, cum paternitate, & etiam paternitas cum filiatione. Eſt quoque eadem eſſentia Patris, & Filij, quapropter tota patris perſona erit in filio, & è conuerſo. Porro huius inexiſtentiæ tota ratio non eſt vnitas eſſentiæ. *Circũĩceſſionis rõ.* Nam cum pater in ſeipſo eſſentiam habeat, ſubſequeretur quòd eſſet in ſeipſo: nec perſonarum diſtinctio eſt huius præciſa cauſa, quia cum origines (à quibus perſonarum diſtinctio deſumitur) ſint alterius, & alterius rationis in perſonis diſtinctis, ſequeretur, quòd non eſſent vniformiter in ſeipſis. Sed præciſa ratio & ſufficiens talis circuminceſſionis eſt vnitas eſſentiæ cum perſonarum diſtinctione. Principalis tamen ratio eſt vnitas eſſentiæ, vt patet ex Ambroſio, quem citat Magiſter. Exemplum deſume in creaturis de ſimilitudine: Nihil enim ſibi eſt ſimile ſecundum Hilarium. Similitudo tamen fundatur ſuper vnitatem ſpecificam in qualitate, aſſertore philoſopho, id eſt, reperitur inter illa, quæ habent vnam, & eandem qualitatem ſecundum ſpeciem, cuius proximum fundamentum eſt talis vnitas, & remotum, ipſa qualitas. *5. Metaphy. ca. de relatione.* Sola igitur relatiuorum diuerſitas, aut ſola fundamenti vnitas nõ ſufficit ad ſimilitudinem, ſed ambo requiruntur ſimul, ſicut vna cauſa totalis, ita nunc: huiuſmodi tamen circuminceſſio in ſolo Deo reperitur. Obiicies, ſi poneretur quodlibet in quolibet (iuxta opinionem Anaxagoræ) omnia eſſent confuſa, *Lib. 1. phyſic.* Igitur ſi perſonæ diuinæ ſint in ſe inuicem, mutuo cõfuſę eſſent contra illud Athanaſij. Neque cõfundentes p̃ſonas & cętera. Reſpondetur, conſequentiam nullam eſſe. Anaxagoras enim (ſicut imponit Ariſtoteles) dicebat quodlibet eſſe in quolibet, tãquam pars eius, vna autem perſona non eſt in alia, ſicut pars ei⁹, ſed ſicut ſubſiſtens in ſubſiſtente. Dices p̃terea, Quod exiit ab alio non eſt in eo, Sed filius à Patre exiit *Ioan. 16.* Exiui à Patre & cætera. Ergo nõ eſt in eo. Reſpondetur filium exiiſſe à Patre per productionẽ paſſiuam, & non per ſeparationem localem, aut eſſentialem. Idcirco non ſequitur ipſam nõ eſſe in patre à quo exiit, quia recipit eandem naturam cum eo à quo procedit.



## DISTINCTIO XX.

Quæſt. Vnica. Pag. 589.

*Sintne tres perſonæ in diuinis potentia æquales?*

### RESOLVTIO.

*Ioan. 16. Perſonæ diuinæ ſũt æquales in potentia. Lib. de fide. ad Petrum. Et lib. 3 cõtra Maximinum. c. 12. & 13.*

Veritas hui⁹ quęſtionis ſatis, ſuperque cõſtat ex illo Ioannis. Omnia quæ habet pater, mea ſunt. & ex Aug. quemadmodũ latius diſſerit Magiſter ſententiarũ. Verũtñ vt iſtud manifeſtius euadat, obſeruanda eſt potẽtia reſpectu poſſibilis, quod eſt eius correlatiuum. *Poſſibile dupliciter captum.* Poſſibile aũt bifariã ſumit̃, Primo vt opponitur ĩpoſſibili, & ſic nequit eſſe adæquatũ obiectũ alicuius actiuæ potentiæ. hoc .n. modo poſſibile eſt Deum eẽ quod, tñ nõ ſubeſt facultati alicuius potentiæ. Secundo accipitur poſſibile determinatius, & magis ꝓprie, quatenus videlicet opponit̃ neceſſario ex ſe, & huiuſmodi põt eſſe, & nõ eſſe, quod & contingens nuncupatur, & hoc modo, cum quodlibet intrinſecum Deo ſit ex ſe neceſſarium, vel propter indentitatem cum eſſentia diuina, quæ eſt ex ſe formaliter neceſſaria, nihil tale erit poſſibile hoc pacto. *6. Metaphy. & abbi frequenter.* Sic autem accipit Auicena poſſibile. Iſtud autem poſſibile ſecundo modo acceptum, eſt obiectum potentiæ actiuæ, & in hac potentia perſonæ diuinæ ſunt æquales, quia eandem habent rationem principii productiui omnium aliorum ab eſſentia diuina, hoc eſt ipſarum creaturarum. prius ſiquidem communicatur potentia tribus perſonis, quàm poſſit creaturas producere. *Vt in lib. quæſt. 1.* Nam principium neceſſarium reſpectu vnius productionis, & contingens reſpectu alterius. prius producit neceſſarium, quàm contingens. Atqui principium producendi perſonas neceſſario ſe habet ad ꝓductionem ipſarum, contingenter vero ad producendas creaturas. Prius igitur cõmunicat̃ tribus perſonis, q̃ creaturę producantur. Ex quo conſtat potẽtiam eſſe ęqualem in diuinis p̃ſonis, quantum ad extenſionem. Quod autem ſit æqualis quantũ ad intentionẽ patet, q̃a illud principiũ ſecundũ eandẽ perfectionẽ eſt in tribus, vt cõſtat ex Reſol. pręcedenti. Obiicies, quòd filius non poſſit generare, ſicut pater, ex quo cõſequitur eũ nõ eſſe patri æqualẽ in potẽtia. cõſequẽtia aſtruit̃ ex Aug. *Lib. 3. c. 3. contra Maximinum.* Si pater no põt generare filiũ ſibi ęqualẽ, non eſt omnipotens, ergo ſi filius id nõ poſſit, nõ erit oĩpotens, Reſpõdet̃, ꝙ poſſe generare filium in diuinis, non cadit ſub omnipotentia. Secundo modo, & ꝓprie dicta, id eſt, quę habet ens poſſibile,

bile, ſeu contingens pro obiecto. In qua quidem potẽtia perſonæ proprie ſunt æquales, ſumendo etiam potẽtiam primo modo, ꝓut videlicet habet poſſibile primo modo pro obiecto, id eſt, accipiendo potẽtiam pro principio productiuo perſonarum, perſonę diuinę ſunt ęquales, quia ꝑfectio abſoluta, quę in patre eſt potentia generandi, illa eadẽ eſt in filio, licet nõ ſub ratione potentiæ propinquæ, propterea quod in filio nõ precedat actum notionalẽ, hoc eſt productionem ſui ipſius, vt in patre. Dices inſuper, qđ prima cauſa plus agat, quàm ſecũda, atqui pater cõceſſit filio virtutem agendi, non autem econuerſo, vnde conſequitur patrẽ plus poſſe. Reſpondetur dictum illud philoſophorũ verũ eſſe, cum eſt alia & alia virtus agendi in cauſa prima & ſecunda, non autem in perſonis diuinis, in quibus eſt eadem virtus, & potentia numero, neque ibi ꝓprie eſt cauſa, neque cauſatum, licet ſit producens & productũ.

*Propoſitione de cauſis. 1 poſt. & 2. Met.*

## DISTINCTIO. XXI. Quæſtio. Vnica Pag. 596.

*Vtrum hac ſit vera, Solus pater eſt Deus.*

RESOLVTIO.

PRo huius propoſitionis faciliori explicatione, obſerua, quod hoc vocabulum, Solus, vt ait Piloſophus, idem eſt quod non cum alio, & ſic importat negationem aſſociationis, & bifariam accipi poteſt: Primo cathegorematice (vt loquuntur) & ſic negat a ſubiecto omnimodam aſſociationem, ſeu conſortium eiuſdem naturæ, ſignificans, idem quod ſolitarius, & qui abſque conſortio eiuſdem naturę ſit. Sic dicimus ſortẽ ſolum eſſe in horto, licet ſint ibi plantæ, & alia pleraque, & hoc modo propoſitio eſt falſa, quia nihil in diuinis eſt ſolitarium, cum ſint ibi tres perſonæ eiuſdem naturæ. Nam (vt ait Auguſtinus) Solum Deum patrem dicimus, non quia ſeparatur a filio, vel a Spiritu Sancto, ſed hoc dicentes ſignificamus, quia illi ſimul cum eo non ſunt pater, ſolus enim pater eſt, quod non dicitur, quia ipſe ſit ſolus, id eſt ſine filio, vel Spiritu sãcto, Sed per hoc Filius, vel Spiritus ſanctus a paternitatis conſortio excluduntur. Secundo accipiť ſyncathegorematice, quatenus videlicet determinat aliquid, in quantum eſt extremum propoſitionis per reſpectum ad aliud extremum, & ſic negat aſſociationem alterius a ſubiecto reſpectu ipſius prædicati. Et hoc quoque modo eſt falſa, vt patet per eius exponentes, quæ ſunt, Pater eſt Deus, & nullus alius a patre eſt Deus, quarum ſecunda falſa eſt.

*Libro Elẽchorum.*

*Lib. 6. de Trini.*

## DISTINCTIO. XXII. Quæſtio. Vnica. Pag. 601.

*An Deus nomine diuinam ſignificante eſſentiam, a viatoribus ſit nominabilis.*

RESOLVTIO.

DEum quidem eo mõ quo a nobis concipitur, nominari haud eſt dubium, multa enim

*De⁹ a viatore nominari põt.*



enim imponunť nomina, Deũ in communi ſignificantia: vt ꝙ Deus eſt ens infinitum, ſummum bonum &c. quæ naturaliter a viatore concipi poſſunt, vt conſtat ex reſol. diſ. 3. Sed an ſit nominabilis a viatorib. nomine diuinam ſignificãte eſſentiam in ſe, hoc proculdubio cõtrouertiť. Henricus enĩ aſſerit nullum nomen imponi poſſe alicui diſtinctius, q̃ intelligať. Quamobrem, cũ diuina eſſentia ſub propria ratione a nobis minime intelligatur, infert ꝙ non poſſit a nobis nominari. Scotus autem huic aduerſať, & merito quidem, aſſeuerãs quidpiam diſtinctius aſſignari poſſe, q̃ intelligi, quod ſic ſuadet, quia cum ſubſtantia nõ ſit cognoſcibilis a viatore, niſi in cõceptu entis (vt manifeſtũ euadet ex diſtinctione tertia) ſi diſtinctius ſignificari non poſſet, quàm intelligi, nullum nomen a viatore impoſitum ſubſtantiam ſignificaret, ſed proprietatẽ illã dumtaxat, a qua nomen imponiť, ſicut ab intellectu viatoris concipiť, q̃ ſane proprietas per nominis ethymologiã exprimitur: vt nomine lapidis non ſignificatur res prædicamẽti ſubſtantiæ, ſed quidpiam de genere actionis, vt puta læſio lapidis. Aut concedas oportet eum, qui hoc impoſuit nomen diſtinctius quàm intellexerit ſignificaſſe ſubſtantiam. Quonam aũt modo illud fiat, & cognoſcať ſubſtantia per proprietates, & arguitiue accepta ſecũdum mentem Auguſtini. Cõſideranť. n. ab aliquo multa accidentia eidẽ inhærentia, vt puta talis quantitas, talis qualitas &c. Conſtat autem neutrũ horum eſſe alterius, quia vtrumque ſine altero manet. Patet ꝓterea vtrique horum aliud eſſe cõe ſubiectum. Nam vtrumque illorum deſtrui poteſt altero remanente: Igiť aliquid eſt ſubiectum vtriuſque, & quantitatis videlicet, & qualitatis. Huiuſmodi aũt ſubiectum nõ concipitur in conceptu quidditatiuo, niſi entis, neque enim cognoſciť diſtincte quid in ſe, niſi quid ſit ens, vel res affecta talib. accidentibus, ſed iſti tertio imponiť nomẽ aliqđ, ſic qđ imponens nomen intendit illam eſſentiam de genere ſubſtantiæ ſignificare, & nomen eam ſignificat. Poteſt igiť viator multis vti nominibus diuinam ſignificantibus eſſentiam, a Deo, aut Angelis, aut viatore impoſitis Veriſimile eſt plæraque nomina eſſe in ſacris ſcripturis illam eſſentiã diſtincte ſignificãtia, ſicut Iudæi aſſerũt de nomine Dei qđ vocant, Tetragrammaton. i. quatuor literarum, & illud: Qui eſt miſit me ad vos &, Ego dñs, qui apparui Abraham, &c. Huc accedit Pſaltes Regius, In Iſrael magnũ nomẽ eius, & Auguſtinus: Illa ſublimitas inæſtimabilis, vt aurib. congruat humanis ſonis ſeruanda eſt. Quod ſi obijcias Dionyſiũ, qui loquens de diuina eſſentia, ait ꝙ Theologi tanquã innominabilẽ nominant eam. In quam ſnĩa vadit Auguſtinus, & Hilarius Rñdetur quòd diuina eſſentia, ſeu Deus ipſe dicitur innominabilis non abſolute, quod quadamtenus nominari non poſſit, ſed propterea quod per nullũ nomen poſſit perfecte audienti exprimi, & explicari.

*lib 1. de ..c. 6.*

*Subſtãtiã per proprietates, & accidẽtia cognoſcitur.*

*Exod. 3.* *Exod. 16.*

*Pſal. 75.*

*Lib. de diuinis nominibus. Li. de verbis domini. 34. & Hom. 19. ſuper Ioã. Lib. 3. de tri. c. 9.*

## DISTINCTIO. XXIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 610.

*Vtrum perſona, vt eſt quid commune Patri, Filio, & Spiritui Sancto dicat ſecundam intentionem.*

RESOLVTIO.

*Lib. 4. de tri. c. 22.* *Perſona quid ſit.*

PErſona, ſecundum Richardũ de Sancto Victore, eſt intellectualis naturæ incommunicabilis exiſtentia, id eſt, ſingularis. Et per hanc definitionem corrigitur, ſeu exponitur definitio Boetij dicentis quòd perſona ſit rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia: Indiuiduum eſt omnium prædicamentorũ, ſuppoſitum ſubſtantiæ duntaxat, perſona & indiuiduum naturæ intellectualis. Ex hac enĩ ratione ſubſequeretur, & animam ſeparatam eſſe perſonã, item & diuinam eſſentiam, ſicut etiam ſubſtantiæ indiuiduæ naturæ rationalis, quod falſum eſt. Poteſt tamen Boetij definitio tutari, ſi dixerimus ſubſtantiam ibi accipi pro ſuppoſito, iuxta acceptionem Græcorum, & aliquorum veterum. Nihil eſt autem in Richardi definitione quod ſecundam ſignificet intentionem. Nam ex natura rei, ſine intellectus opere, eſt in Patre natura intellectualis, & entitas incõicabilis. Porro hæc incommunicabilitas duplex eſt, oppoſito modo, non ad communicabilitatem duplicem. Aliquid.n. dr̃ cõmunicari pluribus bifariã. Primo qñ id quod communicatur eſt idem reipſa cuilibet illorũ quibus communicatur, & hoc pacto vniuerſale ſuis communicaẗ inferioribus, vt animal homini, equo, aſino, vt qđ, ait Scotus. Secundo aliquid cõicaẗ alteri, vt forma, qua ipſum eſt tale, ſed communicabile hoc mõ non eſt illud cui communicaẗ, ſic anima corpori communicatur, corpus animatum dr̃, etenim anima. non eſt tñ aĩa ipſum corpus, ſed ab eo diſtracta, & vtroq; modo deitas eſt cõicabilis, perſona vero neutro modo, importat. n. duplicẽ negationem communicabilitatis in natura intellectuali, & id q. dem ex natura rei. Quare nihil qđ ſit de rõne perſonæ dicit intentionem ſecundã. De formali.n ſignificato ſignificat incõmunicabilitatem. Cõnotat aũt triplex poſitiuum. Primo id de quo dr̃ Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Secundò relationem pp quam perſonæ conuenit talis negatio. Huiuſmodi relationes ſunt proprietates perſonales paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua: Tertio connotat eſſentiam, licet proinde rõne formalis ſignificati non dicat dignitatem. i. perfectionem, bñ tñ rõne connotati, ratione cuius ẽt perſona dr̃ generari, adorari, & huiuſmodi. Perſona igitur admodum ſimilis eſt negationi in genere, quæ præexigit ſubiectum, de quo dicatur. i. requirit extrema, de quibus dr̃ actio exiſtere, ſine aptitudine tamẽ ad formam negatam, & importaẗ his nominibus: Alius, diuerſus, differens, &c. non autem comparaẗ negationi extra genus, cuiuſmodi ſunt hæc, non homo, non equus. &c. Quippe quæ dicantur tam de ente quã de nõ ente, nec priuationi quæ negat actum, & relinquit aptitudinẽ, vt claudus, cæcus, Perſona itaque eſt nomen primæ intentionis, & non ſecũdæ, qa ſecluſo actu rationis eſt in diuinis, ſecluſo. n. actu intellectus eſt in diuinis natura intellectualis, & entitas incõicabilis, quæ ſunt de rõne perſonæ. vide infra diſt. 25.

*Communicabile aliquid dicitur bifariam.* *Vt quod.* *Vt quo.* *Perſona quid denotat.* *Perſona cui ſimilis ſit.*

## DISTINCT. XXIIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 616.

*An in diuinis ſit proprie numerus.*

RESOLVTIO.

*Numerus proprie nõ eſt in diuinis.*

IN diuinis profecto nõ eſt proprie numerus, nã ſiue numerus formaliter ſit ens in aĩa. i. habeat eſſe in intellectu tm̃ plura ſimul concipiente, ſiue ſit ens extra animã, hoc eſt, ſit forma accidentalis hñs eſſe in rebus numeratis, connotat tñ materialiter diſtinctionẽ numeratorũ in eſſentia. Quapp cum in diuinis ſit vna eſſentia numero, ibi nõ eſt proprie numerus, ſed improprie ſeu ſecundũ quid, vt puta numerus perſonarum. Et ſic debent intelligi authoritates, quæ ſignificant in diuinis eſſe numerum, vt apud Ioannẽ. Tres ſunt perſonæ, q̃ teſtimoniũ dant in cælo, &c. Debent. in quã, accipi de numero tranſcẽdenti, qui abſtrahit a ſubſtantĩa, & accidente, & alijs hmõi, id eſt, non eſt in ſubſtantia, & accidente, & alijs prædicamentis. Non aũt accipi debent de numero, qui eſt in genere qualitatis, quia numerus prædicamentalis conſurgit (quod alij dicunt) cãliter, vt aſſerit philoſophus ex diuiſione cõtinui. In Deo aũt nihil eſt continuum, quare nec talis numerus. Præterea, numerus iſte p̃dicamentalis eſt accidens, atqui in Deo nullũ eſt accidens, vñ ſatis conſtat nec hunc numerum in Deo eſſe poſſe. Huc accedit Ambroſius, Cũ vnum (inquit) dicimus Deum, vnitas excludit numerũ deorum, nec qualitatem in Deo ponit, quia nec numerus, nec quantitas ibi eſt.

*Ioan. 5.* *Li. 4. phy.* *Lib. 1. de fide c. 2.*

## DISTINCTIO. XXV.
Quæſt. Vnica. Pag. 619.

*Dicitne perſona in diuinis ſubſtantiam, vel relationem?*

RESOLVTIO.

PRopterea quòd de perſona diſt. 23. huiꝰ primi libri multa dicta ſunt, hoc ſolũ hic adijciẽdũ exiſtimaui, ex his q̃ erudite quidẽ Magiſter Sñiarũ pertractat hac diſt. Qm̃ (vt ait Hilarius) intelligẽtia doctorũ ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, qa non ſermoni res, ſed rei ſermo ſubiectus eſt. Hoc nomẽ, perſona (vt dr̃ de diuinis) non vniformiter accipiẗ, ſed trifariã. Primo. n. & proprie ſecundum ſubſtãtiam dr̃, & eſſentiã ſignificat, vt oſtẽdit Magiſter Sententiarum ex Auguſtino, vt his in locutionibus. Deus eſt perſona. Pater eſt perſona, &c. Secundo, neceſſitate quadam tranſlatum eſt nomen perſonæ, vt ſignificaret hypoſtaſes ſecundum Græcos, hoc eſt, tria ſuppoſita diuina, ſeu tres ſubſiſtentes, quatenus hoc modo Arianis & alijs perpe-

*Lib. 4. de trin. circa medium.* *Perſona in diuinis tripliciter accipitur.*

ram de ſentientibus reſpondere poſſent fideles, cum ab his quæreretur, quæ nam eſſent illa tria, quæ in diuina credebāt maieſtate, reſpondemus enim ꝙ ſint tres perſonæ, id eſt, hypoſtaſes, & ſic accipitur ſemper in plurali nomen perſonæ, pro hypoſtaſibus. Tertio, accipiť pro proprietatibus perſonalibus. i. quæ perſonas conſtituunt, & diſtinguūt, vt ſunt paternitas, filiatio, & ſpiratio paſſiua, & hoc modo accipiť in Symbolo Athanaſij, & ſimilibus locutionibus, cum dr̄. Alia eſt enim perſona Patris, &c.

## DISTINCTIO. XXVI. Quæſt. Vnica. Pag. 621.

*Conſtituunturne perſonæ diuinæ relationibus originis?*

### Resolvtio.

Tres fuerunt Theologorū circa hanc materiam opiniones. Prima aſſerit diuinas perſonas ſeipſis conſtitui: Altera vero ꝙ cōſtituanť per proprietates abſolutas aſſeuerat. Tertia eſt, ꝙ perſonæ diuinæ conſtituanť, & diſtinguntur ꝑ proprietates relationis: Et hæc eſt cōmunior, vſitatior, ac ſacræ ſcripturæ magis conſona, qñquidem authoritates ſcripturæ exprimentes perſonas diuinas, eas nominibus relatiuis exprimūt, vt in hoc loco. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & in illo. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo, Pater, &c. Non eſt aūt (aſſertore Dionyſio) audendum aliquid

*Perſonæ diuinæ relationibus conſtituuntur.*

*Matt. vlt. Ioan. vlt.*

dicere de ſuperſubſtantiali occulta diuinitate, ꝑter ea q̄ nobis ex ſacris eloquijs ſunt expreſſa. Huic quoq; aſſertioni ſubſcribunt patres veteres, vt Boetius dicens, Subſtantia cōtinet vnitatē. i. vna relatio multiplicat trinitatem. i. ſunt duæ relationes originis trinitatē cōſtituentes, & alibi. Perſonæ diuinæ non diſtinguunť, niſi penes alium, & alium modū habendi eandem naturā. Auguſtinus: Singulę perſonæ nullo modo ad ſe dicuntur, id eſt, non ſunt abſolutæ, ſed ad inuicē. i. ſunt relationes. Damaſcenus, Et quoniam Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſecundū omnia vnum ſunt, præter ingenerationem, & ḡnationem & proceſſionem, & Idem: In his ſolis enim hypoſtaticis, hoc eſt, perſonalib. proprietatibus, ab inuicem differunt hæ ſanctæ tres hypoſtaſes. Anſelmus de proceſſu Spiritus Sancti dicit, ꝙ in diuinis oīa ſunt vnū, vbi non obuiat relationes oppoſitio. Obſerua aūt vt plane noueris vim conſtitutiuam harum relationum, ꝙ relatio non conſtituit perſonā inquantū dicit habitudinē. i. ad reſpectum terminum, ſed ad fundamentū, quia habitudo ad terminum eſt ad extrinſecū, habitudo vero conſtitutiui eſt ad intrinſecū. Deinde relatio ſecundū ſuam quidditatem non conſtituit perſonam, ſed per ſuam propriā paſſionē, patet quia per ſuā quidditatem eſt ad aliud. Vis autem conſtitutiua non conuenit ei ꝑ ſe primo, ſed ꝑ ſe ſecundo, tanquam eius paſſio. Ad hæc relatio non conſtituit perſonā inquantum relatio, quia ſic oīs rela-

*Lib. 1. de diuin. nomi.*

*In fin. lib. de tri.*

*Lib. 12. de tri.*

*Lib. 5. de tri. c. 1.*

*Cap. 1.*

*Relatio quomodo perſonam conſtituit.*



relatio conſtitueret, nec inquantum paternitas, filiatio, aut ſpiratio, quia hæc etiam in creaturis reperiunť ſine vi conſtitutiua, vt inquantum diuina, nam hoc modo omnis relatio diuina (vt identitas æqualitas, conſtitueret perſonam, qđ conſtat eſſe falſum de ſpiratione actiua, vt inquantum propria, qa prioritas originis, q̄ eſt propria patri, non conſtituit perſonam patris. Sed quatuor requirunť conditiones, vt relatio perſonā conſtituat: Prima quòd relatio ſit formaliter inſiſtens, id eſt, habeat eſſe in diuina eſſentia, vt ſit eadem illi. Nō enim duo poſſunt formaliter vnum conſtituere, niſi vnum ſit in alio: Ideo non ſufficeret ꝙ eſſet cōſiſtens, id eſt, ſui exiſtens, vel aſſiſtens. Secunda quòd ſit ſubſiſtens, relatio enim inherens nō conſtituit ſuppoſitum, cum adueniat iam ſubſiſtenti. Tertia quòd ſit propria vni perſonæ, ſi enim communis eſſet duabus (vt ſpiratio actiua) aut plurib. (vt æqualitas, ſimilitudo) non conſtitueret perſonam. Quarta ꝙ ſit adueniens perſonę. Obſerua præterea quod relatiua ſunt ſimul nata, hoc eſt, nequeunt eſſe ſine ſe inuicem abſq; contradictione, quia relatio requirit duo extrema vt ſit, ſecus eſſet ad ſe, & quid abſolutum. Relatiua etiam a ſe inuicem reipſa diſtinguuntur. Hoc quoque modo diuinę perſonę ſunt ſimul nata, quia includit contradictionem vnā eſſe ſub alia & diſtinguunť realiter ad inuicem, quia nihil ſeipſum producit ſecundū Auguſtinum, nec ꝑpea ſubſequitur diſtinctio eſſentiæ, in qua ſubſiſtunt, quia

*Lib. 1. de tri. c. 1.*

idem illimitatum pōt eſſe fundamentum oppoſitarum relationum. Relatio aūt ſit eadem reipſa eſſentiæ diuinę, & ab ea formaliter remanet diſtincta. Nam relatio non eſt formaliter eſſentia, vnde Auguſtinus, ſi eſſentia eſt ad aliud, iam nō eſt eſſentia, conſimiliter ſi relatio eſt ens ad ſe formaliter, nō eſt relatio. Cum igitur relatio non eſt eadem formaliter cū eſſentia, ſufficit ad diſtinctionē perſonarum ſine diſtinctione eſſentiæ. Adde ꝙ & aliæ opiniones ſupradictæ nullā habent veriſimilitudinem, de prima conſtat. Quæcunque enim non ſunt primo diuerſa, ſed in aliquo conueniunt, nō ſeipſis primo diſtinguunť, qa ipſis aliud eſt in quo conueniunt, & aliud in quo diſtinguunť, atqui diuinæ perſonæ non ſunt primo diuerſæ (conueniunt enim in eſſentia) ergo non ſeipſis totis diſtinguunť. Quod ſi obijcias perſonam adeo eſſe ſimplicem, ſicut eſſentia. Eſſentia aūt ſeipſa primo diſtinguitur a quocunque alio, ergo & perſonæ. Reſpondetur, quamuis perſona ſit ſimplex, nihilominus duo includit, eſſentiam videlicet & relationē, quorum vnū non eſt formaliter alterum, nam vnū eſt cōicabile, videlicet eſſentia, Alterū vero, nempe perſona incōicabile, & ſic vno poteſt diſtingui. i. eſſentia ipſa, & non altero. De ſecunda opinione, ꝙ ſit abſurda patet, quidquid eñ abſolutum in diuinis eſt perfectio ſimpliciter (omne enim tale denotat perfectionem, & nulla eſt in diuinis perfectio niſi ſimpliciter) ſed nulla proprietas perſonalis poteſt eſſe per-

*Lib. 7. de tri. c. 2.*

ECA UNIVERSITARIA
S.A.

perfectio ſimpliciter, quia oĩs perfectio ſimpliciter eſt cõ munis tribus, & nulla perſonalis proprietas eſt cõis tribus, igitur ꝓprietas perſonalis nequit eſſe quid abſolutum. Præterea, quidquid eſt abſolutum in diuinis eſt formaliter infinitum (omne enim tale dicit quantitatem virtutis in creaturis, qua non poteſt carere diuina natura.) In diuinis autem non eſt vlla quantitas virtutis niſi infinita, ſed nulla proprietas perſonalis eſt formaliter infinita (nã ea priuaretur aliqua perſona diuina formaliter infinita) ergo nec abſoluta. Itaq; reliquũ eſt, vt dicamus diuinas perſonas non conſtitui, aut diſtingui abſolutis, ſed relationibus.

## DISTINCTIO XXVII. Quæſt I. Pag. 661.

*An verbum creatum ſit actualis intellectio.*

RESOLVTIO.

*Verbũ noſtrũ quid ſit.*

VErbum noſtrũ haud dubie eſt actualis intellectio, & notitia producta à memoria perfecta repræſentans diuinum verbum. Hæc autẽ ratio intelligitur ex Auguſtino. Ait enim, formata quippe cogitatio ab ea re, quã ſcimus verbum eſt, à cognoſcẽte ſiquidem, (vt idem aſſerit) & cognito paritur notitia. Conſentit ſibi, dicens: Cogitatio quippe noſtra perueniens ad illas quod ſcimus, atque inde formata verbum noſtrum eſt. Eſt autẽ duplex verbũ, videlicet imperfectũ, qđ eſt notitia cõfuſa, & perfectũ, quod eſt notitia diſtincta. Quapropter licet quælibet actualis notitia verbũ dici poſſet, idcirco ꝙ de memoria gignat, imperfecta notitia ſeu confuſa de imperfecta memoria gignatur, perinde ac perfecta de perfecta: Etiam cõfirmatur per Auguſtinũ, quod notũ eſt (inquit) verbum dicitur animo impreſſum, quantũ de memoria definiri, & proferri põt. Proprie tamen ſola notitia diffinitiua, & perfecta verbum dicitur, eo mõ quo de verbo poſt Auguſtinum in præſentia agimus; ꝙ videlicet repræſentet verbum diuinum, ait enim Nã placet mihi quod noui, & definio quid ſit intemperantia, & hoc eſt verbum eius. Porrò notitia pfecta nequit ſtatim ſemper haberi, ſed requiritur inquiſitio præuia, quia ſecundũ Philoſophum, Innata eſt nobis via procedendi a confuſo ad diſtinctum: quod plane innuit Auguſtinus, hac atque illa (inquit) volubili quadam notione iactamur, cum à nobis nunc hoc, nunc illud inuẽtum fuerit, vel occurrerit cogitatur, & tunc fit verum verbum, quando ad illud quod ſcimus peruenit, atq; inde formatur verbum eius. Illa tñ iactatio, ſeu inquiſitio (vt ſatis indicat Auguſtinus) nõ eſt gignitio verbi formaliter, ſed eũ pcedit. Eſt igitur talis ordo. Primo eſt notitia habitualis cõfuſa, ſiue ſpecies intelligibilis: Secundo eſt notitia actualis cõfuſa: Tertio ĩquiſitio & diſcurſus, circa multas ſpecies variarũ repræſentatiuas, quę virtualiter in memoria continentur: Quarto eſt notitia actualis diſtincta, quæ ĩprimit in memoria

*Lib. 15. de tri. c. 10. 15. & 24.*
*Lib. 9. de tri. c. vlt.*
*Lib. 15. de trin. c. 16.*
*Verbũ noſtrum eſt duplex.*
*9. de trin. c. 10.*
*Lib. 9. de trin. c. 19.*
*Lib. 1. phy.*
*Lib. 15. de trin. c. 15.*
*Verbũ noſtrum quo modo formatur.*



ria ſpeciem intelligibilem perfectã, & tũc memoria aſſimilat memoriæ paternæ in diuinis. Deinde ex tali memoria pfecta generatur verbũ pfectũ abſque inqſitione media inter ipſam memoriã, & verbũ, & talis cognitio verbi pfecti ex memoria pfecta aſſimilatur ꝓprie gignitioni verbi diuini ex memoria paterna. Quæres vero cũ Auguſtino an ad verbi gñationẽ cõcurrat volũtas ſine amore. Reſpondetur, ꝙ gigni amore obiecti cogniti, aut amore ipſius notitiæ nõ eſt de rõne verbi, veruntamẽ ad verbũ perfectũ cõcurrit duplex voluntatis actus. Vnus primus imperãs actũ, & ĩquiſitionẽ primã, ſine qua nõ haberet verbũ perfectũ, vt oſtẽdit Auguſtinus: Alter actus eſt cõplacẽtię in notitia iã habita, ſine quo intellectus non pmaneret in ea, & ex cõſequẽti huiuſmodi notitia nõ haberet rationẽ verbi permanentis: Illa tñ permanentia nõ eſt de rõne verbi pfecti intenſiue, non.n. eſt minus pfecta albedo vnius diei, q̃ vnius anni, non igitur actus volũtatis eſt de eſſentia verbi, nec eius cã, ſed cõcomitatur in nobis eius generationẽ propter cauſas prædictas. Si tñ verbum ſtrictiſſime caperetur, vt puta ex modo quo Auguſtinus ex cauſa pręallegata, pertractãs illud: Nemo põt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto, &c. Quia huiuſmodi dicere denotat acceptationẽ, & amorem obiecti dicti, & concepti, & vltra verbi rationem abſolute aliquid includit, nempe ꝙ tale obiectum amore proſequatur: tunc proculdubio deſideraretur actus volũtatis circa hoc obiectum. Aduerſus prædicta obijcies Auguſtinum dicentẽ: Fantaſia Cartaginis in memoria mea, eſt verbum eius: fantaſia autem ibi accipitur proprie ꝓ ſpecie intelligibili, erit igitur ſpecies intelligibilis verbum, & non notitia ipſa. Reſpondetur, hanc prædicationẽ non eſſe formalem, ſed cauſalem, reddens hunc ſenſum, ꝙ talis ſpecies intelligibilis vnà cum intellectũ eſt cauſa productiua verbi, & Auguſtinum ita intellexiſſe conſtat ex ſuis ſcriptis, cum aſſerit verbum nõ eſſe formaliter in memoria, in qua tamen eſt ſpecies intelligibilis. Huic autem ſimile eſt illud Athanaſij. Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, &c: Hæc enim duo conſtituunt ipſum hominem, & componunt phyſice, non autẽ ſunt homo, cũ homo denotet ens tertiũ ab ipſis diſtinctũ partibus.

*Lib. 9. de tri. c. 10.*
*Ad uerbũ perfectum an concurrat voluntas.*
*Lib. 9. de tri. c. ult.*
*1. Eth. c. 7.*
*1. Cor. 12.*
*De tri. c. 6.*
*Lib. 15. de tri. c. 8.*
*In Symbolo.*

## DISTINCTIO. XXVII. Quæſtio. II. Pag. 662.

*An verbum in diuinis ſit proprium perſonæ genitæ.*

RESOLVTIO.

CVM in diuinis exprimi per intellectum ſit proprietas ſecundæ perſonæ, & verbũ illud ipſum ſignificet, erit propterea mere pſonale, & ꝓprietas filij. Porrò verbũ eſt terminus concretiuus ſicut & Filius, cui⁹ abſtractũ (verbatio) nõ eſt receptum. Idem igitur ſignificãt Fili⁹ & verbũ de formali & prin-

*Verbum eſt proprietas filij.*
*Verbum eſt terminus concretiuus.*

principali ſignificato, nempe reſpectū ſecundæ perſonæ ad primam, differūtque duntaxat in connotato, verbū enim connotat notitiā actualem, cuius eſt talis expreſſio, Filius autem cōnotat naturam viuentē, in qua eſt talis relatio. Filiatio enim in ſolis eſt viuentibus. Aut dicitur verbum inquantum procedit per modum intellectus, Filius, quatenus Filius procedit a Patre per modum naturę. Obijcies Auguſtinum dicentem, verbum eſt cū amore notitię. Hæc autem omnia ſunt eſſentialia, hoc eſt, tribus competunt perſonis, igitur & verbum. Reſpondetur, Auguſtinum loqui de verbo noſtro, quod ſi ad diuinum etiam referatur, intelligit de notitia genita. Dices inſuper, Pater intelligit res ipſas ꝑinde ac Filius, igitur eius notitia dicetur verbum, & cum talis notitia ſit ipſe Pater, dicetur ipſe verbum ſicuti & Filius. Reſpondetur, non quæuis notitia Dei dicitur verbum, ſed duntaxat illa quæ eſt genita, & a generante reipſa diſtincta, notitia autem Patris ingenita eſt, nec ab ipſa diſtincta. Dices tandem, filiatio eſt proprietas conſtitutiua ſecundæ perſonæ ſecūdum Auguſtinum, nō ergo verbum, quia vnius conſtituti eſt vnum formale conſtitutiuum. Reſpondetur, non eſſe duo propria, ſed idē, quia eandē relationem ſignant verbum, & Filius, quamuis diuerſa connotent, vt diximus. Vnde Auguſtinus, Eo verbum quo Filius, & vtrunque relatiue dicitur.

*9. de Tri. cap. 10.*

*Lib. de fide ad Petrum. c. 2.*

*Lib. 7. de Tri. c. 4.*

## DISTINCTIO. XXVII. Quæſtio III. Pag. 662.

*An diuinum verbum denot et reſpectum ad creaturas.*

### RESOLVTIO.

ASſertore Diuo Auguſtino verbum & Filius in diuinis idem ſignificant, nā, Eo verbū (inquit) quo filius, Filius autē nō dicit reſpectū ad creaturas, igiĩ nec verbum. Obſerua nihilominus, quod hoc vocabulū, verbū, in diuinis denotat duplicem reſpectum Primo & principaliter ſignificat relationē expreſſi ad exprimentē, & hic reſpectus, eſt realis, & ratione huius dĩ proprietas filij: Secundo cōnotat reſpectum declaratiui ad declarata, id eſt, ſignificat reſpectum notitiæ ad illa, quę per eā cognoſcuntur, ſiue illa ſint diuina ſiue creata, quia cognoſcit verbū diuinū ipſas ꝑſonas trinitatis, eſſentiā diuinā, atq; creaturas. Auguſtinus .n. ait, quod verbum declarat ſe, & iſte eſt reſpectus rationis: Nam idē pōt habere rationē declaratiui ratione ſuijpſius. Omnis aūt reſpectus, q̄ eſt ad ſeipſum, eſt rationis duntaxat. Porro hic reſpectus nomine proprietatis ꝑſonalis, nec in perſonali ꝓprietate filij incluſus, cū ſit reſpectus rationis Inſuper omne intrinſecum in diuinis eſt ꝓpri⁹ ſimpliciter quocunque reſpectu ad creaturas. Quinimo omnis reſpectus in diuinis ad creaturas eſt communis tribus perſonis ſimpliciter, ſed aliqua Filio appropriantur propter modum ſuæ

*Lib. 7. de Tri. c. 4. Verbū non denotat reſpectū ad creaturas. Verbū duplicē ſignificat reſpectum.*

*Lib. 7. de Trin. c. 3.*



ſuæ emanationis, vt hic reſpectus, quem dicit verbum Deinde & reſpectus, quem dicit ars ad artificiatū. Vnde Auguſtin⁹. Verbum eſt ars omnipotentis Dei plena omnium rationū viuentium. Reſpectus enim artis ad creaturas, vt artificiū, eſt communis tribus, cum ſit eadem ratio, & potentia creatura triū perſonarū. Appropriatur tñ Filio propter conuenientiā cum ſua productione, Operatio ſiquidē per modū artis ad intellectum pertinet. Conſimiliter Filius per appropriationē dĩ potētia operatiua Patris. Ioānes, Omnia ꝑ ipſum facta ſunt. Propter eandē quoque cauſam ſapiētia, notitia, veritas, & cæt. Filio in diuinis attribuuntur. Hic poſſet q̄ri cur intellectus diuinus, vt eſt in Patre exprimens verbum diuinū, ſeu generās Filiū, habeat ſolā diuinā eſſentiā obiectū, vel ēt ipſas creaturas in eadē relucētes? Reſpōdetur, quòd diuina eſſentia eſt prius repræſentatiua eorū quæ ſunt ad intra, quā eorū quæ ſunt ad extra (ſic. n. loquiĩ Beatus Auguſtinus.) Quocirca in primo inſtāti naturæ, in quo ꝑſonarum emanatio cōpletur, creaturę nō relucēt in eſſentia: Et ſic Filius nō eſt notitia creaturarum, ſiue nō produciĩ per earū notitiam.

*Filio quæ re aliqua appropriantur. Lib 6 de Trini. c. vlt.*

*Ioan. 1.*

*Filius non producitur notitia creaturarum.*

## DISTINCTIO. XXVIII. Quæſtio. I. Pag. 678.

*Eſt ne ingenitum proprietas ipſius Patris?*

### RESOLVTIO.

*Ingenitū dupliciter accipitur.*

INgenitū bifariā ſumiĩ: Primo quidē denotat negationē gñationis proprie dictę, qua videlicet terminus primus, & totalis generationis accipiat eſſe, & id intelligēdo de negatione extra genus, quæ ſane dĩ tā de ente, quā nō ente, atqui hoc mō nō eſt proprietas Patris, cū & eſſentię diuinæ Spiritus ſancti, ac nō exiſtētibus cōueniat. Secūdo accipiĩ, vt ſignificat negationem generationis cōiter ſumptæ, hoc eſt, acceptæ pro ꝓductione quacūque, ſiue ſit generatio, ſiue alia productio prę exigēs generationē, qualis ꝓductio Spiritus ſancti, & hoc loquēdo de negatione in genere, id eſt q̄ cōnotat genus, ſeu poſitiuū (q̄a in diuinis genus non ꝓprie reperiĩ, nec ſpecies) in natura diuina, de qua dĩ talis negatio, & hoc pacto ingenitū idē eſt quod ſubſiſtēs nō ꝓductū. Vnde patet q̄d ingenitū hoc pacto acceptū, nō cōuenit eſſentiæ diuinæ, cū ſit per generationem Filio cōicata, nec Spiritui ſancto cū ſit productus ꝑ ſpirationē, quæ vtique generationē præexigit, ſed eſt proprietas ſolius Patris. Solus. n. Pater eſt a ſe, hoc eſt, nō ab alio ꝓductus, vnde Auuguſtinus, Pater. n. ſolus nō eſt ab alio, ideo ſolus appellatur ingenitus. Et idē ꝓfitetur alibi dicēs, nō duos eſſe ingenitos certa fides declarat. Porro hæc proprietas nō eſt conſtitutiua Patris, quia ꝑſona poſitiua nō conſtituitur proprietate negatiua. Inſuper Pater & Filius non habēt vniformiter rationem perſonalitatis, cū Filius poſitiua cōſtituatur ꝓprietate. Obijcies, oīs ꝑſonalis proprietas relationē importat, nā ſcd̄m Auguſtinū, quicquid dĩ ad ſe in diuinis, eſt cōe tribus per-

*Ingenitū eſt proprietas Patris. Lib. 15. de Trini. c. 26. 2. ad Oroſium.*

*Lib. 5. Tri.*

perſonis, ſed ingenitũ nõ ſignificat relationẽ, cũ dicat negationẽ, quę nihil ponit formaliter, Igitũ nõ eſt proprietas ꝑſonalis. Rñdetur. Non oportet quòd oĩs proprietas ꝑſonalis denotet relationẽ poſitiue, ſed ſufficit qđ poſitiue, vel negatiue. Ingenitũ aũt importat relationẽ negatiuꝰ. Si. n. relatio ſit alicui ꝑſonæ propria, & negatio ẽt talis relationis erit ẽt alij ꝑſonæ ꝓpria, & ita nõ cõis tribus. Dices, Ambroſius noluit vti hoc vocabulo, vt refert Magiſter ſententiarũ. Rñdetur, hoc fuiſſe ꝓpterea quod tẽpore ſuo nõ eſſet vſitatũ, & quia volebãt ꝑſuadere Ariani filiũ nõ eſſe Patri cõſubſtantialem, ſed alterius ſubſtantiæ eſſe Patrẽ, & alterius filiũ, quod ille ingenitus, & iſte genitus diceretur, cũ diuerſum ſit eſſe ingenitum, & eſſe genitum, vnde Ambroſius quæſtioni reſpondens dicit, ſe in diuinis ſcripturis hoc nomen ingenitus, non legiſſe. Vide Magiſtrum hac diſtinct. Nunc autẽ ab patribus eſt receptum.

*Lib. 1. de Spiritu sã cto.*

DISTINCTIO. XXVIII.
Quæſtio II. Pag. 678.

*Conſtituitne innaſcibilitas diuinam primam perſonam?*

RESOLVTIO.

Qvamuis veteres patres patrũ, aut nullã poſuerint inter ingenitũ, & innaſcibilitatẽ (q̃ ſunt Patris diuini proprietates) differentiam, quemadmodum ſatis, ſuperque ex primo huius diſtinct. cap. apud Magiſt. colligi valet. Deinde ex tertio capite, vbi citat Hilarium, qui ait, Eſt vnus ab vno, ſed ab ingenito genitus, proprietate videlicet in vnoquoque & originis & innaſcibilitatis, vbi proprietatẽ illã ſecundũ quam pater dr̃ ingenitus, vocat innaſcibilitatẽ. Nihilominus ſi plane expendant, diſtinctas habent rationes formales, quia genitum & natum in filio non ſunt idẽ formaliter, aliquid. n. repugnat natiuitati, vtpote eſſe in cauſa nõ viuẽte, quod nõ repugnat generationi in quantũ eſt generatio. Innaſcibile quoque ſecundum ſuam rõnẽ prius eſt quã ingenitũ, patet quia genitũ prius quã natum. Omne enim natum eſt genitum, ſed non ẽ cõtrario. Illud autẽ eſt prius altero, a quo non conuertit̃ ſubſiſtẽdi conſequẽtia ex poſt p̃dicamẽtis. Vbi autem poſitiuum præcedit poſitum, negatio poſterioris præcedit negationẽ prioris, ſicut non homo præcedit nõ animal. Veruntamẽ innaſcibilitas non cõſtituit Patrem. Nã (vt diximus de ingenito) ꝑſona nequit negatiue cõſtitui. Præterea, perſonæ nõ ſe habẽt vniformiter in rõne ꝑſonalitatis, nec eſſent ęque poſitiuæ, aut æque ꝑfectæ, inquãtũ ꝑſonæ, quia nõ eſt æque ꝑfecta ꝑſonalitas negatiua, ſicut poſitiua, qua filius, & Spiritus ſanctus cõſtituunt, filiatione videlicet, & ſpiratione paſſiua. Arguit̃. Damaſcenꝰ, omnia, ait, ſunt vnũ præter ingenerationẽ, & generationẽ, & proceſſionẽ, voluit igit̃ has eſſe ꝓprietates cõſtitutiuas. Rñdetur, hac dictione exceptiua (pręter) non remoueri aliquas proprietates ꝑſonales, ſed eſſentialia duntaxat.

*Ingenitũ et innaſcibilitas quomodo differant.*

*Innaſcibilitas nõ conſtituit Patrem.*

*Lib. 1. c. 7.*



Quinimo illis ꝓprietatibus tribus intelligit omnes alias, vt in generatione comprehendit Paternitatem, ſpirationem actiuam (vt eſt in Patre) & omnes proprietates patris: Et generatio complectitur filiationẽ, verbum, imaginem, & alias filij proprietates, & conſimiliter de Spiritu ſancto ſentiendũ. Quod hinc vel maxime conſtat, quia ibidem expreſſe ponit paternitatem, filiationem & proceſſionem, non igitur exiſtimabat tres priores ſolas eſſe ꝑſonarũ proprietates, aut eas eſſe ipſarum conſtitutiuas, ſed earum nomine reliquas quoque comprehendebat.

DISTINCTIO. XXVIII.
Quæſtio III. Pag. 689.

*Conſtituiturne prima in diuinis perſona poſitiua relatione ad ſecundam?*

RESOLVTIO.

Prima in diuinis ꝑſona non cõſtituitur in eſſe perſonę deitate, cũ deitas incommunicabilis non ſit, deinde nec actiua ſpiratione cũ hæc filio quoque cõpetat, nec poſtremo innaſcibilitate, quemadmodũ aſſertũ eſt reſolut. præcedẽti, cõſequit̃ igitur per locũ a ſufficienti diuiſione, eã conſtitui poſitiua aliqua ad ſecundam perſonam relatione, quæ quomodocunque nominetur, ſiue paternitas, ſiue generatio actiua, aut alio quouis nomine, perinde eſt, cũ ſit eadẽ ſecundm rem, & modo quo eſt in re, (licet ſecundum conſiderationẽ variatur) realẽ conſtituit perſonã. ſed hoc poſito, dubiũ emergit nõ vulgare, quo. n. prima ſecundã ꝑſonã ſimul ſecũ requirit, cum & eã pręcedat, & producat? Rñdetur, ꝓpterea qđ ſint correlatiua. Relatiua. n. aſſertore Ariſtotele in prædicamẽto ad aliquid ſunt ſimul natura, hoc eſt nequeunt eſſe ſine ſeinuicẽ abſque cõtradictione, ſi fuerint relatiua mutua, id eſt primi aut ſecũdi modi relatiuorũ, quia relatiuis tertij modi hæc proprietas non competit. non. n. ſequitur, ſcibile eſt, ergo ſciẽtia eſt: Sed in alijs relatiuis hoc eſt euidẽs, quia relationes illorum eſſe nequeunt ſine ſuis terminis, ſecus eſſent ad ſe, & quædã abſolute. Omne aũt prius natura abſque cõtradictione poteſt eſſe ſine poſteriori, vt animal abſque homine, ſubiectum quantũ eſt ex ſe ſine accidẽte. Cum hoc autẽ modo exiſtendi ſimul natura ſtat prioritas & poſterioritas originis, quod etiam in ipſis creatis euadit manifeſtũ. Si enim Socrates Platonẽ genuerit, Socrates vt pater ſimul eſt cũ Platone filio, & nihilominus eſt prior origine ipſo Platone. Quę res autẽ quonam pacto diuina eſſentia determinatur ad primam perſonã, vt ſit in ea primo, ſiue priuſquã in alijs. Rñdetur, quod ex ſe, & ſuapte natura, nõ per aliam proprietatem. Obſerua tamen eſſentiam diuinam prius eſſe in patre paternitate immediationis, non paternitate adæquationis, quia iſto pacto eſt in tribus perſonis primo. Et vt hoc facilius perpẽdas, exẽplũ deſume a ſole. Is. n. cũ aſcẽdit ſupra noſtrũ horizontẽ, illu-

*Pater conſtituit̃ relatione poſitiua.*

*5. Meta. c. de priori.*

illuminat in eodem inſtanti,&
primo, ideſt adæquate totum
medium, Illuminatio enim to-
tius medij eſt illius effectus tũc
totalis & adæquatus, in primo
autem, id eſt immediate, illu-
minat partẽ propinquiorẽ, &
quæ eſt verſus orientem: conſi-
militer & anima rationalis vni
tur toti corpori plene organiza
to in eodem temporis inſtanti
primo, ideſt, tanquam ſubiecto
totali, & adæquato. Primo ta-
men primitate immediationis
informat ipſum cor. (Nam pri

*Lib 16. de animalibus.*

mum quod in animali viuit eſt
ipſum cor, deinde aliæ partes)
& mediante ipſo alias partes,
perinde ac ſol mediante priori
parte medij illuminata, alias
deinde illuminat. Sic enim di-
uina eſſentia in eodem inſtan-
ti æternitatis eſt primo primi-
tate adæquationis in tribus p-
ſonis, primitate autem imme-
diationis eſt primo in patre, &
virtute illius in alijs ſuppoſi-
tis, quibus ab illo primo com-
municatur. Aduerſus prædicta
obiicies, prima pſona prius exi-

*In Proem. Metaphy:*

ſtit, quàm generet, agere enim
eſt ſuppoſiti, aſſertore Philoſo-
pho, igitur ſi conſtituatur rela-
tione ad ſecundam perſonam,
ſecunda perſona coexiſtet & ſi-
mul cum ea, & ex conſequenti
non generabitur ab ea. Reſpon
detur, has perſonas eſſe quidẽ
ſimul, ſicut vis relatiuorũ expo
ſcit, ſed nihilominus prima eſt
prior origine altera, quod ſuffi-
cit, vt eam generare poſſit. Ar-
guitur, prima perſona præcedit
generationem, igitur & ſecũda,
cum ſit terminus illius relatio-
nis. Nam extrema alicuius re
lationis neceſſario eam præce-
dunt. Diſtinguo antecedens de
generatione actiua, vel paſſiua.
De actiua falſum eſt, quia pri-
ma perſona non eam præcedit,
ſed per illam in eſſe perſonę cõ
ſtituitur. Conſtitutum enim (ſi
cut nec compoſitum partes cõ-
ponentes) non præcedit ipſum
conſtituentia. De generatione
paſſiua verum eſt. Nam quem-
admodum pater filium origine
præcedit, ſic & generationem
paſſiuam. Arguitur. Filius etiã
præcedit hanc generationẽ paſ
ſiuam, cum ſit ſimul cum patre
(quandocunque enim aliqua
ſunt ſimul, ſi vnum illorũ quid
piam præcedat, & alterũ quo-
que illud p̃cedet.) Igitur filius
non conſtituitur relatione paſ
ſiua. Negatur antecedens, & ad
eius probationem dicitur, ꝙ il-
la propoſitio. quandocunq; ali
qua ſunt ſimul, intelligitur ac-
cipiendo aduerbium ſimul &
prius & poſterius vniformiter
hoc pacto, videlicet, ꝙ ſi aliqua
duo ſint ſimul tempore, ſi vnũ
illorum ſit prius tempore ali-
quo, & alterum quoq; erit eo-
dem prius tempore, ſed ſi vnũ
illorum, quæ ſunt ſimul tem-
pore præcedat aliquid natura,
non oportet alterum illud quo
que natura præcedere. Sol.n. &
eius ſplendor ſunt ſimul tẽpo-
re, & ſol natura præcedit ſuum
ſplendorem, non autem ſplen-
dor præcedit natura ſeipſum.
Conformiter dicendum eſt de
his quæ ſunt ſimul natura, vt
pater & filius. Si enim vnum ſit
prius aliquo natura, & alterũ
quoque illo prius erit natura:
Sed ſi vnũ ſit prius origine ali-
quo, non oportet alterum etiã
origine eſſe priorem. Cũ vero
dictum eſt extrema debere præ
cedere relationem, illud procul
dubio



dubio verum eſt de relationi-
bus, quæ in prædicamento repe
riuntur, non autem de tranſcẽ
dentibus, quales ſunt iſtæ. Hæc
enim extrema non ſupponunt,
quinimo conſtituunt ſua fun-
damenta.

## DISTINCTIO XXIX.
## Quæſt. Vnica. Pag. 698.

*An principium vniuoce dicatur de principio ſumpto perſonaliter, & eſſentialiter.*

RESOLVTIO.

*Principiũ dupliciter accipitur.*

PRincipiũ ſumitur
perſonaliter ſeu
(vt alii volũt) no-
tionaliter, cũ dici
tur d̃ vna perſona
in diuinis reſpectu alterius, vt

*Lib. 4. de Tri. c. 20.*

cũ Aug. ait, patrẽ eſſe prĩcipiũ
toti[9] diuinitatis, id eſt, oĩum p-
ſonarũ aliarũ a ſe patrẽ & filiũ
eſſe principiũ Spiritus ſancti.
Eſſentiatiter vero accipit̃ cũ di
citur de tribus pſonis reſpectu
creaturarũ, ſicut cum idẽ Aug.
ait Pattem, & Filiũ, & Spiritũ
ſanctũ eſſe vnũ principiũ oĩum
creaturarũ, idcirco ꝙ vnica vir-
tute, & oĩpotentia in eis exiſtẽ-
te eas cõproducant: Quomodo-
cũque tñ dicit̃ ſemper ad aliq̃d

*Principiũ eſt nomen relatiuũ.*

ſeu deſignat reſpectũ ad aliud,
ſed differenter. Nam cum acci
pitur notionaliter, ſignat reſpe
ctum realem, hoc eſt, relatio-
nem productionis realis. Sum-
ptũ vero eſſentialiter ſignificat
relationem rationis, cũ Dei ad
creaturam (vt oſtendemus Re-
ſol. ſequenti) nulla ſit relatio
realis. Enti aũt reali, quod eſt
ſimpliciter ens, & enti rationis
quod eſt ens ſecundũ quid, ni-
hil eſt commune vniuocum:
Quocirca principium non dici
tur vniuoce de principio notio
nali, & eſſentiali, Arguitur, Se-
quitur optime, generans vel ſpi
rans, ergo principiãs, & creans,
igitur principians denotat id-
circo principium quidpiam il
lis commune. Reſpondetur nõ
accipitur vtrobiq; vniuoce, q̃a
in prima propoſitione ſignifi-
cat relationem realem, in ſecũ
da, rationis, ideo non valet, eſt
principians, ergo creans.

*Principium non dicitur vniuoce reſpectu perſonarum, & reſpectu creaturarum.*

## DISTINCTIO. XXX.
## Quæſtio. I. Pag. 700.

*Diciturne aliqua relatio de Deo ex tempore?*

RESOLVTIO.

CVm relatiua aſſerto
re Ariſtotele in p̃
dicamentis ſunt
ſimul natura, &
creaturę à Deo na
turaliter depẽdeant, relationes
ipſarũ creaturarũ ad Deũ nouę
ex tẽpore erunt, & illæ quæ in
Deo eis correſpondent, recentes
quoque, & ex tempore in Deo
erũt. His ſuffragatur Diuus Au
guſtinus dicens. Si dominus nõ
dicitur, niſi cum incipit habe-
re ſeruum, etiam iſta appella-
tio relatiua ex tempore eſt in
Deo, & cætera. Vide Magiſtrũ;
Propter relationes tamen crea-
turarum inquãtũ ſunt ad Deũ,
id eſt inquantum habent Deũ
pro termino, non eſt neceſſe po
nere alias relationes in Deo ex
tempore terminãtes iſtas, cum
etiam in creaturis relatiuũ nõ
terminet dependentiã ſui cor-
relatiui, ſecundũ relationẽ quã

*Relationes aliquæ dicuntur de Deo ex tempore.*

*Lib. 5. de Tri. c. 16.*

denotat, ſed ſub ratione abſoluti. vt termin⁹ paternitatis nō eſt filius pro formali, ſed ꝑ materiali, vt loquūtur. Poteſt nihilominus in Deo poni aliqua relatio rationis, licet illa non terminet relationes creaturarū ad Deum, noua quidem, & ex tp̄e ſicut illa quæ producitur per actum intellectus noſtri conſiderantis ipſam, & comparātis ad creaturas, vt Dominum creatorem, ſed non noua aliqua per actum intellectus ſui, quia nunquam eſt tranſitus de contradictorio in contradictorium ſine mutatione, Sed ſi diuinus intellectus nūc cōſideraret voluntatem ſuam ſub aliqua relatione, aut comparatione, ſub qua prius nō conſiderabat, eſſet trāſitus de contradictorio in contradictorium, eſſet igitur mutatio in intellectu diuino, quod eſt abſurdum. Quamuis ergo diuinus intellectus formet relationem rationis, comparans eſſentiam ſuam, ſeu voluntatem ad creaturas, nō tamen nouam & ex tempore: Nam ab æterno confert voluntatem ſuam creaturæ, licet nō pro æterno, & producit eam relationem rationis. Exempli gratia. Quemadmodum ab ęterno diuinus intellectus comparauit voluntatem ſuam, vt creatiuam, ad animam Antichriſti, vt creabilem in aliquo tempore, ſic æternaliter comparat voluntatē diuinam vt creantem ad animam Antichriſti, vt actu exiſtētem in illo inſtanti, in quo decreuit eam creare, hoc eſt ſicut Deus præuidet ab æterno creandum Antichriſtum, ſic præuidet ſe creantem illum in tali inſtāti in quo creabitur, & ſic vtraque illarum relationum rationis (quarum vna eſt potentialis, & altera actualis) eſt ęterna licet non pro æterno. Quamuis ergo aliquæ relationes rōnis ſint in Deo per actū intellectus noſtri noue & recentes, propterea tamen non ſequit̄ accidens aliquod eſſe in Deo, aut mutationem, quia ipſius naturę nihil accidit quo mutetur. Objicies autem, Quidquid de Deo dicitur eſt Deus, & ex conſequēti æternum, non igitur nouum nec ex tempore. Reſpondetur, quod quidquid eſt in Deo per identitatem, eſt quidem æternū, ſed non quidquid prædicat̄ de Deo per habitudinem alterius ad ipſum. Vnde Deus dicit̄ dilectus à nobis ex tēpore, & cognitus. Sed quæres quonam pacto igitur ponitur Deus Dominus ex tempore ſecundum Auguſtinum, ſi nulla fuerit in Deo relatio terminās per ſe nouam relationem creaturę? Reſpondetur, ꝙ ſola relatione noua, quæ eſt in creatura, & terminatur ad ipſam, ipſe denominatur, Dominus denominatione extrinſeca, quæ eſt cum denominans non eſt in denominato; veluti cum paries denominatur viſus viſione, quæ quidē non eſt in pariete, ſed in ſenſu viſus, cū ſit operatio immanēs: Eadem quoque denominatione denominatur ex tēpore cognitus à nobis, & dilectus. Quēadmodum & opus ab homine confectū dicitur humanū, non propter aliquid humanitatis, quod ſit in ipſo opere formaliter, ſed pp̄ humanitatē, quę eſt in homine, ad quē ſane ipſum opus habet habitudinē & reſpectū, ſicuti effectus ad ſuā cauſā.

*In Deo eſt relatio rōnis noua, & ex tempore.*

*Non quidquid in Deo eſt, Deus eſt.*

*Lib. 5. de tri. c. vlt.*

*Denominatio extrīſeca quid.*

His



His ſubſcribit Auguſt. dicens, quòd tēporaliter Deus incipit dici Dominus, quod antea non dicebatur, manifeſtū eſt relatiue dici, non tamē ſcd̄m accidēs Dei, quod ei aliquid acciderit, ſed plane ſecundum accidens eius (nēpe creaturę) ad quod incipit dici Dominus relatiue.

## DISTINCTIO. XXX. Quæſt. II. Pag. 700.

*Vtrum Dei ad creaturam poſſit eſſe relatio realis.*

### RESOLVTIO.

TRiplici ratione aſtrui poteſt ī Deo non poſſe eſſe realem relationē ad creaturam. Primo ex ſumma ipſius ſimplicitate, quia. n. Deus perfecte ſimplex eſt, nihil eſt in eo quod non eſt ipſe, hoc eſt quod non ſit idem ſibi, ſecus eſſet ibi compoſitio, vnde Aug. Deus ſimplex eſt qa hoc eſt quod hēt, hoc eſt quidquid eſt in Deo, eſt ipſe Deus, deinde ex perfecta eius neceſſitate. In eo. n. quod ſumme eſt neceſſariū nihil eſſe valet, niſi fuerit quoq; neceſſariū. At relatio ad creaturā neq̄ eſſe ens neceſſariū, non. n. pōt eſſe magis neceſſariū q̄ termin⁹ à quo depēdet, videlicet creatura, quę eſt contingens. Tertio ex ratione infiniti, quandoquidem in eo quod eſt ſimpliciter infinitū nihil poteſt eſſe quod non ſit idem illi, alioquin nō eſſet perfectiſſimum ſimpliciter. Sed nulla relatio realis ad creaturam poteſt eſſe eadē Deo. quod patet, quia nihil idem Deo eſt incorruptibile, ſed omnis talis relatio ad creaturam eſt corruptibilis. cum eius terminus ſit corruptibilis, nempe creatura, non enim poteſt relatio remanere realiter, ſuo termino deſinente eſſe realiter, nulla igitur relatio realis poteſt eſſe in Deo ad creaturam.

*Relatio realis ad creaturā nequit eſſe in Deo.*

*Lib. 11. de ciuitate Dei c. 10.*

## DISTINCTIO. XXXI. Quæſt. vnica. Pag. 712.

*Suntne identitas, ſimilitudo & equalitas in Deo relationes reales?*

### RESOLVTIO

AD relationem realē tria requiruntur. Primum quod extrema (fundamentū videlicet & terminus) ſint realia. Deinde ꝙ extremorum ſit diſtinctio realis. Poſtremo ꝙ huiuſmodi relatio ex natura conſurgat, & ſequatur extremorum, abſque alicuius potentiæ opere, comparantis vnum extremum alteri. Hæc autem idētitati, ſimilitudini, & æqualitati, vt ſunt in diuinis, competunt, erūt igitur reales rationes. Quod autem eis cōpetant, patet de ſingulas, & primo quidem de æqualitate, cuius fundamentum propinquū eſt vnitas magnitudinis, hoc eſt perfectionis diuinæ, infinitas videlicet; remotum vero eſt ipſa eſſentia. Deinceps extrema ſunt reipſa diſtincta, nempe diuinæ perſonæ, quæ dicunt̄ æquales. Vnde Hilarius, Similitudo ſibi ipſi non eſt. & Auguſtinus ait, quòd in filio eſt prima æqualitas (pater enim produxit filiū ſibi æqualem, &

*Relatio realis hēt tres conditiones.*

*Identitas, ſimilitudo & æqualitas ſunt relationes reales.*

*Lib. 3. de trinit. cir. fin.*

*Lib. 6 de Tri. c. 9.*

F 2 hac

hac ratione æqualitas prius eſt in filio, quàm in patre tanquã in termino, & veluti in fundamento ſi loquaris de æqualitate, qua filius eſt patri æqualis) hoc autem non eſſet verũ, ſi aliqua perſona poſſet dici ſibijpſi æqualis, tunc enim pater prius eſſet æqualis. Ad hæc huiuſmodi relatio conſequitur perſonas ex natura rei ſine operatione alicuius potentiæ eas cõparãtis, q̃a.n. pater generans filiũ cõicat eidem perfecte ſuã eſſentiam, idcirco communicat ei ẽt eandem magnitudinem infinitam, quemadmodum aſſeuerat Auguſtinus. Si dicis (inquit) eo ipſo patrem eſſe maiorem filio, quia pater genuit, cito reſpondebo, Immo adeo pater nõ eſt maior filio, quia æqualem genuit. Conſtat itaque æqualitatem in diuinis perſonis eſſe relationem realem. Conſimiliter dicendum eſt de ſimilitudine, quæ eſt in diuinis perſonis ſecundum eſſentiam & deitatẽ, quatenus eſſentia & Deitas eſt veluti quædam forma dans illi eſſe, ſeu qua pſonæ ſunt Deus: Similitudo quoque eſt inter pſonas ſecundum attributa omnia (vt ſapientiam, iuſtitiã, bonitatem &c.) quæ ſunt tanquã proprietates huius naturæ. Nã vt ait Damaſcenus, Non natura, ſed quæ circa naturam ſunt dicuntur. Hæc autem ſimilitudo ex natura rei eſt in ipſis perſonis, ſicut & æqualitas. Conſimili modo, & identitas (ſecluſa intellectus comparatione) eſt in diuinis perſonis relatio realis, & perfecta identitas, & ſufficiens extremorum diſtinctio. Vnde non reperitur pfecta idẽtitas niſi in diuinis. Socratis.n. ad ſeipſum non eſt perfecta idẽtitas, quia rationis tantum ad Platonem, ob id quod fundamentum non ſit vnum numero, ſed ſpecie tantum. Contra aſſerta obijcies Auguſtinum dicentem cum quæritur ſecundũ quid æqualis ſit patri filius, Reſpondetur, non ſecundum hoc q̃ ad patrem dicitur filius eſt æqualis patri: reſtat igitur, vt ſecundum illud quod ad ſe dicitur, ſit æqualis, id eſt ſecũdum ſubſtantiam, ergo æqualitas nõ dicitur ſecundum relationem. Reſpondetur, quod perſonæ diuinæ ſunt æquales ſecundũ eſſentiam fundamentaliter, non autem formaliter.

*Cõtra Maximinum. lib. 3. ca. 18. 19. & 20.*

*Cap. 5.*

*Lib. 5. de tri. cap. 6.*

## DISTINCTIO. XXXII.
### Quæſtio. I. Pag. 720.

*An Pater, & Filius diligant ſe Spiritu ſancto.*

RESOLVTIO.

AMor in diuinis eſt haud dubie eſſentialis perfectio tribus videlicet communis perſonis aſſertore Auguſtino, Ait.n. quidquid ſecundum qualitates in illa ſimplici natura dici videtur, ſecundum eſſentiam, eſt intelligendum, vt bonus, magnus, immortalis, ſapiens, diligens, eodem ſiquidem amore Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſe & creaturas diligunt, appropriatur tamen Spiritui ſancto, perinde ac omnia, quæ ad voluntatem pertinent, & id quidem propter modum ſuæ emanationis, quia Spiritus ſanctus procedit per modum amoris, vt puta per actum ſpirãdi. Quocirca in

*Amor in diuinis eſt quid eſſentiale. lib. 15. de tri. cap. 5.*



in hac locutione (Pater, & filius diligunt ſe Spiritu ſancto) diligere ſumit̃ partim eſſentialiter, & partim notionaliter. ſignificat, n. amorem appropriatum Spiritui ſancto connotando eius productionẽ, quatenus enim actus ille amoris hẽt pro obiecto mediũ, Deũ ipſum, ſed & creaturas oẽs, eſt quid eſſentiale: inquantum vero connotat productionẽ ſpiritus ſancti, eſt notionale. Senſus proinde p̃dictæ locutionis eſt iſte, Pater & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto, Pater, & Filius producunt S. ſ. qui appropriate eſt amor oĩs neceſſario amati, & in hoc ſenſu eũ admittit beatus Auguſtinus. Manifeſtũ eſt inquit, q̃ non aliquis duorum eſt, quo vterq; coniungit̃, quo genitus a gignente diligat̃, genitoremque ſuum diligat.

*Lib. 6. de tri. c. 5.*

## DISTINCT. XXXII.
### Quæſtio II. Pag. 720.

*Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita.*

RESOLVTIO.

HÆc quæſtio vt ait Auguſtinus mouetur, ppea q̃ dixerit Apoſtolꝰ Chriſtum Dei virtutẽ, & Dei Sapientiã, pro qua explicanda obſeruandum eſt in primis, quòd vna eſt ſapientia patris, filij & Spiritus ſancti, ſicut vna eſſentia, quia ſapientia in illius naturæ ſimplicitate eſt eſſentia, Quocirca Pater, Filius & Spiritus ſanctus ſapiunt eadem penitus ſapientia: Nam ſi eſſet alia, & alia, neutra eſſet perfectio ſimpliciter: Sic in tribus perſonis diuinis. Nihilominus, quamuis ſapientia ſignificet perfectionem eſſentialem, ſeu perfectionem ſimpliciter, (vt dicunt) aliquando tamẽ pro perſona capitur, potiſſimũ cum hę determinationes (genitum, & ingenitum) illi adhibẽtur, vt cum dicitur in diuinis eſſe ſapientia ingenita, & ſapientia genita, genitum enim & ingenitum perſonas diſtinguunt, manente eadem prorſus ſapiẽtia eſſentialiter dicta, perinde ac diſtinguuntur Deus genitus, & ingenitus, manente oĩno eadẽ deitate: Licet proinde hæc propoſitio, Pater eſt ſapiens ſapiẽtia genita, in ſenſu diuiſionis ſit vera, reddens hũc ſenſum, Pater eſt ſapiens ſapientia, & illa ſapientia eſt filius, qui eſt genitus: Nihilo ſecius in ſenſu compoſito, & ſimpliciter, eſt falſa. Nã aut ſapiẽtia accipit̃ pro ſuo proprio ſiguicato, vt puta pro perfectione eſſentiali, & hoc mõ conſtat illam eſſe falſam, quia nulla pfectio eſſentialis in Deo genita eſt ſimpliciter q̃a omnis talis præuenit gñationem actiuam. Aut ſumitur pro perſona filij, & hoc quoque pacto falſa eſt, quia filius non eſt patri forma, aut principium ſapiendi, quod tamẽ denotatur per illam propoſitionem. Adde etiam & rationem Auguſtini, quam ponit Magiſter, in diuinis hoc eſt eſſe, quod ſapere. Igitur ſi ſapientia, quam genuit Pater, cauſa eſt illi vt ſapiens ſit, etiam vt ſit ipſa illi cauſa eſt, hoc autem eſt abſurdum, alioquin ſapientia genita non eſſet a patre, ſed ab ipſa eſſet Pater. Quamobrẽ

*Lib. 6. de tri. c. 1. 1. Cor. 1.*

*Li. de tri. cap. 1.*

*Lib. 1. retractat. c. 26. Lib. 83. q. 23. Tomo. 4.*

Diuus Auguſtinus corrigit, qđ dixerat, aſſeuerans patrem eſſe ſapientem, ea quam genuit ſapiẽtia. Obſerua præterea, vt exacte noueris vſum locutionum, quibus Patres hanc explicant materiam, quòd dicere varie accipit̃, primo eſſentialiter. i. vt cõpetit tribus perſonis, & hoc bifariam: Vno modo, vt ſignificat intelligere, & ſic Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſunt, vnum dicens. i. vnũ intelligẽs, & hoc modo accipit̃ ab Anſelmo, qui ſic ait, Nihil aliud eſt ſummo Spiritui dicere, quàm quaſi cogitando intueri. Altero modo accipit̃ pro declarare formaliter, conueniens ẽt trib. perſonis, quib. n. perſona (cum ſit notitia infinita) eſt declaratiua oĩs declarabilis, q̃nquidẽ notitia actualis eſt declaratiua obiecti, Appropriatur nihilominus filio, ob id ꝙ producat̃ ꝑ modum notitiæ: Vnde Auguſtinus. Si enim (inquit) hoc verbum, quod nos proferimus tẽporale, & tranſitorium eſt, ſeipſum oſtendit, & illud de quo loquimur, quanto magis verbum Dei per quod facta ſunt omnia? Secundo capitur mere naturaliter, ſeu perſonaliter, & idem eſt ꝙ gignere: Et iuxta hanc acceptionem ait Richardus, ꝙ ſolus pater dicit, & Auguſtinus dicens, ꝙ pater dicit verbum, in quo omnia diſpoſuit. Tertio ſumitur partim eſſentialiter, & partim notionaliter, ſiue perſonaliter. & ſignificat declarare. Nõ quidẽ quatenus declarare conuenit alicui formaliter, ſed principiatiue, & ſecundum hanc acceptionem ait Auguſtinus, quòd pater dicit verbo, hoc eſt producit verbum, qui appropriate eſt notitia declaratiua ſeu manifeſtatiua omnis declarabilis Quam uis autem pater non ſit ſapiens ſapientia genita, filius ñ conceditur eſſe ſapiens ſapientia ingenita, non quidem formaliter, ſed principiatiue (ſic enim loquuntur) hæc. n. propoſitio hunc habet ſenſum, filius productus eſt a patre, qui eſt ſapiẽtia ingenita, a quo hẽt, vt ſit ſapiens, nihil enim filius a ſe habet, ſed omnia a patre pæternam recipit generationem.

*Dicere uarie capitur.*

*Monoteſſ. c. 63.*

*Lib. 7. de tri. c. 3.*

*Lib. 6. de tri. c. 11.*

*Lib. 7. de tri. c. 1.*

*Filius eſt ſapientia ingenita.*

## DISTINC. XXXIII. & 34. Quæſt. Vnica. Pag. 727.

*Quænam eſt diſtinctio inter eſſentiam, perſonas, & perſonales proprietates in diuinis?*

### RESOLVTIO.

Quemadmodũ diffuſe traditum eſt diſtin. 2. & 26. hæc quidem ſunt eadem re ſeipſa, & ſimpliciter, nec aliter eſſe põt, propter perfectam ſimplicitatem diuinam, quæ cõſequitur ex perfectione infinita illius naturæ quæ efficit, vt quæcunque in ea ſunt, ſint illi realiter eadem. Vnde Auguſtinus, quidquid eſt in Deo, eſt ipſe Deus. Diſtinguuntur autem formaliter adinuicem, propter varias realitates, ſeu conceptus, quos denotant. Vnde & Magiſter, Tres perſonæ ſunt eiuſdem naturæ, & eadem natura, non tamen diffitemur aliquam diſtinctionem habendam fore, ſecundum intelligentiæ rationem, cum dicitur hypoſtaſis, & cum dicitur eſſentia, quia ibi ſignificatur, quod eſt commune tribus, hic vero non. Eſt tamen hypoſtaſis eſſentia, & e contra. Fatemur ergo, inquit, vnum atque idem eſſe tres perſonas ſecundum eſſentiam, differentes autem proprietatibus.

*Eſſentia perſona et proprietates in diuinis diſtinguuntur.*

*Diſ. 34. d.*



## DISTINCTIO. XXXV. Quæſt. Vnica. Pag. 728.

*Vtrum in Deo ſint ideæ, vel relationes aliquæ ad ſcibilia, vt quidditatiue cognita, quæ ſunt rationes cognoſcendi ipſa ſcibilia.*

### RESOLVTIO.

Pleraque ſunt hic obſeruanda, In primis ꝙ diuinus intellect⁹ duplex hẽt obiectũ, nempe primarium, quod eſt diuina eſſentia, quæ & dr̃ obiectũ adæquatum ipſius, & eſt rõ, ſeu cauſa cognoſcendi quodcunq; intelligibile, & ſecundarium, quod ſunt ipſæ creaturæ cognitæ, quæ in intellectu diuino ſunt obiectiuæ, quatenus ab eo apprehenduntur, & habent eſſe cognitum, quapropter ſunt obiecta terminatiua duntaxat intellectus diuini, non autem motiua. Namque ait Ariſtoteles, vileſceret diuinus intellectus, ſi ab alio a ſe cognitionem reciperet. Deinde eſt obſeruãdum diſcrimen inter cognitionem noſtram, & diuinam, quia noſtra ab obiecto dependet, ad quod refertur, ſecundum tertium modum relatiuorum, ſicut menſurabile ad menſuram in quo non eſt mutua dependentia ſeu relatio, quia hæc relatiua non dicuntur ad conuertentia, ſed obiectum eſt terminus huius dependentiæ, ſub ratione abſoluta. Intellectio autem diuina, cum ſit menſura oĩum aliorũ a ſe cognitorũ, nõ refertur ad ipſa obiecta cognita, ſed e contrario ipſa obiecta vt cognita, ad diuinam referuntur intellectionem, & ipſa eſt terminus huiuſmodi relationis, inquantum intellectio ipſa eſt abſolutum quidpiã. Quãobrem & ſi cõcedantur in Deo eſſe aliquæ relationes ad obiecta cognita, illæ tamen nõ ſunt priores obiectis cognitis, inquantum huiuſmodi, ita quod ſunt rationes, ſeu cauſæ cognoſcendarum creaturarum diſtincte. Quod ſic oñditur: Primo eñ diuinus intellectus cognoſcit eſſentiam diuinam. Secundo intelligit creaturam, & ſic ipſam producit in eſſe intelligibili, & tunc eſt relatio rõnis creaturæ intellectę ad diuinam intellectionem, ſed nulla adhuc in intellectione diuina ad creaturam. Tertio intellectus diuinus poteſt comparare ſuã intellectionem ad ipſa obiecta cognita, & ſic producere relationem rationis in ipſa intellectione, in quarto inſtanti poteſt ſe reflectere ſuper illam relationem rationis, & tunc erit cognita. Hinc igitur patet relationem rationis non eſſe neceſſariam ad intelligendum creatorem tanquam priorem creatura, vt obiectum, immo eſt poſterior. Tertio eſt obſeruandũ quòd Idea, ſecundum Auguſtinum, eſt forma, vel ratio æterna in mente diuina, ſecundum quam aliquid eſt formabile ſecundum propriam eius ratio-

*Intellect⁹ diuinus habet duplex obiectum.*

*17. Meta. Cognitio diuina differt à noſtra.*

*Idea quid ſit.*

nem: Quæ quidem definitio ſic explicatur: Deus enim cuncta producit, & producere valet, non quidē irrationabiliter, ſed rōnabiliter, habet igitur rōnē, ſecundum quam vnumquodque producit, non autem habet eandem omnium, quia, vt ait Augu. ibidem, Alia ratione cōdit⁹ eſt homo, & alia equus. Diſtinctis proinde rationib. ſingula format, & condit, & non rationibus ſumptis à reb, Nam Deus efficiendo nullo indiget alio à ſe, ergo rationibus quæ ſunt in mente diuina, ſicut cognitum in cognoſcente: Quidquid autem eſt in mente diuina, in quocunque eſſe, ſiue rei ſiue rationis per actum intellectus diuini, illud eſt æternum, & immutabile. Hinc colligit̄ ꝙ creatura, vt lapis, & homo cognita à Deo in eſſe cognito, in mente diuina eſt idea, cum p̄dicta ideæ definitio illi cōpetat, ſicut domus in mente artificis per ſpēm intelligibilem repn̄tata, eſt idea domus, q̄ conſtruit̄ ad extra. Hoc autem conſonū eſt opinioni Platonis, a quo ideæ nomen accepit Auguſt. Poſuit ſiquidem Plato Ideas eſſe rerum quidditates, quas, ſi in mente diuina poſuerit, quatenus videlicet hn̄t eſſe ibi cognitum, bene id quidem, Nam & hac in re ſubſcribit illi Auguſtinus, ſinautem eas poſuerit per ſe exiſtētes, & ſeparatas, ſicut illi Ariſtoteles imponit, male aſſeruit: Nihilominus vt liberemus Platonē Magiſtrum, & diuinum Philoſophum ab impoſtura Ariſtotelis ingrati diſcipuli, dicemus ꝙ ſi aliquan do Plato docuerit has Ideas eſſe ſeparatas, non intelligit de ſeparatione ſecundum locū, aut reali, ſed formali, & p̄ciſiua dūtaxat, Quia videlicet huiuſmodi quiditates in ſua formali rōne præſcindunt, ac abſtrahunt a ſingularibus, & a loco, & a tēpore: Sunt tamen in mente diuina, ſicut cognitum in cognoſcente, non quidem diſtincte, ſecundum rem (cum diuina eſſentia ex ſua infinita perfectione, ſit cuiuſcunq; rei producibilis repn̄tatiua) ſed diſtincte ſecundum rōnem, iuxta diſtinctionem obiectorum, q̄ a diuino cognoſcuntur intellectu, quibus aperte corrn̄det in Deo vnitas diuinæ eſſentiæ, q̄ eminenter omne continet producibile. i. identificantur ipſi diuinę eſſentiæ ſecundum rem, per ſe autem conſideratæ, ſunt relationes rationis creaturarum cognitarum, ad intellectum diuinum: Nec ponuntur in Deo, vt ſint intellectui diuino rōnes cognoſcendi creaturas, cū præexigant creaturarum cognitionem, vel formaliter ſint creaturæ in eſſe cognito, ſed ponunt̄ in Deo tanquam rōnes formandi, & producēdi creaturas. Obicies forte illud Auguſtini, Tanta eſt vis in Idæis, vt niſi ipſis intellectis ſapiens nemo eſſe poſſit. Inſuper ibidem aſſerit, quod iſtarum viſione fiet anima beatiſſima, vr̄ igitur ꝙ ſint rationes cognoſcendi creaturas, & quòd non ſint relationes rationis, quia creatura non eſt fruendum. Reſpondetur, Diuū Auguſtinum loqui de ſapientia perfectiſſima, & beatitudine totali, quam quis habere poteſt, quæ ſane non habetur, niſi eſſentia diuina perfectiſſime cognita: Diuina autem eſſentia

*Idea ſecū dum Platonem.*



ſentia non cognoſcitur perfectiſſime, niſi creaturæ, quæ in ea relucent cognoſcantur, quæ (vt iam dictum eſt) inquantū ſunt a diuino cognitæ intellectu, dicuntur Ideæ. Et in iſtis nō conſiſtit beatitudo formaliter, inquantum relationes rōnis, ſed concomitanter, inquantum ſunt eædem eſſentiæ diuinæ. Vnde Auguſtinus, Beatus eſt qui te, & illa nouit, nec pp illa beatior, eſſentialiter, licet bene accidentaliter. Intelligendum eſt igitur quòd anima harum viſione ſit beatiſſima, totali beatitudine, beato poſſibili, eſſentiali videlicet, & accidentali. Licet enim beatitudo principalis conſiſtat in eſſentia diuina, obiectiue tamen eſt aliqua beatitudo ſecūdaria, & minus principalis in creaturarum notitia.

*5. confeſſio.*

## DISTINCT. XXXVI.
Quæſt. Vnica. Pag. 738.

*An creatura inquantum à Deo cognita habeat verum eſſe eſſentiæ.*

### RESOLVTIO.

*Eſſe eſſentiæ et exiſtentiæ.*

ESſe eſſentiæ rei alicuius, nihil aliud eſt, q̄ ipſa rei quid ditas, eſt. n. illud eſſe quo dr̄, quod definitio indicat eſſe rei. Eſſe autem exiſtentiæ eſt idem reipſa cū eſſe eſſentiæ, connotans rem ipſam eſſe extra ſuam cām, hoc eſt productā eſſe in rerū natura. Eſſentia. n. & exiſtentia rei non diſtinguunt̄ realiter, nec ēt formaliter proprie, quia exiſtētia nullā dicit formalitatē. Illa aūt diſtinguunt̄ proprie formaliter, quorū eſt alia & alia formalitas, nec tn̄ ſunt idem formaliter, quia exiſtentia nō pertinet ad rōnem formalē eius, aut definitionem cuiuſcunque naturæ: Sed diſtinguuntur modaliter, videlicet ſicut modus intrinſecus a ratione formali: Siquidem exiſtentia eſt modus intrinſecus eſſentiæ ipſius rei, quia neque variat ipſam, illi adueniens. Quamuis igitur eſſentia ordine naturæ, & perfectionis exiſtentiā præcedat, nō tamen ordine durationis. Quocirca eſſentia rei creabilis non eſt æterna, aut neceſſaria, nec realis ante exiſtentiam. Vn̄ conſequitur ꝙ creatura inquantū a Deo cognita ab æterno, ſeu creatura vt eſt fundamentum relationis æternæ ad Deū cognoſcentē, non habet verum, i. reale eſſe eſſentię, Patet, q. eſſe eſſentię nō eſt magis fundamētū talis relationis q̄ eſſe exiſtētiæ, vtrumque enim eſt æqualiter ab æterno a Deo cognitum. Cognouit ſiquidem Deus æternaliter & eſſentiam, & exiſtentiam ipſarum rerum, vnde Auguſtinus ſuper Geneſi, Non aliter nouit Deus facta, quàm facienda: Sed propterea nullus aſſeuerabit eſſe exiſtentię creaturarum ab æterno fuiſſe, quare non hoc eſt admittendū de eſſentia. Nobiſcū ſentit Auguſtinus dicens, hæc viſibilia antequam fierent, non erant, qūo ergo nota Deo erant, quæ non erant? Erant in Dei ſcientia, nō erant in ſui natura. Habebunt igitur tm̄ eſſe diminutum, hoc eſt eſſe cognitum, ſiue eſſe ſecū dum qd. Quod ſi volueris hoc eſſe ſecundum quid reducere ad aliquod eſſe ſimpliciter, reducere-

*Creatura, vt a Deo cognita non habēt verū eſſe eſſentiæ.*

*Tom. 3. lib. 5. de Gen. ad literā. c. 18.*

reduceretur ad eſſe intellectionis diuinæ, ſed eſſe intellectionis non eſt formaliter eſſe illud diminutum creaturarum: Sed eſt eſſe earum terminatiue, pro quanto intellectus diuini eſt terminus relationis fundatæ in creaturis in ſecundo inſtanti, vt dictum eſt reſol. præcedenti, vel principiatiue, quatenus eſſe cognitum creaturarum eſt ab actu diuini intellectus.

DISTINCTIO. XXXVII.
Quæſt. Vnica. Pag. 748.

*Vtrum Deum eſſe præſentem ubique ſecundum potentiam, inferat ipſum eſſe ubique ſecundũ eſſentiã.*

RESOLVTIO.

*Deus eſt ubique. Pſal. 138. 2. Iſa. 66.*

IN primis Deũ vbique eſſe ſatis ſuperq; ex ſacris cõſtat literis. Ait. n. Pſaltes regius, Si aſcẽdero in cęlũ, tu illic es, &c. Iſaias, Cęlum mihi ſedes eſt, Cęlum & terram ego impleo. Accedunt & authoritates ſanctorũ patrũ, quas vide apud Magiſtrũ. Vñ & Mercurius in lib. diffinitionũ Dei. Deus eſt ſphæra intellectualis, cuius centrũ vbique eſt (id eſt omnis creatura) & circũferentia nuſquã. Eſt vero Deus vbique per eſſentiã, potentiã, & præſentiam: Per eſſentiã quidem eſt in qualibet creatura, propterea ꝙ ſit infinitus, & illimitatus. Deinde & q̃a omnis res vbicũque fuerit, per eum habet eſſe, Ipſe enim omnium eſt creator per virtutem ſuæ ſubſtãtiæ. Vnde Pſalmiſta, Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Per potentiã aũt, quia creaturã quam condidit cõſeruat in eſſe, & cum creatura vbique operatur. Per præſentiam quoque vbique eſſe dicitur, idcirco ꝙ oĩa illi nuda, & aperta sũt, omnia enim eius notitiæ præſentia ſunt. Vñ Pſalmiſta, In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Quia vero in Deo eſt cum infinitate ſumma ſimplicitas, ſic eſt in rebus omnibus ꝙ ĩ qualibet earum eſt totus, perinde ac anima eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet corporis parte, vt ait Auguſtinus. In ſanctis tamen eſt modo quodam ſpeciali & excellentiori, videlicet per gratiam eos inhabitans, veluti ſua templa. Si quis diligit me &c. Ego ſto ad oſtium &c. Excellentius adhuc fuit cũ Virgine Maria, & ex ea carnẽ aſſumendo, Dominus tecum &c. Excellentiſſime autem cũ Chriſto homine, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. In eo enim Deus habitauit nõ per gratiã adoptionis, ſed hypoſtaticæ vnionis. Verũtamen Deũ eſſe vbique per potentiam, non arguit, nec infert ipſum eſſe vbique per eſſentiã. Nam & agentia naturalia agere poſſunt in ea, quæ ab eis diſtant, nec ſunt illis per ſuã eſſentiam præſentia, vt cõſtat de piſce, qui rete detentus tremorem in manus inducit piſcatoris. Deinde & ſol in terræ viſceribus mineralia, & metalla generat: Multo magis id poſſet Deus cum ſit omnipotẽs, ſi per impoſſibile in determinato quodã eſſet loco. Obiicies Ariſtotelem dicentem, Omne agẽs eſt præſens paſſo. Reſpondetur, Id ſane verum eſſe de agentibus naturalibus, quæ per formas & naturales qualitates agunt, quibus quidem nequeũt agere in remotius, niſi prius egerint in propinquius. Sol. n. prius illuminat medium, & calefacit, quàm quidpiam in terræ viſceribus generet: Sed ita non eſt ſentiendum de omnipotentia diuina. Obiicies & Auguſtinum qui ait, Deus non eſt alicubi, quia in eo ſunt omnia. Reſpondetur Deum nõ eſſe alicubi circumſcriptiue, quẽadmodum corpora habentia dimenſionem, aut definitiue, ſicut angelici Spiritus, & humani, ſed ſua ĩmẽſitate eſt vbiq;.

*Hier. 23.*

*Cap. 1. illius diſt. propoſit. 7. de maxi. theologia.*

*Tom. 2. in epiſt. ad Hieronymũ de origine animæ epiſt. 28.*

*1. Cor. 3. & 6.*

*Ioan. 14.*

*Apoc. 3.*

*Luc. 1.*

*Coloſ. 2.*

*3. Phyſ.*

*83. q. q. 20.*



DISTINCT. XXXVIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 750.

*An ſcientia Dei reſpectu factibilium ſit practica.*

RESOLVTIO.

*Scientia practica quid requirit.*

QVemadmodum ex quarta prologi q̃ſtione conſtat, vt ſcientia aliqua dicatur practica, duo requiruntur, Primum quòd huiuſmodi ſciẽtia nata ſit electionem pręcedere: Secundũ, quod actus voluntatis, ſeu ipſa praxis conformis ſit tali ſcientiæ, ſeu dictamini intellectus recto. Deinde non ſolum notitia cõcluſionis practica, quæ eſt propinquior praxi dicitur ſcientia practica, ſed etiã notitia principiorum practicorum (in quibus virtute continetur ipſa concluſio) ac notitia q̃dditatiua terminorũ (quæ virtualiter includit ipſa principia) eſt practica, licet nõ ita ꝓprie, ſicut notitia cõcluſionis. Hæc aũt ſufficiẽter arguũt cognitionẽ contingentiũ, ſeu ſcientiã factibilium in intellectu diuino nõ eſſe practicã, q̃a talis cognitio voluntatis actũ ſubſequit̃. Quandoquidẽ omnis notitia diuina p̃cedens voluntatis actũ, eſt ei mere naturalis & neceſſaria. Quapropter ſi diuinus intellectus habuerit aliquã notitiam de praxi elicienda ante voluntatis actũ, neceſſario eã habet, & cũ eã obijcit voluntati, nequit voluntas non id velle, ſecus poſſet eſſe non recta, ſi nõ eſſet conformis dictamini recto, neceſſario igitur id vellet: Et ex conſequẽti opera trinitatis ad extra non eſſent libera, nec contingẽtia. Fatendum propterea ꝙ ante volũtatis actũ ab eſſentia diuina tm̃ offeruntur intellectui ſimplicia, & veritates neceſſariæ, quæ in ipſis includũtur terminis, Quocirca voluntas diuina prius vult contingentia, q̃ intellectus eam intelligat. Aduerſus hanc aſſertionem obijcies illud Auguſtini, Verbũ eſt ars quædam omnipotentis, atque ſapientis Dei, plena omnium rationum viuentium, & incommutabilium, atqui ars eſt habitus practicus, ergo in Deo erit ſcientia practica. Reſpondetur, quòd ars poteſt ſumi bifariam, primo pro habitu apprehenſiuo rectitudinis agendorum, licet non ſit directiuus potentiæ operantis, hoc modo ars cõceditur eſſe in Deo reſpectu factibilium. Nam poſt determinationẽ diuinæ voluntatis intellectus videt agendorum ordinẽ. Secundo accipitur pro habitu nedum cognitiuo rectitudinis agendorum,

*Sciẽtia cõtingentiũ in Deo nõ eſt practica.*

*Ars bifariam ſumitur.*

rum, ſed etiam directiuo potentiæ operantis, & ſic eſt quidam habitus practicus, ſed ſic nõ eſt in Deo. Præterea obijcies quod Ideæ, ſecundum Auguſtinum, ſunt rationes ſecundum quas formatur eſſe factibile, vnde cõſequitur in Deo eſſe notitiã practicam. Reſpõdetur quod ideæ ſunt rationes factibilia repræſentantes, ſed non continẽt virtualiter aliquã notionem practicam, ſeu dictantem de agendo, vel non agendo: Notitia autem operabilium non eſt practica, niſi principia, aut concluſionem practicam includat.

83. q. 9. 46.

## DISTINCTIO. XXXIX. Quæſtio. Vnica. Pag. 752.

*Poteſt ne cum determinata, & infallibili, & incommutabili certitudine diuinæ ſcientiæ ſtare rerum contingentia?*

### RESOLVTIO.

*Cõtingens eſſe ẽ propoſitio per ſe nota.*

ALiquod ens eſſe cõtingens eſt propoſitio primo vera, ſeu immediata, & non demonſtrabilis propter quid, idcirco qđ ens non habeat definitionẽ, cũ ſit extra genus, ꝑ quã hæc paſſio de illo in ſyllogiſmo demõſtratiuo concludi poſſit, nec poteſt per aliam paſſionem priorem demonſtrari, quia ordinem eſſe in ipſis entis paſſionibus non ſatis conſtat. Quamobrem Ariſtoteles arguens aduerſus Stoicos, qui omnia neceſſario euenire contendebant, non deducit ad aliquid impoſſibilius hypotheſi, & poſitione eorum, ſed ad aliquid ĩpoſſibile nobis manifeſtius, vt puta quod nõ oportet, nec conſiliari, nec negotiari &c. Vnde concludit negantes huiuſmodi manifeſta, indigere pœna, vel ſenſu. Nam ſecundum Auicennam, negantes primum principium, ſunt verberandi, vel igni exponendi, quouſque concedant nõ eſſe idem comburi, & non comburi, aut vapulare, aut non vapulare. Prima autem radix contingentiæ eſt voluntas diuina. Nam cum ſit prima & perfectiſſima cauſa, ſi ipſa neceſſario ageret, nulla alia cauſa agere poſſet contingenter, quandoquidem ſecunda cauſa operatur eo modo, quo a prima mouetur. Inſuper omnes effectus comproducuntur a diuina voluntate, quare ſi ipſa neceſſario agat, nullum erit contingens. Vt autem noueris quemadmodum in diuina voluntate ſit ponenda cõtingentia, rationem deſume ex noſtra. Voluntas enim noſtra, cum ſit libera poteſt ſucceſſiue velle & nolle, id eſt diligere & odire, & hoc manifeſtiſſimum eſt. Deinde cum noſtra voluntas ſit prior prioritate naturæ ſuo actu, etiam cum eſt elicitus in illo inſtanti in quo actum elicit, eſt contingentia, quia voluntas, vt prior naturaliter ipſo actu, ſic illum contingendo elicit, quod vt prior oppoſitum illius elicere poſſet. Libertatem igitur voluntatis noſtræ concomitatur potentia tam ad oppoſita ſucceſſiue, quam ad optata pro eodem inſtanti, hoc eſt quod alterutrum ſine altero ponere valeat. Quapropter propoſitio hæc, & ſimiles, Voluntas diligens Platonem poteſt eum non diligere, aut odire, diſtin-

*Lib. 1. peri hermini. c. vlt.*

*Lib. 1. Metaphy.*

*Contingentia.*

potentia



ſtinguenda eſt, nam in ſenſu cõpoſito eſt falſa, ſignificat enim quod retinens dilectionem Platonis poſſit ſimul & ſemel eũ odire, aut non diligere, tunc enim contraria eſſent in eodem ſubiecto: Et duo contraria de eodem reſpectu eiuſdem enunciarentur. In ſenſu autem diuiſo eſt vera, quia denotat voluntatẽ ſucceſſiue poſſe illis actus oppoſitos elicere. Conſimiliter de diuina dicendum eſt voluntate: Sicut enim noſtra voluntas diuerſis actibus in diuerſa ferri valet obiecta, ſic diuina voluntas vnico actu ſimplici, & illimitato in quæcunque fertur obiecta, & in nullum neceſſario fertur, præterquam in ſuã eſſentiam, nam in omnia creata contingenter fertur. Siquidem ipſa, vt prior naturaliter ſuo actu, etiam cum ipſum elicit oppoſitum elicere poſſet, nõ quidem quòd poſſit in oppoſita obiecta ſimul cõiunctim ferri, nam hoc implicat contradictionem, nec quòd poſſit in ea ſucceſſiue, hoc n. mutabilitatẽ arguit, ſed poteſt in oppoſita diuiſim, id eſt in vnum, vel in alterum. In eo. n. inſtanti, in quo vult Antichriſtum eſſe, poteſt velle ipſum non eſſe. Reliquũ eſt noſſe, quemadmodum cum rerum contingentia ſtet certitudo diuinæ ſcientiæ, ad qđ dicendum, quod diuinus intellectus aut offert ſimplicia extrema, quorum vnio in re eſt contingẽs ipſi volũtati, aut ſi obijcit complexionem extremorũ, obijcit eam veluti neutrã, hoc eſt nec veram, nec falſam, & voluntas vnam eligens partem, vt puta coniunctionem duorũ extremorum efficit, vt illud ſit determinatiue verum. Præſumptam autem determinationẽ diuinæ voluntatis, per quam cõtingens eſt determinate verum, intellectus diuinus in diuina eſſentia illam cognoſcit veritatem, & hoc quidem naturaliter, quantum eſt ex parte ipſius eſſentiæ, quia diuina eſſentia naturaliter repræſentat omnia vera, neceſſaria quidem in priori inſtanti, ante actum voluntatis: Contingentia autem ſubinde poſt determinationem voluntatis, & ſic eſſentia eſt ratio intellectui diuino omnia cognoſcendi, quia eminentiſſime, & perfectiſſime omnia continet, & certitudo cognitionis diuinæ eſt ex determinatione diuinæ voluntatis, quam diuinus intellectus nouit immutabilem, & nullatenus impedibilem. Quocirca intellectus diuinus determinate, certo, infallibiliter, ac immutabiliter omnia cognoſcit etiam contingentia. Omnia nuda &c. gloſ. id eſt, ex omni parte plene viſa. Nam quidquid eſt perfectionis in ſcientia, eſt attribuendum diuinę ſcientiæ, ſed certitudo, indeceptibilitas & cætera, dicunt perfectionem ſcientiæ, Quamobrem diuinæ ſcientiæ ſunt adſcribendę, non tamen contingentia neceſſario, quia nec ſunt vera neceſſario, ſed contingenter, & eo modo, quæ vera ſunt, ab intellectu cognoſcuntur. Cum prædicta autem certitudine diuinæ ſcientiæ ſtat rerũ contingentia: Nã ſicut voluntas poteſt non velle aliquod contingens, ſic intellectus illo modo poteſt non ſcire. Quia licet illud contingens per diuinam voluntatem ſit determi-

illos.

*Sciẽtiæ diuinæ certitudõ.*

*Hebr. 4.*

*Scientia contingentium non eſt neceſſaria.*

minatum ad eſſe, nihilominus, quia illa determinatio ( vt dictum eſt) libera eſt, & contingens, poteſt non eſſe tale contingens. Arguitur, In futuris cõtingentibus, aſſertore Ariſtotele, non eſt determinata veritas, ergo nec certa, & infallibilis notitia: Antecedens autem aſtruit, proprerea qđ ſecus non oporteret negotiari, aut de aliquo cõſiliari, cũ neceſſario illud eueniret. Reſpondetur quòd in propoſitionibus de futuro non eſt ſimilis veritas, ſicut in illis de præſenti, & præterito, quandoquidẽ in iſtis ſic eſt determinata veritas, quod alterum extremũ iam poſitũ eſt in eſſe, & inquãtũ huiuſmodi, nullo modo ſubeſt facultati ipſius cauſę: In illis autem de contingenti non eſt talis determinatio. Nã tametſi intellectui diuino vna pars ſit determinate vera, & ẽt in ſe ſit vera, nõ tamẽ ita quin ſit in poteſtate cauſæ primæ, ꝓ illo inſtanti oppoſitum ponere, & iſta indeterminatio ſufficit ad negotiãdum & conſiliandũ.

*Li.1. peri hermi. c. vlt.*

DISTINCTIO. XL.
Quæſt. Vnica. Pag.772.

*Vtrum prædeſtinatus damnari poſſit?*

RESOLVTIO.

*Prædeſtinatio quid ſit.*

PRædeſtinatio bifariam accipiẽ, Primo & proprie pro actu diuinæ volũtatis, quo rationalem creaturam ad æternam eligit vitam, ſeu decernit ac determinat ſe daturum in præſenti gratiam, & gloriã futuro. Secũdo accipitur fuſius pro actu &t intellectus diuini, pro præcognitione videlicet, quam habet Deus ſalutis electorũ, quæ quidem precognitio concomitatur, & conſequitur electionem. Quemadmodum autem dictũ eſt reſolut. præced. diuina volũtas circa ipſas creaturas libere & contingenter ſeſe habet, Quocirca contingenter ſaluãdos ꝑdeſtinat, & poſſet eoſdem non prędeſtinare, non quidem ambo oppoſita ſimul, nec ſucceſſiue, ſed vtrumque diuiſim in inſtanti æternitatis efficere poteſt: Ex quo conſequitur, quòd is qui prædeſtinatus eſt damnari poſſit, quandoquidem ob prędeſtinationem non eſt eius voluntas in bonum confirmata, vt peccare nequeat, & conformiter in peccato perſeuerare, & tandem damnari, ſed ſicut poteſt damnari, ita poteſt nõ prædeſtinari. Hæc igitur propoſitio, prædeſtinatus poteſt damnari, & ſimiles, diſtinguenda eſt, ſecundum ſenſum compoſitum, & diuiſum, In ſenſu enim compoſito falſa eſt, ſignificans eum qui prædeſtinatus eſt, manente tali prædeſtinatione dãnari, quod vtique accipere nequit, In ſenſu autẽ diuiſo vera, eſt, & dẽt explicari ꝑ has duas categoricas, Is ꝑdeſtinatus eſt, & is damnari valet, demonſtrãdo in vtraque electum ad vitã ęternam, vtraque inquã harum categoricarum vera eſt, nõ quidem, quòd duo oppoſita ſimul eſſe poſſint, aut ſibi inuicẽ ſuccedere, quia in æternitate eſt vtrumque: Sed dicuntur vera ſimul inquantum actus diuinę voluntatis cõſideratur, vt prior naturaliter, antequam tranſeat ſuper

*Prædeſtinatus poteſt damnari.*



ſuper tale obiectum ( videlicet gloriam iſti ) In illo ſiquidem priori naturaliter nõ repugnat ei eſſe oppoſiti obiecti, imò poſſet eſſe æqualiter obiecti oppoſiti. Sed obijcies, eſſe præteritũ eſt ſimpliciter neceſſariũ (Nam ſecundum Philoſophum, hoc ſolo priuatur Deus, ingenita facere quæ facta ſunt.) Atqui prædeſtinatio huius præterita eſt, cum ab æterno Deus eum prædeſtinarit, eſt igitur ſimpliciter neceſſarium hunc eſſe prædeſtinatum, & per conſequens nequit Deus eum non prædeſtinare, nec ipſe damnari. Reſpondetur, quòd hæc ratiocinatio falſum ſupponit, quia. n. imaginamur actum diuinæ voluntatis velut præteritum, non concipimus libertatẽ eius ad actũ huiuſmodi Actus autem diuinæ voluntatis non pręterit, ſed ſemper ſtat, quia inſtans æternitatis, in quo eſt talis actus ſemper præſens eſt, vnde adeo poteſt nunc Deus in inſtanti æternitatis aliquid velle, aut aliquem prędeſtinare, perinde ac ſi voluntas eius ad nihil eſſet determinata. Authoritas ꝓ inde Ariſtotelis accipienda eſt de his quę in præteritum tranſierunt, ſicut eſt actus voluntatis humanæ: Prædeſtinatio autem huius non tranſijt, quia in Deo idem prædeſtinaſſe, prædeſtinare, & prædeſtinaturum eſſe. Iſta namque verba non cõſignificant partes temporis mẽſurantis actum iſtum, ſed conſignificant nũc æternitatis mẽſurantis hũc actum, qđ nec eſt præteritum nec futurum, ſed coexiſtens omnibus iſtis. Iterum obijcies: Si prædeſtinatus damnari poſſet, hoc non eueniret, niſi per actum ſuum, poſſet igitur per actum voluntatis creatæ, diuinę voluntatis actus impediri. Reſpondetur, conſequentiam nullam eſſe, qa non poteſt ſtare determinatio diuinæ voluntatis, cum oppoſito eius, quod determinauit: Nã ſicut prædeſtinatus peccare poteſt, & damnari: Ita Deus poteſt eum non prædeſtinare, hęc enim ſeinuicem neceſſario concomitantur: Tunc autem voluntas aliqua impeditur, quando ſtat in propoſito, & non ſequitur effectus.

*Lib. 6. Ethyc.*

DISTINTIONIS. XLI.
Quęſt. Vnica. Pag.773.

*Eſt ne aliquod prædeſtinationis, aut reprobationis meritum?*

RESOLVTIO.

DIuus Auguſtinꝰ aſſerit, quod propter fidem, quam pręſciuit Deꝰ ĩ Iacob, qua ſibi eſſet crediturus, & infidelitatem in Eſau, illum prælegit, & hunc non. & alibi ait, Cui, inqt, vult miſeretur, & quẽ vult indurat: Sed hæc voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt, venit enim de occultiſſimis meritis. Sed hoc retractat, & aperte oſtendit, qđ ſi propter futura merita electus eſſet, iam non ex gratia eſſet electio, & de fide ait, illud non dixiſſem, ſi fidem inter dona Spiritus ſancti connumerare ſciuiſſem. Vide Magiſtrũ 2. cap. huius diſtinc. Henricus autem aſſeuerat bonum vſum liberi arbitrij a Deo pręuiſum, eſſe prędeſtinationis cauſam, & malum

*In epiſtolã ad Rom.*

*Lib. 8. q. 3. quæſt. 68.*

*Lib. 1. Retractat. c. 23.*

malum vſum eiuſdem etiam à Deo præuiſum, eſſe reprobationis rationem. Sed præter rationem id aſſertum videtur, cum Deus non præuideat aliquem bene vſurum libero arbitrio, niſi quia vult, & præordinat eũ bene vſurum ipſo libero arbitrio. Quandoquidem certa futurorum contingentium præuiſio ex diuinæ determinatione voluntatis eſt, quapropter non prius illud intellectus præuidet, quàm voluntas idipſum determinauerit. Adde quòd, & hæc Henrici ratio non ſit cõmunis, cum paruulis in pueritia diſcedentibus, quos non præuidet Deus bene aut male libero arbitrio vſuros, competat. Fatendum eſt igitur veluti ſacris literis magis conſonum, prædeſtinationis, & reprobationis (quatenus actus ipſe eſt à Deo) nullam eſſe cauſam. aut rationem. Hoc patet, quia nihil temporale eſt ratio æterni, omne quod in prædeſtinato aut reprobato reperitur, temporale eſt, & ipſa prædeſtinatio & reprobatio æterna, id igitur quod in homine futurum, non eſt prædeſtinationis, aut reprobationis cauſa. Huc accedit Apoſtolus, Elegit nos, inquit, ante mundi conſtitutionem. Et vocauit nos vocatione ſancta non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam, & illud Ioannis, Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos &c. Item ad Romanos, vbi argumẽtum hoc repetit altius, & fuſius proſequitur ſub exemplo Iacob & Eſau, electorum ſimul & reproborum conditionem ſic tractat, cum nondũ nati eẽnt &c. Fratres ſunt Eſau & Iacob iiſdem geniti parentibus, eodem adhuc vtero concluſi: In illis omnia paria, diuerſum tamen de illis Dei iudicium. Alterum enim aſciuit, alterum vero reiecit: Sola erat primogenitura cuius iure alter alterum præcederet, atqui illa quoque præterita iuniori defertur quod negatur maiori. Immo in aliis quoque deſtinato conſilio primogenituram videtur ſemper contẽpſiſſe Deus, vt omnem gloriandi materiam carni præſcinderet. Repudiato Iſmaele animum ad Iſaac adiicit, poſtpoſito Manaſſe Ephraim magis honorat: Cauſam ſi quæras hanc reddit Apoſtolus, Quia Moyſi dictum eſt, Miſerebor, cuiꝰ miſerebor &c. Verum ergo manet illud Auguſtini, gratiam Dei non inuenire eligendos, ſed facere. Quamuis autem prædeſtinationis non ſit ratio aliqua, quatenus eſt à Deo, nec etiam ex parte prædeſtinati aliquo modo prior iſta prædeſtinatione, propter quam illa actio diuina magis terminetur ad hunc quàm ad illum, tamẽ hoc modo eſt in reprobato aliqua reprobationis ratio. Primum ſatis aſſertum eſt, ſed nihilominus hoc quoque medio ſatis aſtrui poteſt. Omnis enim ordinate volens finem, & media conducentia ad finem, prius finem vult quàm media, qa nec media inquantum huiuſmodi appetũtur, niſi propter finem. Beatitudo autem eſt vltimus finis rationalis creaturæ. prius igitur vult illi Deus beatitudinem, quàm media ad eam perducentia, ex quo conſequens, eſt

*Prædeſtinationis, aut reprobationis nulla eſt cauſa.*

*ad Epheſ. 1.*

*1. Tim. 1.*

*Ioan. 16.*

*Hom. in Ioan. 31.*

*Reprobationis eſt aliqua ratio.*



eſt ꝙ nolit homini beatitudinẽ pp meritũ aliquod p̃uiſum. Scđm aũt, vt puta, qđ ſit aliqua cauſa reprobationis, ob q̃ vide licet ipa reprobatio ad reprobũ terminet̃, vel hinc cõſtat, qa dãnatio nõ eſt bona, niſi qa iuſta, Vnde Aug. Nõ prius eſt Deus vltor (actu intellige, vel p̃uiſione) q̃ aliqs ſit peccator (actu vel p̃uiſione.) Eſt. n. crudelitatis vel le quẽpiam nõ p̃cedẽte culpa punire. Nõ vult igit̃ Deꝰ aliquẽ dãnare, niſi ob peccatũ mortale p̃uiſum, ĩ quo vſq; ad finẽ inclusiue p̃uideat̃ permanſurus. Quare nunq̃ Deus ſine rõne ex parte reprobati, aliquẽ reprobat. Et vt hoc apertiꝰ cõprehẽdas, obſerua quatuor inſtãtia hac ĩ re. In prĩo ĩſtãti vult Deꝰ beatitudinẽ electis cõferre, & tũc circa reprobos nullũ hẽt actũ. In ſcđo decernit ſe daturũ electis gratiã, & ne adhuc qdpiã ordinat de reprobis, ſed permanẽt illi ĩ puris naturalibus. In tertio aũt ĩſtãti vult pmittere electos ſimul & rep̃bos eſſe de maſſa pditionis. Et iſte ẽ primus actꝰ diuinę volũtatis circa rep̃bos, Ex quo ſeq̃t rep̃bos futuros eẽ finaliter peccatores p̃ſuppoſitis negationibꝰ p̃dictis, vt pote ꝙ in prioribꝰ ĩſtãtibus nõ decreuerit illis gratiã, & gloriam conferre. In quarto igitur inſtanti quãdo reprobi, vt finaliter peccatores diuinæ offerũtur voluntati, Deus vult eos dãnare, & ſic eos reprobat: nec mirũ ſi alius eſt ordo p̃deſtinationis, alius reprobationis, qaoĩa bona ſunt à Deo, & ei attribuẽda. Vñ illud, Omne datũ optimũ &c. mala aũt a nobis, Iuxta illud, Perditio tua ex te Iſrael, &c. Quamobrẽ p̃deſtinare aliquem ſine cauſa congruit diuinæ bonitati, non aũt aliquem reprobare ĩ puris naturalibus, ſed vt pręuiſũ in mortali ex p̃ſenti vita diſceſſurũ. Obiicies ꝙ ſi non ſit alia p̃diſtinationis rõ, præterq̃ diuina volũtas, hĩc ſequi ipſam non eſſe liberaliſſimã optimã, propterea ꝙ non ſũme ſe cõicaret, ex quo ſi vellet oẽs ſaluarentur. Reſpondet̃, Conſequentiã nullam eſſe. quãdoquidẽ decẽs eſt, vt aliquibus gratiam & gloriã cõicet, & non aliis, vt ſic oſtendat ſe libere, & non neceſſario bona ſua liberaliter cõicare. Deinde obiicies non eſſe in Deo perſonarũ acceptionem, quapropter non potius vnum, q̃ alterum prædeſtinat, niſi prę ſuppoſita in eis quadam inæqualitate. Reſpõdetur conſequentiam quoque nullã eſſe. ſiquidem perſonæ vocabulo ſcriptura ſacra non hominẽ ſignificat, ſed quæ ĩ homine oculis cõſpicua, vel fauorem, gratiam, dignitatem conciliare, vel odium. cõtemptum dedecus cõflare ſolent. Qualia ſunt diuitię, opes, potẽtia, nobilitas, magiſtratus, patria, formæ elegãtia, & cętera hmõi. Itẽ, paupertas, inopia, ignobilitas, ſordes cõtẽptus, & ſimilia. Sic Petrus, & Paulꝰ pſonarũ acceptorẽ nõ eſſe dominũ docẽt, qa nõ diſcernit inter Iudæũ & Græcũ, quo ſolius gẽtis rõne alterũ reſpuat, amplectat̃ alterũ. Sic Diuus Iacobꝰ iiſdẽ verbis vtit̃. Scđo cap. dum vult aſſerere Deum in ſuo iudicio diuitias nihil morari. non dicitur igitur perſonarũ acceptio, niſi cum vna perſona indebite alteri præfertur, quãdo quidem perſonarũ acceptio nõ eſt in gratuitis, ſed ĩ debitis. Vn

*Lib. 11. ſuper geneſ. cap. 24.*

*prædeſtinationis & reprobationis ĩſtãtia quatuor.*

*Iaco. 1.*

*Ozee. 13.*

*Perſonarũ acceptio quid ſit.*

*Matth. 20.* de Mattheus ait, An non licet mihi facere quod volo?

## DISTINCTIO. XLII
Quæſt. Vnica. Pag. 783.

*An Deum eſſe omnipotentem naturali ratione poſsit probari.*

### RESOLVTIO.

OMni potens bifariã ſummi poteſt, Primo iuxta morem Philoſophorũ pro virtute, qua mediate, vel ĩmediate quęcunque poſſibilia produci poſſunt: Et hæc quidem omnipotentia naturali ratione aſtrui poteſt perinde
*Lib. 8. Phyſicorũ & 12. Metaphy.*
ac probatur vnam eſſe cauſam primã ſimpliciter infinitã: Sic enĩ probatur ex Ariſtotele Deũ eſſe infinitæ potentiæ, De quo vide reſol. 2. diſt. Altero modo accipitur iuxta morem theologorũ, pro virtute videlicet, quę omnem effectum immediate. ſeu ſine concurſu ſecundæ cau-
*Oĩpotẽtia Dei theologa eſt credita.*
ſæ producere valet. Et hęc omnipotentia Dei eſt pure credita in Deo, Nam ad eius notitiam nõ peruenere philoſophi: Quocirca illa theologorum regula, Quidquid poteſt prima cauſa cum ſecunda, poteſt per ſe ĩmediate, non eſt nota ex terminis, neque ex naturali ratione, ſed tantum credita. Qđ
*Li. 1. de trinit. c. 3.*
ſi obiicias Ricardum dicentem ad omnia quæ fide tenemus, non ſolum habemus rationes naturales, ſed neceſſarias, Ergo Deum eſſe omnipotentem omnipotentia Theologa (cum ſit ex fide, & ſimbolo Apoſtolico, Credo in Deum patrem omnipotentem) naturaliter cognoſci poterit. Reſpondetur, Rationes illas eſſe quidem neceſſarias, ſed non ſunt nobis euidenter notæ. Hoc etiam his mediis aſtruitur: Nam cum Philoſophi Deum poſſe contingenter & liberé agere naturali probare ratione nõ potuerint, multo minus quòd omnem effectum immediate producere
*Li. 1. phyſ.*
poſſet. Deinde ipſi habuerunt veluti pro principio, vt patet ex Ariſtotele quòd ex nihilo nihil fieret, ſaltem in ipſis generabilibus, & corruptibilibus, quare non cognouerunt Deum ſic eſſe omnipotentem, vt abſque concurſu cuiuſcunque cauſæ aliquem effectum efficere poſſet. Ideo aſſeuerant cauſam ſecundam concurrere neceſſario cum prima cauſa ad omnẽ effectum, non quidem propter aliquam perfectionem effectui addendam, ſed potius propter effectus imperfectionẽ, quatenus videlicet imperfectio, quæ in effectis reperitur, ſecundæ aſcriberetur cauſæ, & non primæ, à qua (cum ſit perfecta) nihil imperfectum immediate, vt ipſi conſtanter aſſerebant, produci poteſt.

## DISTNCTIO. XLIII.
Quæſt. vnica Pag. 786.

*An prima ratio impoſsibilitatis rei fiendæ ſit ex parte Dei, vel ex parte rei factiuius.*

### RESOLVTIO.

ERRARET dubio procul, qui imaginaretur impoſſibile eſſe vnũ ens aliquod in rerum natura, perinde ac neceſſe eſſe, vnũ eſt ens (Deus videlicet) Sed
*Impoſsibile quid ſit.*
ĩpoſſibile dicitur, ꝙ repugnantes includit partes, ſeu cõtradictoria, vt Chimære, Hircoceruus, & alia fictitia poetica. Impoſſibilitas autem earum partium, eſt ex propriis earum rationibus formalibꝰ formaliter. Ipſæ. n. quidditates diuerſarum naturarũ ex ſe formaliter repugnãt, & ſic ꝑꝑ repugnantiã huiuſmodi quidditatis, ſequit̃ impoſſibilitas totius figmẽti. Quapropter prima ĩpoſſibilitas rei fiẽdæ eſt ab ipſis q̄dditatibꝰ formaliter, & ab ĩtellectu diuino prĩcipiatiue, à quo habẽt ſuas
*Poſsibilitas rerum vnde ſit.*
rõnes formales, q̃nquidẽ cõtradictio reducenda eſt ad intellectũ diuinũ tanq̃ ad cauſam nõ contradictionis, ſed partiũ poſſibiliũ. Intellectus enĩ diuinus ſua intelligendi eſſentia quidditates rerũ intelligit, & ſic dat illis eſſe poſſibile. Eſſe enim cognitum, quod eſt in actu ſecũdum quid, concomitat̃ poſſibilitas ad eſſe ſimpliciter; Nulla eſt igit̃ potẽtia reſpectu cõtradictionis, nõ ꝑꝑ defectũ diuinę
*Lib. de caſu diaboli ca. 3.*
potentię, ſed ꝑꝑ repugnantiam rei. His cõſentit Anſelmꝰ, Quia Deus ĩgi dedit perſeuerãtiã bono angelo: Ideo bonus angelus habuit: Et non quia Deus non dedit malo angelo, ideo nõ habuit, ſed q̄a malus non accepit.

## DISTINCTIO. XL.
Quæſt. vnica. Pag. 790.

*Poteſtne Deus aliter rẽ facere quã ab ipſo ordinatum eſt fieri?*

### RESOLVTIO.

PRimum omnium hoc obſeruandum eſt, quod in agente per intellectum & voluntatem, quod quidem conformiter legi, recte agere poteſt, non tamen neceſſario ſic agit, ſed poſſet aliter agere, oportet diſtinguere potẽtiã abſolutã ab ordinata. Et ordinata quidem dicitur quatenus agere poteſt iuxta ordinem à lege præfixũ. Abſoluta vero inquantum põt agere præter illam legem, vel contra eam. Hæc igitur duplex potentia nõ ſolum eſt in Deo, ſed etiam in oĩ rationali creatura. Quamobrem aiunt Iuriſtæ quòd quis poteſt quidpiam agere de facto, hoc eſt de potentia ſua abſoluta, vel de iure, id eſt de potentia ordinata ſecundũ iura. Agens autem in cuius poteſtate non eſt rectitudo legis, quotieſcunque agit potentia abſoluta contra legem præfixam inordinate agit (ſicut cum homo agit contra legem diuinam.) Quare potentia eius abſoluta non poteſt excedere ordinatam ꝙ ſi excedat, male agit. Sed non agens illud in cuius poteſtate eſt lex & rectitudo legis, cuiuſmodi eſt Deus: Eius enim potentia abſoluta non eſt inordinata. Nam ideo aliqua lex eſt recta, quia eſt à Deo ſtatuta, quia ſi ſtatuerit alias leges, per voluntatem ſuam illę leges rectę erunt, & quod iuxta eas faceret leges, ordinate haud dubie fieret, licet non ſecũdũ ordinem prioris legis. Exemplũ deſume de principe, & eius ſubditis, ac lege ab eo cõdita. Prĩcipi. n. legẽ hanc tranſgredi ĩpune (ſaltẽ quantum ad homines) licet, potentia ſua abſoluta, non autem ſubditis hoc licet. Itẽ princeps legẽ quam ipſe ſtatuit, reuoca-

*Potentia abſoluta, & ordinata.*

re pōt, & aliam inſtituere, ſubditi vero id nō poſſunt. Sic ſummus princeps Deus ipſe leges aliquas vniuerſales ſuoptæ libero arbitrio inſtituit, vt verbi gratia, Quòd omnis glorificandus prius haberet gratiam: Et cum agit ſecundum has leges, dicitur agere potentia ordinata. Cum autem non ſubſit legibus ſuis, poteſt aliter agere, quā ab eo fuerit ordinatum, & tunc agere dicetur potentia ſua abſoluta; vt ſi ſaluet Iudam, quamuis ſit ab eo decretū, quòd q in mortali ex humanis diſcederet, damnabitur; nec ſic agēdo, inordinate ipſe aget, ſed recte, propterea quòd lex & rectitudo legis eius ſubeſt facultati: nulla namque lex eſt recta, niſi quatenus a diuina acceptatur voluntate.

## DISTINCTIO. XLV.

Quæſt. Vnica. Pag. 792.

*Vtrum Deus ab æterno voluerit creaturas.*

### RESOLVTIO.

OMnis potētia operatiua pfecta operari pōt circa proprium ſibi obiectum qđcunque, ſicuti ſenſus viſus integer quemcunque colorē intueri valet, & intellectus illęſus omne intelligibile apprehendere pōt. Cū igitur in Deo ſit volūtas, & ea dē ſumme pfecta, quia infinita, ſubſequitur quod ipſa omnē creaturā velle poſſit, non aūt ex tēpore id poteſt (ſic quod prius non voluerat) cum ſit immutabilis: Ab æterno idcirco oīa voluit, nec ipſa mutatio pōt aſcibi ipſi obiecto, quia obiectum, vt acceptatū a voluntate diuina, non habet eſſe, niſi quia eſt acceptatū ei, & quia habet eſſe in volūtate diuina, quocirca mutatio eſſet ipſius voluntatis diuinæ: Sed obijcies ex hoc conſequi in voluntate diuina fuiſſe relationes reales ad creaturas ab æterno, quod factum oſtēdimus Reſolu. diſtinct. tertiæ. Rn̄detur hoc non conſequi, quia voluntas diuina ſub ratione meræ abſoluta, eſt terminus relationis rationis quæ per ipſam diuinā voluntatē (cū & ipſa comparatiua ſit potentia, perinde ac intellectus) producitur, ſeu, vt dicunt, fundatur in creatura acceptata: Sicut & intellectus diuinus eſt terminus reſpectus rationis cognitorum ab æterno, vt dictum eſt diſt. 35. de Ideis. Hæc itaque ſumme bona Dei voluntas cauſa eſt omniū quæ fiunt, vel facta ſeu futura ſunt, quæ nulla præuenta eſt cauſa, quia æterna eſt: Ideoque cauſa ipſius quærenda nō eſt. Qui.n. cauſam eius quærit aliquid minus ea quærit, cū nihil ea mai9 ſit. Et hæc eſt ratio quā Diuus Auguſtinus adfert, illis q quærunt quare Deus voluerit mundum facere, & ſimilia dicens, quia voluit. Quod ſi pergant q̄rere quare voluerit, non alia ratio, quam ſola Dei voluntas adferri poteſt. Itaque non niſi Dei voluntas cauſa prima eſt ſanitatis, ægritudinis, præmiorum, atque pœnarum, gratiarum, & retributionum. Hæc ergo ſola eſt vn̄ ortum eſt quidquid eſt, & ipſa non eſt orta, ſed ęterna. Vide Magiſtrū. Habeamus aūt continue ob oculos illud Apoſtoli, o homo tu quis es qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit, figmentum &c.

*Voluntas Dei cauſa oīum.*

*83. q. q. 28. 1 tom. 4. et 1 lib. cōtra Manichaos.*

*C. 4 & 5. hui9 diſt.*

*Rom. 9. 1.*





## DISTINCTIO. XLVI.

Quæſtio. Vnica. Pag. 794.

*Vtrum voluntas beneplaciti Dei ſemper impleatur.*

### RESOLVTIO.

*Voluntas diuina duplex.*

DIuina voluntas bifariā accipi valet. Primo proprie, ꝑ determinatione, ſeu diſpoſitione, ac beneplacito diuinæ voluntatis, qua Deus decreuit efficaciter quidpiam fore: Et hæc vocatur volūtas beneplaciti, de qua Pſalmiſta, oīa quæcunque voluit &c. Et alibi, dixit. i. voluit, & facta ſunt, & illud Eſaiæ, Conſilium meum ſtabit. &cæt. Et illud Apoſtoli, Voluntati eius quis reſiſtit? Et illud, Vt probetis q̄ ſit voluntas Dei bona, tū illud, Nū Dei poſſumus reſiſtere volūtati? Hæc aūt ſemper implet̄, cum ſit oīpotens, & immutabilis. Quod & hac rōne aſtruit̄, Qn̄ diuina voluntas, vltima determinatione decreuit aliquid fore, illud haud dubie erit, cum diuina determinatio ſit infallibilis; ſed velle qdpiam volūtate beneplaciti, eſt poſtrema diuinæ voluntatis determinatio, quod igit̄ ſic à Deo eſt decretū, eueniet: Præterea, ſi cā vltimate ad quidpiam producendum determinata non illud producit, hoc procedit aut ex impotētia, aut quia ab alio impedit̄, aut qa mutabilis eſt, & mutat̄, priuſquā effectus producat̄; at nullū eorū in Deū cadere valet, adimpletur proinde perpetuo hoc Dei bn̄placitum. Secundo accipit̄ Dei voluntas improprie, ſecundum quādam dicendi figuram, pro ſignis voluntatis diuinæ, q̄ enumerātur ſupra, videlicet pręceptum, prohibitio, cōſilium, promiſſio, & īpletio, ſeu operatio; vnūquodque enim horum dr̄ Dei voluntas, quia iſta ſunt ſigna, & indicia diuinæ voluntatis, quemadmodum & ſigna iræ dn̄r ira, & dilectionis ſigna, dilectio appellant̄. Et dr̄ iratus Deus, & tn̄ non eſt in eo ira aliqua, ſed ſigna tm̄, quæ foris fiunt, quibus iratus oñditur, ira ipſius nominant̄; hæc idcirco vocatur volūtas ſigni, dę qua Matthęus, Fiat voluntas tua &c. Et qui facit voluntatem patris mei qui in cęlis eſt, ipſe frater meus &c. Et Pſalmiſta, Magna opera Dn̄i exquiſita in oēs volūtates eius: vbi volūtas Dei, licet ſit vnica, & ſimpliciſſima, pluraliter tn̄ dr̄, ꝓpea qđ varijs modis, ac ꝑ diuerſis accipiat̄, perinde ac ꝓ varios effectus diuinæ miſericordiæ, & iuſtitiæ idē Pſalmiſt. excellentiſſimus propheta ait, Miſericordias Dn̄i in æternum cantabo. & alibi, Iuſtitiæ Dn̄i rectæ &c. Porro hæc Dei voluntas non ſemper implet̄, multa enim contra Dei præcepta, conſilia &c. fiunt. Vn̄ Auguſtinus, Infideles (inquit) contra *Dei* voluntatem faciunt, cū eius euangelio non credunt. & illud Deuteronomij, Quis det eis talem hr̄e mentem, &c. & illud Matthæi, Quoties volui congregare &c. Cum aūt ſignum ſignato cōforme eſſe debeat, obſerua vnumquodq; p̄dictorū ſignorū volūtati beneplaciti ipſius Dei fore

*Pſal. 113. Voluntas beneplaciti qua ſit.*

*Eſaia. 46.*

*Rom. 9.*

*Voluntas beneplaciti ſemper impletur.*

*Voluntas ſigni quæ ſit.*

*Matth. 6*

*Pſal. 110.*

*Voluntas Dei quare pluralē ter dicatur.*

*Pſal. 88.*

*Pſal. 13.*

*Voluntas Dei ſignis non ſemper impletur.*

*In lib. de ſpiritu & litera ca. 33. in to. 3.*

*Deuter. 5.*

*Matth. 23.*

fore conforme, ſecundum ſenſum, qui in eis ſignis à Deo p̄uidet̃, tametſi non ſemper ſit conforme, iuxta iudiciũ ipſius hominis, cui illa ſigna p̄ñtant̃:

*Gen. 22.*

Sicut exẽpli gratia, Deus Abrahę p̄cepit, vt immolaret filiũ, nec tñ voluit, nec iō præcepit, vt id faceret, ſed vt Abrahę probaret̃ fides. Et p Iſaiam denũciauit Ezechiæ mortẽ, innuens ſecundũ exigentiam ſecundarũ cãrum cũ moriturũ eſſe, quãuis non eſſet moriturus, iuxta decretum p̄ſcientiæ Dei.

*Mattq. 8. et Mar. 1.*

Saluator quoq; in Euangelio præcepit ſanato, ne cui diceret. Ille aũt p̄dicauit vbique, intelligẽs Deum nõ iō prohibuiſſe, quin vellet opus ſuum p̄dicari, ſed vt daret formam homini humanam declinandi laudẽ. Magiſter hæc pertractat Diſtin. 45.

*1. Timot. 2.*

Prædictis repugnare vr̃ quod ait Apoſtolus de Deo, ꝙ velit oẽs homines ſaluos fieri, & tñ non oẽs cõſequuntur ſalutem æternam, quia multi ſunt vocati, pauci vero electi. Igitur Dei voluntas non perpetuo implet̃. Rñdetur, Deum quidem, quantum eſt ex ſe, velle oẽs ſalutem conſequi, & voluntate ſua antecedente, (vt loquit̃ Damaſcenus) pro quanto dat oĩbus antecedentia ad ſalutem conſequendam, vt pote naturam intellectualem, leges rectas, & adiutoria cõia ad ſalutem ſufficientia: Offert. n. oĩbus gratiam, ac bonis oẽs præuenit inſpirationibus, ſecundum illud Apoſtoli.

*Apoc. 3.*

Ego ſto ad oſtium, & pulſo, non tñ vult oẽs ſaluare voluntate conſequenti, quia eos qui in mortali diſcedunt, non ſaluat. Exẽplum deſume de principe ſtatuẽte optimas leges ſubditis, qui cupit oẽs pacifice viuere iuxta illas leges, & nullius expetit mortem, quantũ eſt ex ſe, tñ ſi quiſpiam leges tranſgrediat̃, vult illũ puniri, & mori, ſi expediat. Deinde obijcies & illud Matthæi, Quoties volui congregare filios &c.

*Matt. 23.*

Rñdet̃ conſimiliter. Diuus. n. Damaſcenus diuidit voluntatem Dei beneplaciti, in antecedentem, ſeu conditionalem, qua vult, (quãtum in ſe eſt,) oĩum ſalutẽ & abſolutam ſiue conſequentem, qua determinate vult aliquid, quod nouit certo euenturum.

*Voluntas beneplaciti duplex.*

Alium ſenſum vtriuſque loci vide apud Magiſtrum initio huius diſtin 46.

## DISTINCTIO. XLVII.

Quæſt. Vnica. Pag. 795.

*Eſt ne diuinæ voluntatis actus diuina permiſsio?*

RESOLVTIO.

Permiſſio quidẽ bifariam accipitur: Primo. n. permittere idẽ eſt, quod non punire, vt apud Matthæum, Ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis Moſes libellũ repudij, q͂a videlicet non puniebat.

*Permiſsio varie accipitur.*

*Matth. 19. cap.*

Secundo idẽ eſt, q̄d non prohibere: Vñ gloſſa ſuper illo, Iraſcimini, & nolite peccare, ait, p̄mittit q̄d neceſſitatis eſt.

*Pſal. 4.*

Tertio permittere idẽ eſt, q̄d non cohibere, ſiue nõ impedire; & hoc mõ permiſſio dr̃ ſignũ diuinę voluntatis cohibẽdi oĩs effectus, qui ſit contra p̄ceptũ Dei, vt Iudæ proditio; & ſic accipit̃ nunc, & nihil aliud eſt q̃ negatio actus diuini poſitiui, hoc eſt non velle prohibere illud fieri, & p conſequẽs nõ eſt



*Permiſsio non eſt actus poſitiuus voluntatis.*

eſt actus poſitiuus. Quod ſi obijcias Deũ volentẽ ſinere hoc fieri q̄d permittit: Rñdet̃ ꝙ nõ habet velle rectum circa illud, ſed actum reflexum, qui vult ſe negatiue hr̃e, hoc eſt non impedire. Offertur. n. voluntati diuinę hunc peccaturum, vel peccare, & ipſa voluntas primo nõ vult hoc, nec velle põt. Secundo intellectus diuinus intelligit voluntatem nõ velle hunc peccare, & tunc voluntas reflectit̃ ſupra ſe, ſeu ſupra actũ ſuum, & tunc vult ſe id nõ velle, & hoc eſt voluntarie ſinere hunc peccare. Permittere. n. hunc peccare eſt non velle hũc peccare, cũ tñ poſſet prohibere, & ſic prohibere cũ poſſit, eſt permittere. Ex hoc conſequit̃ Deũ voluntarie velle aliquẽ peccare, non tñ voluntarie primo, ſed tñ voluntarie actu reflexo.

*Ad permiſsionẽ tria requiruntur.*

Ad permiſſionem igit̃, quatenus eſt in Deo tria concurrunt, Primum q͂d nouerit illud male fieri. Nullus. n. dr̃ permittere, q̄d ignorat. Secũdum eſt, non velle malũ fieri, & iſtud nihil aliud eſt q̃ negatio actus poſitiui in voluntate. Tertium eſt velle reflexum, quo diuina voluntas vult ſe non velle malũ fieri, & rõne huius dr̃ Deus volens permittere formaliter, ſeu ipſa permiſſio ſignificat illud nõ velle, alia vero duo cõcomitanter ſe habent. Permittit aũt Deus, & quidẽ iuſte, mala fieri multiplici ratione.

*Quare Deus mala permittit.*

Primò quidẽ pp exigentiam meritorũ. Iuſtitia n. exigit, vt qui ab vno peccato nõ vult abſtinere, in aliud ruere p̄mittat̃.

Secundò, vt homo ex cõſideratione ſuæ ruinæ cautior & ſubmiſſior reſurgat, vt patet de Dauide, Petro &c. Vñ Pſalmiſta, Priuſquam humiliarer ego deliqui.

Tertiò, ad ſuæ iuſtitiæ manifeſtationẽ, q̃ in malorum punitione, proinde ac in bonorũ remuneratione relucet. Pſalmiſta, Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas.

Quartò, ad ſuæ ſapientiæ, & potentiæ manifeſtationẽ in eo ꝙ bona de malis eliciat. Vñ Auguſtinus, Deus oĩpotens cui rerum eſt ſumma p̄tãs, cum ſumme bonus ſit, nullo mõ ſineret aliq͂d mali eſſe in operib. ſuis, niſi vſq; adeo eſſet oĩpotens, & bonus, vt bñfaceret ẽt de malo.

*In enchirid. c. 11. Tom. 3.*

Itẽ in eodẽ, Melius iudicauit Deus de nobis bona facere. q̃ mala nulla permittere. Sunt enim mali in exercitium bonorũ, & ex ipſorũ malitia, & impugnatione elicit Deus victoriam martyrum, aliorumque iuſtorum coronam.

Quintò, q͂a docet Deũ gubernare creaturas ſecundũ cõditiones quas eis indidit. Vñ Augu. Deus creaturas quas cõdidit ſic adminiſtrat, vt eas p̄prios motus agere ſinat.

*Lib. 7. de ciuit. Dei.*

Sed homini liberũ dedit arbitriũ; Decet proinde vt eũ permittat delinquere, ipſe hõ ſi velit. De his vide latius Magiſtrũ diſt. 46. c. 4. & ſeq. vna cũ ſcholiis. Obijcies illud Apoſtoli, Digni ſunt morte &c.

*Rom. 1.*

In quẽ locũ gloſſa, Cõſentire eſt p̄mittere, qñ q̄s impedire põt: Sed Deus põt impedire malũ, Ergo ſi p̄mittit, cõſentit & male agit. Rñdet̃, ꝙ qñ q̄s ſic permittit malu, ꝙ nõ cohibet, vel impedit, nec trãſgreſſorẽ arguit, nec punit, cum tñ poſſit, is cõſentit, & male agit: Deus aũt licet non cohibeat malũ fieri, peccatores tñ arguit, & punit.

**DISTINCTIO. XLVIII.**
**Quæſt. Vnica. Pag. 797.**

*Vtrum voluntas creata diuina ſe conformans voluntati ſemper bene moraliter agat.*

RESOLVTIO.

*Voluntas creata diuinæ ſeſe cõformãs an bene ſempor agat.*

VOlũtas creata quãuis diuinæ voluntati ſit conformis in volito (vt loquũtur) hoc eſt ĩ actu & obiecto duntaxat, non ppea bene agit, velut ſi malus filius velit mori patrem, velit ẽt hoc Deus, vt cũ Iudæi vellent Chriſti mortem ex inuidia: Qñquidẽ, vt ait Diuus Dionyſius, Bonum eſt ex integra cã, malum vero ex ſingularibus defectib. Et Ariſtoteles aſſerit actũ non eſſe bonum moraliter, niſi concurrentibus omnib. debitis circunſtantijs. Sed quæcunque voluntas creata diuinæ voluntati conformis eſt, nedum in volito (vt aiunt) ſeu in obiecto & actu, ſed ẽt in rõne volendi, ſic videlicet, ꝙ vult illud quod diuina voluntas vult eam velle, & eo modo quo vult eam velle, tunc eſt bona & recta. Veluti cum pij fideles Chriſtũ mori volebant, pp hominis liberationem, & martyrum paſſiones, vt fides Chriſti confirmaretur, & eis præmia accreſcerent: Nihilominus etſi volũtas creata abſoluta teneatur velle abſolute voluntate deliberatiua pœnas a Deo inflictas, & cuncta quæ ſcimus Deum velle, quia ſecus repugnaret diuinę voluntati, quod nunquam licet: voluntate tamẽ conditionali ſiue quantum in nobis eſt, poteſt oppoſitum velle, vt puta ſi Deo placeret, quia ẽt diuina quantum in ſe eſt, voluntate antecedenti vellet huiuſmodi pœnas non infligere. Obijcies autem ꝙ quotienſcunque intellectus creatus diuino eſt conformis in tellectui in obiecto cognito, tunc eſt in eo veritas, Ergo etiã voluntate creata quandocunque diuinæ conformatur volũtati in obiecto, & actu, ſeu (vt loquuntur) in volito eſt bonitas. Reſpondetur, non eſſe ſimile, quia veritas intellectus creati a b obiecto duntaxat dependet, ſic ꝙ obiectum ita eſt, ſicut intelligibile ibi eſt veritas: Ab eo enim quod res eſt, vel non eſt, oratio dr̃ vera vel falſa, ſecundum Ariſtotelem. Bonitas aũt voluntatis non præciſe dependet ab obiecto præſentato acceptato, ſed ẽt a circunſtantijs, & præcipue a fine; Qñquidem omnis noſtra actio potiſſime ordinata eſt ad finem vltimum, qui eſt α & ω, principiũ & finis: Cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

*Lib. de diuinis nomi. c. 4.*

*Lib. 2. Ethic. c. 5. et lib. 3. & hic. c. 3.*

*Lib. 1 peri. herm.*

Deo gratias.

# INDEX EORVM, QVAE IN RESOLVTIONIB. PRIMI LIBRI Sententiarum FR. IOAN. DVNS SCOTI

Continentur, ſerie alphabetica diſpoſitus, in quo numerus paginam indicat, A, vero primam columnam, & B, ſecundam.


ACTVS voluntatis fruitio, vſus & actus neuter. Pag. 19. a.
Actus purus quid. 42. b.
Actus elicitus voluntatis. 15. b.
Attributa in diuinis formaliter diſtinguuntur. 44. b.
Actus meritorius. 59. b.
Actus meritorij cauſa præcipua. 60. a.
Actuum intellectus & voluntatis differentia. 19. a.
Agens primum eſt infinitum. 24. a.
Amor in diuinis eſt quid eſſentiale. 84. b.
Animæ vires ſeu potentiæ. 34. a.
Antichriſti miranda. 10. a.
Ars ſumitur dupliciter. 91. b.

B

BEati fruuntur. 21. a.
Beatitudo hominis naturaliter cognoſci nequit. 4. b.
Bonitas moralis quid ſit. 57. b.
Bruta non fruuntur. 21. b.

C

CAuſæ eſſentialiter ordinatæ. 23. a.
Charitatem infuſam homini ineſſe, cognoſci nequit. 58. b.
Charitas infuſa non eſt ſimpliciter neceſſaria. 62. b.
Charitas infuſa an ſit ponenda. 59. b.
Charitas augetur. 63. a.
Charitas quomodo augetur. 63. b.
Circumince ſſio quid ſit. 66. b.
Circumince ſſionis ratio. 66. b.
Cognitio diuina differt à noſtra. 87. a.
Communicabile bifariam dicitur. 29. a.
Communicabile aliquid dicitur bifariam. 70. a.
Corporum grauium diuerſa quies. 20. b.
Contingens eſſe eſt propoſitio per ſe nota. 92. a.
Contingentiæ cauſa. 92. b.
Creatura nulla eſt ſimplex. 42. a.
Creatura oĩs mutabilis. 45. a.

D

DEus ſub propria ratione cognoſci nequit. 29. b.
Deus naturaliter quantum ad multas perfectiones cognoſci poteſt. 29. b.
Deus non eſt a nobis primum pro hoc ſtatu cognitus. 31. a.
Deus non eſt obiectũ naturale adæqua-

adæquatum viatoris. 31.b
Deus genuit Deum. 36.a
Deus eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus. 36.a
Deus Pater volens genuit Filium. 39.a
Deus eſt ſumme ſimplex. 41.a
Deus nec aliquid de Deo dictũ, eſt in prædicamento. 43.a
Deus ſolus immutabilis. 45.a
Deus à viatore noiari põt. 68.b
D⁹ p creaturas cognoſcit. 30.a
Deus nõ eſt Mathematicus nec Philoſophus &c. 13.b
Deus eſt vbique. 90.a
Deũ eſſe an ſit p ſe notũ. 24.b
Deum vnum eſſe ex ſacris literis. 26.a
Deum vnũ eſſe naturaliter cognoſcitur. 26.b
in Deo eſt relatio rationis noua & ex tempore. 82.a
Dicere varie capitur. 86.a
in Diuinis eſt vna eſſentia, tres perſonæ. 28.b
in Diuinis ſunt duæ productiones ſolum. 28.a
in Diuinis tres ſolũ pſonæ. 28.a
Doctrina diuina quomodo primum tradita. 5.a
Doctrinæ ſupernaturali reuelatæ poteſt quis ſubinde naturaliter aſſentiri. 5.a
Donum quid ſit. 64.a
Donum eſt proprietas Spiritus ſancti. 64.a
Donum & datũ differunt. 64.a
E
Ecleſiæ ſtabilitas. 8.b
Efficiens primum eſſe. 22.b
Efficiens primum eſt intelligẽs & volens. 23.b
Eminens primum eſſe. 23.a
Ens primum omnia diſtincte intelligit. 24.a
Errorum confutatio. 6.a
Eſſe eſſentiæ & exiſtentiæ 89.a
Eſſentia diuina non eſt generãs nec genita. 37.b
Eſſentia, perſonæ, & proprietates ĩ diuinis diſtinguunt. 86.b
Euangelium quomodo credenda continet. 50.b
F
Fidei noſtræ externa teſtimonia. 10.b
Filius non producitur notitia creaturarum. 77.a
Filius generatur de ſubſtantia Patris. 37.b
Filius eſt ſapientia ingenita ſapiens. 86.b
Filius licet non poſſit generare eſt tamen patri æqualis. 67.b
Filio quare aliqua approprian tur. 77.a
Forma in creaturis habet duplicem imperfectionẽ. 44.b
Frui eſſentia ſine pſonis. 18.a
Frui vna pſona ſine aliis. 18.a
Frui quid ſit. 19.b
Frui nõ omnibus cõpetit. 21.b
Fruitur voluntas libere ſine oſtenſo. 20.a
Fruitio de facto quorũ ſit. 18.b
Fruitio dupliciter accipit. 17.a
Fruitionis ordinatę obiectum. pag. 17.a
Fruitionis in communi obiectum. 17.b
G
Generatio in diuinis eſt ſine mutatione. 37.b
Generatio in diuinis non eſt mutatio. 46.a
Generatio Filij Dei eſt æterna. 46.a
Generatio in creaturis duo denotat. 38.a
Grauium corporum diuerſa quies. 20.b
H
Habitus an coefficiat actũ. pag. 56.b
Habitus actũ cõproducit. 56.b
Habitus nõ coefficit actũ. 57.a
Habitus conditiones. 57.a
Hæreſes aduerſus ſcripturam ſacram. 5.b
Hæreſum irrationabilitas. 8.a
I
Idea quid ſit. 87.b
Idea ſecundum Platonem. pag. 88.a
Idem ſimile, & æquale quomodo accipiuntur. 65.a
Identitas ſimilitudo & æqualitas sũt relationes reales. 83.b
Imago Trinitatis in quibus cõſiſtit. 34.b
Imago Trinitatis ſecundũ Auguſtiuum. 34.b
Imago expreſſiſſima. 35.a
Imago non perfecta. 35.a
Imago imperfectior 35.b
Imago Trinitatis nequit naturaliter cognoſci. 35.b
Imaginis ratio. 34.a
Impoſſibile quid ſit. 99.a
Infinitum perfectione exiſtere non eſt demonſtrabile. 22.a
Ingenitum dupliciter accipitur. 77.a
Ingenitum eſt proprietas patris. 77.b
Ingenitũ & innaſcibilitas quo modo differunt. 78.a
Innaſcibilitas non conſtituit patrem. 78.b
Intellect⁹ duplex aſſenſus. 19.a
Intellectus eſt abſtractiuus nõ ſenſus. 30.b
Intellectus diuinus habet duplex obiectum. 87.a
Intellectio & volitio primo efficientis ſunt eadem eius eſſentia. 23.b
Intellectionis cauſæ. 33.a
L
Libertatis ratio quæ 28.a
Loci ad bona opa pbãda. 60.a
M
Mahumetis lex & eius permanentia. 9.a
Meriti ratio completa. 61.b
Meritum quid ſit. 62.a
Meritorius actus quid ſit. 60.a
Meritorij actus cauſa præcipua. 60.b
ad Merendum requiritur ſpecialis motus SS. 62.a
Miracula Antichriſti. 10.a
Miraculorum claritas. 9.a
Miraculorum verorum & falſorum differentia. 10.a
Miraculum quid. 10.a
Miſſio quid ſignificet. 54.b
Miſſio viſibilis quid. 55.b
Miſſio SS. viſibilis ĩ primitiua Eccleſia fuit neceſſaria. 55.b
Mittere tribus conuenit perſonis. 55.a
Mitti duabus ſolum perſonis competit. 55.a
N
Nomina Deo propria. 69.b
Notitia ab vtroque intellectu formatur. 33.b
Notitia præcipua cauſa. 33.b
Notum per ſe aliquid dicitur bifariam. 25.b
Numerus duplex. 71.a
Numerus proprie non eſt in diuinis. 71.a
O
Omnipotentia Dei Theologa eſt credita. 98.a
Obiectum fruitionis per ſe ſit finis vltimus. 17.a
P
Pater prius beatus quàm generet. 39.a
Pater & Filius ſunt duo ſpirantes non autem duo ſpiratores. 52.a
Pater conſtituitur relatione poſitiua. 79.a
Pater nõ generat volũtate. 58.b
Pater & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto. 84.b
Pater non eſt ſapiens ſapientia genita. 86.b

Peccator fruitur ſeipſo. 21.b
Peccator fruitur 21.a
Perfectiones diuinæ formaliter diſtinguuntur. 44.a
Permiſſio varie accipitur. 103.a
Permiſſio non actus poſitiuus voluntatis. 103.a
ad Permiſſionem tria requirun tur. 104.a
Permittit Deus mala quare. pag. 104.a
Perſonæ in diuinis ſunt æquales magnitudine. 64.b
Perſonæ diuinæ ſunt æquales in potentia. 67.a
Perſonæ diuinæ relationibus conſtituuntur. 72.a
Perſonę tres ſolũ ĩ diuinis. 28.b
Perſona q̃libet eſt in alijs. 65.b
Perſona quid ſit. 70.a
Perſona quid denotat. 70.b
Perſona cui ſimilis ſit. 70.b
Perſona in diuinis tripliciter accipitur. 71.b
Perſonarũ acceptio q̃d ſit. 75.a
Per ſe notum aliquid dicitur bifariam. 25.b
Philoſophorum diſcordia. 6.b
Poſſibilitas rerũ vnde ſit. 97.b
Poſſibile dupliciter accipit̃. 67.a
Potentia ordinata & abſoluta. 98.a
Potentia aliqua ad duo comparari poteſt. 4.a
Potentia logica. 40.b
Potentia duplex. 40.b
Potentia generandi in patre quid ſit. 40.b
Praxis quid ſit. 15.a
Practicum & ſpeculatiuum in quo differunt. 15.b
ad Practicam ſcientiam duo requiruntur. 15.a
Prædeſtinatio quid ſit. 94.a
Prædeſtinatus põt dãnari. 94.b
Prędeſtinationis & probationis non eſt aliqua cauſa. 96.a
Prædeſtinationis & reprobationis inſtantia. 95.b
Præpoſitio, de, in diuinis quid importat. 38.b
Prima cauſa plus agit quam ſecunda qũo intelligitur. 68.a
Primum eminens eſſe. 23.a
Primum efficiens eſt intelligẽs & volens. 23.b
Primum ens omnia diſtincte intelligit. 24.a
Primũ agens eſt infinitum. 24.a
Primum efficiens eſſe. 22.b
Principium dupliciter accipitur. 81.a
Principium eſt nomen relatiuum. 81.a
Principiũ nõ dicit̃ vniuoce reſpectu diuinarum perſonarũ & reſpectu creaturarũ. 81.b
Proceſſus in infinitum. 22.b
Productio eſt in diuinis. 28.a
Productiones in diuinis ſunt duæ ſolum. 28.a
Prophetiarum veritas. 6.a
Propoſitio per ſe nota. 24.b

Q

Quicquid eſt ĩ deo eſt Deus quomodo intelligit̃. 82.b

R

Relatio quomodo perſonã conſtituit. 72.b
Relatio Rationis noua & ex tẽpore eſt in Deo. 82.a
Relatio realis ad creaturam nequit eſſe in Deo. 83.a
Relatio realis habet tres conditiones. 83.b
Relationes aliquæ dicuntur de Deo ex tempore. 81.b
Reprobationis eſt aliqua ratio. 96.b

S

Sacra hiſtoria veriſſima. 6.a
Sacræ hiſtoriæ veritatem arguit mors fidelium. 7.a
Sapientia Dei non eſt in genere. 43.b
Sapientia eſſentialiter & perſonaliter capitur. 85.b
Scriptura ſacra ſufficiens viatori. 10.b
Scripturæ ſacræ veritas. 6.a
Scripturæ ſacræ rationabilitas. 7.b
Scripturam ſacram recipientium diligentia. 7.a
Scripturæ concordia. 6.a
Scribentium doctrinam & ſcripturã ſacram authoritas. 6.b
Sciẽtia practica q̃d req̃rit. 91.a
Scientia cõtingentium in Deo non eſt practica. 91.b
Scientia contingentium nõ neceſſaria. 93.b
Scientiæ diuinæ certitudo. 93.a
Scientiæ diffinitio. 14.a
Solus pater eſt Deus, an vere dicatur. 68.a
Solus dupliciter capitur. 68.a
Species intelligibilis. 33.a
Species in quibus Spiritus ſanctus apparuit a creatura factæ. 55.b
Species in quibus Spiritus ſanctus apparuit erant corporeæ. 56.a
Spiritus ſanctus procedit p̃ modum voluntatis. 47.b
Spiritus ſanctus a patre & filio procedit. 49.b
Spiritus ſanctus procedit a patre & filio vt ſunt vnũ. 52.a
Spiritus ſanctus vniformiter a patre & filio ſpiratur 52.b
Spiritus ſanctus non eſt eſt genitus. 53.b
Spiritus ſanctus & nõ ſolũ eius dona hominibus datur. 54.a
Spiritus ſanctus quo pacto fidelibus datur. 54.a
Spiritus ſanctus viſibiliter miſſus. 55.b
Spiritus ſanctus cur in ſpecie columbæ miſſus fuerit Chriſto. 56.a
Spiritus ſanct⁹ cur in ſpẽ linguarũ Apoſtolis fuit datus 56.a
Spiritus ſanctus cur in ſtatu datus. 56.a
Spiritus ſancti productio eſt neceſſaria. 48.a
Spiritus ſancti viſibilis miſſio ĩ primitiua eccleſia neceſſaria. 55.b
Subiectũ attributionis q̃d. 11.b
Subſtantia per proprietates & accidentia cognoſcitur. 69.b
Subſtantiæ duplex proprietas pag. 43.a
Summum bonum eſſe an ſit p̃ ſe bonum. 25.a
Supernaturalis cognitio aut doctrina vnde dicatur. 4.b
Supernaturali doctrinę reuelatæ poteſt quis ſubinde naturaliter aſſentire. 5.a
Suppoſitum quid ſit. 29.a

T

Teſtimonia externa fidei noſtræ. 10.b
Theologia ĩ ſe & in nobis. 11.a
Theologia duplex. 11.b
Theologia beatorum. 13.b
Theologia Dei dicitur omniũ obiectorum cognitio. 13.a
Theologia viatorum de quibus ſit. 13.b
Theologia in ſe an ſit ſcientia. pag. 14.a
Theologia non eſt ſubalternãs aut ſubalternata. 15.a
Theologia creaturarum eſt practica. 16.a
Theologia Dei an ſit practica. pag. 16.a
Theologia contingentium in ſe qualis ſit. 16.b
Theologiæ ſubiectum. 11.b
Theologiæ ſubiectum eſt Deus ſub ratione deitatis. 11.b
Tranſcendens quid ſit. 43.b
Circa Trinitatem errauit abbas Ioachim. 36.b

Veri-

V

Veritatem eſſe paucorũ. 6.a
Verbum noſtrum quid ſit. pag. 74.a
Verbũ noſtrũ eſt duplex. 74.a
verbum noſtrum quomodo firmatur. 74.b
Verbum eſt ꝓprietas filij. 75.b
Verbum eſt terminus concretiuus. 75.b
Verbum non denotat reſpectũ ad creaturas. 76.b
Verbum duplicem ſignificat reſpectum. 76.b
Ad Verbum perfectum an concurrat voluntas. 75.a
Verba cuiuſcunque temporis de Deo dicuntur. 47 a
Verba diuerſorum temporum cum de Deo dicuntur quid ſignant. 47.a
Veſtigium Trinitatis eſt in creaturis. 31.b
Viator iuſtus fruitur. 21.a
Vltimum finem eſſe. 23.a
Vnum eſſe Deum ex ſacris literis. 26.a
Vnum eſſe Deũ naturaliter cognoſcitur. 26.b
Volũtas Dei eſt cã oĩum. 101.a
Voluntas diuina duplex. 101.a
Voluntas diuina creaturas ab æterno voluit. 100.b
Voluntas diuina fruitur. 21.a
Voluntas Dei quare pluraliter dicatur. 102.a
Voluntas Dei ſigni non ſemp impletur. 102.a
Voluntas beneplaciti duplex. pag. 103.a
Volũtas beneplaciti q̃ ſit. 101.a
Voluntas beneplaciti ſemper impletur. 101.b
Voluntas ſigni quid ſit. 101.b
Voluntas antecedens & conſequens. 103.a
Voluntas libere fruitur fruire oſtenſo. 20.a
Voluntas creata diuinæ ſeſe cõformatur an ſemper bene agat. 104.b
Voluntatis actus, fruitio vſus, & actus neuter. 19.a

Explicit Index Reſolutionũ fratris Ioãnis Duns Scoti, ordinis minorum ſuper primum librum ſententiarũ, quę fuerunt diligentiſſime Recognitæ, atque emẽdatæ a R. patre Saluatore Bartolucio Aſſiſiate, Scoticarum ſpeculationum dilucidatore, ac VENETIIS in ædibus magnæ domus Regente.

Laus Deo omnipotenti, Virgini Glorioſę, ac Seraphico Patri Franciſco.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

VENETIIS,
Apud Ioannem Baptiſtam Seſſam & Fratres.
M D L X X X.

[UNIVERS]ITARIA